AEGIDII BOSSII PATRICII MEDIOLANENSIS,

Iureconsulti clariss. Cæsareicꝙ Senatoris,

TRACTATUS VARII, QUI OMNEM FERE' CRIMINAlem *materiam excellenti doctrina complectuntur, & in quibus plurima ad Fiscum, & ad Principes autoritatem, ac potestatem, necnon ad uectigalium conductiones, remißionesq; pensionum pertinentia diligentißime explicantur. Opus utilissimum, & ius dicentibus, ac causarum patronis maxime necessarium.*

Vna cum Indice rerum, uerborum, & sententiarum mirabiliũ copiosissimo.

Tractatus omnes sequens indicabit pagella.


Secunda AEDITIO diligenti cura a' quàmpluribus mendis repurgata.







Venetiis, Apud Franciscum Senensem; 1562.










ANTONIVS PERENOTVS EPISCOPVS ATREBATENSIS Francisco Bosio Iureconsulto S. P. D.





VIT mihi in patrem tuum fœlicis memoriæ, ea uoluntas, & animi affectio, ut res eius omnes, statum, & fortunas, desiderarem quàm fœlicißimè succedere, ac optimo loco esse, tùm uirtutis, ac honoris eius causa, tùm quia, quæ constans memoria superest, quod eum talem arbitrarer, qualis omnium existimatione habebatur. Virum eruditißimum, & iurisprudentiæ consultißimum. Neque aliter de te existimo, quia fortes nascuntur ex fortibus, hæredem te tàm uirtutum, ac laudis paternæ fore, quàm eruditionis, ac singularis studij, ut Reipublicæ, ac statui uestro, utilitati ac bono futurus sis: quod in partem eloquentes, & eruditionis indices literæ tuæ testantur, tum expectatio multorum, paria paternis monumentis fore, quæ in eo studij genere meditaris. Itaque quod mihi fuit beneuolentiæ erga patrem tuum, & eos qui ueris uirtutibus sic commerentur, idem cupio à me expectes quantum ex occasione, & æqua conditione potero, adiuturum me quæcunque ex tuo commodo esse arbitrabor. Quæ uerò habes paterni ingenij monumenta, de quibus multorum relatu mihi constat esse talia, ut præter publicæ utilitatis detrimentum, non debeant celari, & ea, & si quid simile ipse sub manibus habes, me uolente & hortante feceris, si in publicum emitti cures: quia & famam familiæ uestræ honesto modo uendicabis, & publicæ utilitati profueris, & ingenij uires exerces, ut te plures sciant dignum qui rebus gerendis admouearis, in quo & alijs rebus tuis, si quid te potero adiuuare, faciam ne frustra meam operam uidearis desiderasse, cui cupio salutem.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO S.R.E. CARDINALI ATREBATENSI

Granuellano, Antonio Perenoto, FRANCISCVS *Bossius Iureconsultus, Aegidij filius* S. D.



TSI mea sponte nihil unquam antiquius habui, post Aegidii parentis mei immaturum interitum, quàm ut librum summo, continentiq; multorum annorum labore, pluribusq; uigiliis ab eo elucubratum in lucem ederem, tum ad communem omnium utilitatem, tum ad eius nominis memoriam sempiternam: tuæ literæ tamen aliquot ab hinc annis scriptæ, quibus me ad hoc ipsum amantissimis, atque honorificentissimis uerbis hortatus es, currentem etiam atque etiam incitarunt: nam uel tuam autoritatem aspernari, cuius neminem unquam posset pœnitere, uel uoluntatem negligere, quam maximi semper faciendam duxi, nefas esse putassem. Itaque totus in eam curam, & cogitationem incumbebam, ut quamprimum liber exiret, cuius rei causa cum is a me diligentius legeretur, ꝙ scirem Aegidium, aduersa prius ualetudine, ac demum morte præuentum, operi minus adhuc perfecto, ultimam (ut aiunt) manum imponere non potuisse: animaduerti pluribus in locis uerba deesse, consultò omissa, & postmodum apponenda, easdemq; sententias iisdem fermè uerbis, non uno in loco repetitas, multaq; librarii inscitia non corrupta solum, sed planè etiam deprauata. Postremò etiam uidi Aegidium ipsum, dum aduersus hominum ingenia, calliditatem, atque solertiam, infinitasq; & inextricabiles Iureconsultorum sententias, ueritatem solam nudis, simplicibusq; uerbis explicat, & defendit, leporem omnem sermonis, omniaq; dicendi ornamenta penitus contempsisse: ita ut mirum uideri debeat, eum, qui iuris ciuilis intelligentia ad ueteres Iureconsultos quam proxime uidebatur accedere, quiq; non modo responsa eorum sæpissime legerat, sed uel singula etiam uerba probè admodum tenebat, tam diuerso tamen, & illis ipsis minime probato dicendi genere usum fuisse. Quapropter putaui necessarium esse, mihiq; maxime debitum, studium, & diligentiam adhibere, ut liber opera mea paulo emendatior prodiret: cum præsertim certo scirem (si quis mortuis sensus est eorum, quæ hic apud nos geruntur) parenti meo me gratissimum facturum, quem non semel ingrauescente morbo, dicere solitum meminissem. nulla se grauiore molestia affici, quam ꝙ ante diem exactæ ætatis, supremo fato properante, lucubrationes suas corrigere, perfecteq; absoluere nequiuisset. Sed cum opus aggressus essem, cœpit me summum desiderium addendi aliqua, quæ iisdem de rebus, post parentis mei obitum copiose scriptis, mandata fuissent, nouasq; etiam quæstiones (sicubi locus posceret) breuiter disputandi, quæ cum Aegidii quæstionibus apte conuenirent: ut, inuenta ab autore, quod unum mihi præ cæteris curæ esse debuit, meo labore clariora illustrioraq; redderentur. Itaque omisso priore instituto, ad hanc rem me contuleram: sed cum clientibus, publicisq; aduocationibus non possem omnem prorsus operam, salua dignitate, negare, atque adeo maiorem in dies præbere cogeret: meq; (ut sæpe accidit) quotidie aliud ex alio impediret, fiebat ut incitatus festinansq; ad hoc unum animus meus uehementer tardaretur. Subsecuta sunt deinde tempora, quę me totum ab hac cura, cogitationeq; distraxerunt. nam Aedilis factus (uicarium prouisionū appellant) ex illius muneris assiduo, & quotidiano la-

bore,atq; ex susceptis patriæ nomine legationibus, & ex domesticis negociis, quibus absente apud Heluetios fratre, penè opprimebar: orta est lōga sanè horum studiorum intermissio,ita ut quamuis non parum temporis in hoc munere exequendo consumpsissem, res tamen ad optatum finem nondum perducta, longo etiam labore, multaq; diligentia egere uideretur. Quapropter decreui satius esse,opus hoc in aliud tēpus differre,nullaq; interposita mora librum edere,ne multorum spem,& quidem doctissimorum uirorum,a quibus auidissimè expectatur,diutius frustrarer,& ne uel tuarum literarum oblitus,uel tibi parum obediēs uiderer,sed uno atq; eodem tēpore diuturno aliorum desiderio,debitæ erga patrē pietati,tuisq; iustissimis mandatis satisfacerem. Adieci igitur pauca libro,quæ Aegidius addenda reliquerat,cum opus totum acrius(quod sperabat)examinandum resumpsisset,mendaq; plura sustuli,non autoris illa magis,quā librarii,atq; omnem orationem minus profectò barbaram,& quæ minus etiam purgato stomacho molesta esset,reddere conatus sum: quæstiones uerò & collecta a probatissimis, ac recentioribus Iureconsultis,opportuna sanè testimonia, quæ operi addere statueram,in aliud tempus reiiciens,munus a me susceptum accuratè pro uiribus absolui: (si tamen absoluere est,quod quis parum polite efficiat.) Sed quis ornate potest aut eleganter his de rebus tractare ? in quarum scriptionibus noua uerba,& omnino barbara,ita passim ab omnibus Iureconsultis recepta sunt,ut qui ueteribus,uereq; Latinis uocabulis pro illis uti noluerit,longe fiat obscurior, & a nemine ferè intelligatur. Curandum autem uidetur,ut non tam propriis nominibus in hac subtili diffusaq; iuris ciuilis scientia,quam notioribus interdum utamur: quod ex antiquis Iureconsultis nonnullos aliquando fecisse scriptum legimus. Ego uero hoc ipso etiam ueniam magis promereor,quod longe difficilius fuisset, alienam rem contemptiore stylo scriptam, prorsus politam reddere,quàm si hoc idem,ego nunc primum eleganter scribere aggressus essem: spero tamen quod a me præstitum fuit in præsentia(quicquid id est) nonnihil ornamenti paternis lucubrationibus allaturum, iudicaturosq; homines, meam hac in re si minus egregiam operam,at præclaram uoluntatem extitisse. Cum autem in manus hominum hæc parentis mei monumenta proditura essent, quibus nulla res mihi charior unquam fuit,tu potissimum a me delectus es ad quem iure ac merito mittenda putarem. Nam ego semper tuam amplitudinem colui plurimum & obseruaui, cum propter ingenii magnitudinem,excellentem doctrinam, admirabilem religionem, rerum usum incredibilem,cæterasq; innumerabiles, ac præstantissimas uirtutes tuas, illamq; præsertim humanitatem, in qua mirabiliter excellis, tum quod etiam me a te amari, propensamq; uoluntatem tuam erga me, multorum testimonio, atque etiam tuis literis ad me non semel humanissimè scriptis abunde cognoui: mirum est autem quantopere uirtutis splendor ad sese homines alliciat,quantumq; etiam sua ui trahat,uel rapiat potius ad amandum amoris uel exigua significatio. Prȩterea sciebam autorem, quo ad uixit,summa animi propensione,summoq; studio coluisse semper patrem tuum optimum,& clarissimum uirum,atque etiam te,qui id ȩtatis supra ætatem doctrina,atque omni prudentiæ genere præstabas,& simul mihi quasi legem quandam in te colendo tradidisse, quam ego studiosissime semper obseruassem: ita ut dubitari nullo modo possit, quin si Aegidium in præsentia consulere liceret,ex illius etiam uoluntate, atque autoritate liber ad te potissimum mitteretur, qui certe (ut confido) te legentem etiam delectabit, quod præter criminales controuersias, quarum omnium summam exactè complectitur, plurima in eo sunt, & ea quidem præclara, quæ ad fiscum, & ad principis autoritatem potestatemq; pertinēt: & si quid memoria dignum in hac Mediolanensi ditione a Ludouici Sfortiæ principis temporibus, usque ad extremum Aegidii exitum per rerum criminalium iudices, quæstores, & amplissimum Senatum

pro-

pronunciatum unquam, decretum, aut sancitum fuit: id omne in hoc libro legi, & cognosci potest: multa etiam ad huius prouinciæ decretorum, & constitutionum interpretationem, declarationemq; in eo scripta reperiuntur, quæ omnia ab autore, perlectis utriusque iuris scriptoribus diligentissime excusa, usu ipso deinde comprobata fuerunt, cum uiginti annos, atque etiam amplius, primum fisci patronus, ac deinde senator munera publica obiuerit. Tu uerò admirabili utriusque iuris scientia præditus es & adhuc adolescens ob eximiam uirtutem, peneq; diuinam prudentiam a Carolo Quinto sapientissimo, atque inuictissimo imperatore conciliorum omnium particeps, imò uerò princeps effectus plurimas orbis terræ partes, quas illius magnitudo complexa fuerat, quoad imperauit, tuo concilio tuaq; prudentia gubernasti. Porro Philippus Caroli filius, & rex omnium maximus, te in eodem amplitudinis ac dignitatis munere cõstitutum mirificé semper dilexit, tibiq; omnia summa maxime detulit, & in tot sapientissimorum uirorum consiliis, qui a rege dum in Belgis moraretur, delecti fuerãt, tua præcipue uirtus, atq; opera plurimum eminebat: nemo enim te uno fuit unquam uel ad intelligendum acutior, uel ad iudicandum sapientior, tua singularis est in audiendis hominibus facilitas, in conficiendis negociis diligentia, & in rebus omnibus integritas, & fides, ita ut iure optimo, nihil præclarum, aut egregium sine tuo consilio, aut industria fieri posse uideatur, quibus tuis uirtutibus, & huic tantæ existimationi, amplissimum sanè testimonium hoc tempore redditum est, cum prudentissimus, & sapientissimus princeps Pius Quartus pontifex maximus, abductum te ab omni cura, atque honesto studiorum ocio fruentem, suo præclaro in hominibus deligendis iudicio, in celeberrimum cardinalium collegium cooptauerit, quæ dignitatis accessio, non tam quidem tibi futura est ornamento, qui te iam diu omni honore superiorem ostendisti, quam summæ utilitati uniuersæ Christianæ reipublicæ, in qua longe, lateq; propaganda, diuinam uim ingenii, & uirtutis tuæ aptius, atque commodius exercere poteris. Sed quia certum mihi, exploratumq; est, te quamuis grauissimis occupationibus, & curis distinearis, si quid tamen interdum ocii detur, id omne in humanioribus, sacrisq; studiis, uel legum scriptoribus libentissimè ponere, ex quibus summam animi uoluptatem, maximeq; fructuosam percipere soles, non est quod dubitem, quin librum hunc, quem tibi probari tuis literis iam pridem significasti, hilari fronte, gratoq; animo accipias, & ut Aegidii patris mei optimi & doctissimi uiri opus: & ut munusculum a me tibi maxime addicto profectum, quod erit meæ perueteris erga tuam amplitudinem obseruantiæ certissimum apud omnes testimonium. Dum autem maiora (quod mihi est optatissimum) meo labore, meisq; officiis tibi præstare contendo: plurimum te oro, amplissime Perenote, atque obtestor, ut si quando mea opera, meumq; studiũ tibi usui esse poterit, minima, maximaq; mihi fidenter imperes: efficiam profectò, ut nec ullam diligentiam, nec maiorem erga te cultus, atque obseruantiæ uoluntatem in me possis desiderare, susceptamq; de meo in te studio nunquam falsam opinionem tuam. Vale.

TABVLA TRACTATVVM, QVI IN HOC VOLVMINE continentur in ordine alphabetico posita, quo facilius reperiri possint.

FINIS.



AEGIDII BOSSII

PATRITII MEDIOLANENSIS, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, CAESAREIQVE SENATORIS.

Tractatus uarij ad criminales causas, & ad fiscum, Principisq́ auctoritatem ac potestatem, necnon ad vectigalium conductiones remisionesq́ pensionum pertinentes.

TIT. DE DELICTO.

SVMMAE.

1 *Delictum fuisse commissum in primis constare debet.*
2 *Visitatio fieri solet per Curiam, & mittitur Notarius, qui mortuum uideat, & uulnera describat.*
3 *Delictum dolo & scelere commissum in primis constare debet, antequàm procedi possit.*
4 *Qualitas facti constare debet sicut factum.*
5 *Venenum & per os datum, & in corpore contractum mortem affert.*
6 *Veneni dati signa.*
7 *Medici iudicio standum est, an ex ueneno dato, an in corpore contracto quis sit mortuus?*
8 *Mortuus post ebibitam aquam uenenatam, quando dicatur ex illa decessisse.*
9 *Delictum dupliciter consideratur in datione ueneni.*
10 *Mors quæ delictum sapit tribus ex causis consideratur.*
11 *Constare dici ur etiam per præsumptiuam probationem.*
12 *Probatio à communiter accidentibus est concludens & legalis.*
13 *Probatio semiplena interdum plena dicitur.*
14 *Delictum constare debet ante inquisitionem nedum ante torturam.*
15 *Confessio delicti sola, non constito de delicto, non sufficit ad condemnandum.*
16 *Confessio delicti sufficit ut procedi possit, quando de delicto constat saltem per indicium.*
17 *Gandinus maximæ auctoritatis, & Princeps existimatur in criminalibus.*
18 *Delictum constare debet, uel per testes, uel per indicium aut rei euidentiam*
19 *Confessio delicti, quod signum non dimittit, sufficit ad pœnam ordinariam ubi præcessit indicium delicti & delinquentis.*
20 *Furtum per coniecturas probatur ubi agitur ciuiliter.*
21 *Querela damnum passi sufficit ut procedatur in furto.*
22 *Furti criminaliter procedi non potest, ubi non appareat quòd furtum saltem in genere sit factum.*
23 *Iustius peccamus obsoluendo, quàm condemnando.*
24 *Index debet mittere collateralem ad uisenda uulnera.*

25 *Inspectio rei omnes alias probationes silere facit.*

26 *Substantia rei debet probari antequàm de qualitate cognoscatur.*

27 *Copula carnalis in impubere non probatur præsumptiuè ex præambulis ad copulam, nec quia ipse uisus fuerit supra fœminam.*

28 *Impotens præsumitur minor quatuordecim annis.*

29 *Copula carnalis probatur per iuramentum uiri, qui aliàs uiripotens sit unà cum cohabitatione*

30 *Copula uera quomodo ostendatur, & quæ sint necessaria ad illam ostendendam.*

31 *Potentia in coitu quomodo probetur.*

32 *Exceptio de nonsubstantia rei semper potest opponi.*

33 *Nomen occisi uel occioris, dummodo constet de delicto, non est necessarium ad formandam inquisitionem, & condemnationē.*

34 *Procedi non potest cōtra præstantes opem uel auxilium, nisi constet de delicto principalis.*

35 *Mandans non potest molestari nisi constet de delicto mandatarii.*

36 *Falsi puniri non potest procurans quòd Notarius falsum committat nisi constet de falsitate Notarij. Et ibi etiam idem in producente falsos testes, quia prius debet constare de falsitate testium.*

37 *Falsi punitur qui fecit se alium fraudulenter.*

38 *Mandans, uel opem præstans puniri non potest, nisi constet & expreßè de delicto principalis per processum contra mandantem uel auxiliatorem agitatum.*

39 *Testis dictum non ualet contra mandantem nisi expreßè deponat contra homicidam.*

40 *Inquisitus de auxilio uel mandato potest puniri ciuiliter dummodo constet de delicto, licet non constet de certa persona delinquentis.*

41 *Inquisitus de auxilio, uel mandato ubi dispar est pœna non potest puniri criminaliter nisi constet de persona certa delinquentis.*

42 *Inquisitio formari potest. & nomen occisoris apponi illi, cui iudex uoluerit, quando duo interuenerunt homicidio, & unum uulnus tantum est illatum & par est pœna occisoris & auxiliatoris.*

43 *Inquisitio generalis contra plures de auxilio & homicidio formata, licet non appareat homicida, sustinetur.*

44 *Processus contra principalem factus, non nocet accessorio nisi ut ibi.*

45 *Processus potest fieri, et contra plures principales, & contra principalem & accessorium simul.*

46 *Contumacia unius ex simul accusatis non facit quòd supersedeatur quò ad alios.*

47 *Procedi potest contra principalem & accessorium simul, licet constare prius debeat de delicto principalis contra accessorium.*

48 *Mandans homicidium fieri punitur ad mortem ex Decretis Mediolani, etiam non constito de principali.*

49 *Confeßio mandantis sola non sufficit ad condemnationem etiam ubi mandatum non sequuto effectu puniatur.*

50 *Confessus mandatum ad homicidium non excusatur etiam quòd mandatarius compareat, & neget mandantem aliquid mandasse uel dicat se motu proprio fecisse.*

51 *Procedi non potest contra auxiliatorem, si constaret de principali per contumaciam illius tantùm, ut quia propter illam esset bannitus.*

52 *Absoluto principali non propterea mandans est absoluendus.*

53 *Delictum commissum esse constare debet ante capturam ante inquisitionem, & ante accusationem.*



Nitium procedendi in criminibus puniēdis tale est, V primum intelligitur maleficium aliquod fuisse cōmissum, iudex debet præ oculis habere tex. in l.j.§.item illud.ff. de Sylla. qui semper ad hoc alle-
1 gatur, † ut prius constare debeat de deli-
2 cto, ex quo tex. sumitur obseruatio, † quòd Curia mittit Notarium ut mortuum uideat, & uulnera describat; & sic curia hoc modo constito sibi de delicto, potest ad ulteriora procedere. hūc text. sciunt omnes.
3 † Sed primò aduerte quia dicit text. ꝙ debet constare illum interemptum scelere, & sic non sufficeret si constaret simpliciter esse interemptum: potuisset enim hoc fieri sine dolo, & scelere, ut de se patet, & habetur in l. proinde. la ij. in prin. & ibi glos. ff. ad l. Aquil. & uidimus hoc manifestè

festè, quo tempore ducentos uiros & ultra, interfecit fulgur in uigilia sancti Petri, anno M. D.xxii. in castro portæ Iouis Mediolani unà cum duobus præfectis Arcium. debet igitur constare de qualitate mortis,
4 quia non dicitur † constare de facto, nisi etiam constet de qualitate facti. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui. propterea dicebam aliquando in causa in qua maritus dedisse uenenum uxori arguebatur, & Medici fecerant iudicium, iuxta ca. proposuisti. de proba. & asseruerant eam mortuam esse ex dolore cordis, qui poterat oriri ex diuersis causis & etiam ex ueneno, quod non poterat procedi, quia non constabat de delicto, nec eam scelere interemptam ad quod magis adducebar,
5 quia Medici † etiam non affirmabant, an ex ueneno dato, an in corpore ex humorum malitia contracto decessisset, prout sæpe contingit maximè in mulieribus ex retentione menstruorum, & consequenter probatio delicti erat plusquàm debilis, imò si iudicassent quòd ex materia uenenata decessisset: non expresso an ueneno introducto, uel intus genito accidisset, adhuc nihil fuisset, quia infinitis uicibus gignitur uenenum in corporibus humanis, ex quo moriuntur homines absque eo quòd bibatur uenenum, & eo in casu etiã apparent signa quæ solet ostendere mortuus ex ueneno dato, interroga medicos expertos atque ita comperies, quapropter quando casus occurrit, quia in mortuo ap
6 parent talia signa † medici non possunt firmare iudicium suum, quòd decesserit ex ueneno immisso, nisi aliquo alio extrinsecus apparente, puta, quando post assumptionem pharmaci, uel cibi immediatè incidisset in maximam mutationem status sui denotantem ueneficium, Tunc possunt iudicare fuisse uenenum introductum, nõ per se ortum, ex quo uenenum natum non tam repentè operatur, sicuti uenenum datum, & ex quo illa medicina, siue cibus ille non potuisset producere tale accidens,
7 & in his standum † est Medicis, uti peritis in arte: d. c. proposuisti. & l. semel C. de re milit. li. xii. & notat Bar. in proposito in l. si. ff. de sica. & in specie Alex. in cõs. 116. uol. 3. ibi addit quòd etiam si quis fateatur dedisse potionem uenenatam alicui qui de-
8 inde decesserit exprimatq; naturam † potionis, & quantitatem, & Medici attestentur non potuisse istum ex huiusmodi ueneno decedere: Tunc ipse uti erroneè, confessus non poterit damnari. & loquitur Alex. in casu in quo conatus non sufficit nisi sequatur effectus, quia aliter malè loqueretur, si etiam non ita Medici attestarentur, & confessio inquisiti esset, quòd dedisset uenenum ei qui propterea decessisset, non posset fieri fundamentum super confessione, quo ad iudicium quod faciat de morte ob uenenum sequuta: quia ad eum non spectat hoc modo iudicare, sed solùm an uenenum dederit. Ita innuuit Alex. ibi & expressè Hippol. in l. 1. §. præterea. col. penul, uers. & in quantum. ff. de sicar. Casus tamen iste si contingeret esset admodum periculosus & nollem quòd in eum amicus meus incideret, ubi uel nõ adesset iudicium Medicorum, uel si adesset diffiteretur, quin potuisset mori ex ueneno bibito, & ubi ille incontinenti uel paulò posteà decessisset iuxta ea quæ dicam infrà de uulnerato, qui infra modicum tẽporis spatium moritur, quia regula est in iure, quòd præsumitur mortuus ex uulnere ut latè infrà in tit. de homicid. ad fin. ubi uide. nec Alex. ubi suprà uoluit aliter loqui, si bene uides. Hipp. uerò loquitur nimis lato ore. Et quia Medici qui interuenerunt magna cum difficultate uerè iudicant, Tu quæras intelligere factum, prout se habuit, & non solùm signa corporis, sed etiam an post assumptionem medicinæ, uel cibi sequuta sint, indicia & uestigia ueneni, & quibus ex rebus esset compositum medicamentum, qualisq; cibus ei datus fuerit: nam circumstantiæ perducunt nos ad cognitionem ueritatis. c. occidit. 23. quæst. ult. & suppresso nomine personæ suspectæ, & casus, scisciteris ueritatem ab aliis medicis. Et quia in hac materia deli-
9 ctum † potest considerari dupliciter, Vno modo quando requiritur, ut mors sequuta fuerit, alio modo quando sufficit, quem dedisse uenenum: ut occideret iuxtà latè tradita per me infrà in tit. de homici. 11

In primo casu præsumptiua semper est probatio delicti. patet, quia cum pendeat ex iudicio medicorum, qui concludenter non deponunt, sed de crudelitate: ut not.

in dicto cap. proposuisti. non potest dici uera probatio. Secundo casu, etiam ueritas hæc præsumptiua sufficit: quia etiam statur medicis, quia considerant medicinam datam: &, ut supra, potest etiam haberi ipsa ueritas à testibus, uerùm cùm sit difficile probatu: quia secretò solent hæc fieri, an eo casu sufficiant indicia, & præsumptiones? pendet ex infra dicendis.

10 Et † ad declarationem prædictorum scias, quod aut casus mortis, qui delictum sapit, oritur facto hominis, aut facto naturæ, uel fulminis, aut est dubium. Primo casu loquitur d. §. item illum. Secundo casu, quia non habetur ratio eius quod ui diuina prouenit, & casu fortuitu. l. fluminum. §. Seruius. ff. de damno infecto.

Tertio quando est dubium, non potest procedi, quia debet constare: ut expressè dicit text. in dicto. §. item illud. & facit l. si quando. in uerbo, patefacta. C. unde ui. quem ibi ad hoc ponderat Iaso. & text. in l. prima. C. ubi caus. fisc. & si dicas hoc modo maleficia sæpenumero remanebunt impunita, quia noctis tempore poterit quis ponere incendium, uel hominem suffocare, & deinde dicere quòd prouenerunt casu fortuito, uel diuinitus, uel per infirmitatem. Ad hoc respondeo quòd iudex debet esse cautus recurrendo ad coniecturas, si quæ reperiri possunt, quia casus obscuri, sic demonstrantur. l. non omnes §. a barbaris. ff. de re militari. si autem non apparent coniecturæ, tunc, licet ea possint prouenire à casu fortuito, tamen quia frequentius culpa hominis accidunt. l. si uendita ff. de pericul. & commodo rei uenditæ. accipienda est præsumptio ut facto hominis prouenerint, quia sensus & cogitationes nostras accommodare debemus ad ea, quæ frequentius contingunt. sic Baldus in consilio 37. in principio. ac etiam per eundem. in dicto. §. item illud. Ex his uides quòd, & si illud dicatur constare,

11 † quod uerificatur uera probatione, & non præsumptiua. iuxta gloss. in clemen. constitutionem. de electio. Alexand. in l. Lucius. post Bartol. ff. de condit. & demonstratio. Felynum in rubrica, extra, de proba. columna 1. & 2. & Iaso. in l. magistratibus. columna 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Tamen secundum subiectam materiam etiam sufficit præsumptiua, quod patet in casu nostro ex præmissis, quamuis etiam illa probatio quæ fit per locum à communiter

12 † accidentibus sit concludens & legalis. l. neque natales. C. de probatio. cum simili-

13 bus: imò semiplena † probatio dicitur plena, secundum subiectam materiam. l. 2. ubi Doctor not. C. ad Carbonianum.

14 Secundò † aduerte, quia non solùm debet constare de delicto ante torturam, sicut loquitur text. in dicto. §. item illud ad quod facit quod dicit Brunus in tractatu suo, de indic. & tortu. charta sexta. columna 2. uersic. item nota quod nunquam. ubi dicit quod testis etiam torqueri non potest nisi constito de delicto, uerùm etiam debet constare de delicto, antequam formetur inquisitio specialis. Bartol. in l. finali. in prima columna. & principio sequen. ff. de quæstio. & in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæstio. Brunus in tractatu suo, de indic. & tortu. charta septima, columna ultima. & Angel. de Arimin. ad Angel. in uerbo, fama publica.

15 Et † hoc per rei inspectionem uel per testes, sed an rei confessio sola quod deliquit sufficiat ad damnandum? dic si quis fateatur in genere fecisse plura furta, uel homicidium: super hac confessione non aliter constito de delictis fieri non posse fundamentum, propter incertitudinem omnimodam dictæ confessionis. ita loquitur Bald. in Auth. sed nouo iure. C. de furtis. & hic casus nullam habet difficultatem apud docto. & hæc opinio etiam est uera, dato quod dicat confessus se interfectos proiecisse in mare & iuxta maris litus moraretur, & esset aliàs malæ conditionis. ita Ang. in l. certum. ff. de confess. dum improbat illum D. Nicolaum prætorem Perusii qui ad mortem damnauerat tres qui confessi fuerant se suffocasse nonnullos incognitos & proiecisse in flumen, iunctis, dictis per eundem Ang. in l. 1. C. de confess. ubi sententiam præfati prætoris sequitur, prout refert & sequitur alia addendo August. de Arim. in

gloss.

& uestem cælestem ad uersi. Ang. quid si quis confiteatur se fecisse plura furta, sequitur etiam Alexand. in suo solenni consil. in hac materia 19. uol. 7. colum. 1. in fi. & seq. ubi ponderat quod Ang. in dicta l. certum. loquitur quando quis fatetur hominem incertum proiecisse in flumen: & eo casu cum Angel. nullum faciat fundamentum super ea confessione, ponderat etiam ita uelle Paul. de Cast in d. Authen. ut ibi per eum. Sed quid quando fatetur in specie respectu certi hominis uel furti, & aliter non constat de delicto, & uidetur eum teneri de homicidio, aut de furto, nisi uel ipse, uel sui probauerint in termino dato ad se defendendum quòd non fuit delictum commissum. per gloss. in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad legem Aquil & eum ita declarando, sequitur Ang. in dicta l. certum. & latè hanc opinionem tenet Alexand. in dicto consi 19. quæ opinio mihi mirum immodum displicet, quia eo casu quo confessio loquitur de certa re, aut persona, iudex tunc à seipso iuxta l. & si non defendantur, debet mittere ad intelligendum an delictum commissum fuerit, & eo non comperto, illum debet absoluere, aliàs condemnare. & ita seruatur, & hanc opinionem uult Bald. in l. cum probatio. ff. de probatio. dum tenet sufficere ad hoc ut constet de delicto: quod homo non reperiatur, & fama sit eum fuisse occisum, uult igitur solam confessionem non sufficere. ad idem Bald. in additio. Specul. in titulo, de senten. in antepenultima columna. uersicu. Titius fuit confessus. & in cap. at si clerici. in octaua columna, de iudiciis. & refert & sequitur Iason. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. finali. ff. de iurerando. & Alexander met in consilio 19. columna penultima. dicit quod tutius est tenere hanc opinionem. facit l. prima. §. diuus Seuerus. ff. de quæsti. imò est ibi lex in terminis non cauillando litteram, ad idem etiam uide Iason. in l. error. columna tertia. C. de iur. & facti ignoran. & Doctores allegatos per Alexand. in dicto consilio decimonono. in prima colum-
16 na. † Sed difficultas est quando confessio non est nuda, sed erat indicium, uel fama quod delictum commissum esset, & certè uidetur quod sufficiat confessio ita uestita per dictum Gandinum in titulo, de præsumptio. columna secunda. uersiculo, aliud etiam nota dignum. ubi uult in hac materia quòd ad hoc ut debeat, & possit præsumi contra aliquem quòd commiserit delictum, debet constare iudici delictum fuisse commissum quomodocunque, uel per testes, uel indicium, uel euidentiam facti: & hoc existimat notatu dignum & obliuioni non
17 tradendum, & cum † Gandinus fuerit maximæ auctoritatis in criminalibus adeo, ut dixerit Paulus de Castr. in consilio 196. in ultima columna. relatus per Cepol. consilio 32. columna. final. quòd cùm Gandinus toto tempore uitæ suæ diuersis in ciuitatibus iudex maleficiorum fuerit, temerarium est recedere ab eius opinione, & dicat Fulgos. consilio 107. columna secunda, quòd ab omnibus iudicibus maleficiorum Gandinus habetur Princeps in maleficiis, non uidetur ulterius quærendum, quinimò conclu-
18 dendum quòd de delicto † debet constare plenè, si ita fieri possit, scilicet per testes, uel rei euidentiam: iuxta practicam ostensam per Bartol. in dicto §. item illud. & quod dixi in primis uerbis, uel saltem per iudicium, pro eadem opinione habes Bald. in dicta l. cum probatio. & in additio. Specul. in dicto titu. de senten. columna duodecima. uersiculo. Titius fuit confessus. & sequitur Iason. ubi suprà, & Afflict. in titu. de pace iur. firm. §. iniuria. in quarto not. in littera 33. & littera 34. & ita tene, quicquid dicat Augustinus de Arimin. ad gloss. fama publica. uersicu. duodecimo. tu iudex. quod maximè procedit quando simpliciter non est fama de morte, sed quòd fuit occisus, sic loquitur Bald. in dicta l. cum probatio. & uidemus etiam hoc serua-
19 ri tota die † in delictis maximè, in quibus signa non remanent, & sic cessat rei euidentia iuxta practicam Bartol. in dicto §. item illud. quia si adest indicium huiusmodi delicti & consequenter ut plurimum delinquentis proceditur ad inquisitionem, & etiam ad torturam, & si sequitur confessio etiam damnatur pœna ordinaria confessus, & exemplum po-

test poni in percutiente alium manu uacua, uel in simplici insultu, uel etiam in adulterio, & in aliis damnabilibus coitibus, & si aliter diceremus delicta sæpe re
20 manerent impunita, † & dum dico quòd debet plenè constare ubi constare potest, aduerte quia in furto uidetur quòd sufficiant coniecturæ, scilicet fractura hostii, fuga famuli & similia. ita Bartol. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de ædendo. & in l. si quando. C. unde ui. & hoc propter difficultatem probationis. ut ibi per Bartol. & Doctores, & ita pari modo uidetur dicendum in aliis delictis difficilis probationis: ut per Iason. in dicto. §. prætor ait. & alibi sæpe, sed res ita se non habet: quia in criminalibus plenè debet constare de furto secundum practicam Doctorum, de qua in dicta Authentica, sed nouo iure. Angelus in dicta gloss. & uestem cælestem. in dicto uersiculo. & ubi suprà. & Bartol. in dicto. §. prætor ait. & in dicta l. si quando. loquitur in ciuilibus. ut per Iason. in l. finali. in fine. ff. de in litem iurando. & in dicta l. si quando. in fine. Practica tamen est in furto ut sufficiat
21 † querela damnum passi, ut etiam attestatur Brunus in tractatu, de indiciis & tortura. charta sexta. columna tertia. prædicta tamen procedunt quo ad pu-
22 niendum ciuiliter. † Si uerò criminaliter agatur secus est ubi non appareat, quòd delictum saltem in genere commissum sit iuxta text. & gloss. in l. inde Neratius. §. finali. ff. ad legem Aquil. & Iason. in dicta l. error. columna tertia. & aduertendum est quòd quamuis Alexan. in sola confessione specialis delicti consuluerit confessionem sufficere, tamen id fecit ut defenderet quendam doctorem, qui consilium dederat quòd talis confessio sufficiebat ad condemnandum confessum ad mortem, contra quod consilium plures Doctores consuluerant: affirmantes, quòd imò ille doctor inciderat in pœnam, quod quisque iuris in alium statuerit, &c. & fortè Alexand. fuit memor eius quod dixit Bald. in consilio quingentesimo decimoquinto. in fi. volu.
23 5. quòd † instius peccamus in absoluendo quàm in condemnando, nam ipsemet Alexand. hoc ostendit, dum in penultima columna dicit, quòd tutius est tenere aliam opinionem. Item aduertendum est quod summa cum ratione etiam Gandinus dixit illud notandum, de quo suprà in titulo de præsumptio. ex hoc expresse uolens quòd sufficiat præsumptio delicti, siue indicium.

24 Tertiò † aduerte ad text. in dicto. §. item illud. & practicam per eum text. sumptam, quòd iudex debet mittere collateralem ad uisenda & describenda uulnera, quia non sufficeret ubi homo mortuus esset, quòd uulnus mortale describeretur: sed omnia describi debent, cum in eodem homine occiso, alius de occiso teneatur, alius de uulnere simplici, & alius de una percussione, & alius de alia, unde omnes percussiones & omnia uulnera sigillatim cum qualitatibus suis describenda sunt. probatur in l. finali. ff. de sicariis. & ita Angel. ibi. ex qua descriptione etiam iudices deueniunt ad cognitionem, an testes uerum dixerint: quia aliquando deponunt plura quàm postea reperiantur ex rei
25 inspectione, quæ omne † aliud genus probationis silere facit: ut per Iaso. in l. fin. ff. de in litem iurando.

26 Quartò † aduerte ad dictum §. item illud. quòd non solùm in materia delicti debet constare in primis de delicto ante inquisitionem, torturam & damnationem, imò in qualibet materia, ubi lex aliquid disponit respectu certæ rei: quia prius debet constare de illa re. l. diuus. ff. de testamen. milit. Iason, in dicta l. si quando. C. unde ui. super uerbo, patefacta. gloss. in cap. ad dissoluendum. in uerbo, accusari. extra, de desponsatio. impub. Nam qui uult probare qualitatem, prius debet probare substantiam in qua illa qualitas fundatur. gloss. in l. si arbiter. ff. de probationibus. Bald. in consilio 465. in quarto uolumine. & ex hac ratione infer-
27 tur, quòd qui uult † probare puerum annorum undecim, uel duodecim, uel tredecim, minorem quattuordecim annis adulterium commisisse cum muliere, debet prius ostendere quòd esset potens. Vnde Bartol. in l. prima. ff. de furtis. dum uult præludia adulterii inferre ad adulterium, & illud probare, de quo in

cap. 3. de præsumptio. & alibi, intelligitur constito prius quòd esset potens, ubi, ut
28 dixi, loquamur † in minore quattuordecim annis: quia in impubere præsumitur impotentia. cap. 2. de frigidis & maleficiat. & Geminian. clarè in consilio uigesimoquarto, columna secunda, & de hoc est decisio Hostiensis, in cap. continebatur. in uerbo, firmauerit, de desponsatio. impuber. ubi uide. Nam text. ibi dispo-
29 nit ut credatur uiro cum † iuramento quòd cognouerit uxorem uel sponsam, iuncta tamen cohabitatione, id est, quòd simul habitauerint, & ita per illum textum, & dictum cap. tertium. & cap. primum, de frigid. & malefic. decidit Innocentius, in cap. ex parte. columna tertia. de restitutione spoli. Sed Hostiensis illud intelligit ubi aliàs esset potens, & hoc probatur, ut potes uidere, sic etiam, si bene uides, hoc decidunt Antonius de Butr. in cap. præterea. de testib. in fine. & Abbas ibidem, columna secunda. & alii. nam copula, quia non potest uideri, probatur per conueniens testimonium, dicto cap. præterea. cuius exemplum est si uideatur uir supra fœminam. dicunt tamen Doctores ibi, quòd aliàs debet esse potens: quia si appareret esse aliàs impotentem, illa coniectura sine præsumpta probatione non sufficeret.
30 Sed esset opus ut probaretur † uerè, ut quia rupisset claustra pudoris, & semen emisisset, hæc enim esset uera probatio copulæ, ut declarat Præpositus, ut dicto cap. continebatur. & omnes sciunt, & oporteret probare quòd tunc rupisset, adeò quòd non sufficeret, si posteà inuenirentur rupta. ita declarat Geminianus in dicto consilio, columna tertia. & quarta. atque ideò nunquam poterit impubes ostendere co-
31 pulam, nisi prius probauerit, se esse † potentem per eam probationem quam ostendit Abbas in cap. de illis. *el secundo.* de desponsat. impub. & Calcan. latissime consilio 120. & dum suprà conclusi debere probari potentiam, ita ut eo casu quo non præsumitur ut in impubere non sufficeret dictum uiri cum iuramento, iuxta dictum cap. continebatur. hoc etiam clarè sentit Alexander, consilio 149. columna tertia. uersiculo, possem. & columna sequen. uolumine quinto. ubi bene uide. & addo quòd si mulier dicat se corruptam à uiro cum quo cohabitauerit & ostendat se fuisse corruptam, tamen non credetur à uiro corrupta qui esset minor quattuordecim annis, nisi probata illius potentia: secus si maior esset. ita Paulus de Castr. in consilio 277. uolumine primo. & Geminianus, in dicto consilio. non tamen præsumetur à maiore corrupta, nisi appareat de corruptione tempore cohabitationis, secus si postquam diuertisset ab eo, ita Paul. de Cast. & Gemin. in dictis consil.

32 Et † adde supradictis quòd semper potest opponi de non substantia rei, ut per Felin. in cap. cum Ioannes. de fide instrumentorum. charta tertia, uersiculo, declara primo. in ultima columna illius chartæ. & ideò iudex ipse absque consilio principis, etiam post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, ad eam potest apponere manum: constito quòd res ipsa non subsistat, id est, quòd homo qui dicebatur mortuus uiuat, uel nunquam fuerit in rerum natura. Felin. in cap. consanguinei. columna ultima. de re iudicata. Quintò aduerte ad dictum. §. item illud. quòd Bald. in additio. in l. tertia. §. eiusdem. ff. de testibus. dicit quòd fallit conclusio illius text. in furto falso, & adulterio. Sed malè loquitur ut apparet ex præmissis, & de his fallentiis, etiam dubitat Augustinus de Arimino ubi suprà, & Brunus in suo tractatu, charta septima, columna ultima. Fateor quòd in adulterio & aliis delictis, quæ non relinquunt signum exterius: esset difficile illa punire nisi permitteretur: ut sufficeret indicium delicti, & sicut dixi suprà.

33 Sexto † aduerte quòd licet ignoretur nomen occisi: dummodo constet de corpore, potest formari inquisitio, & deinde condemnatio, & similiter si ignoratur nomen homicidæ: ut per Alexand. in dicto consilio 19. in septimo. & Iason. in dicta l. iusiurandum. §. finali. de iureiurando. columna octaua. & alibi sæpe, & omnes sciunt.

34 Septimo † & ultimo aduerte quòd ex prædictis, ut scilicet primo debeat constare de delicto, infero quòd non potest procedi contra aliquem, eo quòd præstite-

rit opem uel auxilium ad aliquod maleficium, nisi in primis constet de maleficio principali: similiter non potest procedi:
35 quòd † quis mandauerit maleficium fieri: nisi prius de mandatario constet. iste est text. uulga. quem nescire esset maximum dedecus, in.l.si is qui rem, *la secunda*. §. si tu Titium.ff. de furtis. & ita Bartol. ibi not. & ideò pars quæ fecit ut notarius in bona fide existens, confecerit falsum te-
36 stamentum:† non posset puniri de falso, quia de notario qui est principalis, non constat, nec constare potest ex quo falsarius non est, & ita Bartol. in l. si quis obrepserit. columna secunda.uersicu. secundo.quæro. ff. de fals.& in consil. 199. Imol. consilio 104. & Alexand. consilio 74. ad finem. in primo uolumine. & potest exemplum poni in casu qui nunc in facto euenit, cum quidam filius legitimatus mortuo patre, se supposuit in lecto loco patris iam mortui, & uocatis notario & testibus quos decepit, quia credebant eum patrem esse; tanquam pater fecit ab eo notario fieri testamentum, & se ipsum hæredem instituit. non euadet tamen iste pœnam obreptionis falsi si hoc modo aliquid consequutus est, imò nec pœnam
37 † falsi quia fraudulenter fecit se alium. l. falsi nominis. in princip. ubi gloss. & Bartol. ff. de fals. & per Socin. consilio 62. columna tertia. & in l.eos.§.qui se pro mi
38 lite.ff.de falsis. Et† adde prædictæ conclusioni, quòd prius debet constare de principali, quòd nec sufficit ut constet de principali per processum solùm factum contra ipsum principalem, sed oportet ut constet per processum agitatum contra ipsum accessorium. ita Bartol. ibi, adeò ut nec sufficeret sententia contra ipsum principalem, ut ibi Alexand.& per Bart. in l.1. §. fin. ff. de quæst. & Felin. in c. sicut dignum. columna secunda uersiculo, secundò limita.de homicid. & in cap. quamuis. columna antepenultima.de re iudic. & in l. sæpe.ff.de re iudicata. & Angel. in gloss. Sempronium mandatorem, columna octaua.& cum Bartol. in dicto.§. transit etiam Felinus in cap. sicut tuis. in septimo notab. de simo. & Angel. in gloss. dicto maleficio semper astitit, columna quarta. uersicu. quæro ad hoc. sed aduerte quia debet constare expresse de principali; alias non posset puniri auxiliator nec mandans, adeò quòd nec depositio testis ualet qui
39 deponit † contra mandantem nisi expresse deponat contra homicidam. Bald. consilio 259. uolumine primo. ad finem columnæ 2. & sequen. & consilio 52. uolumine primo. & in l. 1. ff. de seruo corrupto. quæ conclusio est plena succo. ita etiam consuluit Alexand. consilio 14. columna tertia.in tertio uolu. in consili. 15. primo uol.

40 Si † igitur formaretur inquisitio de auxilio contra aliquem, uel de mandato, non posset sequi condemnatio, nisi etiam constaret de persona certa delinquentis. Quod tamen intellige quò ad criminaliter puniendum, non autem ciuiliter: quia satis est quòd factum sit delictum ut suprà dixi. Item satis est ut constet de delicto, licet non constet de persona certa, ubi clarum est quòd alius illud commisit, text. est in dicto.§.si tu Titium.ibi cum furtum factum non sit, & ita Bart. & ibi Bald. suprà maximè in eo consilio 52.ubi ita uult, licet prima facie aliter uideatur dicere, sed ubi non est clarum, quod ab alio commissum sit, ut in casu quæstionis, gloss. in l. finali.ff.de sicariis.quando nescitur quis dederit uulnus mortale, quod tamen datum est, hoc casu debet constare de persona principali, ut cognoscatur an puniri debeat de accessorio, an uerò de principali. ita loquitur Alexand. ubi s. & Anch. consilio 216. nos Bartholomæus. in fi. super quo se fundat Felin. in c. significasti. *el secundo*. columna quarta de homicid.
41 † & hoc nisi sit par pœna, quia potest inquiri unus de homicidio, alius de auxilio. ita notabiliter Angel. in dicta l. finali. ff. de sicariis. in fin. ubi refert de hoc fuisse magnam altercationem, sed si sit dispar pœna non potest inquisitio formari,, loquitur tamen Angel. quo ad inquirendum tantùm, si tamen comparerent, & negarent, omnes essent absoluendi, ut per Alexand. Ancharanum & Felin. ubi suprà. & ideo malè dicunt illi qui ex dictis Doctorum concludentium, quando est uulnus unicum, & duo, uel plures duobus interuenerunt, quòd omnes absoluuntur asserentes ipsi quòd inquisitio non potest

potest formari, ex quo laboramus super incerto, & ignoratur etiam quis intulerit uulnus, uel uulnera: quia saltem potest formari inquisitio, & est in arbitrio iudicis apponere nomen homicidæ, cui uult
42 cum auxilio aliorum, quando † est par pœna. ita Angelus in dicta l. finali. præcise & loquitur quando unus ictus percussionis interuenit. & ita seruatur, sic declaro Doctores qui prima fronte uidebantur contrarii, facit quando par est pœna, l. quod si dubitetur. ff. de acquirenda hæreditate.
43 Adde † quòd etiam sustinetur illa inquisitio quæ ut plurimum fit in tali casu, quando pauciora uulnera interuenerunt, quàm essent insultantes, dum dicitur quòd dicti quattuor inquisiti insultarunt talem, ex quo insultu remansit uulneratus duobus uulneribus ex quibus mortuus est, dantes sibi inuicem consilium, auxilium, & fauorem, non obstante quòd non appareat quis fuerit homicida, & quis fuerit auxiliator, & non obstante, consilio Alexand. 15. in primo uolumine. quòd omnes sunt absoluendi à pœna corporali: ut apparet ex consilio Anchar. 216. qui tenet has difficultates militare quoad sententiam non autem quo ad processum, & ita loquuntur iura Alexand. in dicto consilio maximè quia incertus libellus qui potest declarari ex confessione & testibus sustinetur, uide infrà in materia homicidii quæ pono circa l. finalem. ff. de sicariis. & ibi omnino uide.
44 Et † quia dixi quòd processus factus contra principalem non nocet accessorio, aduerte quia aut loquimur in sententia, aut in confessione, uel testibus, uel aliis actis, de quibus uide Bart. in l. denunciasse. §. fin. ff. de adulte. in l. Lucius ff. de infa. & in l. admonendi. columna octaua. uersicu. quæro quid si dicta testium. ff. de iureiurando. & alibi sæpe, maximè per Alexand. in l. sæpe. ff. de re iudic. quæ tamen difficultas oritur in processu facto quo ad unum duntaxat, secus si quo ad utrunque, uidelicet principalem & auxiliatorem, mandantem & mandatarium, ita Doctores ubi suprà, maximè per Bald. in l. 1. §. finali. uersicu. 3. nota. ff. de æden. Nec uideatur mirum, quòd processus
45 † possit fieri quo ad mandantem & mandatarium simul, quia de hoc habemus text. in l. minoribus. cum concord. de quibus ibi per Iason. C. de his quibus ut indig. & per Ang. in glos. Andream auxiliatorem in princip. ubi dicit quòd non solum contra principalem & auxiliatorem potest simul procedi, sed etiam con
46 tra mille principales, nec quia † unus sit contumax debet supersederi quo ad alios, ad quod ultimum allegat text. & ibi Bartol. expresse in l. non idcirco. ff. de iudiciis. ubi uide Angel. & in l. prima. columna 2. C. si aduersus rem iudicatam. malè tamen seruatur quando latrunculatores nolunt dare copiam indiciorum existentibus in carcere, donec absentes uenerint ad iudicium, uel damnati fuerint, ne ex processu, qui fit contra præsentem, alii absq; constitutione liberentur, quia tunc crumenam non implent: procurare tamen debet bonus iudex, ut alii etiam ueniant, antequàm detenti dimittantur, ne alter alterum postea instruat: uidentur tamen hæc ut simul contra utrunque pos
47 sit † procedi contra prædicta dum dixi, quod non potest procedi contra auxiliatorem, uel mandatarium, nisi prius constet de principali. sed dic conuenire simul ut non possit procedi contra auxiliatorem, uel accessorium, nisi constet de principali, & quòd tamen simul possit procedi, nam simul omnes accusantur, & accusari possunt: ut per Felyn. in cap. 2. columna secunda. de accusatio. & habitis indiciis de utroque formatur contra ambos inquisitio, & sic etiam contra auxiliatorem, sed tamen uerum est quod prius constat de principali: sed in processu facto contra auxiliatorem, unde non dico quod prius debeat constare de principali antequàm possit procedi contra auxiliatorem. Sed dico quo ad hoc ut procedatur contra auxiliatorem, requiritur ut constet de principali. facit regula, accessorium. de regulis iur. in 6. Ex his infero quòd ubi solum mandatum esset punibile, ita ut nequaquam penderet à suo principali, tunc aliud uideretur dicendum quòd imò posset puniri mandans non intellecto aliter de principali, unde cum secundum decretum æditum tempo-

48 re Gallorum† mandans homicidium fieri puniatur ad mortem etiam non sequuto effectu, uidetur quod cessét prædicta omnis materia. & etiam Bald. in dicto consilio 52. uolumine primo. & præallegatum Decretum obseruatur, etiam hoc tempore, quia summa ratione uidetur factum iuxta nota. in l decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis. & per Felyn. in cap. translato. in princip. de constitut. & memor sum quod Curia Prætoris Mediolani condemnauit quandam mulierem de mandato, ex sola confessione eius, non aliter constito de principali, quando enim mandatum habetur pro perfecto actu, illud punitur ordinariè cap. pro humani. de homicidio. in 6. & per Augustinum de Arimin. ad Angel. in gloss. Semptonium mandatorem. columna tertia. super secunda quæstione. ad
49 uerte tamen quia † confessio sola mandati non sufficeret, sed de eo aliquatenus etiam constare debet saltem per famam & indicia iuxta ea, quæ dixi suprà: aduerte etiam quia quando de mandatario non constat, sed sumus in dubio, tunc loquuntur prædicta, & ita fuit in casu dictæ mulieris. sed si ueniat ille cui mandatum dedisse mulier asserebat, uel detineatur, & neget uerum esse ꝙ mulier sibi aliquid
50 mandauerit, an hoc casu elidatur † confessio mandantis, tanquam erronea appareat? dico non elidi iudicio meo: quia mandatum confitens, non allegat hoc iuxta l. si adulterium. cum incestu §. idem Polioni. ff. de adulter. item non dicitur ex hoc constare contrarium, nec plenè, quia à socio criminis elisio hæc habetur: ut dicitur in l. quoniam liberi. maxime per Salic. & Bald. C. de testi. eodem modo mandatarius non excusaret mandantem, si fateretur homicidium fecisse, & diceret motu proprio ab eo factum. Hippoly. in l. prima §. diuus Antoninus. columna tertia. ff. de quæstio. Sed quid si de principali constaret: quia tanquam contumax esset bannitus iuxta dispositionem statutorum, an suf
51 ficeret ad hoc ut † posset procedi contra auxiliatorem, credo satis non esset per reg. l. eius qui delatorem. in princip. & per id quod notat ibi Bart. ff. de iur. fisc. & per ea quæ ponit Bald. in l. secunda col. finali. C. de ædem. & Bartol. in l. cum filius. ff. de uerbo. oblig. & Felyn. in cap. cum Bertoldus de re iud. & ad hoc uide Bal. in consil. 279 col. fin. uol. 1.

52 Pone † etiam quòd de principali non solùm non constet imò sit absolutus, an propter hoc mandans sit absoluendus, & similiter si testis falsus esset absolutus an pari modo instruens sit absoluendus? & dic non esse absoluendum quicquid innuere uideantur prædicta, ita Bald. in l. transigere. col. fi. in fin. C. de transact. quod est contra uulgares.

53 † Superest ut quæramus an constare debeat de delicto ante capturam, & dicendum est debere omnino per ea quæ dicta sunt, & ad hoc optimè Gandi. in d. titu. de præsump. columna tertia. ubi dicit quòd non constito de delicto, quicquid superædificatur, nullum est, quod etiam expresse uult Brun. in tract. suo. columna antepenul. in uersi. sed idem Salic. iuncto uersi. quod ego intelligo. pro qua opinione uidetur text. secundũ expositionem Io. And. in cap. si clericos. de sent. excomm. in 6. & quia dixi ꝙ ante inquisitionem debet constare de delicto, dic idem ante accusationem: ut dicam infrà in materia torturæ in 11. & ultima parte.

Tit. de Delinquente.

SVMMAE.

1 *Delinquens quæritur, ubi constiterit de delicto.*
2 *Signa ad cognoscendum homicidam, furem uiolentiam committentem.*
3 *Inquisitio generalis quo ad delicta, & specialis quo ad personas, & econtra.*
4 *Copia indiciorum super generalis inquisitione assumptorum, non est danda parti.*
5 *Testes super generali inquisitione recepti, sunt repetendi.*
6 *Testes super generali inquisitione recepti, possunt torqueri, si uacillant.*

Quia



Via constito de delicto
1 † perquiritur delinquens, quæro quomodo hoc fiat? dic, quod ubi intelligitur delictum commissum esse, iudex inuestigare de-
2 bet quis fuerit delinquens,† puta si loquamur in homicidio: debet quærere an haberet inimicum l. 1. §. cum aliquis. ff. de quæstio, an litigaret, uel aliter esset in contentione cum aliquo potēte, & an eo die quo commissum fuit homicidium: fuerit uisus aliquis in ea uia contra consuetum, maxime si fuisset uisus cum gladio euaginato, uel sanguinolento, & cum facie pallida, uel uisus esset fugere post delictum, uel recipere homicidam, & an aliquis aliquā do fuerit minatus occiso, & ut latius per te ipsum potes mente, seu cogitatione comprehendere, si loquimur in furto, an famulus fugerit à domo, an in domo sit aliquis malæ conditionis, & an aliquis pauper in ea domo domesticus, uisus fuerit postea expendere pecuniam, maxime se uestiendo, uel aliquid de rebus subtractis, sit uisum apud aliquem, ut dicam in tit. de furt. in quæst. penult. ut si loquimur de uiolentia mulieris, an auditus sit clamor mulieris, iuxta not. per Bald. in l. 1. §. potuisse. ff. ad Syll. & in l. metum. C. quod met. cau. & Ang. in l. 1. §. si. ff. ad Syll. & an ex ea domo aliquis uisus sit exire, uel in domo sit inuentus, & si loquimur in falso, an talis falsitas cedat commodo alicuius, & similiter dicendum est de omnibus aliis maleficiis, iste est modus inuestigandi maleficos, qui tamen relinquitur arbitrio iudicis l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. ita per Bar. ubi omnino uide col 1. 2. & 3. in l. fi. ff de quæst. & Put. in tract. suo, char. 90. col. 3. & seq. & uide omnino Afflict. in tit. de pace iur. firm. in §. iniuria. in quarto not. ubi ponit infinita signa ad cognoscendum quis fuerit homicida. & inter cætera dicit quòd sanguis fluens è uulnere hominis occisi in præsentia aspicientis corpus, & non fluens post eius recessum, magnum & sufficiens est indicium. ibi etiam de signis quibus cognoscitur fur & uiolator puellæ, uide etiam Brun. in tract. suo, de indi. & tortu. & inuestigando delictum & delinquentes appella-
3 tur † inquisitio generalis quo ad delict & personas, inuento autem delicto, appellatur inquisitio specialis quo ad delictum, & generalis quo ad personas. uerū n habitis indiciis cōtra certam personam modo quo dixi suprà, super illis assumptis in ea inquisitione generali formatur inquisitio
4 specialis contra delinquentes, sed † de talibus indiciis non est danda copia parti, iuxta c. qualiter. §. debet. de accusa. & communiter Doct. in c. cùm oporteat. de accusa. & ibi attestatur Aret. & dixi infrà. in ma-
5 teria inquisitionis† in uersi. tertio. requi-
6 ritur ubi omnino uide. sunt † tamen repetendi tales testes, ut fit & docet Bart. in d. l. fin. in ulti quæstio. & possunt tales testes torqueri, si uacillant, secundum Bart. in d. l. fin. col. 2.

Tit. de Captura.

SVMMAE.

1 *Capi quis potest etiam præcedente indicio.*
2 *Indicium etiam leue sufficit ad inquirendū.*
3 *Capi quis potest præcedente qualiquali informatione contra eum.*
4 *Captus non præcedente informatione, laxari debet sine impensa.*
5 *Captus non præcedente informatione, potest à quolibet priuato impune e carcere eximi.*
6 *Captus indebitè ut suprà, si fugit, non habetur pro confesso, imò relaxatus sub fide, non tenetur reuerti ad carceres.*
7 *Eximens è carcere captum indebitè, non potest à iudice mulctari ob contemptum iudicis.*
8 *Captus iniustè, licet posteà confiteatur delictum spontè: non tamen poterit ex illa confessione condemnari.*
9 *Captus indebitè, non potest ob aliud delictum retineri.*
10 *Capi potest reus transmissa inquisitione & pendente termino trium dierum in ea statutorum ad respondendum, etiam non superueniente noua suspicione fugæ.*
11 *Capere reum an possit quilibet iudex. et an priuatus, & an sine causæ cognitione remissiuè?*

statutó quòd uilla teneatur pro damno dato &c. tenetur contribuere cum aliis eiusdem uillæ.

54 Statutum quod uilla teneatur pro damno dato; & qualiter procedat, quando locus, in quo damnum datum est, æqualiter distat, à duabus communitatibus.

55 Inquisitio qualiter formanda sit contra uillam stante statuto quòd pro delicto commisso in territorio &c.

56 Clausula quòd proceditur extra ordinem, quomodo intelligatur.

57 Capti in bello inter Christianos non efficiuntur serui capientium, sed soluunt taleas.

58 Talea de iure extorqueri non potest à captiuo, quando bellum est iniustum.

59 Bellum in dubio præsumitur iniustum.

60 Bellum quando dicatur iustum, & quando iniustum.

61 Milites ex consuetudine non exigunt taleas à militibus captis nisi sint duces militum.

62 Taleæ non possunt exigi à rusticis captis in uillis propriis subiectis hostibus, sed tantum à captis in itineribus per loca hostium.

63 Milites cruciantes captiuos ut taleas exigant, tenentur de homicidio, & de cruciatu etiam non secuta morte.

64 Capturæ & rapinæ non possunt fieri à militibus in locis domino suo subditis.

65 Talea debet esse moderata, & sine crudelitate.

66 Miles crucians captiuum ut taleam exigat, ubi licita est captura tenetur de excessu.

67 Occisus à patrono, uel corrigente præsumitur in dubio gratia correctionis occisus.

68 Gratia generali facta à duce Mediolani militibus, non comprehendit raptus, nec uiolentias.

69 Capta ciuitas non fit serua, & ciues retinent bona sua.

70 Captus, & sub fide reuertendi relaxatus an teneatur reuerti?

71 Princeps bellum illicitè inferens, tenetur de omni damno à militibus suis dato.

72 Milites in territorio Principis sui furantes & delinquentes puniuntur ut latrones, & l. Iulia de ui publ. & priu. & per statuta Mediolani.

73 Rebellis captus à militibus principis in bello contra principem per eum suscepto, fit seruus capientis, & ei talea debet solui.

74 Talea hodie successit loco seruitutis.

75 Milites qualiter faciant distributionem rerum captarum, & an communicent cum Duce belli?

76 Talea pro captura non debetur Duci, qui conuenisset cum Principe purgare prouinciam malis hominibus.

77 Princeps potest soluere taleam militi capienti rebellem, & eum recipere & punire.

78 Hostis captus non potest ex interuallo interfici.

79 Captus hostis, uel rebellis non potest uendi ut seruus alterius fiat, uel ut maior talea ab eo exigatur.

80 Rebellis potest quandocunque interfici.

81 Talea non habet locum in rebelle capto quando proceditur contra eum secundum formam iustitiæ, & non efficitur seruus capientis.

82 Capi potest delinquens etiam ante formatam inquisitionem, habita qualiquali informatione.

83 Captura an sit ex processu?

84 Capi anita quis possit in ciuilibus incipiendo à captura, sicut in criminalibus?

85 Capi nemo potest pro debito priuato, nisi prius facta excussione an sit soluendo.

86 Captura suspecti de fuga antequàm concedatur, multa necessariò requiruntur.

87 Captura an concedatur pro debito publico, uel fiscali?

88 Capi an possit debitor ad damna uel rei restitutionem pro crimine?

89 Captus & punitus an sit relaxandus ante rei restitutionem?

90 Cedere bonis potest fisci debitor.

91 Captus pro causa criminali, potest pro causa ciuil. retineri.

92 Captus indebitè non potest in carcere ab alio retineri.

93 Capiens aliquem, debet habere specialem mandatum ad capiendum.

94 Capienti bannitum interdum per statuta, nonnunquam per consuetudines, dantur præmia.



Via constito de delicto quæritur delinquēs, ut dixi, & inuentus sæpenumero capitur, aliqua dicam de ipsa captura, & ideo quæro quale iudiciū requiratur ad ca-
1 pturam, & dic quòd ex † leui causa iudex
2 potest detinere, patet; quia † leue iudiciū sufficit ad inquirendum, secundum Bald. in l. seruos. C. de testa. Alex. in l. repeti. §. 1. ff. de quæst. in secunda apostilla. quæ incipit, is qui. ibi tamen eius dictum glo. & Bart. in l. fi. C. de his quib. ut indig. Corn. consil. 58. in princ. Fely. in c. 2. tertia limit. de testi. quicquid dixerit Decius in consi. 180. & dicam latius in materia inquisitionis. si igitur leue indicium sufficit ad inquirendum, ergo magis leue sufficit ad capturam, quæ consequentia omnibus patet. Vnde comperies quidem cautum, ut ante inquisitionem requiratur indicium, non autem ante capturam, & ideo Bald. in l. & si certus. ff. ad Syll. dicit quòd ad capturam non requiritur indicium: & in l. 2.
3 C. de his qui latro. † Requiritur tamen qualisqualis informatio, & qualequale indicium secundum Salice. in l. nullus. C. de exhib. reo. & ita communiter decidū: Doctor. in cap. si clericos. de senten. excom. in 6. prout etiam refert Bald. in l. quòd euitādi. ad fin. C. de condict. ob turp. cau. & Alex. in l. neminem. C. de custo. & exhibit. reo. in apostilla, quæ incipit, permiserint. & Fely. in c. cùm non ab homine. col. 2. de iudi. & in cap. accedens. 2 §. quoniam frequenter. uersicu, tū nota. col. pen. in princ. ut lite non contest. & per Maria. Soci. in tracta. suo citatio. in 2. arti. principali in 24. quæstione, & ibi dicit quòd etiam debet ante capturam plenè constare de delicto, sicut dixi suprà in fine tituli de delicto. Conclusio igitur est hæc, quòd ex nihilo nihil fit, & sine indicio magno, uel paruo non potest ad capturam deueniri, nisi præcedat aliqua informatio circa delinquentem, & ita intellige Angel. Aret. in uerbo, fama publica. col. 2. ubi subdit infrascripta uerba, aduertendum est quod oportet ut diffamatio, siue indicia præcedant, sine indiciis uerò, siue sine, suspitionibus præcedentibus, & diffamatione in criminali non potest ad aliquem actum iudex procedere, uel capturæ, uel arrestationis personæ, uel tormentorum, uel inquisitionis, ut per eum. & ita iudices boni obseruant. uidi tamen interdum capturam concedi etiam sine aliqua informatione ad solam uoluntatem querelantis contra hominem non multæ conditionis, & dignitatis, in delicto magno, & habita fide, à querelante de soluendis impensis, nisi in continenti dedisset debitas informationes, & hoc propter suspitionem fugæ, quod, non damno, de iure uerò aliter est ut supra dixi.

4 Hinc † est quod si quis capiatur, non præcedente dicta informatione, debet dimitti etiam sine impensa. Bald. in l. si pacto quo pœnam, & ibi Ias. C. de pact. bonus text. in l. fin. §. nullo tempore. ff. de libe. homi. exhib. Aret. in dicto uerbo, fama publica. car. 21. col. 2. uersi. 6. quæritur. Et adeò uerum est eum esse dimittendum, & pristinæ libertati restituendum: ut etiam quili-
5 bet † priuatus possit illum eximere. l. 1. §. Offilius. cum duabus ll. sequen. ff. ne quis eum qui. Hinc dicimus quòd licet fugiēs è carcere, habeatur pro confesso & conuicto, iux. l. ad commentariensem. C. de custo. reo. & per Ias. in materia fugæ, in l. admonendi. ff. de iureiuran. tamen secus est
6 quando indebitè † detentus erat. Bar. in l. uis eius. C. de probat. & Fely. in ca. 1. col. 14. prope fin. de constit. imò si is fuisset dimissus, & promisisset reuerti non teneretur seruare fidem, nisi iurasset reuerti: ut per Abba. in ca. inter alia. in fin. de immu. eccles. nisi tamen immineret periculum mortis, ut ibi & per Baueriam de uirt. iur. c. 6. & ibi habes, quando esset iustè positus in carceribus, & aufugeret, quod esset contra conscientiam, etiam si de pœna mortis ageretur, & latissime quando iudex facit de facto. uide per Claud. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. iuxta glos. 1. ibi in tertia parte,
7 & Dec. ibidem. Et † aduertas, an licet eximens indebitè captum, non teneatur erga partem, possit tamen mulctari à iudice, cuius iurisdictio uidetur contempta, in quo uide Iasan l. 3. §. qđ prætor. col. 3. in prin. ff. ne quis eum qui. qui in effectu concludit & communem esse ostēdit, quod quia non delinquit qui sic facit: ut est text. clarus

reus in d.l.1.in fin. criminaliter etiam non tenetur, & quando quis non indebite captus est, quæ pœna sit eximentis Ias. ibi distinguit, & uult inter cætera, quòd & si nõ sit quis captus pro debito, nec sit reus criminis, tamen potest mulctari propter contemptum, ueriùs loquitur ubi saltem rite erat detentus, & uide quæ dicam infrà in quæstione quando captus non aufugit, sed eximitur à familia. Et si uidebis Marian.& alios, quos ibi allego, comperies eandem cõclusionem fieri in illa quæstione in specie, sicut hic in genere, quando quis est captus: quòd si non rite captus est nõ punitur, comperies etiam alios tredecim modos, per quos eximens excusatur, & ubi non excusatur quomodo puniatur, & ex allegatis ibi, & ex dictis Ias. ubi suprà, habebis ueritatem, & adeò habetur consideratio capturæ iniustæ, ut
8 † licet posteà reus fateatur sponte delictum, tamen talis confessio non uideatur sufficiens ad condemnandum ita mirabiliter uidetur dicere Pet.de Anch. consi. 24. in Christi nomine, uisa inquisitione. quem refert & sequitur Alex. ad Bar.in l.qui in aliena.§. Cellsus.ff. de acquir. hæred. quæ decisio uidetur contra terminos iuris, per c.1.& 2.de accusat.in 6.& not.per Bart. in l.si confessus.ff.de custod.& exhib. reor.nisi dicas quòd uitium capturæ est uitium citationis, quòd magis inficere debet quàm uitium libelli, uel inquisitionis. Sed uerius dic, ut dicam infrà in materia confessionis, ubi tractabo de reuocatione confessionis, & ibi habebis uerum sensum Anchar. & Alex. Sequitur quoque alius effectus
9 ex captura indebita: quia † non poterit pro alio delicto retineri. Bart. in quæst. Lappus, Alexand.in l. Turpia. col.2.ff de leg.1.Bart.& Doct. in l. sed eximendi.§.1. ff.ne quis eum, qui. Sequuntur etiam alii effectus, ut per Bald.in l.plerisque. ff. de in ius uocan. & in materia uide Hippolyt. in l.1.col.6,& seq.ff. de quæstio. Quæro,
10 quando † formata est inquisitio & transmissa, ut ueniat infra tres dies, an pendente illo termino possit capi? Dubium facit regula l.siue pars.C. de dilatio. quod pendente dilatione officium iudicis conquiescit: & ideò Alex.consil.1.col.1.in fi.uol.3. dicit quòd pendente termino dato ad accipiendam copiam indiciorum, & faciendas defensiones, non potest torqueri per dictam regulam, & per id quod dicit Salic. in l.1.C.de exhib.re. & in l. absentem. C. de accus.dicens quòd cauti iudices prouident ne rei fugiant: quia non citant eos, sed capiunt, ne pendente citatione uerbali, rei fugiant, ad quod uidendum est consil.Signorel.115. super statuto unius diei utilis ad respondendum inquisitioni. ubi consuluit quòd omnis processus interim factus est nullus, & etiam confessio. Sed dic quòd noua suspitione fugæ superueniẽte, quæ à principio non fuisset, cessaret regula.d.l.siue pars.ut in ea habetur, & latissime per Natam.in repetit.clem. sæpe. de uerb.sign.col 49. & seq. & idem etiam ea non superueniente, quia dilatio, quæ datur ad respondendum inquisitioni, nõ ideò datur, ut ueniat infra tres dies, sed ut respondeat. Si igitur capitur, interim non fit actus contrarius, quia in carcere habebit illam dilationem, & facit dictum Bart.in l. consentaneum.C.quomodo & quãdo iud. quòd in executiuis electio unius remedii non tollit aliud. Nec Signorel. repugnat hoc casu d.consil.& ita seruatur. Quæro,
11 an † quilibet iudex possit capere? dic ut per Maria.in suo tract. citatio. in 4. artic. princ.quæst.2.col.2. Sed an priuatus capere possit, etiam Marian. ubi suprà, ponit quæst.2.col.1.& 2.ubi etiam habes quòd quando ex pacto licitum est capere, & an eo casu iudex sine causæ cognitione possit licentiam cõcedere. ut per Felin. in c. quo ad consultationem.col.8.de re iudic. Et
12 quando † occiditur à familia, qui non permittit se capi, an teneatur homicida? uide tex.in l.3. C.de his, qui ad eccles. confug. per quem Bart. ibi dicit non teneri. quæ opinio non caret contrariis. Tamen ueritas est quòd non punitur, non considerando materiam l.ut uim.ff.de iusti. & iure. ut per Homod.in tract.syndic.car. 7. col. 3.in prin.ubi dicit, quòd non requiritur, quòd adsit in hoc moderamen inculpatæ tutelæ, & quòd fuit ita consultum & iudica-
13 tum. † cui Homodeo multum credo: quia, dũ uiueret, in magistratibus optime exercendis omnes alios longe superauit, secundum Brun. in suo tracta. de indi. & tortu. Quam opinionem tenet etiã Florian.in l.

quemadmodum.§.magistratus. & in l.si ser
uus.ff.ad legem Aquil.& Imol in l. ex con
sensu.§.fin.circa penult.colum.ff.de appel.
14& † postquàm est captus an possit occidi?
uide Felin.in c.cum iuramentum. de homi
cid.& in c.quæ in ecclesiarum. de constit.
col.2.ultra alia loca uulgaria. Quæro
15etiam,quando † captus non occiditur, sed
eximitur è manibus familiæ ab amicis,uel
coniunctis, qua pœna puniatur eximens?
Bald.in l.addictos.C.de episc.audien.circa
fin.dicit quòd tenetur, ac si fideiussisset
pro eo in omnibus.& ita latè Cæpol. con
sil.14.col.2.ubi uult quòd etiam puniatur
pœna tituli,ne quis eum,qui.& hoc in ere
pto pro debito. Sed pro maleficio, uide
Bart.in l.4.ff.ad legem Iul.maiest. ubi di-
16cit,quòd † si erat condemnatus,uel confes
sus, tenetur lege Iulia maiest. & ut à fun-
damentis intelligas, scito quòd ille, qui
turbat,uel impedit iurisdictionem iudicis:
punitur secundum Bart.in l.unica.§.1.in fi.
ff.si quis ius dic.non obtemp. & ibi de pœ-
na huius,ubi Ias.in.§.pœnales.Insti.de act.
col.3.& in l.3.§.quod prætor. col. 3. ff.ne
quis eum,qui. & uide etiam omnino Alex.
consil 36.col.1.& 2. uol.2. & Felin. in c.1.
de offic.deleg. in penultima & ultima col.
17& † aliquando tenetur ad mortem,aliquã-
do mulctatur,& aliquando aliter. Et si uis
scire quomodo excusetur talis eximens,
uide Marian.in tract.cit.in 34.artic. princi
pali, ubi ponit quatuordecim excusatio-
18nes. Et† habemus ordinem punientem
eum,qui impedit iurisdictionem pœna au
reorum ducentum:& ubi non possit solue
re,trium ictuum funis,in quo ordine caue
tur,quòd credatur uni testi fide digno cũ
iuraméto,iuxta quem ordinem cadit quæ
19stio: † Aliquis captus & ducitur ad carce-
res,dum sic conducitur, se eximit è mani-
bus familiæ,an incidat in pœnam dicti or-
dinis? Nam quando tertius eximit,res est
plana illum incidere. & ita loquuntur le-
ges & Doctor.ubi suprà:& ita prima facie
loquitur præfatus ordo in proœmio sui.at
que ita non uidetur eum comprehendere,
qui seipsum eximat. In contrarium facit,
quia quis fugiendo a familia non solùm im
pedit,sed resistit,secundum Bal.in l.fi.in fi.
C.de exhib reis.& per Doct. allegatos su-
pra in uersi.& quando occiditur a familia.

Item, si quando est concessa executio rea-
lis in bonis contra me, qui eam impedio,
punior secundum dictum ordinem, & ita
obseruatur. Quare idem non debemus di
cere,quando est concessa executio persõ-
nalis contra me.qui resisto ne capiar: uel
captus eximo me etiam solùm fugiendo.
Additur aliud,quia is ordo punit præstan-
tes auxilium capto ad euadendum: ergo
punit ipsum captum, tãquam principalem
l.si is,qui rem.§.si tu Titium. & ibi Bar. ff.
de fur.& Bar.in l. si quis obrepserit. ff. de
fal.quod fundamentum tamen non affir-
mo. Nec mirum sit, quòd ordo iste conti-
neat hunc casum:quia in multis mundi re-
gionibus,adeò timetur iustitia, ut solus li
ctor conducat homines cuiusuis ordinis
& qualitatis ad carceres solo signo bacu-
li.Contra tamen facit, quod omnibus licitũ
est redimere sanguinẽ suum.l. 1. ff. de his,
qui sibi mor.cons.& ibi Alex. infert ad in-
quisitum, qui cum iuramento interroga-
tus, respondens mendacium, non punitur
de periurio. Nec Bart. in l. relegati.ff.de
20pœn.dicit istè † positum in carceribus fu
giendo,puniri in hoc seculo, sed peccare.
Item tit.de effractoribus carcerum, pon-
derat fracturam, non simplicem fugam.
Concludo tamen fugientem incidere in
pœnam præfati ordinis, tum ex prædictis,
tum etiam quia uerba hunc sensum reci-
piunt,si illum uides.Non obstant proximè
præcedentia,quia uerum non est, quòd fu
giens simpliciter non puniatur, imò puni-
tur,sed mitius.ita glo.in l. sucurritur. ff.
ex qui.cau.ma.& Doc.maxime Aug.in l. 1.
ff.de effr. car. & ita fuit determinatum in
Senatu,dum sederet Cremonæ. Est uerũ,
quòd in casu qui tunc occurrerat, fugiens
etiam euaginauerat ensem, atque ita non
solùm in omittendo & non parendo consi
stebat renitentia:sed etiam in faciendo,iu
xta glos.in l.si more. ff. sol. mat. unde cum
subtilitate iuris concurrebat hoc aliud,
quod peccatum aggrauabat, & secundum
hanc ultimam considerationem,putarem
non ex uerbis, sed ex mente & æquitate
hunc ordinem esse interpretandum. Quæ,
21ro, † an in ecclesia sit licitum capere delin
quentem?dic non esse, ut in tit. C. de his,
qui ad eccl.confug.& extra,de immun.ec-
cl.& in c.inter alia.Bar.& Doctor.in l.ple-
rique

riq;.ff.de in ius uoc.& latè per Mar.Soc.in tract.cit.in 17.artic.princ. ubi omnino uide:quia ponit infinitas quæstiones in materia:& licet,secundum ius ciuile,nó habeat locum hæc conclusio in raptorib.uirginũ, homicidis,& aliis casib.de quibus in §.neque.in Auth.de mand. princ. & in l. 2. ubi gl.& Doct.C.de his,qui ad eccl.confug.At tamen aliter est de iure canonico,per d.c. inter alia.& c.fi.eo.tit.ut per Doct.ubi supra:& in d.c.inter alia.& ita seruatur à iudicibus,Deũ timentib.quicquid dixerit practicus Papiensis in forma inquisitionis, in prima glo.in uers.ex his potest non improbabiliter quæri.& sic,si uis uidere in quib.casib. nó procedat regula, recurras ad dicta capitula in iure canonico. Aliqui etiam dicunt non procedere regulã, quãdo ex proposito fit delictum,ut in homicidio, præcedente deliberatione, per c.1.de homic. in 6.Sed hoc communiter reprobatur, ut per Doct.suprà, & Mar. Soc.in dicto 17. artic. prin.in 6.q. col.1. Et uide omnino Alex.in 7.uol.consi.165.per totũ. ubi ostẽdit prædicta omnia esse uera. Aliqui tamen dicũt, ꝙ
22 †ubi familia insequitur eũ, qui fugit in ecclesiam,ꝙ tũc potest in ea capi,ut uidetur uelle Alex.cons.14.col.10.uol.2. Sed ueritas est,tunc etiam non posse,per Ias. & D. Alex.in d.l.pleriq;.Et facit , ꝙ attendi debet finis,& non principium,quando attendendo finẽ,magis fauetur defensioni, secũdum Bar.in l.quod ait lex.§.quod ait lex.ff. de adulter.aliter tamẽ,ut dixi, tenet Alex. & ultra eum Hippol. post practicum Ferrarien.in quadam practica in uers. ulterius. & alibi sæpe.Vera opinio est illa, quam dixi,si uides Doctor.maxime Cin. qui allegatur in contrarium,& qui illud non dicit: & ita uidi obseruari.Si tamen duceretur à familia reus per ecclesiam, cùm alibi captus fuisset,aliud esset.Old.consi.54. an fugiẽs.
23 Sed† si antequàm ducatur, captus fugiat in ecclesiam uidetur idẽ quod in capto, & in ecclesiã, ducto: quia adhuc non dicebatur liber,familia insequente. l. naturalem. in princ.ff.de acquir.rer. dom. Sed credo idem esse,ac si nũquam fuisset captus. Nec obstat.l.naturalem. in prin. quia loquitur, quando animal captũ erat, & ita captũ, ꝙ in dominium capientis transiuerat. Sed in casu nostro,antequàm duceretur ad carceres,non intelligebatur ita perfectè captus, ut esset in tuto sub dominio & potestate iustitiæ.Non mirum, si fugiendo factus erat liber,donec tamen durat captura , pro eo tempore non dicitur liber , etiam si nondũ esset in carcere.& ita probat Oldr.in d.cõ
24 si. Et scias,† ꝙ in casibus,in quibus potest extrahi ab ecclesia , requiritur ut Episcopus illũ extrahat, & curiæ seculari tradat, ut per Aret.in gl.in scalis sancti Petronii. Alex.in l.si cui.§.fi.ff.de accusat. & Mar.Socin.in cap.postulasti.de foro cõpet.in uers. circa 16.quæst.ubi uide. Et nota,ꝙ immunitas ecclesiæ,quam quis consequitur eò, ꝙ in eam se confert,consistit in dispositione c.inter alia.dum dicit , ꝙ non potest ab ecclesia extrahi,ut inde morte,uel alia pœna corporali afficiatur : uerùm, secundum glo.& Doct.ibi, & Doctor. ubi suprà, potest puniri pœna pecuniaria.Et ideò ecclesia debet de hoc recipere cautionem à iudice seculari,& ita ei tradere, per tex.ibi, & alibi,ut ibi in glo.& per Doctores. Si tamen delictum esset graue,magis conueniret eum dimittere, & contra eum procedere ad suam pœnam,quàm hoc modo punire,& ita hoc mane factũ est in Senatu . Nõ
25 †tamen iudex,ex auctoritate sua, debet talem extrahere ab ecclesia:licet uelit tantũ pœna pecuniaria punire : sed auctoritate
26 ecclesiæ,ut uides.Hinc est† ꝙ etiam confugiẽs ad ecclesiam est securus, etiam si eius debitum publicũ esset:ita communiter Doctores in d.l.pleriq;. & Maria. latissime in loco ubi suprà,& ita tene. & loquor etiam in casu, in quo secundum statuta,uel aliter posset capi,& ita latè Marian. in loco , ubi suprà,reprobato.Oldr.in d.cons.54.qui aliter tenet, subdens,ꝙ opinio Oldra. est in practica multum rigida,& in ea non seruatur,nisi tamẽ esset suspectus de fuga,ut per Doctor.maximè Alex. in d.l. plerique . Et ideò etiam clericus,qui ordinarie capi nõ potest,secundum glo.& Doct.in l.miles.ff.
27 de re iud.Si† fit fugitiuus, potest capi , ut per Abbatem in c.cùm non ab homine. de iud.& ibi per alios maximos Doct. & per Caccialup.in tract.de debit. suspec. de fuga.in uers.quintò principaliter.col.44. Po
28 test† tamen confugiens ad ecclesiam citari uerbotenus,ut per Bar. in d.l. pleriq; & Alex.ibidem, col.2. & Marian. ubi suprà,

quem omnino uide, & de materia rei fugientis ad ecclesiam, ultra prædicta, uide Fel. in c. ex rescripto circa fi. de iureiur. & ibi habes ꝙ talis debet pasci ab ecclesia. & per Bal. 1. uolu. consi. 400. col. 1. & Paul. de Cast. consi. 471. uol. 2. & Aret. in uerbo, fama publica. in uers. quartò quæro. Et
29 quid iuris sit, quo† ad eum, qui confugiat ad corpus Christi? uide Mar. ubi suprà, & Abb. in c. sane[1]. extra, de celebr. miss. Et
30 quid† si confugiat in domum presbyteri? Iacob. de Beluis. in suo tract. malefic. tenet non gaudere hac immunitate. Sed uide de hoc tex. in c. sic antiquitus. & in c. quisquis 17. quæst. 1. & glo. in d. c. sic antiquitus. & Archid. in dictis locis. Et conclusio est, ꝙ si sit intra triginta passus ab ecclesia, ꝙ gaudet, nisi in castello, dicto c. quisquis. & sic in terra cincta muro & uallo, iuxta notata per Bartol. in extrauag. qui sint rebelles in uerbo, Lóbardiæ. imò Hostien. in summa sua in tit. de immunit. eccl. in uerbo, inquantum. col. 1. & seq. Idem dicit in ciuitate & uilla ꝙ in castello. & idem Arch. ubi suprà, licet aliter sentire uideatur in generalitate suorũ uerborũ. Alber. in titu. de his, qui ad eccle. confu. quia dicit ꝙ tantùm procedit in castello. & in castello nulla est difficultas, per text. in d. c. quisquis. ut etiã per Oldr. consi. 55. & ita hodie in Senatu iudicatum fuit cótra D. Franciscum Nigrum, qui propterea capite punietur. & uide etiã Hostiensem ubi suprà, col. 3. qui dicit loquendo de hac immunitate triginta passuum, quòd hodie in multis locis hæc immunitas usurpata est, & loquendo generaliter de immunitate ecclesiæ Practicus Pa-
31 pien. ubi suprà, dicit † quòd in Italia non obseruatur. Ad obseruationem cuius consuetudinis adducit illud Euangelicum, Domus mea, domus orationis uocabitur, &c. & forte D. Roch. in tract. suo de consuet. ponit de hac consuetudine.

32 Quæritur etiam nũc in Senatu, † an pro crimine læsæ maiestatis sit licitum quem extrahere ab ecclesia? & uidetur licere argu. l. ad bestias. ff. de pœnis. & l. si hominẽ. ff. manda. Tamen credo contrarium per text. in c. inter alia. de immunit. eccles. ubi clare apparet, ꝙ quantumcunque grauia quis commiserit, tamen est securus, nisi in casibus de quibus ibi. & ita Doctores nolunt extendere illos duos casus ad similes, nec maiores, ut ibi, & per Socin. & Hostié. ubi suprà, & glo. in dicto c. inter alia. & in e pte Hippol. qui potest uideri & allegari loco repertorii in l. 1. C. de rap. uir. qui late ponit hanc materiam: dicit enim ꝙ hęc immunitas non procedit, nisi in leuioribus. Et si casus aliquis excipiendus esset, omnino exciperetur casus. cap. 1. de homicid. in 6. & magis casus in ca. felicis. de pœn. in 6. & tamen non excipiuntur: & ita hodie per Senatũ cóclusum fuit iuris esse. Dictum tamen fuit, ꝙ forte arduum nimis uideretur
33 hoc ius in practica. Quæritur, an † quis possit capi, nó obstante securitate iudicis, & consequenter an talis habens securitatem à iudice factã sit tutus? Cremonæ fiũt sæpenumero à prætoribus edoctis de maleficio, ut possint illi tute uenire ad ueritatẽ propalãdam. In ciuitate Mediolani recurritur ad Senatum pro ea obtinenda, uide Bar. in l. is, qui reus. col. pen. ff. de publi. iudic. & in l. relegati. ff. de pœn. ubi uult ut ualeat ex prædicta causa, ita limitando d. l. relegati. quæ probat regulam esse in contrariũ, ut sit ex reseruatis Principib. uide Ias. in l. cóuentionum. col. 2. ff. de pactis. Felin. in c. accedens. 2. col. 2. ut lite non cótestata. Marian. Socin. in tracta. citat. in 18. artic. princip. in 5. q. col. 4. & 5. Put. in tract. suo, char. 73. uers. saluus cóductus. Ias. in l. 1. col. 3. prope fin. ff. qui satisdare cogant. Ant. Sicul. in uerbo, saluus cóductus. Nell. in 3. parte a tempor. q. 15. cum multis sequent. & ibi in quæst. 19. Si non potest fieri gratia, an possit fieri securitas usque ad cẽtum annos, dicam infra de hac materia, in titu. de citat. circa fin. uers. sed an iudex. & in titu. de remediis ex sola clementia
34 Principis contra sententiam. Et † an quis possit capi extra territorium? dic non posse. l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudic. cap. ex parte. de uerbo. signifi. l. quid si fugitiuus. §. idem Celsus. ubi Bart. ff. de ædilitio edicto. Ias. in dicto l. fin: & Felin. in cap. fi. col. 2. de foro compet. Et ideò captus in alio territorio, debet statim dimitti, secundum Bart. in d. §. idem Celsus. & Bal. not. in l. requirendi. col. 2. uer. sed nunquid C. de seruis fugit. & alibi sæpe. Quæ conclusio non habet dubiũ in citatione reali, sed in uerbali, dicam infrà in materia citatio-

nis:

nis:& adeò uerum est, ut extra territoriũ captus debeat dimitti:ut etiam hoc procedat, quando à principio inciperet eum inse qui in territorio suo. Felin. in dicto c. finali. col. 2. de foro competenti. & Barbat. consilio 26. uolum. 1. dicens hanc esse communem. & Aret. in dicto cap. fi. col. 2. ulterius tamen uide de hoc Ang. in uerbo, fama publica. uersiculo, sexto quæro in materia capturæ. & per Alexand. uol. 2. consi. 24. col. 2 & 10. & seq. & 3. uol. consilio 75. col. fin. & Bald. 1. uolum. consilio. 154. Quæro
35 etiam,† an laicus possit capere clericum? Dic non posse, aliàs est excommunicatus, cap. 7. in fi. in uerbo, ceperit. de sententia excommunic. & sentit glo. in cap. cùm non non ab homine. de iudic. ubi Ioan. An. Io. de Lig. Bal. Abb. & Moderni, quicquid ibi dicat Aret. & ideò Bald. ibi dicit, ꝙ statuta disponentia, ut uillæ teneantur capere maleficum, nõ censentur arctare laicos, ut ca-
36 piant clericos. Limita primò, quando† esset licitum uerberare. quod quando sit, uide in c. 3. ita Abb. & Ioan. And. in d. c. cùm non ab homine. & per Ang. in uerbo, fama publica. q. 9. ubi ponit alias fallentias.
37 Secundò limita,† ubi haberetur mandatum à superiore. c. ut famę. de sent. excom. & in c. si clericos. eo. ti. in 6. & Ang. ubi supra. & sufficit mandatum generale, si tamẽ sit capiendi maleficos clericos deprehensos in delicto, aliàs si diceret, ut posset capere clericos diffamatos, non sufficeret: quia antequam capiatur clericus, qui non est deprehensus in crimine, requiritur aliqua causæ cognitio, secundũ glo. in cle. pastoralis. in uerbo, de more. de re iud. quæ cõmissio cognitionis debet fieri laico. c. 2. cum ibi no. de iud. ita Aret. in d. c. cùm non ab homine. intellige tamen hanc limitationem respectu capturę, non respectu uerberum: quia etiam cũ licentia superioris non posset laicus uerberare clericum. c. uniuersitas. de sent. excom. nisi clericus prohiberet se capi, uel etiam quando non permitteret se duci. glossa est notabilis in dicto cap. si quis clericos. in uerbo, excedatur. quæ glos. ampliat glos. in l. nullus. C. de Iudæis. quæ dicit ut satellites possint scelestum pertinacem etiam occidere.
38 Tertiò limita,† quando timetur de fuga, etiam si laici capientis non interfuit. ita Abb. in d. c. cùm non ab homine. & est cõmunis secũdum Aret. ibi, licet ipse teneat
39 contrarium. Quartò limita,† quo ad prohibendum ne delictum committatur tam contra personam, quàm contra res, etiam respectu alterius: quia posset hoc in casu prohibere delictum laicus etiam ligando clericum, & capiendo, si aliter a maleficio submouere non posset. ita Abbas post Innoc. in d. c. 3. ubi dicit, ꝙ hæc est communis sententia. Idem Lapus allegatione sua 126. factũ, super quo. Et faciunt, quę ponit Barbat. pulchre & late in d. c. ꝙ ad hoc ne delictum sequatur, plura permittũtur, quę aliàs non permitterentur. Fundamentum Abb. est, ꝙ qui inicit manum in clericum sine dolo, non est excõmunicatus. quæ opinio est uera, ut not. per Fratrem Ang. de Cla. in summa sua. In contrarium uidetur gl. in d. c. si quis clericus. in uerbo, iniuria. & tex. in d. c. uniuersitatis. iũcto eo, ꝙ ille non est in dolo, qui facit auctoritate iudicis. l. non uidetur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. Item obstat tex. in c. cõtingit. de sen. excõ. cogita. & de hac materia uide Alex. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. & Ias. in l. 2. col. 3. in princ. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l.
40 uinum. col. 4. ff. si cer. pet. Et† ad quem spectet cognitio, an quis sit clericus, uel laicus. uide tex. in ca. si iudex laicus. de sent. excom. in 6. qui dicit, ꝙ spectat ad ecclesiasticum: uocato tamẽ iudice seculari. Vnde uidi litteras Senatus, ꝙ uicarius iustitię simul cognoscat cum uicario Episcopi. Et licet cognitio sit utriusq; tamẽ potest instrumentum clericatus ostendi solo iudici laico, non ad hoc ut probet, sed ut remittat
41 causam. Et† si instrumẽtum loquitur de Titio, ille præsumitur, qui producit instrumentum, ut per Cæpol. cons. 11. col. 2. uer. dic tamen. & uers. de secundo. de quo text. in d. c. si iudex laicus. dicam infra in tit. de foro comp. Sequendo materiam capturæ,
42 Quæro,† statuto cauetur, ut uilla teneatur pro dãno dato in eius territorio, si malefactorem non ceperit, an hoc statutũ indifferenter procedat? est materia quotidiana, quia hoc statutum habemus Mediolani, & fere ubiq; uiget, uide Bart. in l. 1. §. occisorem. ff. ad Syllanian qui limitat dictum statutum, quando propter maiorem uim non posset ascribi uillæ negligentiæ, uel

quando fieret maleficium clàm & furtiue: uel quando esset factum iuxta cõfinia. Est enim fundatum statutum super negligentia. Si igitur cessat, uilla non debet teneri, ut per Aret.con.57.col.2. & per Hippol.in l.1.§.præterea.char.21.uers.& ideò dicunt Doctores.ff.de quæstionib. Vnde dubitatur an statutum aliter dicens ualeat, ut per Bal.2.uol.consilio 174. Et superiorib. diebus factum est Decretum in hac inclyta urbe Mediolani, ut tale statutum non procedat tempore belli, nec alio, ubi non potuit resisti de facto: & quia dixi, ꝙ quando delictum fit furtiue non procedit dictum
43 statutum, Quæro† an procedat in furto? & uidetur non procedere: quia statutum est exorbitans a iure communi, & furtum est damnum improprie, ut est glossa Institut. ad legem Aquil. in princ. iuncto dicto Bar. in l.1.ff.de fonte & ita tenet Alexander in l.3 ff.de damno infec.& in effectu Ias. in l. si quando. columna penul. C. unde ui.& late & aperte in l.si familia.col.2. uersic.secundò pondera.ff.de iurisdict. omnium iudi.& Hippolyt.in l.de minore.§.tormenta. col.2 ff.de quæstionib. Alexand. cons.167. in 2. quod est repetitum consilio 20. in 5. Dec.consil.84.col. 4. & ita tene, quicquid dicat Cæpolla in consilio 18. ubi arguit ad partes, & tandem aliam opinionem tenet: allegat Bartol.in l.quod Nerua. colu.4.ff. deposi. Verùm Bartol. non loquitur in statuto Item in casu Bar. adest dictio uniuersalis, quæ non est in casu statuti. Sed pro Cæpolla facit, quia damnum est, tanquam genus comprehendens sub se omnes species, furtum, rapinam, atq; alia.d.l.3. ff. de damno infec. Ideò licet sit odiosum statutum, tamen debet comprehẽdere omnia, quæ uerborum generalitas comprehendit l.cũ lege.& ibi Aret. solus not. ff. de testament.& ad dictã glos. Instit. ad legẽ Aquil. responderi posset, quòd non semper uerbum, uidetur, improprietatis uerbum est, ut per Ias. post Bar. in l.his, qui pro emptore.ff.de usucap. non tamen placet hæc solutio, propter naturam regularem uerbi, uidetur. Neq; obstat etiam quod dixi de genere: quia licet unũ sit genus, & aliud species: tamen lex habet ea, tanquam diuersa, propter diuersitatem nominum. & tractatuum, iuxta l.si idem.C.de codicil. quia ponitur titulus de furtis separatus à titulo ad leg. Aquil.& ui bonorum raptorum. Et licet allegentur iura, in quibus dispositum in damno, etiam habet locum in furto, ut per Cæpollam in dicto consilio 18. tamen nihil est: quia ex hoc datur intelligi totum contrarium, quòd imò ea lex, ut separata habet, quia alioquin non esset necesse facere dictam extensionem.§.quibus. in prima constitutione Codicis. Et quid in rapina, an statutum prædictum in ea locum habeat? Dic ut proxime dixi in furto: & fundamẽta in furto allegata multò magis procedunt in hoc casu: uerùm Mediolani habemus statutum clarum de rapina, quã Robariam uocat: quod an habeat locũ in furto, dubito: & uidetur dicendum non habe-
44 re: quia† rapina differt à furto, ut per Bal. post glos. in l.si te.C.de infam. & uide Bal. in Authen. sed nouo iure. col.ult. C.de ser. fugit.& in l.si quis in tantam col.ult. uers. ista lex non est alibi.C. unde ui & Bal. in l. transigere. col.3. uers. ponam quòd statuto caueatur. C. de transactionib. uide etiam tex. in l.quando.C.unde ui.maxime iuncto eo, quod ibi dicunt Doct. præsertim Moder. an illa lex loquens in rapina habeat locum in furto? & pro opinione ut non habeat locum põdero, quòd statuta sunt fundata super negligentia, & in rapina uidetur maior negligẽtia: quia fit palàm, & furtum clàm. Attamen ad hoc patet solutio, quia negligentia utroque casu militat, licet non tãta: ergo dispositio l.1.ff.de aleat. Dec.consil.5.col.2. & consilio 48. colu.2. & alibi sæpe. Veritas tamen uidetur esse, ꝙ si statutum loquitur in furto, non habet locum in rapina, nec econtrà: quia unum differt ab alio, & ita Bal. in locis supra allegatis, maximè quia est odiosum, & contra ius commune: quo casu non habet locum in aliis etiam habentibus maiorem rationem, secundum Bald. in d.l. transigere. col. 3. Adde tamen ꝙ licet dictum statutum nõ procedat, ubi non possit ascribi negligentia, ut per Doct. ubi supra. Cæpol. in d. consil. col.5.& seq.& Barb.2.uol.consi.17.col. 4.& seq. tamen debuit uilla denunciare iudici, ut per Alex. in l.1.§. occisorem. ff.ad
45 Syllanian. Et† quid si statutum dicat, præsentando maleficos liberetur, an liberetur præsentando unum? uide Bal.2.uol. consil.

305.&

305.& consi.307.ubi etiam quid si post capiatur maleficus: de quo ultimo uide etiã Baldum consi.302. in princip. Et aduerte tu, qui uis uti beneficio dicti statuti, in quo dicitur, Si sit damnum datum in territorio aliquo: quia prius debes facere, q̃ cõstet damnum esse datum in illo met territorio. Bal. in §. itẽ illud. in l. 1. ff. ad Syllanian. Pau. de Castro in l. penultima §. docere. ff.
46 ne quis eum, qui. Sunt † enim probandæ qualitates statuti ab eo, qui eius beneficiũ intentat: ut per Soci. consi. 55. col. prima, secunda, & tertia. & Corn. 1. uol. consi. 223.
47 Et † si statutum dicat, Credatur quo ad damnum iuramento damnum passi, debet ille esse omni exceptione maior. Ias. in l. admonendi. char. 28. col. 2. ff. de iureiur. Item
48 nota, † si prius agatur contra delinquẽtes, non propterea est præclusa uia agendi uigore dicti statuti contra communitatem, iuxta l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. quæ uidetur in contrarium facere, ut per Bar. in l. 1. §. unde quæritur. ff. de publican. & in l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod ui aut clam, & in l. 1. C. de cõdict. furti. in quibus locis etiam ponitur, quando non sum consequutus totum ab uno, an residuũ possim consequi ab altero, uel ab eodem alia actione, quæ plus cõtineat, iuxta
49 l. 1. ff. ui bonor. raptorum. Et † quando cõsequutus sum à non delinquente, an nihilo minus possim agere contra delinquentẽ? uide Ang. in l. quoties. §. 1 ff. soluto matri. & Bal. in l. licet gratis. §. postumus. ff. nau-
50 tæ, caupon. stabu. ubi an † absoluto delinquente, possit agi contra syndicum, qui nõ denunciat, & econtra: & an uno soluente, alii liberentur. Ias. in § pœnales. col. 4. In-
51 stitut. de actio. & † an custodes possint torqueri in casu dicti statuti? Cæpolla tenet posse, in d. consi. 18. col. 6. & Ias. in l. si quando. col. antep. C. unde ui. Et nota semper,
52 † q̃ tali statuto non possunt uti forenses & non suppositi. ita Paul. de Cast. in l. omnes populi. ad fi. ff. de iustit. & iure. Socin. consi. 231. col. 6. & seq. & consi. 204. ad fi. & consi. 220. col. 5. quod multo magis procedit in in hac ciuitate Mediolani, propter statutũ, ut qui non est subditus Potestati Mediolani, nõ gaudeat priuilegio statutorum. Et ideò Heluetii, qui quotidie instant contra aliqua communia in dominio Mediolani, uigore dicti statuti, malè agunt. Attamen tempore Gallorum, patiebatur Senatus tunc, ut Galli & Heluetii uterentur dicto statuto, quod erat iniquũ, ut uides. Et ubi
53 † damnũm passus incola esset illius, an ipse teneatur contribuere? uide Bart. in l. ab
54 omnibus §. à Titio. ff. de legat. 1. Et † quid quando delictum est cõmissum in loco, ita uicino uni communitati, sicut alteri? uide Nellũ in 2. parte 2. tempor. quæ. 65. & ibi
55 habes † quãdo dicatur quis uicinus, & quãdo communitas dicatur magis propinqua. Et quid sit concludendum in inquisitione, quæ formatur contra uillam, uide Bal. in l. 1. C. qui accusare nõ possunt. uers. super 2. puncto. & per Areti. in glos. ad querelam.
56 col. fi. Et si disponit statutum, † ut procedatur extra ordinem, ut dicit hic Mediolani, uide ad intelligentiam dictę clausulæ Bal. in l. fi. C. de iure deliber. & clarius in c. in inuestituram. de noua forma fidel. & Bart. in extrauag. ad reprimẽdum. in uerbo, sine figura. ad fin. & Nata. in clemen. sæpe. §. nõ sit tamen. de uerb. sig. Et uide etiam circa dictum statutum Bal. in l. si plures. in 5. col. in uer. fuit quęstio inter duas communitates. C. de condition. inser. ubi habes quid si in uia communi duab. uillis est maleficiũ commissum? & Dec. cõs. 64. in 3. col. & seq. Vide etiam ad dictum statutum Angel. in uer. fama publica. uers. quæro 12. Quæri-
57 tur etiã † quid fieri debeat de captis in bello? in quo dic q̃ efficiuntur serui capiẽtiũ. l. hostes. & ibi Bar. ff. de capt. quod non obseruatur inter Christianos, ut dicunt Bart. ubi suprà, & alii in locis suprà allegatis.
58 † Verùm talib. pecunia extorquetur, quã Doct. Taleam uocát. l. nam & seruus. ff. de negot. gest. ubi Doctores, maximè Bal. & per Iason. in l. conuentionum. ff. de pactis. per Anan & Felin. in c. excommunicamus §. catholici. de hæret. & quia quod talea dicitur, pendet, an bellum licitè fiat uel non, ut per Bald. in d. l. Salicet. in l. ab hostibus. C. de cap. maximè in ultima quęstio
59 ne. Bar. in d. l. hostes. licet tamen † in dubio præsumatur iniustum, ut per Aret. consilio
60 14. Restat uidendum, an † & quando dicatur iustum? in quo per Doctores in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. per Innoc. & Doctores in c. sicut. de iureiuran. per Aret. in l. 1. in prin. col. 1. & 2. ff. de acqui. possess.

& in l.qui à latronibus.ff.de testamen. per Bal.consi.439. uol.5.& Barba.consi. 138.in princ.malè tamen seruatur hoc,quia impo nitur talea,siue bellum sit iustum,siue iniu stum,iuxta illud,

Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur.

Quod ultimum etiam dicit Anan. consil.
61 11. circa princ. † inter milites tamen uideo seruari, quo ad ipsos milites captiuos, quòd tantùm spoliantur armis,equis,& pecuniis, dimissis uestibus sine extortione taleæ,nisi sint duces militum, aut eorum uices gerentes,uel signiferi: Quo uerò ad eos,qui milites non sunt, ut in rusticis, & aliis, qui capiuntur quotidie per milites in terris hostium,uel in itineribus:in locis tamen hostibus subiectis, indifferenter se
62 talea redimunt: licet † tamen de iure loquendo,hoc non possit fieri, ubi in uillis propriis capiuntur: secus,si in itineribus:à quibus omnibus tamen armigeri solent ta
63 les extorquere, † & quas soluere possunt, & etiam supra modũ inhumaniter & crudeliter tractando eos, adeò, ut aliquando ex nimio cruciatu uitam finire cogantur. Sed tales essent puniendi de homicidio,& de tali cruciatu,etiam homicidio non sequuto.Hæc habes solenniter per Salic. in d.l.si ab hostib.uers.quæro in materia.usq; ad uers.sed quid dicemus. ubi clarè dicit,
64 † ꝙ in domib. propriis,& terris propriis nõ sunt licitæ capturæ,nec bonorum rapinæ:secus in itinerib.per loca hostium. Ad hoc etiam uide notabiliter Anto. de But. in cap.olim.de restit.spol.col.6.uersic. sed est dubium.ubi amplius uidetur uelle, † ꝙ teneantur, qui hos domi & in terris propriis capiunt,etiam ꝙ prius iuissent in castra hostium,talea tamẽ esse moderata, & exigi absque aliqua crudelitate. Et crederem,ꝙ si ex cruciatibus illatis sequeretur homicidium,ubi captura esset facta in uilli,ꝙ talis miles esset puniendus pœna ordinaria homicidii.& ita sentit Sali. Verùm ubi captura fuisset licita, tunc arbitrarer, ꝙ duntaxat de excessu plectẽdus esset,per ea,quæ ponit Decius in cap. naturam.*el primo*.de appel.in 1.col. & per Alex. consi. 75.uolu.5.incip. Viso themate. ubi loqui
66 tur in famulo, qui † fuerat occisus à domino suo, dum uellet eum corrigere, & uult,ꝙ si gratia correctionis illum percutiendo occiderit, ꝙ solùm teneatur de ex
67 cessu.Et dicit notabiliter,ꝙ † in dubio præsumitur gratia correctionis illum percussisse. de quo etiam uide Bal. in l. sed & si §. si magister. ff. ad leg. Aquil. unde similes, uel ludimagister, uel dominus alicuius famuli non gratia taleæ, nec correctionis, ita percutiat,ut occidat, tenetur pœna ordinaria uerùm hoc à fisco, uel parte querelante esset probandum. Vnde sequitur, ꝙ
68 † in dubio raptus mulierũ, qui quotidie fiunt ab his armigeris,siue in domibus, uel terris,siue extra, puniuntur pœna ordinaria,& ita seruatur.& ideò in gratia generali facta per principem nostrum Ducẽ Franciscum Secundum militibus excipiuntur uiolentię,& raptus mulierũ.Ad quod etiã
69 facit,ꝙ † ciuitas capta non efficitur serua, & ciues retinent bona sua, secundum Bar. in l.diuus.ff.de iur. fis. Bal.in rub. de treu. & pa.& Laud.in trac. de princ. & in ti. de bel.uers.21.& uide etiam, quando captus
70 † est dimissus sub fide redeundi,an teneatur reuerti?Bar.in d.l.conuentionũ.& Parid.de Put.in tract.de re milit. car.24. col. ulti.cum seq. Adde etiam ꝙ ille princeps
71 † uel alius,qui bellum illicite infert, tenetur de omni damno,quod datur per milites suos, & de omni homicidio & uiolentia,quæ sequatur.l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul. de ui pub. Bart.in d.l.hostes.col.2. Bald.in rub.quod metus causa. col.5.Doc.in c.sicut dignũ.maxime Inno. de homic.per Felin. in c.1. de constit. col. 13.& per Bar.in l si quis ad se fundum.col. 1.circa fi.C.ad leg. Iul.de ui pub.& per Innoc.in c.fi.quod met. cau. Ex quo uides ꝙ rarò animæ principum beatas sedes possunt ascendere.Et prędicta de puniẽdis mi
72 litibus procedunt,ubi † in terra hostium delinquunt: sed si delinquant in territorio principis,cui subiacent, ut faciũt quotidie cohortes cataphractorũ militum,sine aliqua distinctione,latrones sunt, & ut latrones de omnib.per eos cõmissis sunt puniẽdi.d.l.hostes.ff.de capt.& Sali.in terminis. in d.l.si ab hostib.uers.fi.& prædictæ uiolẽtiæ etiam puniuntur l. Iulia. de ui pub. & priua.& per statuta nostra. Iuxta prædi
73 cta quæro,† Si duci Mediolani moueatur bellum à suis subditis met, facto exercitu contra

cõtra eum & eius Dominium, Duce cum auctoritate Imperatoris, & eius exercitu se defendente, & capiatur Præfectus dictorum rebellium in cõflictu à militibus, qui præfectus sit subditus, & rebellis, & reponatur in arce Ducis Mediolani custodiendus, an milites possint dicere Duci, ad nos pertinet talea, erat noster captiuus, & tibi datus ut conseruares, An uerò Dux ipse possit dicere, quia rebellis meus erat, nihil debetur uobis, sed ad me spectat eum punire propter rebellionem. Casus iste contigit anno superiore apud Florentiam in Philippo Strozza, & nonnullis aliis repositis sub potestate Ducis Florẽtiæ à militibus, qui eos captiuos fecerant, & eorũ aliqui fuerunt capite obtruncati. milites aũt petunt à Duce taleã, respõdente ipso, ut supra quæritur quid iuris? Dico q̃ cùm bellum fuerit iustum ad defensionem patriæ, & cum auctoritate Cæsaris ex latere Ducis, captiuus, tametsi esset rebellis, factus fuit seruus militis. Ita in effectu Ant. de Butr. in c. olim. el 2. uersi. ad quartum. extrà, de restit. spol. ubi bene uide: quia sic loquitur in primo capite, quod declaratur per secundum. unde in specie etiam Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo, rebellando. dum quærit de pœna rebellis, dicit quòd, Rebelles efficiuntur serui capien-
74 tium. allagat casum legis. & ideo † cùm talea hodie successerit loco seruitutis, ut per Salic. in l. si ab hostibus. in fi. C. de cap. & ubi suprà, sequitur quod talea pertinet militibus. Ad quod uide Ang. Aret. in §. serui. Instit. de iure perso. ultra dicta D. Ant. de Butr. uide Aret. in l. qui à latronibus. de testamen. ubi latissimè & doctè, more suo. Et laudæ & alibi uidi seruari in captis rebellibus Ducis Mediolani, q̃ milites nolebant illos tradere Duci, sed habita talea dimittebant, & ita eos factos seruos persoluta talea restituebãt pristinæ libertati. & cùm has rationes adduxissem in Senatu in casu suprà dicto, Senatus hanc opin. sequutus fuit. Verùm si uis scire quomodo posteà
75 fiat distributio inter milites, & † an cum Duce belli, res sit communicanda, uide Socin. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poss. & alibi sæpe. Ad conclusionem suprà factam, quam Senatus admisit, adde quòd non procedit, ubi aliter actum esset inter principẽ & Ducem belli, iuxta l. conuentionum. ff. de pact. uel esset facta ordinatio in contrarium & publica, iuxta l. legem conductionis. C. locati. uel quòd Imperator exercitus fuisset ille idem ad quem spectasset onus purgandi prouinciam malis hominibus, iuxta l. congruit. ff. de offic. præsid. & quæst. Bart. in l. 3. §. utrum. ff. ad Syllan. in
76 qua dicit † q̃ prætor capiens bannitum non habet præmium statuti, quod habuisset priuatus. & hoc ultimum uidi seruari sub Rege Christianissimo Gallorum, quãdo Manfredus Pallauicinus subditus Regis & rebellis dum ueniret contra ciuitatem Nouocomensem fuit captus à Barra qui præerat dictæ ciuitati Nouocomensi, quia iustitiæ fuit traditus, & sæuissima morte damnatus. Et ad id quando esset facta ordinatio de capiendis & consignandis, uide Anton. de Butr. in d. c. olim. el 2. in d. uersicu. in secundo membro. Non est tamen omittendum quòd in his esset standum consuetudini, iuxta d. consil. Anna. 11. & Dec. consi. 691. qua cessante essent habẽdæ prædictæ considerationes. & loquitur, ut dixi, Anna. etiam quòd bellum esset iniustum. Et an Princeps posset soluere taleam pro rebelle. & deinde eum punire iuxta dicta Bart. in dicto uerbo, rebellando. circa pœnas rebellium, Est quæstio in qua
77 dubito: tamen puto ita dici posse, † quòd si licet militi, uel capienti occidere rebellem etiam ex interuallo, ut dicam paulò infrà. Sic licet eum tradere necandum iustitiæ, & multò magis per regul. l. non est singulis. ff. de regul. iur. ita tamen quòd Princeps soluat taleam, ubi ita ipsi militi uideatur per supradicta: secus autem erit in ho-
78 ste non rebelle, quem non † licet occidere ex interuallo. §. serui. Instit. de iur. person. iuncta l. 3. §. transfugas. ff. de sicariis. & declarat Angel. Aret. in d. §. serui. an & quã
79 do liceat hostem occidere. Non † tamen licet hostem, aut rebellem alteri concedere, ut eius seruus sit, & maior talea imponi possit: sed solum ut liberetur, tametsi possit repetere suum precium ab eo redempto. l. Senatus. §. fin. ff. de legat. 1. l. 2. §. liber captus. & l fin. C. de capt. Deci. in dicto cõsil. 691. & Bart. in l. hostes. in fi. ff. de capt. ibi dum dicit quòd nec uendi possunt. & Angel. Aret. ubi suprà, qui idem dicit. Et

de hoste simpliciter non dubito, de rebel-
80 le forte est maius dubium. Ex † quo licet quod maius est, ut uides, & quod quandocunque liceat occidere rebellem, uide Bar. in dicto uerbo, rebellando nec in hoc reperitur distinctio, quæ reperitur in hoste, iuxta dicta per Ang. Aret. ubi supra Et
81 † dum dixi quòd rebellem licet occidere ex interuallo, dubito: quia in hoc æquiparatur hosti. d. l. 3. §. fi. ff. de sicar. & ibi etiam Bart. & Doct. præsertim Moder. uolunt ꝙ postquàm est captus non potest occidi, loquendo in transfuga, & rebelle. Sed dic quod loquuntur quando est in manibus familiæ: & sic iustitiæ, non quando est in manibus priuati. & ita Alexan. in d. §. fin. post Bal. in l. libertas. ff. de statu homi. Aduertédum tamen est diligenter ad principalem quæstionem, an dicatur bellum, an uerò secundum formam iustitiæ procedatur aduersus tales rebelles: quia hoc casu cessaret ius captiuitatis, & non efficeretur seruus capiétis, nec haberet locum talea, sed seruaretur ordinatio Principis, & sine ea esset tradendus iustitię, per not. à D Anto. de Butr in d. c. olim. in d. uersi. ad quartum.
82 Quæritur etiam, quia dictum fuit † quòd iudex, habita qualiquali informatione, potest deuenire ad capturam, iuxta not. maximè per Salicet. in l. nullus. C. de exhibē. reis. an statim possit, an uerò prius formanda sit inquisitio? Et certe Doct. quos suprà ad hoc allegaui, uolunt ut statim, alioquin non sufficeret qualisqualis informatio: & sic minus indicium, quam in inquisitione. Attamen Salic. in l. fin. colum. ulti. C. de quæstio. dicit contrarium, quòd imò est formanda inquisitio, cui cogitur posteà respondere, uel per capturam, uel per citationem uerbalem, secundum naturam delicti. Et illam decisioné sequitur & refert Dec. consi. 189. col. ult. in fi. Sed Dec. certè non intelligit Salic. quia loquitur de inquisitione generali, quo ad personas: & speciali quo ad delicta. & reperio quòd ita declarat Brun. in tract. suo, de indic. & tort. in pen. char. col. 3. ubi uide. Et ita practica ob-
83 seruat. An † captura appellatione processus comprehendatur, uide Ancha. & Card. in clem. 1. de exces. prælat. & Feli. in c. quoniam contra. in 4. col. uers. ex quib. de pro-
84 bat. Quæro etiam † sicut in criminalib. incipi potest à captura, an hoc etiam in ciuilibus fieri possit. Regula est, ut pro debito priuato nemo capi possit, nisi prius fa-
85 cta excussione, an sit soluēdo: & † si reperiatur non soluendo, tunc possit ad capturam deueniri. glos. est trita in l. 4. §. tutores. ff. de suspect. tut. Felin. latè in c. quod ad consultationem. col. 7. uersi. non deuenitur. de re iudic. & latius & diligentius per Maria. Socin. in tract. citatio. in 20. artic. principali, in 24. quæst. & ibi dicit in debito priuato. siue ciuili, quæ est omnium opinio communis. Felin. etiam, ubi suprà, post Alex. dicit ꝙ durum esset recedere ab opin. d. glo. Requiruntur tamen aliqua ad hoc, ut procedát dicta, quæ ponit Marian. ibi, & inter alia sententia, ut etiam per Feli. ubi supra, & Bart. in l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecul.
86 Et † an tot requirantur contra suspectum de fuga, uide eundem Marian. plene. Pro
87 † debito uerò publico, siue fiscali, incipitur a captura. d. l. cum eo. ubi Bartol. plenè, & l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. & ibi Ioan. de Plat. addit hoc etiam procedere ante condemnationem, quādo certus & clarus est debitor, aliàs non. Vide ibi omnino, & quæ dícam infra. Quid in debitore pro crimine non ad pœnam fi-
88 sco applicandam, sed † ad damnum, uel ad rei restitutionem, siue pœnam parti applicādam? & profectò uidetur, ut simus in regula, de qua supra, fundata super glo. in d. §. tutores. quia sumus in priuato debito, cùm debeatur priuato, etiam ꝙ pro crimine debeatur: & licet in criminali causa incipere possimus à captura, ut per omnes ubi supra, & sicut dixi supra. tamen hoc fit ad ueritatem criminis indagandam, & ad illud puniendum. Verùm reo damnato. extra carceres etiam ad dāna & interesse, & rei restitutionem, uel pœnam uersus partem, uidetur eum ad partis instantiam non posse capi: nisi seruatis d. glo. & requisitis ad eam. Et ita intelligi possunt dicta Bart. in d. l. cum eo. & licet Paul. de Cast. consi. 39. incip. in causa capturæ. dicat pro debito ciuili, habente annexum crimen, quem posse capi, iuxta cap. 1. de deposit. Ex quo uidetur multò magis hoc dicendum esse pro debito oriente ex puro crimine: Tamen intelligi potest, sicut proximè dixi, quo ad declarandum debitum: quia etiam

potest

potest torqueri, ut illo text. Verùm illo declarato, quid aliud quærendum est quo ad satisfactionem, nisi an habeat modum satisfaciendi, & iuxta dicta supra simpliciter in debito priuato, & ad confirmationem addo, quòd etiam in debito pœnali erga fiscum iure non incipitur à captura, sed ab excussione bonorum, quicquid seruet consuetudo: ut per Plat. in d. l. nemo carce
89 rem. col. 7. Fateor, si † pro crimine caperetur, & damnaretur ad pœnam, & etiam ad rei restitutionem, quòd non deberet dimitti, etiam punitus, ante restitutioné. §. oportet enim. in Auth. ut iud. sine quoquo suff. Bald. consi. 497. uolu. 2. & in l. quod eui tandi. C. de condict. ob turp. caus. Verùm si sine constitutione damnaretur, ut suprà, hoc opus hic labor est. Re uera credo si caperetur, & non dimitteretur ante punitioné, quia ita mereretur qualitas criminis: iuxta dicenda infrà de carcer. sub fideiuss. committ. quòd regula sit sine dubio, ut nó deberet dimitti, nisi satisfacta parte. per text. & decis. de quibus suprà. Et idem credo, quando fur in cótumaciá damnaretur, imò multò magis, & hoc quo ad capiendũ eum & cogendum etiam ad rei restitutionem. Qui tamen casus fructu caret: quia quo ad puniendũ potest ad capturam deueniri. Sed quãdo inquisitus pro crimine uenit ad iudicium, & præstat fideiussionem, & admittitur: quia sic criminis qualitas requirit, tunc uidetur ꝙ damnatus pœna pecuniaria, etiam aduersus fiscũ, capi non possit, ut supra dixi, & multo minus pro interesse aduersus partem. Sed omnibus diligenter consideratis ueritas hæc est, ꝙ debitor ex causa criminali, etiam ad pœnã absolutè potest capi. Ita uoluit Bart. in d. l. cum eo. maximè dum dat cautionem, per quã quis pro debito priuato potest capi, faciẽdo eum mulctari ex duplici ratione: tum quia tenetur fisco, per d. l. cum eo. & l. nemo carcerem. Tum quia debitum est ex causa criminali, uide Bart. quia sic præcise inuenies. Et ita tenẽt omnes sequentes hanc cautionem, relati per Ias. in l. plerique; ff. de in ius uocan. & quòd debitor ex causa criminali possit capi absolutè uolunt Doct. maxime Abb. & clarius Imol. in c. 2. de pign. ibi uide Imol. col fi. & ubi seipsum citat, non obstat qđ dicit Plat. in d. l. nemo carcerem. quia iura per eum allegatã loquuntur quando agitur de imponenda pœna corporali loco pecuniariæ: quod fieri non potest, nisi propter inopiam, & ideò sequeretur damnum irreparabile: si nõ facta bonorũ excussione, quis corporali pœna afficeretur. Quæ ratio cessat ubi solũ tractatur de capiendo & nõ puniendo. Et hãc rationem assignat ad illa iura in proposito A ex. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic. & Aret. in §. eum quoq;. Instit. de act. quæ commutatio quãdo possit fieri, & an fiat inuito actore, quando solùm tractatur de interesse, uel de pœna acquirenda parti, uel fisco? uide plenè Imo in c. Odoardus. col. penult. & ult. post Innoc. ibi, de solut. Quid iuris autem quo ad debitoré pro crimine, non ex causa criminali, quia causa sit intentata ciuiliter: uel quia sit solùm actum ad interesse, uel etiam ad pœnã parti acquirédam, ut in furto: iuxta ea, quæ dicã infrà, quomodo procedatur per actio. in delic. Et uidetur nõ posse detineri, quia Bart. & Doct. in d. l. cum eo. & ubi suprà, semper habent rationem ad causam criminalem. Sed in causa in proposito dicitur ciuilis, licet propter crimen: ergo, &c. Ang. etiam Aret. in d. §. eum quoque col. 1. format quæstionem, an debitor pro causa ciuili possit capi, sentiens ꝙ & si causa descédat à crimine: si tamen sit ciuilis, prout est quando agitur solum ad interesse, uel ad pœnam parti acquirendam, ꝙ non possit capi, nisi secundum terminos glo. in d. l. 3. §. tutores. & ea, quæ concluduntur cómuniter circa eam, de quibus in locis ubi suprà, & per Alex. in §. in uenditione. in d. l. à diuo Pio. Abb. tamen in d. consi 2. non ita loquitur: sed concludit, ꝙ si agitur pro crimine, & sic siue criminaliter, siue etiã ciuiliter, reus non euitat carceré nisi cedat bonis ante sententiam, & prius nisi facta excussione, an sit soluendo. Sed aduerte, quia & si agatur ciuiliter quando causa ciuilis habet annexũ crimen, reus capitur. c. 1. de deposit. & multò magis quando descendit à crimine, & maximè etiam ita dicendum est, quando agitur ad pœnam acquirendam parti, quæ in casu inopiæ potest conuerti in corporalem, iuxta pulchrè dicta per Imol. in d. c. 2. colum. fin, ne dum fit discussio aufugiat, & pœnam corporalé eui-

90 tet. Scias tamen circa prædicta † quòd debitor fisci habet remedium euitandi carcerem per cessionem. Bart. in d. l. cùm eo, & Doct. in d. c. 2. & in §. eum quoque. Instit. de actio. loquor de iure communi: quia, ut plurimum, seruatur contrarium, & plerunque etiam obstant ordines. Scias etiam
91 † captum, pro causa criminali posse ad alterius implorationem ex causa ciuili retineri. Bart. in d. l. cùm eo. & Ias. in d. l. pleri-
92 que. Et † si iniusta fuit captura an possit ex alia causa retineri, uide Bart. in quæst. 6. quæ incipit, Lapus. qui in effectu conclu dit non posse declarando, ut per eum, & dixi suprà not. 9. Quæro etiam, an
93 † quo ad aliquem capiendum requiratur speciale mandatum? Dic requiri. l. neminem. C. de exhib. reis. Fallit, ut in glos. ibi, & per Socin. consil. 220. colum. 3. & consi. 331. colum. 2. Aretin. & Dec. in c. 1. de iudic. & Ias. in rubr. C. de æden. colum. 1. ut per Ias. in l. cùm proponas. la 1. colu 2. C. de pact. & Marian. Soci. in tract. citatio. in 6. artic. principali. & in 4. artic. princ. uersi. 2. colum. 2. & dicam infrà in materia cita-
94 tionis, ubi cadit materia nuntii. Et † postremò circa istam capturã possent poni multæ quæstiones in materia bannitorum circa præmium, quod datur secundum statuta, uel consuetudinem, capienti bannitum: de quibus uide per Aret. in d. glos. fama publica. & per Nel. in tracta. bannitorum in 2. parte 2. temporis. quæstio. 17. & aliis sequen. & per Alexan. consil. 1. in 3. uol col. antepenult. & penult. & Bald. in 2. uolumi. consil 64. & in 1. consil. 394. & Cæpol. consil. 7. col. 2. Dec. consil. 65. & in c. at si clerici. in princ. col. 6. in 6. notab. de iudi. & per Socin. consil. 157. & infinita in materia capturæ ponit Put. in tract. syndic. char. 20. col. 2. uersi. captura cum multis seq.

Tit. de Carcere.

SVMMAE.

1 *Carcer mala est mansio, & morti æquiparatur.*
2 *Carcer inuentus est ad custodiam, non ad pœnam.*
3 *Cauearum consuetudo reprobatur.*
4 *Carceratus iustè fugiens, è carceribus peccat mortaliter.*
5 *Carceratus iustè, qui fracto publico carcere fugit, punitur pœna capitis de iure communi.*
6 *Carceratus iustè conspirans aufugere, licet habeatur pro confesso & conuicto, non tamen puniri posset ad mortem de iure communi.*
7 *Commentariensis tenetur, si reperiatur carceratus mortuus, perinde ac si culpa eius mortuus esset.*
8 *Casus ubi solet contingere propter culpam, sufficit casum probare.*
9 *Commentariensis negligentia quomodo probetur.*
10 *Commentariensis eadem pœna punitur, qua puniri debuisset carceratus.*
11 *Commentariensis, an teneatur de leui & leuissima culpa.*
12 *Commentariensis punitur eadem pœna, qua puniretur carceratus, qui aufugit, si re uera fugiens delictum commisit.*
13 *Commentariensis mulctari & puniri potest arbitrio iudicis, ubi carceratus, qui fugit, ritè captus fuit: sed non fuit culpæ reus.*
14 *Commentariensis non tenetur ubi carceratus non fuit ritè captus.*
15 *Commentariensis est loco depositarii.*
16 *Depositum prædoni non est reddendum comperto de iure ueri domini.*
17 *Eximens aliquem è carcere tenetur & criminaliter, & ciuiliter.*
18 *Carceratio quando dicatur iniustè facta.*
19 *Ordo Ducis Mediolani circa turbationem iurisdictionis,*
20 *Ordo Ducis Mediolani, an alteret pœnam iuris communis?*
21 *Commentariensium materia per quos tractetur.*
22 *Sequestratus per prætorem in domo amici, in quam uulneratus fecerat se deferri, an possit amicum hæredem instituere?*
23 *Carceratus non potest custodem, aut officialem hæredem instituere.*
24 *Carcerati iniustè obligatio uersus tertium, nihil ualet.*
25 *Metus, quando est proxima causa obligationis, reddit contractum nullum.*
26 *Carcer priuatus quomodo exerceatur.*
27 *Carceris species quattuor.*

Carceratus

28 *Carceratus sub fideiussione non dicitur carceratus.*
29 *Bannitus sub fideiussione relaxatus, occidi non potest.*
30 *Carceratus dicitur, qui dimisit filium pro obside.*



Via Capti in carcerem coniiciuntur, aliqua dicenda sunt de carcere, & Primò à leuioribus inchoando, dico unum quod est sine dubio, ꝙ
1 † Carcer est mala mansio, adeò ꝙ morti æquiparatur, secundum Bald. in c.1.§.denique. in tit. quæ fuit prima cau.ben.amic. & † inuentus est ad custodiam, & non ad pœnam. l. incredibile. C. de pœnis. quod etiam ostẽdit ordo tituli: quia primò de custodia & exhibi. reorum. postea de pœnis, licet secus de iure canonico. Bartol. in l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn. & latè Felin. in c. qualiter. el 2. §. fin. extra, de accus. rationem diuersitatis ponit Gemin. in c. quamuis. de pœn. in 6. & Fulgo. in consi. 44. Quod ultimum non procedit respectu laici, cui ecclesiasticus nõ potest hanc pœnam iniungere, secundum Oldr. consi. 88. & Rom. in sing. tu scis ꝙ de iure ciuili carcer. Item procedit in carce-
3 re tali, ꝙ † eo non obstante uiuat, unde consuetudo ferrearum cauearum etiam reprobatur, ut per Felin. in d.c. ad corrigendum. post alios. Hæc tantùm uolui dicere ad confusionem aliquorum malorum iudicum, qui nihil minus curant, quàm ut in carceribus existentes dimittantur, ut uel fœtidi intra carceres uitam finiant, dum iudices aliorum uoluntati obsequuntur, uel fessi se componant dum illi ad propriam utilitatem respiciunt. Quæro, quæ pœna
4 † imponatur detruso in carceres aufugiẽti, propter fugam. Bart. dicit in l. relegati. ff. de pœn. eum peccare mortaliter, ut etiã per Felin. in c. dilecti. in 6. col. de excep. & in c. 1. colum. 15. de constit. & per Ias. in repetit. l. admonendi. ff. de iureiuran. col. 38. punitur mitius tamen, quàm si carcerem effregisset. l. 1. ff. de effracto. & ibi Ang.
5 Sed † an habeatur pro confesso & conuicto? dic haberi. l. in eos. ff. de custod. reor. ubi Bar. & Ias. in d. repetit. char. 17. col. ulti. uersi. quid de incarceratis. & col. seq. quod procedit, ut per eum, ubi effracto carcere aufugisset: ité ubi ex publico carcere, secus si ex domo, uel ciuitate datis pro carcere, uel ex aliquo cubili non destinato pro carcere. In contrarium facit ꝙ imò capite punitur. l. 1. ff. de effracto. l. si quis aliquam. §. miles. ff. de pœn. & l. milites. §. eius qui. ff. de re milit. aliud est enim ꝙ quis habeatur pro confesso & conuicto pro delicto, cuius arguitur: & aliud ꝙ passim, & indifferenter puniatur pœna capitis, maximè quia leges loquuntur de capite naturali. Inuenio Alberic. in d. l. in eos. eleuantem difficultatem, & multas solutiones accommodantem: tandem post longũ studium, ut ipse dicit, est in opinione, ut d. l. in eos. quæ uult quòd talis habeatur pro confesso, loquatur in carceratis conspirantibus de frangendo, & aufugiendo, re adhuc non deducta ad effectum, sed patefacta: quia tunc habentur pro confessis & conuictis, uel in arctiores carceres detruduntur. Sed l. 1. cum aliis loquitur, re ad effectum deducta, & credo ꝙ uerum dicat. Est tamen semper intelligendum, ubi iustè in carceres detrusus esset; secundum Bart. in l. uis eius. C. de proba. & Doct. in d. l. admonendi. & dicam infrà in tit. de effract.
6 carcer. ubi uide. Non † tamen attentis statutis, quæ communiter uigent, ubique locorum, ut nullus puniatur corporali pœna, nisi lege municipali caueatur: quia tũc posset capite naturali plecti talis effractor. Eodem modo uidetur, ut talis conspirator, qui habetur pro cõfesso, non possit puniri ex tali præsumptione ad mortem: per dictum Innoc. in c. quia non est uerisimile. extrà, de præsumpt. de quo dicam in tit. de conuictis. Et ad excludendum hanc pœnam & præsumptionem, feci interdum capitulari, quod iudex talem malè tractabat, adeò ut nisi aufugisset fame & frigore
7 periisset. Quæritur, † Aliquis mortuus est in carcere, uel uulneratus, an præsumptio sit contra custodem: ita ut si non probet culpam abesse, sit præsumptio ꝙ culpa sua sit mortuus, uel uulneratus? uide glos. in l. cùm ita. §. species. ff. de leg. 2. quæ dicit ꝙ custos debet probare dolum abesse, aliàs contra eum præsumitur. & Bal. ibi dicit idem in campario. Sequitur Alexan.

consil.156. uol.2. Corn.1.uol. consil.108.
8 col.1.& 2. & consi.136. Vbi enim † casus
non solet contingere, nisi propter culpam,
ut incendium, furtum, fuga carcerati oc-
cisio, non sufficit probare amissionem: nisi
etiam probetur quòd sine dolo & culpa se
cuta fuerit. Istam conclusionem tradunt
Bart. & Doct. in l. si quis ex argentariis. §.
1. ff. de æden. & Doct. in c.2. de deposi. Ale
xand. consi.45. col.1. & plenius consil. 50.
uol.1. Corn. in d. consi.136. colum.2. & cō
sil.142. eod. uolum. & non sunt multi dies
quòd casus iste euenit in facto, dum qui-
dam, qui falsæ monetæ arguebatur, reper-
tus est in carcere mortuus, suspensus la-
queo. Nam, ut dixi, præsumptio est contra
custodem, & est text. expressus in l. fi. ff. de
custod. & exhib. reor. qui loquitur de car-
cerato seipsum occidente, uel se præcipitā
te, sed tamē aliter fuit seruatum. quia fuit
missus notarius ad locum carceris ad exa-
minandos eos omnes, à quibus ueritas per
cipi posset, ut cognosceretur an dolus, uel
culpa esset in custode, quod cum non inue
nisset notarius, custos ulterius nō fuit mo
lestatus, quæ practica fuit contra ius. Et ui
de etiam Alex. in l. in eos. ff. de custod. &
exhib. reor. & omnino Aret. in consil. 38.
9 col.1. ubi † ponit mirabilem modum pro-
bandi negligentiam commentariēsis, ubi
ipse uellet probare diligentiam & punitur
custos eadem pœna qua puniri debuisset
carceratus. l. ad commentariensem. C. de
10 custod. & exhib. reor. Quod † procedit
ubi interuenit nimia negligentia: tunc
enim punitur eadem pœna, etiam ultimi
supplicii, ubi illa debuit imponi: alias pro
modo culpæ. Ita est communis opinio gl.
& Doct. in d. l. ad commentariensem. &
quod etiam ista nimia negligentia punia-
tur ultimo supplicio, est text. in l. milites.
ff. de custod. reor. & ibi Bart. not. quòd idē
est in custode arcis, secundum Bald. in d.
l. ad commentariensem. & Oldrad. in cons.
92. & ponit Ias. in l. in actionibus. col.6. in
princ. ff. de in litem iuran. & uide Alcia. in
tract. præsump. regu.3. præsumptio.15. nu.
11 3. & 4. Et † an etiam teneantur tales de
leui & leuissima culpa, declaratur in l. si
ut certo. §. nunc uidendum. ff. commodati.
per Bart. in l. quod Nerua. ff. deposi. & per
Oldra. in d. consilio.92. & in dubio præsu-
mitur lata culpa l. in eos. & l. fi. ff. de custo.
12 & exhib. reor. Est † tamen aduertendum,
an re uera fugiens commisisset delictum,
quod ei imputabatur, quia aliter non puni
retur eadem pœna. d. l. ad commentarien-
sem. ubi Bald. Nec sufficeret quòd fugiens
haberetur pro confesso & conuicto, per
regul. l. eius, qui delatorem. in princ. de iu
re fisci. ubi Bar. & Bald. & per tex. in d. l. ad
commentariensem. & Alex. in l. non est fa-
cile. ff. de custod. reorum.
13 Et † quando esset ritè captus, attamen
non esset culpæ reus, an custos esset pu-
niendus? Doct. suprà uolunt puniri debe
re. & potest mulctari, uel puniri extra ordi
nem, arbitrio iudicis, per l.1. §. effractores
ff. de effract. Sed si non esset ritè captus, nō
teneretur custos. Ita Aret. in glos. qui iu-
dex dictum Caium detineri, & carcerari
iussit. ubi tamen allegat Bart. in l. uis eius.
14 C. de prob. qui † nihil facit, quia loquitur
quo ad ipsum fugientem. est uerum quòd
allegat Angel. in l. quæ sub conditione. §.
fin. ff. de condit. instit. qui hoc dicit, loquē
do tamen quando captura erat penitus
nulla. allegatur etiam pro hac opin. consi.
Alex. ibi. Sed loquitur ut facit Bart. in d. l.
15 uis eius. C. de probat. unde dubito. Et † ra-
tio dubitationis est hæc, quia custos uide-
tur quidam depositarius, qui tenetur rem
depositam restituere siue iustè, siue iniustè
fuerit deposita. Et ita tenet Anchar. in con
silio.342. sed allegat text. qui nihil facit.
Melius facit tex. uulg. in l. bona fides. ff. de
posi. & quòd custos carceris sit loco depo-
tarii, dicunt & alibi Doct. & per Paul. de
Cast. in consi 44. & Firmian. in uerbo, cu
stos. Teneo tamen quod non puniatur,
quando iniustè captus erat: & moueor,
communis est opin. in eximente, ut nō pos
sit puniri, ut per Ias. in l.1 §. quod prætor.
col. penul. ff. ne quis eum, qui in ius uoca.
est ui eximat. ergo multò magis procede
re debet in omittente: argu. glos. in l. si mo
ra. ff. solut. matrim. & d. l. bona fides. Facit
16 † pro hac opinio. quia constito de iure ue
ri domini, depositum non debet restitui
prædoni, sed in dubio secus. Cùm igitur
postea custos dilucidauerit ueritatē, qua-
re debet teneri? & Anchar. etiam loquitur
quando captura poterat saltem iustificari
per fugæ suspitionem. & ita Bal. consi.157.
& seq.

& seq. uol.2.& idem, quod dixi in criminali,dico in ciuili in debitore. Nam † eximés tenetur criminaliter & ciuiliter,ut declarat Alberic.in rub.ff.ne quis eum,qui.nec potest eximens allegare quod ereptus non erat debitor,& hoc in odium sui, ubi saltē rite esset captus,uel capiendus. ita Angel. in l.sed eximendi§.1.in fi. ff. ne quis eum, qui.& Cæpol.consi.14.uol.3. Sed si captura non erat ritè facta, non tenetur ad aliquam pœnam. Vide per Ias. ubi suprà, &
18 † quando captus quis iniuste dicatur, ponit Bal.in dictis consi.& Paul. de Cast.consil.39.& Rom.in consil.320.& consili.120. In prædicta tamen materia quando turbatur per aliquem iurisdictio, & impeditur,
19 † habemus ordinem Ducis nostri disponentem,ut is puniatur uno modo, si simus in ciuili:& alio in criminali.de quo ordine supra late dixi in materia capturæ: & ideò si custos esset in dolo, & fugiens non esset culpæ reus,tamen ritè captus, staretur illi, ubi de custode etiam loquitur. Sed si tantùm esset in culpa,tunc dicendum esset,ut
20 suprà dictum est. Et an † iste ordo immutet pœnam iuris communis?uide in termi. Cæpol.in d.consi.14.& de eximente à carcere,uide Maria.Socin.in tracta.citatio.in 34.artic.principali.in 7.col.& similiter ibidem ponit quattuordecim excusationes, quibus excusatur talis eximens à carcere, uel familia,ad quem omnino recurras, ut scias defendere amicum accusatum de tur-
21 bata iurisdictione. Reliqua † in materia custodum carcerum, uide per Doct. suprà allegatos,maxime per Aret.in d.glo. fama publica.& ubi suprà, & per Put. in tract. syndic.char. 20. ubi facit quasi tractatum in hac materia, & per Firmian. in uerbo, custos.& extant tractatus de carcere.

Sed tamen non omitto quæstionem,quàm
22 † nunc habeo in facto, Quidam uulneratus fecit se deferri in domum amici: & quia ipse pariter ad mortem uulnerauerat alium, ad instantiam prætoris fuit sequestratus apud illum amicum in cuius domo erat,ita ut non exiret domo, & cum promissione consignandi eum toties &c. mox ad preces dicti amici fecit testamentum in quo hæredem eum instituit: Quæritur an ualeat testamentum? Est quæstio de pane quærendo,& uidetur ualere, quia carceratio erat iusta,& ideo ualere debet etiā ad commodum detinentis. Ita Bar.in l.qui à latronibus.ff.de testamen.& est communis opin. Doctorum ibi,& in l.qui in carcerē.ff.quod met.causa. & uide omnino Bal. & Imol.in d.l.qui à latronibus. In contrarium facit,quia testamentum compulsi nō ualet.l.1.& 2.C.si quis aliq. testa. prohib. Sed paria sunt quod fuerit compulsus, uel potuerit compelli.l. nouissimè. ff. quod cū fall.tutor. & non solùm in priuata persona,prout nos loquimur, compulsio præsumitur,sed etiam in officiali. Bal.in d.l.nouissime. Et ideo, si detentus reperiatur cōfessus sine indiciis,& allegetur metus,confessio dicetur metu facta. Alex. consil.52. uol.3.col.2.in fi.& ad fundamentum infringendi testamenti eius, qui potuit compelli,iuxta d.l.nouissime.facit Bal.consi.26.in 3.uol.In alio tamen casu hanc opin. omnino uoluit Bar.in d.l.qui à latronibus. quia dum facit differentiam an detentio esset iusta,loquitur de eo,qui fecit detineri, ut in creditore,& tenet quòd ualeat promissio ei facta posteà in testamēto:sine distinctione uult quòd nil ualeat, loquendo de eo,qui detinet.Sic etiam intelligitur Bar. in d.l.qui in carcerem. qui uidebatur aliter uelle,& ita sentit clarè Alex. in consi. 127.in 5.uol.qui loquitur quando detētio erat iusta,& facta fuit promissio iudici detinenti.& dicit quòd nihil ualet, quinimò etiam quòd officialis non detineat: contractus tamen nihil ualeat ab eo factus cum subdito suo.l.principalibus. & ibi Ias. ff.si cert.pet.quia præsumitur impressione factus.l.si per impositionem. C. quod metus causa.ut ibi per Ias. Fateor quòd ualet testamentum in quo institutus sit. l. non du-
23 bium.C.de testamen. Attamē † quo ad detentum res redditur omnino clara, ut non ualeat respectu officialis, & minus respectu custodis.Et ita est intelligenda cōmunis opinio, quæ nunquam uoluit loqui in hoc casu,& clarior res redderetur, si probaretur mala uita custodis,& ꝙ non patiebatur amicos & consanguineos testatoris eum uisere,& alloqui, & in eo testamento suos propinquiores exclusisset sine causa, præferendo penitus extraneum, cùm quo etiam fuisset leuis amicitia. Ex coniecturis enim probatur metus, ut per Iason. in

l. interpositas. C. de transact. & non est dubium, quòd testator erat in carcere. l. uerum. ff. de uerb. sign. Sed quid de alia quæ-
24 stione, Aliquis † detinetur iniustè sub custodia, puta latronis, & se obligauit uersus tertium per uim: quia ibi in actu obligationis apparet de uiolentia, an teneat? Et uidetur eam tenere: quia, cum tertio ualet obligatio, maximè pro se liberando per l. metum §. sed licet. ff. quod met. caus. Comen. clare consil. 68. uol. 3. Sed dic contra-
25 rium, quia † quando metus est causa proxima obligationis, nihil ualet. Bart. & Doct. in d. §. sed licet. & ibi glos. expressa. Aretin. in §. quadrupli. colum 5. Instit. de actio. & ita Paul. de Cast. in l. interest C. quod met. caus. & text. in d. l. si cum exceptione. §. in hac. & in l. apud Celsum. §. metus. ff. de doli excep. & ita Senatus iudicauit. Sicut igitur causa proxima metus hoc operatur, ita etiam participatio metus circa carcerem: non autem sola scientia sine causa proxima & participatione, ut in dictis iuri-
26 bus. Quæro, quando † quis dicatur cómittere carcerem priuatum? in quo dic, ut per Bartol in l. capite quinto. ff. de adult. ubi sentit, ꝙ aut captura fuit licita, & tunc retentio debuit esse, saltim per uiginti horas: aut illicita, & tunc statim ꝙ capitur, cómittitur priuatus carcer, & refert & sequitur Dec. in consil. 100. colum. 3. ubi addit, ꝙ licet non includatur, sed tantùm capiatur: tamen committitur priuatus carcer. quod est notabile, & est de mente Bart. in d. l. capite quinto. in qua tamen materia sunt statuta ubique fere, prout Mediolani, quæ attendenda sunt.
27 Quæro etiam † quotuplex sit species carceris? in quo dic, ut per Bald. in l. imperium. in prima lectura. ff. de iurisdict. omn. iudic. ubi distinguit quattuor species carceris. & per Iacobi. in sua inuestitura super uerbis, cum mero & mixto imperio.
28 col. 1. & seq. Et scias † ꝙ qui dimissus est sub fideiussione non dicitur esse in carceribus. ita Ange. in l. qui in carcere. ff. quod metus causa. & ideò licet bannitus captus
29 † non possit occidi, ut per Bartol. in l. 3. §. transfugas. ff. de sicar. tamen poterit occidi, si iã erat dimissus fideiussori, quod not.
30 diceretur † tamen captus si dimisisset filiũ pro obside in carcere: argum. l. isti quidem. ff. quod mét. cau. sicut scribit Cardin. de Rege Cypri, consil. 137. Redemptoris omnium qui est Rex. & Dec. consilio. 119. colum. 4. & pulchrum exemplum amoris paterni ponit Hippoly. in l. 1. in princ. col. 16. in fi. ff. de quæst. & nostra tempestate contigit ꝙ Franciscus Rex Francorum, captus ab inuictissimo Carolo Quinto Imperatore fuit relaxatus dimissis filiis pro obsidibus.

Tit. de Carcerato fideiussionibus committendo, & quibus modis carceres euitari possint.

SVMMAE.

1 *Carceratus dimitti potest sub fideiussione, ubi non potest imponi pœna corporalis.*
2 *Capi licitè potest quis, etiam quod puniri non debeat corporaliter.*
3 *Paria sunt uel quod quis in carcerem coniiciatur, uel det fideiussores de stando in certo loco.*
4 *Carcerato nobili potest assignari palatium, uel ciuitas pro carcere.*
5 *Carceratus quando, dato fideiussore, sit dimittendus, remissiue.*
6 *Carceratus cui imponenda esset pœna exilii, uel deportationis, an dato fideiussore sit dimittendus?*
7 *Pœna exilii est capitalis & corporalis.*
8 *Infamiæ pœna est corporalis.*
9 *Carceratus Mediolani relaxatur, præstita fideiussione, nisi ingeratur pœna sanguinis.*
10 *Clericus carceratus, quando, præstita fideiussione sit relaxandus.*
11 *Depositio quid sit, & pro quibus criminibus fiat.*
12 *Crimen quod dicatur enorme de iure Canonico.*
13 *Pœnæ, quæ imponantur de iure ciuili, & quæ de iure canonico.*
14 *Ius canonicum in multis mitius punit, quàm ius ciuile.*
15 *Carceratus, qui non debet dimitti: datis fideiusso-*

deiussoribus tamen potest dimitti, quando iudex uidet eum esse in casu absolutionis.

16 Procurator non admittitur ante capturam, ubi ingeritur pœna sanguinis.

17 Notoria exceptio quando dicatur.

18 Statutum Mediolani, ut calumniatus de aliquo maleficio pro quo ingeratur pœna sanguinis, teneatur comparere personaliter, quomodo intelligatur?

19 Carcer euitatur quando suspectus delicti aliquis fuisset dimissus, ob idem delictum de quo arguitur.

20 Carcer euitatur, quando per statuta, uel decreta Mediolani non imponatur pœna corporalis.

21 Carcer euitatur quando reus est in casu absolutionis

22 Carcer uitatur, quando quis fuit semel absolutus, uel condemnatus de eodem delicto, de quo iterum molestatur.

23 Punitus in uno dominio, ob aliquid delictum minus quàm in alio puniretur, an possit in alio puniri?

24 Cessio bonorum in criminalibus nihil releuat.

25 Pactum iuratum de non cedendo benis, non ualet, nec unquàm approbatur per Senatum.

26 Cessionis beneficium non amittitur per negationem debiti à debitore.

27 Carcerati quomodo relaxentur, uel expediantur in festis Natalitiis, & Pascatis Mediolani

28 Obligatus soluere, uel satisfacere, non liberatur per præstationem fideiussionis.

29 Carcer euitatur honestè uiuendo.

30 Senator debet esse secretus, & si releuauerit ea, quæ in Senatu agitata fuerint ante æditionem punitur pœna capitis.

31 Consiliarii silentiarii dicuntur.

32 Fräcisci Belloni Senatoris Casalensis mors, ob euulgatam sententiam capitalem.

33 Angelus Aretinus quam malè habitus fuerit in syndicatu.

34 Præses cameræ Parisiensis, qua sententia condemnatus fuerit, ob demerita sua.

35 Fideiussor, qui promisit præsentare reum, liberatur si legitimè, semel præsentauerit, licet posteà fugiat: nisi dixerit quòd præsentabit toties quoties, &c. quia tunc per binam præsentationem liberatur.

36 Fideiussor quando dicatur legitimè, reum præsentasse, ut sit liberatus, & quando illegitime.

37 Iudex non liberatus præsentando collateralem quando reus præsentatus aufugit.

38 Præsentare promittens indeterminatè aliquem, tenetur usque ad quattuor menses.

39 Præsentare promittens ad uoluntatem iudicis: si reus capiatur, & posteà fugiat, liberatur, si ob idem delictum fuerit captus. secus, si ob aliud.

40 Caltaldus exercuit ultra septuaginta officia, et ualde commendatur à Soccino & Signorel. de Homod.

41 Fideiussor, qui promisit sistere aliquem certa die si reus ille sit bannitus ea die. fideiussor est liberatus.

42 Fideiussor iudicio sisti liberatur. facta status mutatione in persona principalis, non ex eodem delicto.

43 Fideiussor liberatur secuto banno, & confiscatione etiam ex eadem causa in persona principalis

44 Fideiussor condemnati non liberatur per casum in persona ipsius condemnati superuenientem.

45 Fideiussor de sistendo in aliquo loco, & principalis, si contraueniant quemodo excusentur.

46 Reus propter imminens periculum eundo ad dominum non dicitur fugisse.

47 Impeditus parere ex aliqua causa quæ præter spem repentè euenerit, non dicitur contrauenire.

48 Promissio etiam iurata de non contrauenien do, intelligitur, nisi superueniat iusta causa contrauenicndi.

49 Carceratus iniustè potest impune fugere.

50 Fugisse dicitur. & qui semel fugit.

51 Fideiussor de soluenda condemnatione, non liberatur bannito principali, & postea mortuo.

52 Fideiussor de sistendo in criminalibus non potest suscipere defensionem rei. sed petere inducias ad eum sistendum.

53 Fideiussor de soluenda condemnatione, non tenetur ad pœnam. si non soluatur certa die, nec ad pœnam negationis.

54 Fideiussor intelligitur acceptus ad omnem causam quæ uenit ex natura rei.

55 Fideiussor pro uulnere, non tenetur pro morte.

56 *Fideiussor pro tempore non tenetur pro prorogatione.*
57 *Fideiussor potest repetere à reo expensas litis.*
58 *Fideiussor pro famulo, quòd non fugiet, non tenetur domino pro pecunia, quam asserit subtractam, famulo in contumaciam condemnato ex forma statutorum Mediolani.*
59 *Fideiussio iudicio sisti, & de præsentando, differunt.*
60 *Fideiussor de præsentando, de iudicio sisti, & de iudicato soluendo conuenitur sine processu.*
61 *Fideiussor promittens aliquem certa die præsentare, non tenetur ad pœnam, nisi prius fuerit monitus.*
62 *Fideiussor monitus, ut præsentet reum, non liberatur, si reus admonitus à Commentariense aufugiat.*
63 *Nouatio si fiat inter debitorem & creditorem fideiussor liberatur.*
64 *Fideiussio extinguitur morte fideiussoris.*
65 *Fideiussor de præsentando, interdum tenetur ad pœnam, interdum punitur officio iudicis interdum extraordinariè.*
66 *Fideiussor de præsentando potest moram purgare.*
67 *Fideiussor potest promittere se præsentaturum sub quacunque pœna.*
68 *Fideiussio non ualet nisi præstetur officiali, uel notario.*
69 *Fideiussio ualet siue in ea sit expressa certa quantitas, siue non quando principali ueniebat imponenda pœna corporalis.*
70 *Iudex tenetur, si fideiussor non reperiatur idoneus, & soluendo.*
71 *Fideiussore semel approbato, non est amplius cauendum.*
72 *Fideiussio necessaria est, etiam ubi imponitur pœna pecuniaria.*
73 *Cautio iuratoria interponitur ubi quis non potest præstare fideiussionem, & quid debeat iudex facere.*



Quia detrusi in carceres petunt se committi fideiussoribus, uel aliter student euitare carceres, Quæro
1 † quando concedendum sit à iudice, ut committantur data fideiussione? In qua quæstio, uide Bart. ff. de custod. & exhib. reor. in l. 1. ubi distinguit, an ueniat pœna corporalis, seu uenire possit, uel non. Et primo casu uult, ut sit non concedendum: secundo casu admittit. Quæ conclusio etiam procedit in causa appellationis, ut per Anan. consil. 1. circa princ. Bald. 2. uol. consi. 337. in fi. & Calderi. in tit. de appel. consi. 3. Quinimò uult Bar. in d. l. 1. ut si sit confessus & conuictus ille, cui est imponenda pœna corporalis, coniiciatur in uincula, & compedib. uel manicis ferreis constringatur: & idem procedat, si sit graue scelus. Ex his tamen
2 hoc sequitur † quòd & si non ueniat imponenda pœna corporalis, tamen licitè quis possit capi: quamuis posteà fideiussoribus sit committendus. de quo est text. in c. si clericos. de senten. excom. in 6. & l. 1. & ibi Bartol. C. de custod. & exhib. reor. & uult Bart. in d. l. 1. ff. de custod. reor. hoc aliud,
3 ut † paria sint, uel quòd in carcerem coniiciatur aliquis, uel det fideiussores, qui promittant eum mansurum in certa domo, uel loco, & non facturum fugam. Idem Bal. in l. nec non. in §. 1. ff. ex quibus caus. maio. & Alber. in l. eadem. ad fi. C. eod. tit. Quod seruatur tota die quando reus petit se reponi in aliquo loco laxiore, & si adhuc daretur ciuitas pro carcere, esset satisfactũ legi, uel statuto de carcere. Et ita sentit Bar. imò amplius dicit Ang. in l. qui in car
4 cerem. ff. quod met. cau. & alibi sæpe, † quod uni nobili potest assignari ciuitas, uel domus ampla pro carcere. sic per August. de Arim. in uerbo, fama publica. char. 21. col. ult. Cæpol. consi. 40. colum. 10. & Ias. omnino in l. si pecunias. §. fin. colum. fin. ff. de condict. ob. caus. & in repetit. l. admonendi. char. 18. colum. 1. ff. de iureiuran. & Felin. in c. cum contingat. colum. 3. de re-
5 script. Et de materia, † an & quando reus sit committendus fideiussoribus, uide ultra prædicta per Felin. in c. fin. de accusatio. colum. penult. & in c. ex parte. el primo. colum. 11. in princip. de rescrip. & per Bal. consi. 204. duo famuli. uolum. 1. & quid si extaret consuetudo quòd imò admitteretur fideiussor in casu aliàs non permisso, ui
6 de Cæpol. consi. 40. col. antepen. Et † quando imponitur pœna exilii, banni, uel deportationis, an tunc sit fideiussoribus committendus, uide Bart. in l. 2. ff. de public. iudic.

7 iudic.ubi † an pœna exilis,sit pœna capitalis & corporalis?& per Alexan. consi.116. uol.2.& Felin.in c.meminimus. de accusa. & in c.qualiter.*el secundo*.§.ad corrigēdos. de accusat.col. 3. Sed licet pœna exilii sit capitalis, non tamen uidetur corporalis, quia non adimitur caput naturale, nisi dicas quòd imò hæc pœna affligit mirum in modum corpus, & hoc expertus sum ego multoties. Ex exilio.n. sequitur paupertas & miseria,ex quibus homines adeò se excruciant, ut etiā facile incidant in morté. quod licet allegatione non egeat, tamen habes Bart.in l.si constante.in princ.col.4. uersi.5.quæro.ff. sol.matrim.qui dicit. Banito & exuli necesse esse peregrinari, & ꝙ talis peregrinatio inducit hominé ad paupertatem,& demum ad mortem,& eadem
8 ratione etiam pœna † infamiæ est pœna corporalis,ut etiam uides in apostillis impressis ad Abb.in c.afferte.de præsump.& circa hanc quæstionem sunt uidenda nota ta in l.penult.§.ad crimen. ff. de publi. iudic.de quibus latissimè per Maria. Soci.ad hoc in c.ueniens. de accusat. ubi omnino uide.est uerum ꝙ ista quæstio cessat in ciuitate Mediolani,ubi est statutum quod in
9 cipit,† Si quis calumniatus, per quod nemo detinetur,nisi ingeratur pœna sanguinis.unde in materia turbatæ possessionis, in qua secundum statutum nostrum imponitur pœna exilii,suspectus committitur fideiussoribus,& admittitur procurator. Et
10 hæc in laico. † In clerico autem an sit fideiussoribus committendus? uide text. in d.c.si clericos.ubi distinguit inter crimen enorme,& aliud nó enorme. & ibi uide Geminian.ponentem exempla,ex quibus poteris te instruere quid in reliquis. Et dicit Calder.consi.21.in tit.de regul. ꝙ ubi habet locum depositio, quòd non relaxatur fideiussoribus.quod quādo sit, ponit Abb. in c.at si clerici.in princ.col. 12. extrà, de
11 iudic. Est†.n.depositio quædā degradatio uerbalis.c.qualiter. *el secundo*. & ibi Abb. col.2. de accusat.& ponit etiam Alex.pro quibus criminibus fiat depositio, consilio 174.in 2.uol.& uide etiam Decium quando clericus sit committendus fideiussori-
12 bus, consilio 143.colum.1.& 2.ubi † quid quando uenit pœna detrusionis in monasterium, uel perpetui carceris. Et uide etiam pro declaratione dicti cap. si clericos.de crimine enormi. Abb. in c. tuæ. de pœnis. ubi dicit, quòd dicitur delictum enorme de iure canonico, iuxta dictum cap. si clericos.ubi pro eo delicto de iure ciuili imponitur pœna mortis, & quòd ubi uenit mors de iure ciuili, de iure canonico uenit pœna detrusionis in perpetuos
13 carceres. Et † quæ pœnæ imponantur de iure ciuili, & quæ de iure canonico, uide Doctores,maximè Felin. in c. qualitur. *el secundo* §.ad corrigendos. de accusat. colu. 34. & sequen. & sic in iure canonico circa clericos in hac materia duo sunt consideranda. Primum, an ingeratur pœna corporalis, non dico sanguinis, quia illo iure approbata non est. cap. sententiam sanguinis. ne clerici uel monachi.& ita tenet Deci. in dicto consilio centesimoquadra-
14 gesimotertio.colum.1. Secundum,† an sit graue crimen uel non. & sic in hoc uidetur seuerius ius canonicum, quàm ciuile: quia ius ciuile tantùm considerat, an sit tale crimen,pro quo ingeratur pœna corporalis,uel non:tamen uidemus in multis ius canonicum esse mitius, tum circa pœnas, ut dixi, tum etiam quia contra clericum non potest deueniri ad torturam, etiam præcedentibus indiciis: nisi infamia quoque præcedat, ut dicam infrà in materia
15 torturæ. Aduerte † tamen quòd etiam eo casu,quo quis non debet committi fideiussoribus, attamen quando iudex uidet eum esse in casu absolutionis, potest eum committere fideiussoribus. textus est, & ibi Bald. & Doctores in l.2. C.de exhibend.reis. Alexand.consilio 179 uolum. 2.Roman.singul.504. accusatus. Angel.in tractatu suo maleficiorum. charta 16. col. 3. ad fin, & facit quòd qui est in casu absolutionis, habetur pro absoluto, ut per Caccialup. in l. admonendi. charta 88. colum.3.ff.de iureiurand. & Alexand.in l. 1.ff. de custod.& exhib. reor. ubi tamen semel aufugisset, priuatur hoc commodo, etiam si non ingereretur pœna sanguinis, ut per Aretin. in glos. fama publica. per regul. qui semel malus. de qua per Felin. in c. cùm in iure. uersic. quartò fallit. de offic. delegat. & alibi sæpe. Sed
16 † licet non admittatur fideiussor, an saltem admittatur procurator ante captu-

ram? Dic non admitti: quia ingeritur pœna sanguinis.l.penult.§.ad crimen.ff. de publicis iudic. & in dicto cap. ueniens. de accusatio. & per glos.in l.reos. C. de accusatio. Fallit in exceptione dilatoria, quæ nullo modo tangit crimen, puta tu non potes esse accusator.ita Bartol.in eo.§. ad crimé. colum.antepenulti.uersic.quæro procurator.& Imol.ibi dicit, colum. 18. omnes cũ Bartol.tenere.idem Abbas in dicto cap.ueniens. colum. 4. ubi Maria. Socin. latissimè,& per Salic.in d.l.reos. Secundò fallit etiam in exceptione peremptoria,quæ tangit crimen, & quæ etiam potest opponi ad processum, ut in exceptione rei iudicatæ: & quia delictum erat impunibile ex forma statuti, si opponatur talis exceptio ad processum, & etiam sit notoria.ita Bart.ibidé, quia etiam hoc casu iudex à seipso debet absoluere reum. Et ita Imol. ibi, colum. 18. circa fin. & colum. sequen. & Salic. in d.l.reos.colum.15. uersicu.quæro an procurator.& Nellus in tractatu bannitorum, in secunda parte secundi temporis. quæst. 14.ubi dicit ita communiter teneri, & ita esse communem dicit Aretin.in dicto cap. ueniens. colum. 5. ubi idem Abb. colum. 4. & Alexand.in leg.2. C. ut nemo priuat.

17 tit. colum. 2. Sed † intellige talem exceptionem esse notoriam, quando nec in facto,nec in iure dubitatur. puta si apparet in facto de banno, & quod est illud idem quod continet interemptum: & quando etiam non refricatur in dubium,an ualeat illud bannum. Cæterùm ubi refricaretur in dubium in iure solum,nó essemus in regula. Ita Salic. in d.l. reos. & Imol. in d.§. ad crimen. uersicu. tertio casu quando est exceptio mixta. Tamen Nellus ubi supra, etiam uult esse notorium, quando aliquæ demonstrationes côueniunt cum mortuo: licet non omnes. Corn. etiam in consil. 122.uol.4.col.2.uersicu.uiget, uult quòd satis dicatur notorium quãdo apparet scriptura autentica, iuxta l. fin. C. de edicto diui Adriani Tollen.quod tamen intelligo secundum Salicetum & Imol. ubi suprà. Item intelligo Nellum ubi saltem duæ demonstrationes sunt pro reo, iuxta notata in l. demonstratio falsa. ff. de conditio. & demonstrat. & fiscus uel pars nõ opponũt, iuxta ea, quæ dicunt præfati Doctores:

18 Prædicta † tamen non uidentur procedere stante statuto nostro,ut calumniatus de crimine, debeat se constituere, ita ut non non audiatur etiam allegãdo occisum fuisse bannitum. Nam hoc casu uidetur quòd non audiatur reus,etiam habens exceptionem notoriam, ut aliquid operetur. C. si Papa. de priuileg. in 6.& in l. si quando.ff. de legat.1. Sed tamen dic,quòd est audiendus procurator, uel instructor implorando officium iudicis pro innocentia rei notoria & liquida. Ita Angel. in d.l. reos. C. de accusatio. & in l. quos prohibet. ff. de postul.& Bald.in d.§.ad crimen. & per Ias. in l. ubi peccatum.C. de transactio.& hoc etiam si statutum tolleret defensionem,nedum exceptionem, ut per Aretin. in.d. c. ueniens colum. 8. uersicu. consequenter: ubi respondet ad obiectum: dicens, quòd hæc opinio est multum communis. Sic etiam intelligit hoc statutum Imol. ibi, in uersicu.quid autem si per formam statuti, & Anna. ibidem colum. 2. & uide glos. & Abb.in c.cùm olim.de re iudic. Non enim debet pati iudex, ut notoria exceptio deuoluatur in iudicium.c. quoniam. de filiis presbyt. Ioan. Andr. in cap. 1. de lit. contesta. in 6. & Abb. in capit.1. colum.2. de ord. cognit. & uide Maria. Socin. in dicto cap. ueniens. col. 47. Sunt tamen iudices multum difficiles in admittẽdis istis comparitionibus, & Senatus etiam solet repulsam dare supplicantibus in tali casu, nisi personaliter se constituant: quia posset esse quòd bannitus occisus esset toleratus, uel haberet gratiam, uel saluumconductum. & hoc profectò uidetur esse intentionis præallegati statuti. & posset intelligi statutum, ubi iudex ipse citat reum, quod tunc teneatur comparere personaliter. Verùm si reus ipse præueniret ostendendo bannum,iudex fortè non deberet eum detinere. Ita probat text. in l. Seuerus.C. de excusat. tutor. & ibi Bald. & Bald. in l. obseruare.§.proficisci.in uersicu. iudex inquisiuit. de offic.proconsul.& legat. Quia est magna præsumptio pro eo qui spontè comparet: ubi tamen esset alia exceptio quàm supradicta, scilicet quòd occisus bãnitus esset, quæ est notoria & liquida,non uideo quare non deberemus stare communi conclusioni,de qua suprà dixi.Et sic habes

bes declarationem ad dictum statutum. Aliam habes per Bald. in l. omnes populi. in penult. colum. ff. de iust. & iur. quod dum dicit calumniatus de crimine intelligatur de ritè calumniato. alia est etiam declaratio, nisi opponatur exceptio incompetentiæ iudicis. Ita Aret. in dicto c. ueniens. col. 10. uersic. tertio adde. Aduerte tamen, quia prædicta procedunt quo ad se constituendum, sed quo ad ulterius procedendũ locum non habent: quia cùm hæc exceptio banni processum impediat secundum Bart. in leg. si seruus. C. de his, qui ad eccles. confugiunt. & Iason in l. ubi pactum. C. de transact. & Docto. ubi suprà. Vlterius non debet examinari, nec contra eũ procedi: uerum remanet in carceribus, donec sit discussa omnis exceptio circa bannum, uidelicet, an adsit bannum, & an iure teneat, uel posito quòd adsit, utrum occisus haberet gratiam uel securitatem, & an esset toleratus. & ita Bart. in d. §. ad crimen. col. penult. uersi. quęro quid si est dubium. ubi ita claré sentit, & Doctores suprà. At circa delictum non esset ulterius procedédum, unde posset reus examinari, ubi esset expediens circa dictas exceptiones ad bannum, nó circa crimen, cognita posteà ueritate, quòd bannum non obstet, esset examinandus circa delictum. Sic igitur non solùm per fideiussorem euitantur carceres, sed etiam per procuratores &
19 instructores modo, quo suprà. Euitatur † etiam carcer, quando uocatus dicit, Fui pro delicto, cuius nunc arguor, aliàs dimissus: quia uidetur tacitè pronuntiatũ in sui fauorem, aliis non superuenientibus. Anã. consil. 17. col. 3. & Alex. consi. 179. uolu. 2.
20 Est † etiam alia uia euadendi carceres in hac ciuitate: quia considerari potest, an per statutum, uel decretum imponatur pœna corporalis: quia si non imponitur, nulla uenit pœna corporalis, stante statuto ut nullus puniatur pœna corporali, nisi lege municipali caueatur. De quo statuto uide Alex. consi. 75. col. 1. in 7. uolu. & Alexan. consi. 135. colu. ulti. & Bald. in 5. uolu. con-
21 silio 384. Alia † est etiam uia, quam suprà dixi, uidelicet: quando quis est in casu absolutionis, ubi etiã aliàs ingeratur pœna sanguinis, allegando l. 2. C. de exhi. reis. & Alexan. ut suprà dixi in reliquis circa materiã §. ad crimen. uide Barbat. consil. 72. uolu. 1. & ibi quando apparet de notoria iniquitate sententiæ. & uide Marian. in d. ca. ueniens. & dicam infrà, in tit. an in criminal. iud. quis possit pro absen. inter. ubi latissi-
22 mè. Alius † est modus euitãdi carceres, quando semel fuit absolutus, uel punitus: quia de eodem delicto sæpius quæri non debet. l. licet. §. fi. ff. naut. caupon. stab. l. si cui. §. eisdem. & ibi Bart. ff. de accus. & in l. Senatus. columna penul. uersic. extra glos. de accusat. Felin. latè, ubi facit regulam & fallentias in cap. de his. de accusation. Gandin. in tract. suo, in tit. utrum ille, contra quem fuit per inquisitionem processum, possit de nouo accusari. Aretin. in c. cùm clamor. col. 2. ad fi. de testib. & in consil. 58. col. ult. uersic. uenio nunc ad secundum. & uers. seq. Roman. consi. 463. Ang. consil. 190. & consilio 117. colum. 7. & sequen. Paul. de Castro consilio 119. colu. 2. & sequen. & Bal. ubi uide, in 3. uolum. consilio 292. & consilio 79. uersus finem.
23 in quinto uolumine. E † quid, quando sumus in diuersis dominiis, maximè quando in uno loco minus punitus est, quam possit in alio loco puniri, dicã infrà in titu. de foro competen. & est materia Bart. in
24 l. sepulchri. ff. de sepulch. uiol. Alius est † modus, quando quis uult cedere bonis. l. 1. C. qui bon. ced. poss. quod adeò uerum est, ut si creditor nolit eum in carcerem poni, cesset remedium illud cessionis: ut per Bal. ibi. quod tamen non procedit in delictis, uel quasi, ut uolunt Doctores in materia, maximè in §. fin. Instit. de action. ubi post Ang. Aret. quem uide. Ias. facit
25 regulam & fallentias. Nec † ualet pactum in contrarium etiam cum iuramẽto, quando uolens cedere, redigitur ad extremam miseriam, absque fraude sua: ut per Felin. in cap. ex rescripto. colum. 3. de iureiur. & per Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. Et hanc opinionem, licet habeat contradicentes, ut in præfatis locis, tamen Senatus noster semper sequitur, nec unquam approbat talia pacta. Et uide in hac materia Socin. in fallentiis suis, si tamen eius sunt, in
26 fallentia 45. Nec † hoc beneficium cedendi tollitur negando primo debitum. l. penulti. ff. de cessione bonor. Salic. in leg. 1. C. qui bonis ced. pos. & Decius, reproba-

to Areti, in d. §. fin. de action. in l. nemo ex his, qui negat. ff. de regul. iuris. per illam l. & per Ias. in l. quod te. ff. si certum petatur. quæ opinio non solùm uerior est, sed etiam magis æqua, & ideò tenenda.

27 Alium † habent modum, qui sunt in carceribus ad carceres euitandos, si sunt in festis Paschalibus detenti: quia ob reuerentiam dierum dimittuntur, nisi sint detenti pro grauioribus delictis. l. 3. C. de episcop. audien. An tamen omnino dimittantur, uel cum moderamine, ut reuertantur, uel ponantur in laxioribus carceribus, Doctor. uariant, ut per Bart. & Alber. maximè ibi. Sed de consuetudine loquendo, in omni casu & delicto, si sunt confessi, uel conuicti de delicto, puniuntur, prout iuris est: si processus est imperfectus & urgentia non sint indicia, nec magnitudo delicti repugnet, datur ciuitas pro carcere, uel dimittuntur sub fideiussore de reuertendo post festa: & si sunt in carceribus pro debito, mittuntur ad carceres laxiores, quos in hac ciuitate Mediolani uulgò appellamus Malæstallæ, ubi publica impēsa aluntur, uel dimittuntur, data fideiussione, si illam habent, de soluendo, uel de reuertendo ad carceres. Quod ultimum fit tam ex dispositione statuti Mediolani, quàm ex consuetudine obseruata per Se-
28 natum. De iure tamen, † qui tenetur soluere, non liberatur præstita satisdatione, imò nec qui tenetur satisfacere l. 1. & ibi Doc. ff. qui satisd. cog. & non solùm in festis Paschalibus hæc Mediolani seruantur, sed etiam in Natalitiis. Alium modum habes aptiorem cæteris ad euitandum carceres,
29 † si honestè uolueris uiuere, ita ut nec uerbo, nec facto, nec consilio, nec scriptura denies a recto itinere, iuxta l. aut facta. cū similib. ff. de pœnis. & latè tradita per Bal. in l. data opera. C. qui accusare non pos. Et
30 si † tu Senator fueris, maximè tibi animaduertendum erit, ut memor potissimùm iuramanti præstiti in admissione dignitatis, sis secretus, quia aliàs incides in maximū periculum. Nam glos. in cap. de forma. 22. quæst. 2. dicit, ꝙ capite punitur reuelator secretorum. & ita dicit text. in l. si quis aliquot. §. 1. ff. de pœnis. Et licet tā glo. quàm textus loquantur de secreto, quod reuelatur hostibus: ut per Alber. in dicto. §. 1. & ità etiam sit intelligendus Martin. Laudē. in tractatu, de principibus. in titulo, de cōsiliariis. in cap. 2. Attamen magna pœna afficiendi uidentur tales, etiam si ea tantùm renunciene, quæ pertinent ad iustitiam. Hoc ostendo, quia si quis aperiendo, uel recitando, uel resignando testamentum ui ui incidit in pœnam legis Corneliæ. ff. de falsis. l. 1. §. is qui, cum similibus. ff. de falsis. & idem si à causidico, uel aduocato ostendatur instrumentum litis aduersario, dicta l. 1 §. is, qui deposita. & de utroque in dicta l. si quis aliquot. §. qui uiui. & §. seq. quātò magis hoc militare debet in gestis per Senatum, antequàm sint auctoritate Senatus ædita. Ante enim æditionem Senatus potest addere uel diminuere. Et ideò non cōuenit publicare, nisi re perfectè terminata. Et si publicarētur uota singulorum maximè prolatorū in grauissimis causis, tunc maiori pœna dignus esset propter maximum periculum, in quod eum iniiceret, qui sententiam duram dixisset. Et quia in futurum qui liberè loquebantur, quod est in iis uiris præcipuum. cap. fundamentum. de electione. in 6. traherentur non sua culpa, sed eorum qui reuelassent. Et ideo
31 † consiliarii appellantur etiam silentiarii, secundum glossam in rub. de silentiar. lib. 12. Ad quæ plurimùm facit, quod de Papyrio prætextato apud Gellium libro. 1. cap. 23. scriptum reperitur. Nam is adhuc penè puer preces, & imperium matris sedulò interrogantis, Quid in Senatu actum esset, callido figmento elusit, ne uel ipsi matri Senatus arcana panderet. Ex quo ei posteà cognomentum, honoris gratia, Prætextato fuit inditum, ob loquendi tacendiq; in ætate prætextata prudentiam: quæ si in illo fuit, & in aliis innumeris, quorum exempla apud uarios auctores passim scripta reperiuntur, quàm indignū profectò esset, si in Senatore desideraretur, unde non mirum, si Cæpolla in consi. 40. in 5. uolum. consuluit, quòd tales incidunt in falsum, dicens quòd ita fuit consul
32 tum in ciuitate Patauina. & † nostra tempestate D. Franciscus Bellonus Senator in ciuitate Casalis, qui reuelauerat quandam sententiam capitalem adhuc non publicatam, fuit capite, ob hoc solùm obtruncatus, quam sententiam aduersus semetipsum

metipsum prius ipse tulerat: cùm enim fuisset interrogatus à Marchione, Qua pœna dignus esset, qui sententiam capitalem reuelasset, Respondit eadem capitali pœna, ipso Marchione subdente, Tu igitur hanc pœnam patieris. Et si alium magistratum geres, ita te habeas, ut tempore syndicatus non uerifices id quod dicit Bal. in rub. de procurat. in 11. col. ꝙ tempus syndicatus est tempus digestionis, quia tunc digerit iudex id quod in officio deglutiuit, ac etiam ne incidas in periculum, id quod nõ solùm omnino mali iudices ut plurimùm tandem incidunt, uerùm etiam si qui sunt non omnino mali, ut refert Paris de Put.
33 Angelo Aretino euenisse,† qui post gestũ collateralis officium, tempore syndicatus detentus fuit per annum: & nisi omnia collegia Italiæ consuluissent in eius fauorẽ, capite truncabatur. Sic Put. in tract. suo syndicat. chart. 6. uersic. per syndicatores. ad fin. illius capituli. Nec è memoria tua unquam excidat, ꝙ superioribus annis totus Senatus residens in ciuitate Aquarum Sextiarum ultra montes, fuit ob eius factiones, diuisiones, & tyrannicas artes syndicatus unà cum aduocato fiscali, & pluribus aliis officialibus, & Senator unus fuit mulctatus maxima summa pecuniarum, atque etiam bannitus, & priuatus, unà cũ posteris suis omni officio & dignitate. quod idem etiam aduocato fisci accidit. Alii uerò Senatores oẽs suspẽsi ad tempus, & mulctati fuerunt pœna pecuniaria, officia aliqua fuerunt etiam abolita, nedum officiales ipsi amoti, & denique nihil in eis Senatoribus & officialibus syndicatus remansit præter infamiam. Non ita pridem etiã
34 certissimo nuntio allatum est, † ꝙ quidã Præses unius ex cameris Parisiensibus super criminalibus, & qui etiã anteà sub Rege Christianissimo Mediolani senator fuerat, iam diu in ciuitate Parisiorum detẽtus ob crimina eius obiecta extorsionum, illicitarum pactionum, linguæ subdolæ & uirulentæ, ac etiam tyrannidis, quæ potissimùm cõsistit in bonorum oppressione, malorumq́; & sibi arridentium exaltatione, pœna hac damnatus fuit, ut scilicet, indutus ueste purpurea ad imaginem Virginis sacratissimæ duceretur in loco publico, ut erratorum publicè, Deo, Regiq́; ac iustitiæ ueniam peteret, deinde perforata lingua, & abscissa manu dextera, laqueo suspenderetur: & hæc atrox sententia post menses quindecim, quibus in teterrimo carcere permãserat, quo ad furcarum pœnam executioni missa fuit. Et de excessib. consiliariorum uide Put. in tract. synd. car. 5. col. 3. uersi. excedunt. Non possum etiã tacitus silentio præterire alium modum, per quem omnia mundi uincula dissoluuntur, ne dum ostia carcerum aperiãtur, quo mali iudices & scelerati uiri sæpenumero uti consueuerunt, dum pecuniis & largitionibus ueritati nebulas offundunt, & ius dicentium oculi obtenebrantur, & ferrei etiam carcerum postes rescinduntur. Nanque munera excæcant oculos sapientum, & mutã: uerba iustorum, ut habetur Deuter. 16. c. refert Ang. & Ias. in l. non dubiũ. C. de testa. & de ui pecuniarũ ponitur per Hippol. in l. 1. §. prætereà. col. 6. ff. de quæst. per Felin. in c. super eo. col. 3. de testibus. & Io. de Sylua in tracta. suo solemni de beneficio, in 3. par. q. 7. Supradicta tamen locum non habent in bonis iudicibus, qui iusto & honesto omnia metiuntur. Et quia præcipuus modus, & magis substantialis euadendi carceres ille est, quando quis petit dimitti, præstita fideiussione: ideò operæpretium est aliqua dicere, quæ circa ipsos fideiussores, præsertim in materia criminali, tota die occurrunt. Et quæro pri-
35 mò, † fideiussor præsentat eum, pro quo fideiusserat, qui postea aufugit, an amplius teneatur eum præsentare? in qua quæst. uide Bal. in l. qui crimen. C. qui accusare nõ pos. in 10. q. qui dicit, quòd liberatur: quia fecit quod debuit, arg. l. 1. C. loc. & in l. dominus horreorum. ff. eo. Culpa enim custodis non debet nocere fideiussori. l. ad commentariensem. de custo. & exhib. reor. Qđ procedit, si simpliciter fideiussit præsentare: secus si dixit, Toties quoties. per not. per Bar. in l. si gemma. ff. arb. furt. cæs. & in l. 1. §. hoc rescripto. ff. ad Syllan. in qua materia uide Alex. in consi. 360. incip. breuiter in casu in 1. uol. Pau. de Cast. & Ias. in l. duobus. §. 1. per glo. ibi in uerbo, exhibuerit eum. ff. de iniur. & ibi quando promisit præsentare toties quoties, ꝙ adhuc bina præsentatione liberatur. & ita Alex. consi. 145. quoniam abundè. in 2. uolu. est mate-

est materia l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. de qua per Fel. in c. innouamus. de treuga & pace. & in c. licet. col. 2 & seq. de testi. Ias. in d. l. duobus. §. 1. & alibi. & uide etiam Nellum ad prædicta in prima parte secũdi temporis, quæst. 15. qui uult, quod non liberetur per binam præsentationem. Sed Iason ubi supra, ad quem me reiicio, ponit, quæ opinio præualeat. Verùm † præsentet fideiussor minus cautè debitorem, qui exinde fugam arripiat, etiam in casu, quo unica præsentatione erat liberatus, non sequitur liberatio, quia cùm loquimur de actu, de legitimo intelligimus. l. 4. §. cõdemnatũ. cum si. ff. de re iudi. exemplum, Quando præsentandus est intra carceres, & consignatur collaterali soli, etiam absq; famulis à quo aufugit, dum ducitur ad carceres, uel prætori etiam nõ habenti nisi collateralem, sine familia, qui eũ cõsignat ipsi collaterali soli, accepta à prætore tali præsentatione pro idonea & sufficienti, & fortè etiam eo pronuntiante, liberatum esse fideiussorem vt nuper contigit in prætore Vigleuani. Tamen in hoc secundo casu dicet fideiussor, Si prætor nõ acceptasset, & me non liberasset, eum consignassem intra carceres. Vnde bene considerando rem ipsam, solus iudex uidetur posse conueniri ad damna, tanquam per imprudentiam id egerit, iuxta quæst. Bar. si iudex per imprudẽtiam. & consil. Corn. 315. col. fi. uol. 3. ubi succinctè quãdo iudex imprudenter iudicat, ad quid teneatur. Non autem teneri debet fideiussor, tanquã ipse omne id fecerit, quod à se faciendum erat. Est uerũ, ꝙ ubi fideiussor fuisset in tanta mora, ut nec per præsentationem liberaretur, putà, quãdo post terminũ, ac post aliã, uel alias interpellationes, iuxta dicta Ias. in l. & si post tres. col. 4. uers. Ang. tenẽs. ff. qui sat. cog. & quæ dicam infra. & sic post plures moras præsentasset etiam in carcere, eo casu adhuc posset fideiussor conueniri, non obstante ordinatione prætoris minus legitimè facta, cognito de nullitate, uel iniquitate dictæ ordinationis: cõdẽnato tamẽ prætore in expẽsis oĩbus, quas fecisset i tali cognitione creditor, iuxta no. per Cor. & Bar. ubi supra. & dicã infra. in materia synd. official. Nã prætor debuit non admittere talẽ præsentationẽ, postquam esse ctus erat debitor, incidẽdo in pœnam post tot moras, nisi creditor cõsensisset: & ideò si admisit, & minus iuridicè, condemnatur prætor in expẽsis factis per creditorẽ, quas
37 fecit in reuocatione illius liberationis. Et † aduerte, quia prætor hoc casu nõ liberatur per exhibitionẽ collateralis, iuxta cõsi. Rom. 11. & consi. 14. quæ allegãtur ad Bar. per Alex. in l. 1 §. familiæ. ff. de pub. quia prætor in hoc tenetur culpa sua. Roman. uero loquitur quãdo solum interuenit cul
38 pa collateralis. Et † quid quando quis promisit simpliciter præsentare aliquẽ sine termino, an semper teneatur? Dic, nõ semper, sed duntaxat infra quatuor mẽses teneri. l. si fideiussor. C. de fideiuss. ubi uide omnino
39 Bart. Et † quid quãdo ad uoluntatem iudicis promisit fideiussor sistere reum: qui captus fuit, posteà aufugit, an teneatur adhuc fideiussor ẽt sistere? Distinguitur, ꝙ aut fuit captus pro ea causa, & amplius nõ tenetur: aut pro alio delicto, & tenetur. ita Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de accus. §. sequitur. uersic. itẽ quæro ecce. Subdit tamen, ꝙ si fideiussor uadit ad iudicẽ, quãdo est captus, & protestatur, ꝙ illũ habet pro præsentato, & ꝙ nõ uult teneri amplius ex sua promissione, ꝙ tutus est. Quæ opinio Io. And. licet habeat contradicentẽ, est uera: ut per Barb. in rub. extrà. de fideiuss. col. 1. & 2. & Catal. in tract. syndic. in uer. 378.
40 Qui Cataldus ille est, † quẽ ultra septuaginta officia exercuisse scribit Soci. consil. 23. col. 3. in fin. ubi eum ualde cõmẽdat, & Signor. consi. 85. col. pen. circa prin. Quã opinionem ẽt sequitur Ang. in l. 2 §. fi. ff. de custo. & exhib. reor. limitando tamẽ, ut ibi per eum, quãdo promissio esset toties quo
41 ties. Sed pone, † fideiussor promisit inquisitum sistere certa die, uel soluere condemnationẽ: contigit, ꝙ ante illum diem, qui accusabatur bannitus fuit, propter illud maleficiũ, quia se non præsentauit: die uerò elapsa, fideiussor cõuenitur, quia eũ non præsentauit, Quæritur, an fideiussor habeat exceptionẽ, ꝙ non potuit, nec potest præsentare, quia bãnitus posteà fuit. Spec. in tit. de accu. §. sequitur. uers. itẽ quæritur. concludit, ꝙ non: quia non stat per iudicẽ, sed per inquisitum, & hoc, quando propter idem delictum, secus si propter aliud, quia tunc fideiussor non tenetur. l. sed & si quis.

in prin. ff. si quis caut. & in l. si decesserit. & in l. si uerò. in prin. ff. qui sat. cog. & probāt allegata iura, quod siue impedimentū sit culpa rei, siue non, semper fideiussor est excusatus, nisi in casu, de quo suprà, quando propter idem delictū est bannitus. & ultra Doctores in d. l. sed & si quis. in principio, & ubi suprà, qui ita cōmuniter tenent. Idem Gandin. in rub. de aliquibus quęstionibus uariis. col. 7. uersic. item pone quęstionem & in rubr. de multis quęstionib. dependen. à statuto. col. 9. uersic. item pone quæstionē. & in rubr. quid sit agendū reo absente. col. fin. Facit. l. sancimus. & ibi Ang. & Doctores. C. de pœn. Intelligūtur tamen Doctores suprà, nisi fideiussor dedisset causā
42 tali banno ét ex alia causa. Mutatio † igitur status in persona principalis. non ex eodem delicto, liberat fideiussorē: unde etiā, si principalis fiat clericus, liberatur fideiussor. Cardinal. in clement. 1. in. 9. q. de censi. & Bald. in l. si filius. ff. de tutel. & rat. distrahen. & Doctores in dicta l. sed & si quis. in
43 princip. Si † tamen banniretur principalis, & confiscarētur eius bona, liberaretur fideiussor, etiam banno secuto ex eadē causa. l. in fraudem. §. si principalis. ff. de iure fisci. Bartol. in. l. capitis ff. de fideiussorib. & in dicta l. si uerò. in princip. col. fin. ubi per Alexan. ff. qui satisdare cogan. Corn. consi. 32. uol. 1. latè. & not. it Bald. consi. 435. uo-
34 lu. 5. Aduerte † tamen, quia si aliquis simpliciter fideiuberet post condemnationē, cùm non uideatur fideiubere de pręsentādo, sed de soluendo, tunc per casum superuenientem in personam condemnati, fideiussor non eximitur, dicta l. si uerò. in princip. & Nellus in tracta. banni, in prima par
45 te secundi temporis, quæst. 14. ad fin. Et si uis scire, † quando tam principalis, qui promisit se præsentare, uel nō aufugere, quàm fideiussor excusetur contrafaciēdo, uide d. l. sed & si quis. in prin. & per totum, maxime usq; ad §. quæsitum. & l. 2. & per totum titulum ff. si quis caution. ubi iura sunt clara de eo, qui promisit stare in iudicio, uel certo loco, & inde non discedere, ut cōtingit, tota die in eo, cui datur ciuitas uel do-
36 mus suāmet pro carcere. Et † eo casu propter aliquod imminens periculum in personam, discederet: eundo tamen ad dominum, siue principem suū pro auxilio impetrando, an caderet in pœnam? Dico quod ubi uerba essent clara, staretur eis, aliter non uideretur contrà fecisse. Et hoc ex declaratione termini quis sit fugitiuus, ut in l. quis sit fugitiuus. in principio. maxime in uersiculo, idem probat Iulianus. ibi, & ad dominum uenisset. ff. de ædil. edicto imò non solum qui fugit ad dominum, non dicitur fugere, sed etiam qui fugit ad amicum domini, pro auxilio impetrando. l. bouem. §. 1. ff. eodem titu. & Alber. in Diction. in uerbo, fugitiuus. unde etiam Bal. l. 1. colu. 4. uersi. & ideò si statutum punit illos. C. de seruis fugit. & in l. 1. colum. 3. circa principium, uersic. sed quid si custos carceris. C. de ædilit. edicto. &
37 facit glo. 1 quòd ille, qui ex aliqua causa, quæ præter spem repentè euenerit, non paret, contrauenire non dicitur, & non incurrit pœnam in cap. nostrum ærarium. §. alias ea demum. in uersic. plus accipit. 25. distinct. & sequitur Felin. in capitu. 2. columna penulti. circa fin. de maior. & obedient. Faci etiam, quòd quęlibet causa etiam iniusta excusat à contemptu. glos. in l. 1. §. fi. ff. si quis ius dic. non obtemper. ubi Ias. & idem Iason in l. si quis id quod. columna. 7. in septimo & octauo notabili. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l. qui iurasse. in princip. columna. 2. num. 2. ff. de iureiuran. & in l. ui-
48 deamus. in princip. ff. de in lit. iur. Facit, † quòd quælibet promissio, etiam iurata, intelligitur nisi superueniente iusta causa contraueniendi. l. si. & ibi Iason. ff. qui satisd. cogan. & Iason in leg. quod seruus. ff. de condi. ob caus. Et ubi esset iniustè detentus, potuisset impunè fugere, ut per Alexan. in l. sed si eximendi. §. item si quis. ff. ne quis eum qui. Nam etiam iniustè confinati possunt rumpere confinia, secundum Bal. in l. 1. C. de monop. item potest licitè resisti iudici de facto procedenti. l. prohibitum. & ibi Bar. C. de iure fis. lib. 10. Sed tamen, ut dixi, est aduertendum ad formam uerborum, nisi
49 essemus in casu iniustæ detentionis, quia † tunc absolutè esset excusatus, & semper est habendum præ oculis, quòd prædicta uidentur procedere, non loquor quando uenit ad dominum: sed quando superuenit impedimentum, iuxta ge-

neralia proximè allegata. Si tractatur de non ueniendo, quia tunc admittuntur excusationes, si allegentur, infirmitas, carceratio, & similia. Et ita loquuntur leges, si quis cauti. Sed si agatur de faciendo, id est, recedendo, & tunc absolutè recedens puniendus uidetur. pro quo facit gl. in l. diuus. ff. ad Syllania. quòd plus peccat faciẽdo, quàm omittendo. Haberem tamen talem excusatum, ubi reuerteretur cessante impedimento, iuxta regulam, quòd non dicitur recessisse, qui non stetit. §. pauonum. Instit. de rer. diuis. aliàs secus. Nec tamen admitterem quemlibet timorem, ubi allegaretur timor, sed recurrerem ad l. metũ. ff. quod met. cau. Et considerandum est, quod
50 unicus † actus fugæ, sufficit ad hoc ut dicatur aufugisse. Dec. in l. si fugitiui. col. 1. C. de ser. fu. Ex prædictis scies decidere multos casus, qui facilè contingere possunt.
51 Quæro etiam, † si inquisitus dedit fideiussorem, de soluenda omni condemnatione, & posteà bannitur condemnatus in mille: deinde ita bannitus moritur, an fideiussor liberetur? & uidetur eum liberari, quia liberato principali, liberatur fideiussor. l. fideiussor. in princ. ff. de fideius. & l. Modestinus. cum ibi not. ff. eod. Contrarium tenet Nell ubi supra. in ult. par. q. 6. quia iste fideiussor tenetur ex sua obligatione. Et procedit etiam, quòd bannitus moriatur sine hærede: dicit tamen Alb. in tract. statu. q. 63 quòd cauti iudices, antequam procedant ad dationem banni, faciunt requiri fideiussorem, ut sistat principalem. quod si non fecit, condemnant eum, iuxta l. si quis
52 reum criminis. ff. de custo. reo. Sed † si fideiussor non potest inquisitum in iudicio exhibere: uult tamen eum defendere, an possit: uel uult ad illum sistẽdum inducias habere? Quæ omnia uidentur concedi fideiussori in causa ciuili, ut in l. sancimus. C. de fideius. Vide Spec. in tit. de accus. §. 1. uersi. porrò, sed contumax. ibi, sed quid si fideiussor. qui dicit, quòd quamuis primo casu non sit audiendus, secundo casu auditur, est materia regulæ, defensiones. C. de exceptio. quòd exceptio competens principali, etiam competat fideiussori. Quę regula etiam habetur in l. omnes. ff. de excep. & in. §. exceptiones autem. Instit. de replic. ubi omnino uide: & in l. si fideiussor creditori. ff. de fideiuss. de qua regu. per Alex. consi. 57. col. pen. uol. 1. non enim potest obligari fideiussor duriori conditione. l. Græce. §. illud. ff. de fideius. & man. Fori tamen declinctoria, quæ non competit reo seculari, competit clerico fideiussori. Mar. Soc. in c. 1. de fo. comp. in 19. decla. ubi dicit hãc esse communem opi. & Are. consi. 3. col. 1. & 2. & per Rom. singul. nunquid fideiussor clerici. Tamen in quæstione proposita ueritas est secundum opinionem Specu. qui in criminalibus loquitur, in quibus est necessaria præsentia personæ. Ita Alex. & clarius Ias. in l. si eum. in princ. ff. si quis cau. Nam illa lex ponit regulam in contrarium, secundum regulam suprà traditam. Posteà per Doct. ibi datur
53 hæc limitatio, Et si fideiussor † promittat soluere condemnationem, an teneatur ad pœnam, in quam incidit, si non soluitur in certo termino? Dic non teneri: quia promisit pro pœna delicti, non pro pœna moræ posteà commissæ. Et idem, si propter negationem ueniret maiori summa condemnandus, dummodo fideiussisset ante condemnationem: quia fideiussor non intercessit pro pœna negationis. probatur in l. fi. ff. de fideiussor. & in l. 1. ubi Bartol. & Doctores. ff. de in lit. iuran. per Felin. in c. cùm ordinem. colum. 4 de rescript. Et ideò scias concipere fideiussionem secundum Bar. &
54 Doctores ibi. Fideiussor † enim sui natura dicitur acceptus ad omnem casum, qui uenit ex natura rei. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuss. Alexand. consilio 34. in 2. uolum. nisi uerba aliter uelint, secũdum Doctores in d. l. 1. & ubi suprà, & per Cæpol. in caut. 127. quidam fideiussit. & Oldra. consi. 102. & uide l. quæro. in princip. & addition. ibi ad Bart. ff. locati. Et ut bene scias concipere uerba fideiussionis, nota,
55 quòd † fideiussor pro uulnere non tenetur pro morte, ut per Ias. in d. l. 1. col. ulti. Itẽ fideiussor liberatus lata absolutoria, non reincidit, retractata sententia. Bart. & Do-
56 ctores in l. fi. ff. de pact. Item † fideiussor prætoris non tenetur pro tempore, quo magistratus prorogatur. Bart. in l. Lucius §. Paulus. ff. de aministr. tut. Et ita in similibus casibus, fideiussor pro tempore prorogato non tenetur. l. si cùm Hermes. C. loca. Deci. consi. 93. & per Felin. in c. de causis

fis.col.2.de offic.deleg. Igitur apponenda sunt talia uerba, per quæ tam prædicta, quàm alia intelligantur sublata.uide tamé l.amissi.§.fideiussores.secundum lecturam gloss.2.ff.de fideiussorib. & quod dicit Roman.per illam legem in l fideiussor.§.fi.ff. qui satisdare cog. & in singularibus suis, char.16.in singulari,an fideiussor,quem §. fideiussores. in d.l. amissi. amplia per tex. in l.2.ff.ex quibus causis pig. tac. contrah.

57 Scias tamen, † quòd licet fideiussor simpliciter conceptus, non teneatur ultra rē principalem tamen ipse agit ad damna & interesse.c.peruenit.& c.constitutus. de fideiussor. Bal.in l. constitutionibus. C. de usuris. Abb.consilio 60.quoniam satis. col. 1.& in dictis capitulis,& in consi.82.conditor omnium in fin.& Bart.in l.exceptione. in fi.ff.de fideiuss. & sicut ipse repetit impēsas:ita creditor suas,quas in litigio fecit.l. Lucius. §. Paulus respondit. ff. de admin.

58 tut.& ibi Bar. Quæro etiam,† quid si quis fideiubeat pro famulo, quòd non delinquet,& famulus aufugiat, & dominus dicat, sibi subtractam fuisse pecuniam. & ideò propter fugam faciat contra famulū formari inquisitionem:& quia non comparet, faciat eum condemnari in contumaciam,iuxta formam statuti, an fideiussor teneatur? Hæc quæstio deciditur per nota à Bar.in l.cùm filius.in princip.ff. de uerbor.oblig. Et conclusio est, eum non teneri,nisi fideiussisset de soluenda omni condemnatione,ut ibi per Bart.& Ang. Aret. in gloss.dictum Sempronium in tercentum libris condemnatum.col.penul. & Barbat. in c.2.col.4.de constitut.& Feli. ibi col.1. & in c.ius generale.col.4.1.distinct.& in c. quamuis.col.6.de re iudic. & omnino per Felin.in c.cum Berthol.col.10.uersi.limita secundò.de re iudic. ubi pulchrè disputat hanc materiam, & dicit distinctionem Bart.esse communem. de quo etiam uide Socin.consi.283.col.penultima & finali.

59 Et † quia feci mentionem sæpe de fideiussione sistendi in iudicio, scias quòd differt à fideiussione de se præsentando. prima loquitur titul.qui sat.cog.de secunda tit.in ius uoc.ut eant. ut per Ias. in l.2. §.si quis his personis.col.2.ad fin.ff.qui satisda.cogan.post.Bar. in l.1.in princip. ff.si quis in ius uoc.non ier.Et de fideiussione præsentandi, uide omnino Bald.in d.l. qui crimen. C. qui accusare non poss.

60 Scias etiam,quòd † contra talem fideiussorem de præsentando,uel de sistendo in iudicio proceditur sine libello executiuè. Bart.in dicta l.si quis reum. in fi. ff. de custod.reor.& in l.1.ff.iudic.sol. uersic. quæro,an in fideiussore.& Ias.in d.l.2.§.fi.in 1. col.ff. qui satisd. cogan. & sicut fideiussor de præsentando,ut dixi,conuenitur: sic fideiussor de iudicato soluendo conuenitur, sine alio processu.Bar.in d.l. 1. & Socin.in consi.283.col.penult. & sequent. Areti in l.duobus.§.exceptio.ff.de iureiur. & Alexand.consi.155.col.2.uol.2. Vnde fideiussor non posset appellare a sententia, quæ transiuisset in rem iudicatam: in fideiussore uerò contractus,aliud est. l. à sententia ff.de appellat.ubi Bart.in 2.not. & Bart. in

61 dicta l.si quis reum, in fi. Et si quis † promittat certo tempore aliquem præsentare,an,si non præsentet, incurrat in pœnā? Dic non incurrere,nisi præcessisset monitio.l.si penum.ff.quando dies leg.ced. Bar. in l.ita stipulatus.*la grande*.in 6. oppositione.ff.de uerb.oblig.& latè per Deci. consi. 2.col.2.& Paul.de Castro in consilio 148.

62 uidetur quòd dictus Io.Petrus. Sed † an si reus monitus per iudicem aufugiat, ut sæpenumero fit à malis iudicib.& crebrius a satellitum ductoribus,an fideiussor, cui superuenit hoc ius,facto iudicis, possit se ex eo tueri? Et superioribus diebus hæc quæstio contigit hoc modo, Quidam promiserat, quod alter non aufugisset extra curiam,& domum commentariensis,qui deinde a commentariense certior factus, quod prætor uolebat eum in arctiores carceres coniicere,aufugit:postea molestabatur promissor,an iure medio, uidetur quòd non.l. 2.§.fi.ff si quis caut.ubi est text.quòd si facto iudicis impediatur, non tenetur secus si facto priuati.Sed dic contrarium, quòd imò talis promissor tenetur ad pœnā, per illum textum:quia uti priuatus iudex cum monuit in primo exemplo: secus si uia iudiciaria impedimentum præstitisset, sic etiam in secundo exemplo: quia commentariensis eum monuit, non uti commentariensis,sed uti scelestus uir. Nec obstat, quod ipse prætor uolebat eum coniicere in arctiores carceres, & sic iure medio, quia

nihil est, nec propterea erat impeditus facto iudicis sicut dicit dictus §. fin. qui loquitur, quādo esset uocatus ab alio iudice ad maius tribunal, imò ad hoc solùm tendebat fideiussio, ut quandocunque eum uellet, posset habere. & ita consuluit Cæpol. consi. 26 ubi uide: tenetur tamen ille qui monuit faciēdo eum fugere, ut per Anch. consi. 341. uiso themate. in fi. Et quia suprà
63 dixi quòd † fideiussor non tenetur pro tempore prorogato, imò liberatur. Scias, quod quando mutatur adeò obligatio inter creditorem, & debitorem, sine scientia fideiussoris, ut inter eos fiat nouatio, iuxta l. nouatione. C. de fideiuss. & l. pacta conuenta. §. Paulus. ff. de contrahen. empt. & l. aliam. ff. de nouat. tunc liberatur fideiussor, ut in dictis legib. & per Bart. in l. Valerianus. ff. de prætor. stipul. & latè per Alex. in l. ubicunque. ff. de fideiuss. & in l. dies cautionis. in fin. princ. ff. de dam. infec. & in cons. 72. habita. in 6. uolu. col. 1. Imola consilio 12. uiso quodam. in fi. & Bald. consi. 290. Gabriel. in primo uolum. Non omitto etiam
64 in hac materia, † quòd quemadmodū maleficium morte extinguitur, ita fideiussio fideiussore mortuo. gl. est sing. in §. fideiussor. Instit. de fideiuss. & ibi Areti. & in glo. pro quibus Antonius fideiussit. ubi uide.
65 Nec omitto, † quod fideiussor de præsentādo tenetur ad pœnam, si illā promisit, ubi non præsentauerit, aliàs ubi nō promiserit pœnam, puniri potest officio iudicis. l. si quis reū. ff. de exhib. reor. & in l. 2. ff. si quis cautio. Quæ punitio consistet in pœna pecuniaria, quia pro sola contumacia nunquā imponitur pœna corporalis, ut notatur 4. quæst. 1. in summa. & 33. quæstio. 1. in cap. cùm homo. & in l. 2. §. fin. ff. qui satisdare cogan. Hoc tenet in simili Bald. in dicta l. qui crimen. C. qui accus. non possunt. in quinta quæstione. Quæ opinio placet, si ante condemnationem non præsentetur: sed si iam sit facta, uidetur quòd interuenerit pro soluenda condemnatione secundum subiectam materiam. & hoc nisi consuetudo habeat aliam formam: quia secundum eam tunc uidebitur interuenisse, dicta l. si quis reum. & sentit Ioan. Andr. in addition. ad Speculat. de accusation. in §. sequitur. uersiculo porrò si sit contumax. Et faciunt latè dicta per Iason. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. Et prædicta, si nullus dolus interuenit in exhibendo, quia dolo interueniente, poterit puniri extraordinariè, uidelicet per relegationem ad tempus, uel fustigationem, uel forte acrius, dicta l. si quis reum. Facit l. 2. C. ad Turpil. tenet Specul. in titu. de accusat. & in dicto §. sequitur. uersic. porrò. & Gandin. in titu. quid sit agendum reo præsente. circa finem. & uide omnino Bald. in dicta l. qui crimen. in octaua quæstione. Nellus in tractatu bannit. in prima parte secundi temporis, quæstione 14. Scias tamen, quòd licet quis
66 † fuerit in mora præsentandi, potest tamen moram purgare. l. sancimus. C. de fideiussoribus. & in l. & si post tres. ff. si quis caut. Etiam si cum iuramento fideiussisset: argum. 22. quæst. 2. c. beatus. & in cap. ex litteris. de constitution. Et ita tenet Bal. in d. l. qui crimen. in 11. quæst. Vnde fiscus sit cautus faciendo, ut renuntietur d. l. sancimus. & aliis beneficiis, quæ fideiussoribus competunt. Ita Bart. in d. l. si quis reum. in penult. quæst. Non tamen admitteretur, ubi ultra interpellationem diei interuenisset alia mora, per aliam interpellationem, ut per Ias. in d. l. & si post tres. col. 4. uersic Angel. tenens. & ibi apparet quòd hæc est communis opinio Doctorum. Et aduerte, quòd Bar. in d. l. si quis reum. circa renuntiationem d. l. uidetur requirere expressam renuntiationem, & procedit etiā dicta lex in criminalibus, secundum Bart. in l. 1. ff. iudicatum solui. uersiculo. quæro an in fideiussore. & Imol. in l. penult. §. ad crimen. in septima charta. ff. de public. iudic. & dicit Cin. in dicta l. sancimus. quod ea lex continet unum de mirabilibus mundi, quòd possit quis purgare moram infra sex menses: & continet unum aliud notandum, quòd si casus superueniat in persona sistendi ante moram liberatur, ut etiam suprà dixi latè post Doctor. in d. l. sed & si quis in principio. ff. si quis caut. Si uerò superueniat post tempus, quo purgari pote-
67 rat, non liberatur. Et † an possit fideiussor promittere de præsentando sub quacunque pœna & quantitate, puta, sub pœna mille marcarum auri, uide Bald. in d. l. qui crimen. in nona quæstio. & arguit nihil ualere, quia est contra taxationem l. eos. C. de

modo

modo mulctan. tenet tamen ualere, & respondet ad dictam l. eos. ut loquatur in pœna, quæ imponitur à iudice. Quæstio uerò nostra in pœna, quæ imponitur à parte. Et bene aduerte ad dictam l. si quis reum. ꝙ
68 † non ualet fideiussio, nisi fiat officiali uel notario. l. eum, pro quo quis. ff. de in ius uocando. per regulam l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obligation. quæ regula etiam procedit in fisco, ut ibi per Iason. Hoc dico, quia quilibet pro libito superioribus diebus capiebat maleficos: unde euenit, quòd quidam fuit captus à priuatis personis pro exploratore, quem tamen dimiserunt, data fideiussione. Et hoc allegabatur per doctissimum uirum D. Simonẽ Bossium, tunc mihi collegam in munere aduocationis fiscalis in toto Mediolanensi
69 dominio. Aduerte etiam, quia quando uenit pœna corporalis, in fideiussione est exprimenda certa quantitas, ne posteà dicatur quòd non tenet fideiussio: quia in ea quantitate ualebit. Ita uidetur uelle Bar. in dicta l. si quis reum. in uersiculo. quæro utrum fideiussor. & in l. fi. columna secunda. ff. de prætor stipulat. Sed dic, quòd quando exprimitur quantitas, ualet in ea, ut per Cæpol. consilio 26. & quando nihil dicitur, adhuc ualet: ut ipsemet Bart. uult in dicta l. si quis reum. uersic. contra hoc oppono. & ita glos. 23. quæst. 5. in cap. cùm homo. & Bal. in l. si Abarsacoram latronem C. de fideiuss. dum allegat dictam l. si quis reum. & Angel. in princip. ibi, reum criminis. Et licet dicta l. si quis reum. uideatur uelle, quòd debeat constare notatum crimine reum esse, quia sit confessus, uel conuictus, uel cõdemnatus: tamen sufficit diffamatio. Ita Bald. & Doctores in dicta l. si Abarsacoram. Et ad prędicta uide omnino Abbat. in rubr. extrà, de fideiuss. Non est tamen prætereundum ad instructionem iudicum, qui tales fideiussores accipiunt, ꝙ
70 cauere debent, ne minus idonei sint fideiussores: quia ipsi posteà tenerentur in syndicatu: imò non sunt multi dies, quòd non expectato syndicatu, uidi quendam magnum uirum cogi ad soluendam pœnam, quam promiserat fideiussor, tanquam ipse fideiussor non esset soluendo. Et ad hoc sunt iura uulgaria in l. 1. §. si magistratus. ff. de magistratib. conueniend. in §. sciendum. Instit. de sati sdat. tutor. iuncta l. Imperatores. ff. de re iudic. Et ideò cautela est, quam consuetudo seruat, ut etiam collaudator fideiussoris accipiatur, ut per Aret. in glo. pro quibus Antonius fideiussit. uersiculo, nota etiam, quòd consuetudo est per Italiam. & per Catal. in tractatu syndicatus, quæst. 261. & alibi sæpe, maximè per Put. in tractatu syndicat. charta 38. de quo collaudatore est text. in l. si ab arbitrio. in princ. & in l. præcedenti. & in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogan. & textus in l. cùm ostendimus. §. fi.
71 ff. de fideiuss. tut. Et fideiussore † semel approbato, non est amplius cauendum. l. si is à quo. §. fina. ff. ut in posses. leg. & per Hippol. in l. si quis, ne quæstio. col. 8. ff. de quæstionib. & per Barto. in l. qui satisdare. ff. de fideius. Aliud etiam est aduertendum per iudices, ut scilicet faciant quòd fideiussionis forma bene concipiatur. quod quemadmodum procedat, satis patet ex prædictis: quia cognito, prout cognosci potest ex prædictis, an & quando fideiussio non arctet, facilè potest cognosci modus illam
72 ita concipiendi, ut arctet & liget, & † an sit necessaria fideiussio, quando imponitur pœna pecuniaria? Dic esse, per l. 1. ff. de custodia reorum. Et omni in casu statuta prouident: & ubi non posset reus illam præstare, staretur iuratoriæ cautioni. §. nec enim. & §. necessarium. in Auth. ut nulli iud. Ve-
73 rùm † facias ad tui iudicis beneficium examinari testes super conditione uiri qui nõ reperit fideiussores, ut per Aret. in glo. qui iudex dictum Caium detineri & carcerari iussit. colum. 2. ubi uide. & per Aretin. in glossa prædicta, pro quibus Antonius fideiussit. columna ultima.

Tit. de Inquisitione.

SVMMAE.

1 *Inquisitio quando, omissa captura, formatur.*

2 *Inquisitionis multæ sunt species, sed præcipuè duæ: generalis & specialis.*

3 *Testis quilibet est idoneus ad inquirendum.*

4 *Indicium duplex, aliud quod ad inquirendum, aliud quod ad condemnandum.*

Inimici

52 *Inimici capitalis dictum non facit indicium ad torturam.*
53 *Inimico in articulo mortis existenti non creditur.*
54 *Bannitus an sit idoneus testis ad inquirendum generaliter?*
55 *Statutum Mediolani, quod reiicit bannitos de maleficio à testimonio, an habeat locum quo ad inquirendum?*
56 *Banniri potest quis, etiam in carcere.*
57 *Testis, cui lex resistit, tamen satis est ad inquirendum generaliter.*
58 *Banniti dictum sufficit ad inquirendum, ubi ueritas aliter haberi non potest.*
59 *Testis probibitus à limine depositionis, non facit qualequale indicium.*
60 *Carcerati dicto minus creditur.*
61 *Indicia leuia sufficiunt ad inquirendum.*
62 *Testis, qui propter ætatem non debet examinari, examinatus facit qualequale indicium.*
63 *Duorum impuberum dictum an sufficiat ad inquirendum?*
64 *Inquisitio formatur contra omnes de uulnere, & auxilio, quando unum tantum uulnus reperitur, & plures in rixa interuenerint.*
65 *Testis omni exceptione maior requiritur ad torturam: secus ad inquirendum, ad quod etiam fama sufficit*
66 *Testis omni exceptione maior facit maius indicium, quàm fama.*
67 *Inquisitio formari debet per iudicem competentem.*
68 *Inquisitio formatur non citato offenso, ut compareat, & accuset: licet de iure aliter fieri deberet.*
69 *Offensus citatus ut accuset, an possit pœnitere?*
70 *Capitula debent produci, & tam dicta testium, quàm nomina publicari, antequàm inquisitio formetur, uel antequàm cogatur inquisitus respondere inquisitioni, si per eũ opponatur. Et hoc quando ad instantiam partis proceditur, & etiam quando ex officio, dummodo parte citata procedatur.*
71 *Indiciorum assumptorum ad instructionem Curiæ, copia parti dari non debet.*
72 *Differentia non est, an ex officio, an parte instante, procedatur, & quomodo intelligatur.*
73 *Inquirendus moneri non debet.*
74 *Inquisitionis forma qualis esse debeat.*
75 *Inquisitio debet continere qualitates delicti, & generalis est inepta.*
76 *Inquisitio debet habere qualitates, quæ inferant ad crimen.*
77 *Inquisitio inepta quid operetur, & quibus ex causis dicatur inepta.*
78 *Inquisitio continere debet personam certam delinquentis.*
79 *Inquisitio narrationem non autem conclusionem continens, non est inepta.*
80 *Inquisitio concludens quòd procedatur contra talem culpabilem secundum formam iuris & statutorum procedit.*
81 *Inquisitio est inepta, in qua unum delictum pro alio deducitur.*
82 *Inquiritur ineptè, quando unum delictum proponitur, & aliud probatur.*
83 *Inquiritur ineptè, quando allegatur delictum cum una qualitate, & probatur sine ea.*
84 *Inquiritur ineptè ratione finis, quando agitur remedio recuperandæ, contra non possidentem.*
85 *Inquiritur ineptè ratione rei illicitæ.*
86 *Item iuris notorii.*
87 *Ineptitudo inquisitionis non iustificatur ex probationibus superuenientibus.*
88 *Accusator an possit nouum iudicium in criminalibus intentare, quando sententia absolutoria ab obseruatione iudicii secuta est?*
89 *Iudex potest prosequi in eadem instantia accusationem, quando accusator impeditus est prosequi.*
90 *Inquisitio locum, mensem, & annum continere debet*
91 *Inquisitio in crimine falsi continere debet locum, & tempus.*
92 *Dies in inquisitione necessariò inseri non debet nisi reus id petat, & tunc relinquitur arbitrio iudicis, an ædi debeat?*
93 *Dies in inquisitione appositus necessariò est probandus.*
94 *Locus, & tempus mandati, & delicti, in inquisitione contra mandantem committi delictum formanda, apponendus est.*
95 *Loci & temporis appositio coram Papa non requiritur.*
96 *Locus & tempus delicti probari debet, licet statutum id non requirat.*
97 *Locus & tempus non ponitur, quando in-*

tentatur interdictum turbatæ possessionis.

98 *Loci & temporis expressio non requiritur ubi statutum remouet solemnitates iuris positiui.*

99 *Loci & temporis expressio an requiratur in remedio reintegrandæ.*

100 *Loci & temporis expressio non requiritur in inquisitione generali.*

101 *Locus, & tempus, an coram arbitrio exprimi debeat. Et quando impugnatur testamentum.*

102 *Testis debet de loco & tempore deponere, quando in inquisitione sunt apposita: aliàs non probat.*

103 *Inquisitio quot modis impugnetur.*

104 *Inquisitio potest mutari, & augeri usque ad litem contestatam regulariter.*

105 Statutum Mediolani. quòd cœptæ inquisitioni, nihil possit addi, uel diminui, quomodo intelligatur.

106 *Inquisitio quando non potest mutari potest tamen alia de nouo formari, etiam post nomen rei receptum inter reos.*

107 *Inquisitio noua potest formari addita qualitate post condemnationem. super inquisitione sine illa qualitate factam.*

108 *Inquisitus de uulnere, quando possit de morte puniri.*

109 *Significatio uerborum in inquisitione appositorum.*

110 *Animus deliberatus colligitur ex qualitate armorum.*

111 *Animus deliberatus colligitur ex loco percussionis.*

112 *Animus deliberatus occidendi colligitur ex quantitate, & qualitate percussionis.*

113 *Verba, Scienter & dolosè, quare in inquisit. apponantur.*

114 *Præsumptiones, quæ faciunt cessare dolum in homicidio.*

115 *Apensatè, uerbum in inquisitione quid operetur.*

116 *Occidens hominem in rixa, punitur sicut si deliberatè occidisset.*

117 *Maior pœna arguit maius delictum, & quando non.*

118 *Prouocatio ex parte occidentis hominem in rixa, impedit concessionem gratiæ, uel aliqua pœna illam aggrauat.*

119 *Verba hæc, Mouendo se de loco ad locum, quare apponantur in inquisitione.*

120 *Insultus quando dicatur fieri.*

121 *L. quisquis. C. ad leg. Iul. maiestat. non habet locum in obsidente principem in ciuitate.*

122 *Verba contumeliosa, & iniuriosa, quare in inquisitione apponantur.*

123 *Iniuriarum actione agi potest pro qualibet minima iniuria.*

124 *Conuitii ueritas an eximat quem ab actione iniuriarum.*

125 *Conuitium cum causa dictum, an non puniatur.*

126 *Aduocatus potest dicere conuitia in alteram partem, quantum poscit utilitas causæ.*

127 *Iniuriarum agi non potest contra accedentem ad superiorem & narrantem aliquem tulisse sententiam iniquam, uel falsam: siue exprimat iuisse, ut retractetur sententia, siue non.*

128 *Iniuriarum actio quomodo euitetur.*

129 *Verba diffamatoria, infamatoria, blasphemia, maledica, quæ dicantur.*

130 *Decretum Mediolani contra blasphemos. Et quæ dicantur.*

131 *Pœna blasphemiæ.*

132 *Blasphemus potest puniri tam per iudicem ecclesiasticum, quàm secularem.*

133 *Periurus qua pœna puniatur, & quàm graue delictum sit periurium.*



1 Voniam, † omissa uia capturæ, uel quia nõ expedit, ut quando delictum non est graue, uel quia non cadit uerisimiliter suspicio fugæ, uel etiã quia reus capi nõ potest, iudices inquirunt, ideo ponam materiam inquisitionis: nõ attingẽdo tamen omnia, quia ad id annus uix sufficeret: sed duntaxat utilia, & scitu digna: Materiam uerò si quis perfectè uult intelligere, recurrat ad solẽnissimam repetitionem Mariani in c. qualiter. *el secondo.* de accus. propter cuius amplitudinem. Fel. in d. c. in prin. dicit se non uelle tractare materiam inquisitionis, quia esset magis inuoluere,
2 quàm declarare. Est † igitur sciendum, quod multæ sunt species inquisitionis. Vna est generalis, quæ in plures alias diuiditur: Alia est omnino specialis. Prima fit ad inuepien-

ueniendum. Secunda ad condemnandũ & puniendum, quando habitis indiciis delicti contra aliquem, de eo inquiritur, ut declarat Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. & per præfatũ Marian. in ea. repet. in primo art. in prima quæst. ubi ponit nouem diuisiones inquisitionis. & per eundem in eadẽ repet. in 2. arti. prin. ubi ponit diffinitionẽ dictarum omnium specierum. per Aret. in glos. hæc est quædam inquisitio. Gand. in tit. quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem. & Homod. in tract. syndic. in 2. char. & alibi sæpe. Et quæ fit ad inueniendũ, fit duntaxat ad curiæ instructionem, ut posteà deueniatur ad aliam specialem, prout declarant præfati Doctores, & ideo ultra eos declaratur Bal. in l. seruos.
3 C. de testib. dum dicit, † quòd quilibet te-
4 stis est idoneus ad inquirendum, & † ꝙ duplex est indicium. Aliud, quo se iudex dirigit in uiam facti inquirendo. Aliud, quo iudex se dirigit in uiam iuris, torquẽdo, uel condemnando, ut ibi notabiliter per eum: quia ad id, quod est de facto, uidetur sufficiens etiam testis de facto, & qui aliàs nihil ualet. Ita solẽniter Bal. ibi, quem hic intellige secundum prædicta, quo ad se instruendum, & inquirendum de facto, non autem quo ad inquirendum, ut suspectus puniatur, quam declarationem ostẽdo per rationem: Nam etiam inimicus dirigit iudicem in uiam intelligendi in specie, propter circunstantias per eum datas: non tamẽ immediatè dirigeret iudicem ad inquirendum, ut puniret, dicto c. qualiter. ubi fama debet esse orta à beneuolis, & non maleuolis. De quo tamen, ac scilicet inimico capitali detur fides, quo ad inquirendum, dicam infrà. Quæ opinio etiam confirmatur ex dictis per eundem Marian. in d. 1. artic. col. 3. uer. aduerte. ubi dicit, quòd sunt multæ differentię inter generalem inquisitionem, & specialem. Et in secunda differẽ-
5 tia dicit, † ꝙ in prima generali recipiuntur testes, qui inueniuntur in secunda solummodo idonei. Vnde superioribus diebus cum esset formata inquisitio de falsitate, super dicto cuiusdam banniti pro maleficio, dicebatur quòd nihil ualebat, stante statuto Mediolani disponente, ut banniti non admittantur ad aliquod testimonium. Sed respondebatur per dictum Bald. in dicta l. seruos. quæ responsio nihil obstabat, ut patet ex prædictis: Nam testis iste prorsus appellari potest testis de facto, qui non debet admitti ad inquisitionem, quo ad puniendum, per dictamet Bald. in l. ser-
6 uos. si eum bene uides. Et † pro confirmatione scias, quòd ubi iudex uoluerit formare inquisitionem super fama, quo ad deueniendum ad inquisitionem specialem, & sic quærere in genere, an talis esset diffamatus: hoc potest facere ex relatione non fide dignorum, ut not. Doctores in c. cùm in iuuentute. 15. q. 3. Archid. 2. q. 5. ca. omnibus. & Imol. in c. cùm in tua. de spons. Et ratio est, quia ista inquisitio infamiæ est modici præiudicii, ad hoc ut posteà super ipsa infamia possit inquiri specialiter, ut per Maria. in c. licet. de accus. Et ita intelligit idem Mar. in d. repet. in 9. arti. prin. in 25. q. dictum Bald. in l. 1. C. de summ. Trinit. & in repet. Admonet tamen iudicem, ut non ita incautè procedat etiam ad hãc inquisitionem ex dicto inimicorum: quia
7 † etiam talis inquisitio generalis super fama non procedit absque læsione honoris, cùm homines sint promptiores ad uituperandum & detrahendum, quàm ad laudãdum. Et hoc idem in eod. art. in 52. quæst. in 18. fallentia. Secundò non est omnino
8 prætereundum, ꝙ uetus est quæstio, † an omni casu possit formari inquisitio, de qua per Bart. in dicta l. 2. §. si publico. ff. de adult. & in extra uagã. ad reprimendum, in uerbo, per inquisitionem. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. In quibus locis Bar. redigit rem ad certas regulas, quæ & si quasi faciãt regulam affirmatiuã de iure ciuili: quia de iure canonico nõ est dubiũ: tamẽ sentiũt regulã esse in contrariũ de iure ciuili. Sal. uerò in l. ea quidem. de accu. generaliter tenet, ꝙ inquisitio sit permissa quolibet casu de iure ciuili, sicut de iure canonico, ubi præcedit infamia, uel alia præsumptio, quam sequitur Ange. in glo. ubi suprà post recitatas alias opiniones. sic etiam Aret. tenet post longam disputationem in d. c. qualiter. colum. 12. confirmando pluribus iuribus, eandem tenet ibi Mar. qui tandem dicit, quòd opin. Sal. est satis æqua, & ideò tenenda, & maximè quia cum ipsa conuenit communis practica. Et communiter in Italia uigent

ſtatuta, quòd omni caſu officiales poſſint inquirere. dicens etiam, ꝙ ſi rectè conſideretur opinio hæc, non multum diſcrepat ab opin. Ang. in l. ſi uacantia. C. de bo. uac. lib. 10. & licet articulus ſit dubius, & in eo ſint infinitæ opiniones, adeò ut Cuman in conſi. 135. dicat communem opin. eſſe de iure ciuili in contrarium. attamen ſequor opi. Sal. quia Aret. ubi ſupra illam optimè defendit, &, utcunque ſit, Doctores, ubi ſupra communiter dicunt, ex conſuetudine ſeruari, ut omni caſu ſit permiſſa, & Mediolani ſeruatur, ut omni caſu formetur inqui
9 ſitio. Eſt uerum, ꝙ † ex officio puro abſque partis inſtantia non omni caſu poteſt formari. Et quia inter eos caſus, quibus permittitur, non connumeratur furtum, dum quidam eſſet confeſſus furtum, & inquiſitus ad nullius inſtantiam, dicebam ex ea confeſſione nõ poſſe puniri. allegabã tex. in l. ſi filius. ff. de interr. act. iuncto dicto ſtatuto, & quem tex allegat Firm. in uerſ. in-
10 quiſitus. col. 2. Verùm, quia † inquiſitio formata erat à capitaneo iuſtitiæ, reſpondebat fiſcus, ꝙ ipſe habebat arbitrium procedendi, etiam non ſeruata diſpoſitione dicti ſtatuti. unde circa dictum arbitriũ allegatur Alex. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de infa. & in l. fi. ad finẽ principii. ff. de appellat. & Iaſ. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Ad quã difficultatem tollẽdam, impetratum fuit reſcriptũ, ꝙ ex quo nõ agebatur de grauioribus delictis, procederet capitaneus ſeruatis ſtatutis. Et ita neſciebat fiſcus quò ſe uerteret: imperitè tamen, quia ſuper dicta confeſſione poterat fieri fundamentum, non obſtante uitio inquiſitionis. cap. 1. & 2. de accuſ. in 6. & Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cu
11 ſtod. reor. ubi expreſſè Alex. extendit † dicta iura in confeſſo inquiſito, ubi non poterat inquiri, allegat c. euidentia. de accuſat. Vbi ſatis bene probatur. Non obſtat dicta l. Quia aliud eſt, ꝙ quis eſſet tutus exceptione præſcriptionis, uel ſimili, prout loquitur dicta lex. Aliud, quod ſolùm adeſſet ſtatutum ad refrænandum iudicem, ꝙ om
12 ni in caſu non poſſit inquiri. Et † prædicta procedunt circa uindictam publicam & in criminalibus, in ciuilibus uerò, ubi tractatur de intereſſe priuato, non cadunt iſtæ difficultates, quia prodita ſunt remedia actionum, quibus ad poſtulationem partis agitur, non autem ex officio. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. ut latè per Mar. in 8. artic. princ. in 1. col. & multis ſeq. Et aduerte, quòd licet ſit diſputatio magna in dicto articulo, tamen diſputatio ueritur, quando ex mœro officio, ſine querela alicuius formatur inquiſitio: ita uidetur loqui text. in d. c. qualiter. *el ſecondo*. Et ita etiam Abb. ibi dicens,
13 † quòd illa eſt propriè inquiſitio, quando ad mœrum iudicis officium formatur. Sic etiam uidentur gloſ. & Bart. in dicto §. ſi publico. & ubi ſuprà, ac alii Doctores. Nam tota difficultas eſt ſuper regula, ꝙ
14 † nemo ſine accuſatore damnatur. Verum ſi demus accuſatorem, ſiue querelantem adeſſe, qui hodie ſucceſſit loco accuſationis, res non habet difficultatem, quòd inquiſitio eſt omni caſu permiſſa. Vnde etiã in caſu prædicti ſtatuti, in quo non enumeratur furtum, proceditur per inquiſitionem: dummodò adſit querela partis. Quæ conſideratio, tantò magis redditur uera, quia hodie non ſeruatur, ut accuſator ſe inſcribat ad pœnam talionis, iuxta l. ſi cui. in princ. ff. de accuſ. Quia in reliquis inquiſitio facta ad inſtantiam alicuius, non differt ab accuſatione: ut uidebitur infrà. Sed licet prædicta opinio ſit colorata, tamen nõ
15 eſt uera. Et concluſio eſt, † quòd tametſi ad querelam ſit formata inquiſitio: tamen ſumus in illa dubitatione, an inquiſitio omni caſu ſit permiſſa? patet, quia Doctores loquuntur iuxta dictum cap. qualiter. quod eſt ſine dubio, & tamen loquitur potius quando ad querelam alicuius proceditur, quàm ſi ex officio. patet etiam in dicto §. licet. qui intelligitur ſecundum communiter Doctores, aliquo exiſtente promotore, non quando ex officio, ut per Aret. in cap. cùm oporteat. de accuſat. col. 7. uerſic. circa ſecundum. & dicam infrà circa ordinem ſeruandum in inquiſitione, ubi uide. Patet etiam, quia Doct. qui tantum laborant, an inquiſitio ſit permiſſa de iure ciuili? nihil dicunt de hoc, imò expreſsè ſentiunt contrarium.

16 Quæro ſucceſſiuè an remedium inquiſitionis ſit ordinarium remedium, uel extraordinarium, effectus eſt, quia ſi ſtatutum loqueretur de remedio ordinario nõ comprehenderet remedium inquiſitionis

ſi eſſet

si esset extraordinarium: Est alius effectus, quia per superuenientem accusatorem cessaret iudicium inquisitionis, si esset extraordinarium: quia ordinarium facit cessare extraordinarium. l. in causae. *la secunda*. in princ. ff. de minor. & in l. in prouinciali. in princip. ff. de no. oper. nunt. in hoc articu uide Bartol. in l. 2. §. si extraneus. ff. de adult. ubi uult quòd sit extraordinarium, nisi extaret statutum quòd omni casu esset permissa inquisitio: & ideò in hac ciuitate propter praeallegatum statutum esset extraordinarium, quia uult quòd solùm in certis casibus possit procedi ex officio. Articulus est difficilis, & multi multa tenent. Communis est
17 opin. quòd † est remedium extraordinarium: etiam quòd loqueremur de iure canonico, quo est simpliciter permissa, uel de iure ciuili existente statuto, quòd omni casu possit formari. Ita attestatur Dec. ubi uide, ut paucis agam in rub. extra, de iudic. qui eam communem sequitur per rationes urgentes. Nec Maria. Socin. qui aliter uidetur tenere in d. repetit. in 3. artic. princip. discrepat ab hac opin. quia si non est simpliciter iudicium ordinarium, prout non est, secundum eum: ergo non est propriè tale. l. hoc legatum. ff. de leg. 1. Ex hac conclusione communi infertur ꝙ
18 † cessare debet remedium inquisitionis, superueniente accusatore. Et ita, secundum praedicta, omnino uidetur tenendũ. Verùm scias quòd articulus est difficilis, & in eo Doct. se latè extendunt, maximè Areti. & Maria. in d. c. communis est opinio illa, quam distinguendo, tenet Salic. in l. ea quidem. C. de accus. ita attestatur Feli. in d. cap. licet. in fi. & ibi eam tenet. eam etiam tenet Marian. ibi, & Ang. in glo. praedicta. char. 4. Nec considerauit Salic. an remedium esset extraordinariũ, uel ordinarium, quia unico uerbo se expediuisset, sed considerauit, an magis sit cõsultum fisco, & punitioni delicti, perseuerare in inquisitione, uel illa omissa sequi accusationis uiam, iuxta l. 2. §. fin. cum seq. ff. de adult. in qua consideratione, Salic. facit plures casus, quia aut superuenit accusator ante receptionem testium, aut post: stante, aut potest imputari negligentia ei, & non cessat quia se suspectum fecit, d. l. 2. in fi. Aut non potest imputari negligẽtia, & tunc si prosequitur suam, uel suorum iniuriam, auditur: quia magis consulitur fisco: & Reipublicae. nisi tamen uideretur iudici, quòd adesset aliqua tergiuersatio. Si uerò non prosequitur suam, uel suorum iniuriam, tunc uult Salic. ꝙ non cesset inquisitio: quia lex magis confidit de iudice. Secundo casu, quando post receptos testes superueniat, tunc uult Salic. quòd cesset, si delictum est probatum: quia non fit praeiudicium fisco. si non est probatum auditur accusator, ne delictum remaneat impunitum: tamen, secundum eum, posset adhuc iudex testes accusatoris examinare ex officio, iuxta c. cùm clamor. de testi. cog. Et, ut dixi, ista est communis. Aret. tamen in d. c. ante receptos testes, quando quis non prosequitur iniuriam suam, nec suorum, dicit in plerisq; locis, in d. c. quòd communis est cum Bar. ꝙ cesset inquisitio, & eam sequitur non ex fundamen o Bar. ꝙ remediũ extraordinariũ cesset propter ordinariũ, quia illud confundit, & bene, ut per eum. Sed quia si superueniat secũdus accusator post primũ ante litem contestatam, praefertur primo, si sit magis idoneus. l. si plures. & ibi Bar. ff. de accusat. ergo eodem modo cessare debet inquisitio, si post iudicem inquirentem superuenit accusator, qui cẽsetur magis idoneus, ex quo a principio fecisset cessare inquisitionem, sed dic quòd à principio ideò praeualet accusator, quia absurdum uidetur nimis, ut parte existẽte iudex & ipse utatur eius officio: quia hoc modo, & iudicis, & partis uices sustinere uideretur. uerumtamen postquàm non apparente aliquo accusatore, ipse iudex, lege permittente, suscepit hoc officium, adhuc absurdum uidetur quòd propter superueníentiam accusationis institutae ab extraneo, qui nõ fuit ita promptus, sicut iudex, cessare debeat inquisitionis iudicium iam in esse redactum. Facit. regu. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. Videtur enim iudex ipse tum considerata diligentia eius, tum etiam persona extranei, qui nullum interesse praetendere potest in iudicio, sicut potest iudex, iuxta l. congruum. ff. de offic. proconf. & leg. magis idoneus & aptus. & consequenter est praeferendus, sicut dixit Salic. Non tamen

dicere, quòd iudex inquirendo sustineat partes accusatoris, quia dicerem contra doctri. Bart. in d.l.2.§.si publico.ff. de publi. iudic. Nec aliud fundamentum Aret. ex l.per maiorem. ff. de iud. quod iudiciũ maius facit cessare minus, ut ipse etiam dicit, alicuius est momenti, loquendo de iure ciuili: quo remedio inquisitionis eadem pœna imponitur, quæ per accusationem. Et ita passim & indifferenter tene cum Salic. si tamen casus mihi eueniret, ut dum
19 † procederem super inquisitione formata ex officio superueniret accusator facerem examinari testes, quos ille subministraret: ut dicit Salic. in sua distinct. in alio casu, & ita plenius fisco, & parti comparenti esset succursum, & ad prædicta uide Bald. in addit. Spec. in tit. de sent. in 17. col. qui dicit quòd si iudex habet suspectã personam accusatoris, non debet supersedere in inquisitione, & si ex hoc fiscus patitur præiudicium, & practicam esse, quòd si plenior est accusatio super ea tantũ proceditur, & pronuntiabitur non esse procedendum super inquisitione. Et ita remanet expeditum istud corollarium. Ex præcedenti conclusione facta super articulo an remedium inquisitionis sit ordinarium uel extraordinarium. Ex quibus dictis no
20 tes hanc conclusionem generalem † ꝙ illud iudicium in criminalibus facit cessare alind, quando per ipsum plenius succurritur fisco & reipublicæ. Ad quam conclusionem omnino uide Salic. in d.l. ea quidẽ. distinguentem, sicut dixi, plures casus. & in omnibus semper habet præ oculis hoc fundamentum per text. in d.l.2.§. si. cum l. seq. ff. de adult. ad comprobationem, ut dixi, optimè facit text. in d.l. si plures. in uerbo, uel alia iusta causa. & ibi Bar. in fi. ff. de accu. quòd secundus accusator, si sit magis idoneus, præfertur ante litem contestatã, imò post etiam præfertur, quando in secũda accusatione deducit qualitatẽ, propter quam reus maiori pœna ueniat condemnandus. Ita Bart. in l. Senatus. in penul. col. ff. de accusat. allegat d.l. per minorem. & l. 1. C. qui accus. non poss. sequitur Aretin. in d c. qualiter. in princip. col. 6. uersic. & quia. & Ang. de Aret. in tracta. suo, in glo. inchoata & facta in princ. Ad quæ etiam uide Salic. in l. si uxor. C. qui accus. non poss. glos. & Archid. in cap. accusatoris. 2. quæst. 1. Abb. in cap. 1. de collust. Innocen. in c. olim. de accusat. & Archid. in c. epiphaniam. 5. quæst. 1. Et ideò si duo iudices ut Capitaneus iustitiæ, & prætor in ciuitate Mediolani, de eodem homicidio procedant simul, ille præfertur, qui inquisiuit de maiori delicto, etiam quòd esset posterior, & sic præuentus, ut puta, quia inquisiuisset de homicidio animo deliberato facto, & primus de homicidio simpliciter, & ita practicatur.

21 Quæro † an re ipsa differat inquisitio, quæ fit ex puro & mœro officio, ab inquisitione, quæ fit aliquo quærelante, uel instigante? Doct. ponunt multas differentias ut per Marian. in d. repeti. in 1. artic. principali, in 2. char. est materia gloss. in eod. cap. ubi Abb. & alii. & ponit etiam Ang. in d. glos. hæc est quædam inquisitio. col. 6. & quatenus dicit Aret. in d. gl. quòd quando ex puro officio fit, non requiritur quòd præcedant indicium, uel diffamatio. quæ opinio fuit Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. & ꝙ non tenetur iudex eo casu dare copiam indiciorum, Dic ꝙ pessimè loquitur: quia hoc modo esset in facultate mali iudicis homines uiuos suffocare, ut consuluit Barba. consi. 47. uol. 1. & Cæpol. consi. 66. & Aret. ita tenet in d. c. qualiter. char. 4. col. fi. in uersi. & ideò malè dixit Ang. in c. cùm oporteat. col. 7. de accusatio. ubi etiam an credatur iudici ꝙ præcesserit fama, quando procedit ex mœro & puro officio, & utrobiq; respõdet ad c. 1. de offic. ordin. super quo fit fundamentum pro parte cõtraria, & ita est tenẽ-
22 dum, quia etiam † ꝙ iudex haberet arbitrium amplum, non tamen posset denegare defensiones, ut per Barbat. ubi suprà, & Alex. consi 65. col. 2. uol. 1. Fulgos. consi. 69. super quæstione formata, & Bald. in d. c. 1. de offic. ordin. per illum text. in uerbo, liberam. cum glo. Intellige tamen hæc, ut dicam infrà in uersic. & quia uidisti. ubi latè
23 declaro. Et idem † si Princeps mandet inquiri, quia adhuc intelligitur indiciis præcedentibus: secundum Bald. in c. licet undique. per glos. ibi, de offi. deleg. Si tamen inquisitio esset formata super conscientia principis, sustineretur absq; fama præcedẽte. Dec. consi. 199. col. 12. uersic. non obstat.

stat.ubi uide,& consi.75.col.1.& 2. & consil.170. col.2.& consil.256.in fi. In quibus locis habes declarationem, quomodo hoc intelligatur,& etiam quòd aliter debet cõstare de fama,quàm per attestationem iudicis,ut etiam per Aret in d. c. cùm opor-
24 teat. Et utrum sit † differentia, an procedatur ex officio puro,an ad instantiam alicuius, quo ad hoc, ut iudex cognoscat an sua sit iurisdictio, Vide Iasin l. 2. col. 5. in fi.uersic.quartò limita. ff. si quis in ius uocatus no ier.ubi tenet, Non esse differentiã.
25 Sed operepretium est uidere,† quis dicatur legitimus instigator,siue promotor,& an inimicitia repellat istos,& qualis inimicitia. Et an ille, qui non potest accusare, possit saltem promouere, & instigare:& an admittatur uniuersitas, & possit ad libitum iudicis remoueri. Et an per procuratorem,quis possit, promouere. Et an talis instigator sit citandus,& habeat ius in processu?de quibus omnibus, & aliis in materia ista ponit Maria.ubi suprà,in 6. principali artic. ubi circa hanc materiam facit 23.quæstiones,uerùm circa illud quod est magis substãciale,an habeat ius, & debeat citari,ultra eum uide Ang.Aret.in gl.necnon ad querelam. char.5.& Cataldum in tract.synd.char.29. col. ult. Felin. & Aret. post alios in c. cùm clamor. de testi. cog. Concludunt Doct.quod tenet locum par-
26 tis,† si prius quærelauit, & ad eius quęrelam iudex inquisiuit: & ideò citari debet, & ita seruatur:secus si esset electus per iudicem,ut de inquisitione instaret. Vnde uolunt,ꝙ hoc secundo casu possit instigator examinari facere testes,post didicita testificata:quia in effectu iudex hoc facere dicitur. Sed primo casu non: quia hæc pars faceret.c.fraternitatis.de testi. Arbitrarer tamen ꝙ omni casu prudenter faceret iudex,si instigatorem moneret. Quod etiã dicit Aret.in c olim. de accus.& quia tex.
27 in d.c.qualiter.requirit ꝙ † fama præcedat ante inquisitionem,Quęro an sufficiat aliud indicium? Et in hoc dic obseruari ꝙ sufficit aliud indicium. Quod etiam tenet Angel.in glos.fama publica.col.1.& ibi ad eum additur ratio, quia fortiora sunt indicia super ueritate, quàm ipsa diffamatio: quia per ea deuenitur ad torturam. Igitur multò fortius formari poterit inquisitio. Item non possunt esse indicia super ueritate, quin contineatur diffamatio. Quã rationem,ultra ibi dicta,ponit Imol. in c.sicut. de simon. Bald. in l. cunctos populos.col.5.C. de summ. Trini. & fide cathol.Alex.in l.de minore.§. plurium.in penult.apostil.in fi.ff. de quæst. In contrariũ facit text.in c.inquisitionis §.tertiæ. de accus. ponderando taxatiuam solummodo. Sed Aret.ibi respondet ad illum tex.tenendo quòd sufficiat aliud indicium Et eandẽ opi.late defendit Aret. post alios in c. cùm oporteat.de accus. uersi. super tertio articulo, tamen semper dicitur in inquisitionibus,fama publica præcedente, ut euitetur hæc difficultas. quæ tamen non euitatur: quia non creditur iudici. c. quoniam cõtra.de probat.Aret.& Doct. in d.c. cùm oporteat. Esset autem operepretium aliquid hoc loco ponere circa indicium famæ:quia siue sit necessarium, siue non.uerum est, ꝙ sufficit ad inquirendum. Et in
28 primis quærendum esset.† Quid sit fama hominis?Quid infamia hominis? Et quid sit fama publica inter homines,& quomodo singulæ istæ famæ probentur, & cuius effectus sint singulæ istæ famæ?Quę materia est uulgatissima, & traditur per Maria. in d.c.qualiter.in 9.artic. princip. Felin & Aret.in c.cum oporteat. de accus. Felin.in c.ueniens.el primo.de testib. Dec.in c.1. de appel.& Bart.& Hippoly.ibi,in l. de minore.§.plurimum.ff.de quęst.& ideò super ea nihil morabor, quia plenè his in locis ui-
29 dere poteris. Non omitto tamen ꝙ † ubi quis est malæ conditionis, quòd operatur hæc mala opinio de ipso.& si aliud indiciũ non sit sufficiens ad torturam,ut torqueatur. Hoc patet in l.domini horreorum cũ ibi not.per Bart. & Alex.ff. locati. Hoc quoq; patet ex dictis per Doct.communiter in l.fi.ff.de hæred.Instit. quãdo res furtiua penes aliquem reperitur. Et per Salic.in l.fi.C. de quæst. col.4. & ex not. per Dec.in l.fauorabiliores.ff.de reg. iur.quãdo est necesse dicere, ꝙ tres uel quattuor fecerint maleficium, quòd torqueãtur, qui sunt malæ conditionis, & per multa alia exempla,de quibus infrà in materia torturæ. Imò sola fama est sufficiens ad torturam.l.de minore.§.plurimum. ff. de quæst. ubi Bartol. not. reiiciendo tamen te quo

ad hoc ad locum ſuum torturæ: imò quòd maius eſt, mala fama operatur ſæpe condẽnationem, uel ad triremes, uel in exilium, uel ad furcas. Ita uideo in Senatu noſtro ſeruari: non tamen quando eſt ſola, quia eſſet contra determinationem And. de Iſer. & aliorum in titu. de pace tenen. in .§. pu-
30 blici latrones. qui decidunt † ꝙ licet per teſtes ſit probatum quem eſſe famoſum latronem, ſi tamen in ſpecie non conſtet de criminibus non damnatur. per l. abſentem ff. de pœn. Et hoc idem re ipſa uoluit Bart. in l. capitalium §. famoſos. ff. de pœn. ſi bene eum uides, & Alex. in conſ. 110. uolu. 4. Sed hoc facit Senatus, ſi reperiat hominẽ confeſſum, uel conuictum de aliquo crimine, pro quo per ſummum ius ueniat imponenda talis pœna: licet aliàs ex eo delicto eam non impoſuiſſet, ut in ſimili dixi ſupra, quo ad torquendum. Vel etiam quãdo in ſpecie grauiſſimorum delictorum arguebatur, quæ in tortura, propter magna indicia ſibi illata, negauerat: cùm tamen indicia ita urgerent, ut omnino dicendum eſſet eum deliquiſſe. In hoc tamen caſu nõ recordor quòd aliquis fuerit morte damnatus: ſed uel damnatus in exilium, uel ad triremes miſſus, ad tempus: iuxta l. cõgruit ff. de offic. præſi. Non caret tamen hæc ſententia auctoritate, quia habes Parid. Put. in tracta. ſyndic. in penult. char. in 3. colu. uerſic. quidam latro famoſus. ita determinantem. uult enim quòd iſta famoſitas (ut ita dicam) ſimul cum aliquibus aliis circũſtantiis ſufficiat, ut iudex talem condemnet, uel ad exilium, uel ad opus publicum, per d. l. congruit. & ponit exemplum illarum circunſtantiarum, ut quia homines in ſyluis, in quibus laborabat fama, quòd aliquis committebat latrocinia, fuiſſent ſpoliati multi, & uulnerati. Et ex præ-
31 dictis habes quomodo intelligatur † ſtatutum noſtrum, diſponens quòd famoſi latrones furcis ſuſpendantur. Quia non ſufficit probare famam, ſed etiam debent crimina probari in ſpecie. Et ſi uis ſcire quid tibi probandum ſit, neceſſarium eſt intelligere quis dicatur famoſus latro, in quo breuiter recurre ad Bart. in d. §. fa-
32 moſos. & Alexand. ubi ſuprà, & † concluſio eſt quòd oportet probare plura latrocinia, & famam etiam. ut etiam per Iaſ. in §. ex maleficiis. col 1. & 2. Inſtit. de actio. Aluar. & alios in d. §. publici latrones. in tit. de pace tenen. & alibi ſæpe, & facit ad prædicta tex. in l. capitalium. §. fi. ff. de pœn. dũ uult quòd magis puniantur ſerui quàm liberi, & magis infamati, quàm homines bonæ exiſtimationis. Et ex prædictis etiam habes quòd ſi fieret ordo, prout fortè fiet,
33 quòd † ubi quis ante condemnationem ultimo ſupplicio repente afficitur, eius bona ſint confiſcata. ubi tamen eſſet in caſu, in quo bona fiſco applicari deberent, ſi condemnatio præceſſiſſet, cùm huiuſmodi homines ſint facinoroſi, & multis ſuppliciis digni, quòd talis ordo non uideretur magna cum ratione factus. Ex quo ſemper, uel ut plurimùm, tales ex ſola diffamatione punirentur, uel re oretenus expoſita, uel etiam habita ex multis criminibus ei obiectis, quæ fama etiam bene probata, & citata parte non ſufficeret: ſatis igitur, imò nimium eſt, eos morti tradere abſque eo, quòd etiam bona eorum cõdemnatorum confiſcentur. Et quia dixi de mala fama, Nunc econtrà etiam dicendum eſt
34 de bona fama, † quæ operatur diminutionem indiciorum ad torturam, ut qui aliàs erat torquendus, non torqueatur: ſecundũ Bart. in l. 1. §. penult. de re milit. Bald. in l. fin. col. fin. C. de probat. Alex. conſilio. 14. col. 3. uol. 3. uerſic. ad defenſionem rei, & Hippoly. in d. §. plurimum. col. penul. Oritur enim talis odor, ut tollatur, uel elidatur indicium, & non ſolùm per bonam famam, ſed etiam per aliud indicium ad fauorem rei, ut per Iaſ. in l. 1. ad fin. C. com. de leg. Et aduerte quia probare debes bonam famam in ſpecie circa materiam, de
35 qua tractatur: quia † præſumptiones in genere bonæ famæ, non tollunt malam famam in ſpecie, ut dicit Alex. conſi. 77. in 1. uol & cõſi. 62. col. 2. in fi. & ſeq. uol. 3. Curt. conſi. 55. col. ult. Rom. conſi. 167. Antonius accuſatus. in fi. & conſi. 451. Eſt uerùm ꝙ licet non tollant, elidunt. Et hoc non poteſt negari, & ita omnia concordantur, operatur etiã aliud bona fama, † quia tollit præſumptionem delicti, ut dicimus de notario, in quo præſumitur error: niſi aliàs ſit malæ opinionis, ut not. Bald. in l. 2. C. de falſ. & in l. quoties. §. ſed ſi non in corpore. ff. de hæred. inſtit. Vnde uides

37 des † quòd est mirabilis hæc fama: quia id, quod est, facit non esse: & id, quod non est, in esse producit. & consequenter facit de albo nigrum, & econtra. Et facit ad omnia prædicta, quòd fama coadiuuat alias probationes. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & d. cap. ueniens. cum gloss. de testi. Adde etiam uerba Bald. in l. unica. C. de confess. col. 6. qui dicit, Caueat unusquisque ab infamia, &c. refert Cæpol. cõs. 40. colum. 8. & uide omnino Barbat. consi. 47. colum. 15. uolum. 1. ubi declarat quid sit, quòd unum delictum aggrauat aliud, unde non sine ratione dicitur, Habeas bonum nomẽ: quia magis ualebit tibi, quàm mille thesauri. Eccles. 41. cap. & alibi ꝙ pro habenda bona fama debent homines totis uiribus laborare. l. facta. §. si sub conditione. ff. ad Trebel. & Apostolus ad Corinth c. 1. Expedit mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet. Et tantæ efficaciæ est mala fama, ut nobilem degeneret, plebeium denigret, fratrem beneficio priuet, fidem minuat, honores tollat. Sequitur etiam infamia hominem, sicut lepra leprosum, Quæ omnia patent & probantur ff. & C. de infam. Vnde Angel. in consi. 354. in quæstione prædicta dicit ꝙ, Ille qui perdit famam, habetur pro mortuo. Non omitto etiam, & aliud magis speciale ad rem nostram, quòd † ad hoc ut

38 possit formari inquisitio super fama, talis fama debet habere ortum à personis honestis, & ut in d. cap. qualiter. & ita Gandin. in tracta. suo, quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem, colum. 2. Aret. in tract. suo in glo. hæc est quædam inquisitio, uersic. quartò principaliter. & Deci. consil. 170. col. 2. consi. 175. col. 2. & consi. 189. col. 12. Dubito tamen, quia quãdo fama sic orta est, facit etiam indicium ad torturam, secundum Bal. in c. item si uasallus. in ulti. col. de controuers. inuest. & Hippol. in d. l. de minore. §. plurimum. col. 6. quò fieret ut non minus indicium requireretur ad formandam inquisitionẽ, quàm ad torturam contra omnes, & in specie Brun. in tract. suo in ult. parte. colum. 2. nisi dicas quòd eo casu, quo fama facit indicium ad torturam, debet esse capitulatum, & probatum, uel per notorium, uel per probationes super qualitate, quòd testes sint fide digni. Sed quo ad inquisitionẽ sufficere uidetur simplex probatio super fama absque probatione, quòd testes sint honesti, & fidedigni, iuxta l. meritò autem adiectum est. ff. pro socio. Et hanc differentiam etiam in alio casu facimus. Nã si statutum disponeret, ut delictum probaretur fama, non sufficeret quòd testes dicerent, Audiui à maiori parte populi, uel ab his & ab his: nisi etiam capitularetur, & probaretur qualitas hominum, ut per Dec. in d. cap. 1. de appel. sed certè absque eo quòd sit fama munita, iuxta d. c. qualiter. & absque capitulatione qualitatis testium, & aliis, de quibus per Bartol. in d. §. plurimum. & Alexand. consi. 70. in 1. col. uol. 3. & Aret. in c. cùm oporteat. col. antepenul. & per Felin. in d. c. ueniens. *el primo.* col. antepen. uersic. & aduerte. uidetur ꝙ sufficiat ad inquirendum, ut est decisio Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de notorio crimine. in. §. fama. in addit. quæ incipit. hanc uocamus infamiam. Quam decisionem refert & sequitur Aret. consi. 73. in fi. & probatur in l. 3. eiusdem quoque. ff. de testi iunctis nota. per Caccialup. in d. l. admonendi. in 1. conclusione famæ. & satis uidetur ex mente Bar. in d. §. plurimum. in uersiculo principaliter. dum allegat l. decurionum. & Alexan. ibi in apostil. quæ incipit, nota quòd Dy. in princip. & Caccialup. in ead. l. admonẽdi. in 10. conclusione famæ, dicit quòd est differentia inter ius canonicum & ciuile. & ita uidetur uelle Gandin. in titu. quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem. colu. 3. uersicu. & hæc sic de iure canonico. & in terminis est consi. Soci. 54. col. penult. & ulti. in 3. uol. & ibi etiam loquitur Soc. quo ad torturam. Si † tamen constaret,

39 quòd à maleuolis fama orta esset, non produceret hunc effectum inquirendi. Gandi. in tit. à quo, uel à quibus possit formari inquisitio. col. 1. & 2 glo. & Doct. in c. cum in iuuentute. de præsumpt. & in c. licet ex quacã. de test. Posset tamen fortè producere effectũ, quod indiceretur purgatio. Ab. in c. at si cle. in prin. circa glo. 1. de iudic. & Rom. consil. 301. Et si dicas quòd imo ius ciuile & canonicum non differunt in hoc per. c. 1. & 2. de oper. no. nunt. Respondeo ꝙ imò hoc, quod nuda fama sufficiat, de-

terminatur in l. iustissimos. C. de offi. rect. prouinc. per quam l. ita determinant Io. And. & Aret. ubi suprà. Pro quibus facit
40 quòd† etiam testis infamis, infamia iuris, sufficit ad inquirendum. Bald. in l. 1. col. 5. C. de summ. Trini. & fide cathol. Brun. in tract. suo char. 2. col. 1. Alex. in l. si maritus. in apostil. magna. circa fin. ff. de quæst. & Feli. in c. sicut. in ult. notab. de testi. & Are. ibidem. col. 3. qui loquitur in casu solemni, quando testis dicit se corruptum fuisse à tali, qui testis est periurus, & infamis: & tamen facit indicium ad inquirendum, & respectu corruptionis facit etiam Doctrina Bald suprà excussa in l. seruos. C. de te-
41 stib. ubi dicit egregiè, Quòd† quilibet testis est sufficiens ad inquirendum. & dicta ibi per eum prosequitur Brũ. in tract. suo, char. 2. col. 1. & seq. & Felin. ubi omnino uide in c. cum dilecti. col. antepen. penult. & fi. de accus. Sed dic quòd infamis bene sufficit ad inquirendum, prout dicunt præfati Doctores: nisi tamen statutum resisteret, prout resistit in ciuitate hac disponendo, quòd banniti non admittantur ad aliquod testi-
42 monium: uerumtamen† corruptus & periurus non sufficiunt ad inquisitionem d. c. sicut. ibi, aliquatenus non est admittẽdus. Et ad Felin. & Aret. respondeo quòd non dicũt, quòd sufficiat ad formandum inquisitionem: sed quòd sufficit in uiam inquisitionis formandæ, & sic quo ad inquisitionem generalem, prout suprà aliquando declaraui dicta Bald. in d. l. seruos. & quòd in casu d. c. sicut, talis non sufficiat ad inquirendum, dicit Fulgo. consi. 173. col. 1. quẽ refert August. de Arim. ad Ang. in uerbo, fama publica. colum 4. in apostil. quæ incipit, particeps criminis. Et ita latè consuluit Deci. in cõsi. 189. col. 5. & 7. & est famosum consilium in materia, an credatur corrupto contra corrumpentem. & ibi dicit quòd ista opin. est uera, & communiter
43 approbata. Fundamentum † est duplex, primum quòd est socius criminis. quod non uidetur bonum: quia saltem facit qualemqualem præsumptionem, per gloss. in cap. cùm I. & A. canonici. extrà, de sentent. & re iudic. & ibi Felin. colum. 3. uersic. demum inquantum. & Felin. in c. cùm dilecti. extrà, de accusa. Quæ tamen præsumptio tolleretur, si fieret oppositio contra personas talium testium ante examen, ut per Aret. in c. ex parte. in 3. col. de testi. unde Alexand. in l. repeti §. 1. in glo. 15
44 qui. dicit quòd † socius criminis sufficit ad inquirendum, etiam in casibus non exceptis. Et idem Brun. in tract. suo, in char. 3. col. 3. & Ang. de Aret. in tract. suo, in 1. charta. colum. 3. & ita tene, quicquid sentiat Fulgos. consi. 173. col. 1. qui etiam loquitur in pluribus, & ita seruatur. quod maximè etiam locum haberet, si procederetur sola facti ueritate attenta: quia tunc quilibet posset interrogari, ut per Corn. consi. 241. colum. 3. uolum. 1. & idem quod Alex. & Brun. ubi suprà, tenet Alex. in cons. 220. col. 1. uol. 7.

Secundum fundamentum periurii uidetur bonum per d. c. sicut nobis. ad quod facit decisio Bald. in d. l. seruos. Repellitur
45 † enim periurus omni iure. glos. in l. Lucius. ff. de his, qui notan. infam. Salic. in Authen. si dicatur. col. penul. in fi. C. de testi. Bald. in l. si uteris instrumento. C. de fide instrum. circa fi. Vide tamen Aret. in c. in nostra. de testib. col. 2. circa fi. & Feli. in c. testimonium. de testi. Et de periuro, quòd ei non credatur, ponit Alex. consi. 20. col. 2. uolum. 4. Felin. in d. c. ex parte. col. 2. in 5. notab. Alex. in l. 3. §. lege Iulia ff. de testi. Caret enim eo, quod est potissimum in teste, scilicet ueritate, quæ in teste debet esse pura & simplex. ca. pura & simplex. 3. q. 9. imò periuro non debet credi in alio iudicio d. c. testimonium. Et, uiolata semel fide per periurium, semper remanet suspicio periurii. c. quicunque sciens. 6. q. 1. & per Felin. in d. c. testimonium. col. 6. uersi. tertia conclusio. Imò dubitat, an summus Pontifex possit dispensare, quòd periuro credatur. De quo etiam per Felin. in ca. 2. in penult. col. extrà, de except. & Orian. in c. quoniam contra. de probat. colum. 76. Et ita uidetur cum Fulgos. tenendum, & Deci. propter periurium. & tex. in d. c. sicut. etiam se fundat super periurio. Vi-
46 detur tamen† quòd cum tortura credatur periuro: per doctri. Bart. in l. eos. ff. de fals. col. 2. & in l si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adulter. Sed responsio patet ex dictis Bart. in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstionib. quam refert & sequitur Areti. in consi. 61. col. 1. & in c. cùm in tua. in 5. col.

de

de testi. & Dec. in d. consil. 189. Atque ita remanet hæc conclusio solida, Quòd si teſtis deierando dicat, Fui corruptus à tali. non facit indicium ad inquirendum in specie. Nec obstat gloſſ. in d. cap. cum I. & A. quia loquitur in criminoso, & socio criminis non periuro. Seruatur tamen contrarium, quinimo iudices dubitant, quo ad torturam: maximè Capitaneus iustitiæ, qui habet amplũ arbitrium, cuius uigore creditur testi aliàs inhabili etiam ad torturã: ut Put. in tract. suo, in ult. chart. in primo uersi. ubi allegat Gandin. & Alex. consil. 65. col. penul. uersic. & ad præcedens dictũ. uol. primo. August. de Arim. ad glo. necnon ad querelam. col. 6. incipit, infamis. & ponit Corn. consi. 241. col. 3. uolu. 1. & dicam infrà in materia torturæ. Licet autem pro hac obseruantia, & ad confirmationẽ opinionis Io. And. & Aretin. quòd mala fama sufficiat, non faciant dicta Bal. in d. l. seruos & Feli. & Aret. in d. c. sicut nobis. Tamen

47 hoc aliud uidetur facere: † quia existens in articulo mortis uulneratus, licet in facto proprio sit, tamen facit indicium ad inquirendum. Brun. in tract. suo, char. 3. col. 3. in princ. Socci. consi. 54. col. pen. uolu. 3. Angel in tracta. suo, in gl. qui iudex ad probationem suæ inquisitionis. col. 2. uersic. utrum tamen. & col. 3. uersi. ibi Augusti. de Arimi. Item inquantum Ang. Alex. consil.

48 14. col. 1. & 2. uol. 3. & disputant isti, † an etiam ad torturam sufficiat uulnerati dictum in mortis articulo constituti, & probatur in l. si quis ingrauescente. §. si quis moriens. ff. ad Syllan. dum uult quòd non credatur, & sic ad plenam fidem, iuxta nota. per Bartol. in l. Lucius. ff. de condit. & demon. & per Felin. in rub. de proba. col. 1. & 2. Quo igitur ad inquirendum res ui

49 detur plana. Vnde in fortioribus † si dicatur non facit aliquod robur firmitatis, uel probationis: non negatur quin faciat aliquod indicium, ut est text. in c. 2. in fi. de fide instrum. quem sic ibi declarat D. Ant. de Butr. colum. 4. & Ias. in l. admonendi. in repetit. char. 11. col. 3. ff. de iureiuran. & uide ad prædicta text. & gloſ. in l. 2. C. de calumn. Et quod dixi de corrupto periuro, ut non faciat indicium ad inquirendum,

50 uidetur procedere etiam † quòd essent duo, ut per Dec. in d. consil. qui tamen non allegat in terminis, nisi Fulgos. in consil. 173. Quæ opinio uidetur ridicula, quòd duo non faciant indicium ad inquirendum. & Anchar. in consil. 23. clarè sentit, quòd inquisitio tenuerit. & alii Docto. allegati per Deci. cum omissa nullitate inquisitionis disputetur, an illis credatur quo ad alios effectus, accedat dictũ Ang. in l. errore. in lectu. Perusi. C. de testam. de duobus iudicibus qui dicunt se fuisse corruptos. Nec obstat opinio Ias. in l. iusiurandum. §. procurator. col. 9. ff. de iureiur. qui aliter uult in duobus testibus, quia loquitur quando concordant in præmeditato sermone. & sic etiam ipse hanc opin. sentit. & est opinio Areti. & Felin. in d. c. sicut. de testi. post Inno. qui omnino, quo ad inquisitionem specialem loqui possunt. Si loquamur in pluribus hæc opinio etiã patet per text. in d cap. sicut. qui loquitur quo ad plenum præiudicium retractationis sententiæ, non quo ad indicium, & per decisionem Bart. in l. maritus. ff. de quæst. in casu in quo propter infamiam quis non debuit examinari: quia examinatus facit qualequale indicium, quinimo in uno solo est maxima dubitatio, ut suprà uidisti, præsertim si tortura inueniat. Loquor au-

51 tem in duobus periuris. † sed in sociis criminis simpliciter, uel aliis inhabilibus crederem quòd facerent indicium ad torturam, ubi tamen essemus in casu in quo potuissent interrogari iuxta dicta Salic. in l. fi. circa fi. C. de accusat. aliàs non, de iure. Et ita uoluit loqui Brun. si illum bene uides, & in tracta. suo, char. 2. colum. 2. uersicu. & aduerte ad omnia supradicta. & in char. 1. col. 2. circa fi. & dum allegat Bart. in §. quæstionem. uoluit allegare in §. idem Cornelio. Nescio tamen quid faceret practica, & uide quæ dicam in hac materia inhabilium, etiam quo ad inquisitionem infrà in materia torturæ. in 7. quæst. principali. circa penulti. partem illius principalis quæstionis. recurre etiam ad materiam. l. 3. §. 1. ibi, uel alius numerus. ff. de testi. & l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de æden. An numerus suppleat uitium, quid in inimico capitali? uide Bald. consi. 138.

52 uolum. tertio. ubi uult † quòd sufficiat ad inquirendum. imo dubitat quo ad torturam, & Bald. consi. 41. in 5. uolum. qui con-

suluit, quòd cum tortura facit indicium ad torturam, quæ tortura purgat omnem suspicionem. & uidetur in hac opin. Alex. consi.60. in 2.col.in fi. & seq. uol. 3. Credo non esse uerum, & in contrarium est consi. Alex. qui fundamentis iuris nititur,
127 not.128.col.pen.uol.4. & patet alia ratione. Nam in criminibus exceptis admittuntur inhabiles, non tamen inimici. c.licet. cum seq. extra, de simon. & Feli. in ca. cùm oporteat. de accus. & per Hippol. in l.1.§. præterea. col 1. ff. de quæstio. & uide etiam ad hoc tex. in c. fidei. de hæreti. in 6. & Feder. in consi.252. circa fin. Sed isti aliàs inhabiles non admittuntur, nisi cum tortura. l. ob carmen famosum. §. si ea rei conditio sit. ff. de testi. per Alex. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iul. maiest. & consi. 11. col.2. uol.1. Igitur inimici etiam cum tortura sunt reiecti. & ad hoc est tex. in d. ca. qualiter. *el secundo*. Nec defendas Bal. in d. consil. quòd loquatur per uerbum, fortè. quia periti ita loqui solent. l.1. ff. de iusti. & iur. & ultra text. in d. §. qualiter. uidetur casus in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. & in terminis ita reperio tenere Innoc. in c. cùm P. extra, de accusat. ubi propriè loquitur de inimico cum tortura, quem dicit ad inquirendum non sufficere. & ideò, ut euitét aliqui mali iudices hanc difficultatem, nó interrogant testes ad instructionem curiæ super generalibus, & pessimè, ut uides, fa-
53 ciunt. Adde etiam † ꝙ inimico in articulo mortis non creditur: ut per Hippoly. in d. §. præterea. de quo latè, infrà in materia torturæ. in 7. quæst. principali. in fine materiæ, socii criminis an faciant indicium.

54 Quæro etiam iuxta prædicta, † an bannitus sit testis idoneus ad inquirendum? Iste articulus uidetur plenus: quia suprà dixi & uerè, ꝙ condemnatus de maleficio, iuxta l. 1. ff. de his qui notan. infam. est sufficiens: allegando Bal. in l. 1. C. de sum. Trinit. & fide cathol. in fi. Ergo multò magis condemnatus in contumaciam, qui non dicitur infamis, secundum Bald. in l. 1. char. 71. col. 2. in princip. C. de hæred. Instit. & Corn. consi. 42. uol. 1. & per Felin. latè in c. cùm Bertholdus. col. 8. de sent. & re iudic. Aret. in c. inquisitionis. in 3. col. de accus. & Curt. in tract. positionum. in 6. breuiloquio. Nam talis condemnatus, non dicitur condemnatus ob delictum, sed ob contumaciam, secundum Bart. in l. ictus fustiū. ff. de infami. & in l. & ideò. ff. de euict. & ubi suprà. & ita est tenendum. Sed unum me facit dubitare in ciuitate Mediolani,
55 † quia statutum habemus quòd bannitus pro maleficio, non admittatur ad aliquod testimonium, quod statutum etiam procedit in criminalibus, licet positum sit in ciuilibus, ut per Aret. consi. 108. col. 2. & ponderandum est uerbum, aliquod. cuius uis esse uidetur, ut nullo modo admittatur in testem, ut per gloss. in clement. 1. de foro competen. Et licet aliquando audiuerim cauillari uerba dicti statuti, in quo dicitur, Propter maleficium. ita ut non comprehendat bannitum propter contumaciam, iuxta not. per Bart. in l. omne delictum. ff. de re milita. & per Alexand. & Moder. in l. 1. §. fin. col. ulti. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & per Doctores ubi su-
56 prà, iuncta alia conclusione, † quòd etiam quis potest banniri in carcere, ut significanter declarat Bal. in l. 1. colum. 3. uersic. de forma autem tenenda. & etiam in 1. & seq. col. C. de hæred. instit. & per Nel. in tracta. suo bannitorum. in princ. Attamen adaptando rem ipsam ad ea, quæ frequentius contingunt, Dicendum est, quòd intelligitur statutum de bannitis ob contumaciam. Et mens hæc statuentium habetur etiam per alia statuta, in quibus, dum uolunt mentionem facere bannitorum in contumaciam, uocant eos bannitos de maleficio, uel propter maleficium. Et quòd sic loqui uelint, patet in statuto in maleficiis in rubrica, qualiter requisitio in maleficiis sit facienda. Facit l. sed & posteriores. ff. de legib. & in l. qui filiab. in princ. ff. de lega. 1. & quæ ponit Bart. in l. prætor ait. §. si quis aduentu. uersic. eritq; differentia. ff. ui bonor. rapt. Non obstat ꝙ statutum dicit, Banniti de maleficio. ponderando dictionem, De. quæ designat causam proximam & non remotam: quia hoc non procedit, si aliter uideatur esse de mente statuentium. Bart. in l. 1. §. item ait. uersic. ex naufragio. ff. de incend. rui. naufrag. & alibi sæpe. Et hæc uidetur esse mens statuentium, ut dixi, unde uulgò in ciuitate hac dicimus, Hic bannitus fuit propter homicieium commissum contra

talem:

talem: ueruntamen licet prædictum statutum ita loquatur, tamen ad inquirendum, uidetur ut sufficiat. Probo, Nam text. in c. sicut nobis. de testib. resistit periuro, qui tamen sufficit ad inquirendum, secundum Felinum, & Aretinum ibi. Sic etiam patet ex dictis Bald. in l. seruos. C. de testibus.
57 qui loquitur etiam quòd † lex resistat, ut patet in l. libellorum. per eum allegata: & tamen uult quòd sufficiat ad inquirendum ille talis, cui fit resistentia. Sic etiam patet ex nota. per Bald. in l. etiam. ff. de probat. Responde tamen ad hæc omnia, ut suprà dixi, ut loquantur quo ad inquirẽdum
58 generaliter. Et conclude quod nec † bannitus sufficit ad inquirendum, nisi in casu, ubi aliter ueritas haberi non posset. Probatur in c. ueniens. el *primo*. de testib. & cap. de cætero. eodem tit. Probaturque in eo uerbo, aliquod. quod suprà ponderaui. Sed
59 melius ostenditur, † quia quando testis prohibetur à limine depositionis, non facit qualequale iudicium. leg. libertorum. C. de testib. Et ita Felin. in cap. cùm dilecti. de accusatio. penulti. colum. in 2. limitatio. Etiam in 3. quando lex resistit examini, & certè loquitur quo ad inquirendum: quia nullus, qui non possit examinari, examinatus facit iudiciũ plenum: quia requireretur, ut dixi, ꝙ esset omni exceptione maior. l. maritus. ff. de quæstionib. Si ergo facit illud est qualequale, & ita obtinui de facto. Et eò magis hæc opinio procedit, Si redigatur ad casus qui communiter in practica eueniunt, quia
60 † aut bannitus est detentus, & tunc adhuc minus creditur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. Si uerò non est detentus, & comparuit sub saluo conductu, multò minus est credẽdum: quia certò scit, se recessurum: unde nec hæc conclusio comprobat opinionem suprà dictam Ioan. Andr. & Aretin. quòd nuda fama sufficiat ad formandam inquisitionem. sed magis comprobatur ex uerbis Brun. in tracta. suo, in ulti. parte. columna. 2. ubi dicit, & aduerte
61 † quia ad formandam inquisitionem sufficiunt indicia leuia: ut puta, diffamatio talis delicti. & ita seruatur. Et facit etiam
62 † quòd qui non debuit examinari propter ætatem iuxta leg. inuiti. & leg. in testimonium. ff. de testib. tamen examinatus, facit qualequale indicium cuius uis est, ut sufficiat ad inquirendum, secundum glos. & ibi Bartol. in l. fin. C. de his, quibus ut indign. & gloss. in d. l. in testimonium. Et ita Hippol. Marsil. in l. de minore. in princip. colum. 8. & sequen. ff. de quæstio. Et hoc ubi tamen dictus minor sit proximus pubertati, ut per Brun. in tractatu suo, char. 61. col. ulti. dicens, ita uelle glos. in d. l. inuiti. Et ita tene, quicquid dicat Angel. in tractatu suo, in uerbo, comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum. col. 4. uersic. quæro, qui testes sint idonei. & uide ad prædicta de minore Alexan. consilio 175. colum. 1. & 2. uolum. 2. & Brun. in tracta. suo, char. 2. colum. 1. & in apostillis ad Angel. ad d. glos. comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum. & per eundem Angel. in glos. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum.
63 col. 1. Et † quid in duobus impuberibus contestibus? Vide Alberic. in d. l. in testimonium. & Ias. in d. l. fi. C. de his, quib. ut indign. & in l. 1. colu. fi in lectu. C. de sum. Trini. & in l. 4. §. si tibi indicium dedero. colum. antepenult. & ulti. ff. de condict. ob
64 turp. caus. Sed † quid quando plures in rixa sunt, & unum tantum inuenitur uulnus, uel duo, cùm longe plures interuenerint, an possint omnes inquiri? Videtur nõ posse, quia ignoratur quis intulerit uulnus, & ideò omnes ueniunt absoluendi. ut habetur per Alex, in cons. 15. in 1. uol. & 14. col. 3. in 3. uol. & per Felin. in c. significasti. de homicid. Veritas est in contrarium quo ad formandam inquisitionem, quando per pœna imponi debet, tam pro homicidio, quã pro auxilio: quia uulnus adscribitur illi de quo magis dubitatur cum auxilio aliorum. Ita Angel. in l. fi. ff. de sicar. & pauci sciunt illam decisionem, licet sit in suo naturali loco, ut dixi suprà in titu. de delicto,
65 ubi uide circa finem. & postremo, † si uis perfectè scire quo ad omnes inhabiles, an examinati faciant indicium? uide Bart. in l. maritus. ff. de quæstio. qui complectitur omnes casus, & aliquando uult, ꝙ non sequatur indicium: aliquando ꝙ qualequale. Vnde potes dicere, quòd loquitur quo ad inquirendum, ut etiam suprà dixi: quia ubi testis non est omni exceptione maior, nunquàm sufficit ad torturam. d. leg. ma

ritus.& per Bart.in.l.1.§. iidem Cornelio. ff.de quęst.dubitauit igitur Bar.de iudicio ad inquirendum.& late dicta Bart.ibi prosequitur Felin.in d.c. cùm dilectus.col. antepenulti.& aliis seq. Contra hoc tamen facit, quod ponit D. Anto.de Butr.in c. cũ oporteat.de accusat.qui dicit ꝙ in crimine hęresis ad inquirendum sufficit sola suspicio, in aliis uerò criminibus, est in arbitrio iudicis,qui habet considerare, an indicium sit tale quod sit ualidius fama, uel saltem simile famæ quẽ Butr. sequitur Aretin. ibi. Sed dic ꝙ loquitur quando fama debet esse munita sicut dicit tex. in d. cap. qualiter. quia eo casu etiam indicium debet esse tanti uigoris.unde cùm de iure ciuili nuda fama sufficiat, etiam qualequale
66 indicium sufficere debet, uel dic † quòd quando unus est testis, qui sit omni exceptione maior, facit maius indicium.quàm fama. Patet, quia fama non facit indicium ad torquendum, ut dicam infrà in materia torturæ testis: & ideò indicium erit æquale famæ, & tamen erit qualequale. Et hoc est quod dicimus ꝙ fortiora sunt indicia per testes, quàm per famã. Et quia uidistis ꝙ fama, uel aliud indicium præcedere debet: ideò generaliter esset uidendum, an alia sint necessaria. In quo uide Angel. Aretin. in d. gloss. hæc est quædam inquisitio.in uersicu. quartò principaliter quæro.& per Maria.in d.c. qualiter.in 9.artic.princ.in 11.q.ubi de fama loquitur per 60. colum.etiam ibi quęst.104.
67 & duabus sed. Et † quia in primis dicitur, ꝙ iudex debet esse competens, & reus debet esse suppositus iurisdictioni eius, iuxta totum tit. C.si à non competen.iudi.fue. iudi.& l.1.C. ubi de crimine agi oporteat. & capitu. si diligenti. de foro competen. Ideo esset expediens hic ponere materiam iurisdictionis, solùm tamen ad causas criminales pertinentem. ac materiam præuentionis, etiam declarando Decretum de maiore magistratu,quod habemus in hoc dominio Mediolani, quo restringitur iurisdictio feudatariorum, quam tamen materiam, quia prolixa est reseruabo post cætera requisita. Secundò igitur ad inquisitionem formandam requiri-
68 tur, † ꝙ prius citentur personæ offensæ, quibus præfigatur terminus ad accusandum. glos. est in cap. præsbyter si à plebei 2. quæst.5.Bald.in l.Senatus. C. qui accusa. non poss. Angel. in d. l. si uacantia. Alexan.in l.2.§.si publico.ff.de adult.& Maria. ubi suprà, in quæst.106. non tamen seruatur in partibus nostris, ut etiam dicunt Angel. in d.leg. si uacantia. & Cataldus in tracta. syndica.char.2.colum. ultim. uersicu. ergo tamen quod est malum, quia
69 melius ueritas elucescit. Et † an possit postea monitum pœnitere, uide Felin. in cap. de his. de accusat. uersicu. limita secundò. & in cap. licet in beato.colum.fin. de accusat.& August. de Arim.ad Angel.in d.glos. hæc est quædam inquisitio.char.6. colum.1. uersic. adde aliam limitationem.
70 Tertiò requiritur † quòd ante inquisitionem formatam dentur capitula, & publicentur tam dicta testium quàm nomina. d. cap.qualiter.§.debet & est rationi consentaneum, quia super his uenit disputandum. cap. cùm oporteat.& in cap. inquisitionis. in fi. & in d. cap. qualiter. de accus. & consequentia ualet, Est disputandum super tali processu, ergo debet dari copia, ut Bartol.in d. leg. fin.in penulti. quæstio. ff.de quæstio. & alibi sæpe. Et cùm de hoc habeamus tex.in d.§.debet. ut patet ibi in uerbo, inquirendum. non uidetur aliter dubitandum. Et dicit Aretin. ibi, quòd iste est communis sensus ad illam literam. Et ita etiam Perusi.in cap.1. & 2. de accusat.in 6. Et intellige semper quando pars opponit.d.cap.1. & 2.quia alias ualeret,ut ibi,& re ipsa etiam ita uolunt Bald.Pau.de Cast.& Alexan in l.2. C. de æden. Qui & si loquantur post formatam inquisitionẽ: tamen loquuntur antequam reus cogatur respondere ei. Et ad hoc ut fundetur intentio iudicis, an sit procedendum super ea. & ita Gandin. in tit. quomodo de malefic. cognosc. per inquisitionem. colum. 3. & 4. & Practic. Patien. in uersicu. fama publica. col.2. Breuiter concludo in proposito nostro, quòd antequàm formetur inquisitio procedat d.§.debet. & ea quæ suprà dicta sunt: ubi tamen procedatur aliquo instigante, uel quærelante. Sed si ex officio puro, non procedunt prædicta:quia eo casu non est necesse ostendere indicia, nec diffamationem præcessisse, nec de diffamatione prius est inquirendum. Ita decidit

dit Specu. in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. uersi. hoc etiam scias. per cap. 1. de offic. ordin. Verùm, si inquisitus reclamaret in Senatu, uel coram Principe, quòd sine indiciis inquisitus esset, tunc deberet ostendi, quòd esset diffamatus ante formatam inquisitionem, uel aliter indicia contra ipsum militassent. Ita Specul. ibi, & alii Doct. relati per Alexan. quos sequitur consi. 120. col. 1. uol. 7. Sic etiam Gandin. ubi suprà, & Hostien. in summa, de inquisitione. in §. & qualiter proceditur. in uersic. quod si aliàs contra singularem personam inquisitio fiat, & iudex ex officio procedat. & in. uersic. si autem præsens est is, contra quem. sic etiam latè Aret. in ca. cùm oporteat. col. 7. uers. circa secundum. & in cap. qualiter. *el secondo*. col. 15. uersi. & ideo malè dixit Angel. Et est cómunis opinio secundum Aretin. in d. c. cùm oporteat. ubi suprà. Et ita practicatur, & si aliquo instigatori, & quærelanti non detur copia indiciorum, hoc fit, quia in inquisitione dicitur, & etiam ex puro & mœro officio, ut sic effugiamus has difficultates. Et ideò dixit Angel. in l. fin. C. de quæstio. quòd
71 † Curia non debet dare copiam indiciorum assumptorum ad eius instructionem. & sequitur Brun. in tract. suo, char. 1. col. 3. & ideò etiam assumútur sine citatione partis, ut latè per Felin. in c. 2. de testib. col. 3. uersic. tertiò limita. Aret. ibidem colu. 2. Conclusio igitur est, quòd debet præcedere infamia, uel indicium, sed non tenetur dare copiam: tamen coram superiore, si non appareret de ea, infringeretur inquisitio. Et si dicis. Quomodo respondetur ad §. debet. & ad rationem allegatá, quòd super actis est disputandum? Dic quòd aut proceditur iudicialiter. id est, parte citatá ante inquisitionem, & tunc procedunt prædicta, quę non possunt euitari. & ita loquitur d. §. debet. Aut extra iudicialiter ad instructionem curiæ, ut solet fieri, & iuxta dicta Fel. & Areti. in. d. cap. 2. & tunc cessant prædicta. & aperi oculos ne
72 erres: quia † non est constituenda differentia an ex officio procedatur uel nó. per cap. 1. de offic. ordin. quia nihil penitus facit, imò probat contrarium. Et ita declara omnia prædicta, ut quando ad instantiam partis proceditur, & citata parte ante inquisitionem procedat §. debet. & idem si ex officio iudicis quando citata parte: uerùm quia quando ex officio proceditur iudex, secundum consuetudinem, se informat á seipso sine partis citatione. propterea fit differentia, an ex officio, an ad instantiam partis. Et ita in effectu declarat Aretin. in d. cap. cùm oporteat. ubi suprà. Et hoc modo cum theorica concordat practica, concordátque quod dicit Angel. in d. l. fi. C. de quæstio. & Brun. ubi suprà, cum omnibus prædictis. Et ex supradictis habes omnino declaratum illud, quod dicitur, quod quando ex officio proceditur, non requiritur, quòd præcedat fama, nec indicium, nec quòd detur copia indiciorum: quando uero repetuntur testes, parte citata post litem contestatam, tunc de omnibus debet dari copia indiciorum, siue procedatur ex officio, siue non: quia tunc cessant prædicta fundamenta. & ita Cæpol. ubi uide consilio 66. & Barbat. consilio. 17. uolum. 1. Et ita seruatur, & ita intellige, quæ suprà dixi in quæstione, quæro an re ipsa differat. Quartò,
73 uidetur necessarium † quòd moneatur prius inquirendus, iuxta cap. nouit. de iudiciis. in quo, si practicam attendamus, hoc ridiculum esset: quia nemo unquam caperetur. de iure auté secus est, pro quo uide glos. magnam in dicto cap. qualiter. & ibi per Doct. maximè per Marian. Soccin. in dicto articu. 9. quæstio. 54. Quintò re-
74 quiritur † quòd inquisitio habeat suam debitam formam: aliàs non tenet. d. c. qualiter. & d. cap. inquisitionis. Facit l. 1. ff. si mé sor fals. mod. dixer. & in hac forma est quòd pars citetur. Ita Angel. in d. leg. uacantia in prin. & sequitur Aret. in d. glos. Et de citatione in criminalibus, faciam infrà titulum specialem. Est etiam in hoc forma, ut ita concipiantur uerba inquisitionis, Vt si uolueris inquirere de furto comprehendant furtum. Ad intelligentiam cuius habes ante oculos diffinitionem furti, iuxta l. 1. §. furtum. ff. de furtis. Est enim furtum cótractatio rei alienæ inuito domino, fraudulenta, lucri faciendi gratia. Et ponit Roman. de modo concludendi in furto in inquisitione, in consilio 144. & latius Soccin. in consilio. 8. col. 1. & 2. ubi uide. Habeas etiam semper præ oculis

Bart.in l. 1. in princip.col.2.ff. ad Turpil. ꝙ aliqua delicta sunt nominata, & tunc eo ipso ꝙ nominantur, potest sequi condemnatio, ut in furto, homicidio. aliqua sunt innominata, ut talis abstulit talem rem, uel uulnerauit talem: & tunc oportet addere qualitates, ex quibus illa sint delicta, puta scienter, & dolosè. Veruntamen † non
75 sufficit dicere, Commisit furtum. sed debet exprimi modus. Et eadem ratione non sufficit dicere, Commisit falsum. sed debet exprimi qualitas, & sic debet narrari in qua parte. Ita probatur in l. item exigere. ff. de dolo. & in l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. & in l. libellorum. ff. de accusat. & ita Angel. in l. 1. ff. de lib. & posthum. Bald. in l. ordinarij. col. 6 uersicu. item quæro nunquid ille. C. de rei. uendic. & sequitur Alexan. in consil. 71. col. 1. uolum 3. Quod tamen intelligitur, parte opponente. per l. fin. C. de anna. exceptio. ut etiam per Alexan. ibi, & ultra Bald. in d. l. ordinarii. uide eundem in l. ædita in. 17. col. C. de æden. uersicu. circa secundum. Vnde dicebam aliquando in causa diuersarum falsitatum, quæ imputabantur notario in quodam magno processu, in quo addiderat, & diminuerat: & ita loquebatur inquisitio, quòd erat talis inquisitio inepta: quia non exprimebatur, in qua parte. Et ita obtinui, & ad prędicta uide. Ang. in d. l. ædita. col. penulti. & Dec. ibidem col. 3. qui allegat Bald. in l. 1. C. de confessis. col. 9. uersic. iuxta hoc quæro. Alexan. in aliis duobus cõsil. & seipsum in consil. 83. & tenet allegando hos Doct.
76 quòd † etiam si pars non opponat non procedat in criminalibus inquisitio generalis, si etiam ex inquisitione appareret quòd ad defensam esset factum homicidium esset inepta, & non posset sequi condemnatio. Et eodem modo, si ex inquisitione appareret, quòd furtum fuisset licitum, uel tale, quòd non posset procedi criminaliter, secundum Hippoly. in singul. 72. Nam inquisitio dicitur istis casibus inepta. Et eodem modo, si uelles formare inquisitionem contra aliquem, qui occidendum curasset Christianum propter pecunias, ita quòd esset in casu cap. 1. de homicid. in 6. non sufficeret dicere quòd mandasset occidi hominem, uel talem, nisi adderetur, factum fuisse pecuniis, ita quòd esset assassinamentum, & quod ille erat Christianus: aliàs non posset sequi condemnatio iuxta pœnam dict. capit. 1. Ita Ioan. And. Geminia. & alii communiter in dicto capit. 1. Felin. in capit. auditis. de præscript. colum. penulti. Corn. 1. uolum. consilio 202. ad fin. & consilio 249. colum. 2. & 4. & Aretin. consilio 164. colum. 16. Scire
77 autem † an inquisitio sit inepta prodest: quia nulla redditur inquisitio inepta, ita quòd non potest sequi condemnatio, & sequitur absolutoria ab obseruatione iudicii, & de nouo inchoatur processus, d. leg. libellorum §. quòd si libelli. cum glos. & dicta leg. 1. ff. si mensor fals. modium dixer. l. cùm Titia. & ibi Bartol. declarans, quæ sententia sit diffinitiua, & quæ absolutoria ab obseruatione iudicii. ff. de accusatio. & per Bartol. in leg. Iulianus uerum debitorem. colum. 1. ff. de condict. indebi. Reficit autem accusator, siue instigator expensas. glos. in leg. properandum. §. & si quidem. in uerbo, iudicii. C. de iudiciis, & in §. illo. in uersicu. ubi in sua sententia. & glos. in d. leg. cum Titia. ubi Bartol. & ideò ultra prędicta loquendo generaliter ita, ut cũ casus euenerit sub generalitate comprehendatur, Scias quòd dicitur inepta inquisitio, ratione solemnitatis omissę, iuxta gloss. in capit. 1. de libel. obla. & text. in dicto capit. qualiter. & in dicta l. libellorum. & idem si ex consuetudine esset apponenda aliqua solẽnitas, quæ omitteretur, secundum gloss. in leg. de quibus. in uerbo, inueterata. ff. de legat. 1. dicitur inepta, quando causa esset inepta & impertinens. gloss. in leg. 1. in princip. ff. de ædendo. & in capit. 2. de libel. oblat. in gloss. magna. Tertio ratione obscuritatis siue qualitatis, ut dixi suprà, ponendo exemplum inter alia, quando esset cõmissa falsitas in uno processu, & non exprimeretur in quo & qua parte. per consil. Alexan. 71. uol. 3. & alia quę supra allega-
78 ui. Quibus adde quòd † etiam inquisitio debet habere, & cõtinere personã delinquentis certam, & saltem per duas demonstrationes. Ita Barto l. in leg. libellorum. ad finem princip. ff. de accusat. Imò bonum est, ꝙ plures duabus ponantur, ut cesset dubitatio secuto banno, & capto bannito an sit ille, iuxta notata per Barto.

in

in l.diuus.ff.de custod.& exhibi.reor. & in l.inter stipulantem.§.Stichum.ff. de uerborum oblig.ut etiam per Marian. Socin. in d.c.qualiter.in.10. articu. principali.in. 2. quæst.& Ang. in glos. Caium Sempronii, de nobilibus de monte oliueto. & non est necesse quod sciatur nomen, ut est glos. in l.1.§.illud auté.ff.ad Syllan.si tamen de corpore constet, ut ibi, quæ certitudo corporis potest etiam ex præsentia haberi, quando est in carceribus,uel quando est absens per signa corporis,ut latè per Angel. in §. quadrupli. Insti.de actio.& Hippoly.in practica noua.colum.1. & Felin. in ca.auditis, colum.18.de præscript.& dicam latius infrà in materia bannitorum, in quæstione, An bannito capto statim possit caput am-
79 putari. Quartò, ratione † conclusionis,licet adsit narratio ita D. Ant. de But. in dicto cap.examinata.de iudiciis.per pulchrã rationem,requiritur enim conclusio in libello.Bartol.in l.si pius.in. 10.colum.ff. de operis noui nũtia.Ias.in §.1.Inst. de actio. & Fel.in c.1.in 2.col.& sequen.de litis contest. & sufficit conclusio siue narratio, d. Ant.de Butr.in d.cap.examinata. Nec etiã requiritur, quòd prius precedat narratio, deinde conclusio. cap.per tuas. de condi. appos. ubi d. Anton. & Cardin. Alexan. in criminali tamen non requiritur conclusio, sed sufficit narratio.l.1.§.1.ff. ad Turpil. ubi uide Bart. distinguentem inter delicta nominata & innominata, & Bart. in d.l. libellorum: in princip. ad finem. & Ias. in l. diuortio.colum.9.ff. sol. matri. & omnino Alexand. in d.l.libellorum. Con-
80 suetudo tamen † obseruat ut concludatur hoc modo in inquisitionibus,super quibus omnibus intendit procedere, & punire repertum culpabilem secundum formã iuris & statutorum, ut attestatur Bart. in d l.2.§.si publico.ff. de adulter. colum. 4. Bartol.omnino in l. uerum.ff.rerum amot. & Aretin. in tractatu suo,in glo.secundum formam iuris & statutorum, Iason in leg. omnes populi.in 5.colum.ff.de iusti.& iur. & Angel. ubi suprà, in glos. sequen. Homodeus in tractact. syndic. in char. 2. col. fin. uersicu. conclusio. Angel. in leg. nècnon ad quærelam. char.9.colu. 3. uersicu. & primò quero. & Homodeus in eodem tractatu, char.11.colum.ulti. uersic. super quibus omnibus & singulis. ubi declarat hanc materiam, & ponit quid operetur dicta clausula. Vide etiam Marian.in d. cap. qualiter.in 11. articu. princip.quest. 63.& questio.67. & quest.65. & quæst.64.ubi & de dictis, & aliis quid operentur: unde, si inquisitio sit minus apta, an adaptetur per aliquam ex dictis clausulis, recurras
81 ad prædicta loca. Quintò, dicitur † inepta inquisitio, quando exprimitur unum delictum, pro alio, ut dixi suprà, maximè in secunda ineptitudine, argum. text. in d. cap. examinata secundum. unum intellectum, & secundum d.leg.1.ff. si mens. fals. mod. dixer. & quia delicta expediuntur officio iudicis, & non iure actionis, ut per Alexandr.in l.1. § sublata. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum colum. 2. in fine & principio sequentis. & in dicta leg. libellorum. uersicu.ultimo nota, ideò dixi. Facit in argumentum cap. examinata, secundum unam lecturam: quia textus ibi loquitur in actione: uerùm, quando procederetur sola facti ueritate inspecta, aliud esset, secundum Bartolum in l. Aemylius.ff.de minoribus.colu.2.Alexan. in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. col.5. ff.de uerbor.obligat. Et pro prædicta ineptitudine uide omnino Alexan. in leg. habebat. ff.de institu. ubi decidit per illum
82 textũ quòd quando † unum delictum deducitur in inquisitione, & aliud probatur, quod sequitur absolutoria ab obseruatione iudicii: & idem Alexandr. consilio centesimouigesimooctauo. in. 2. columna.in 4. uolum. & consilio centesimouigesimoprimo.colum.3.uolu. 3. & in dictis locis,idem quãdo allegatur delictum cum una qualitate, & postea probatur sine ea: & loquitur Alexand.in dicto consilio 121.
83 etiã ꝙ † apponatur clausula,Peto ius iustitiamque mihi ministrari. & uide latissimè de ista materia ad Felin.in apostilla impressa.in ca. examinata. & uide etiam Soccin. circa declarationem supradictam, quando proceditur sola facti ueritate attenta,
48 in consil.146.colum. 7. Sexto, dicitur † inquisitio inepta respectu finis, quia ago remedio recuperandæ contra eum. qui non possidet.dicto capit. examinata. secundum alium intellectum. Septimò, ratio-
85 ne † rei illicitæ,glo.est notab.in l. 1.ff. de

offic. assessor. & ibi Doctores, maxime Iason exempla accommodant. Octauò ratione iuris † notorii Abb. in dicto cap. examinata. colum. penulti. ubi allegat cap. sacerdotibus. 11. quæstio. 1. & ibi uide omnino. Nonò, ob uitium citationis, ut dixi supra, post Angel. in dicta l. uacantia. Et aduerte, quia aut uitium est patens, & supplet iudex ipse, etiam nemine opponente: aut non est patens, & tunc expectantur probationes de ineptitudine: ita notat Abb. in dicto capit. examinata colum. penulti. Ex quibus omnibus oritur alia con-
86

87 clusio, quòd † ineptitudo non iustificatur ex probationibus superuenientibus: de quo tamen uide Iasonem in dicta l. prima. columna penultima & & sequenti. ff. de officio assessoris. & in §. ex maleficiis. charta

88 penult. Instit. de actionib. Et † quando fertur sententia ab obseruatione iudicii, absoluens, uel propter ineptitudinem iuxta iam dicta, uel quia perempta sit instantia, an idem accusator possit inchoare nouum judicium, sicut in ciuili facit actor? uide Iasonem in l. properandum. §. fin. C. de iudiciis. post Baldum in l. abolitionem. C. de adulteriis. & ibidem per Salicetum. & Salicetum in leg. finali. C. ut infra certum tempus. per Felinum in cap. de his. de accusationib. & text. & ibi Bartol. in d. leg. libellorum. §. fin. ff. de accusationib. Et unus casus est clarus, quando ob defectum instantiæ, quia non potest, ex quo dicitur desistere, ut per Iasonem in dicto §. finali.

89 Et † an iudex ipse possit prosequi eandem instantiam, quando est impeditus accusator, uel querelans? uide textum in d. §. fin. in d. l. libellorum. qui dicit posse infra triginta dies: sed tamen non loquitur in iudice, at in alio: in iudice autem uide materiam ibi, & in capit. quia G. de iudic. & Anan. in cap qui crimina. de collusione detegen. Imol. in leg. inter accusatorem. de publicis iudic. Practica seruat, quòd possit, ut etiam dicit Angel. in glossa, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt to-

90 tum. columna ultima. Sed † an locus, mensis, & annus requirantur in inquisitione, sicut in accusatione, iuxta leg. libellorum. ff. de accusationibus. Dic requiri, secundum Bartolum ibi, & in leg. secunda. §. si publico. ff. de adulter. & est communis opinio, ut per Doctores, maximè Felinum & Aretinum in dicto capi. qualiter. §. debet. & ubi non probantur, reus uenit absoluendus, sicut etiam probandæ sunt aliæ qualitates deductæ in accusatione uel

91 inquisitione, ut dicam paulò infrà. Sed dubitatur † quid in crimine falsi, Baldus dicit non requiri, in cap. primo, quibus mod. feudum admittatur. ubi allegat glossam, & rationem sequitur August. de Arimino in uerbo, de anno præsenti. in prima additione. & Angel. in uerbo, falsario. uersicu. & tene menti tu iudex. Idem Augustin. in uerbo, hæc est quædam inquisitio. in quarta quæstione. Contrarium tenet idem Baldus, qui omnia turbat, consilio 54. in tertio uolumine, cui credo. Non obstat fundamentum eiusdem in dicto ca. 1. quod est, quia delictum secretò committitur: nam etiam adulterium est huiusmodi, ut patet, & traditur in cap. præterea. de testibus. & in l. secunda. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcenda. & tamen in eo requiritur expressio loci & temporis, dicta l. libellorum. & ita ex hoc fundamento Aretin. reprobat Bald. ubi suprà. Nec etiá glossa per eum allegata id dicit: uide tamen Gandin. in titu. qualiter fiat accusatio. columna 2. uersic. sed quæro, si quis. ubi limitat & Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cler. in 3. col. & in 6. col. in quibus locis, quis locus sit apponendus, quando testis accusatur de falso, & quando accusatur de falso notarius, & quia dies non

92 est necessarius, dicta l. libellorum. Quæro, † an iudex teneatur illum exprimere, si dicat reus se uelle probare, quòd tali die erat alibi? Hoc sæpe contingit, uide Bartol. in l. is, qui reus. ff. de publ. iudic. dicentem æquum esse, quòd iudex illum exprimat, uel exprimi faciat, quòd si non uelit adhuc Bartol. legum magister docet quonam pacto reus possit se defendere, siue confessus sit crimen, siue aliter probatum sit contra eum: sic Bal. in l. 1. C. de re indic. ubi dicit, quòd hoc est in arbitrio iudicis. & ita Roman. & Doctores in l. Pautonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui hæred. & Bar. ubi suprà: sequitur Marian. Soc. in dicto ca. qualiter. dum quærit quare apponantur illa uerba, de anno præsenti & mense Maii. quæstione 36. Sed latius uide

Iaſ.in l.2.§.ſi quis Epheſ.ff.de eo,quod certo loco.eandem opinionem tenentem:ubi dicit communem opinionem eſſe ſecundũ Bart. ibi,& in d.l.is, qui reus. à qua ſententia non eſt recedendum, conſulendo, nec iudicando ſecundum eum: ſic etiam Felinus & Aretin. tenent in cap.ex tenore. de teſtibus.in quinto notab. Aret. & Felinus in ſecundo notabili, & Signorol. conſilio 244.colum 2.& ideò ita tene,quicquid dicat Imola in d.l.is, qui reus.& idem Signorol.in conſilio 245. & in conſilio 246. co-mna ſin. Facit quòd in dubio iudicandum eſt pro reo l.interpretatione. ff.de pœn. in quo articulo etiam uide Angel. in gloſ. de anno præſenti.& ibi latè ad eum. Et ſi uideret iudex uerisimilem obliuionem, tunc ceſſaret hoc, quicquid ſimpliciter dicat Ang. in dicta l. libellorum. Et ideo Senatus noſter inſequendo hanc communem cum iſta declaratione, remittit petitionẽ hanc arbitrio iudicis, qui inter cætera etiam hoc debet conſiderare. Reliqua uide ubi ſuprà,& per Salicetum, cum additione magna ad eum in dicta l. penultima.
93 C. de accuſationibus. Sed ſi dies † apponatur in inquiſitione, an ſit neceſſarium, ꝙ probetur, quòd ea die &c? Dic eſſe neceſſarium, ut per Doctores ſuprà allegatos, Iaſ.in l. qui aliena. §. fin. circa gloſſam ſecundam. ff. de acquirenda hæredit. Bald. in conſilio 68. in tertio uolum. in ſi. & Corn. in primo uolumi.conſilio 217. columna prima. Et quando locus & tempus, de quibus in accuſatione ſiue inquiſitione, non probatur, an debent reus abſolui? uide Aretin. in l. Pantonius. §. rei perduellionis.ff.de acquir.hæreditate.ubi facit regulam affirmatiuam, & illam poſteà limitat ibi: uide omnino & Clau. in l. ut uim.ff. de iuſti. & iure columna trigeſimaprima, uerſiculo. 5. & ibi quid de aliis qualitatibus accuſationis,uel inquiſitionis non poſteà probatis, an reus ſit abſoluendus. Neceſſariò etiam eſt quærendũ,
94 quando † quis mandauit delictum committi, & committitur, an in inquiſitione apponatur locus, & tempus mandati, an delicti conſumati? Vide Bartolum in l. non ſolùm.§.ſi mandato uerſiculo, quæro unde oritur obligatio.ff.de iniuriis. ubi decidit, quòd apponi debet tempus & loco delicti conſumati: quia mandans tenetur propter mandatum,ut per eum, ſequitur Angel. in gloſ. Sempronium mandatorem uerſi. ſeptimò quæritur. Et hęc eſt ueritas. Fallit, quando mandatum per ſe recipit conſumationem à ceſſante ratione. & ita Bald. in l. non ideò minus. C. de accuſat. iuxta cap.pro humani. de homic.in 6. & iuxta decretum noſtrum factum tempore Regis, Quòd ſolum mandatum punitur pœna ultimi ſupplicii:quod decretum ſeruatur: & hoc, ubi iudex intendit eum punire de ſolo mandato: ſecus ſi etiam intenderet eum punire de conſumatione: quia tunc uidetur, quòd eſſet apponenda qualitas talis reſpectu utriuſque, quia duo uidentur delicta.l. ſi uulnerato ſeruo. ff. ad legem Aquiliam. Tamen in hoc eſt difficultas, quia unum ſolum delictum uidetur, facta conſumatione: ad quorum terminorum declarationem uide Bartol. in leg. libellorum. in princip. uerſiculo, ſed quæro aliquis inſultauit.ff.de accuſationib. Salicet. in leg. penultima.C. de accuſat.& Aretin.in dicta gloſ. de anno præſenti in uerſiculo,quarto quæro quid ſit inſultus. in quibus locis habes ſimilem quæſtionem, Quando inſultus ſit in uno loco, & ſequitur uulnus in alio, quis locus ſit attendendus? Et deciditur, quòd attenditur locus uulneris, ſi ius commune inſpiciamus: quia uulnus inſultum confundit, & ſimiliter ſi ſtatutum inſpiciamus, quando ius commune non confundit: ſecus ſi ſtatutum aliter diſponeret, puta, pro inſultu imponeret pœnam decem: & ſi ſequatur uulnus, pro uulnere imponeret pœnam aliorum decem uel uiginti, ut ibi latius per pręfatos Doctores declarantes, etiam quando ſumus in diuerſis territoriis: ultra quos adde latè Aret.in cap.ſi.in.1. charta, de foro cõpetenti.& Felin.in cap.1.de præſcriptionib.columna 3.circa finem,& ſequen & uide etiã Angel.in l.1. C. ubi de crimine agi oport. Ad effugiendum tamen difficultates, apponas locum & tempus mandati,& conſumati delicti: quod ſemper omni in caſu uidetur neceſſarum, ad hoc ut ſaltem ex mandato poſſet ſequi pœna iuris, quę eſt extraordinaria,ut habetur in dicta l. nõ ſolùm.§. mandato. & ibi Imol. in leg. ſi ut

proponis.ff.de fideiussoribus. Et uerum est in solo mandato, sed ubi sequitur consummatio, adhuc non sumus extra prædictas
95 difficultates. Coram tamen summo † Pontifice non est necessaria hæc solennitas: Felin. in cap.1.columna secunda, circa fin. de lit. contestat. & quid, quando à parte non opponitur? Soccin. consilio 146. colum. 5. & sequen.ubi de aliis, & per eundē in consilio 55.circa fi.& per Gandin.quali. fi. ac-
96 accus. Et † licet non esset ex statuto necessaria hæc solemnitas, tamen requireretur probatio, Bartol.consilio 172.columna fin. & Bal.in tertio uolu.consilio 353.circa medium.sed non solùm probatio, uerùm etiā confessio requirit locum & tempus Bartol.in consilio 228.incip.Caterina Et quid
97 in interdicto turbatæ possessionis? Videtur non requiri, quia non infamat.l.neque & ibi glo.ff.de ui & ui armata. quæ glossa sentit, quòd nec oriatur infamia facti: quo casu uidetur, quòd nullo modo requiratur.l.prætor edixit.in principio ff. de iniuriis,& ibi latè Bartol. uide Felinum in cap. licet causam.de probationibus.in duodeci
98 mo notabili. Si † tamen ex statuto essent remissæ solemnitates iuris positiui, non requireretur hæc solennitas, Alexand.consilio 6.uolumine secundo, colum. 3. & quinto uolumine, consilio 94. columna 6. Et ideò statutum nostrum, quod est huiusmodi, expressè disponit, quòd tantùm apponantur locus & tempus: Roman.tamen ali
99 ter tenet in consilio 191. Et † quid in remedio reintegrandæ? uide Alexand. in dicto consilio,& Iason.in l.certi condictio.in princip.colum.8.& sequen.ff. si certum pe
100 tatur. Et † in inquisitione generali non requiritur, Bald. in consilio 353. in quinto uolu. & eodem consilio 428.circa princip. uide etiam in hac materia Aretin. in cap.1.colum. prima, de libelli oblatione. & per eum & Felt. in dicto capit. qualiter,
101 *el secondo.* de accusationibus. Et quid † coram arbitro ponit Bald tertio uolum.consilio 116. & quando impugnatur testamentum usurarii, ponit idem Bald. in consilio
102 87.in quarto uolumine. Et † quando in inquisitione est deducta qualitas loci & temporis, non sufficit quòd testis dicat tale maleficium esse commissum in genere, quia propter hoc non probaretur tempus & locus inquisitionis: & sic diceretur aliud tempus, & non posset sequi condemnatio: sed debet dicere testis contenta in inquisitione esse uera, uel uidisse fieri maleficiū loco & tempore, de quibus in inquisitione: ita Bartol.significanter in l.prima.ff.de aleator.& in l. Labeo.ff.de supellect.lega. ubi uult amplius, quòd licet dicat contenta in capitulo esse uera, si tamen posteà interrogatus de ratione, dicat quòd uidit fieri maleficium, non addendo locum & tempus, non sufficit. Sequitur Aretin. in l. serui electione.§.1.ff.de legat.1. Angel. in glossa, qui iudex ad probationem suæ inquisitionis, per Felin. in ca.auditis.colum. 17. de præscription. & in cap. sedes. columna 9. de rescriptis. Aretin. in cap. in præsentia.columna sexta, de probatio. Soc. consi.89.columna quarta. & significanter Bald.in secundo uolum. consilio 314. & in 4. consil. 420. Felin. ubi uide in cap. cùm causam. de testibus. columna 12. & Alexand. consilio. 100. column. quinta, circa finem, uolum. primo. Vides igitur
103 ex prædictis, quòd † multi modi sunt impugnandi inquisitionem, & de aliis etiam ponit Salic. in l. ea quidem. C. de
104 accus. Sed pone, † quòd in inquisitione reperiatur aliquod uitium, an possit eidem addi uel diminui? est materia l.ædita. C. de æden. & ponit latè Angel. in glos. qui dictus iudex addidit uel detraxit. & Marian. in dicto cap. qualiter. in 11. articulo principali, in 73. quæstione. & ibi, quòd potest fieri additio uel diminutio usque ad litem contestatam, sicut in ciuilibus. In ciuitate tamen ista Mediolani cessat hæc difficultas propter statu-
105 tum, quod inquisitioni nil possit addi uel diminui: quod statutum seruatur. Sed illud tamen intellige, ubi tractatur de additione uel diminutione. Verùm, ubi sub ui uerborum comprehenderetur illa additio, cessaret: ut quando ita est concepta, quòd etiam comprehendit qualitatem, quæ in specie non exprimitur in inquisitione, puta, si quis esset ex uulnere inquisitus cum clausula super dependentibus & connexis, quia tunc posset sequi condemnatio super morte secuta, quæ aliàs fieri non posset, ut per Marian. Socin. in d. cap.qualiter, in 11. articulo princip.quæst.

63 Angel. Aret. in glos. emergentibus & contingentibus. & in glos. una alia percus
106 sione & uulnere. Item † licet non possit fieri additio uel diminutio, tamen potest denuò formari inquisitio ante nomen rei receptum inter reos, quia magis complectitur ueritatem, l. si plures. ff. de accusat. & ibi Bartol. & leg. 2. §. fin. cum lege sequenti. ff. de adul. Et ideò si primò formaretur sine animo deliberato, nisi stătutum repugnaret, imò post nomen rei receptū inter reos. Idem quando ex qualitate grauior sit causa, ut in exemplo prædicto, quia non debet fieri præiudicium per minorem causam maiori. leg. per minorem. ff. de iudic. cum similibus. imò post conde-
107 mnationem † super inquisitione sine animo deliberato potest iteratò ad instătiam fisci uel alterius prosequentis propriam iniuriam uel suorum, alia formari inquisitio, imò ipsemet iudex ex mœro officio, & ad instantiam cuiusuis personæ, ita solenniter Bartol. in l. Senatus. ff. de accusatio. in uersiculo, extra glos. & ibi comprobat per efficaces rationes hanc opinionem. & respondet ad textum in dicta leg. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. qui semper allegatur, quòd in accusationibus, quæ dantur ad uindictam, non inspicitur utrum maior pœna ex una quàm ex alia sequi possit: sed sumpta uindicta ex una lege, alia lege non potest amplius reus puniri. Et ideò si inquisitus de uulnere sit pro eo punitus, non poterit puniri ex morte, ut per Angel. in dictis glos. & Aretin. consil. 58. charta. 3. uersiculo, secundò principaliter. Ex quo cauere debent iudices, ne inquirant, nisi secuta morte, iuxta dicta Bartoli in leg. damni infecti. §. Sabini. ff. de damno infec. & in dicta leg. Senatus. & per Cœpolam in consilio 41. colum. 1. in fi. & princip. seq. nisi cum dicta clausula, uel etiam aliter, ut per Angel. & Doctores, ubi supra. Nam Bartol. respondet, & docet in quæstione sequenti, in uersicu. quęro quando. quomodo iudex debet se habere, quando pro prima fuit secuta executio, uel saltem condemnatio: & etiam quando secuta est absolutoria super prima: uide ibi Bartol. & in leg. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulter. & dicam infrà in materia sententiæ. Aduerte tamen
108 ad prædicta, quia licet † inquisitus de uulnere non possit de morte damnari, nisi esset inquisitus de animo deliberato secundum Decretum, tamen cum clausula prædicta potest, ut dixi: sed intelligitur uerum per Marian. Soccin. si mors sequitur ex uulnere, non si sequitur ex malo regimine. Quæ consideratio uidetur dura, quia omnino dicitur dependens, licet non immediatè, per textum in l. qui domum. ff. locati. tamen sum cum sententia Mariani, per l. qui occiderit. §. in hac. & §. fin. ff. ad legem Aliquiliam. Nec dicta l. qui domum. facit ad rem: quia licet congestio fecerit humorem, non tamen uulnus fecit mortem. Et satis hæc opinio patebit clarè, si uidebis materiam connexorum & dependentium, de qua per Bartol. in leg. Aurelius §. idem quæsit. in fine. ff. de liber. legat. & Felin. in cap. cùm inter. colum. 4. de re iudic. & habetur in cap. translato. de constitut. Esset etiam
109 † discutiendum circa significationem singulorum uerborum contentorum in inquisitione, prout faciunt Marian. in d. cap. Angel. in d. suo tracta. & plerique alii. Tamen hoc potius esset transportare, & inuoluere: & ideò dicam tantummodò de paucis, quibus aliqua addere possum. Vnde primò quæro quare apponantur illa uerba, Armatus uno ense, uel pugione? Et dic, ut demonstretur genus armorum ad ostendendum, an fuerit animus occidendi uel non, iuxta leg. 1. l. lege. &
110 l. diuus. ff. de sicariis. Nam † ex qualitate armorum denotatur iste animus, dicta leg. prima. §. diuus Adrianus. & capit. significasti. de homicid. in fi. Bartol. significanter in dicto §. 1. ad quem semper recurritur. Vnde si habens gladium in manu percutit cum fuste aut pugno, uidetur non habuisse animum occidendi, adeò q licet sequatur mors, non tamen uidetur quòd pœna legis Cornelię de siccariis teneatur, per notata in l. omne delictum. §. si quis commilitonē. ff. de re milit. & quod tradit Bartol. in dicto §. 1. ita Marian. in quæstione 66. in decimo articulo, remittens tamē se ad dicta per eum cap. de his. de accusat. quem refert Felin. in dicto capit. significasti. columna 4. uersiculo secundò limita, ubi plenè, & significanter

tractat hanc materiam: consideratur, ut ex dictis ibi apparet, ad coniiciendum hunc animum, & instrumentum, & locus percussionis, & locus loci, puta, an iuxta ce-
111 rebrum, uel in facie. Nam † uidemus tota die, maximè in mulieribus nimia sua lasciuia prouocantibus amatores uulnera in earum faciem illata animo deformandi, non autem occidendi. Felinus tamen loquitur, quando id fit cum instrumento non apto ad occidēdum, iuxta dictum textum in capit. significasti. in fine. Verùm ad duo est aduertendum: primò, quomodo uellet percutere: pone enim ꝙ uellet percutere iuxta cerebrum, & casu percutit faciem, tunc aliud esset. Secundò
112 aduertendum est, ꝙ etiam † ex quantitate & qualitate percussionis etiam faciei cum ense factæ posset perpendi, ꝙ non esset animus occidendi: Nam si testes dicerent, ꝙ ictum ad faciem intulit, & faciem percussit, & nihil fuit impedimento percutienti, quominus posset iterare ictum, tamen ulterius progressus non est, imò dixit se nolle ulterius percutere, quia satisfecit uoluntati suæ, certè non est animus occidendi iudicandus, maximè quando inimicitia non esset admodùm atrox inter eos. Hoc colligo ex dictis Alber. in tractatu suo statutorum, quæstione 64. Eodem modo quando in alia parte corporis quis percuteret, non tamen in persona, nec in capite, sed in brachiis uel tibiis, & ictus non esset ualde magnus, nec inimicitia atrox, iuncto ꝙ potuisset iterare, si uoluisset, & noluit, non esset iudicandus animus occidendi, ubi tamen allegaretur animus debilitandi: in dubio enim creditur, ꝙ fuerit animus occidendi ex qualitate instrumenti. Sed in his casibus adsunt præsumptiones, quæ tollunt illam, iuxta leg. diuus. ff. de in integrum restitut. Sit igitur iudex oculatus multùm, & cautè aduertat ad factum, & facti qualitates. Alia circa animum occidendi latius dicam infrà in materia homicidii. Se-
113 cundò quæro, quare † in inquisitione apponantur illa uerba, Scienter & dolosè. Et dic, ꝙ ideò fit, quia sine dolo non posset imponi pœna corporalis, ut tradit Bar. in leg. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuerit. ut per Marian. ubi suprà, quæst. 47. & Angel. in glossa, scienter & dolosè. Nó tamen sunt necessaria in his, quæ naturaliter illicita sunt, ut homicidio, furto, falso, & similibus. quia in istis præsumitur dolus. l. 1. C. de siccariis. & Bartol. in leg. dolum. ubi uide. C. de dolo. & ubi suprà in dicto §. 1. quinimò talia delicta non solùm habent hanc prœsumptionem, imo à dolo essentiam accipiunt, & sine eo existere non possunt. Bartol. in l. si is, qui. §. fin. ff. de furt. & in dicta leg. 1. §. 1. ff. si quis testamen. liber esse iussus fuer. & Aretin. consilio. 80. columna secunda. Adeo, ꝙ licet quælibet causa excuset à dolo. l. igitur potest. ff. de liber. causa. tamen fallit in delictis, quia non præsumitur, ꝙ iusta causa mouerit delinquentem, ut per Aretin. in dicto consil. colum. 2. & Alex. consi. 103.
114 colum. penul. uolum. 1. Sunt † tamen multæ præsumptiones, quæ faciunt cessare dolum in homicidio, ut est glos. in d. l. 1. C. de sicar. & ibi Docto. Cœpol. consilio. 33. col. 3. & latius in consilio 31. ubi cumulat decem præsumptiones, & inter alias ponit hanc, Quando quis spontè se constituit: quam præsumptionem haberem pro legitima, ubi iudex, in cuius carcere se constituit, non diligeret pecunias, sed honorem suum: sed quis est hic, & laudabimus eum? Sunt igitur optimè dicta uerba, Scienter & dolosè, in iis, quæ de sui natura non sunt illicita, ut receptare bannitum, frumenta uehere extra dominium, prohibentibus ordinibus huius dominii, & similia dicta committere, quæ ciuilia sunt, non autem naturalia. Tertio quæro,
115 † quare apponatur illud uerbum appensatè? Dic, quia est grauius delictum, quod committitur animo quieto, & deliberatè, quàm ex prouocatione, & in rixa. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. Et ideò committens homicidium deliberatè, facit se indignum gratia illius delicti, secúdum laudabile institutum Principum nostrorū: licet tamen qnandoque in his casibus, maxima ex causa concernente conseruationem totius dominii, uiderim huius ianuæ
116 ferreas postes aperiri. Scias tamé, ꝙ † occidens in rixa hominem, punitur non minus grauiter, quàm si id faciat deliberatè. l. fi. ff. de sicar. & ibi Bar. in 1. col. in 2. oppo. & ita Aret. in d. consi. 80. col. 2. Nec tibi mi-

rum

rum uideatur, ꝙ in eandem pœnam uterque incidat, cùm tamen unum delictum sit altero grauius: quia hoc permittitur in infinitis casibus, ut in toto tit. ff. ad legem Cornel. de sicar. Nam ibi etiam in eandem pœnam incidit, qui hominem ueneno interimit, sicuti ille, qui cum armis, & tamen est grauius delictum, ut ibi patet. Possem allegare multa alia capita, siue exempla, quæ consultò prætermitto. Fateor tamen,
117 † ꝙ regulariter maior pœna maius delictum arguit, minor uerò minus esse indicat. c. non afferamus stateras. 24. quæst. 1. Bar. in l. leuia. in prin. ff. de accu. & per Dec. in c. at si clerici in princ. in 6. not. de iudic. & consi. 65. & per Soccin. consilio 157. Tamen eadem pœna non arguit æqualitatem in delictis, sicut nec etiam semper maior pœna arguit maius delictum, ut notatur in cap. admonere. 33. quæst. 2. Et licet iudex possit imponere eandem pœnam causa homicidii prouocati, quæ pro deliberato imponenda est, potest tamen etiam non imponere mutando illam, ut per Abb. in c. dilecti filii. de except. & alibi, & refert Felin. in eod. c. col. penulti. in princip. ubi omnino uide. Sed non seruatur in dominio nostro, quia nec Princeps, nec Senatus pateretur, ut prętores & alii iudices maleficiorum mutarent talem pœnam, maximè si de homicidio agatur. Est tamen
118 aduertendum, an † hæc prouocatio ab offendente prouenerit, quia tunc sibi non prodesset, argum. l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iul. de ui publ. & dicam infrà latè in materia homicidii: unde in Senatu Regio tempore Gallorum, etiam ꝙ homicidium esset patratum in rixa: tamen si orta erat rixa ab homicida, uel non concedebatur gratia absque maxima difficultate: uel si concedebatur, imponebatur homicidæ aliqua pœna pecuniaria, uel exilii ad tempus: & ita uidi sæpius tunc seruari: quod etiam his temporibus in hoc dominio obseruatur sub inuictissimo Carolo Quinto Imperatore. Quæritur etiam,
119 quare † apponantur illa uerba, Mouendo se de loco ad locum fecit insultum? Et dic, ꝙ tunc est insultus, quando quis se
120 mouet de loco ad locum: unde † si mecum sis in itinere, uel mensa, & te occido, uel uulnero, non dicor insultum facere, ut per Angel. in glos. fecit insultum. & Marian. in quæst. 49. ubi suprà. Vnde si duo non mouentes se de loco ad locum, incipiunt rixam, & se offendunt, non dicitur insultus, ut per Aretin. consilio. 34. in penultima columna, in uersicu. non licuit. & nota semper decisionem Bal. in capit. 1. §. similiter. colum. 2. in princip. quibus modis feudum amittatur. ubi tenet, ꝙ non dicitur insultus, quando non te possum offendere: & licet quando sum in turri aduersum te, qui in alia reperiris, dicar insultum facere contra turrim, non tamen dicor illud facere contra personam, ita ibi Baldus. Vnde posset inferri ad arduam quę
121 stionem. Nam scis, † quod qui offendit personam Principis, uel assistentem lateri eius, incidit in grauissimam pœnam, quæ etiam egreditur personam delinquentis. iuxta leg. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestat. per quam, nec legitima debetur filiis, & priuantur successione. Pone modò, quòd Princeps sit in ciuitate, quæ obsessa sit ab hostibus, inter quos aliqui adsint ex subditis suis, an dicantur cómittere rebellionem in personam Principis? Et uidetur eos committere, quia obsident ciuitatem, in qua est persona Principis. Tamen decisio, de qua suprà, contrarium probat, & maximè, quia lex. quisquis. loquitur, ubi proditoriè quis aduersatur personæ Principis, si bene illam uides in principio. Et ita gloss. & Bartol. in summario ibi, dicam infrà, titu. de crimine læsæ maiestatis in uersicu. lex finalis. ff. eodem. Hoc unum non præteribo hoc in loco, quòd dum essem fiscalis post huiusmodi obsidionem, per hæc fundamenta author fui, ne infirri ciues huius dominii, qui erant cum Gallis, aduersus Principem nostrum obsessum: uel, ut melius loquar, eorum filii pœna dictæ l. quisquis. punirentur. Quare apponuntur illa uerba contumeliosa, & iniuriosa? Dic, ut denotetur hæc species deli-
122 cti. Nam † si singulariter multa delicta patrata sunt, ponenda etiam sunt particulatim in inquisitione. Et eodem modo si simul patrata sunt, etiam in inquisitione ponenda sunt coniunctim prout commissa fuerint: quoniam uel multiplicatur pœna, uel, quæ sola est, aggrauatur. leg. nunquam

plura. ff. de priuatis delictis. & ibi Bartol. & Bal. in l. si familia. ff. de iurisdictione omnium iudic. Bald. 2. uolum consi. 351. Bartol. consilio 108. & consilio 233. Feder. plenè consilio 7. colum. penulti. in fi. & seq. & Bal. 2. uolum. consi. 259. & 4. uól. consilio 387. & 5. consilio 247. & consilio 348. Socin. consilio 33. columna 4. & Cœpolla consilio 77. post principium. & consilio 78. colum. fin. in quibus locis plura latè circa materiam, d. l. nunquam. quando scilicet dicantur plura delicta, uel unũ tantũ: & quando unica pœna imponatur, uel diuersa: & quæ dicantur uerba iniuriosa, uide Bartol. in l item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Ang. in glos. contumeliosa, & iniuriosa. & per Socin. con-
122 silio 146. colum. 1. & 2. Et scias, quòd † pro qualibet minima iniuria potest agi actione iniuriarum, textus est in cap. cùm te. de re iudic. Vnde aliàs condemnatus quidam fuit, qui dixerat mulieri, *Tu me pari la pota da Modena.* Si autem qui iniuriam profert, dicat uerum, non uidetur eum posse puniri. l. eum qui nocentem. in prin. ff. de iniur. Tamen Felin. tenet contrarium in dicto cap. cùm te. ad finem. & bene per tex. in leg. iustissimos. C. de offic.
124 rect. & etiam Abb. in dicto cap. in fin. Veritas † igitur conuitii non eximit quem ab hac actione: & in dubio præsumitur animo iniuriæ inferendæ quis conuitium dixisse. l. si non conuitii. C. de iniuriis. Fallit in iudicio, ita Abb. & Felin. ubi suprà, & Roman. consilio 96. colum. 2. & res in iudicio pendet à futuro euentu: quia si constiterit uerum dixisse, cessat actio iniuria-
125 rum: aliàs secus, ut in dictis locis. Sed † quando extra iudicium, & tamen cum causa: text. est in l. item apud Labeonem. §. si quis Astrologus. ff. de iniur. & ibi glossa parua in uerbo, si quis. Vnde dixit textus in l. quisquisquis. C. de postulando. &
126 ibi glos. in uerbo, utilitas. † quòd aduocatus potest obiicere conuitia in alteram partem, quantum poscit utilitas causæ.
127 Propterea † possum etiam ire ad superiorem, & narrare, quòd talis iudex tulit sententiam iniustam, ad hoc, ut eum puniat. & moderetur sententiam. ita Roman. consi 378. col. 2. & ita quotidie uideo fieri in Senatu: & res de plano procedit, quando exprimitur causa, ut puniatur, uel retractetur sententia sed si simpliciter narro superiori talem tulisse falsam sententiã, aliud uidetur, per dictam l. si non conuitii. tamen idem uidetur etiam tunc dicendum, quia præsupponitur iuisse ad superiorem. ut castigetur iudex, uel ut retractetur sententia. Et de materia uide Alexan. & Doctores in leg. fin. ff. quod quisque iureiur. Felin. in capitulo primo de except. in fine. & in cap. dilecti. colum. 6. eod. tit. ubi
128 ponit remedium † euitandi actionem iniuriarum, ut reuocetur uerbũ iniuriosum. Dicam de his latius infrà in titu. de iniur.
129 Et † quæ dicantur uerba diffamatoria & infamatoria, & an blasphemare sit uerbum iniuriosum: & quę differentia sit inter blasphemare & maledicere, uide Bartol. & Doctores in l. turpia. ff. de leg. 1. & Doctores in d. c. cùm te. de re iud. & in leg. item apud Labeonum. §. sed quod adiicitur. ff. de iniu. Et quid sit blasphemia, & qua pœna punitur blasphemia, uide ultra Angel & Augu. de Arimino ad eũ Angel. ubi supra, D. Anton. Cors. in rub. de iureiurando. in uers. decimò quæro. & Ias. post Bartol. in l. ait prętor. *la prima.* §. iurari. ff. de iureiuran. Super hoc tamen habemus Decretum ęditum superioribus annis sub duce nostro Francisco Secundo, ultro alia decreta aliquan-
130 do ædita per alios principes. Et nemini dubium est, † quòd uituperosè loqui de Deo, Virgine Maria, & Sanctis, est blasphemare, & maledictum proferre, quod dum refertur ad Deum & diuinam maiestatem, simpliciter, dicitur blasphemia: dum ad homines, aliquando maledictum, & aliquando blasphemia: ita Bartol. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. per Bald. & Ang. in l. 1. C. si quis Impe. maled. & ideò dicit Hostiensis in titulo de maledic. §. fi. col. 1. quòd dicitur blasphemus, qui uituperosè loquitur de Deo sicut de uno scelesto: exempla patent, & aliqua recenserem, quæ etiam nunc malo in usu sunt, sed obstupesco ea cogitans, nedum commemorare possum, & uidẽdus est Ias. in l. 3. §. iurati. col. 3. qui dicit, quòd propriè blasphemia est, quando aliquis in contemptum Dei aliquid dicit, uel turpia & scelerata uerba in Deum profert, exempla ponendo, de quibus ibi. Sed si quia

iurat

iurat per capillos Dei, uentrem, sanguinem, corpus & similia, an dicatur blasphemare? uidetur quòd non, ubi iuret aliquid asserendo: secus si ita iuret detestando, uel uituperando, quia tunc punitur pœna blasphemiæ, de qua in cap. 2. de malefi. Ias. in dicto §. iurari. dicit simpliciter, quòd talis iurans propriè dicitur blasphemare. Bar. etiam in Auth. ut non lux. contra natu. uult, quòd talis iurans per membra Dei, dicatur blasphemus: & ideò infert ad statutum, & ponderat text. ibi, & alium in cap. si quis per capillum. 22. quæst. 1. qui bene probant. Est uerum, ꝙ opinio Hostiensis potest defendi, quia distinguit, cogita. Ego sum simpliciter cum illa opinione, quòd sit blasphemia, etiam quòd asserat: quia eo modo dicitur iurare in contemptum fidei nostræ, atque ita nulla habita ratione talis iuramenti, siue uerum, siue falsum dicat, dicitur blasphema-
131 re, & † puniri debet pœna legis, quæ est ultimi supplicii, iuxta d. tex. in Auth. ut nō lux. con. nat. hoc colligo ex dictis Sali. in l. 2. C. de reb. cre. ubi omnino uide. Et ideò tale iuramentum per sacra prohibita simpliciter est damnatum, Bar. & Docto. in d. §. iurari. Sed si iuretur per sacra licita, tūc distinguitur, utrum uerum dicat, an ne, ut latius ibi per eum. Ex quibus, dum ordinarem decretum his diebus proximè præteritis iussu Senatus, super blasphemia, quāuis multi uellent, ꝙ facerem differentiam inter blasphemantes, & iurantes per membra, sentientes hoc iuramentum non esse blasphemiā, tamen cognoscens rem aliter se habere, simpliciter prohibui blasphemiā & maledicta in Deū, Matrem, & Sanctos. Verùm, quia aliquando proferuntur adeò scelleratè, ut etiam parietib. horrorē incuterēt, addidi, ꝙ ubi ex natura blasphemiæ grauior pœna adhibenda esset, quòd eo in casu sit in arbitrio iudicis arbitrari etiā usq; ad ultimū suppliciū, iuxta l. ad bestias. ff. de pœn. & l. si hominem. cum gl. ff. mand. Reliqua uide per Ias. in d. §. iurari. ubi omnino, & per Ang. Aret. in gl. in uerbo, iniuriosa, & contumeliosa. & ibi in apostillis. Aduerte tamen, quia Bart. in d. §. ait prætor. in l. item apud Labeonem. uidetur prædictam conclusionem, ꝙ omne maledictum in Deum & Sanctos sit blasphemia, restringere ad maledictum imprecatiuum alicuius mali quo ad futurum: sed nihil est, quia loquitur de blasphemia in homines, ut ibi. Nam uult, ꝙ etiam in homines blasphemetur, intelligēdo eo in casu blasphemiā per imprecationē mali in futurum, ad differentiam maledicti, quod in homines est aliquid mali dicere, quo ad præsens, uel præteritū. Communis tamen usus loquendi, non patitur, ꝙ in homines dicatur blasphemia: & si uis perfectè scire, quando dicatur blasphemia, uide Soc. consil. 102. maximè col. 3. uers. quicquid autem. ubi concludit, ꝙ ubi Deo detrahitur ex his, quæ sunt in eius diuinitate, uel ubi Deo attribuitur id, quod non est, siue id quod nō conuenit, tunc dicitur blasphemia: allegat Thomam, Ambrosium, & alia. Et ideò si diceretur ad corporis Christi, uel Virginis, uel Sanctorum, nō diceretur blasphemia, quia corpus, & sanguinem habuerūt. Non obstat tex. in Auth. ut non lux. cont. natu. quia loquitur de Deo: fateor, ꝙ si nominaretur membrum, quod etiā esset turpe nominare in homine, ꝙ fortè aliud esset: Quia uerum est quod turpiter de Deo, & Virgine dicitur, iuxta ea quæ dixi supra, post Ias. in §. iurari. & quod sit turpiter loqui, & si habuerint talia membra, dicit explicitè Soc. in d. cons. 102. col. 4. in fi. & seq. qui etiam per uerbū, fortè, uult ꝙ sit blasphemare: bene clarè uult, ꝙ nō sit blasphemare, quādo etiā dicitur ad corpus uel sanguinē Christi, non Dei: quia talia membra non sunt impudica. Conclusio est igitur, ꝙ non solùm dicitur blasphemia, quando attribuitur ei addendo uel minuendo, quod nō est, sed & quando habetur turpiter sermo de Deo: quia satis tribuitur ei, quod nō est, dum obscœna & impudica uerba de eo
132 proferuntur. Et scias, ꝙ † hoc delictum est mistum, in quo potest procedi tam per iudicem ecclesiasticum, quàm secularem: & punitio unius non facit, quin alter & ipse possit suā pœnā imponere. Casus est in d. c. 2. de male. ubi Abb. & Doct. nisi tamē inciperemus à pœna iuris ciuilis, quæ est pœna mortis, iuxta d. tex. ut non lux. con.
133 nat. quia mors omnia soluit. Et † quid sit periurium, & qua pœna puniatur periurus? uide Docto. ubi suprà, & Soc. consi. 7. col. fi. D. Marc. Bauer. in trac. iuramenti,

in 7. priuileg. & Ias. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. & quia Card. in cle. 1. §. fi. 14. q. de spon. dicit, quod est crimen periurii maius homicidio, adulterio, & furto. quod idem confirmat Abb. in c. si cut. de testi. & Baueria ubi suprà, de hoc dubitans, quia est glo. in cõtrarium, de qua Card. non fuit memor in c. ille, qui hominem. 22. q. 5. & 13 dist. c. 1. subdit hæc uerba, illud. n. certissimum est, quod qui inducit alium ad periurium, maius peccatum committit quàm homicida: ut probat casus in d. c. ille. & ibi glo. de quo etiam per Card. in d. cle. 1. § fi. in 12. q. De pœna etiam periurii habemus statutum in hac ciuitate, quod magis seruatur, quàm decretum memoratum de blasphemante: quia minus curatur quæ ad Deum attinent, quàm quæ ad homines: Nam quia blasphemia solum Deũ offendit, nemo est qui quærat ulcisci hanc iniuriã: in periuro uerò, quia pars læditur, ideò pro eo quod cuiusq; interest, instatur. Et quia suprà in uersic. Et quia uidistis quod fama. reseruaui materiam iurisdictionis post omnem tractatum inquisitionis, quæ ad eam maximè conuenit, ex quo principale requisitum est, Quòd iudex sit competens, ideò de ea nunc aliqua subiiciam.

Tit. de Foro competenti.

SVMMAE.

1 *Iudex competens dicitur quinque ex causis.*

2 *Iudex habens merum & mixtum imperium potest cognoscere de quolibet delicto inter subditos suos, nisi specialiter datus sit aliquis iudex super aliquo delicto.*

3 *Miles in quibus casibus possit declinare iurisdictionem iudicis ordinarii, & subire iudicium mag stri militum.*

4 *Præfectus castri portæ Iouis cognoscit tantum ratione delictorum in castro à militibus commissorum.*

5 *Prætor quando possit cognoscere super delicto à familia sua uel contra eam commisso.*

6 *Appellari non potest à sententia per prætorem lata contra unum ex familia sua.*

7 *Prætor alicuius loci fundatam habet iurisdictionem, quo ad omnes causas in illo loco.*

8 *Decreti de maiori magistratu Mediolani uerba.*

9 *Ciuitas, quæ semper fuit caput, & nunquam habuit separationem ab aliquo loco, si infeudetur, non comprehenditur in decreto maioris magistratus.*

10. *Maior magistratus loci separati est ille, qui est iudex in ciuitate, à qua facta est separatio.*

11 *Feudatarii prætor non cognoscit contra comprehensos in decreto in sua iurisdictione delictum committentes.*

12 *Feudatarii prætor iudex est in causis onerum usque ad certam summam contra comprehensos in decreto maioris magistratus.*

13 *Maior magistratus quando sit iudex inter ciuem & feudatarium.*

14 *Forensis non gaudet beneficio decreti maioris magistratus.*

15 *Feudatario subditus, siue conueniat subditũ alteri feudatario, siue delinquat in iurisdictione alterius feudatarii, cognitio spectat ad prætorem feudatarii.*

16 *Forensis si offendat forensem in terra feudatarii, cognitio spectat ad prætorem feudatorii.*

17 *Subditus decreto maioris magistratus potest prorogare iurisdictionem prætoris feudatarii.*

18 *Feudatarii prætor potest ex officio punire subditum suum, qui offenderit ciuem, uel nobilem secus parte instante.*

19 *Feudatarii subditus si occidat sacerdotem, ad quem spectet cognitio, stante decreto maioris magistratus.*

20 *Maior magistratus cognoscit, quando controuersia est inter plures, quorum unus est subditus decreto maioris magistratus, secus si non esset subditus, ut sacerdos, quia tunc prætor feudatarii cognosceret.*

21 *Maior magistratus cognoscit, quando quis asserit se subditum maiori magistratui, & prætor feudatarii negat.*

22 *Massarius ciuis dicitur subditus maiori magistratui quando maior pars bonorum à ciue est conducta.*

23 *Inquilinus ciuis in uilla subconductor, & negotiorum gestor, non dicitur subditus maiori magistratui.*

24 *Ciuis fictè, uidelicet quando simpliciter illi con-*

li concessa est ciuilitas, & quando in omnibus, & per omnia est factus ciuis, & quando quo ad forum ciuis esset factus, comprehenditur in decreto maioris magistratus.

25 *Ciuilitas concessa post ius feudatario quaesitum, praeiudicat si ciuis effectus eat habitatum ciuitatem: secus si non eat.*

26 *Ciuis quis dicatur.*
Incola quis dicatur.
Domicilium quis dicatur habere.

27 *Origo propria uel paterna facit quem ciuem, non origo antiquorum.*

28 *Ciuilitas patris quae per originem contrahitur, transit in filium, non ciuilitas ex domicilio patris quaesita.*

29 *Ciuilitas propriè dicitur, quae per originem quaeritur.*

30 *Domicilium inducit ciuilitatem, ut possit ibi quis conueniri.*

31 *Habitatio longa, ut decennii, facit quem uerè ciuem.*

32 *Origo in comitatu de iure facit quem ciuem ciuitatis licet per decretum aliud sit.*

33 *Ciues ciuitatis sunt, qui aestimum habent in ciuitate, non in comitatu.*

34 *Ciues forenses non comprehenduntur in decreto maioris magistratus.*

35 *Nobiles forenses dicuntur, qui aestimum habent in comitatu.*

36 *Nobilis licet pauper, qui in uilla habitet, & opera rusticana faciat, si non soluit onera cum communi, comprehenditur in decreto maioris magistratus.*

37 *Originarius feudatarii, si incola fiat ciuitatis, subiicitur decreto maioris magistratus.*

38 *Feudatarius qui habet regalia, & iura imperii, potest cognoscere in causa, quam haberet cum subdito suo.*

39 *Dux Mediolani iudex est in causis inter se & feudatarium suum, quando disputaretur, an in poenam priuationis incidisset, non pars curiae.*

40 *Priuilegium speciale, quo conferuntur omnia iura imperii, facit talem principem iudicem inter se & feudatarios suos, non generale.*

41 *Sententia contra subditum feudatarii, in fauorem maioris magistratus, etiam respectu subiectionis lata, non praeiudicat feudatario in petitorio, aut in possessorio, nisi feudatarius sciens pateretur exequi sententiam, quia tunc in possessorio praeiudicaret.*

42 *Sententia inter duos dominos de subiectione unius subditi lata, an praeiudicet subiecto?*

43 *Decretum maioris magistratus comprehendit etiam uicecomites, & alios, qui priuilegia habent ab Imperatoribus, & non petunt confirmationes.*

44 *Feudatarius fundatam habet intentionem contra incolam loci infeudati, etiam quòd declinauerit iurisdictionem, sed tunc Senatus prouidet.*

45 *Feudatarius non cognoscit in causis appellationum à sententiis per praetorem suum latis.*

46 *Forensis ratione commissi delicti efficitur de foro praetoris illius loci, ubi commissum est; quo ad omnem effectum, & puniendi praesentem, & citandi absentem & petendi à iudice originis, uel domicilii, quòd remittatur reus.*

47 *Forenses delinquentes in dominio Mediolani citantur à iudicibus per edicta.*

48 *Iudex loci delicti potest petere à iudice originis & domicilii, quòd sibi reũ remittat, siue ante sententiam, siue post quo ad executionem, nisi iudex requisitus praeuenisset in procedendo.*

49 *Decretum maioris magistratus potuit à Principe promulgari ad moderandã iurisdictionẽ feudatariorum uia legis generalis*

50 *Iudex requisitus, ut reum remittat, debet prius cognoscere, an adsit aliqua suspicio delicti, ut quia coram iudice delicti fuerit contumax.*

51 *Iudex requisitus ut reum remittat, non debet remittere: si nihil sinistri in reo sibi appareat.*

52 *Remissio rei non potest peti à iudice, qui nullam iurisdictionem habet in reum.*

53 *Remissio peti non potest à iudice non habente iurisdictionem, etiam quando sunt in eodem dominio iurisdiones, nec consuetudo in contrarium ualet.*

54 *Remissio de consuetudine fit à iudice habente iurisdictionem quando sub eodem dominio sunt iurisdictiones.*

55 *Consuetudo ut non fiat remissio, inducta dicitur, quando saepius petita est, & semper denegata.*

56 *Consuetudo, quòd remissio non fiat à iudice, qui habet iurisdictionẽ in reũ, non ualet, nisi in eo loco procederetur contra reum.*

57 *Remissio non habet locum in eodem dominio, quãdo in eo adest capitaneus iustitiæ, & super uno delicto tantùm proceditur.*

58 *Remissio habet locum etiam in eadem ciuitate, quando proceditur super diuersis delictis ut à prætore ad capitaneum.*

59 *Locus qui attendatur, quando delictum principium habuit in uno & finem in alio.*

60 *Delictum commissum in confinibus, cognoscitur per iudices utriusque territorij*

61 *Reus si neget in tali loco commisisse delictũ, an sit iudex, qui contra eum procedit;*

62 *Locus delicti quando attendatur, & quando non, in pluribus quæstionibus.*

63 *Locus delicti tantum attenditur, & non originis uel domicilij, ut in eo delinquens possit puniri quando in loco non esset delictũ, si ibi commissum esset, ut contra bannitum, & contra hostem.*

64 *Delinquens in territorio ciuitatis fœderatæ loco originis contra hostem domini talis loci, non potest puniri ad requisitionem ciuitatis fœderatæ.*

65 *Assassinus qui pecunia occidit uel occidi fecit Christianum, non potest puniri, nisi ubi sortitur forum uel ratione delicti, uel domicilii, uel originis.*

66 *Assassinus non potest puniri à iudice competenti, nisi constet de delicto, saltem probabilibus argumentis.*

67 *Assassinus potest ubique puniri, postquàm constiterit de delicto, & declaratum fuerit per iudicem competentem constare.*

68 *Assassinus subsistentibus probabilibus argumentis, in contumaciam bannitus, etiam banno Pontificio, uel Cæsareo, non statutorum, non potest impunè offendi extra territorium Pontificis, uel Cæsaris.*

69 *Territorium alienum præstat saluum conductum.*

70 *Vagabundus delinquens potest ubique conueniri.*

71 *Iudex, cuius iurisdictio fuerit prorogata: potest punire delinquentem, licet aliàs non posset.*

72 *Conuersans in aliquo loco sæpius non potest propterea ibi conueniri, nisi decennalis fuerit conuersatio.*

73 *Forum ratione originis quis sortitur.*

74 *Forum ratione domicilii quis sortitur;*

75 *Forum communis patriæ, Roma,*

76 *Princeps trahens ad se aliquam causam, nunquam potest dici iudex incompetens, sicut nec Senatus.*

77 *Princeps dicitur habere omnes dignitates.*

78 *Senatus Mediolani ex ordinibus suis non potest de omnibus causis cognoscere.*

79 *Iudex unius fori competentis præueniens in procedendo alium, facit illum silere, siue præueniens sit maior, siue minor, siue eiusdem dominij, siue alterius.*

80 *Iudex præueniens alium fraudulenter, non impedit processum alterius præuenti, sed uterque ualet.*

81 *Iudex præueniens alium iudicem, ita demũ impedit illum, si obijciatur de præuentione, aliàs utriusque processus, & sententia ualet.*

82 *Præuentio non potest allegari ab inquisito in loco, ubi inquisitus est contumax.*

83 *Condemnatus in duobus locis potest cogi ad solutionem utriusque pœnæ, nisi quando condemnatus in secundo loco, iam soluisset pœnam sententiæ primæ.*

84 *Solutio primæ pœnæ quando non impedit exactionem secundæ.*

85 *Gratia à Principe concessa pro delicto in suo territorio commisso, non liberat delinquentem à pœna in alio territorio imponenda.*

86 *Excutio sentẽtiæ à iudice unius fori latæ potest peti à iudice alterius fori, siue sint eiusdem dominii, siue non, & quomodo.*

87 *Executor requisitus in causa ciuili tenetur exequi absque alia cognitione, si non potest in illa causa cognoscere, secus in criminali.*

88 *Executor requisitus debet citare partem, contra quam petitur executio, & cognoscere summatim circa merita, & monere iudicem petentem executionem.*

89 *Executor requisitus debet cognoscere circa nullitatis exceptionem, & se informare de his, quæ conueniunt executori.*

90 *Executor secularis pôt cognoscere ex integro de delicto, quod pertinet etiam ad cognitionem suam.*

61 *Executor quibus casibus cognoscat, & quid si deneget executionem,*

92 *Delegatus an possit implorare brachium alterius iudicis pro executione suæ sentẽtiæ.*

93 *Executor requisitus si non uult exequi, uel iudex*

172 *Princeps non recognoscens superiorem nõ est iudex in feudo in causa inter ipsum, & uasallum non subditum, sed pares curiæ, si non sint suspecti.*
173 *Imperator & quilibet feudatarius iudex est inter semetipsum, & uasallum subditum, ubi nõ principaliter agitur de feudo sed in cõsequẽtiã, ut quia de rebellione tractetur.*
174 *Princeps recognoscens superiorem est iudex in causa etiam feudali inter ipsum, & subditum suum, stantè consuetudine uel decreto Mediolani.*
175 *Principes contendẽtes de iurisdictione alicuius ciuitatis uel castri, ambo simul cognoscunt, hoc est, constituunt suos iudices cognitores nisi ratione delicti in dicto loco commissi procederent, quia tunc separatim cognoscerent.*
176 *Sententia lata ab uno Principe super iurisdictione unius loci, an preiudicet alteri scienti, & non appellanti.*
177 *Pares curiæ sunt iudices in materia feudi, & quando ordinarius cognoscat de qualitate feudi.*
178 *Sententia à non competenti iudice lata est nulla, & nũquam transit in iudicatum, etiã si essent tres conformes, nisi prorogata esset iurisdictio.*
179 *Iurisdictio prorogata non dicitur, ẽt quòd formata inquisitione reus confessus sit delictum absquè alia contradictione.*
180 *Iurisdictio non prorogatur, etiam quod detur bannum alicui in contumaciam*
181 *Iudex competens potest procedere in criminalibus, etiam quõd prorogata sit iurisdictio iudicis competentis.*
182 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis uel domicilii pro delicto exta territorium suum commisso?*

1 
N primis est sciendum, in genere, quòd † ad cognoscendum an iudex sit competens uel incõpetens, quinque sunt cõsideranda: primò persona, ut in iudice ordinario, an sit iudex rei, uel causæ: & in delegato, an delegans habuerit facultatem delegandi, l. 2. C. si à non compet. iud. fuer. iud. & in l. 1. C. qui pro sua iur. Secundò causa, ut si ad unam causam est delegatus, non cognoscit de alia. l. si de possessione. C. si à non cõp. iud. fue. iudi. nisi incidẽter. l. quoties. C. de iudic. Tertio considerari debet res: quia in una re delegatus, ut in fundo, non potest in fructibus iudicare: de quo tamen in l. 2. §. fi. ubi Bar. Bal. & Ang. ff. de iudi. Quartò considerari debet tempus: quia elapso suo tẽpore, nõ potest ultrà iudicare. l. eum. §. iudicare. ff. de iur. om. iu. ubi uide Doct. Quintò & ultimò dẽt cõsiderari locus, iuxta l. fi. ff. de iu. om. iud. quãdo extra territorium iudicat, & iuxta l. pe. ff. de iust. & iure. quando extra locum maiorum posset tamen ex causa in qualibet parte sui territorii iudicare. l. si locus. & ibi glos. & Doctores. ff. de iudic. & hæc per Angel. Aret. in §. si quis in aliquo Institut. de exceptionibus. Sed magis condescendendo ad speciem, præsertim in materia
2 nostra criminali, & fiscali, dico † quòd iudex habens merum & mixtum imperium in aliquo loco, potest cognoscere de omni delicto inter subditos suos, nisi in genere illo causarum, in quo aliquis specialiter est electus iudex, ut in ciuitate hac Mediolani in materia monetarum, in crimine læsæ maiestatis, in causis pertinentibus ad restituẽdum exules occasione fœderis initi inter ducẽ nostrum, & Cæsarẽ. & alios: & hoc, quando ex forma concessionis iudex ordinarius est priuatus iurisdictione in illo genere. Cæterùm si non est priuatus, talis iurisdictio dicitur alteri data, addendo eam superiori, & sic uterq; erit iudex, tex. est in. l. fi. in uers. ita tamẽ. C. de iuris. om. in d. l. 1. C. de of. prę f. urb. & ibi Bar. ad literam. & alibi sæpe, est cõmunis opi. secũdum Aret. in l. quod in rerum. §. si quis post. col. 3. de leg. 1. Dec. in c. cùm M. de cõstit. in ult. col. & per eundẽ in consil. 3. col. 1. & seq. & ibi uide Videndæ igitur sunt cõcessiones: quia si priuant ordinarios, non possunt per eos tractari, aliter possunt, & ideò locus erit præuentioni: nec est in facultate rei dicere, Volo, ut me conuenias magis sub illo. l. 3. §. 1. ff. de eo, quod cer. loco nisi tamen plures iudices essent dati fauore eius. Auth. habita. C. ne fil. pro pa. &
3 per Doct. ubi suprà; & Ias. in. d. §. 1. Sed † an miles habeat priuilegiũ, ut pro delicto suo possit dicere, Nolo conueniri, nisi sub magis. milit? Et dic habere i crim. militari.

bus,ut quando uendit arma: non in communibus,ut furto, homicidio, & similib. ita gl.sic declarans tex.illum in l.magisteriæ.C.de iur.om.iud, in qua materia uide omnino Salic.ibi latius distinguentem, & in effectu concludentem, q in delicto militari,& alio non magno, sed mediocri, ut quando infert uim sine armis, cognitio & coerctio est magistri militum:in alio uerò communi & non magno facit regulam, q cognitio & coerctio spectat iudici ordinario. Et hoc sine dubio, quando extra locũ militiæ committitur. Cæterum si in eo loco,& locus ille non sit subiectus ordinario, cognoscit ipse: cuius exemplũ potest
4 poni † in castro portæ Iouis. Et ita seruatur, quòd ratione delictorum commissorum ibi a militibus, cognoscit præfectus arcis, & alius non se intromittit: sed in aliis extra castrum commissis cognoscit prætor, uel capitaneus iustitiæ, nisi esset crimen militare. Et ideò ego uidi litteras Regis Ludouici impressas, in quibus expresse prohibebantur cognitiones causarum præfectis arcium:& uide ad prædicta
5 totum tit.C.de offi.præf mil. Et † quid in familia prætoris, an ipse prætor cognoscat, quando ex ea delinquunt aliqui, uel contra eos delinquitur? Dic eum cognoscere, quando in officio fit delictum: secus si extra officium, nisi crimen esset notorium:ut per Bart.in l.si quis.§.si quos.ff.de pœnis.& in l.Senatus.col.2.ff.de offi. præsid.& per Aret.in glo. hæc est quædam inquisitio.col.ult,& ibi ad eum,& per Ias.in l.qui iurisdictioni.maximè in 8. fall. ff. de iur.om.iud. Et ubi cognoscit,& punit, non
6 potest appellari, † quia contra suum non præsumitur quòd ferat iniquam sententiam.l.nulli.C.quor.appell. nõ recip.Aret. ubi suprà, & per Homod. in tracta. synd.
7 char.15.col.ulti.ubi uide. Et † licet,ut dixi,quando quis est prætor in aliquo loco, habeat fundatam intentionem quo ad omnes causas: quod argumentum ita facit Ancha.in consil. 163. incip. de uiribus & efficacia. & facit text. in l. 1. §. cùm urbẽ. ff.de offic.præf.urb.c.cùm episcopus.de offic.ordin.in 6.& quod notat Bartol. in l. si quãdo.C.de bonis uacant. lib. decimo.
8 Tamen † nos Mediolani habemus decretum, quòd appellamus decretum de maiore magistratu, quo cauetur, ut feudatarii, & eorum officiales, & alii Prætores terrarum separatarum electi per ipsas terras nullam habeant iurisdictionem in ciues & incolas ciuitatum, & aliarum terrarum huius dominii, nec in eorum massarios, fictabiles, & colonos, etiam quòd in terris feudatariorum commorentur, nisi ratione contractus ibi sortiantur forum: & hoc, tametsi ex officio procedere uellent:& imponit decretum pœnam contra facienti ducatorum mille, & priuationis priuilegiorum suorum:& ideò si massarius ciuis, uel ipse ciuis, qui habitarent in terra infeudata, committerent delictum, nõ posset ipse feudatarius, nec eius officialis cognoscere de tali delicto: & loquitur decretum tam in causa ciuili, quam criminali: & uult, ut iudex talium sit ille, qui est iudex in ea ciuitate, à qua locus infeuda-
9 tus separatus est. Et † ideò si infeudaretur aliqua ciuitas huius dominii, quæ semper fuit caput, & nunquam habuit separationem,ut aliquãdo contigit in ciuitate Terdonæ, quæ fuit infeudata ab illustrissimo duce Maximiliano tẽpore, quo erat Dux prouinciæ Mediolanensis, Illustrissimo Duci Francisco fratri suo posteà Duci nostro,non essemus in casu decreti: quia esset casus omissus,qui relinqueretur in terminis iuris,uulgata.l. commodissimè.ff.de lib.& posth. Et hoc fundamentum superioribus diebus fiebat pro terra Biandratæ contra ciuitatem Nouariæ, quæ dicebat, quòd ea terra Biandratæ erat sub decreto maioris magistratus:& cùm bene nõ ostẽderetur separatio de ea terra Biandratæ à ciuitate Nouariæ, imò allegaretur, quòd terra Biandratæ erat ciuitas, & quòd nunquam dependit ab alia terra: uidebatur iudicandum ut non esset in casu decreti: attamen aliter fuit conclusum magis ex mente decreti, & quia eadem ratio subesset, quàm aliter, iuxta illam glos. uulgatam in l.unica. C. de rapt. uirgin. & in l. tale pactum.§.fi.ff.de pactis. Ista tamen quæstio fuit sublata per nouas constitutiones contra feudatarios quo ad terram Biandratæ, & alia oppida existentia in comitatu, uel agro ciuitatis,non quo ad ciuitates, quæ
10 essent infeudatæ,uel infeudarentur,† quia in istis hoc decretum non militat, quo ad

ciues,

ciues, & incolas ciuitatum; alioquin concessio esset inutilis. Et dixi supra, non sine ratione, quòd iudex est ille, qui habitat in ciuitate, à qua est facta separatio: quia, si ciuis & patronus massarii habitaret in alia ciuitate, non esset iudex Prætor eius ciuitatis, sed illius, ut dixi, à qua est facta separatio. De quo aliquando uidi in Senatu dubitari. Sed conclusum est, ut suprà dixi, & ita obseruatur, & uult ipsum

11 decretum. Nec ob hoc, quòd † Decretum excipiat, quando ratione contractus ciuis, uel massarius sortitur forum, infertur ut idem sit, quando ratione delicti, iuxta cap. licet. de foro competen. & cap. Romana. §. contrahentes. de foro competen. in 6. Quia imò infertur contrarium per regulam. l. nam quod liquidè. ff. de penu. lega. & ita sine aliqua dubitatione seruatur. Quod etiam fuit clarius expressum in nouis Constitutionibus, obseruatur etiam, quicquid uelit decretum in ge-

12 nere loquendo, quòd † in causis onerum usque ad certam summam cognoscit Prætor feudatarii: quia uidetur nimis durum, ut in talibus casibus, qui in dies occurrunt, & pro re minima eatur ad ciuitatem. Et hoc etiam fuit expressum in nouis ordinibus. Sic etiam iudex secularis cognoscit contra ecclesiasticam personam occasione tributorum, secundum glo. in cap. princeps. 23. quæstio. 5. in cap. conuenior. eadem causa & distinctione. Sed

13 † quid si nobilis uel rusticus non ciuis, nec incola ciuitatis, sed alterius oppidi, agat contra feudatarium, uel eius subditum, an debebit agere coram officiali feudatarii? Dic non debere, ita per dictum decretum in uersicu. uolentes, quòd ubicunque. Disponit enim, quòd iudex competens sit Prætor ciuitatis, uel loci principalis, à quibus locus infeudatus separatus est. Quod generaliter intelligendo, esset absurdum nimis: quia hoc modo, Si ego Mediolanensis essem feudatarius in agro Nouariensi: posset quilibet Nouariensis me Mediolanensem conuenire in ciuitate Nouariæ, contra regulam, Quòd actor sequitur forum rei, iuribus uulgaribus: unde est intelligendum decretum, quando ageretur ex causis prouenientibus ex ipso feudo, putà, quia ex causa onerum, quæ soluerentur feudatario uti domino terræ infeudatæ, uel si confiscatis bonis per feudatarium, creditor damnati ageret contra feudatarium ad liquidationem crediti sui: Et idem econtrà, quando ipse feudatarius ageret, ut feudatarius, quia non esset iudex ille, qui aliàs competens iudex esset, sed Prætor Nouariæ: loquitur enim decretum generaliter de causis inter eos. Et hæc interpretatio etiam coniici potest, ex præcedentibus uerbis decreti, continuando eandem materiam. Et ita superioribus diebus duo magni doctores intelligebant, quorum alter est Senator sedens, alter errans per præturas. Et hæc declaratio conuenit quo ad feudatarium: sed quo ad subditum generaliter est dicendum, quòd maior magistratus est iudex, ubi inter eum, & alium non suæ iurisdictionis est quæstio, etiam forte quòd esset non subditus dominio Ducis: loquitur enim decretum generaliter, & ideò uidetur generaliter debere intelligi, iuribus uulgaribus.

14 Conclusio est igitur, quòd † ciuis, & massarius, & quilibet subditus iurisdictioni Principis non debet trahi coram officiali feudatarii, nisi ratione contractus. Item est conclusio, quòd hoc idem est in forense extra dominium: quia, & si in uersicu. sancimus. dum didicit, quòd tales non possunt trahi, loquatur de subditis illustrissimi Principis, tamen in uersicu. uolentes. uidetur, ut dixi, loqui generaliter: Sic etiã procœmium decreti, quod est fundatum super iniustitia, quam patiebantur uicini feudatariorum, & alii: & uerum est, quòd ita seruabatur: Attamen à certis diebus citrà, Senatus non uult hunc casum forensis extra dominium comprehendi in casu decreti: quia decretum non uidetur editũ ad fauores nõ subditorum dominio: Nam de his, quæ foris sunt, nihil ad nos. cap. gaudemus. extrà, de diuor. Item lecto Decreto in Senatu ad hunc finem, fuit uox omnium, quòd loqueretur de subditis Principis: unde super supplicatione hominum Bulgari subditorum nostræ familiæ Bossiorum, qui petebant non debere trahi à Versellensibus sub Prætore Nouariæ: Vigore huius decreti fuit rescriptum secundum eorum petitionem, addito tamen per mo-

dum prouisionis: & ita, si omnino non subditus Dominio, uelit conuenire subditum feudatarii, debebit eum conuenire coram Prætore feudatarii. Et hæc opinio ostenditur esse uera ex declaratione Biancę Mariæ facta ad decretum hoc, ex qua patet, quod uoluit fauere subditis suis, & non alienis. Et ita teneo, quia Princeps minus præsumitur derogare uoluisse iuri feudatariorum, quàm fieri possit. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. & notatur in l. 1. ff. de manda. princip. & hoc quoque dilucidatū est in ordinibus nouis ad fauorem feudatariorum, & in ciuilibus, & in criminali-

15 bus. Sed† quid si subditus unius feudatarii dominii nostri uelit subditum alterius feudatarii conuenire, an debeat corā eius Prætore conuenire? Videtur debere ex eadem determinatione, quia dicitur, Talis actor non subditus dominio. hæc quæstio indigeret alia declaratione Senatus, & esset determinandum, quod maior magistratus esset iudex, quia non dicitur, Talis omnino nō subditus primo domino. & ideò potest committere crimen rebellionis cōtra eū, iuxta clementi. pastoralis. de re iudic. & quæ dicam infrà sub rubr. de crimine læsæ maiestatis. Et quod etiā dicatur subditus quo ad multa, apparet in consi. 2. Curt. Iun. & hodie dum cōtigisset casus inter incolam loci Solerii, & alium Cornienti locorum infeudatorum, Senatus sensit maiorem magistratum esse iudicem: tamen uoluit, quod eū remittere & Prætori Cornienti, attento quòd agebatur de damno dato per quasdā bestias, ut quidem minimo: sicut etiam obseruatur in causis onerum, ut suprà dixi. In alio casu posteà, qui euenit inter subditum D. Hieronymi Ritii & Todeschinos Papiēses, Senatus idem uoluit, idem sentiendo. Posteà uerò insurgentibus omnibus feudatariis & conquerentibus de hoc, & aliis, Senatus stabiliuit in causis in futurum occurrentibus, quòd tales causæ remitterentur ad Prætores feudatariorum: & ita seruatur. Adde, quòd expòst, dum circa compilationem Decretorum de hoc iterum esset dubitatum in Senatu, & dicerent multi Senatores hanc obseruantiam esse in causis ciuilibus, quando subditus feudatarii, conuenit subditum alterius feudatarii; sed non recordari de hac obseruantia in criminalibus, quando subditus unius delinquit in terra alterius, eisque uideretur, quòd maior magistratus iudex esset, tum ex dispositione Decreti, de maiore magistratu, tū ex ui alterius Decreti Ducis Io. Galeaz disponentis, ut confiscatio sit Ducis, quando delictum committitur extra iurisdictionem feudatarii facta illatione, quod eodem modo dicendum esset circa cognitionem causæ: tandem Senatus ordinauit, quod ex quo in his casibus cognitio fieri non potest, si iure loqui uolumus, nisi per iudices feudatariorum, & maximè, si delictum committeretur extra dominium, pariter etiam confiscatio sit ipsorum feudatariorum, & consequenter quòd neque simus in casu decreti de maiore magistratu, nec procedat Decretum Io. Galeaz. Inueni posteà, quòd quo ad cognitionem, Decretum et Ducis Io. Galeaz hoc clarè præsupponit, scilicet, quòd possit cognoscere iudex feudatarii: & ita in ordinibus nouis fuit stabilitum. Est uerum sine du-

16 bio, quòd † ubi quæstio esset inter duos forenses alterius dominii, putà, quia alter offendisset alterum in terra feudatarii, quod tunc omnino cessaret Decretum, tam in uersi. sancimus, quàm in uersi. uolentes. Sed quando saltem unus esset ex dominio, militaret Decretum etiam ratione delicti, sicut in ciue: quia etiam illa uerba, Nisi ratione contractus, posita quo ad ciuem, quæ habent interpretationem exclusiuā, quo ad alios forenses, secundum practicā, etiam sunt repetita in d. uersic. uolentes. & nunc habeo hunc casum in facto. Et prædicta uult decretum, etiam si ageretur pro bonis sitis in iurisdictione feudatariorum, ut ibi latius in eo. Et pondera, quod decretū uult, ut non possint trahi ciues, incolæ, & eorum massarii, ut suprà ergo si uellēt, clarè præsupponit, quòd iudex esset officialis feudatarii, iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. 1. C. de agri. & censi. lib 11. & non solùm innuitur hoc, imo clarè deciditur circa fi. & ita obseruatur. In criminali tamen, si

17 †illum adirēt, & iurisdictionem eius prorogarēt, non desineret maior magistratus procedere uia inquisitionis, Aret. in c. si diligenti. col. 2. de foro compet. & in c. quod clericis. col. 2. eod. tit. nisi dicas hoc non esse uerum: quia ille iudex feudatarii, eius iudex

iudex est,ex permissione decreti. Et decisio procedit,quādo prorogatur iurisdictio iudicis non sui,& quia dixi, ꝙ etiam ex officio iudex feudatarii non potest punire ciuem,incolam,massarium,& ut supra, Quæ
18 ro,an† saltem suum subditum possit puni re,quando deliquit contra ciuem, uel nobilem,uel aliū alterius iurisdictionis? Dic non posse,parte instante: quia, ut dixi,non potest esse iudex inter eum, & alium ciuē: &,ut suprà,uel alterius iurisdictionis, sed ex officio,parte non instante potest, quia decretum hoc non negat: unde standum est concessioni sibi factæ.c. porro. de priuil. Sed si pars instaret corā maiore magistratu, tunc cessaret iudicium feudatarii: quia uerū est dicere, ꝙ sumus in casu decreti:& pro qua opinione facit text. in l.si plures.& ibi Bar.in fi.ff. de accus. Nā cùm decretum,ut dixi,non loquatur, succedit, ꝙ feudatarius iure cōmuni habet intētionē fundatam, uidelicet, ꝙ nullus ordinarius, nec etiam supremus princeps potest eum impedire in exercitio iurisdictionis sibi commissæ:And.Iser.in procem. consti. Regni.Bal.in l.1.q.43.ff.de rer.diuis. & D. Iacob.de sancto Georgio in tract. feud.in uerbo, uicarius. & consequenter nec magistratus ciuitatis, de qua facta fuit separatio,quia ualuit separatio: Bald.in c 1.de nat.feud.& ideo amisit in dicto loco omne ius superioris.Alex.consi.1. uol. 5. Et si ille,ad quē spectat,sit subiectus, & non instet,sed instet inferior in gradu, qui sit subiectus maiori magistratui,Dic idē:quia eo ad quem spectat non instante ius prosequēdi spectat alteri inferiori. glos. & Sali. in l. uxor.C.qui accus.non pos.Est tamen difficile sustinere hanc opin. in practica ex mala interpretatione habentiū in hoc auctoritatem.Pone,ꝙ occidatur sacerdos à subdito feudatarii,si habitabat sacerdos in ter
19 ra feudatarii, † res est clara, ꝙ cognitio eius est, & si feudatarius est ordinarius in spiritualibus, ut est episcopus Papiæ, qui habet dominium temporale iure feudi in plerisq; locis, non solùm ratione personæ delinquentis sibi subiectæ,habet cognitionem,sed etiā ratione sacrilegii. iuxta not. in c.cùm sit generale.de foro compet. Sed si habitabat in ciuitate, si uolumus dicere secūdum uulgares, ꝙ sumus in casu decreti,quando offenditur ciuis,uel incola nemini dubiū est, ꝙ sumus etiam hoc casu. quia esto,ꝙ non esset ciuis,est tamē incola, sed si etiam dicamus, ꝙ hoc nihil ad rē faciat, sed tantum sit considerandū, an ex officio, uel parte instante procedatur, ut dictum est,& tunc si parte instante,quæ inhabitet ciuitem,procedit decretum, nisi præuētioni locus esset,ubi feudatarius,ut dixi, esset ordinarius in spiritualibus. iuxta l. si quis posteà.ff. de iud. & c. proposuisti. de foro compe. Aduertendo tamen an in utroq; loco esset contumax inquisitos,iuxta ea, quæ dicam in materia præuentionis, infra hoc
20 eod.tit.Pone† etiam,ꝙ plures ex subditis feudatarii delinquant, inter quos etiā sit unus comprehensus in d.decreto, An ratione comprehensi feudatarius prohibeatur cognoscere? seruatur eum prohiberi per ea quæ dicit Fel.in c.1. de præscr. & Ias.in l.imperium.ff.de iurisd. omn. iud. quando multi inter quos est clericus cōmittūt delictum qđ iudex est ecclesiasticus ratione maioris dignitatis.Cōclusum tamen est in Senatu in cōpilatione Decretorū firmādū esse,quod licet ita seruari debeat, nihilominus cōfiscatio bonorū subiectorum feudatario,sit ipsius feudatarii.Nā seruabatur ꝙ confiscatio erat eius cuius erat cognitio contra tamen decretum ducis Io. Galeaz ut suprà proximè dixi, quod deinde stabilitum.Adde tamen quod obseruantia procedit in casu sicuti dixi, quādo ille qui habet priuilegiū trahendi alios esset subiectus maiori magistratui. Cæterùm si esset aliquis inter subiectos feudatarii, qui esset subiectus decreto,puta sacerdos, de quo maior magistratus cognoscere nō potest.c.si diligenti.de foro compe.cum uulga.eo casu non læderetur iurisdictio feudatarii.sic stabiliuit Senatus anno 1541. 23. Februarii,super supplicatione lecta per d:
21 Crasū.Et si emergeret† difficultas, an talis eēt ciuis,uel incola,uel massarius,& ut suprà ad finē prædictū,quia feudatarius negaret has qualitates,affirmāte illas prætore ciuitatis,cognitor huius articuli eēt maior magistratus,sic est interpretādū dictū decretū,sic etiam tempore regis Frācisci sancitū est in Senatu,& bene, non ex regula ꝙ iudex debeat cognoscere,an sua sit iurisdictio,iuxta l.ex quacunque.ff.si quis in

ius uoca. non ier. quia hoc modo etiam iudex feudatarii posset cognoscere: sed quia ubi duo sub eodem Principe iudices concurrunt, & contendunt circa iurisdictionem, maior corũ iudex est. ita Innoc. & D. Anto. in d.c. cæterùm. col. 4. de iudic. Felin. in c. pastoralis. col. 2. uersic. limitatur. de rescript. & in c. super literis. de rescript. char. 3. uersic. tertio facit. & ita absolutè seruatur. Et dum dixi, quòd massarii ciuium non possunt trahi &c. intellige

22 de his massariis, † qui maiorem partem terrarum códuxerunt à ciuibus, ut uoluit Alexand. consi. 108. in 4. parte, & de hoc extat Decretum, & in nouis ordinibus stabilitum fuit, an decretum dum loquitur

23 de colonis, etiam comprehendat † inquilinum, qui solùm domum habet ciuis conductam in ea uilla, Credo non comprehendere, quia iste non est propriè colonus, secundum Alex. & alios in l. iure pignoris. ff. de acquiren. possess. & maximè hoc uerũ est, quia decretum se declarat, dicendo super possessionibus ciuium commorantibus: & ideò si quis haberet domum ciuis solum conductam in uilla non diceretur eius colonus, quamuis illam haberet ratione possessionis, quæ esset ipsius coloni, & licet hoc casu diceretur colonus, ut per Alexand. ubi suprà, tamen non diceretur colonus ciuis, & sic nõ esset in casu decreti, atque ita fuit ordinatum, ut suprà. Aduerte etiam, quòd decretum dum loquitur de fictabilibus & colonis ciuium: intelligit de his qui commorantur in domibus ipsorum ciuium, & ideò secus esset, si in propriis domibus habitarent, & eorum subconductores prædia colerent, atque ita sancitum fuit in Senatu ad fauorem filii D. Vicecomitis. intellige etiam decretum, ut procedat non solùm in colonis, & fictabilibus, sed etiam in famulis, & in his quos uulgò factores appellamus ciuium, & incolentium, ut suprà: si tamen cum eis habitent, & eodem pane, uinoq; uescantur: secus est autem in negotiorum gestoribus subditis feudatario, & negotia gerentibus in eo loco in quo anteà etiam habitabant. aliàs facilè esset eludere iurisdictionem feudatarii. Postremò scias, quòd decretum loquitur de colonis, & fictabilibus aliorum ciuium non autem ipsorum feudatariorum, & ita Senatus ordinauit in quadam causa Cremonensi, referente summi iudicii, maximæq; integritatis uiro D. Petro Paulo Arrigono Senatore meritissimo.

24 Et dum loquitur † de ciue, an etiam comprehendatur ciuis fictè, uidetur non comprehendi, uerba propriè intelligi debent. l. mercis appellatione. cum similib. ff. de uerbor. signific. unde aliud est esse ciuem &c. ut per Bart. in l. si maritus. §. 1. ff. de adulter. est materia tradita in l. si is, qui pro emptore. ff. de usucap. per Bartol. & Doct. in l. si adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius uocan. per Alexan. & alios in l. Ruffinus. C. de testamen. mili. Concludendo uidetur, quòd res pendeat à forma ciuilitatis, quia ubi sit simpliciter factus ciuis, imò etiam quando in omnibus, & quo ad omnia esset factus ciuis, uel etiam quo ad quædam, in quibus comprehenderetur, quòd esset ciuis quo ad forum, eo casu esset cõprehensus, aliter non. ita elicio ex doctoribus relatis ubi suprà, & ita uidi obseruari tempore Gallorum in Senatu, & uidi priuilegia, in quibus quis efficitur de foro & iurisdictione ciuitatis expressè, de quibus etiam facit mentionem Dec. consil. 283. col. 6. uersic. 3. & ibi quòd ciuis simpliciter dicitur de foro illius ciuitatis, allegat Marian. qui non ita indistinctè dicit, sed quando est receptus in ciuitate ad munera subeunda ad quæ Alex. consil. 157. col. 3. uolum. 2. & eod. uolum. consi. 102. circa 4. col. consil. 55. col. 5. Paul. de Cast. consi. 307. uolum. 2. Bart. in l. 1. ff. ad municip. & Alexand. in rubr. ff. solut. matr. colum 3. in his locis dicitur ciuem, eo ipso quod est receptus, teneri ad onera, etiam si ignoraret illa, & se esse subditum, & quis propriè dicatur ciuis & municeps, & uide etiam Felin. in c. quoniam. de offic. ordin. ubi etiam quod in dubio quis præsumitur ciuis.

25 Videtur tamen considerandum, † quòd si dicta ciuilitas fuit concessa post ius feudatario acquisitum, non debeat derogare iuribus ipsius feudatarii, per regulam l. nec auus. C. de emancip. libe. præsertim cùm habeamus decretum disponens, quòd Princeps non intelligatur derogare iuri tertii, nisi expressè adsit clausula non obstante iure tertii acquisito, de quo decreto facit mentionem Alexand. consi. 37. uolu. 1. col. 2.

col.2.uerſ.& ita etiam.ubi ſentit, quod non ſufficeret clauſula æquipollens, & hanc conſiderationem, an ciuilitas ſit impetrata ante uel poſt, habuit Paul.de Caſt. in d.§.patronum. Solutio tamen patet, quia poſtquàm effectus eſt ciuis, natura ciuilitatis eſt, ut non conueniatur niſi à prætore ſuæ ciuitatis, ſicut dicimus in laico facto clerico, quia ex natura rei pręiudicatur iuriſdictioni ordinariæ. iuxta notata in l. 1. ff. de pœnis.& per Iaſ.poſt Alexā.in d.l. ſi Ruffinus.in prima limitatione. Remouet enim Princeps obſtaculum, iuxta ea, quæ ponit Curtius Iunior in conſi.1.per tracta.feud. col.10.uerſic. 4. ſic etiam licet talis ciuilitas non diminuat, nec præiudicet, ſed tantum augeat per regulam.l. quod fauore. C.de legibus. tamen diminuit in his quæ de ſui natura ueniunt, ut quod poſteà factus ciuis ad uectigalia teneatur, & collectas, nō autem diminuit, ut tollatur priuilegium, quod ſibi uti forenſi competebat, ut ſi erat ordo, quod tantùm forenſis poſſet eligi ad Præturam, & iſta eſt diſtinctio per quam tollūtur difficultates, ut per Alexan.in d. leg. ſi Ruffinas. & ſic etiam patet reſponſio ad dictam regulām.l.nec auus. Non quieſcit tamen animus propter inconueniens quod ſequeretur, quia hoc modo omnes, ut ſe ſubtraherent à iuriſdictione feudatarii facerent ſe creari ciues, uel à ciuitate ſua, quæ nemini hoc negaret, ut maximè tales ad onera ſecum tenerentur, uel à Principe, qui etiam in hoc, ut eos, traheret ſub ditione ſua eſſet facillimus, Senatus noſter in hac difficultate adhibet temperamentum, ut ſi talis uadit habitatum in ciuitatem uult, ut ſit comprehenſus, aliter non tanquā in fraudem factum, & ita fecit ad ſupplicationem Tollentinorum dominorum Querquenti agri Alexandrini, aliquibus illius loci ciuibus creatis à ciuitate Alexandriæ, & qui tamen non iuerant habitatum Alexandriam. Adde quòd ſi quis eſſet factus ciuis poſt ſtatutum ceſſaret difficultas per not. à Bald. in l. ſi. ff. de ſenator.& alibi ſæpe, & ad declarationem

26 decreti † quis dicatur ciuis, & quis incola. uide tex.in l.ciues. C. de incol. lib. 10. ubi textus dicit, quòd origo facit ciuem, & domicilium facit incolam, unde ſi uis uidere, quis dicatur habere domicilium, uide Alex. in l. lex Cornelia.§. ſi tamen in fundum.ff.de iniur.Abb.in c. ſi. de paroch. Fel.in c.dilectus.2.col.3.& ſeq. de reſcrip. nec ex ſola habitatione, ut aliqui uulgares dicunt, quis præſumitur habere domiciliū niſi cùm diuturnitate decem annorum, ut per Doctores ubi ſuprà, & quis dicatur ciuis uide ultra Doctores ubi ſuprà, Felin. in c.quoniā.col.1.de offic.ordin.& Soccin. conſilio 129.col. 2. & ſequen. & per Alex. in 2.uolu.conſi.155.colum.3. & eodem uolum.conſil.176.colum.2.& 5.uolum. conſilio.16.colum.4.& Areti.conſi.77.colum. 1. & quia text. in d. l. ciues uult, ut origo

27 † faciat quem ciuem, intelige de origine propria, uel paterna.l. aſſumptio.§. filius. & ibi not.ff.ad municip.alioquin ſi attendere deberemus originem antiquorū, oporteret nos quærere agrum Damaſcenum, ubi natus fuit Adam, ut ibi in gloſſ. & per Alexand.conſil.16.col.3.uolum.5. Et hoc quod origo patris, tranſeat in filium, ita

28 † ut ſit ciuis ciuitatis patris procedit in ciuilitate, quæ origine acquiritur, non in ciuilitate domicilii: quia illa patris non tranſit in filium.d.l.aſſumptio.§.1.& l.libertus.§.patres.ff.ad municip.& Alexan. in d. conſil.col.4.uerſicu.talis propriè. Ciuili-

29 tas † autem propriè eſt illa quæ acquiritur origine ſecundum gloſſ.in l.1.in ſi.ff.de tutor.& curator.datis ab his.Bal. in Auth. & omnino.C.ne uxor pro marito.uerſi.ſed hic dubitatur.& Aretin.conſi.77.col.1. li-

30 cet etiam † domicilium inducat ciuilitatem quo ad hoc, ut talis poſſit ibi conueniri, ſic intelligitur gloſ. in cap. ſtatutum.§. cùm uerò. in uerſicu. eiuſdem ciuitatis.de reſcript.in 6.& per Alexan.in d. conſi.col. 4.loquor in eo qui ſimpliciter dicitur habere domicilium, in eo uerò qui habita-

31 uit † longa habitatione, & ſic decennio, an dicatur ciuis uerè, uide Socci.in con. 129. col.2.& 4.& Caccialup. in l.cunctos populos.char. 20.col.2.C. de ſum. Trini. & fide catholi.ubi omnino. Et Soccin. conſil.288. col.5.uerſicu.nam cùm ſumus. Et ne erres ſcias, quòd non ſolùm origo in ciuitate fa-

32 cit quem ciuem, † ſed etiam in comitatu, quia adhuc dicitur ciuis. Bart. in l.1.colu. 2.ff.ad municip. quod ideò ſecundum hoc feudatarius nullam haberet iuriſdictionem in uilla ſua, ſed dic quod decretum clarè loqui-

tur de ciuibus ciuitatum, non autem de ciuibus comitatensibus, alioquin in feudario nihil daret, & & tamen dat iurisdictionem in homines terræ infeudatæ. uerùm decretum subtrahit à feudatario iurisdictionem in ciues, & incolas ciuitatum, etiam ꝙ dicti ciues habitarent in ipsis uillis, & comitatiui ciues dicuntur ciues, sed comitatiui non ciuitatis. Bart. in d. l. 1. & Maria Socci.
33 consi. 288. col. 5. Auertendum † tamen est, ut tantum sint ciues ciuitatis qui habeant æstimum in ciuitate, ut declarat aliud decretum, licet habitent foris, ut in eo de-
34 creto. Et ideò † ciues forenses qui æstimum habent, ubi habitant, quos uulgo appellamus ciues forenses, non essent cõprehensi in decreto de maiore Magistratu, quod in practica non posset sustineri, & repugnat nouis ordinibus, nec non & iuri, quia ciuis propriè est ille, qui etiam non sustinet onera ad differentiam municipis, ut declarat Alexan. in rubr. ff. sol. matrimo. col. 3. licet tamen onera sint ex natura ciuilitatis, & ciuilitati anexa. Bald. in l. ꝙ fauore. C. de legib. in 2. oppositio. in fin. Maria. Socci. in consil. 288. col. 5. uersic. confirmatur, quia comitatiui. Et ideò ciuis factus in consequentiam tenetur ad onera etiam incognita. Alexan. consil. 103. cap. 4. col. in 2. uolu. & consil. 155. col. 5. & 2. uolu. consil. 157. colum. 3. uide tamen quæ dicam infrà titu. de Principe. ad fin. Et quia dixi suprà ꝙ ciuilitas origine transit in filium. Adde quod idem est in ciuilitate quæ fit electione, idest, per ciuitatem, uel Principem, si tamen filius consentiat ciuilitati: uel ratificet. Dec. consil. 661. col. 2. Fit tamen ratificatio per non contradictionem, Paul. de Cast. in l. 1. C. de patri. qui fil. distraxe. & ciuilitas origine quæsita, non potest mutari pacto, uel renuntiatione. l. assumptio. in princ. ff. ad municip. tamen priuilegio potest mutari. Bart. ibi, & alibi, ut per Marian. Soccin. consil. 288. colum. 4. & 5. mutatur etiam quando mulier nubit uiro alterius originis & propriè, ut per Plat. in l. origine. C. de mu. & incol. lib. 10. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisdict. omn.
35 iud. Et qui dicantur † nobiles forenses, uide in allegato decreto, ubi dicit, quòd hi sunt qui habent æstimum in comitatu.
36 Et † quia decretum loquitur de ciue, quæro quid de nobili non ciue, sed incola uillæ feudatarii, & dic quòd de iure non est comprehensus: tamẽ ex stylo nobiles sunt in possessione decreti, & non solùm propriè nobiles, sed etiam illi qui in ea uilla appellantur nobiles, & faciunt corpus separatum à communi, soluendo onera inter ipsos nobiles, dato quòd faciant opera rusticana, loquor quòd sunt in possessione decreti, non autem quòd sint in casu decreti, & ita superioribus diebus, me referente, iudicauit Senatus, in causa quę uertebatur in D. Seroni, & fiscum Cæsareum absque prẹiudicio partium in petitorio. Et dicebat Senatus, dato, quòd sint facti pauperes, & exercentes opera rusticana, ex quo tamen separatim ab aliis soluunt onera, & appellantur nobiles, debent haberi nobiles, ex qua ratione sequitur, quod si soluunt com communi, quod & si ipsi se faciant nobiles, & uideantur tales, tamen re uera non sunt, sed rustici sicut alii, licet propter aliquod peculiolum acquisitum uideantur nobiles, & sic non debent esse comprehensi in decreto, sicut econtrà in casu præcedenti deciso, & hanc mentem habet Senatus, & seruatum fuit contra subditum meum Vallis Bodiæ. & res fuit dilucidata in nouis ordinibus. Et quia dixi quòd etiam ciuilitas acquisita post priuilegium concessum feudatario, nocet feudatario, Dic idem in incola, si
37 † originarius terræ infeudatæ recederet, & ueniret habitatũ in ciuitate, hoc enim generaliter loquendo de incola ciuitatis dicit decretum, & ita seruatur. Nec obstat quòd Dominus potest uẽdicare suum subditum. Et quòd suus homo non potest recedere inuito Domino, iuxta ea, quæ dicit Iacob. de Sancto Georgio. in tract. de roydis siue operis. char. 8. col. 1. quia loquitur in eo qui promisit homagium. nos in subdito simpliciter, & qui iurasset fidelitatem, quia intelligitur quandiu erit subditus suus, sed aliud esset si obligaret hominem ꝙ semper esset suus homo. Alioquin sequeretur ꝙ ciuis non posset conducere massariũ in ea terra, & si conduceret, quòd non esset in casu decreti, de maiore magistratu, ꝙ esset absurdum. Præterea uidemus quotidie subiectos Ducis ire habitatum in terram feudatarii, & econtrà: igitur hæc di-

sputatio

ſputatio eſt inanis, & ita ſemper habitum fuit pro abſoluto, & in Senatu pridie ita fuit ſancitum cõtra D. Hieronymum Carbonarium ciuem Terdonẽſem pro ſuo originario terræ Carbonariæ, qui fecerat ſe incolam ciuitatis Terdonę, & quòd ſubditus unius pro ſuo libito poſſit ſe facere ſubditum alterius ponit Abb. in c. propoſuiſti. col. 1. de foro compet. Pone, quòd ſit quæſtio inter feudatarium, & ſuum ſubditum, an ipſemet feudatarius † uel eius officialis ſit iudex? uidetur non eſſe, nõ quia decretum hoc diſponat, ſed per regulam l. unicæ C. ne quis in cauſ. propr. & l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ponit Bald. in l. unica. C. ſi quis prę d. poteſt. Quinimò decretum uidetur uelle contrarium, dum uult in d. uerſic. uolentes, ꝙ ubi eſt controuerſia inter ipſum feudatarium, & alios non ſuppoſitos ſibi, ꝙ ipſe iudex eſſe non poſſit inferendo aliter quando cum ſubditis ſuis eſt controuerſia. Pro qua illatione facit, quia non recognoſcens ſuperiorem reſpectu non ſubditorum ſuorum non eſt iudex, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. & Abb. in c. nouit. de iudic. Doct. in l. qui iuriſdictioni. & in l. & eſt receptum. ff. de iurid. omn. iudic. Sed reſpectu ſuorum ſubditorum iudex poteſt eſſe. l. & hoc liberius. & ibi Bart. ff. de hęred. inſtit. traditur in c. per uenerabilem. qui fil. ſint legiti. & in l. proxime. ff. de his, quę in teſt. del. Concludendo arbitror, quod hoc pendeat ex inſpectione priuilegiorum feudatarii, an adſint talia uerba per quæ princeps tranſtulerit hanc poteſtatem. Et ideò dicimus ꝙ uaſallus qui habet regalia & iura imperii, eſt iudex etiam in caſu rebellionis contra eum commiſſæ, ut notabiliter conſuluit Alex. in conſil. 13. col. 2. uolu. 6. allegat Guhiel. de Cuneo in l. cùm debitoris. C. de iudic. & alia, & idem Corne. uolum. 4 in con. 96. & de conſuetudine hoc faciunt feudatarii noſtri, quę conſuetudo ualet, ut quis ſit iudex in cauſa propria. c. 1 in fin. de pœnis. in 6. Eſt uerum quòd ubi ſubditus uideret ſe opprimi, poſſet recurrere ad ſuperiorẽ, qui prouidere deberet. c. tranſmiſſa. de foro comperen. & cap. ex tenore eod. tit. cap. ad apoſtolicæ. de re iudic. in 6. facit text. in c. irrefragabili. de offi. ord. & ca. cęterum. de iudic. & in c. 1, in fin. in tit. de milite & uaſallo qui cont. eſt. & dicam in materia rebellionis latius. eſt etiam uerùm ꝙ abſolutè Senatus noſter ſi ſubditus nolit à domina trahi coram ſuo iudice, prouidet & non patitur ꝙ in cauſa propria ius dicat. Conſuetudo igitur feudatariorum habet locum, quando nemo cõqueritur. Eſt etiam cautum in nouis ordinibus, quòd feudatarius non poſſit ius dicere in cauſa propria, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et ſi

39 princeps noſter † uellet præſupponere, ꝙ feudatarius incidiſſet in pœnam priuationis feudi, de qua ſuprà, an ipſe eſſet iudex Dic, quòd de iure communi non eſſet, ut notabiliter per Bal. in c. 1. an apud iud. uel cur. dom. Feli. in c. cæterum. in 8. fall. de iudic. quia pares curiæ eſſent iudices, uel ordinarius ipſis ſuſpectis ut per Docto. ubi ſuprà, ſed in dominio noſtro deciditur hæc quæſtio per ſenatum, ex erectione Senatus, & etiam ex conſuetudine. unde Bal. in c. 1 §. prætereà. ſi de feud. fuer. de prohib. feud. alien. per Feder. col. 2. in princip. dixit id, quòd proximè dixi, ſubdendo niſi fortè iuri communi per ſpeciale priuilegium, uel conſuetudinem eſſe derogatum. Sequitur Curt. in tract. feud. in ulti. parte. & Dec. poſt alios in ca. cęterum. de iudic. col. 6. in fin. & Iacob. de ſancto Georgio in gloſ. & dicti uaſalli pro dictis rebus. col. 2. in princ. ibi. & hoc dictum ſæpius allegaui dicens hanc eandem conſuetudinem eſſe in conſilio Taurinenſi. & ideò ſi euenerit caſus, non ſolùm ex conſuetudine poſſet dux noſter ſe defendere contra Cæſarem & pares curiæ, ſed etiã ex priuilegio, quia ex forma priuilegii omnia iura imperii ſunt tranſlata in eum. ſicq́ue etiam ꝙ poſſit in cauſa propria cognoſcere etiam in rebus feudalibus, prout poteſt ipſe Cęſar, ut dicam infrà, in ult. quæſt. in hac materia iuriſdictionis. Aduerte tamen, quia Bal. in d.

40 c. prętereà. dicit, niſi per † ſpeciale priuilegium: ſentiens ꝙ per generale non ueniant talia, & hoc priuilegium ligaret etiam nõ ſubditum duci, qui eſſet ſubditus Cæſari, ſi priuilegium ab eo Cæſare cõfectum eſſet, ſed circunſcripto priuilegio ubi innitamur authoritati conſuetudinis in dominio, uel decreti, forenſis non comprehenderetur per nota. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trini. & fide cathol. qui haberet iudices

partes curiæ, & non eum, quia si in non recognoscentem, quo ad non subditum sunt iudices ipsi, & non dominus, ut per Abba. in c.nouit. super glos. in uerbo, iudicare. & Felin. ibidem, multò magis dicendum uidetur in recognoscente. Quæro circa hoc decretum, an si litigatur coram maiore ma
51 gistratu† contra subditum feudatario, qui opponat, ꝙ non est subditus maiori magistratui, sed feudatario, & tandem feratur sententia contra eum, an talis sententia præiudicet ipsi feudatario quo ad subiectionem sui hominis? & dic nullum afferre præiudicium in petitorio, nec in possessorio etiam ꝙ principaliter super subiectione ageretur, nisi ipse feudatarius esset sciens, & pateretur exequi sentétiam, quia tunc præiudicaret in possessorio. ita Abb. in c. cùm super. de re iudi. iuxta illum text. & latè Alex. in l. sæpe. ff. de re. iudic. col. 29. & ibi etiam quærit Alexan. quid quando li
42 tigatur respectu subiectionis † inter duos dominos, an fiat præiudicium subdito pro quo litigatur per sententiam secutam. Sed quid in his qui habet priuilegia, non à Ducibus, sed Imperatoribus, & qui aliter nó accipiunt confirmationes dictorum priuilegiorum, ut Vicecomites, An tales sint subiecti decreto prædicto, uidentur esse libe
43 ri ab eo, quia decretum † uidetur loqui, quando ipse Princeps concessit, ut apparet in uers. sancimus. dum loquitur de communitate arguendo, quòd idem uoluit repetere in uersic. siue persona singularis. & expressius hoc in proœmio apparet ibi, per nos, siue illustrissimos olim progenitores nostros concessis, iuxta nota. in l. fin. ff. de hæred. instit. & in cap. quoniam. de probat. Vbi autem princeps esset in quasi possessione exercendi dictum decretum, illi esset standum, donec res esset decisa, iuxta nota. in cap. querelam. de elect. De iure superioris non est dubitandum quin sit in principe etiam respectu locorum donatorum per Imperatores, quia in Imperatore erat, secundum Ang. in l. 1. §. mandata. ff. de offic. eius. & posteà ex inuestituris fuit translata in Duces, sed an sint in casu huius decreti, hæc est difficultas. Et per nouas constitutiones hic casus factus est
44 clarus, ut sint comprehensi, sed an † feudatarius contra suum incolam habeat fundatam intentionem, Dic habere & ita seruari, & ideò nisi ostendat ꝙ sit ciuis, uel ut supra, coram eo prętore feudatarii rectè & impune proceditur. Est uerum, quòd si talis declinans iurisdictionem, recurrit ad Senatum, cómittitur articulus maiori magistratui. Et ita fuit in Senatu ordinatum inter Gatticum, & Maiinos, contra quod dum ego opposuissem, ꝙ eo ipso ꝙ incola feudatarii declinat iurisdictionem coram prætore feudatarii, articulus debet committi maiori magistratui. Fuit mihi responsum per Senatum, ꝙ si ita fieret, actum esset de iurisdictione feudatariorũ & bene. Non omitto etiam ꝙ cessante dicto decre-
44 to † feudatarius cognosceret de omnibus causis, prout etiam suprà ponderaui. uersic. quæro an saltem, nó autem dominus suus, uerùm cognosceret de primis tantum, non de secundis, de quibus secundis cognoscit dominus secundum Bald. in l. 2. q. 14. ff. de rer. diuis. Io. Fab. in §. fi. Instit. de Attil. tut. & per Curt. Iun. in consil. 2. in 1. & 2. col. & dicam infrà in tit. de principe. Et uide de secundis causis, & sic de causis appellationum quòd non cognoscat feudatarius. Et an & quando princeps possit præiudicare iurisdictioni feudatariorum, quæ dicam infrà, in tit. de principe. uersi. princeps cognoscit. Et non solùm prætor ciuitatis, uel oppidi habet iurisdictionem in subdi-
46 tos suos, sed etiam † in forenses quando in territorio suo delinquunt l. 1. C. ubi de criagi opor. & in c. fi. de foro compet. cum similib. Non ꝙ propterea efficiantur subditi, sed de foro illius loci, ut per Alexan. in l. cùm quędam puella. col. 3. ff. de iuris. omn. iud. atque hoc, ut illius fori sint procedit, quo ad omnem effectum, & distringendi personas, & bona, si in loco delicti reperitur delinquens. & eodem modo si non reperitur facta citatione per literas subsidiales si iudex ubi scribitur paret, sin minus procedit tantum iudex delicti, quo ad effectum bonorum, sicut etiam procedere potest ad effectũ bonorum tantũ præuia citatione facta per ipsum. ita tandé Marian. in c. postulasti. char. 2. col. pen. extrà, de foro compet. uer. quæro quo ad secundum uerũ de modo citandi in hoc casu dicã infrà in materia citationis sub rubr. de citationibus. Intelligo tamen, ut procedat quòd de

foro dictum est, si ibi repetitur delinqués, nisi ageretur ratione turbatæ possessionis propter uim iuxta l.unicam.C.ubi de possess. agi opor. quia aliter ille tex. nobis nihil prodesset propter l.fi. ubi in rem act.sequentem.& l.ad primam quæ præcedenté. C.ubi de crimi.agi opor.de quo tamen uide quę dicam infrà in materia citationis, ad quę te reiicio.uerùm in hac ciuitate, & toto dominio semper per edicta tales ci-
47 tantur à iudicibus prætendentibus † nescire ubi sint, & hoc quo ad omnē effectū, quæ practica etiam habetur ex ordine decretorum, & non solùm potest requiri iudex, ut citet, sed etiam, ut remittat reum. tex. est in d.§.si quis non comprę hésorum, & licet multi multa dicant circa istā remissionem in delictis, ut per Maria.in d.c. postulasti uersi.quo ad tertium. & Felin. post alios in d.c.fi.de foro compet. Tamen hæc
48 est conclusio, ꝙ potest † iudex loci delicti requirere iudicem domicilii, uel originis, ut capiat eum, ad hoc, ut eum sibi remittat per dictū tex. & multos alios allegatos per Marian.ubi suprà, & ita Bar. in l. 1. C. ubi de crim. agi opor.& in l.si cui.§.fi. ff.de accu.& cogitur iudex, cui scribitur, hoc facere:& ubi nolit superior cogit, ita Doct. cómuniter, & non solùm hæc remissio debet fieri à principio, quando iudex delicti præoccupando petit, sed & post latam sententiam, ut fiat executio per iudicem loci delicti.ita Alex.in l.à diuo Pio §.sententiā. col.4.uersi.& sic erit conclusio.ff.de re iudic. ibi tamen concludit, ꝙ si præuenisset iudex loci domicilii, ꝙ tunc non impediretur quin posset expedire processum, & deuenire ad sentētiam, uerum executionem faceret iudex delicti per hanc remissioné.
49 Vltimo † circa hoc mirandum decretum de maiore magistratu nota, ꝙ princeps potuit illud condere per eum moderando iurisdictionem suorum feudatariorum uia legis generalis.ita Brun.in consil.2.colu.10. uersicu. considerari. & uersi.seq.& consil. 11.col.8.& facient quæ dicam infrà, in tit. de principe.in uersi.princeps, an possit uia legis generalis. Potest enim princeps in re concessa etiam per contractum uia legis seruitutem imponere. Bald. in leg. fin. ff.de senat.& per Deci. in capi.quæ in ecclesiarum.de constitut. char.3. Sed succe-
50 dit non inutilis dubitatio, an iudex † cui scribitur possit dicere, Volo cognoscere an is uerè reus sit, & tunc remittam aliter non. breuiter Bart. in l.fin.§.1.ff.de publi. tenet eum esse mœrum executoré, & propterea simpliciter teneri remittere. Bart. uerò in l.1.C. ubi de crimi. agi opor. dicit idem, sed quod tamen debet cognoscere, an fuerit contumax coram iudice delicti. allegat §. si quis uerò compræhensorum. qui hoc non dicit. Areti.in d.c. fin. de foro competen.tenet sequendo Bald.in d.l.1.C. ubi de crimi.agi opor. ꝙ debet summariè cognoscere de delicto, quia ubi non præcederet suspicio criminis, saltem non deberet eum capere, & remittere, & ita potes intelligere Bar.in d.l.1.quia si fuit contumax quo ad iudicem delicti, satis orta est suspicio ipsius delicti contra eum, & ita intelligo Angel.in l.1. C. ubi caus. sta. & gloss. in clemen. pastoralis. de re iudic. & Felin.in d.cap.fi.concludentem ꝙ requisitus absque cognitione non debet sequi appetitus iniustos requirentium, & ita etiam latè tenet Maria.ubi suprà. col.ante penult.uersi.quid autem debeat facere iudex remittens. Quæ conclusio est notoria, quando inter principes fiunt conuentiones, ut delinquentes remittantur ad locum delicti ab uno dominio ad aliud, quia
51 † si iudex unius principis sit requisitus debet summariè cognoscere &c. & ubi nihil sinistri sibi appareat contra requisitum nō debet remittere, & ita latè tenuit Cœpol. in consilio 58. col. 5. & seq.ubi latè de remissione in delictis. Non tamen credas,
52 quòd à quolibet iudice possit peti † remissio, sed tantum ab eo qui habet iurisdictionem in eum reum, ut est iudex domicilii, secus si nullam haberet. Pone enim quòd delinquens in hac ciuitate, qui esset huius ciuitatis fugeret Mantuam certè à iudice illius loci non posset peti remissio, quia ille iudex non posset eum capere. ita Aret.& Feli.in cap.fi.& Maria.in.d.c.postulasti.uers.nota tamen ex opinione Calder. & est cómunis, quicquid teneat Calder.cuius dictum sustineri tamen posset, si intelligamus de diuersis iurisdictionibus, quarū omnium unus,& idem princeps esset, aliàs delictum remaneret impunitum. Si enim
53 Mediolanensis † qui Mediolani delique-

rit fugiat Papiam certè ibi esset capiẽdus ad literas subsidiales prætoris Mediolani, & remittendus.& ita intelligo d. §. si quis non compræhensorum. Et ubi nollet prætor hoc facere iudex petens posset hoc in effectu impetrare ex authoritate principis,uel Senatus. Et adeò hæc opinio uidetur uera, ut etiam consuetudo in cõtrariũ non ualeret,quia esset irrationabilis cõtra c.fi.de consuet. loquor in hoc ultimo casu quando sub eodem principe. In quo casu sentio,ꝙ de iure fieri debeat remissio,quia si aliter sentiremus ineptum esset dicere, ꝙ consuetudo nõ ualeret.ita cõcludit Soc. in d.c.postulasti.uer.ult.& Cœpol.con.59. col.3.& loquũtur omnino in hoc casu,non autem in diuersis dominiis, quia de iure non fit remissio,nisi in eo loco in quo quis potest castigari, & consequenter ineptum est tractare utrum ualeat consuetudo,ut dixi,& clarius etiam declarat Cępol.in d.cõ. col.3.& se.Tamẽ Soccin.& Cępol. loquuntur iuxta opin.Calder.Quod etiam à loco in quo iudex non habet iurisdictionem in delinquentem fiat remissio, ut eo in casu non ualeat consuetudo in contrarium. cõmunis tamen contra se habet, quod imò ex tali loco etiam sub eodem principe nõ fiat remissio, quia Aret.Felin.& alii communiter hoc tenent in d.c.fi.& in d. c. postulasti. si tamen, ut dixi, ex authoritate superioris Conclusio igitur est hæc,de iure loquendo ꝙ à loco, siue diuersi dominii,siue non,in quo iudex in delinquentem non habet iurisdictionem non sit remissio secundum communem,quicquid uelit Calder.qui uult quòd imò fiat si simus in eodem dominio, adeò quòd consuetudo in contrarium nihil ualeat, sed à loco ubi habet iurisdictionem,quia si iudex domicilii,
54 uel aliter fit ipsa † remissio, sed de consuetudine non seruatur.Dicunt tamẽ Doct.ꝙ seruatur hæc consuetudo in eodem dominio,ut per Feli.in d.c.fi.uersi. dicunt tamẽ. Et si uis scire an & quando inducta dicatur
55 † consuetudo, ut non fiat remissio, uide Maria.ubi suprà,in d.c. postulasti. uersicu. & aduerte. qui dicit, ꝙ si sæpius fuit petita & denegata, inducitur consuetudo,aliter per non usum non inducitur,ut ubi notatur per eum. Aduerte tamen quia nõ ua-
56 let † consuetudo, ut à loco domicilii, uel ab alio, ubi iudex in illũ habet iurisdictionem.nõ fiat remissio,nisi in eo loco postea procedatur, & fiat iustitia. ita D. Roch Curt.in c.fi.de consuetu.col. 15. ubi uide. Item aduerte, quia in eodem dominio nõ
57 uidetur necessaria † remissio, etiam à loco ubi iudex non habet iurisdictioné,quia omnes principes habent capitaneum iustitiæ, qui in omni loco dominii habet iuris-
58 dictioné.Et † hęc procedunt quando quis unicum delictum commisit,quod si diuersa ab eo patrata fuerint, & unus iudex puta, prætor Mediolani super uno procedat, & capitaneus super alio, tunc finito per unũ processu,fit remissio ad alium, ut ipse etiã finiat suum, & ita quotidie seruatur, & de hoc est tex.in l.si cui.§.fi.ff. de accus. & ibi Bart.in uers. ulti.dicens ꝙ capitaneus potest facere, ut reus detentus apud prætoré pro alio delicto sibi remitatur. Et tunc ipse prætor expedito suo processu reum remittet ad capitaneum. Sic igitur absoluta materia remissionis in delictis perseuerando in materia fori, ratione delicti occurrũt plures dubitationes.Res clarissima est quando delictum cõmissum est in uno loco,& hoc in dubium non refricatur,sed pone quod habuit principium in uno loco,&
59 finem in alio loco, † quis eorum attendatur, exemplum quis mãdauit in loco,ut fieret res mandata in alio territorio,uel mandatur in loco,& sequitur in alio, demũ ratificatur in alio: uel quis existẽs in uno territorio dicit conuitiũ uni qui est in alio territorio uel fur furatur hic, & ré furtiuã aliò defert. De qua materia discutiẽdo singula exẽpla nũc enarrata ponit Mari. in d.c.propósuisti.de fo. cõpe.ad quẽ te reiicio,ne in uanũ cõteras tẽpus,cui adde Ang.i glo.existẽs Florẽtiæ,& ibi in apostí.Pone ẽt, ꝙ est
60 dubiũ in quo loco † delictũ cõmissum fuerit,putà,quia cõmissum in confinibus,quis cognoscet unùsne an alter uide Maria.ubi suprà,uersi.circa 7.quęst. ubi multa dicit. Tandẽ quod cõmuniter seruatur, ut uterq; procedat,ne faciãt sibi præiudicium in ter-
61 ritorio,ut ẽt dixi suprà. Eodem modo † si reus negat cõmisisse in tali loco in quo iudex contra eum procedit ratione delicti, an erit iudex ille de hac qualitate,uide ibi Maria.uers.circa 12.quæst. & duabus seq.
62 In † eo loco etiam ponit pleraſque alias quæ-

quæstiones, maximè utrũ laicus delinquẽs in ecclesia possit ab ecclesiastico puniri. Et an monachus extra monasteriũ delinquẽs possit ab ordinario puniri an uerò solus abbas puniat. Et quid in clerico dicẽte falsum corã laico, an ab eo possit puniri, & similiter si testis forẽsis dixerit testimoniũ coram non suo iudice. Et quid quãdo post delictum quis mutauit statum, putà, qui factus est clericus, uel religiosus, an atendatur forũ acquisitũ, an præcedens, est locus plenus. Et quid si ego Mediolanensis occido Florentiæ bannitum Florẽtinum, an ibi potero puniri. Dic, non posse, quia delictũ in eo loco erat impunitum, & an Mediolani? Dic idem, quia uerum est dicere ꝙ nullũ delictum cõmissum est, Ita Nel. in tract.
63 bãnit. 2. parte. 2. temporis. q. 56. Dic † tamen, ꝙ si Mediolani occiderem bannitum Florentinum ibi possem puniri, quia ibi nõ erat bãnitus. Et si ego Mediolanensis Florentiæ occido bannitum Mediolanensem, an potero Mediolani puniri. Dic ibi, non posse, secus aũt Florẽtiæ. ita Nel. in ea parte. quæst. 57. & bene. & ita Ias. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. col. pen. uers. 16. & Marian. in c. qualiter. *el secondo.* in 5. artic. principali. in 11. q. extrà, de accusat. ac ẽt in c. proposuisti. uersi. circa 25. quæst. Et ita eodem modo hostis ducis Mediolani posset deprędari à Mediolanẽse extra territorium, nec propterea posset puniri Mediolani, licet posset puniri extra territoriũ, quia ibi delictum cõmisit. Est text. in l. 3. §. fin. ff. de sicar. per quem sic intelligo alia iura quæ simpliciter dicunt, ꝙ capta ab hostibus licite capta sunt, ut l. naturalem. §. fi. & l. trãsfugas. ff. de acqui. rer. domi. & l. 2. C. de cõmer. & merca. ut intelligantur etiam ꝙ extra territorium res capiantur: loquendo tamen quo ad punitionẽ in territorio, in quo non fuisset delictum. Et ideò Soc. quamuis in l. 1. in prin. col. 2. ff. de acquir. poss. in terminis latè concludat, ꝙ talis hosti auferẽs extra territoriũ teneatur ad restitutionẽ, & ꝙ delinquat, tamen ita debet intelligi, scilicet, quo ad territorium in quo aufert. Est uerum ꝙ fortè stante statuto permittẽte bãnitum offendi, non consequeretur ille præmium sicut ẽt uoluit Nel. in 2. parte secundi temporis. quęst. 29. sed, ut ut dixi,
64 euitaret pœnam. Et † quid quando ciuitas, uel eius territorium, in qua, uel quo fit talis deprędatio esset fœderata, an ad eius ciuitatis requisitionem deprædans esset puniendus? Bald. dicit eum puniri debere. in l. executorem. col. 8. C. de exec. rei iud. Credo contrarium, in casu nostro, quando Mediolanensis contra hostem ducis fecisset impetum in alio territorio, quia quo ad ciuitatem Mediolani nullum est delictum, & cum tractetur de eo conueniendo in ea, attenditur ille locus, non locus delicti. secundum Nel. in dicta quæst. 57. & alios eũ sequentes, ubi suprà. Et ita, prout suprà dixi, hodie Senatus omnino exploratum habuit, nisi tamen obstare reperirentur capi-
65 tula fœderum. Quæro † etiam ultra Maria. quid in assassino qui propter pecunias occidit Christianum, uel occidi faciat, iuxta cap. 1. de homic. in 6. An poterit puniri non solùm in loco delicti, sed etiam in quolibet alio loco, & uidetur posse per dictum c. ubi ponuntur uerba in hoc casu, per quę etiam à quolibet priuato posset impune offendi ubique locorum. & ita declarat Angel. consi. 14 Nos Carolus. sed tamen aliter est dicendum, nisi ratione domicilii, uel delicti, uel aliter, iuxta dictum tex. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Non obstat text. in d. c. 1. quia nõ habet locũ ille tex. antequã constet de assasinamento, ut ibi habetur, imò etiam uolunt: quòd requiratur declaratoria iuxta cap. cùm secundum. de hęret. in 6. ita consuluit notabiliter Alex. in consil. 166. colum. 7. ubi uide. & ideò per prædicta malè allegabat excellens Doctor D. Bernardinus Bustus nostri uenerandi collegii Mediolani. tex. in l. fi. C. quan. lic. unicuique si. iud. uind. ad quod publici latrones ubique poterãt puniri, dicendo illum tex. probare, ꝙ etiam extra omne forum, ubique poterant puniri, quia intelligo illũ tex. secundum prædicta. Adde ad id quod dixi, ꝙ de assasinamento debet constare apud iudicem, cui alia subest, quòd hoc decidunt omnes in d. ca. 1. de homicid. in 6. uide imprimis ibi Gemin. §. fin. colum. 4. uersi. pœnes quem debet constare, deinde deinde uide alios, & ita expressè inuenies.
66 Secundò † adde, ꝙ propter periculum iudex, cui pertinet cognitio, potest super cognitione huiusmodi nefandi sceleris examinare testes lite non contest. & parte non

citata.sic Gemin. ubi supra, & alii dicentes quòd propter hoc tex. ibi contêtus est probabilibus argumētis in probatione huius delicti, uolunt tamen, ꝙ omni alio respectu testes debeāt esse inhabiles, cōside rando tamen qualitatē personę suspectę, & ideò si solū adesset mandatarius qui deponeret contra mandantē non diceretur constare de assassinamēto, ut ēt consuluit Ale.
67 ubi supra, col. fi. Tertiò adde, † ꝙ postquā constat de assassinamento, & super eo esset declaratū saltem hoc modo declaro probatū esse delictū, ut uolunt cōmuniter Doct. in d.c.1.tunc ēt extra forum, & in qualibet orbis parte potest impunè offendi, loquor de iure non secundū malas consuetudines, & opiniones aliquorū principum, quibus uideretur ꝙ maximū eorū dedecus esset, nisi in dominio suo ēt tales redderentur securi, sic intelligitur hęc materia, sed hic esset attingenda quęstio utrum quādo quis
68 uti † Assassinus ex aliquibus indiciis, quæ aliàs per se non præstarent argumēta probabilia, iuxta d.c. esset bānitus, iuxta morē nostrum, qui ferè ubiq; uiget, & secūdum statuta, ꝙ contumax habeatur pro cōfesso & conuicto, an in alio loco nō subiecto posset occidi, & puniri. Est pulchra quęstio in pręsentia occurrit hęc consideratio ꝙ ubi inîtamur bāno, & diffidationi Pōtif. de qua in d.c.1. quæ fit ipsō iure cōstito de delicto, & delinquēte ēt ex probabilibus argumentis, & secuta declaratoria, ꝙ probatum est assassinamentū, ut habetur per Doct. in d. c.1. ubi est uidēdum. Eo in casu per totam Christianam rempub. iste potest impunè offendi tanquā per totum suū imperium, quia ipse est uicarius Christi, cuius est terra clé.1.de iudic. Bar. in extrauag. ad repri men. qui sint rebelles. in uerbo, per edictū. col.2. & per not. in c.nouit. de iudi. Sic ēt si esset bānitus bāno Imperiali à Cæsare, uel ab eo diffidatus, quia per totū imperiū suū posset impunè offendi, ut per Bal. in l.1.C. de hęredib. instit. & Ang. con.14. ubi est uidendum. sic intelligitur §. transfugas. dum dicit, ubicūque. sed ubi innitamur bāno facto secundum statutū ciuitatis, tunc sumus extra hos terminos. Et eo casu recurrēdū est ad dicta Bal. in d.l.1. col.2. C. de hæred. insti. & Doct. in l.fi.ff. de iurisd. om. iud. Aduertendum tamē est, ꝙ & si essemus extra
69 territorium † Pontificis, si ita dici posset, uel Imperatoris, tamē quo ad loca Imperatoris, & Pōtificis ostendēs securus esset, nō in locis alienis, quia aliena territoria præstant saluū conductum & securitatē, arg. l. præsenti. & l. denūciamus. C. de his, qui ad eccle. confug. Ita Ange. in quæstio. incip. renouata guerra. & Soccin. in l.1. in princ. in 2. colu. ff. de acq. poss. & Bald. in l.1. C. de sum. Trini. col.7. uers. sed hic quæritur, & ita intelligitur §. transfugas. in uerb. ubicunque. ut dixi, & dicam ēt infrà in titu. de homicid. circa materiam d.c.1 Quid in uagabundo, an ubique possit conueniri & puniri? Dic posse. d.l.1. secūdum glo. & Doct.
70 ibi. Et † dicitur uagabundus, quando per mundum uagatur, secūdum Alex. in d. con. 166. col.2. uol.2. & dicit Marian. quòd hæc est cōmunis conclusio in c.fi. quod incipit, licet. de foro compet. in uers. 1. igitur quęro ubi latè in ea quæst. & sequen. de uagabundo. & Cæpol. in consi. 59. col. pen. & fi. Quid in iudice cuius iurisdictio proroga-
71 tur, † an ille possit punire, licet aliàs non esset iudex? Dic posse. d.l.1. & ibi not. in l. 2. ff. de iudic. Alex. in d. consi. 156. & latissimè per infinitas quęstiones per Marian. in c. significasti. de foro compet. & uide infra, in fi. huius materiæ iurisdictionis. Quid
72 † in iudice loci, ubi multùm conuersatur delinquens, an ex hac conuersatione poterit ibi puniri? uidetur etiā posse. l.fi. & ibi Bar. not. C. ubi de crimi. agi opor. Cōmuniter tamen tenetur, ꝙ talis conuersatio debuit continuasse per decem annos, ut per Alex. ubi supra, Are. in c. quod clericus. de foro compet. & Alexan. in 6. uol. consi. 216. Angel. consi. 27. quicquid teneat Maria. in c. licet. de foro cōpet. in uers. 1. per assiduā conuersationem. ubi omnino uide. Aliud
73 † forum habes ratione originis. l. incola. ff. ad municip. si tamen ibi inueniatur, ita Bartol. in leg. assumptio. §.1. colum.2. ff. ad municip. Abb. in c.1. ad fi. de foro compet. Paul. de Cast. in l.fi. C. ubi in rem actio. Et est communis opi. secundum Alex. in l. cū quædam puella. col.2. ff. de iurisd. omn. iudic. & Deci. in c.1. de iudic. char. 8. uers. 3. prædicta conclusio. col. fi. licet Marian. in rubr. extra, de foro cōpet. faciat differētiā inter originem suam. & paternam in 72. foro. ubi uide, Credo tamen, quòd deuiet a com-

74 à communi. Et † de foro ratione domicilii, uide Marian. in c.licet. de foro com-
75 pet. ubi etiam est text. De foro † communis patriæ, scilicet, ciuitatis Romæ: ex quo text. potes generaliter concludere, quòd
76 † quando princeps trahit ad se causam, nunquàm dicitur trahi à iudice incompetente. Et idem, si Senatus hoc faciat, qui eandem potestatem habet. l. non ambigitur. ff. de legi. Et ideò dicimus, quòd
77 † in principe sunt omnes dignitates, & ab eo descendunt, sicut riuuli à fonte, secundum Bald. in l. de quibus. ff. de legi. ipse igitur est prætor, est capitaneus, & quilibet officialis in suo dominio. Non mirum igitur, si non potest dici, quòd in eo sit incompetentia. Et ad hoc pulchrè Afflict. in §. iudices. colum. 1. de pace iur.
78 firm. ubi uide. Est uerum quòd in † Senatu nostro hoc dici non potest, quia ex ordine eius quædam causæ singulares possunt per Senatum cognosci, & non omnes, nisi quatenus delegentur ei à principe, sed si uis uidere causas omnes ex quibus quis sortitur forum in omni materia, tam ciuili, quàm criminali, uide Marian. Socci. in rubr. de foro compe. ubi enumerat 119. causas, quibus iudex dicitur com-
79 petens. Restat † ut uideamus in hac materia, quando plures iudices possunt procedere, putà, in ciuitate Mediolani prætor, & capitaneus, uel in eadem ciuitate, uterque ratione domicilii, uel alibi alius ratione delicti, siue in eodem dominio, siue in alio, an si unus præueniat, faciat silere alium, uel alios, ita ut nullus alius possit se immiscere? Dic eum facere, & quòd hoc operatur præuentio. l. si quis postea ff. de iudi. & c. proposuisti. de foro compet. ubi Maria. & Doct. & procedit dato quòd alter iudex sit minor, quia non tene-
80 tur remittere alteri maiori † processum suum, nec personam detentam. Bald. in l. Senatus. col. fi. C. de accusa. hanc regulam intellige nisi fit fraus, quia reus in loco fauorabiliore supposuisset accusatorem ad inchoandum ibi iudicium, ut per Feli. in c. cùm M. Ferrariensis. de constit. char. 3. col. 3. ubi omnino uide. Et quæ fraus fuit seruata his diebus à quibusdam nobilibus domini Mediolanensis in homicidio com-
81 misso in terris Venetorum. Item † intelligе ubi opponatur de præuentione aliàs ualet processus utriusque. ita latè Feli. ubi locus ordinarius in d. c. cùm M. Ferrariensis. in ea charta. in 3. & 4. colum. de constitut. & ideò etiam ualet sententia lata ab utroque, nisi una sit contraria alteri, ut per Deci. in d. cap. cùm M. Ferrariensis. ad fin.
82 Istam tamen præuentionem † non posset allegare inquisitus si est contumax in eo loco in quo est facta præuentio. ita Felin. ubi suprà. & in c. cùm sit. colum. 2. de appella. & in c. ex tenore de rescript. colum. 7. ubi ponit regulam secundum l. ubi ceptum. ff. de iudic. & facit fallentia, quæ habetur in l. si pluribus. ff. de legat. 1. & in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdi. omn. iudi. & hæc fuit opinio Bart. in diuersis locis, ut patet ex dictis horum doctorum quos proximè allegaui, & ideò ualebit sententia, etiam hoc casu in utroque loco lata. ita not. Bart. in l. sepulchri. uersic. circa secundum. ff. de sepul. uiola. nisi ante secundam sententiam iam soluisset condemnationem primæ. per l. euidenter. ff. de except. rei iudic. Subdit notabilius Bar. ibi,
83 in ultim. uersicu. quod si passus est † se cōdemnari in duobus locis poterit cogi soluere condemnationem in utroque loco, & ita Angel. in glos. hæc est quædam inquisitio. uersic. quæro. Aretin. & ibi August. de Arimin. & uide latè etiam Alber. in d. l. 1. C. ubi de crimine agi opor. Si ergo non soluit condemnationem primæ, quæ fuit lata per contumaciam non poterit resistere, quin in loco domicilii, iterum possit requiri & damnari, sed si soluit secus, & ita etiam Bald. in l. & si sæuerior. colum. 4. C. de his, qui notá infam. & hoc etiam quod minor pœna imposita esset in prima sententia, ut per Alber. in d. l. sepulchri. & latè Areti. consi. 58. colum. 5. uersic. uenio igitur nunc ad secundum. cum multis seq. usque ad fi. col. ubi idem dicit in absolutoria, & sequitur Nel. in tract. banni. in 1. parte. 1. temporis. q. 3. colum. 2. Hanc conclusionem quòd si satisfecit pro pri-
84 ma † condemnatione non possit damnari etiam in contumaciam. Secundo loco intellige nisi prima pœna fuisset pœna extraordinaria delicti, & non ordinaria: uel pœna spiritualis imposita à iudice ecclesiastico: uel etiam esset pœna ordina-

ria, sed minor in eo loco quàm in alio, quia in alio potest suppleri. ita Aret.consi. præalleg.& per Fel.in c.de his.in 11.limit. de accus.quod ultimum intelligo, ubi minor illa pœna esset absurda & reprobata à lege,ut quando pro homicidio esset imposita pœna pecuniaria. sic loquitur Aret.secus quando conueniret, dato ꝙ minor es-
85 set.& ita loquitur Alber.Sed † quid si esset imposita pœna ordinaria homicidii, tamen princeps remisisset? Videtur quòd sit satisfactum, ut dicimus quando fateretur recepisse pœnam pecuniariam,& ita eũ liberaret, dato quòd uerè nihil recepisset, quia satisfactum est, nisi calumniosè id fieret ad elidendam pœnam alterius territorii:sed dic quòd nihilominus potest dãnari in alio territorio: quia etsi sit satisfactũ quo ad principem illum, qui concessit gratiam,tamen nõ est satisfactum quo ad aliũ principem:quod non procedit, si esset punitus in uno loco, quia ubiq; punitus est. Pone.n.quòd in ciuitate Venetiarum quis fustigetur, nonne etiã uerè dicetur in alio territorio quòd est fustigatus? Vel pone, quòd alicui in aliquo territorio sint abscissę aures,nonne in alio territorio etiam est sine auribus? Et pro certo nimis absonum esset,quòd gratia unius principis extenderet uigorẽ suum extra territorium, iuxta l.fi.ff.de iur.om.iud.& ita Old. consi.73.Et quia auctoritas principalis in conclusione, quòd bannitus à iudice delicti potest etiã damnari à iudice domicilii, est Iacobi de Belui.uide eum relatum per Alber. in suis stat.q. 81. in 2. par. & in l.1. C. ubi de cri.
86 agi oport.Sed † an iudex domicilii possit exequi dictam sententiam iudicis delicti? Vide Bar.in l.à diuo Pio.§.sententiam Romæ.ff.de re iud.Imola in l.pe.in princ.col. 1.ff.de pub.iud.& Alex.in d §.sententiã Romæ.Et conclusio est, quòd in diuersis dominiis non possit sine requisitione alterius,in eodem dominio possit gratia publicæ uindictæ,poterit tamen, ut dictũ est, in diuerso dominio fieri alia inquisitio,& nouus processus,& ita omnes: & ideo redigẽdo rem ad practicam, dic quòd iudex domicilii,cui datur exequendum bannum alterius iudicis, si uidet quòd non meretur executionem illam,non debet condemnationem exequi, etiam requirente eo, qui sententiam protulit,ut not.in cap.1. de offic.ordin.Sed si meretur, & sumus in eodẽ dominio,potest exequi etiam sine requisitione, ut est communis in d. §.sententiam Romæ. secus si sumus in diuerso: quo in casu potest tamen iudex procurare opera offensi, ut dentur sibi litteræ subsidiales: & ubi etiam illas non ualeat habere, potest, ut dixi, iterum inquirere, & damnare: nec est necesse, quòd ad hoc faciendum iudex ipse domicilii habeat à principe suo litteras admittentes eum ad nouas defensiones: quia illa sententia non præstat aliquod impedimentum, & utcunque sit, hæc concessio impetranda esset à superiore eius, qui sententiam protulisset: nam solus in eam sententiam habet auctoritatem. quod satis constat ex dictis Bartol.in dicto §.sententiam Romæ. uersic. quæro quid si. Dixi, quando iudex requirit alium pro executione sententiæ: & feci conclusionem, quòd tenetur exequi. Sed quæro, an sine alia cognitione procedat,& sic siue bene lata sit, siue malè? In quo dic quòd Abbas disputat in c.1. de offic. ordin. quæstionem prædictam, An
87 † ille, cui scribitur pro executione sententiæ, debeat exequi alio non quæsito: & concludit debere, quando non potest cognoscere, ut quando delictum est mœrè ecclesiasticum: si tamen sciret iniustam esse sententiam, non tenetur exequi, saltem in criminali, ut per eum. Sed si potest cognoscere, uult quòd sibi fiat fides de processu, ut cognoscatur an iniustè lata fuerit: & ita quando iudex ecclesiasticus profert sententiam in re non spectante seculari,& requirit secularem:secularis non debet insistere,ut uideat processum, & intelligere si bene lata fuit.Imola uerò concludit ibi, quòd in causa ciuili executor etiam quòd possit cognoscere, debet exequi,& aliud non quærere nec audire: in criminali uerò distinguit, ut Abbas, quòd tenetur, si non potest cognoscere, aliàs non: Et ideo in causa brachii secularis transmissi nuper ab urbe ad Senatum, in quo requiritur executio trium sententiarum latarum Romæ: & in causa ciuili Senatus aliud non potest facere, quàm exe-
88 qui,† etiam quòd esset causa, in qua haberet cognitionem; secus si esset criminalis.

nalis. Est tamen uerum, quòd non denegatur Senatui illa cognitio, quæ regulariter datur executori, iuxta not. in dicta l. 1. C. de iuris & facti ignoran. & ut suprà, & ita Imola notat in dicto cap. 1. in uersiculo allegato, col. penulti. & col. antepenult. uersic. sed bene posset se informare. Et quicquid sit, saltem est citanda pars per requisitum, ut intelligat, an aliqua exceptio, quæ posset impedire, uel moderari executionem, ei competat, imò amplius Paulus de Castro consilio 327. in fine, uult ꝙ non solùm possit circa executionem, sed etiam circa merita sententiæ, & sic circa nullitatem cognoscere, & monere summum Pontificem, non autem iudicare, iuxta cap. de cæterò. de re iudic. ubi uide Felin. in col. 1. & 2. Quod uidetur deuiare à dictis Doctoribus in dicto c. 1. qui, ut suprà dictum est, concludunt in his terminis, quando iudex implorat brachium alterius. Et uide ad prædicta etiam Felin. in cap. cùm sit generale. columna 6. uersiculo, limita quintò. de foro competen. & omnino Doctores in dicta l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudic. Vnde cum citatio possit fieri saltem quo ad effectum, de quo suprà, non debuit Pontifex irasci contra Senatum nostrum eò quòd à præfato Senatu petita executione brachii secularis implorati à iudicibus ecclesiasticis, Senatus ipse iusserit citari partem, & adeò iratus fuit, quòd tanquam sibi denegata fuerit iustitia, concesserit repræsalias contra mercatores Mediolanenses: & licet facta fuerit ingens instantia, & per ipsos mercatores, & per legatum Cæsaris, & ostensum clarè Pontifici, ꝙ non denegabatur iustitia, imò fiebat iustitia: & ꝙ Senatus uolebat exequi, sed prius intelligere, ut suprà, attamen perseuerauit in repræsaliis, imò minatur uelle alias iterare pro pleniori satisfactione summæ contentæ in sententiis, de quibus in illo brachio seculari: quę res est miranda.

89 Aduerte † tamen circa prædicta ad aliqua. primò, quòd Imola in conclusione sua loquitur, quando iudex ecclesiasticus inuocat brachium seculare. Item loquitur columna fin. sicut Paul. de Castro in dicto consilio, etiam quo ad exceptionem nullitatis: & uult, quòd possit admitti: & columna penultima loquitur sicut Paulus de Castro, dum uult, quòd possit se instruere de his, quæ conueniunt executori, iuxta etiam cap. de cæterò. de re iudicata.

90 Et hoc plus addendum est, quòd † iudex secularis in delicto, quod pertinet etiam ad cognitionem suam, potest cognoscere ex integro. ita Iason post alios in l. magistratibus. columna fina. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Magis tamen considerate uidetur loqui Decius ibi, qui uult ꝙ propter præoccupationem in cognoscendo & decidendo primi iudicis, iudex cui committitur executio, non habeat aliud quærere, quàm exequi. Tamen obstat textus in §. si uerò crimen. in Auth. de sanctissimis episcop. super quo se fundant communiter Doctores relati per Iasonem ubi suprà: & si uides materiam maximè Doctor. in dicta l. magistratibus. unus est casus clarus, quando cognitio delicti est tantùm in solo ecclesiastico, quia tũc aliud non est quærendum, sed exequendũ. Alius

91 est casus clarus, quando † non plenè fuit punitus in primo iudicio, & secundus potest cognoscere: quia potest secundus ex integro cognoscere, ut per Decium in dicta l. magistratibus. in fin. & quia ex prædictis uides esse difficultatem, An quãdo imploratur brachium seculare à iudice ecclesiastico, ut secularis exequatur suam sententiam, tunc sit adhibenda aliqua causæ cognitio ante executionem? In hoc articulo tametsi satis clarus sit ex prædictis, loquendo in ciuilibus, tamen uide etiam Co. consilio. 140. colum. 1. ubi primò concludit, quòd tenetur exequi summatim officio iudicis, & sine alio ordinario processu, quod comprehendit citationem siue intimationem partis. Secundò, quòd etiam debet admittere nullitatem, quæ possit ostendi alio non probato, uel quæ non exigit altiorem indaginem. & ita in effectu Paul. de Castro in dicto consilio 327. in fine. & ut suprà. Tertiò, quòd si non exequitur, quòd possint concedi repræsaliæ, petito tamen prius, quòd fiat iustitia iu-

92 xta naturam reprę saliarum, Scias † etiam, quòd ordinarius passim potest implorare brachium alterius iudicis: sed disputatur quid in delegato. Et idem concluditur: uerùm est seruanda forma tradita

in delegatione, ad quam est aduertendum, ut notatur per Paulum de Castro consilio 41. columna tertia & sequenti. ubi uide. & Felin. latè in cap. significasti. de officio delegati & Doctores in dicta l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. & de materia uide etiã Bald. quinto uolum. consilio 156. columna secunda, ubi ponit aliqua requisita, ad hoc ut iudex, cui scribitur, teneatur exequi, uide etiam Angel. in l. dies. §. si intra. ff. de dã no infec. Et quando † iudex, qui tulit sententiam, non uult scribere, ut fiat executio, iuxta dictum. §. sententiam Romæ. ibi, si iussum fuerit, uel ille, cui scribitur, non uult parere, an possit cogi? uide Bartol. & Doctores in dicto. §. sententiam Romæ. Bald. tertio uolum. consilio 98. & per eundem eodem uolumine consilio 121. circa

94 finem. Et † scias etiam, quòd quando præsentantur aliquæ sententiæ ab urbe Roma Senatui, & earum executio petitur, Senatus considerat, an sententia sit lata ex mœra contumacia, citato lapide, & tunc non exequitur, sicut nec exequitur Romæ talem sententiam Rota, nisi quatenus illa intimata personaliter non appelletur, an uerò sit lata parte comparente: & tunc si est unica, à qua non sit appellatum, uel tres conformes, adhuc intimat illam uel illas parti, ut se instruat circa nullitatem, ut suprà, uel circa modum exequendi, ut supra, ac deinde exequitur: uel partes Senatus essent, ubi reperiret nullitatem, quæ impediret executionem, non iudicare, sed referre iudici ecclesiastico, iuxta dicta suprà, maximè per Co. in dicto consilio, quod uide, qui in hoc etiam se conformat cum prædictis. Et circa sententias criminales uide quomodo concludam infra in ultimo uersiculo in titulo de sententiis.

Et ad rem redeundo, & ad id, quod dixi,

95 quòd solutio † condemnationis, etiam quæ sit minor, quàm contineat secunda, facit quòd postea obstet res iudicata, uide etiam Angelum in glossa, iudex commisit, quòd Caius. uersiculo, quæro an ex citatione. Marian. in cap. postulasti. de foro competenti. char. 3 colum. 3. uersic. & aduerte. & per Aretin. in dicto capit. de his intelligendo tamen secundum notata per Barto. in l. Senatus. ff. de accusationibus. & Marian. ubi suprà. Sed licet pars contumax non possit opponere de præuentione, an possit hoc iudex facere pro confirmatio-

96 ne iurisdictionis suæ, quia † iudicibus concessum est suam iurisdictionem tueri l. prima. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. & si quis turbatur in iurisdictione sua, habet interdictum uti possidetis, secundum Bartol. in l. ultima ff. uti possidetis. Dic quòd si sumus in casu remissionis rei, iuxta dictum §. si quis uerò compræhensorum. in Authentica, ut nulli iudic. hoc casu ex quo primus impeditur, potest instare, & facere quod secundus abstineat, alter non. Et sic cùm ex consuetudine, ut dictum est, non fiat remissio præueniens non faciet silere secundum, & ita Bartol. in dicta l. sepulchri. uersiculo secundo. & Angel. in dicta glossa, iudex commisit, quòd Caius. & eodem modo dicit in accusatore. Qui etsi accusando præuenerit coram iudice delicti, tamen non potest impedire iudicem postea inquirentẽ in loco domicilii. Dicit tamen Bartol. in dicta l. sepulchri. uersiculo, fateor tamen, quòd si reus in primo iudicio compareret, & contumaciam suam purgaret, posset ipse reus impedire secundum, allegando præuentionem, & ne ex eodem delicto in duobus locis quæratur, per l. penultimam §. fin. ff. nautæ caupon. stab. & dictam l. Senatus. de accusation. Sed pone, quòd

97 compareat † in iudicio secundo & præuento, uel ibi caperetur, quid esset? Dic, quòd si caperetur, diceretur ibi præuenisse, quia captura præponderat citationi uerbali, ut per Alexand. in dicta l. sepulchri. & Angel. in dicta glossa, iudex commisit, quòd Caius. Et ideo non solùm non cessaret primum. Si opponeretur, q si non caperetur, sed si se constitueret co

98 ram secundo iudice prçuentio primi, qui hoc non obstante posset procedere. Ita Bartol. in d. l. sepulchri. uersic. 2. & in dicto uersic. fateor tamen. Nam uult Bar. quòd cessante remissione iudex loci delicti non possit molestare iudicem, ubi reus degit, quòd ad eum fiat remissio, sed procedet & ita factum est superioribus annis in quodam, qui habebat domicilium in ciuitate Laudæ dominii ducis Mediolani, & qui erat delatus homicidii in terra Cremæ dominii Venetorum: quia prætor Cre

mæ

mæ præuenerat inquirendo, & ipse constituerat se in ciuitate Laudæ: non enim propter hoc prætor Cremæ requisitus uoluit unquam desistere, imo condemnauit eum, ꝙ tantò magis fuit iuridicum: quia ipsemet, ut effugeret acrius iudicium, hanc uiam elegerat, per ea quæ ponit Baldus post Angelum in l. si plurium. ff. de legatis 1. & Felin. in dicto cap. cùm M. Ferrariensis. ubi supra, char. 3. columna 3. & sequen. Facit quod dicit Calderinus in cap. primo, de raptoribus. Quando iudex uidet, ꝙ remissio rei petitur eo fine, ut non puniatur delictum, quòd tunc non debet fieri. Adde ꝙ ueritas horum satis pendet à dictis Ang. in dicta gloss. iudex commisit, ꝙ
99 Caius. utrum scilicet uerum sit, ꝙ † captura præponderet citationi uerbali: & ideo uide Marian. Soccin. in dicto cap. proposuisti. columna 7. uersic. 8. quæro. qui uult tandem ꝙ in eodem dominio citatio uerbalis præponderet. Et ideo si contendant ipsi iudices in eadem ciuitate quis debeat procedere, præualet præuentio ex citatione uerbali, ita dicit Marian. quod non seruatur in hac ciuitate Mediolani. Sed si sumus in diuersis dominiis, & unus præueniat, puta, iudex delicti, & postea capiatur à iudice domicilii, ut in casu, de quo suprà diximus: tunc si malitia hoc præcesserit, non attenditur, & ualet processus primi: sed si nulla appareat calumnia, tunc reuera attenditur secundus processus, non primus, qui aliquando est nullus ipso iure, aliquando est reuocandus, & hoc propter impedimentum carceris, quo fit ut non possit comparere, iuxta l. quæsitum. cum ibi notatis. ff. de re iudic. Et nota semper, ꝙ quemadmodum condemnatio in loco delicti parit exceptionem rei iudicatæ in loco originis, si fuit executa ante secun-
100 dam sententiam, ut dixi, † ita absolutoria lata in loco delicti parit exceptionem in loco domicilii. ita notabiliter per Aretinum in dicto consilio 58. uersic. secundò
101 principaliter. Non sic, si ferretur † absolutoria in secundo iudicio præuento, per prædicta. In quo ultimo dubito, ubi nulla fraus possit cogitari in reo, propter quam magis ibi comparuerit, quàm in loco delicti: quia cessante remissione potest iudex secundus procedere: & ideò absolutoria ita habuit uigorem, sicut econtrà. Est uerum, ꝙ in dubio uidetur fraus, stante præuentione, & stante hoc, quòd in loco delicti magis ueritas elucescit. Cogita. Sequendo materiã præuentionis primò dic,
102 † quòd si quis præueniat, tamen si secundus procedit pro eodem delicto cum qualitate fortiori, præfertur secundus. l. 2. §. fin. cum l. sequenti. ff. de adulter. Et ideò seruatur, quòd si inquirat primus de uulnere simplici, præfertur secundus, qui inquirit de animo deliberato: & ita latè dixi suprà in uersic. quæro successiuè.
103 Secundò † dic, ꝙ & si sola inquisitio non sit sufficiens ad præuentionem, secundum Baldum in l. 1. columna octaua. C. de confess. & per Doctores suprà. Tamen habemus decretum disponens, ꝙ inquisitio facit præuentionem. In quo decreto etiam habetur, ꝙ descriptio bonorum suf
104 ficit. Tertiò dic, † ꝙ si eadem hora coram duobus est inchoatum iudicium, ꝙ tunc cessat fundamentum præuentionis, sed reus debet recurrere ad superiorem, quando sub eodem principe sunt iudices, & instare ne ex eodem delicto uexetur in duobus locis, & ꝙ causa remittatur ad unum tantùm: quam petitionem exaudiet princeps, & in dubio esset remittenda ad eum, per quem magis iustitiæ locus aperiri uideatur. Hoc etiam debet facere alter iudex, nisi uelit malignè se gerere. & ita intellige Felinum in dicto cap. cùm M. Ferrariensis. in 3. char. columna ultima. & Bald. per eum allegatum in l. nulli. in fine. C. de iudic. Sed si nollet, quia obstinatè uterque diceret, Remittat alter, & essemus in diuersis dominiis, tunc fortè esset hæc quæstio dirimenda. ita Marian. in dicto cap. proposuisti. de foro competenti. columna 7. uel ambo simul possent cognoscere, secundum Abbatem in cap. fi. in prima glos. in ultima parte uersic. nunc quæro de quibusdam. de foro competen. Et in simili casu uide Felin. in cap. pastoralis. uersic. limita primò. de rescript.
105 Quartò dic, ꝙ sola † citatio sufficit ad præuentionem, d. cap. proposuisti. & cap. quantum. de officio deleg. & dicta l. si quis posteà. ff. de iudic. quæ regula procedit in citatione legitima, aliàs non. Roman. consil. 412. pro habenda. & per Abb.

in dicto cap. proposuisti. in notabilibus. Item procedit, si durat instantia, in qua citatio emendata fuit, aliàs secus, secundum Ang. in dicta l. si quis posteà, quàm. Aret. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. & Roman. in sin-
106 gulari 146. De qua† materia praeuentionis uide per Iason. & Lancelot. Dec. in d. l. si pluribus. & per Vital. in tractatu clausularum, in octaua charta, col. 2. & plurib. sequent. & omnino per Marian. Socc. in dicto cap. proposuisti. à principio usque ad finem, per tredecim col. Et sciendum est,
107 † quòd in terminis l. diffamari. si reus agere incipiat coram uno, actor posteà, qui antè habebat electionem eligẽdi aliũ, cogitur coram eo persistere, si reus petiit declarari se non teneri. Socci. consi. 41. col. 2. & 3. Marian. in c. proposuisti. de for. compet. col. 9. uersic. 12. & consi. 38. col. 6. uersiti. 3. & antè etiam incipiendo, colu. 4. imò idem in simplicibus terminis d. l. diffamari. ita Roman. consi. 412. D. Io. Baptista de sancto Seuerino in l. nulli. C. de iudic. & Feli. in c. cùm sit. col. 4. uersi. optimè. de foro compet. & ita intellige quae dicit Socc.
108 consi. 94. uol. 1. Vides igitur† praeuentionem operari, ut eatur ad eundem iudicẽ, quod etiam operatur ratio, nec corã duobus quis ex eodem delicto uexetur, cessante praeuentionis materia, ut uidistis. Sed aliud est, ꝙ hoc idem operatur, quando. s. causae sunt cõnexae. d. l. nulli. C. de iud. quae semper allegatur, ꝙ continentia causae diuidi non debet, & ibi uide glo. 2. & Ias. declarantem. Inter alia exempla hoc datur, quando quis fecit committi homicidium, quia non potest coram uno uti homicida accusari, & coram alio uti auxiliator, secundum Bald. in cap. 1. colum. ult. de controuer. inuest. & Ias. in dicta l. nulli. col. 2. & per Alex. ad d. l. 1. ff. de quibus rebus ad
109 eund. iudicem eatur. Sed quid † in mandante & mandatario, an sint conueniendi coram eodem iudice? Dic non esse, secundum Bal. in l. non ideò minus. ad fi. C. de accu. sequitur Alex in d. l. 1. & Ang. in glo. Sẽpronium mandatorem quaestione 20. col. pen. est terribilis decisio propter connexitatem, tamen ita dicit Bal. subdens, sic fuisse iudicatum, & respondet ad fundamentum connexitatis. Negari tamen nullo modo posse uidetur quin sint connexa, quia mandans tenetur de homicidio propter mandatum, & mandatarius pariter de homicidio, & sic ambo ex eodem facto tenentur, ut declarat Bart. in l. non solum. §. si mandata. ff. de iniur. Et opinio. Bart. est
110 communis. & quod sit idem factum† tenet Bart. apertè in l. sed si unius. §. fi. in fi ff. de iniur. & clarius in l. hos accusare. §. lege ff. de accus. Hinc est quod stante statuto ꝙ de eodem delicto praetor & Capitaneus non possint simul cognoscere alter hoc casu tenebitur remittere alteri, ita Nellus in tracta. banni. q. 7. in 2. parte primi tempo. Et ibi dicit ꝙ est idem delictum unde non solùm ex connexitate, sed etiam quia idẽ sit, uidetur ꝙ fieri debeat remissio, de quibus dictis per Nellum uide latè Maria. Socci. in eo. c. proposuisti col. 7. uersi. nonò quero. de for. compet. contrarium aliàs fuit determinatum in Senatu, quòd licet sit idem factum, tamen diuersae oriuntur obligationes. nec una accedit alteri, ut declarat Bar. in d l. sed si unius. §. fin. in illa quaest. An sit idem delictũ, nec propter hoc quod unus ueniat accessoriè ad alium in eodem delicto, attento quod oriuntur diuersae obligationes, sententia ad unius fauorem alteri prodest, nec econtrà. & ita Bal. in terminis ubi suprà in dicta l. non ideo minus. ad fin. & in effectu idem Bal. in cap. 1. in ulti. col. de controu. feud. ap. pa. termi. quae opinio tanto magis procedit cùm habeamus decretum ut solum mãdatum sufficiat ad puniendum de homicidio etiam non secuto homicidio. Et decisionem Bald. ubi suprà etiam sequitur Ang. in dicta glos. & Ias. in d. l. nulli colum. 2. & dicit Augustinus de Arim. ad Angel. in d. glos. quòd non habet dubium illa decisio Bal. in dicta l. non ideò minus. in fine. & ideo si Mediolanensis in hac ciuitate mandaret fieri homicidium Papiae, de mandato contra mandantem cognosceretur Mediolani. & de mandatario, qui fecit homicidium cognosceretur in ciuitate Papiae: & eodem modo si Mediolanensis mandaret fieri homicidium in terra feudatarii, quia feudatarius cognosceret de mandatario in terra sua. loquor de iure, circumscripto decreto nostro de maiore magistratu, & dux in sua iurisdictione, sed contra peruulgatam decisionem Antonii de Prato relatam per Felin. in d.

primo,

primo, de præscript.& Marianum Socci.in cap.2.de mu.peti.uersi.8.fallit, & per Iaſ. & Deci.in l.ſi emancipati. C. de colla. bonorum, quod quando plures inter quos eſt unus clericus inquiruntur, ſi clericus petit ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticũ, hoc idem poſſunt facere cæteri, ne ſequā-
111 tur diuerſæ ſententiæ, & † ideò omnes remittendi ſunt ad eccleſiaſticum, quia dignior. Dux igitur ſolus in caſu noſtro cognoſcit uti dignior, ſed dic ꝙ hæc deciſio loquitur reſpectu eiuſdem cauſæ & eiuſdẽ delicti, ſed hic ſunt duo, ſtante decreto, de quo ſuprà, niſi replices ꝙ imò eſt unicum, quando ſequitur homicidium, etiam ſtante dicto decreto. Et ita declarant Doct. ut dixi, ſuprà, in materia delicti. Vel dic quòd loquitur deciſio, quando ſumus in eodem territorio, quia eccleſia dicitur eſſe de territorio Ducis, ſecundum Bal. in l. plerique ff. de in ius uoca. & ideo clerici non dicuntur forenſes ſed quaſi ſubditi, ut dicam infrà in materia rebellionis in illo articulo an clericus poſſit committere crimen læſæ maieſta. in principem ſecularem. Nos uerò loquimur in diuerſis territoriis, & in feudo ſtante priuilegio feudi in ampliſſima forma, quo ad primas & ulteriores cauſas, quo priuilegio ita ſtante, tales feudatarii ſunt in ditione ſua ſicut Imperator in ſuo Imperio, prout dicimus de Duce noſtro, ut latè ponam in dicta materia criminis rebellionis. Vel dic ꝙ in deciſione per Felin. relata ex duplici cauſa erat eundum ad eundemmet iudicem, Primò ratione continentiæ cauſæ, iuxt. d. l. nulli. poſteà etiam ratione abſurdi euitandi, ne ſequerẽtur diuerſæ Sententię. Prima ratio quo ad continentiam conſiſtit in hoc, quia agitur ex eodem delicto, & ita dicit d. l. nulli. quæ loquitur in fortioribus terminis, etiam ꝙ ad eandem rem ageretur duobus remediis diuerſis, puta interdicto, & rei uendicatione, quod eſt mirabile, & hoc eſt, qđ
112 uidetur uelle dicere Bartol. † in l. præcipimus. §. eodem obſeruando. C. de appellationibus, dum dicit quòd quis ratione adiuncti conſequitur in indiuiduis id, qđ aliàs non conſequeretur, ponendo exemplum in cauſa, quam ego haberem contra duos obligatos ex eadem cauſa, quia non poſſum unum coram uno, & alium coram alio iudice conuenire, ſed utrunque debeo conuenire coram eodem & digniore, ut ibi per eum. Nam Bar. uidetur uelle, ꝙ cauſa ſemper dicatur indiuidua, quando ago ratione eiuſdem obligationis ex eadẽ cauſa, per regulam d. l. nulli, & ideò unus eſt iudex, uerùm loquendo extra cauſam, puta, quia tractaretur de ſoluendo tributo ex feudo indiuiſo inter duos, quorum alter eſſet exemptus, tunc alter non exemptus ſolueret: quia non ſumus in indiuiduis, & diuiſim poteſt ſolui, ſecundũ Spec. in tit. de cleri. coniuga. col. penul. uer. quid ſi clericus habens bona. & Dec. in l. ſi emãcipati. C. de collat. col. 4. atque ita proce-
113 dit lex, nulli. quando † ago contra plures. Item ſi plures conſortes eiuſdem litis uelint agere contra unum, poteſt reus opponere, ꝙ debet cõueniri coram eodem, quãdo uellent illi agere coram diuerſis. ita Imola in c. cùm M. de conſtit. allegat. titu. ff. de quib. reb. ad eund. iudi. eatur. & d. l. nulli. & ſequitur Feli. ibidem, & ideò ſi plures haberemus rem communem, & turbaremur in poſſeſſione, deberemus agere de turbata poſſeſſione omnes coram eodem,
114 reo id opponente. Et † aduerte, quia eãdem ſubſtantiam, quam habet l. nulli. in ciuili, tradit Imperator in criminali, in l. qui de crimine. C. de accuſ. quam legẽ uide. intellige tamen hanc rationem continẽtiæ militare durante prima cauſa: ſed illa finita, diſtinguitur, an remanſerit ſuſpectus iudex uel non, ut per Docto. in d. l. nulli. & Aret. conſi. 29. col. 17. & ſeq. item intellige etiam in duobus diuerſi fori: ita glo. in d. l. nulli. & Bartol. in ſummario in d. l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iudi. eatur. & Iaſ. in d. l. nulli. qui reſpondet ad text. in c. fi. de iudi. de quo uide Aret. in d. conſi. 29. & ſequẽ. & conſil. 82. col. 24. & ſeq. Secunda ratio, de
115 qua ſuprà, † abſurdi euitandi conſiſtit in hoc, quia abſonum nimis uidetur, quòd ſuper eadem re diuerſæ ſententiæ ſequantur. & ita glo. in d. l. 1. ff. de quib. rebus ad eund. iud. eatur. quæ dicit. ꝙ ex triplici cauſa itur ad eundem iudicem. Primò, ratione continentiæ: quã rationem ſuprà declaraui. Tertiò committendo ſecundã, ratione abſurdi euitandi, & illam rationem ubique ſequuntur Doct. Hinc eſt, quòd ſi delictum ſit commiſſum inter duos conſi-

nes, uterque iudex debet conuenire in procedendo, ne sequantur diuersæ sententiæ, ut not. in l. iureperitos. §. cùm oriundus. ff. de excusa. tut. Imol. in consi. 139. column. penult. in princip. & per Maria. in c. proposuisti. de foro compet. Et aduerte, quia nõ est necesse, ꝙ sententia quo ad unum præiudicet alteri, uel præiudicare possit, iuxta l. fundi. & l. fundum. ff. de excep. & not. ibi latè per Bart. & omnes in l. ædita. C. de æden. sed satis est, quòd possint ferri diuersæ sententiæ, super eodem facto, & ita etiam explicat Ias. in d. l. nulli. colum. 2. Ad rem nunc ueniendo, hæ duæ rationes cessant in quæstione nostra. Primò, cessat ratio continentiæ causæ, quia non agitur ex eodem facto, sed ex diuersis: Nam mandatarius tenetur de homicidio propter homicidium, & mandans de homicidio propter mandatum: & sic in controuersia uenit principaliter ipsum mandatum. & ubi non adsit, non tenetur: cùm igitur obligationes sint diuersæ naturæ, licet posset dici idem factum, ut suprà dixi. post Bart. in l. hos accusare. §. lego. ff. de accusa. Non mirum si non militat fundamentum continentiæ eiusdem causæ. Et ex his etiam apparet, ꝙ non militat absurdum, quod possint diuersæ sequi sententię, quia tunc militaret, quando obligationes essent eiusdem naturæ, & non diuersæ, adeò ꝙ eadem defensio competeret ambobus: & hæc sunt, quæ re ipsa uoluit dicere Bal. in d. l. non ideò minus. in fin. Ex prædictis sequitur hæc conclusio, ꝙ si duo se obli-
116 gant † uersus me ad dandum decem occasione mutui, uel insolidum, uel pro uirili, necesse est, ut ambos conueniam coram uno & eodem iudice: & si unus est ecclesiasticus, coram ecclesiastico iudice. Tamen hæc conclusio non uidetur ex mente Docto. quia siue loquamur in terminis d. l. nulli. siue titu. ff. de quib. reb. ad eund. iudi. eatur. nunquam reperies hoc exemplum datum per Docto. sed tantùm quando agitur contra unum diuersis remediis ratione eiusdem rei per d. l. nulli. uel quando agitur, ad diuersas res: sed causæ, quibus agitur, compræhenduntur sub una generali actione, ut contra negotiorum gestorem, uel tutorem, per d. l. nulli. & glo. ibi. Vel si agatur contra plures ex eadem causa, & ipsi sint socii, uel indiuisi. ita loquitur tit. de quib. reb. ad eund. iud. eatur, & declarat Ias. in d. l. nulli. in illis tribus modis, quibus causæ dicuntur continentes: uel si plures agunt, qui sint socii eiusdem litis, quia habent rem communem, iuxta id quod dixit Imola in d. cap. cum M. Et ideò quando duo sunt mihi obligati, ex eadem causa, siue pro uirili, siue insolidũ, quia materia est diuidua, uidetur ꝙ etiam sit diuidua quo ad illos conueniendos separatim. Et quid sit materia diuidua, est casus, l. in l. in executione. §. 1. ff. de uerbo. oblig. & in l. 2. in princip. ff. eod. & ibi glos. quia & si duo promittant insolidum, tamẽ solutio partis affert tantam utilitatem in parte, quantam affert totum in toto, ut in dictis iuribus, & per Bart. in l. 4. §. Cato. ff. de uerbor. oblig. in secunda opposit. unde Felin. in d. cap. 1. de præscript. post cumulum infinitorum: quæ quis consequitur ratione adiuncti, quæ aliàs non consequeretur, loquendo etiam in causis, subdit, dic quòd procedunt prædicta omnia in indiuiduis. & ita omnes semper habent in ore etiam loquendo in causis, quòd aut causa est diuidua aut indiuidua, &c, & ideo Bart. in dicto. §. eodem obseruando cum ratione dicit in illa causa, ex qua coram laico ambo conuenirentur: & sic loquitur in materia indiuidua, sicut locutus erat antè: & certissimè, ut dixi, hæc uidetur mens Doctorum: quod patet ex exemplis recitatis ad dictam l. nulli. & ad titulum prædictum, de quibus rebus ad eundem iudic. eatur. Sed unum est, quod turbat me: quia in decisione Antonii de Prato ueteri, quando plures, inter quos est ecclesiasticus, conueniuntur de homicidio, communis opinio est, quòd omnes conueniuntur coram uno. Et hoc summa cum ratione, ne continentia causæ diuidatur, & ne sequantur diuersæ sententiæ. Sed cur diuersum, quando plures maximè insolidum se obligant uersus me ex eadem causa, uide quæ dicam infrà, An & quando laicus possit conueniri à iudice ecclesiastico. Adde ad
117 prædictam † materiam, quòd etiam ratione connexitatis & dependentiæ ille, qui non est iudex, etiam efficitur iudex, secundum Innoc. in cap. cùm M. de constitution. in fine, & alios ibi. Felin. in cap. super

per

per litteris. de rescriptis. in uersicu. an sua sit iurisdictio. colum. 1. & Soccin. in consil. 244. column. 2. Et ideo licet procurator Cæsaris non sit iudex inter priuatos, sed duntaxat inter fiscum, & priuatum. l. 2. C. si aduer. fiscum & l. 1. C. de iurisdict. omnium iudicum. nisi tamen partes prorogent, ut ibi: tamen quando causa habuit dependentiam à fisco & camera, etiam procurator Cæsaris est iudex. Bart. in l. cùm rerum. secundum primam lecturam. C. de senten. & interloc. omn. iudic. Paul. de Castro in l. fi. C. si aduers. fisc. & per Socci. ubi suprà, quem uide. Et nunc super hoc disputatur
118 inter Senatum & magistratum ordinarium, qui magistratus uellet esse iudex inter priuatos, ubi de oneribus ordinariis agitur, putà, taxis equorũ, & aliis: & credo, quòd de iure, & de consuetudine foueat iustitiam, & ex mente erectionis Senatus, quatenus uult ut à sententia magistratus inter priuatos appelletur ad senatum. Et ita uidemus, tam eum magistratum, quàm iudicem uectigalium, referendarios & cõmissarios taxarum quotidie Mediolani, & per ciuitates cognoscere tales causas inter priuatos. Et ideò ex eo fundamento connexitatis concedebat semper Senatus litteras, quòd ubi causa Senatori commissa esset connexa uel dependens, etiam cognosceretur per eundem: quod non fit hoc
119 tempore. Et quæ dicantur † causæ connexæ in proposito, declarat Imola in consilio 139. columnn. penult. per Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. in fi. ff. de liber. leg. Felin. in cap. translato. de constitutionibus. & Moder in l. 1. §. diuus. *lo ultimo*. ff. de quæstionibus. Sic etiam ratione præpa-
120 rantis iudicii † quis est iudex præparatiǰ. l. ordinarii. C. de rei uendicat. & per Iasonem in l. quoties. C. de iudic. adeò quòd iudicium præparãs ecclesiasticum, ut quia de iuramento & eius habilitatione tractetur, trahit ad se coram ecclesiastico iudicium præparatum laicale, etiam feudale, ut per Felin. in cap. cum sit. de foro competen. colum. 5. & 6. ubi uide. Et est cõmunis in dicta l. quoties. & in rubr. extrà, de iudic. ubi uide omnino Dec. colum 2. & 3. Et ideo cautela est, ut conuentus super habilitatione iuramenti remittat iuramentum, quia tunc coram laico cognoscitur præparatum, ut ibi per Deci. ut breuibus
121 agam. Et † qui est iudex in causa principali est iudex in causà incidenti. Ita est textus in dicta l. quoties. & ibi Ias. latè. Vnde si quis accusatur de raptu uirginis coram capitaneo, & ipse ad sui excusationem opponat matrimonium inter eos contractum fuisse, quod tollit pœnam raptus. c. fi. de rapt. & cap. cùm causa. eod. titu. per Barbat. consi. 71. uolum. 2. & dicam infrà in materia raptus, uidetur quòd ipse capitaneus possit cognoscere de eo, dicta l. quoties. & ita est tenendum, ubi tantùm de matrimonio facto tractetur. Sed si etiã utrum matrimonium teneat, aliud est quia d. l. quoties non procedit, ubi incidit quæstio spiritualis, ut ibi per Ias. latè, Bart. in l. in omni. ubi uide. C. de sacrosan. eccle. & Ias. in d. l. quoties. uerùm quia causa matrimonii est præiudicialis: quoniam ubi adsit legitimum matrimonium, cessat raptus, prius de eo coram iudice ecclesiastico est cognoscendum, & supersedẽdum in materia raptus, ut per Doct. maximè Alex. in l. Titia. ff. sol. mat. Est tamen aduertendum, an uideatur manifesta calumnia ex parte opponentis tale matrimonium, ex qualitate personæ eius, & ex indiciis contra eum, quia tunc nullo modo esset supersedendũ, ut per Alex. in d. l. Titia. & Felin. in ca. cùm sit generale. de foro compet. ubi ponit sex declarationes, in quibus secularis cognoscit de causa ecclesiastica, & ponit etiam hanc. Et super hoc fundamento superioribus diebus Tempesta Castellioneus nõ obstante inhibitione uicarii Archiepiscopi fuit condemnatus. In quo articulo etiam uide Bald. in d. l. quoties. & Angel. Aret. in gloss. *che hai adulterato*. Eodem modo ex hac l. quoties. infertur, quòd iudex maleficiorum, qui non cognoscit de causa ciuili. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. potest tamen cognoscere incidenter, cõdemnando principaliter furem ad pœnam, & consequenter ad restitutionem rerum. l. interdum. §. qui furem. & ibi Bart. ff. de furt. & per Iason. in l. 1. columna fin. ff. de officio eius. & Felin. in cap. cùm oporteat. columna penult. de accusat. & in cap. postulasti. de Iudæis. & per Soccin. consilio 62. circa fin. Non sic quando principaliter intentaretur ciuilis, quia tunc latruncula-

tor non posset. dicto §. latrunculator imò nec alius iudex ciuilium causarum. Con-
122 cursus enim † causæ ciuilis, & causæ criminalis impeditur, quia una est alteri præiudicialis, ut notabiliter declarat Bart. in l.2.§.hoc ædicto ff. ui bonorum rapt. colu. 2.& princip.seq. Verùm una intentata, uel ciuili uel criminali supersedetur super altera.l.1.C.quando act. ciuil. præiudic. crimin. & per Bartol.ubi suprà. Et ideo aut sequitur condemnatoria, & tunc super alia non est procedendum, aut absolutoria:& tunc uel quia nó probatum, uel quia nullum crimen, ut latius posteà per Bar.in in dicto.§.hoc ædicto.columna 3. & sequē.
123 Si tamen intentaretur ciuilis † prius ad instantiam fisci, posset illa pendente intentari criminalis, aliàs sæpenumero delicta remanerent impunita, & cessat hoc casu ratio, quòd sententia lata in una,&c. quia nó præiudicaret fisco non citato.l.nam ita diuus.ff.de re iudic.& ita seruatur quotidie: sic etiam si iudex ipse ex officio instat criminaliter, potest pars simul instare ciuiliter, & ratio utriusque dicti est, quia sunt diuersæ partes: & dicta l.1.procedit in una sola, & ita Bald. in l.1. C.de appel.colum.4. ubi uide & Angel. in glos. necnon ad quærelam. char.17. columna secunda. Et si intentaretur actio meerè ciuilis, & emergat criminalis, putà, quia arguantur
124 testes producti in causa † ciuili de falsitate, est supersedendum in causa ciuili: quia una,ut uides, est præiudicialis alteri. ita Alexand.in dicto §. hoc ædicto. in prima apostilla. & Barbat. latè post Salicet. in consi.43.colum.8.uolum. 1. Sic etiam
125 † ratione reconuentionis itur ad eundem iudicem.l.cùm Papinianus. cū Auth. ibi posita.C.de sentent.& interloc. om.iudic. Et ideo etiam ecclesiasticus ex hac causa coram laico poterit trahi secūdum opinionem Bartol. in Authen. & est communis opinio, ut per Abbat.& alios in c.at si clerici. de iudic. in princip. & probatur in cap.1.de mut.petit. ubi Marian. latissimè. Et si uis perfectissimè scire ex quibus causis iudex cognoscat, uide Mar. Soccin. in rubr.de foro compet. ubi ponit centum & decem nouem causas, ex quibus quis dicitur iudex competens, quas posteà prosequitur in textibus. Sequendo materiam iurisdictionis, de qua agimus, quæro an
126 & quando iudex † laicus possit contra clericos iudicare? In quo articulo dic, ꝙ laicis non est licitum iudicare contra clericos.cap.cùm non ab homine.de iudi. qđ pro. edic etiam in rege, ut ibi in textu. Idem si sit Imperator, cap. sacerdotibus. 11 quæst.1.licet consecretur.cap.uenerabilem.de elect. quia consecratio illa non tribuit aliquem ordinem, secundum glos. in cap.Valentinianus.63. distinct. & Abb. in dicto cap.uenerabilem. in octauo notabili. dicit tamen Cardin. in dicto cap. ue-
127 nerabilem. quòd Imperator † quando coronatur, creatur canonicus ecclesiæ sancti Petri. Tertiò procedit etiam, quòd crimen sit acerbissimum.textus est in d.ca. cùm non ab homine. Quartò etiam ꝙ crimen sit notorium, ut ibi in textu iuncta glosa. Item etiam quòd esset clericus primæ tonsuræ, ut in d.ca. cùm non ab homine. Procedit etiam dicta conclusio in his, qui non sunt professi, dummodo sint Deo dicati, ut ibi per Abb. in secundo notab. Eodem modo in famulis episcopi. c. fin.de offic. Archid.ita communiter allegatur,& est opinio communis, ut dicit Abb.in ca.2. de foro competen. procedit etiam si clericus esset uerè depositus. Abb. in d. c. cùm non ab homine.in 5. not. Item procedit, dato quòd esset dubium, an aliquis esset clericus, quia non incederet in habitu & tonsura, textus est singularis in cap si iudex laicus.de sentent.excomm. in 6. Item procedit in clerico coniugato incedente
128 † tamen in habitu & tonsura, cap.unico. de cler.coniug.in 6. Sed ubi non incedat in habitu & tonsura, nulla antè monitio requiritur ad hoc ut sit priuatus priuilegio fori.d.cap.unico. & ibi ita Doctores, maximè Perusius, uersic.in cæteris. in 1.colum.nisi tractaretur an hoc priuilegium amisisset, etiam quòd incessisset in habitu & tonsura, quia se immiscuisset in secularibus negotiationibus, iuxta cap. fi. de uita & hone.cler.quia hoc casu monitiones, de quibus in d.c. essent necessariæ. Ita Imola in eod.c.unico. Alex.in consil.8.uolum. 1.col.fi.Et uide etiam Cæpol.consil. 11. & Soccin.12.& ibi circa fin.dicitur, quòd fa-
129 cilius perditur † priuilegium canonis, si quis suadente diabolo. quàm fori. quod no

12.&

130 ta.& ualeret † consuetudo, quòd talis clericus etiam non incedens gauderet priuilegio clericali. Fulgos. consi. 124. procedit etiam dicta conclusio, licet consuetudo longissima esset in contrarium, cap. clerici. iuncta glos. extrà, de iudic. Procedit etiam, licet summus Pontifex faceret priuilegium principi seculari, ut posset cognoscere, ut per Felin. in ca. 2. de maior. & obedié. Item procedit etiam in ciuilibus. c. 2. de iudic. Proceditq; etiam dato quòd iudex ecclesiasticus esset negligens. c. qualiter. extrà, de iudic. ubi glo. & Abbas secus est econtrà, ut ibi gloss. & Abbas declarant. Hãc conclusionem sic ampliatam
131 limita primò, quando † clericus esset incorrigibilis, hoc casu secularis potest eum castigare, textus in d. c. cùm non ab homine. Sed difficultas est scire, quis dicatur incorrigibilis, in quo dic, quòd aut quæris non de eo, qui propterea sit exclusus priuilegio clericali, sed simpliciter quis dica-
132 tur incorrigibilis. Et dicendum † est, ꝙ omnis delinquens, qui non uult agere pœnitentiam, etiam quòd non sit depositus, est incorrigibilis: nec hoc potest negari, ut patet ex ui uocabuli, & est text. in d. ca. cùm non ab homine. qui eum appellat incorrigibilem, qui adhuc est ex foro ecclesiæ. Est uerum, ꝙ loquitur postquàm est depositus: tamen idem est, licet non esset depositus, quando eum non pœniteret propter uim uocabuli: aut quæritur de eo, qui effectus sit fori secularis. Et dicendum est, ꝙ aut loquimur in clerico, qui non incedit, & dicitur incorrigibilis, si præcessit trina monitio. c. contingit. 2. de sent. excõ. aut in eo, qui incedit, & dicitur incorrigibilis, si sit seruata forma dicti cap. quòd primò sit depositus, secundò excommunicatus, tertiò anathematizatus, & adhuc sit in cõtumacia sua perseuerans. Qua forma seruata absque alia declaratione facti efficitur fori secularis. ita Panormitan. in dicto cap. cùm non ab homine. col. antepenul. & Doctores communiter, quicquid dixerit
133 ibi Cardinalis. Sed pone quòd † iudex ecclesiasticus talem capiat, an eum tradet curiæ seculari? Dic quòd non tradet, ita probat text. in dicto cap. cùm non ab homine, qui loquitur eo in casu, quo ecclesiastico nullum amplius superest remedium: sed si eum caperet, hoc remedium haberet, ꝙ posset eum condemnare ad perpetuum carcerem, iuxta cap. ut famæ. de sentent. excom. & aliis pœnis, quas habet ius canonicum ultra pœnas dicti cap. de quibus per Abbatem in eo cap. col. 6. uersiculo, explicita. Et ista est re ipsa opinio Abb. in dicto uersiculo & colum. sequenti. & aliorum communiter. Sic igitur quantum ad hoc ut iudex secularis clericum castigare possit, habes unum casum in non incedente in habitu & tonsura, quando præcessit trina monitio: quod etiam habes per Alex. in consi. 61. incip. quia sæpissime in 1. uol. & potest dici talis incorrigibilis, & ea ratione priuatus priuilegio fori. Alium casum habes in incedente, quando seruata fuit forma d. c. cùm non ab homine. quam rarò uidebis in usu. Alium casum habes, quando clericus incedens in habitu, re ip-
134 sa † est incorrigibilis, sine dictis monitionibus, & absque forma dicti cap. quia quotidie ingerit se in rebus enormibus. Et casus iste est multùm frequens, & nunc de facto habetur in presbytero Ambrosio Rosa to detento in carcere uicarii Archiepiscopi nostri, quem dicunt infinita mala commisisse, & longo tempore in eis perseuerasse. Et superioribus diebus interrogatus sui per eius casu, an posset degradari, & curiæ seculari tradi, uel aliter sine degradatione esset priuatus priuilegio fori: Respondi, ꝙ ex hoc quòd fuisset incorrigibilis ex perseuerantia & iteratione criminum: quòd tamen non erat propterea priuatus priuilegio fori, ex quo incedebat in habitu & tonsura. Ista fuit opinio Abb. & communiter Doct. in c. perpendimus. de senté. excõ. & aliorum communiter in d. c. cùm nõ ab homine. ubi uide Dec. col. penul. Fateor ꝙ potuisset dictus egregius sacerdos incidisse in tale delictum, quod esset dignus degradatione actuali, postquàm immediatè degradatus traditur curiæ seculari, iuxta cap. 2. de pœnis. in 6. Et pro declaratione
135 scias, quòd non † omnis clericus etiam incorrigibilis degradatur, imò nullo casu degradatur nisi in certis criminibus, de quibus per Abb. in c. at si clerici. in princ. colum. 14. uersic. ad tertium. de iudic. uide licet in crimine hæresis, in crimine falsi, in scripturis pontificalibus, & in crimine

calumniæ & contumaciæ erga suum episcopum, & in certis aliis delictis qualificatis, de quibus ibi latè per Abb. In quibus tamen casibus nota unam communem con
136 clusionem, quòd † si talis clericus uelit se corrigere, adhuc non debet degradari, etiam quòd occidisset summum Pontificem: quia in tali casu debet detrudi in perpetuum carcerem, uel in monasterium, iuxta cap. nouimus §. fi. de uerborum significat. & cap tuæ. de pœnis. Ista est communis conclusio in dicto cap. at si clerici. & probatur ineuitabiliter in dicto cap. cùm non ab homine. ponderando uerbum, quibuscunque criminibus, probaturq; etiam in cap. felicis. de pœnis. in 6. ubi occidens cardinalem non debet mori, sed ita uiuere, ut uita sit ei mors. & ita intellige textū in cap. sunt quædam. 23. quæstione 5. uide licet si sit incorrigibilis: &, ut dixi, si est delictum multùm atrox, detruditur in carcerem, iuxta dictum capit. nouimus. Sed si non est ita atrox, detruditur in monaste-
137 rium, dicto cap. tuæ. Quid si clericus † cōiurasset contra suum principem secularē, an sit tradendus curiæ seculari, & ipsi principi, ut eum dilaniet? Abb. in dicto cap. at si clerici. ad fin. princip. tenet tradendum esse, etiam quòd non esset incorrigibilis. Communiter tenetur contrarium, ut ibi per Barbat. quia non est uerum, quòd sit crimen læsæ maiestatis, ex quo principi non est subditus: de quo in specie dicā infrà sub rubr. de crimine læsæ maiestatis. Sed certè licet esset crimen læsæ maiestatis, puta quia fecisset coniurationem contra episcopum suum, adhuc idem est dicendum, quòd requireretur ut esset incorrigibilis: quod probatur in cap. de Liguribus. 23. q. 2. ubi loquitur de quibusdam episcopis, qui uerticem erigebant contra summum Pontificem, qui tamen non degradantur, si uelint se corrigere: & hoc est, quod uidemus obseruari ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis: quia si habent aliquē eo crimine conuictum, non morti tradūt, ubi uelit se corrigere. cap. pen. de hæret. sed ei imponunt aliquam pœnam, ut ibi, & in cap. ut commissi. de hær. in 6. quod etiam seruant in iam condemnato, ut tenet Abb. in cap. excommunicauimus. de hær. colum. 3. & in casu, quo esset confessus coniurationem contra episcopum suū, ad deprehendendum etiam eum quòd es-
138 set † incorrigibilis, unde notabiliter Felin. in cap. Rodulphus. in uersi. sed declara. in prima limitat. de rescrip. dicens, quòd si modos suos tenebis memoriæ, quòd honoraberi. Vides igitur quòd multi ignari loquuntur de degradatione, & nesciunt quid dicant. Si tamen clericus non incederet in habitu & tonsura, etiam quòd non fuis-
139 set ter monitus: tamen si diu † perseueras set in committendis rebus enormib. esset priuatus priuilegio fori. Ista est communis conclusio in dicto ca. perpendimus. est text. secundum unum intellectum in ca. ex parte. de priuileg. & in cap. perpendimus. secundum glo. & communiter Doctor. ibi, & maximè Ioan. And. qui ad hoc inducit tex. in cap. unico. de uita & honest. cler. in 6. ubi clerici ganeones & scurræ illam artem per annum exercentes perdunt omne beneficium clericale: & ideò à maiori debent illud perdere, quādo diu se immiscēt in huiusmodi rebus enormibus & scelestis operibus. Et dicit Stephanus Aufrerii in tractatu, quem facit de potestate seculari supra ecclesiasticas personas, repetendo clement. 1. de offic. ordinar. in prima regula, in ult. colum. uersi. 19. Fallit, quòd hæc opinio, licet aliqui contrarium tenuerint, tanquam magis communis obseruatur, & quòd fuit obseruata contra personam cuiusdam principis regni Franciæ accusati de crimine læsæ maiestatis. Reuertendo ad fallentias regulę suprà positæ, quæ fuit, quòd laicus non iudicat contra clericum.
140 Secundò illam limita † ex prædictis in clerico actu ipso degradato, dicto cap. 2. de pœnis. in 6. Tertiò limita, ut ex prædictis patet, in clericis ioculatoribus, histrionibus siue scurris, dicto cap. unico de uita & honestate cleric. in 6. Quartò in clerico non incedente, quando fuisset ter monitus, ut per Alex. in dicto consilio 61. in primo uolum. per ca. contingit. 2. de sent. excommunicat. Quintò in clericis non incedentibus, qui in rebus enormibus se immiscuissent. Sextò in aliis quibuscunque, qui commisissent horrenda delicta digna degradatione declarando ut suprà. Septimò non procedit in clerico assassino, cap. 1. de homicid. in 6. qui text. loquitur

loquitur etiam in mandante assassinamentum. Et hæc limitatio septima etiam procedit absque alia degradatione, per text. ibi, & ita Gemin. in indiuiduo in eo cap. ad fin. & Perus.ibidem col. 3. Verùm est aduertẽdum, ne erretur in terminis, quod
141 † ille est assassinus, qui mandauit data pecunia, uel facta promissione fieri homicidium, & similiter de mandatario, qui tale suscepit mandatum, sic in illo tex. & per Doctor. ibidem, & alibi sæpe, maxime per Bar. in l. non solum. §. si mãdato. ff de iniur. & alibi sæpe per Doct. non autem ille est assassinus, qui ut spoliet quem pecuniis, illum in domo, uel in uia occidit, ut pleriq; uulgares dicũt. quod apparet ex diffinitione assassinii, quam ponit Sali. in l. non ideò minus. ad fi. C. de accus. & dicam infrà sub rub. de mand. ad homic. &c. uersic. septimò est sciendum. Et ut intelligas Gemin. & Perus. ubi suprà, scias ꝙ in qualificatis delictis, ut in eo qui occideret sacerdotem, & ut per Abb. in ca. at si clerici. in pri. uer. & circa istam materiam. col. antep. Cõmunis est conclusio, sicut dixi, ꝙ requiritur ut sit incorrigibilis, quo dato, tunc immediatè absq; alia degradatione actuali traditur curiæ seculari, ita probat text. in d. c. cùm non ab homine. & in specie ponderat Deci. in d. ca. cùm non ab homine. col. pen. In
142 assassino † uerò est speciale, ut eo ipso quòd illud commisit, absq; eo quòd sit incorrigibilis, & absque alio medio, & sic etiam absque depositione non dico tradetur, ut dicit tex. in d. cap. cùm non ab homine. sed efficitur curiæ secularis, ita ut non solùm sine degradatione possit puniri à seculari, sed etiam à quolibet priuato: & ita est ex mente Doctorum in d. c. at si clerici. in articulo de delictis qualificatis, An in eis habeat locum c. cùm non ab homine. & in specie Dec. in eo articulo in d. cap. cùm non ab homine. col. pen. uersi. septimò facit text. ubi uide. Octauò quando summus Pontifex delegaret, iuxta glos. in c. 2. de iudic. Hæc respectu sententiæ, an iudex secularis possit iudicare contra clericum: sed
143 quid respectu processus, an † iudex secularis possit procedere contra clericum, & in quo casu? uide tex. in c. 1. de foro cõpet. qui dicit, quòd clericus debet conueniri coram iudice suo, siue conueniatur à clerico, siue à laico: quia actor sequitur forum rei quam regulam Marian. Socci. ibi ampliat uigintiquinq; ampliationibus, & limitat triginta duabus limitationibus: & sic ponit totidem casus, in quibus laicus potest conuenire clericum, & ibi omnino uide. & in uigesima limitatione ponit,
144 † quando effectus est clericus post delictum, in quo remissiuè loquitur: sed latè de hoc ponit idem in ca. proposuisti. char. 4. uersic. assumo nunc. ubi per tres col. & tandem distinguit, ꝙ aut quis fecit professionẽ, aut non fecit se promoueri, nec professionem fecit, sed sine ordine & professione conuersus est ad aliquam regulam. Primo casu subdistinguit, ut per eum, & reuera prodest dictus clericatus, etiam in fraudem secutus quo ad districtionem personæ, non quo ad bona, ut ibi per eum.
145 Secundo casu † priuilegium superueniens non prodest, ut per eum, ultra quem uide Ias. in l. cùm quædam puella. colum. 3. ff. de iur. om. iud. Feli in c. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 43. de consti. uersi. decimoquinto quæro. & in c. si col. 16. uersi. & tacerent. eod. titu. Cæpol. cautel. 9. Alex. in l. si. col. 1. ff. si ex nox. cau. aga. Imola cons. 118. & seq. latè D. Ant. in cap. 1. de oblig. ad rat. Abb consi. 85. col. fi. Fed. consi. 97. col. fin. Cæpol. cõsi. 11. col. 4. & seq. Alex. in 3. uol. consi. 89. col penult. Anch. consi. 189. col. pen. Cæpol. consi. 40. col. 10. ubi limitat. & consil. 68. Alex. in l. nemo potest. de leg. 1. in gloss. magna. Old. consi. 4. & consi. 235. Pau. de Cast. in l. addictos. col. 1. in fi. C. de epis. aud. Barb. cons. 52. col. 7. uol. 2. Moder. in l. statuliber. colum. 2. & duabus seq. ff de quæst. Oldra. in consi 17. col. 9. & 13. & cõsil. 83. col. 1. in 15. ampliat. Marian. in d. c. ii.
146 uult, † quòd in causa indiuidua non tantum solus clericus conueniendus, sit corã ecclesiastico, sed etiam laicus habens talẽ causam cum eo, per id quod uoluit Bartol. post Dy. in l. iurisperitos. in §. 1. ff. de excu. tut. Sic etiam Bart. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appel. & ideo quando inter plures laicos, qui inquirantur unus adsit clericus, omnes ratione clerici possunt petere se remitti ad iudicem ecclesiasticum, & fuit dictum Anto. de Prato ueteri in l. 1. in fi. ff. quæ sent. sine appel. rescind. quod referunt & sequuntur Doctor.

ubi ſuprà latè dixi in materia, quando ad eundem iudæatur. Verùm quando eſſet delictum, pro quo ingereretur pœna ſangui-
147 nis, de qua ecclesia non poteſt ſe intromittere. c. ſententiam ſanguinis. ne cler. uel monac. Durum nimis uidetur, dicere ꝙ laici in hoc caſu euitent pœnam debitā ratione prædicta. Et ideò Marian. in c. 2. extrà, de mut. pet. uerſiculo, octauò fallit. uult ꝙ hoc caſu eccleſiaſticus poſt cognitionem habitam debet tales remittere iudici laico debita pœna puniendos. Aliter tamen uult Bartholomæus Soccin. eius filius in l. cùm Senatus. in fi. ff. de reb. dubiis qui dicit, quòd in practica uidit obtineri dictum Anton. de Prato ueteri, quod ait notandum eſſe, ut amico conſulatur: quia iudices eccleſiaſtici mitiores pœnas imponunt. Hæc controuerſia inter patrem & filium non multū mihi referre uidetur, per ea quæ ponit Felin. in cap. 1. de præſcript. colum. 4. dum dicit in hoc caſu, ꝙ iudex ſecularis poſteà minus bene punitum poterit punire, etiam pœna ſanguinis, iuxta notata in cap. de his. de accuſation. In quo tamen ultimo uide Marianum in dicto ca. propoſuiſti. charta 3. columna ſecunda. uerſicu. arbitror tamen. de foro competen. & eundem in cap. poſtulaſti. colum. antepen. uerſic. & aduerte. eod. titu. poſt Bartol. in l. Senatus. ff. de accuſatio. & quod tenet præfatus Doctor de Prato ueteri, & ſequitur Iaſ. in l. imperium. col. 3. ff. de iuriſd. om. iudi. & Socci. in conſi. 12. charta penult. colum. 2. Et licet ſuperius in articulo, An mā dans & mandatarius debeant coram iudice conueniri dubitauerim: attamē ſequor alios, & in pluribus obligatis, res eſt ſine difficultate. quod eſt diſtinguendum, an cauſa ſit indiuidua an indiuidua, ut ſuprà dixi, & deduxi. quod etiam apertè uolunt Marian. in dicto cap. 1. in dicta decimaquinta declaratione. Bartholomæus filius in dicto conſilio 12. & alii ſuprà relati. Sed in pluribus inquiſitis de eodem delicto, ſicuti Doctores aliter non diſtinguunt, an cauſa ſit indiuidua uel diuidua, ita nec ego: quia ſentiunt ipſi, quòd ſemper cauſa dicatur indiuidua, & hoc ratione eiuſdem delicti, & eiuſdem facti: quod aſſumptum ultra eos probatur in l. qui de crimine. C. de accuſationibus in quo textu dicitur, quòd etſi ſint plura delicta ex unico facto, quòd tamen idem iudex eſt: Quantò igitur magis hoc dicendum eſt, quando unicum factum eſt, & unicum de-
148 lictum? Si tamē uelles uidere † quicquid ferè dici poteſt circa prædictam materiā ultra Bartol. in dicta l. iuriſperitos. & in dicta l. præcipimus. & Doctores ubi ſuprà. uidē Cæpol. caut. 66. Felin. in rub. extrà, de appellat. Barbat. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerborum obligat. circa fin. & in l. 2. in princip. ff. eodem tit. colum. octaua & ſequenti & 11. & in cap. cum aliquibus. de reſcriptis. in 6. & Alexand. in l. nulli. de iudic. Mathe ſil. notabili 144. Alex. in 2. uol. conſil. 181. circa princip. & in 4. uolum. conſi. 120. colum. 5. in fine. Bart. in l. fin. in 3. col. ff. de colleg. illicit. Aret. conſi. 29. colum. penul. in fi. & ſeq. ubi uide per Nat. in repet. cap. quamuis. de pœn. in 14. quæſt. 3. quæſt. principalis. Felin. in rubr. de appellat. colum. 6. circa finem. & in rub. de offic. deleg. colum. 1. Abb. omnino conſilio 33. col. fin. 2. uol. Bart. in l. de iure. circa fi. ff. de municip. Barba. in 2. uolum. conſi. 36. in 9. & 10. colum. & in eodem uolu. conſil. 122. in 4. & 5. columna. Philip. in rub. extrà, eodem. in 8. colum. Barba. conſi. 1. in 6. col. in fi. & ſequen. in 2. uol. Felin. in tract. quan. lit. Apoſt. noc. patr. in 4. colum. in 6. ampliatione. ubi uide & Nicellum in concor. 204. ubi latè, & Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de collation. Commemorat etiam Marian. in dicto cap. 1. de foro competent. unam limitationem, quæ eſt 27. in ordine, quæ ſæpenumero contingit, quòd
149 † laicus poteſt conuenire clericum ratione tributi, ſecundum gloſ. in cap. princeps. 23. q. 5. & in cap. conuenior. eadem cauſa & diſtinctione. in reliquis uide per eum. Vidiſti igitur, quando iudex laicus, poſſit iudicare contra clericum, & quando illum poſſit conuenire. Non eſſet etiam abſonum uidere, An & quando † lai-
150 co etiam priuato licitum ſit capere clericum. In quo uide Ang. in uerbo, fama publica. in 9. quæſtione, qui concludit, ꝙ poteſt in duobus caſibus, quādo reperitur in flagranti crimine, & quando adeſt licentia ordinarii, ut per eum: & idem, quando aufugeret, & quando fas eſſet eum uerberare. Vide per Iaſonem in l. 2. columna 5. ff. de

ff de iurisdictione omnium iudic.& in l.uinum.columna quarta.ff.si certum petatur. per Abbat.Felin.Aretin. & Decium in ca. cùm non ab homine. de iudiciis. regulariter igitur non licet,aliàs laicus est excommunicatus.cap.3.in fi.in uerbo,ceperit.de sentent.excommunicat.& sentit glos. in dicto cap.cum non ab homine. Et ista est cómunis conclusio,quicquid ibi dicat Aret. & de hoc latè suprà diximus in titulo de captura, attingendo etiam singulas limita-
151 tiones,ibi uide. Et † cui spectet cognitio,an quis sit clericus uel laicus, uide textum in cap.si iudex laicus. de sentent.excommunicationis.in 6. qui dicit,quòd spectat ecclesiastico,uocato tamen iudice seculari. Quare si is, de quo quæritur,qui per iudicem secularem detentus sit, com-
152 muniter clericus habebatur,† & de hoc fama erat,statim absq; alia cognitione remitti debet,ut in textu ibi, sed si notoriū, similiter si incedebat in habitu laicali, & laicus existimabatur, non debet remitti, donec sit cognitū per ecclesiasticum: sed ita demum est remittendus, quando ante detentionem clericus existimabatur. Hæc & alia in dicto textu, de qua materia uide Bartol.& Bald.in l.si qua per calumniā. C. de episcopis & cleric.Corn.primo uolum. consi.37. colum.3. Cæpol. in consilio 11. columna secunda. & sequenti. Gemin.in cap.1.§.fin.in ultima colum.de cleric.coniuga.& in dicto cap.si iudex laicus. maxi-
153 mè in fine capituli. Et quid sit† captus iudici seculari fateatur, quòd non incedebat in habitu, an tamen debeat remitti ecclesiastico?Vide Fed.de Sen. in consi. 235.
154 & Gem.in d.c.1.de cler.con. Et † quid quando tantùm est quæstio respectu facti, uidelicet,an incederet, non autem respectu clericatus,uide Alex.in l.Titia.colum. 4.ff.sol.matrim.Parpal.remissiuè tamen in l.placet.char.3.col.2.C.de sacrosan.eccle. Gemin.in d.c.1.de cleric.coniug.§.fi.Cæpol.in d.consi.11.col.2.& Soccin.in consil. 122.col.3.in princip.& Gemin.in d.c.si iu-
155 dex laicus.in fi.cap.Et † ad text.in d.c.si dex laicus.adde dum dicit,quòd ecclesiasticus cognoscit uocato seculari, quòd licet aliàs quando duo iudices contendunt cuius sit iurisdictio ambo concurrant, ut in c.cùm contingat.& in c.pastoralis.in princip.de rescript.Tamen fallit quando secularis & ecclesiasticus contendunt, quia ecclesiasticus uti dignior solus cognoscit, ut per Ias.in l.2.col.5.circa fi.ff. si quis in ius
156 uoc.non ier.† Adde etiam, q̄ licet corā ecclesiastico fieri debeat cognitio articuli præmissi,tamen clericus potest instrumētum clericatus ostendere seculari, ut eum instruat.Ita Cæpol.in d.consi. 11. col.2.;& ibi etiam notabiliter quòd si ille clericus dicat se eum esse, qui in instrumento no-
157 minatur,quòd ei creditur.Vidi † tamē priuilegium Regi Francisco à sede Apostolica concedens, ut qui ante delictum per quatuor menses, non incessisset in habitu & tonsura non gauderet priuilegio clericatus:seruatis tamen nonnullis solemnitatibus,de quibus in eo,quæ nunquàm serua-
158 tæ fuerunt.Et† hæc sufficiant in hac materia ecclesiastica,sed si uis uidere alia.uide in dicto tract.Stepha. Affrerii quem fecit repetendo.clem.1 de offic.ordin.ubi latissimè de potestate iudicis secularis in ecclesiasticas personas, & de potestate iudicis ecclesiastici in laicas, & per Maria.in suo mirabili tracta.de foro compe.à princ.
159 usque ad fin.Et interim quo ad† potestatem ecclesiastici in laicos extra terras Pōtificis, dic quòd habet omnem potestatē, imò solus in delictis ecclesiasticis,secus in mixtis,quia tunc cognitio est utriusq;, & locus est præuentioni, ut not. in c. cùm sit generale. de foro compet. ubi uide Abb.
160 & Docto. Et ideò † in crimine hæresis mœrè ecclesiastico, secularis iudex nullo modo potest se intromittere.c. ut inquisitionis.§.prohibemus.de hæretic.in 6. Sed ad requisitionem episcopi, & inquisitoris, iudex laicus eum punit ad mortem pœna ignis, postquàm ipse iudex ecclesiasticus eum cōdemnauit uti hæreticum. ita Abb. in c.ad abolendum.colum. penult.uersicu. in glos.in uerbo,laicus.de hæreti. Non cōdemnat tamen inquisitor cum uicario ad mortem, sed declarat hæreticum esse, exuitq; ipsum priuilegio clericali, ita sentit Abb.ubi suprà. Est enim sententia sanguinis,quam ecclesiasticus imponere non potest.cap. sententiam sanguinis. ne cler. uel monachi.adeò quòd etiam pœna perpetui carceris quando carcer est nimium arctus reprobatur à iure canonico. Et

similiter quando uictus ita parce tribuitur, ut uita sustentari non possit. Ex qua eadem ratione etiam reprobatur consuetudo coniiciendi presbyteros in caueas
161 † ferreas maxime tempore frigido absque tecto, ut per Felin. in cap. qualiter. el secundo. §. ad corrigendos, colum. 3. de accusat. Dubito tamen, quo ad supradicta, qu a Abb. in d. cap. ad abolendam. uersic. sed quæro circa prædicta. Concludit tam de iure canonico, quàm ciuili pœnam hæretici esse pœnam ignis, unde si illa imponatur per ecclesiasticum non sequitur, ut sit irregularis, per regulam l. Gracchus. C. de adulteriis. Reperio Ana. in dicto cap. ad abolendam colum. 2. in fi. mouentem d. difficultatem, & dicentem, quòd dum ius canonicum imponit pœnam ignis in hoc casu, loquitur de igne æterno, & ideò tenenda est præcedens opinio quam claré uult Archidia. 23. quæstio. 8. in glos. summæ. & Specula. in tit. de iudice deleg. §. iusta. uersicu. porrò. in fi. & Marian. in cap. ad audientiam. de homicid. uersic. 57. & ita obseruat consuetudo, ad prædictam opinionem uide Felin. in dicto cap. ad abolendam. in fi. & Bartol. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. diuus. ff. de custod. reor. Et
162 † ibi quando inquisitor tradit reum condemnatum curiæ seculari, an iudex laicus teneatur stare illi processui, & sententiæ?
163 Et † quibus uerbis utantur isti inquisitores & episcopi cùm tradunt degradatos curiæ seculari? uide Abb. in cap. nouimus. colum. 2. in fi. de uerbor. signifi. uersic. uide ne incurras irregularitatem. Item dicit, quod
164 summus † Pontifex in terris Imperii (quod pendet secundum communem opinionem ab ecclesia) habet iurisdictionem si non actu, habitu saltem, secundum communem, ut per Felin. in ca. nouit post alios de iudiciis. super gloss. in uerbo, iurisdictionem nostram. Et ideò propter hanc iurisdictionem posset summus Pontifex, uel eius delegatus citare sine litteris subsidialibus in terris Imperii subditum Imperatoris, ut per Bartol. in extrauagan. ad reprimendam. in uerbo, per ædictum. & Aretin. consil. 158. colum. 2. uersicu. pri-
165 mus. Et † ita Imperator pariter in terris suis infeudatis propter ius superioris, quòd retinet Areti. in dicto consil. & probatur in clement. pastoralis. de re iudica.
166 Papa tamen † habet iurisdictionem actu, in non recognoscentem superiorem, ut per Docto. in cap. nouit. præterquàm contra Cæsarem, ut ibi per Felin. Deci. notabiliter ibi, & latius in l. si duobus. colum. 2. de appellat. tenet quòd siue sit Cæsar, siue alius non recognoscens superiorem. Quod
167 † Papa solùm est iudex in casu notoriæ iustitiæ, uel in causis arduis, similiter ratione iuramenti Papa & eius iudices ecclesiastici habent iurisdictionem contra laicos, etiam in causis feudalibus. d. cap. nouit. & Felin. in d. cap. cùm sit generale. columna. 5. & sequen. de foro competen. Et
168 † uide omnino, quæ sit iurisdictio Papæ, per Cardinalem in c. ne Romani. §. irritum. in 5. quæstio. de electio. Habet etiam
169 potestatem Papa † extra imperium suũ, quod actu exercet in omnibus spiritualibus, quia in his omnes sunt suæ iurisdictionis. d. cap. nouit. de iudic. & in cap. de præsentia. de doc. post diuor. restit. & c. causam quærit. qui fil. sint legit. Et ideò potest iurisdictionem exercere in quemlibet, etiá non subditum suum, ubique quo ad hoc, ut sit habilis ad ea spiritualia. c. per uenerabilem. in princip. qui fil. sint legitimi.

Quæro an si incideret quæstio inter Cæsarem, & aliquem eius uasallum super
170 feudo, an iudex esset ipse † Cæsar, uel pares curiæ, uel Papa, uidetur quòd pares. ca. 1. §. præterea si inter. de prohi. feud. alien. per Federic. & omnes ibi, & in cap. cæterùm. de iudic. & dicit Bald. in d. §. præterea si inter. quòd etiam procedit hæc conclusio quando dominus non recognosceret superiorem, tamen credo contrarium, quòd imò Cæsar sit iudex, quia iura sunt Imperatoris, dicentia, quòd iudices sunt pares, sed in generali sermone non uenit persona loquentis qui est ipse Cæsar. §. fin. de prohib. feud. alien. per Feder. & ibi glos. Item Doct. qui dicunt, quòd pares curiæ sunt iudices, allegant rationem, quia nemo in causa propria debet esse iudex, quę ratio cessat in Cęsare, & Papa qui sunt iudices in causa propria, ut not. in ca. cùm uenissent de iudic. ubi fit regula cum fallentiis per Felin. & Deci. & reperio quòd Præpositus Mediolanensis format quæstionem, & ita tenet in titu. apud quem, uel

quos contro. feud.col. 2. & allegat text.in fortioribus terminis loquentem in Rege Francorum non recognoscente superiorē in cap.nouit.de iudi. Facit tamen differentiam in Cæsarem, Papam, aliósque supremor principes, prout est Rex Gallorum, & inter alios inferiores non recognoscentes superiorem de facto, & ita intelligendus uidetur Curt. in tract. feud. in ultima parte.in ult.quæst.& Aluarot.in d.tit.apud quem uel quos contro.feud.termi.deb. & Bald.in d.§.pręterea.& ideò Aret.in d.cap. nouit. in 5.notab. uult respectu non recognoscentis ꝙ cognoscat dominus. allegat c.1.de leg.Cor.in prin. Fel.tamen ibi uult ꝙ sint pares curię in glo.in uerb.iudicare. ibi, limita hanc conclusionem secundum Bald.in §.præterea. ita etiam in effectu Feli.in c.uenissent.de iudi.dum allegat Bald. in d.§.præterea. Ego persisto in mea opin. ꝙ imò Cæsar sit iudex.per tex. in d ca.nouit.qui non potest cauillari, & qui fortius, ut dixi, loquitur, & ita Aluarot. ꝙ potest Cæsar, si uult quando est præsens, aliàs quòd sunt pares curiæ.c.1. apud quem uel quos.colum.2. uersicu.quoniam. ubi uide. Sed in aliis inferioribus non recognoscen-
171 tibus, † uidetur ꝙ sint pares, secundum opinionem Præpositi,&,ut dixi, sic tenent plures, in non recognoscente, ꝙ iudices sint pares,sed ad hoc ultimum obstat text. in d.c.nouit. qui loquitur in rege Francorum, & uult ꝙ cognitio sit regis. Cur igitur diuersum inter eum, & alium inferiorem, qui non recognoscat superiorem? & ideò Areti.ibi in 5.notab.indistinctè tenet ꝙ talis est iudex, & non pares curiæ. In Cæsare clarum est,quia non uenit,ut dixi, persona loquētis,sed in his aliis hoc opus, hic labor est, per dictum cap.nouit. Non obstat glos.in uerbo, ipsum. in d. cap. quæ dicit,ꝙ tex.loquitur,quando est questio inter duos uasallos,quia destruit tex. Veritas, diligenter considerando, uidetur esse ꝙ si est quæstio inter uasallum qui sit subditus, & dominum non recognoscentem superiorem, ꝙ dominus est iudex, sed si nō est subditus, cognoscit papa.ita Abb. in d. cap.nouit.in uerbo,iudicare.& dum super hac quæstione,in casu arduo esset dubitatum, dicebat excellentissimus Doctor D. Franciscus Sfondratus Senator dignissimus, & tunc collega meus, qui postea à Paulo III. Pontifice Maximo in Cardinalium collegium meritò cooptatus est,prædicta posse redigi ad concordiam,secundū hanc ultimam distinctionem,& reuera uidetur ꝙ Abb.etiā loquatur in feudo, quia sic dicit, iuxta text. loquentem in feudo.
172 Tamen † non bene diceret,si loqueretur in feudo quo ad non subditos, quia tunc pares curię sunt iudices, ut etiam explicitè Felin.ibi,in uerbo,iudicare.inhærendo. Bald.& sequacibus ubi suprà,nisi sint suspecti,ut per eos,sed quo ad subditos bene dicit,ut non recognoscens cognoscat,& hoc per nota.in d.cap.cum uenissent. de iudic. unde dum generaliter dicunt Doct. communiter,ꝙ quando est quæstio inter dominum & uasallum, ꝙ pares sunt iudices, intellige, ut non procedat respectu subditi.
173 Et † aduerte,ꝙ si non ageretur de feudo principaliter, sed in consequentiam, puta, quia præsupponeretur per Cæsarem aliqua rebellio,tunc sine dubio per prędicta Cæsar esset iudex, imò quilibet feudatarius minor esset iudex,ut consuluit in terminis Alexan.in consil.13.col.2. uolum. 6. alleg.Guli.de Cun. in l. cùm debitoris.C. de iudi.& alia,ut per eum,& ita uidemus in Duce nostro seruari quotidie quo ad rebellionem contra eum cōmissam. Ad prædicta uide etiam And. de Iser. in d.§. præterea.si inter duos.de prohi.feu.alie.per Feder.in antepen.col.uersi.sed nunquid Cæsar puniat iniurias imperii. Et dum dixi, ꝙ respectu subditi dominus est iudex loquendo in nō recognoscente superiorem. Dic, ꝙ non solùm in non recognoscente supe-
174 riorem, imò † in recognoscente ex consuetudine communiter illius patriæ, uel ex decreto,prout nos hic Mediolani habemus,dominus est iudex etiam respectu rei feudalis.ita seruatur in hoc dominio Mediolani:sic etiam cauetur ex erectione Senatus, & dixi suprà, in materia decreti, de maiore magistratu circa fi. allegando Bal. in d.cā.1.§. pręteā. de prohi. feud.alie.per Fed.& Iacob. de sancto Gregorio in glos. & dicti uasalli pro dictis rebus.colum.2 in princip.qui dicit hanc consuetudinem esse in cōsilio Taurinensi, & ita etiā per Doct. maximè Deci. in cap.quia G.extrà,de iudi,
175 Quæro postremò quando duo † princi-

pes contendunt de omnimoda iurisdictio
ne ciuitatis, uel castri, quis erit iudex? &
dic, quòd simul ambo cognoscent, uel eo-
rum iudices. c. pastoralis. & cap. cùm con-
tingat. de rescript. & Barto. latè distinguēs
in l. de iure. in fi. ff. ad municip. & seruatur
sicut dixi, quia eliguntur iudices per utrū-
que, qui simul cognoscunt. si uerò esset cō
trouersia ratione alicuius delicti commis-
si, quo ad locum, seruatur quod ambo se-
paratim cognoscunt, ut per Marian. in cap.
postulasti. col. 3. uersic. circa septimam. de
foro compet. & alib sæpe. Et an sententia
176 † lata ab uno principe, circa iurisdictio-
nem loci, de quo est controuersia, præiudi
cet alteri scienti, & non appellanti saltem
in possessorio, uide Alexan. in l. sępe. ff. de
reiud. in col. 39. & 3. sequentib. & ibi quòd
prę iudicat in possessorio, & non in petito-
rio. In materia igitur controuersiæ feudi
177 regula est, quòd pares † curte sunt iudi-
ces, & hanc regul. ponit Curt. in tract. suo.
char. fi. col. 1. quam ampliat quatuor mo-
dis, & limitat Felin. & Dec. in d. cap. cæte-
rùm. de iudi. Et hoc quando constat de feu
do, sed super eo est controuersia, sed si ne-
getur, uel ex parte domini, uel uasalli, tunc
pares cognoscunt de hac qualitate sum-
matim, & cognita qualitate feudi, proce-
dunt in causa, sic Are. in d. c. cæterùm. sed
malè dicit, quia ordinarius cognoscit de
hac qualitate, ita doctè Iac. de S. Georg in
glo. & dicti uasalli col. 9. uer. sed iuxta præ
dicta quæro. ubi omnino uide, & ita sentit
Curt. in d. tract. char. fin. col. 1. uersi. 3. lim.
& Dec. in d. c. cęterum. uers. in glo. 1. Et ad
ea quæ dixi, ꝙ tamen Cæsar est iudex, &
ꝙ in Cæsare regula dicta nō procedit, Ad
do ꝙ nihilominus de honestate hoc non
uenit, ut etiā animaduertit Dec. in d. c. cę-
terum. char. 3. col. 1. ad fi. Et ideò est con-
cludendum omnibus consideratis, ꝙ sunt
pares curię, nisi in casu de quo supra. uel ni
si uasallus esset subiectus per prædicta. Et
si uis scire ad quem appellaretur quādo ap
pellaretur à paribus, uide Doct. in d. c. cę-
terum, maximè Fel. & Dec. & Iacobi. ubi
suprà, & nō ignores text. in hoc de paribus
in c. 1 §. sancimus quo tēpore miles. ubi di
cit, ꝙ appellatur ad Cæsarem, & ibi uide
Aluarot. & ita remanet expedita hæc mate
ria competentiæ & incompetentię iudicis
in materia criminali, & concernente hono
rem principis, quæ materia est utilissima,
quia nemo potest conueniri coram nō suo
iudice, & sententia lata à iudice penitus
178 † non competenti est ipso iure nulla. c. si
non à competenti. per totum, siue sit ordi-
narius. l. fin. C. de exceptio. siue delegatus.
d. l. 1. 2. & 3. C. si à non compet. iud. fue. iud.
adeò ut etiā post sententiam possit quādo-
documque opponi exceptio incōpetentiæ,
& nunquam talis sententia dicatur transi-
re in rem iudicatam, etiam ꝙ essent tres
sententiæ cōformes, ut latè & notabiliter
per Ang. Are. in §. appellantur. Insti. de ex-
cept. col. 10. & seq. nisi tamen esset proro-
gata iurisdictio iuxta. l. 1. ff. de iudi. & leg. si
conuenerit. ff. de iurisd. om. iudi. unde con
uentus imprimis ante litem contesta. op-
ponere debet declinatoriam. d. l. si conue-
nerit. & ibi not. & per Aret. ubi suprà, col.
12. & seq. Aduerte tamen, quia si formata
inquisitione, reus inquisitus, sit examina-
tus sine alia cōtradictione, & ēt confessus
179 fuerit, per hoc non dicitur † prorogata
iurisdictio. ita Ang. consi. 27. quia compul-
sus illud uidetur facere, ut per Innoc. in c.
ad petitionē. extrà, de accus. & Cæpol. cō-
180 sil. 59. ad fi. Eodem † modo si datur ban-
num in contumaciam contra aliquem per
non suum iudicem, non prorogatur iurisdi
ctio secundum Bal. in l. qui ex consensu. C.
de episc. audien. uersi. deinde nota. & Alex.
in l. ex quacunq;. col. 4. ff. si quis in ius uoc.
non ier. Et si in causa criminali quis proro
gat iurisdictionem non sui iudicis. Tamen
181 † iudex competens potest per inquisitio
nem procedere. Aretin. in c. quod clericis.
col. 2. de foro comp. Vltimò in hac mate-
ria inquisitionis quo ad cōpetentiam iudi
182 cis nolo omittere articulū, an† iudex ori
ginis, uel domicilii possit inquirere pro
delicto cōmisso extra territoriū? uide Hip
poly. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. in char.
6. col. 2. & 3. qui tenet nō posse, communis
est in contrarium, ut attestatur August. de
Arim. in glo. hæc est quædam inquisitio cir
ca fi. & quicquid sit, usus approbauit ꝙ pos
sit, tum ex auiditate iudicum, qui ad lucrū
properant, tum etiam ne delicta remaneāt
impunita. Per accusationem enim res est
clara, ꝙ potest ex regula generali, ꝙ quis
sortitur forum, etiam ratione domicilii, li

cet

cet in eo nõ deliquerit. l. 1. C. ubi de crim. agi oport. cum aliis allegatis per Alexan. consil. 166. uol. 7. Item res est clara, quando posset procedi de iure cõmuni per inquisitionem, iuxta tradita per Barto. in l. 2. §. si in publico. col. 2. ff. de adulter. & supradicta in uersi. 2. non est omnino pretereundum, & hoc iisdem terminis, prout dixi, quo ad accusationem. & ita Ang. in quæstione quã facit de hoc articulo, & questione quæ incipit, disputatio Bononiensis. dicens hunc casum esse sine dubio, & hoc per tex. in l. si quis in hoc genus. C. de sacrosanct. eccles. quod procedit, quicquid calumniosè dixerit Odofr. in hac questione, de qua per Bartol. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. in charta penulti. col. 3. uersi. item quæro quid si in statuto. ubi latius Bar. tractat hanc quæstio. in genere: loquor tamen habito respectu ad magis cõmunem Doctorum opinionem, quia aliqui sequuntur. Odofr. Solùm superest difficultas, quando statuto permittitur inquisitio, an etiã possit fieri in loco originis, uel domicilii, &c. ut in quæstione formata, & dubium facit tex. in cap. 1. §. 1. de constitut. in 6. Tamen cõmunis est etiam illa quam dixi, & ultra Bart. ubi suprà. & Cin. per eum relatum sic tenet Ang. in d. quæst. & in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. & Salic. in l. ea quidé. C. de accusat. col. 16. & Abb. in consil. 24. & postremò hanc firmat Maria. Soccin. in c. qualiter. el secondo. in 5. artic. principali. in 14. quæst. de accusat. ubi per 7. col. disputat, & tandem se firmat in hac parte. Limitando tamen quando si commissum esset delictum impunibile esset, in quo non dubito per ea quæ ponit Nel. in tract. Banni. in 2. parte, secundi temporis. quæstio. 56. Vsus etiam hãc opin. approbat, & ideò nõ est insistendum ulterius.

Tit. de Accusatione.

SVMMAE.

1 *Nemo ex regula sine accusatione damnatur.*

2 *Accusator non tenetur hodie se inscribere, nec constituere, & qualis fiat scriptura.*

3 *Notificationes sine nomine deferentis non debent à iudicibus accipi.*

4 *Accusator hodie non fideiubet pro expensis, licet iure communi & statutorum id caueatur, nisi sit non suppositus.*

5 *Forensis prosequens suam, uel suorum iniuriã potest accusare.*

6 *Quærela quæ hodie proponitur non habetur pro accusatione, sed inquisitio.*

7 *Accusatio quàre hodie prorsus cesset.*

8 *Quærelare, uel accusare non potest quis, nisi in criminibus publicis, & ubi uenit applicãda pœna fisco.*

9 *Accusare, seu quærelare potest etiam is cuius non interest, ubi ex officio procedi potest.*

10 *Publica iudicia non cognoscuntur ex qualitate pœnæ, nec ex eo, quòd per statuta sit uariata pœna, idcirco desinit esse publicum iudicium.*

11 *Ciuilis causa non potest simul cum criminali principaliter intentari.*

12 *Criminalis causa institui non potest instante fisco, ubi parte instante non posset ex consuetudine Mediolani, licet aliter sit de iure.*

13 *Quærela per quam uerisimilius ueritas delicti potest deprehendi, præfertur.*

14 *Iudex ex officio potest processum prosequi, quando accusator desistit ab accusatione, uel impeditus, uel alia ratione, etiã in priuatis delictis.*

15 *Desistere ab accusatione quando liceat.*

16 *Abolitionis publicæ legalis & priuatæ materia, ubi tractetur.*

17 *Accusator proponens falsam accusationem, uel quærelam punitur pœna qua calumniator, hoc est similis supplicii.*

18 *Accusator manere debet in carceribus cum accusato, ubi statim accusaretur per accusatum de falsa accusatione, & extaret iudicium.*

19 *Accusator calumniosus quando de uera calumnia & non præsumpta agitur, condemnatur, sed de consuetudine non seruatur.*

20 *Accusatus calumniosè potest actione iniuriarum agere contra accusantem.*

21 *Iudex calumniosè inquirens punitur extra ordinem ob ueram calumniam non ob præsumptam.*

22 *Calumniator quis dicatur.*

23 *Præuaricator quis dicatur.*

24 *Calumniari dicitur qui scienter crimen*

falsum proponit, & solet interrogari quærelans, an uelit uti quærela, ut cognoscatur an calumnietur,

25 *Interrogatus an uelit uti quærela, tenetur omnino respondere etiam quòd scriptura sit ab alio confecta.*

26 *Accusans calumniatorem satis habet fundatã intentionem, quando calumniator accusauit pro facto in se commisso.*

27 *Calumniator condemnatur, & ad pœnam & ad expensas.*

28 *Calumniator quomodo à calumnia excusetur, & non ab expensis.*

29 *Calumniosè quærelans non excusatur ob indicium, aut famam, licet iudex ratione officij excusetur.*

30 *Quærelandi, uel accusandi iuri præscribitur uiginti annis, sed per decennium pœna minuitur.*

31 *Confiscatio bonorũ tollitur quinquennio, licet aliud sit stante decreto Mediolani.*

32 *Inquirẽdi iuri præscribitur uiginti annis.*

33 *Inquisitio & accusatio quo ad pœnam corporalẽ cessat, mortuo accusato, siue ante sentẽtiam siue post licet aliter quandoque factũ sit contra insignes latrones.*

34 *Pœna pecuniaria, ut confiscationis bonorũ nõ transit contra hæredem, nisi secuta condemnatione ante mortem delinquentis, etiam quod prius lis contestata fuisset etiam stante decreto Mediolani.*


35 *Pœna publicationis bonorum imposita bannito in contumaciã nõ trãsit contra hæredẽ.*

36 *Pœna trãsit cõtra hæredes lite cõtestata in priuatis delictis quãdo ciuiliter agebatur.*

37 *Hæres delinquentis mortui lite iam contestata tenetur insolidum, secus si mortuus sit lite nondum cõtestata, quia tunc tenetur quatenus ad eum peruenit.*

38 *Accusator qui non præcedentibus indiciis accusabat, constituebatur in carcere.*

39 *Accusator carere debet suspicione non minus quàm testis, aliàs repellitur.*



Vpra diximus de modo procedendi per inquisitionem, de quo uti magis cõsuetudo in primis locuti sumus. Nunc uidendum est de aliis, & primò de accusatione. Est enim accusare aliquem reum criminis in libello deferre. l. libellorum. ibi, reum deferre. ff. de accusat. secundum omnes, & de iure loquendo, hæc est regula, † ꝙ nemo sine accusatione damnatur, iuxta illud Domini, Si nemo te accusat mulier, nec ego te condemno. Verùm per statuta & consuetudinem, quasi ubique est prouisum, ꝙ etiam sine ea inquirendo possit procedi, ut suprà latè dixi, in materia ipsa inquisitionis. col. 2. in quæstione, an omni casu possit formari inquisitio. Et inter cætera requisita ad accusationem erat necesse, ut accusator se inscriberet ad pœnam talionis. leg. 3. C. qui accusar. non poss. & in l. si cui. in prin. ff. de accusat. & ideò tenebatur etiam se constituere sicut accusatus. l. fi. C. de accusat. Sed hodie 2 † cessat ex consuetudine hæc pœna talionis, & amplius non fiunt libelli accusatorii, requiritur tamen aliqua scriptura, quæ contineat nomen accusatoris, accusati, crimen, locum criminis, & tempus, iuxta l. libellorum. in princ. allegatam, & ita ex consuetudine seruatur secundum Gandi. in tit. qualiter fiat accusatio. col. 2. & alios in locis infrà allegandis. Ideò malè faciunt iudices, & notarii qui interdum accipiunt scripturas, in quibus deferuntur rei pro 3 aliquibus criminibus † quas notificationes appellant sine nomine notificantis, ex quo sequuntur mille uexationes, quia calumnia comperta, calumniator non potest in expensis damnari, ꝙ est impium, iuxta nota. per Bart. in l. 1. ad fin. ff. ad Turpil. & per Felin. in cap. accedens. col. 4. de accusat. & per Hippol. in l. patre, uel marito. col. 3. & pluribus sequentibus. ff. de quæstio. in quibus locis latè de materia condemnandi uictum in expensis in criminalibus. Et ideò Senatus noster per decretum superioribus diebus ordinauit non posse procedi per tales notificationes sine nomine, & calumniosè quærelantes esse condemnandos in 4 expensis, & ita obseruatur. Non † tamen accusator tenetur fide iubere pro expensis iuxta tex. in Authen. generaliter. C. de episco. & cleri. & l. 3. C qui accusa. non poss. & dispositionem statuti nostri in criminalibus, ꝙ est primum in ordine, quia sicut ius commune recessit ab aula, ut per Docto. ubi suprà, & glo. instit. de satisd. in §. sed hodie. in prima glos. sic etiam statutum. Est uerum, ꝙ ex quo in ciuilibus statutis habemus

mus aliud disponens, ut non suppositus qui uelit agere, teneatur fideiubere, quod saltem in suo casu uidetur procedere, scilicet respectu non suppositi, iuxta consil. Areti. 108. quod statutum licet correctorium in ciuilibus procedit etiam in criminalibus. Tamen his diebus præteritis dum euenisset casus in Hieronymo Moresino incola locorum, quæ Heluetiis subiacēt, qui prosequebatur causam criminalē contra quōdam Comensem in ciuitate nostra Mediolani, Senatus extendit dictam consuetudinem, etiam ad hunc casum. Est uerum q̄ alia ratione non habebat locum statutum, quia loquitur de non supposito contra suppositum, sed tunc agebat non suppositus contra non suppositum. Et si dicas, Tu uis igitur, q̄ forensis possit accusare. hoc non est uerum per glos. in l. is qui reus. ff. de public. iudic. & Angel. in rubr. ff. de public. iudic. Sed respondeo, q̄ si forensis uti unus

5 de populo accusat procedit hæc dubitatio, quia sua non interest in patria aliena, sed in prosequente suam uel suorum iniuriam, nulla est dubitatio, quin possit, ut per Bar. in d. l. is qui reus. & Doct. ibi, & in l. in prouinciali. §. fin. ff. de noui oper. nuntia. quinimò etiam quilibet alius potest, secundum communiter Doctores. Et quia dixi, q̄ hodie amplius non fiunt libelli accusatorii, sed querela defertur in quadam scriptura eo modo, sicut dixi. Scias, q̄ sicut non omnis potest accusare, iuxta dicta Gandi. fol. 1. col. 1. & seq. & per Aret. in glos. nècnon ad quærelam. col. 6. & seq. ita non omnis poterit sic quærelare, aut quærelari, quia & si recesserint usu aliqua requisita in accusatione, ut inscriptio ad pœnam talionis, & prestatio fideiussionis, cætera tamen remāserunt per regulam l. præcipimus. in fin. C.

6 de appella. Vsus † tamen non admittit tales quærelas pro accusationibus, quia hoc modo non esset necessaria alia inquisitio, quæ tamen quotidie formatur super talibus quærelis, & ita quærela habetur pro quærela, & non pro accusatione, quod sit uerum nunquàm uidi disputari super ineptitudine quærelæ, nisi circa nomen accusatoris non expressum, ut suprà dixi. Vbi uerò esset accusatio quærela, & pro accusatione haberetur non posset formari inquisitio, quia unum scilicet ordinarium, tolleret aliud extraordinarium, ut suprà dixi, in materia inquisitionis, & ita Cepol. cōsilio. 65 col. 2. bene uidi disputari, & uideo super inquisitione, an aliquid ex requisitis in accusatione, iuxta l. libellorum. in prin. ff de accusatio. deficiat ex quo apparet, q̄ successit inquisitio ipsa loco accusationis, non quærela, & ita Bar. & Doct. in d. l. libel

7 lorum. Nec mirum q̄ penitus cesset † accusatio, quia defecit ex consuetudine id unde eueniebat, ut sine accusatore nemo damnaretur, scilicet pœna talionis, secundum Bart. in l. athleta. §. calumniator. ff. de calumnia. & hęc sunt contraria opi. Gand. & Ang. ubi suprà, quæ est, q̄ licet hodie non fiant libelli accusatorii, tamen illa scriptura in reliquis remanet accusatio. uerū, quia ratio Bar. in d. §. calumniator. patitur difficultatem, propterea ab eis non rece-

8 do. Non tamen † omnis potest quęrelare siue accusare, etiam ubi aliàs persona est apta, sed in criminibus publicis tantùm, & in priuatis ubi uenit applicanda pœna fisco, aliàs tantùm auditur is cuius interest, ut per Barto. in rub. ff. de pign. actio. & per Aretin. in d. glos. nècnon ad quærelam. Ve-

9 rùm † est aduertendum, q̄ etiam in priuatis, ubi potest ex dipositione iuris, uel statutorum procedi ex officio, semper omnis admittitur, etiam q̄ sua non intersit, secundū, Cardi. in c. exceptionem. in 6. quæst. extra, de except. & Felin in c. dilecti. col. 2. extrà de maiorit. & obed. ubi uide circa materiā popularium actionum. uide etiam Roma. consil. 152. & Bald. 5. uolu. consilio 191. ubi

10 pulcher casus. Est etiam † sciendum, q̄ nō est inspicienda qualitas pœnæ, ut cognoscamus crimen publicum à priuato sed uideri debet l. 1. ff. de public. iudic. & Institu. eodem. in prin. in quibus locis enumerantur publica delicta, nec propterea quod si uariata pœna iuris communis à statuto in publico delicto, amittitur nomen publici delicti, sed per statutum illud est priuatum quod ab eo delictum factum est, ut latè, & & notabiliter per Barr. in d. l. 1. col. penult ubi uide omnino. & Ias. in l. 2. in fin. C. qui testamen. face. non poss. declarando ex his egregiè dictum Bal. in d. l. 2. in fi. ubi dicit, q̄ statuta sunt leges priuatorum delictorum. His sic enucleatis, Quæro de aliquibus, & primo, an quis possit simul princi-

11 pariter intentare † causam ciuilem, & criminalem? & dic nó posse, sed prima est praeiudicialis ad aliam donec durat prima intentata. l. 1. C. quan. act. ciuil. preiudi. crim. Gandi. in tit. qualiter fiat accusatio col. 3. & Bart. in l. 2. §. hoc edicto. col. 3. ff. ui bon. rapt. & dixi suprà titu. praecedenti. Secun-
12 dò quero, an fiscus possit † causam criminalem instituere, quam quilibet non posset, ut in priuatis delictis regulariter. & uidetur eum posse per regulam praedictam §. quod licitè. iuncto hoc, quòd ipse princeps uidetur laesus in quo consistit publica utilitas iuxta nota. in l. 1. ff. solu matrim. Vnde hoc modo non est uerũ dicere quod sit fiscus uti quilibet, sed ex his qui suam iniuriam prosequuntur. Et hoc sine dubio procederet ubi essemus in casu in quo esset licita inquisitio ex consuetudine, uel ex forma statuti per nota. à Felin. ubi suprà, in c. dilecti. colum. 2. de maiorit. & obed. Sed etiam quòd non simus in eo casu adhuc idem dico ratione praedicta, accusando, nó ut inquirendo procedatur, quia nec frater occisi haberet hanc facultatem in casu in quo inquisitio esset illicita. In ciuitate igitur nostra Mediolani, in qua ex consuetudine omni casu est licita inquisitio, quamuis ex forma statuti sine instãtia partis, ex puro officio licita sit tantummodo in aliquibus casibus, fiscus posset instare omni casu, etiam in priuatis delictis, ut procederetur, & sic etiam in furto, quòd est priuatum delictum, imò etiam sine fisco posset iudex ex mero officio hoc facere per regulam d. §. quod licitè. nisi repugnaret statutum. ita Bartol. in l. inter omnes. §. rectè. colum. 1. ff. de furt. & sequitur Alex. consi. 24. uolum. 2. colum. 4. & Felin. in cap. nulli. colu. 2. uersicu. item inquantum. de accusat. & in cap. 1. colum. 2. de praesumpt. & licet ius ita uelit, tamen praedictum statutum interpraetatum fuit, ut ubi non potest procedi, nisi parte offensa instante, nec etiam possit procedi instante fisco. & uide ad hoc, infrà, in tit. de fur. uersi. pax. ubi declaro quę hic dicuntur, nec aliter intelli-
13 geres. Tertiò quaero † quando reperiuntur duae quęrelae à diuersis, coram duobus iudicibus de eodem delicto, putà capitaneo & praetore, quae praeferatur, & dic, ꝙ illa praefertur, per quam ueritas facilius & uerisimilius poterit erui. leg. si plures. & ibi Bartol. in fi. ff. de accus. & dixi latè suprà, in materia inquisicionis, in articulo, an inquisitionis iudicium sit ordinarium, uel extraordinarium, ubi omnino uide. Quartò quaero, quando ad quaerelam alicuius proceditur, qui posteà ante expeditionem citatus non compareret, an eundem
14 processum possit † ex officio prosequi iudex? & dic eum posse. ita Bartol. in l. inter accusatorem. ad fi. ff. de publi. iud. & ita seruatur secundum Angel. in glos. comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, col. fi. & non solùm in criminibus, ubi ex puro officio potest procedi hoc seruatur, sed in furto, ubi secundum statuta requiritur instantia partis, & instante fisco multò fortius est procedendum per regulam d. l. licitatio. §. ꝙ illicitè. & ita pro absoluto habet Barba. consil. 62. uol. 1. ubi est litera 23. nisi secũdum cum repelleretur ipse accusator à procedendo ulterius, propter calumniam accusatoris, iuxta d. l. 2. cum materia. C. de abol. & mihi contingeret ꝙ accusator non compareret, statuerem ei terminum ad prosequendum suam accusationem, quo elapso ego prosequerer iam inceptam, idem si accusator moreretur, uel aliter esset impeditus, iuxta l. libellorum. §. fi. ff. de accus. & idem omni alio casu quo appareret accusatorem destitisse, & haec sunt iuridica, ut per Aret. ubi omnino uide in cap. licet in beato. extrà, de accusa. in antepen. col. & usque ad fin. uide etiam hanc materiam per Ana. in ca. crimina. de collu. de reg. per Areti. & Felin. in cap. quia
15 Gul. extrà, de iudi. Et quando liceat † desistere, uide Bar. in l. quaesitum. ff. ad Turpil. Aretin. ubi supra, col. fi. circa fin. Alexan. in l. aedita. col. 3. C. de aeden. & in rubr. C. de in ius uoc. & in eis locis plenè inue-
16 nies materiam † abolitionis publicae legalis, & priuatę. Quintò quaero, an ille qui falsam accusationem instituit, uel falsam
17 quaerelam teneatur poena † falsi? Haec est notabilis quęstio. Bartol. in leg. si quis obrepserit. col. 1. ff de fals. uult teneri, dicens quòd si agatur de falso, sequitur condemnatio falsi per illam legem, sed si agatur ad calumniam, sequitur poena calumniatoris, quae est similis supplicii, iuxta l. fin. cum simil. C. de accus. Bal. tenet contrarium, ꝙ

imò nec potest agi de falso, sed rege Remma, quæ imponit pœnam calumniatori. & ita expressè l.1. in princip. ff. ad Turpil. quæ pœna, ut dixi, est similis supplicii, & sic si pœna est determinata accusato, similis imponitur accusatori, si non est determinata, est arbitraria, ut declarat glos. nècnon ad quærelam. col. 12. uersi. quæro quis produxit. & Alex. consil. 11. uol. 1. ubi uide omnino, sed opi. nota. Bald. sequitur Felin. in c. nonnulli. §. 1. colum. 4. extrà, de rescript. ubi respõdet ad d. l. si quis obrepserit. quæ est fundamentum Bar. tene cum Bal. & ita tenet Augu. de Arim. ad Angel. ubi suprà, & fundamentum est in d. l. 1. in princip. ad Turpil. cui non potest responderi. Et quia facti sunt tituli separati falsitatum, & calumniarum, & quia etiam aliter sequeretur, quòd quamuis pœna esset minima, quo ad accusatum. Tamen quo ad accusatorem esset maxima, quod uidetur inhonestum. & hæc sunt fundamenta Bal. ubi suprà, Alexan. etiam in d. con. 11. potest euitari, quia mulier ibi non solùm fecerat officium accusatoris, sed etiam uti testis fuerit examinata cum iuramento, quo casu etiam secundum Bald. ubi suprà, talis punitur pœna falsi, ut etiam declarat notabiliter Bal. in l. & si legibus. C. si cõtra ius uel util. publi. ubi omnino uide circa d. l. si quis obrepserit, quia distinguit quòd aut quis obripit impetrando, aut litigando, aut accusando, aut per reum mendaciter negando, aut probando, aut deierãdo, & tunc distinguit inter testem & partes. sunt uerba aurea, quæ possent decidere infinitas quęstiones, & hanc opin. Bald. quàm sequor tenet Gãdi. in tit. de fals. colum. 6. uersic. pone quæstionem, quæ etiam de facto mihi contingit Bononiæ, ubi format quæstionem in terminis, & dicit, quòd quinque accessores, inter quos unus ipse erat, fuerunt dubii de hoc articulo, & quòd consuluerunt deliberato consilio talem accusatorem nõ posse de falso puniri, subdens, quòd hæc est ueritas. & quòd uidit ubilibet legum Doctores ita obseruare, subdens, D. Lambertum dixisse, quòd tamen non effugiebat pœnam calumniatoris. De hoc articulo uide etiam Put. in tract. syndic. charta ultima. colum. ulti. & ibi potius sequitur hanc opinio. quàm aliter, dum allegat iura puuientia calumniatorem simili supplicio, uerùm quia hæc pœna similis supplicii cessat ex consuetudine, remaneat pœna non determinata à iure, & ex obseruantia imponitur pœna pecuniaria, fortè arbitrium iudicis esset acrius, quando quis ita facere cõsueuisset. Et ex his intelligis Barth. in leg. fi. C. de accus. qui dicit,
18 quòd licet consuetudo uelit, ut † accusator cum accusato remaneat in carceribus, tamen si accusatus statim accusaret accusatorem de calumnia, & falsa accusatione, eo casu etiam accusator deberet remanere in carceribus, quòd tamen intelligo ubi adesset indicium calumniæ, sicut in cæteris criminibus & prædicta quando ostenditur per probationes illam quęre-
19 lam falsam † esse, quæ eo tunc etiam procedunt in casibus in quibus abest in dubio calumnia, iuxta not. in d. §. calumniator. in gloss. cæterum si nihil esset probatum, & sic agatur de pręsumpta calumnia, tunc procedit conclusio communis quæ est, quòd qui non probat pręsumitur calumniari cum suis limitationibus, de quibus in d. gloss. in §. calumniator. Abb. & Felin. in cap. 2. de calumnia. & in hoc habemus statutum in hac ciuitate, de eo qui aliquem accusat, & non probat, quòd non punitur, sed non seruatur, & dum dixi, quòd ubi constat clarè de calumnia, & de falsa accusatione, etiam ubi aliàs cessat præsumpta, quòd tunc sequitur pœna. hoc patet ex conclusione Bartol in l. in Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. quæ est, quòd ubi cessat in dubio calumnia, non cessat euidens, ut etiam per Aretin. in consilio. 80. col. 4. Iudex tamen non debet statim condemnare non probantem, sed statuere terminum ei ad se defendendum, quia posset allegare aliquam excusationem, ita glos. & Doct. ubi suprà, & Salic. notabiliter in l. mater. C. de calumnia. Sed quemadmodum non obseruatur statutum, ita etiam nunquam uidi seruari ius commune, quando accusator in probatione deficit, nisi quo ad condemnationem impensarum; sed dices, quòd ideò non uidi seruari, quia rarò contingit quòd quis non excusetur ab hac præsumpta calumnia: fama enim, & quodlibet indicium excusant, ut per Doctor. ubi suprà. Est uerum, quòd

20 accusatus † posset sibi iniuriam illatã per actionem iniuriarum uindicare. Alex. in d. consil. 11. ubi uide, quòd remedium est tutius, quia etiam in causis in quibus quid esset excusatus à calumnia, non esset excusatus ab actione iniuriarum, ut per Soc. in omnino uidendum, in consil. 118. col. pen.
21 & ulti. Et quid in † iudice inquirente calumniose, ita quòd appareret de uera calumnia, non dico præsumpta, quia necessitas officij eum excusat, habes Aret. in c. qualiter. el secũdo. col 12. de accus. qui dicit, quòd punitur extra ordinẽ. licet enim sit excusatus à præsumpta, propter officiũ, ut dixi, non tamen à uera, à qua nemo est excusatus. l. 2. C. qui accusa. non poss. & per Bart. in l. in Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. & Aret. in consil. 80. col. 4. Aduerte tamen,
22 quia non solùm dicitur calumniator † qui aliquẽ de falso crimine accusauit, sed etiã aliis modis, ut habes in toto titu. de calumnia. ff. & C. Nã qui dat pecuniam, uel aliud alicui, ut desistat à negotio calumnioso, facit calumniatorem accipientem, & qui dat aliquid alicui, ut faciat negotium calumniosum. etiam calumniator est. l. 1. ff. de calumnia. & hęc aliquando fuerunt obseruata contra magnum causidicum huius ciui-
23 tatis, malo suo fato. De pręuaricatore † habes tex. in d. l. 1. in princip. ff. ad Turpil. & totum tit. ff. de pręuaricato. & quo tempore fuerunt seruati dicti termini contra illum causidicum, termini præuaricationis ei etiam nocuerunt. Aduerte etiam, pro condimento dictæ materię, quod text.
24 in d. l. 1. ff. ad Turpil. dicit quòd † calumniari est falsa crimina intendere, & ibi glos. & Doctores addũt scienter. Si igitur uis quærelantem de falso quærelare, siue de calumnia, ut rectius loquar, Dic in quęrela, quod scienter accusauit te contra ueritatem, & ita probes, & habebis quod intendes, & si non potes probare scientiam, sed tantum calumniam in se, interroges eũ, si uult uti illa quærela, & si respondet uelle, dicitur scienter produxisse illam quærelã falsam ita est statutũ in hac ciuitate, quòd etiam est de iure, quia interrogatio habet hoc expressum, quòd quærela est falsa, & si respondet uelle uti, quòd eum arguet de falso, secundum Bar. in d. l. diuus. non mirum igitur constat de scientia per hanc uiam; & hic modus interrogandi obseruatur, & est approbatus à iure, ut per Aret. in c. pręsentium. de testib. & quia statutum nostrũ loquitur fortè de scriptura falsa & tali falsitate quæ mereatur pœnam falsi. ideò si remedium iuris non iuuaret (prout dixi iuuare) esset hęc obseruãtia inanis, non etiã allego ad puniendum talem, aliud statutum puniens scienter falsam scripturam eodẽ fundamento, quia nos non sumus in his terminis, sed in materia scripturę calumniosę, & ideò punitur, ut dixi extraordinariè,
25 & pecuniaria pœna. Nec † tu interrogatus poteris euitare responsionẽ, dicẽdo quòd sit facta scriptura per alium, & hoc uirtute alterius statuti in ciuilibus uolentis, quòd quando scriptura est facta per alium non tenetur quis respondere, quia non refert, an sit facta à te, uel nomine tuo per alium, aliter etiam instrumento meo publico, id est facto ad instantiam mei ipsius nõ teneret respondere, quòd est absurdum, & ideò superioribus diebus in Senatu fuit coactus mercator respondere si uolebat uti libro rationis confecto à suo institore non obstante prædicto rigore. Aduerte tamen, quia prędicta procedunt quando quęrela continet rem alienam, sed si continet
26 factum † proprium querelantis, putà, quòd ipse fuit insultatus, & falsum demonstraretur, satis est fundata intentio quærelantis de calumnia ex ipsa quærela, ita in effectu declarat Bart. si eum bene uides, in d. l. diuus. & Felin. in d c. pręsentium. in uersic. secundũ conclusio. Cætera dicam in mate-
27 ria falsi, dixi suprà, quòd in hac materia † calumniarum nõ uidi ius commune seruari, nisi quo ad condemnationẽ expensarum, & ne erres scias, quòd pœna calumniatoris est propriè pœna, condemnatio uerò expensarum est interesse respectu rei familiaris non pœna, & ideò calumniatur patitur utranque condemnationem, sicut facit quilibet uictus qui damnatur in principali, & etiam in expensis. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & c. 1. de crim. fals. Quis tamen excusabitur à calumnia, iuxta nota, per Fe-
28 lin. in d. c. 1. de calumnia. & † tamen non erit excusatus ab expensis, ut notabiliter dicit Abb. in consi. 78. col. penulti. circa fin. & sequen. In his enim expensis non sufficit color quærelãtis ad eum excusandum,

sed

sed ubi succumbat, etiam propter rei legitimas defensiones, uel penuriam probationum, uel alia causa tenebitur, ut per Catal. in suo tractatu syndic. char. 7. col. 3. uersicu. adde quòd quando iudex. nisi tamen esset tam magnus color, ut præberet iustam causam litigãdi sicut in ciuilibus, iuxta l. properandum §. sin autem. C. de iudic. & ita in effectu res redigitur ad pares terminos, & idem in instigatore. Bar. in leg. in Senatus §. ad eos. ff. ad Turpil. & per Ang. Aretin. in uerbo, & ad quærelam. ubi omnis materia, & pœnæ calumniatoris, & cõdemnationis expensarum, uide etiam ad hęc Bald. in l. eum quem temere. ff. de iud. & ibidem Albe. & Angel. in l. qui crimen. C. qui accusa. non poss. Et in hac materia uide Hippoly. in leg. patre, uel marito ff. de quæst. Sic igitur licet indicium, siue fama excuset iudicem à calumnia, ratione officii, iuxta l. congruit. ff. de offic. præsid. non
29 tamen excusat † quærelantem, quo ad interesse, uel promotorem: & ideò Catal. ubi suprà, non immeritò dixit, quòd semper is ad cuius instigationem, siue quærelam formata fuit inquisitio, damnatur in expensis, ubi non probatur postea inquisitio, & dicit Abb. in dicto consil. quòd quęrelans, & si excusetur ex fama, uel aliter à calumnia, non tamen ab expensis excusabitur, ex quo perseuerauit in procedẽdo, cũ debuerit prius considerare, & peritiores consulere, an per illud factum probaretur accusatio instituenda, quòd cùm non fecerit, deprehenditur in temeritate, quę sola ad hoc sufficit. cap. calumnia. de pœn. & ibi not. & in cap. finem. de dolo. & contuma. & ibi latius, & nota, per eum, quæ uerba non solùm uolunt, quòd etiam si quærelans indicium habuerit, nihilominus condemnetur in expensis, uerùm etiam si talibus testibus nitatur, qui aliàs uideantur sufficere, cũ tamen re uera non sufficiant. Quod est mirabile adeò, ut cum difficultate posset sustineri, & ex prędictis uides, quòd Ias. in d. l. & si legibus non bene penetra-
30 uit materiam. Sextò quęro, quanto † tempore præscribatur iuri quærelandi, uel accusandi, uidetur quòd decennio. leg. qui diuturno. ff. de pœn. Sed dic quòd requiruntur anni uiginti. leg. quærelam. C. de falsis. & ad leg. qui diuturno. dic quòd decennio minuitur pœna, sed non tollitur nisi in uiginti annis, ut dixi, & ita declarat. D. Roch. Curt. extollens ad hoc. d. l. qui diuturno. in tracta. consuetu. col. 2. & seq. Fallit tamen d. l. quęrelam in aliquibus casibus. & ideò lex dicit ferè, ut ibi in glos. & per Doct. Fallit, etiam secundum ius canonicum, quo iure crimina non tollũtur pręscriptione, ut per Dec. in cap. licet causam de probat. charte. 4. columna. 3. uersicu. postremò. ubi uide, & per Doct. in cap. uenerabilis. de except. Et licet quo ad bona
31 † confiscanda præscriptio inducatur quinquẽnio. l. in cognitione. ff. ad Syllan. & per Angel. in glos. & eius bona publicantur, & Alexan in d. l. quærelam. tamen stante decreto, quòd à die commissi delicti censeantur bona publicata, & unita aliud est, per nota. ab Alex. in d. l. quærelam. & dicam. infrà, in materia confiscationis bonorum,
32 & non solùm tollitur † ius accusandi dictis uiginti annis, sed etiam inquirendi secundum communem opinion. reprobata gloss. in d. l. quærelam. & ita etiam Anchar. in consilio. 190. Septimò quęro an
33 accusatio cesset mortuo † accusato, siue inquisitio mortuo inquisito. Dic quo ad pœnã in corpus, cessare etiam quod esset damnatus & bannitus, & sic non posset suspendi cadauer banniti mortui. ita Aret. in §. non autem omnes. col. 1. uersi. in eadem, ibi quid in publicis. Insti. de perper. & tẽp. act. iura tamen per eum allegata, nihil faciunt, quia loquuntur uel ante sententiã, uel post pendente appellatione, melius facit text. qui generaliter loquitur in l. defuncto. in prin. & ibi glos. ff. de publi. iud. dicens super extinctione pœnæ ex morte, & intelligitur de pœna corporali, & ideò ibi Imol. & Doct. inuehuntur contrà iudices aliter facientes, & licet Imola alleget aliqua iura in contrarium, tamen hęc est cõmunis, ut per Ias. in l. 2. col. 1. & 2. C. qui testamen. face. poss. & ita tene, quicquid innuat Ang. Aret. referendo Ang. in glos. qui iudex uidens quod inquisiti non cõparent. char. 4. col. 1. maximè, quia ipse Ang. nõ sic loquitur, sed præcisè secundum hanc opinio. uidi tamen interdũ seruari cõtrarium contra insignes latrones, maximè tempore Lotrechii, qui regis Gallorum uices gerebat, & aduerte, quia Doctores ineptè lo-

querentur in mortuo non damnato, quia si uiuus nondum damnatus, non potest affici supplicio. l. si cõfessus ff. de custo & exhib. reor. minus quando mortuus est, de qua materia uide etiam per Deci. in l. pupillũ. §. hæredes. & ibi habes lõgam apostillam. ff. de reg. iur. Quo uerò ad pœnam † pe-
34 cuniariam putà, confiscationis bonorum. Dic quòd non transit hæc pœna in hęredem, etiam lite contestata, sed tantum post condemnationem. tex. est in l. ex iudiciorũ. in princ. ff. de accus. ubi uide Bart. & Imol. & adeò procedit hæc opinio, ut etiam stã te decreto nostro, quòd à die commissi criminis bona ipso iure publicata intelliguntur, adhuc requiratur declaratio ante mortem, uidebatur contrarium, per ea, quæ dicit Deci. in d. §. in hæredes, in 2. limitatione. sed ueritas est, ut dixi, & ita latè ostendam in materia criminis læsæ maiestatis, & in materia confiscationis bono-
rum, & ita seruatur. Et an † hęc pœna pu-
35 blicationis bonorum iam imposita bannito qui in contumaciam bannitus est, transeat lite non contestata, uidetur non transire, ex quo lex requirit litem contestatam, & condemnationem in d. l. ex iudiciorum. uide Aret. in l. qui à latrouibus. §. 1. col. 5. ff. de testamen ubi distinguit plures casus, & hæc in publicis iudiciis, in priuatis uerò uide text. in d. l. ex iudiciorum. in fine
36 principii. † & l. unica. C. ne ex delict. defun. & in §. non omnes. Instit. de perpet. & tempor actio. & in d. l. pupillum. §. in hæredes. Doct. in d. l. unica. ne ex delict. defunc. maximè Salic. Angel. omnino in d. §. non omnes. & Deci. in d. §. in hæredes. Angel. Aret. in glos. qui iudex. uidens quod inquisiti non comparent. char. 4. & cõclusio est, ꝙ transeunt in hæredes lite contestata si ciuiliter agebatur, ut etiam lite non contestata, quatenus aliquid peruenit in hæredem. Et quia lite contestata dicitur in dictis iuribus, quòd hæredes tenentur insolidum, intellige secundum Salic. in d. l. unica.
37 id est, quòd unusquisque tenetur † pro portione hæreditatis, ad differentiam secundi casus, quando lite non contestata decessit, quia eo casu non tenetur hæres, nec hæredes insolidum pro re solida, sed quatenus ex illa re aliquid peruenit in hæredem uel hæredes, intellige etiam clarè hanc materiam quando apparet quòd in defunctum omnis res peruenit, tunc lite contestata tenetur hæres ad omnem rem, sed si non apparet de omni re, sed de aliqua, & sic sumus in casu, in quo ipse tenetur pro parte sua tantum, iuxta nota per In no. in c. sicut dignum de homic. & Alexan. in consil. 103. col. 2. uol. 1. Tunc etiam hæres tenetur pro parte illa, & nihilo plus pe regulam l. 1. §. ex his. ff. de uerbor. obli. & in l. hærede. ff. de regu. iuris. etiam quòd non appareat aliquid peruenisse in hæredem, ubi uerò nescitur, quòd aliquid peruenerit in defunctum, aut in hæredem, ad nihilum tenetur heres, nisi lite contestata, quę omnia descendunt à dicta conclusione, Vltimò in hac materia accusationis nõ omitto, quòd eo ipso quod quis accusabatur secundum terminos iuris absque aliis
38 indiciis † accusator se constituebat, & remanebat in carcere, nisi esset delictum, propter quod uenisset dimittendus fideiussori, & rationem qua fundatur hęc conclusio ponam infrà, in materia torturæ, in 11. & ultim. parte. ubi omnino uide in prin. & ibi etiam quòd debet constare de delicto ad admissionem accusationis. Et quòd
39 non minus accusator debet carere suspitione quàm testis, ita ut inimici, & alii suspecti appellantur propter quod sequitur dicta carceratio, imò tortura accusatoris quandoque, ut ibi dicam ad propositum illius materiæ.

Tit. de Denuntiatione.

SVMMAE.

1 *Denuntiationis modus in criminibus ordinariis est sicut alii.*

2 *Processus super denuntiatione duobus modis fit, & quomodo differant.*

3 *Officialis dictum missi ad inquirendum, & cognoscendum non solum facit indicium, sed ẽt sufficit ad condemnationem, quando talis officialis uidit delictum committi.*

4 *Nuntio creditur circa officium suum.*

5 *Iudex potest maleficium punire, si dum pro tribunali sedet, uidet eum committere delictum.*

6 *Pro-*

6 *Probatio uel alius ordo iudiciarius, non requiritur, ubi aliquid factum est præsente iudice, & tot aliis qui sufficiāt ad notoriū facti.*
7 *Iudex cui colaphus est inflictus in præsentia populi non potest recusari, ut suspectus, si procedat ad puniendum delinquentem*
8 *Iudex potest procedere iuris ordine non seruato, quando colaphus fuit incussus uni ex officialibus suis notoriè, licet teneatur ad sententiam citare.*
9 *Notorium probari debet ordine seruato.*
10 *Deprehensus in flagranti crimine ab officialibus, quando possit absque sententia puniri.*
11 *Iudex secularis quādo possit nō credere processui per inquisitorem cōtra accusatum de hæresi facto, & iterum cognoscere.*
12 *Satelliti dicenti prohibitam fuisse executionem credi non debet, nec eius dictum recipi, nisi ad instructionem, ut possit cognosci ueritas.*
13 *Satellitibus quando sit credendum.*
14 *Denuntiator non tenetur se subscribere denuntiæ, nec eam uerificare licet testes in ea describantur qui examinari debeant*
15 *Denuntiator dolosè falsum denuntians punitur pœna falsi.*
16 *Querelans quare non puniatur de falso, secus autem denuntians.*
17 *Denuntians in fraudem si nominet testes sibi datos à delinquente punitur de præuaricatione.*
18 *Notificatio quæ.*
19 *Notificatio sine nomine notificantis admittitur de iure quando ex officio proceditur.*
20 *Notificantes secretò, non expresso nomine, puniendi sunt.*



Osi ń quomodo procedatur uia inquisitionis, & accusationis quia ét proceditur uia denun-
1 tiationis: Ideò de † ea aliqua breuiter dicam. Et quòd iste sit modus ordinarius procedendi sicut sunt alii, patet in cap. licet Heli extrà, de simon. & in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsę maiesta. crim. procedatur, & in text. claro in l. ea quidem. C de accusatio. ubi latissimè Salice. & in l. diuus. ff. de custo. & exhi. reor. facit tex. in c. fin. ex rà, de calumniatorib. ubi est text. quod ita absoluitur denuntiatus sicut accusatus, & tex. in l. ab accusatione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. & ita dicunt omnes Doctor. distinguentes tamē plures species denuntiationum, ut per Salice. ubi supra, Bartol. in extrauag. ubi suprà, in uerbo, denuntiationem. & Gandin. in suo opere, ac alios omnes criminalia
2 pertractantes. Et primò est † sciendum q̄ interdum proceditur super denuntiatione, ut etiam fit super accusatione, uel inquisitione, aliquando propter denuntiationem uia inquisitionis, uel ex indicio solum quod oritur ex dicto denuntiatoris, uel ex alio, primo casu loquitur hæc materia, quia sic intelligitur, dum dicitur quòd etiam proceditur uia denūtiationis sicut per alios modos. Secundo casu non tamen etiam largo modo dicitur procedi uia denuntiationis, & iste secundus modus est ille qui quotidie est in usu, quia ad denuntiam consulum, uillarum, & eorū quos ancianos appellamus in ciuitatibus deputatorum ad denuntiandum maleficia, proceditur uia inquisitionis. Istos terminos declarat Bart. in d. leg. diuus. uersi. ulterius quęro. & sunt ex mente omnium scribentium, maximè Salicè. in d. l. ea quidem, in 13. quæst. & Angel. de malefi. in d. uersic. in 3. quæst. & sequitur etiam effectus iuris ex his terminis, quòd primo casu quando proceditur super denuntiatione, denuntiator habetur loco accusatoris. & ideò non potest esse testis. cap. 1. 4. quæst. 3. & c. forus. §. in omni de uerb. signif. secundò casu habetur loco testis, ut d. c. licet Heli. & ità Bart. in d. l. diuus. uersi. item quęro utrum. & ideò interdum sufficit ad inquirendū, in interdum etiā plus operatur, loquor hoc secundo casu, ut per Bart. in d. l. diuus uersi. tertio quæro, quis sit effectus denuntiationis. & in l. 1. §. cura. ff. de offic. præfect. urb. Alexan. consi. 1. uol. 3. col. 2. uersic accedit. & per Cępol. notabiliter in consil. 40. col. 6. & omnino Bald. in c. in omni. col. 2. de testi. ubi dicit, quod est iste denuntiator bonus testis si uidit sicut alius, & uti testis deponit. Cæterùm si tantum refert exercens officium suum, propter officium susceptū, sufficit ad inquirendū. Et hęc est opinio cōmunis doctorum, q̄ ultimum est sublatum per decretum in hoc dominio Mediolani, ubi tamen ingeratur pœna sangui-

nis, aliter etiam sufficit ad inquirẽdum. & aduerte, quia loquor etiam in delictis grauibus, ut scilicet credatur secundum terminos proximè dictos, nedum in leuibus, ita loquitur Bar. in d. l. diuus. in uer. §. 3. quęro. & clarius in d. l. 1. §. cura. ff. de offic. praefe. urb. & Alex. in d. cons. 1. & Feli. ubi breuiter ponit hanc materiam in c. sicut olim. col. 1. extra. de accusa. & idem Bar. in d. l. diuus. in uersi. item quaero utrum. c. si. Aduerte ẽt, quia praedicta procedunt quãdo quis tantum tenetur denuntiare. Caeterùm si ẽt
3 eius † officiũ consisteret in inquirendo & cognoscendo, putà, quando capitaneus uel praetor mittit aliquem suum officialẽ cum familia, ut cursitet per ciuitatem uel uias publicas, & districtum ciuitatis causa inquirendi maleficos, & qui officialis uidet, uel inuenit aliquẽ gladio ferientem, aut cõmittentem aliud maleficium, tunc & eo casu resultat indicium ad praedictos effectus, imò potest ipse officialis praetor, uel capitaneus illum condemnare, nulla alia super eo excessu probatione adinuẽta, quoniam tale factum dicitur iudici notorium, & de eo excessu non dicitur sibi costare, uti priuato, sed uti iudici, & satis dicitur constare crimen, ꝙ oculis subiicitur iudicis, modo iudiciario inquirentis, cum oculorum inspectio, pro quadam probationis specie habeatur. l. 2. & 4. C. fini. regun. Nec obstat, ꝙ his officialibus non sit credendum. l. diuus. ff. de custod. & exhibi. reor. & not. in d. l. ea quidem. per glo. & Doct. C. de accu. quia hoc procedit, ubi munus officialis solum consisteret denuntiando, non ubi ẽt se extenderet ad inquirendum, & cognoscendum. ita notabiliter Gandi. in tit. quomodo de malefi. cognosc. per denun. uers. sed quaero. quae decisio est terribilis, quia per eam est dicendum, ꝙ capitaneus uel praetor qui iter faciens, ut inueniat maleficos, uidet aliquem malefacere, ex eo solum poterit eum damnare, & similiter si eius officiales missi ad finem inueniẽdi maleficos, & referendi talem inueniant, atque ita referant, eodem modo poterit eum capita-
4 neus, uel praetor condemnare, quia † creditur nuntio circa officium suum, iuxta c. cùm parati. de appel. & cuilibet alteri circa officium suum, iuxta glo. in l. si quis decurio. C. de fals. Bart. in l. si librarius. col. 2. ff. de reg. iur. & Alex. consil. 90. col. 2. uolu. 2. Sed quo ad primum quando ipse capitaneus uel praetor uidet, res uidetur de plano procedere, quia exercet officiũ suum, in eo actu, atque ita sibi uti iudici constat, non uti priuato, & ideò glo. principalis in hac materia, in c. Deus omnipotens. §. quãdo autem. 2. q. 1. Concludit, ꝙ si iudex pro tribunali sedens, uidet, ut suprà, ex hoc so-
5 lo † potest illum maleficum punire. quam glos. dicit Alber. de Rosa. esse singularem, in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. pręsid. & plenè de dicta glo. Ant. de But. in c. uestra. in ulti. chart. de cohabi. cleric. & mulie. & Corset. in sing. suo, quod incipit, si delictũ est commissum. sed parum refert, ꝙ quis sedeat, uel curset, uel stet, dummodo sit in actu iustitiam, & officium suum exercendi, & hac opin. melius explicat ipsemet Gan. in tit. quomo. de malefi. cogno. quando crimen notorium est, uers. in qualibet autem specie notorii, dicendo, ꝙ eo casu quando aliquid fit praesente iudice, & tot aliis qui
6 sufficiant ad notorium † facti, ꝙ nulla probatio requiritur, nec alius ordo iudicia-
7 rius, imò non posset etiam ipse pretor † recusari suspectus, ut ibi, etiam quòd colaphus sibi fuisset inflictus, ut per Iasonem in leg. qui iurisdictioni. colum. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. si tamen id factum fuisset in praesentia populi, & sic notorium esset delictum, quòd multò magis esset dicendum, quando colaphus non sibi, sed uni ex eius famulis notoriè incussus fuisset,
8 quia etiam ipse † esset iudex. ex quo solum est imponenda poena, ut per Bartol. in l. Senatus. ff. de offi pręsi & in l. si quis fortè. §. si quos. ff. de poen. Vult tamen Gandi. ubi suprà, ꝙ requiratur citatio ad sententiam audiendam, ut per eum. Quo uerò ad secundum quando in praesentia iudicis non fit, sed officialium, qui ibi sunt ut officium exerceant: tunc & si non requiratur probatio facti, id est quòd ille occiderit talẽ, tamẽ requiritur probatio, ꝙ notoriè eum occiderit, & sic requiritur probatio notorii, nõ facti: & hoc absq; alio ordine iudiciario, ut ibi per Gand. in d. titulo, quando de malefic. cognosc. quan. est notor. qui etiã docet, quomodo testes probẽt notorium. Sed dices tu, Nònne est iniquum, ut ex his probationibus horum officialium, qui

fortè

fortè sunt inimici sui debeat damnari? Re-
9 spondeò, q̄ † prius fit processus super hoc notorio, & fit ordine seruato, antequàm constet esse notorium, ita Areti. ubi uide in consil. antepenul. col. 7. Et consequenter citatur reus ad uidendum iurare tales testes, contra quos & eorum dicta potest opponere, sicut in quolibet alio iudicio, & ideo tollitur dicta dubitatio, uerũ adhuc ad sententiam debet citari: quia multæ excusationes possunt competere secundum communes opiniones, ut per Aret. in dicto consi. antepenult. col. 9. uersi. circa primũ. tametsi dici possit, quòd per officiales sit
10 † repertus & captus in flagranti crimine, & cõsequenter q̄ pœna etiam sine sententia iniungi possit, iuxta gloss. communiter approbatam in l. ictus fustium. ff. de insa & not. in repetorio Hippol. in l. unica. C. de rapt. uirg. char. 7. col. 3. ubi de effectibus, q̄ quis sit repertus in flagranti crimine. Ego autẽ ad huc uellem ei dare defensionem: quia si fur esset, posset excusare factum necessitate famis, uel quia aliter non poterat habere satisfactionem crediti sui: si homicida q̄ occisus erat bannitus, uel rebellis, uel alia ratione: nisi tamẽ qualitas rei, uel uerba reperti excluderent prorsus omnẽ defensionem. Et pariter etiam hanc practicam obseruarem in primo casu, quando ipse met uiderem etiam in forma iudicii, & ideo etiam eo in casu requiritur citatio, secundum Gandi. ubi suprà, nisi, ut dixi, qualitas rei, & uerba capti excluderent omnẽ defensionem: tunc. n. quia certum est nullam competere defensionem, imponerem ei pœnã absq; alia citatione, si esset absens per sententiam, etsi esset præsens per executionem. Et ita intelligo d. glo. & not. per Aret. in d. consi. antepen. in d. col. 9. uer. circa primum. & per Feli. in c. ecclesia sanctę Marię. col. 12. uers. tertiò limita. extrà, de constit. ubi uide in hac materia regulã & fallentias. Tutius tamen est in secundo casu, quando tantùm probatio habetur ab officialibus, tenere opinionẽ Gan. in leuibus delictis tantũ, nõ in grauibus. Et ita apertè uidetur tenere Bart. in d. l. diuus. in uersi. 3. & Salic. in d. l. ea quidem. in 10. quæst. & communiter alii. Et opinio Gandi. posset sustineri, quando capitaneus misisset uicarium cum familia: & non solùm uicarius, sed etiã omnes uidissent, ne ingrediamur difficultatem, quando inquisitor tradit hæ-
11 reticum † damnatum de hæresi puniendum iudici seculari: in qua Bartol. tenet, q̄ secularis potest non credere, & omnia denuo cognoscere. Et licet Bartol. malè dicat in hoc exemplo hæresis, ut per Abb. in c. 1. in pen. col. de offic. ord. & Ias. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. Tamen bene dicit in delictis mixtis, ut per Abb. ubi suprà: & ideo soli iudici non crederetur. Dicam tamen latius de crimine notorio infrà in suo loco, ibi me reseruo. Quæro
12 iuxta prædicta, † an credatur satellitibus, quando referunt q̄ aliquis prohibuit eis executionem? Dic non credi, per l. fin. ff. de testib. & l. fin. in uersic ergo si casu. ff. de custo. & exhib. reo. ubi uidetur casus, quia dicebat officialis custos carcerati, Casu fortuito decessit carceratus. Et disponit ibi Iureconsultus, ex hoc non præsumitur, imò culpa præsumitur in eo, quòd debet hoc probare aliis probationibus. & ita illum text. allegat Bar. in l. si quis ex argentariis. §. an uerò hæredi. ff. de ædendo. Vnde idem in casu nostro. dicuntur enim testes in facto proprio, ad eorum exonerationem deponere, & consequenter repellũtur, iuxta not. per D. Ant. de Butr. & ibi Abb. col. 4. in c. insuper. extrà de testibus. Quoties enim testi potest ascribi laus uel uituperium in re illa, in qua deponit, semper repellitur, ut ibi. Et res apud me nullam habet difficultatem, licet quotidie uexentur multi pauperes ex solis dictis satellitum & ideo decretum prohibens executiones non facit aliquod fundamentum super dicto illorum sed nuntii tantùm, & alterius testis fidedigni. Si igitur essem iudex, solũ reciperem dicta horum ad instructionẽ, ut deueniri posset in cognitionem ueritatis, non ut ipsi aliquid probarẽt, iuxta not. per Bal. in l. seruos. C. de testibus. sicut etiã examinantur inimici, & omnes alii inhabiles ad dictum finem, iuxta dicta Bald. ibi. Et hanc opinionem clarè sentiunt esse ueram Doct. in hac materia denuntiatoris, in dicta l. diuus. & in d. l. ea quidẽ. & ubi suprà, dum etiam disputant, an faciant indicium ad inquirendum, quando referunt exercẽtes officium suum: quia firmiter tenent, q̄ nullum indicium faciant, si extra officium

referunt & multò minus, quando in facto proprio testimonium perhibent ut est ca-
13 sus noster: extra † uerò hunc casum, an credatur satellitibus? Vide Bald. & Salicet. in l. etiam. C. de testi. & Angel. in l. sciendū, ff. de usu. adest decretum, ꝙ talibus non credatur, & Senatus seruat a certo tempore citrà, ut duo aut plures solùm ad inquirendum sufficiant, uel ad capturam. Quę-
14 runt etiam Doctores † an denuntiator teneatur se subscribere, & instare de sua denuntia, ac illam probare, sicuti dicimus in accusatore, & quicquid sit de iure, usus est ut non teneatur, sed tantùm scribunt nomina testium, uel scribi faciunt in schedula denuntiationis, & ideo sequitur ꝙ si non probant, non puniuntur de calumnia: si
15 † tamen constaret, ꝙ dolosè falsum denuntiassent, punirētur etiam pœna falsi. l. lege Cornelia. §. qui delatorem. ubi Barto. not. ff. de fals. & Sali. in d. l. ea quidē. in fin. 12. quęstione. & per Ang. in dicta glos. ubi suprà, uersic. quæro syndicus accepta pecunia. Non enim excusantur ab euidenti calumnia, licet excusentur à pręsumpta. l. ab accusatore. §. nuntiatores. & ibi Bart. & in leg. Senatus. §. cos. ff. ad Turpil. Bart. in l. athletas. in fine. ff. de fals. ubi uide, & in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. & aliquando arbitrio iudicis puniūtur, aliquando etiam pœna falsi ex qualitate calumnię & doli, ut per Salic. ubi suprà.
16 Mirum tamen uidetur, ꝙ talis † denuntiator puniatur de falso, quando quidem quęrelans non punitur de falso, secundum ueram opinionem Bal. in l. ubicunque. C. de ser. fug. Sed dic, quòd quærelans tātùm asserit, & nihil probat: iste uerò etiam probat, & saltem facit indicium inquirendum ut suprà dixi. Et ideo aliud esset si procederent super denuntiatione tantùm, omissa uia inquisitionis, possent tamen interdū excusari tales syndici, iuxta dicta per Bald. & Paul. de Cast. in l. 2. C. de erro. cal. Est
17 etiam aduertendum, an isti † denuntiatores nominauerint testes sibi datos à delinquente in fraudem, & ad finem eum defendendi, quia tunc punirentur de præuaricatione, secundum Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infa. & per Put. in tractatu syndi. charta 77. uers. syndicus. & sępe uidi uti similibus captionibus medio alterius personę, quàm denuntiatoris siue syndici, per quam personam ad officiū
18 schedula deferebatur, quæ † notificatio appellatur, in qua tacito nomine notificantis denuntiabatur crimen, & scribebantur nomina testium subornatorum. Et ideo his diebus pręteritis Senatus ordinauit tales notificationes non esse accipiēdas, nec super illis esse procedendum, tum propter prædictam rationem, tum etiam ut sciatur quis ueniat condemnandus in expensis, de
19 tecta calumnia. De iure tamen posset admitti talis notificatio sine nomine, procedēdo ex mœro officio, ut per Bar. in d. leg. extrauag. quomo. proced. in cri. læsæ maies. in uerbo, nuntiatorem. in princi. tamen optima ratione Senatus, ut dixi, contrariū
20 decreuit: quia etiam † displicet legi ꝙ aliquis secretò afferat iudici schedulam diffamatoriam: & lex, quia sibi displicet, statuit ꝙ non inquirat iudex de delictis super ea schedula, text. est in cap. inquisitionis. §. tertiæ. de accus. & glo. ibi dicit, ꝙ imò tales sunt puniendi, quia magis delinquunt, quàm qui substantiam & prædia aliorum diripiunt. Reliqua in hac materia uide in locis suprà allegatis.

Tit. Quomodo procedatur per exceptiones.

SUMMAE.

1 *Procedendi uia per exceptionem.*
2 *Testis & instrumentum, contra quod tantummodo excipitur quòd est falsum, & id probatur, fidem non facit, sed tamen non punitur de falso nec testis, nec producēs instrumentum, aut illud conficiens.*
3 *Testis criminaliter potest puniri, ubi excipiens de falsitate non solum excipit, sed ēt petit illum de falso puniri.*
4 *Confessio falsitatis super exceptione per reū in ciuili iudicio proposita, nocet confesso in iudicio criminali.*
5 *Conuictus si quis fuerit de falsitate per probationes super ea factas in iudicio ciuili, non poterit posteà super dictis probationib. fieri fundamentum in iudicio criminali.*
6 *Probationes de falsitate in causa ciuili factæ*

faciunt

faciunt indicium ad torturam in causa criminali.

7 *Confessio uel probatio delicti, quod causam contingit super exceptione ad tollendam fidem testis interposita in causa ciuili sufficit ad condemnationem in causa crim.*

8 *Confessio delicti, quod causam contingit super exceptione ad tollendam fidem testis inter posita in causa ciuili, non sufficit ad condemnationem in causa criminali, quando in ciuili actum fuit tantum ciuiliter.*

9 *Falsi crimen etiam in causa ciuili deductum potest in eodem criminaliter puniri.*

10 *Ioannes & Martinus glossatores fuerunt ex familia Bosiorum.*

11 *Confessus incidenter delictum in una instantia, potest in eadem à principe criminaliter puniri.*

12 *Pobationes in criminalibus quòd requirantur exactiores, est inuẽtũ de iure positiuo.*

13 *Confessio inquisiti an prosit tertio, qui non erat in iudicio?*

14 *Confessus incidenter contra se an possit in alio iudicio puniri?*

15 *Ciuilis causa differtur, quando uia exceptionis testes de falso accusantur, uel etiam contra eos de falso excipitur, nisi calumniosè id fiat.*

16 *Sententiæ & testibus, qui de falso arguuntur, interim standum est, donec de falsitate sit plenè cognitum.*

17 *Causa criminalis quibus uiis differatur.*

18 *Calumnia quomodo cognoscatur, & quomodo tollatur.*

19 *Absolutoria lata in causa ciuili in qua fuit oppositum de falsitate, & petitum, quòd procederetur criminaliter, & cognitum fuit, operatur, ut principaliter in alio iudicio non possit agi criminaliter: secus si tantummodo exceptum fuisset ad finem repellendi.*

20 *Absolutoria lata ad unum finem non obstat in eo casu ad alium.*

1 

Lia est † uia procedendi, scilicet per exceptionẽ, exemplum, Examinatur testis contra me, ego, ut repellerem eum, dico esse falsum, & illud probo, uel ipsemet hoc fatetur, an talis † testis præter id, ꝙ fit repellendus, etiam possit puniri de falso? Similiter potest quæri in instrumento, quod contra me producitur, & illud dico esse falsũ, ut auferã fidẽ ab eo, an si falsitatem ostendo, uel testibus, uel instrumentis, uel confessione, possit ille utens eo, uel qui confecit, puniri de falso? Et regula est, ut non puniatur. quia satis est, si agitur ad finẽ repellendi testem, ꝙ sequatur ille finis: & idem de instrumẽto, quia attẽditur modus agendi uel excipiendi, ad quem finem tendat: de hoc est text. in cap. 1. de excep. & glo. notabilis in cap. hoc quippe. 3. q. 6. Facit l. si quis nec causam. & l. non omnis. ff. si cert. pet. & hoc casu non punitur ex ordine nec extra ordinem, secundum magis communiter Doctores in d. cap. 1. ut ibi per Felin. in uersi. 19. & Deci. in ultimo notabili. Sed

2 (left margin, at "talis † testis")

3 si ego excipiens etiam † peto illum testem uel partem criminaliter puniri, uel iudex inquirat de eo delicto, ubi inquirere possit: res nullã habet difficultatem, ꝙ potest puniri criminaliter. ita text. in dicto cap. 1. quia cessat ratio prædicta, ex quo ad id agi

4 tur. Sed difficultas est, † an confessio uel plena probatio super exceptione criminaliter agendo noceat in hoc iudicio inquisitionis, uel accusationis? Videtur non nocere, per ea quæ dicit Bartol. in l. 2. §. si publico. uersicu, uenio ad secundam. ff. de adulter. qui loquitur in exceptione probata, ut patet in principio quæstionis: & tandem cõcludit, ꝙ tamen iudex non posset punire in illo iudicio ciuili, sicut dictum est. Verùm iudex, secundum eum, uigore dictæ exceptionis posset inquirere, & punire ex nouo processu: & subdit, quòd ita obseruatur. Bartol. uerò in l. si confessus. in fi. ff. de confess. aliter dicit, imò magis explicitè quia loquitur in confessione, quod non facit in d. §. si publico. & tenet, ꝙ super tali confessione incidenter facta in eo iudicio, nullum possit fieri fundamentum: sed in alio processu, ut nos loquimur, uult clarè quòd possit. Et ita Bald. in dicta leg. fin. C de condict. ob turpẽ causam. & Aretin. in cap. at si clerici. ad finem principii. ff. de iudic. & ita notat Abbas in cap. 2. extrà, de confes. columna 3. uersicu. uenio ad secundum. ubi uide omnino, & Felin. in dicto cap. 1. col. 4. extrà, de except. ibi solutio, & ibi silentium imponitur ex no-

uã instantia.& Felin.ibidem col.3.uersi.sic limita Bart.& in ea col.inferius.Vide tamē Aret.in c causam quæ,extrà,de testib.col. 4 uers.4.adde.ubi latè disputat articulum, An & quando confessio criminis ad unum finem facta in iudicio noceat in alio criminali ad puniendum criminaliter: & dicit communem esse, sicut dixi, ꝙ nocet plenè nè. Sed limitat,ut procedat quando principaliter agitur ad delictum, licet ciuiliter: secus si incidenter per uiam exceptionis, ut in casu nostro:ad quem locum ipse Are. se reiicit dubitans in cap. qualiter. *el secundo* in 2.charta col.3. uersic. sed quæritur. de accu. qui tamen in uno casu præsupponit rem esse sine dubio, ut ibi per eum. Nō recedas à communi opinione, quòd etiam omnino nocet in iudicio criminali, quando est facta super exceptione. Et ipsemet Aretin.in cap. causam. attestatur hanc esse communem. Sed † ubi aliquis non con-
5 fessus fuerit, sed conuictus aliis probationibus,res est sine difficultate, ꝙ nō potest fieri fundamentum in alio iudicio criminali,ut latè Bar,in leg.1.§.hoc edicto. uer. quæro utrū probationes.ff. ui bonor. rap. & Dec.ut paucis agam, in d.cap.at si clerici.in prin.extrà,de iudic.char. sexta, colu.
6 prima,uersicu.2. conclusio. Faciunt † tamen probationes illæ præsumptionem, imo indicium ad torturam, ut per eum. Cui opinioni addo pro confirmatione, ꝙ si plenè probant in alia instantia in iudicio ciuili, igitur in iudicio criminali faciunt indicium ad torturam, ut sepius dixi per dictum Bartol. in leg. fin.ff.de in litem iuran. Est tamen casus, in quo delictum
7 probatum, uel † quod confessus quis fuerit super exceptione facta ad finem tantùm repellendi, uel tollendi fidem, sufficit ad condemnandum criminaliter in illa instantia, quando crimen, de quo agitur, contingit causam,puta, in exemplo,quod posui in principio ad intelligendam materiam, si testis dicit falsum in causa contra me,& ego excipio quòd est falsus: & si produxisti falsum instrumentum contra me,& ego excipio, quòd est falsum: uel si uxor asserat quod fecit adulterium marito nolente,his casibus iudex poterit hos omnes criminaliter punire, secus si essent aliæ personæ extra causam.ita notabiliter glo. §.in dicto cap.1.de excep.quia ratione contingentiæ uidetur principaliter deductum: & sic cessat ratio tex.in d. cap. 1.& sequuntur alii Doctores ibi,ut per Felin. in sexta conclusione.Et procedit hæc conclusio,siue constet per confessionem siue per alias probationes,ut per Felin. in dicta conclusione,& in uersi.septima conclusio, & quidem ordinariè potest puniri. Quæ tamen
8 conclusio † non procedit, si agebatur ciuiliter in causa principali: & hoc ratione efficaci,ut ibi per Felin.uersi.limita tamen primò conclusionem. allegat Abb. in cap. 3.columna 3.in fine. de confessis. Et hoc modo tollitur aliud obiectum, quod potuisset fieri: quia in iudicio ciuili non requiruntur ita exactę probationes,quæ ratio facit, ut postea etiam in alio iudicio criminali non noceant: & miror, ꝙ Felin. non allegauerit hanc rationem: & magis miror, ꝙ non allegauit etiam Sali.ita expressè dicentem & loquentem in l.ubi. C. de fals.colum.penultima, uersicu.ulterius quęro.ibi,aut crimen est probatum in causa & iudicio criminali. &c. Sed ubi crimē, quod excipitur,nō contingit causam, tunc militant quæ prius suprà dicta fuerunt. Sed unum est, de quo non parum dubito, ꝙ Bartol.in d.§.si publico. & omnes in di-
9 cto cap. ponunt † exempla falsitatum, & tamen in falso non est distinguendum, an crimen contingat causam, imò semper est dicendum,ꝙ ubi inciderit quæstio falsi, ꝙ iudex potest in eadem instantia punire,ut dicit Archidiac. in cap. in memoriam. decimanona distinct. Anchar.in consi.172.circa primum.colum. 2.circa finem.& Anan. in rubr. extrà, de crimine falsi. Moderni post Alexan.in consiliis, in rub.ff ad legem Cor.de falsis.Ex qua conclusione aliud elicitur, quòd in falsitatibus est ineptum dicere id, quod proximè dixi, quòd quando crimen contingit causam. tunc si agitur criminaliter in causa principali, sequitur in eadem instantia punitio,non si ciuiliter. Sed dic, ꝙ dictum Archidiaconi fundatur in dicta leg. ubi. quæ nihil probat, imò contrarium, quòd imò fuit per modum inquisitionis crimen falsi deductum ut ibi per glos.& Salicet.in prima colum.& ideo glossa in dicto §.si publico.& ubique dicit, quòd est speciale in crimine falsi, ut possit

per

per inquisitionem procedi. Sed quando iudex inquirit, res est sine difficultate, sicut quando accusatio fit, ut suprà dixi, & Accurs. in dicta l. ubi. qui tenet, quòd ibi principaliter fuit actum criminaliter, in
10 hoc sequitur opinionem † Ioannis glossatoris, qui fuit Cremonensis, & ex familia mea Bossiorum, ut attestatur Caccialup. in tracta. de modo studendi, qui hoc idem asserit de Martino glossatore. Ad unum tamen aduerte, dum Abb. in cap. 2. de confess. in pluribus locis dicit, quòd in eadem
11 † instantia propter confessionem incidéter factam, uel probationes quis potest puniri à principe, qui non ligatur illa regula; quòd ad eum finem actum non esset, ut etiam dicit Bartol. in l. Aemylius. ff. de minoribus. Alexand. in l. uinum. ff. si certum petatur. in ultima columna. & Doctores in dicto cap. 1. de exceptio. quia in Senatu, qui eandem potestatem habet, quam princeps. l. quo minus. ff. de flumin. & l. non ambigitur. ff. de legibus. eodem modo non esset habenda de hac subtilitate ratio. Tamé Decius, qui oculos lynceos habet, in dicto cap. at si clerici. in 6. char. colum. 1. uersic. sed tamen. ultra dictum, quod ad id nó fuit actum, considerat potentiorem rationem in contrarium, scilicet quòd probationes
12 † in criminalibus debent esse efficaciores, & propterea non faciunt fidem in causa criminali. Quæ ratio non uidetur militare: quia quod requirátur exactiores probationes, hoc est iuris positiui. l. sciant cuncti. C. de probat. De iure uerò diuino, in ore duorum uel trium stat omne uerbum. c. in omni negotio, de testibus. & sic princeps uidetur esse solutus hac ratione, sed tutius est tenere, quòd princeps non debeat apponere manum, quando ad id actũ non fuit, & non constat per confessionem, sed tantùm per probationes, tum per l. digna uox. ff. de legi. tum quia ius diuinum sine dubio debet recipere interpretationem. d. l. sciant cuncti. per regulam, quòd ubi est maius periculum, ibi cautius est agendum, quæ est de omni iure, ut de se
13 patet. Et † quia dixi plura de confessione incidenti, an in eo iudicio, uel in alio saltem faciat fidem, posset etiam quæri an confessio inquisiti respectu tertii, qui non fuit in iudicio, prosit ei tertio, putà, quando latro fatetur, quòd furto abstulit Petro pallium, qui non est in iudicio, de quo uide Alexand. in l. 2. colum. fin. C. de ædem. & Areti. in d. cap. causam quæ. col.
14 6. Et an † si fateor incidenter contra me ipsum, putà, quia dicam, Corrupi talem iudicem, & sim reiectus uti falsus, quærelans an possim puniri ego in alio iudicio, uide Alexand. ubi suprà, & Areti. omnino in cap. qualiter. *el secondo*. colum. 8. uersi. reperitur tamen unus casus. extra, de accus. Iuxta prædicta etiam quæri potest, an quando excipitur de falsitate testium uel instrumenti, & petitur de falso proce-
15 di, an † differatur causa principalis? In hoc uide Alexand. in l. prætor. §. hoc ædicto. in prima apost. ad Bartol. ff. ui bo. rapt. qui dicit, quòd differtur. & Felin. in cap. 1. de except. colum. 3. qui dicit quòd non differtur. Sed aduerte: quia si soli testes accusantur, & non producens illos, uidetur quòd non differatur: quia etiam quòd testes punirentur de falso, non nocerent parti producenti. l. Lucius. & ibi Barto. not. ff. de his qui not. infam. atque ita hoc non debet illud impedire: quia ex separatis non fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de min. & ita Felin. loquitur dicens quòd non differtur, quando duntaxat accusantur testes: sed si etiam accusetur producens, tunc cessat fundamentum d. l. Lucius. & una est præiudicialis alteri, & consequenter differtur causa principalis propter incidentem, ita loquitur Alexand. & ita late Alber. in quæst. statutorum. q. 73. & Augus. de Ari. & Ang. in gloss. inchoata. ad fin. ubi latè: magis tamen placet fundamentum Sali. in l. si docueris. C. de fals. qui adhærendo opinioni Doctor. Bononiens. tenet, quòd etiam quando solùm accusantur testes, quòd differtur: quia negari non potest, quin fides tollatur, uel diminuatur, iuxta l. sciant cuncti. C. de proba. & sic unũ facit ad aliud: & hæc in accusante, in excipiente uerò contra testes, secundum quæstionem propositam, nisi calumniosè opponatur, differtur, secundum Salic. Alber. & Doctores, ubi suprà, etiam existente statuto, quòd causa debeat terminari certo tempore, in quo non possit expediri utraque, & per eos, & sic differtur, quando etiam accusatur, qui quærelam uel accu-

sationem detulit, uel quando excipitur so-
lùm contra testes: & quòd exceptio falsita
tis impediat, nisi calumniosè opponatur,
ponit latè Feli. in c. de cæterò. de re iudic.
colum. 3. & Barbat. consi. 43. uol. 1. col. 7. &
16. sequentib. Adde tamen, ꝙ † si sententia
sit obtenta uirtute falsi instrumenti, uel
testium falsorum, tamen ei statur, donec
sit cognitum. c. accepimus. extra, de fide
instru. & Fel. ibi in summario, & col. 3. ubi
allegat Bald. Item adde, quòd non solùm
17. † differtur causa criminalis, & sententia
in ea lata per has accusationes, sed multis
aliis uiis, ut per Feli. in c. quærenti. de of-
fic. deleg. colum. 2. & seq. Adde quoque
18 † quòd calumnia tollitur modis, de qui-
bus per Ias. in l. 4. §. condemnatum. col. 4.
ff. de re iudica. & modum cognoscendi ca-
lumniam ponit gloss. & ibi Doctores in d.
l. 2. C. de fals. ubi uide, & uide etiã ad præ-
dicta Gandi. in titu. de fals. colum. 3. uers.
pone quòd aliquis. Et prædicta, an scili-
19 cet † quis possit de crimine puniri, proce
dunt in eo, contra quem obiicitur crimẽ,
& conuincitur, uel testibus, uel confessio-
ne. Et propterea si sequeretur contra-
rium, quia absolueretur, esset notabilis
quæstio, an non obstante tali absolutione
posset criminaliter agi principaliter con-
tra eum, an uerò ita imponatur finis liti, si
cut si in iudicio accusationis, uel inquisitio
nis fuisset absolutus: pone exemplum in
quæstione, quæ his diebus in facto acci-
dit, ardua ualde, Philippus de Raude uir
diues & nobilis petebat nonnulla bona à
Comite Octauiano uigore fideicommis-
si: & ad probandum illa bona fuisse in fi-
deicommisso comprehensa, produxit mul
tos testes, contra quos opposuit Comes
Octauianus dicens, quòd erant falsi: &
conatus est per plures alios ostendere fal
sitatem, tandem Philippus actor obtinuit
sententiam in sui fauorem, quæ in effectu
transiuit in rem iudicatam, quia per aliam
fuit confirmata. Videns Comes, quòd ali-
ter sibi non erat amplius succursum ciuili
ter, impetrauit literas mandantes mihi de
legato, ut procederem criminaliter cõtra
Philippum, facta narratione quòd produ-
xerat falsos testes, & quòd illis scienter
usus fuerat, & ultra primum processum &
examen testium utrinque, ipse Comes
etiam produxit nouiter infinita instrumẽ-
ta, quibus nitebatur ostendere dictam fal
sitatem. & re multum ac diu trutinata, tan
dem ad meam relationem res per Senatũ
fuit decisa, & Philippus, qui fuerat per me
inquisitus, fuit absolutus, non eo funda-
mento, quòd amplius agi criminaliter nõ
posset, sed aliis fundamentis tollentibus
falsitatem. Tamen per ea quæ uidi tunc
in quæstione proposita, dic rem esse cla-
ram, quòd amplius criminaliter agi non
potest, quando excipiens in iudicio ciuili
dicit contra actorem, quòd produxit in-
strumentum falsum, uel testes falsos, & pe-
tit etiam procedi criminaliter, quo casu
criminaliter cognoscitur de falsitate. l. si.
C. de fide instru. l. 1. C. si ex fal. instru. & l.
qui agnitis. ff. de except. quia non potest
dici, quòd ad alium finem posteà agatur, &
quòd non sit cognitum criminaliter: sed si
tantùm opponit de falsitate, non ad finem
puniendi criminaliter, sed tantùm repel-
lendi, aliud dicendum est, ut dictis legib.
ita Gandin. in titu. quomo. cognosc. de ma
lef. per except. uersic. sed pone quòd tu. us
que ad fin. & ita Bartol. in dicta l. 1. C. si ex
20 fals. instru. Et † communis est opinio, ꝙ
quando excipitur ad unum finem, absolu-
toria in eo casu non obstat ad alium finẽ.
Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de
uerborum oblig. col. 3. uersic. quintò opp.
Aretin. in §. item si in iudicio. col. antepen.
Institut. de except. Deci. consil. 96. colum. 1.
Soccin. consil. 274. col. pen. ubi dicit hanc
esse cõmunem. Et licet hæc opinio sit du-
bia, quando super facto est absolutoriè pro
nunciatum, per doctrinam Bart. in dicta l.
2. §. 1. ff. ui bonor. rapt. quæ est communi-
ter approbata, secundum Soccin. in d. l. qui
agnitis. colum. 1. quia etiam ibi ciuiliter
actum fuit primò ad unum finem, secundò
ad alium, licet primò principaliter: & quia
Bal. & Sali. in dicta l. 1. C. si ex fals. instrum.
ita uideantur uelle se reiicientes ad l. 1. C.
quando ciuil. act. crimin. præiud. ubi posteà
non faciunt differentiam, an principaliter,
uel excipiendo, quando super facto lata
est absolutoria. Attamen hoc uerum est,
quòd ex deductis solùm in primò iudicio
non potest amplius agi, etiam quando ex-
cipiendo primò actum fuit, sed bene ex
aliis. ita Bald. Sali. & Paul. de Cast. in di-
cta l.

cta l. fin. C de fide instrum. aliter res nunquam haberet finem. d. l. fi. in fine. Fiscus tamen ipse omni casu posset, quia dicitur tercius, cui non debet nocere sententia, per tit. res inter alios acta, &c. secundum Bartol. in d. l. 2. §. 1. ff. ui bonorum raptorum: & Doctores in dicta l. 1. C. quando ciuil. act. praeiudic. crim. His ultimis rationibus: & quia aderant alia, quàm deducta in primo processu: & quia res agebatur fisco instante, formata fuit inquisitio contra eum Philippum, qui, ut dixi, fuit absolutus, quia multa postmodum demonstrata fuerunt, per quae falsitatis fundamenta non concludebant.

Tit. Quomodo procedatur in crimine notorio.

SVMMAE.

1 *Notorio crimine existente, proceditur non seruato iuris ordine.*

2 *Probationes notorii non requiruntur, quando proceditur super crimine notorio praesente iudice & populo.*

3 *Iudex ex officio debet summariè indicia assumere, & in scriptis redigere ubi proceditur super crimine notorio, & hoc ut cautius procedat.*

4 *Notorio crimine existente tamē debet reus citari secundum magis communem opinionem, nisi ipse fateretur se nullam excusationem habere.*

5 *Nullum crimen est tam notorium, quin possit habere excusationes, aut circunstantias excusantes.*

6 *Notorium regulariter est excusabile.*

7 *Notorium delictum & iudice pro tribunali sedente factum, non indiget aliqua probatione; etiam ubi aliàs requireretur probatio.*

8 *Notorium debet probari, quando delictum commissum est praesentibus omnibus uicinis, uel maiori parte, & de die & absente iudice & reus negat, adeò ut nec iudici asserenti esse notorium crederetur.*

9 *Notorium debet probari ubi reus est absens & contumax, etiam stante statuto, quòd contumax habeatur pro conuicto & confesso.*

10 *Practica procedendi, ubi crimen est notorium.*

11 *Condemnatio sequi non potest in crimine notorio, nisi ad id agatur, ut delictum puniatur.*

12 *Copia indiciorum dari non debet reo, qui negat delictum quod est notorium, quando est admodum ridiculum quod id neget, secus si non ita ridiculum esset.*

13 *Notorium si sit probatum ex auditu, non potest sequi condemnatio.*

14 *Sententia declaratoria requiritur, ubi opponitur, quòd non potest procedi per iudicem ordine iuris non seruato, tanquam super notorio, & postea procedi potest.*

15 *Sententia diffinitiua, & probatio delicti requiritur ultra probationem notorii*

16 *Donatarius, cui non secuta adhuc sententia princeps concessit bona eius, qui publicè moratur cum hostibus, & sic cuius crimen est notorium, securus est, donec habet modum probandi notorium. etiam post mortem delinquentis.*

17 *Principi attestanti tale crimen per delinquentem commissum fuisse notorium, non creditur.*

18 *Bona delinquentis apprehenduntur absque declaratione in crimine notorio.*

19 *Sententia & notorium an semper aequiparatur.*

20 *Post mortem delinquentis proceditur in crimine notorio.*

21 *Post mortem damnari quis potest, si confessus fuisset delictum, uel de eo conuictus, tamen Mediolani non seruatur.*



Vinto modo proceditur uia notorii, non quòd is sit modus procedendi, sicuti per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem proce-
1 ditur: sed quia † notorio delicto praecedente proceditur sine ordine iuris. Exemplū est duplex, Primò quādo iudex ipse uidet homicidiū, uel aliud delictum fieri in platea coram hominib. die claro. Secundò quando iudex non uidet, tamen fit notoriè, ut dixi. Primum exemplū est magis clarū: quia cessat ordo iuris, adeo non requiritur accusator, nec denuntiator, nec litis cōtestatio, nec libellus datur,

nec iuramentum calumniæ, uel de ueritate dicenda, nec † etiam aliquæ probationes notorii requiruntur, imò tunc ordiné non seruare, est seruare suum ordinem. ita Gand. in tit. quomo. de malefi. cog. quan. cri. not est. colum. 2. uersic. in qualibet autem specie notorii. & latè Salic. ubi omnino uideas in leg. ea quidem. C. de accusa. ubi optimè declarat materiam, uersiculo, secundum dubium, iuncto in ea colum. eo quod dicit in uersic. iuxta secundum passum latè concludens, quòd non requiritur probatio delicti, addens quòd tamen

3 cautela bona est, ut ex officio † iudex assumat indicia, quæ in scriptis redigantur, ne incidat in linguas mordaces: cui adde etiam, ne damnum aut dedecus patiatur in syndicatu, si ob mortem, uel aliquod odium superueniens non posset iustificare notorium. Et ad hoc uide omnino eundem Sal. in d. l. ea quidem. in fi. ubi dicit, Caueat saltim iudex, ne delictũ asserat esse notorium, cùm non sit: quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt. c. consuluit. de appel. quæ posteà ueniunt examinanda coram superiore, uti in simili dicitur. ff. de ope. nou. nunt. l. de pupillo. §. si quis riuos. uersic. toties. & dat consilium, quòd maior pars uicinorum examinetur: & allegat Innoc. dicentem, quòd notorio non demonstrato post sententiam omnia agitata tanquam super notorio nulla sunt: unde iudex ipse posset caput pro capite interdũ soluere. Nec Areti. in consil. suo famoso 165. colum. 5. uersic. secundò principaliter, qui latè concludit, quòd debet ipsi iudici probari notorium, per l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. cau. in pos. eat. discrepat: quia quæstio sua est, quando procedit uti super notorio, uel ante factam notorii probationem, uel iudice ignorante quòd esset notorium: & ideo potes allegare Aret. pro hac opinione. non etiam discrepat Aret. ibi colum. 3. in fin. quia loquitur simpliciter, quando coram populo factum est delictum, uel coram ipso iudice. Sed hic non est casus noster, quia loquimur copulatiuè, quando coram iudice & populo.

4 Veruntamen quamuis † non requiratur probatio notorii, tamen iudex non debet iudicare ita ex abrupto, absque citatione & defensione. Fateor enim quòd de delicto per eum commisso constat eo modo, quo dictum est: sed non constat, an licitè uel illicitè. Pone enim quòd reperiretur occisum tunc bannitum fuisse iuxta formam statutorum communiter, & decretorum nostrorum. Pone etiam quòd esset rebellis, qui occisus est, iuxta dictum Bartol. in uer. rebellando. in extrauag. ad reprimen. colum. 2. per l. 3. §. transfugas. ff. de sica. nonne ueniret homicida absoluendus? Et ideò aut ipse captus confessus est, quòd nullam habet excusationem, uel nullam excusationem adducit, iuxta text. in c. de manifesta. 2. q. 1. & in c. quanto. de transla. prę l. & tunc nulla interposita mora damnatur. & ita sentit Areti. clarè in d. consi. colum. 9. uersi. ad secundum. & Doctores omnes in materia: aut aufugit, & tunc uenit citandus. Hæc enim simul esse possunt, crimen factum fuisse per eum, & tamen excusabile. ita latè & notabiliter declarat Salic. in d. l. ea quidem. uersic. primum, an citatio. & dicit Innoc. quem refert & sequitur Butrig. in c. uestra. de cohab. clem. &

5 mul. quòd † nullum delictum potest esse tam notorium, quin habere possit excusationes, siue circunstantias occultas excusantes eum. & dicit Abb. in eo. ca. in fin.

6 quòd † regulariter notorium est excusabile: & bene dicit, quia etiam aliqua non possunt habere excusationem, ut blasphemia, adulterium, & similia, ut not. declarat Aret. in d. consi. colum. 9. uersic. uenio ad secundum. Est & alius casus, quando esset præsens, & negaret quòd illicitè fecisset delictum, adducendo colorem aliquem ad id demonstrandum. Nam tunc minus dubio dicendum est, quòd non uenit simpliciter damnandus, nisi eo monito, & dato termino ad se defendendum. Et licet in hoc articulo, An requiratur citatio in notorio crimine ante sententiam, sint infinitæ opiniones: tamen hæc est communior apud Moder. æquior & probabilior secundum Aret. in d. consil colum. 8. Dec. in effectu, ubi uide in c. cùm sit Romana. colum. fin. de appel. & Marian. in tract. citat. in 7. artic. princ. in 1. q. uersic. quartò fallit. Et sic uides, quòd quando delinquens fatetur nullam excusationem habere, uel nullam adducit, tunc nulla defensio est ei danda. & ita intellige di-

cta

cta Bartol. & Imol. in l. custodias. §. 1. ff. de publ. iudi. & Sali. in l. 2. C. de cust. reor. in uerbo, & hanc practicam seruat totus mundus, postquàm apparet ex facto notorio & ore rei, quòd nulla tergiuersatione crimen potest cœlari, aut excusari. & ita in effectu Bald. in l. à procedente. in fi. C. de dilat. & per Ang. Areti. in glos. qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem faciendam. & Aug. de Arim. ibidem. Dixi
7 igitur, quòd † quando iudici & populo est notorium delictum, quòd nullæ requiruntur probationes: & hoc multò magis procedit, ubi iudex tunc sederet pro tribunali, imò eo casu probatio cessat, ubi aliàs requireretur, ut per Sali. in d. l. ea quidẽ. uersic. tertium dubium est. ad quod etiam uide in fortioribus terminis Gandi. in tit. quomo. de malef. cognos. per denunt. uers. sed quæro nunquid. ubi format quæstionem in officiali electo ad inueniendos maleficos, qui notificat delictum, quod dicit uidisse: & tenet Gand. quòd creditur ei, quia exercens officium suum uidit, & notificauit: credo tamen, quòd loquatur in leuibus, iuxta nota. per Bart. in l. diuus. in princip. ff. de custod. & exhib. reor. & dixi suprà tit. præcedenti. Secundum exemplum, quando ipse iudex non uidit factum in uicinia, præsentibus omnibus illius ui-
8 ciniæ, uel maiori parte, & de die, † non habet prædictam difficultatem respectu probationis notorii, quia omnino debet probari iudici: uerum in reliquis cessat ordo iuris, ut in præcedenti alio casu. ita in effectu Gand. ubi suprà, dicens quòd debet examinari reus: & si negat, sine alia litis contestatione cum iuramento calumniæ, uel de ueritate dicenda, etiam recipitur probatio: quæ probatio in reliquis tamen est recipienda, seruato ordine iuris, secundum Salic. in d. l. ea quidem. uersi. ad quintum. & alios Doctores ibi, & Alexand. & Ias. in l. si uerò. §. qui rei qualitate. ubi est materia, & ubi uide. ff. qui satisd. cogan. & Alexand. consil. 117. uolum. 4. & alibi in hac materia. & ita in effectu colligis ex dictis Areti. in dicto consilio 165. colum. 6. uersic. secundò obiicitur, quòd D. Antonius. ubi latè ostendit, quòd notorium in hoc casu debet probari iudici, adeò quòd etiam ei non crederetur, quòd esset notorium, procedendo ex puro & mœro officio, & seruato iuris ordine quo ad citationem partis: uerùm in reliquis nec antè, pòst requiritur ordo iuris: & ideo etiam potest procedi per inquisitionẽ, ubi aliàs non posset procedi. ita Gandi. in dicto titu. uersic. si uerò sit notorium. & Angel. Aret. in gloss. etiam per modum notorii. Sed pone, quòd non possit examinari, quia
9 sit absens, † an etiam requiratur probatio notorii, tanquam si esset præsens, & negaret: uide egregiè per Aretin. in dicto consi. colum. 5. in fi. & princip. sequen. ubi tenet requiri, etiam loquendo in summo Pontifice, dicens quòd illa sententia fuit nulla, in qua processit tanquam super notorio, non constito prius de dicto notorio. Tamen aliud uidetur stante statuto quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, prout est quasi ubiq;, nisi dicas, quòd plus nõ debet operari ficta cõfessio, quàm uera: sed uera simpliciter non operatur nisi circa substantiam delicti, non circa qualitatem, secundum Bartol. in l. si sic,
10 *la seconda*. §. 1. de lega. 1. Practica † igitur in prædictis erit hæc, quòd formabitur inquisitio assumptis indiciis super notorio, etiam ex puro & mœro officio omni casu, & non citata parte, ut fit: sed si compareat posteà, & neget inquisitus; fient deinde repetitiones & examina testium citata parte: si uerò non compareat, adhuc fient ante condemnationem: nec aliter uti super notorio poterit firmari sententia, nisi, ut dixi, statutum quòd contumax habeatur pro confesso, etiam diceret cum omnibus qualitatibus adiectis imputationi. Ratio autem cur formatur habitis indiciis, non citata parte, illa est, ne reus fugiat. Sed secundum statuta, quæ ubique ferè uigent, & obseruationem etiam parum admodum prodest, quòd possit in hoc notorio formari inquisitio, quia de omni delicto formatur, nisi secundum statutum Mediolani, per quod etiam ex puro officio non potest formari
11 certis casibus. Aduerte † tamen circa prædicta, quòd siue loquamur in hoc secundo exemplo, quando tantùm aliis est notorium, & non iudici, siue in primo, quando omnibus, licet ordo iuris quasi prorsus cesset, ut suprà declaraui, requiri-

tur tamen, quòd ad id agatur, ut puniatur delictum notorium, uel per uiam accusationis, quæ necessaria non est, ut dixi, uel per uiam inquisitionis: & ita sentiunt omnes, nec aliter potest sequi condemnatio. c.1.de except.cum similibus. Notorium tamen postea probatum tolleret omnem ineptitudinem processus, sicuti confessio, iuxta c.1.& 2. de accusat.in 6. Sed an sit ne
12 cesse, quòd † detur copia indiciorum, sicut in cæteris? Angel.Aret. in gloss.prædicta, etiam per modum notorii: tenet non esse necessarium. Res pendet ab eius examine & processu: quia si negat delictum, quod adeo patet, ut sit ridiculum quod negauerit, tunc dari non debet. Si uerò non est ita ridiculum, puta, quando res niteretur tantùm aliquibus testibus, non autem uniuerso populo uel uicinia, tũc danda est. Sic igitur patet, quòd quando iudex uidet, tunc nulla interposita mora reus damnatur, si nullam excusationem adducit, uel fatetur nullam habere. Et idem est dicendũ,
13 quando non uidet, sed est † ei probatum: quod absque dubio procedit, quando non solùm est probatum delictum, sed etiam notorium. Si autem tãtũ notorium esset probatum, uidelicet, quòd totus populus uel maior pars uidit, & ꝙ fuit de die clara: ex auditu tamen, tunc non posset sequi condemnatio, ut late per Salic.in d.l ea quidem.in 6.q.& 9. Patet etiam, ꝙ ubi proce-
14 ditur super notorio, quòd † proceditur nõ seruato ordine iuris. Pone igitur, ꝙ opponatur non sic posse procedi ad impediendũ processum. Quid fiendum? Dic ꝙ iudex debet super hoc prius pronuntiare, ut in 8.q.per Salic. & successiuè procedere sine ordine, iuxta prædicta uide omnino Salic. in d.l.ea quidem.C. de accus. ubi per decẽ quæstiones examinat materiam, & dum
15 uult quòd requiratur declaratoria † uide ad id Dec in cap.peruenit. ad fi. de appel. & dum etiam uult in nona quæstione, ꝙ requiratur ultra probationẽ notorii etiã probatio ipsius delicti, & sententia diffinitiua, licet non solemniter, uide omnino Iler. in cap primo, quod incipit, Sancimus ut nemo in .§. sancimus. quo temp. mil.ubi
16 quòd quando † crimen est notorium, putà, quando uasallus uel subditus moratur publicè cum hostibus, uel in castro contra suum principem, si princeps absque sententia, bona concedit alteri, semper erit securus donatarius, donec habet modum probandi tale crimen notoriè fuisse paratum, & sic etiam post mortem delinquentis, di-
17 cendo quòd tamen † non crederetur principi attestantur tale crimen, ex quo agitur de præiudicio & commodo suo, licet aliàs crederetur sibi soli magis, quàm uni notorio. Et sequitur Moder. Laur.in suo tract.feudali.uersic. & dicti uasalli pro rebus feudalibus.colum.antepen.uersi.insu-
18 per quæro nunquid dominus.& † quòd in tali notorio crimine bona appræhendandantur etiam absque declaratione, iuxta cap.cũm secundum. de hæret. in 6. habet Abb.in c.ad nostram.*el secondo*. col.penul. uersic.sed quæro utrum indifferenter. de iureiur.in cap.cũm olim.post gloss. ibi col. antepen.uersi. nota singulariter hanc glo. de re iud.& in c. cùm sit Romana. colum. fin.de appel.& in c cùm non ab homine.& ibi Fel.col.6.uersic.limita primò. de iudi. & idem in c.Rodulphus.colum 25. uersic. limita primò prædicta.de rescrip.Si igitur appræhenduntur etiam absque declaratoria ratione notorii, quod uim habet ipsius sententiæ, iuxta gloss. in l.ictus fustium. ff. de his, qui not.infam.& regulam, quòd sententia & notorium æquiparantur, iuxta c. 5.de coniu.cler.& l.emptorem. in princip. ff.de act. emp. ergo inepta est ponderatio proximè facta, ꝙ etiam post mortem possint appræhendi bona, & probari notoriũ: si tamen uelles generaliter intelligere, an
19 uerùm sit, quòd † notorium & sententia æquiparentur, uide Iason. ubi suprà in d. l.si uerò.§.qui pro rei qualitate.ff. qui satisd.cog.Aret.consi.antepen.col.7. Bald.in d.l.ictus fustium.& in l.1.col. 1. ff. de cur. fur.& Ang.in l.libertus.§.1. ff. de stat. lib. Item ad id, quod dixi suprà, ꝙ in crimine
20 notorio † post mortem proceditur; uide gloss.24.q.2.in 1.& in cap.neque. 88. dist. Moderni in l.qui falsum.§.1.col.2.ff.de fal.
21 Item adde, ꝙ ratione † confessionis, & probationum, quæ ipsum conuincant, post mortem quis potest damnari. Bald.in l.unica.colum.2.C.ne ex delict.defunct. de quo dicam infrà in tit. de pœn. sed Mediolani hoc non seruatur.

Tit.

Tit. Quomodo procedatur per actionē in delictis.

SVMMAE.

1 *Ex quolibet delicto tam priuato quàm publico potest agi criminaliter & ciuiliter.*
2 *Pœna aliquando est ordinaria, aliquando extraordinaria ubi criminaliter agitur.*
3 *Priuata delicta quæ dicantur, & quæ publica.*
4 *In priuatis delictis regulariter accusatio non competit nisi ei, cuius interest.*
5 *Crimen potest dici publicum tripliciter.*
6 *Materia priuatorum & publicorum delictorum per quem tractetur.*
7 *Ciuiliter agi potest pro publico crimine ad prosequendū ius suum, & competit actis.*
8 *Ex priuatis delictis oriuntur actiones, quæ denominantur ex maleficiis: ex publicis uerò oritur actio in factum.*
9 *Actiones priuatorum delictorum regulariter concernunt interesse partis, publicorum autem uindictam.*
10 *Priuata delicta, pro quibus agitur publico iudicio.*
11 *Rapina crimen est publicum.*
12 *Actione agitur ad ius suum prosequendum, & etiam ad pœnam parti applicandam.*
13 *Actio ex delictis introducta facit quòd ciuiliter agatur, accusatio quòd criminaliter.*
14 *Actionis iure agitur non solùm ad proprium interesse, sed etiam ad remotionem officii.*
15 *Vbi agitur ciuiliter, agitur iure actionis: ubi criminaliter, agitur officio iudicis.*
16 *Mixta causa dicitur, ubi agitur ciuiliter causa alicuius criminis.*
17 *Actio differt ab accusatione, quia prima triginta annis tollitur, secunda uiginti.*
18 *Pœna debilitatur, ubi cessatum fuerit per decennium.*
19 *Banni effectus non potest tolli spatio triginta annorum.*
20 *Ciuiliter agi potest contra delinquentem, etiam quòd criminaliter desierit posse agi.*
21 *Præscriptio non tollit crimen de iure canonico.*
22 *Præscriptio in criminibus incipit à die sententiæ, non à die commissi criminis.*
23 *Fauorabilius est reo, quòd constet eum non deliquisse, quàm quòd crimen præscriptione sit sublatum.*
24 *Iuramentum falsum punitur statuto Mediolani, modò detur querela de eo infra mensem: quod statutum quomodo intelligatur, & an tempus sit continuum, an utile, & an sit terminanda causa infra mensem?*
25 *Mensis an intelligatur de triginta diebus, an uerò de trigintauno.*
26 *Dies termini quomodo computetur in termino.*
27 *Mensis utilis quomodo intelligatur.*
28 *Annus quot diebus constituatur, & quando incipiat.*
29 *Annus inceptus an habeatur pro completo?*
30 *Actio ciuilis transit ad hæredes, crimin. non regulariter.*
31 *Ciuile iudicium non infamat, criminale quando infamet.*
32 *Infamia facti quid operatur.*
33 *Ciuile iudicium in quib. differat à criminali.*
34 *Ciuile iudicium difficilius tollitur, quàm criminale.*
35 *Ciuile iudicium & criminale regulariter à pari procedunt.*
36 *Salarium aduocati in causa criminali est maius quàm in causa ciuili.*
37 *Ciuiliter agere pro crimine quis interdum cogitur.*
38 *Homicida etsi non sit in dolo sed in culpa, puniri debet pro modo culpæ.*
39 *Lata culpa non punitur, ubi lex dolum requirit expressè uel tacitè.*
40 *Inquisitio non est formanda, quòd dolosè maleficium sit commissum, ubi culpa tantùm interuenit & malè agunt iudices & notarii, qui aliter faciunt.*
41 *Ciuiliter agi potest pro crimine, ut quando fit gratia generalis à principe post bellum finitum, quòd non possit agi criminaliter contra eos, qui milites fuerunt: secus si dicatur, quòd remittitur criminalitas.*
42 *Remissio facta à principe ob pacis fauorem militibus præiudicat pauperibus subditis, quibus factæ fuerunt extorsiones, sed non non subditis secus, & quomodo loquantur Doctores in tali conclusione.*
43 *Princeps secularis non habet potestatem in*

clericos etiam primæ tonsuræ.

44 *Dispositio principis tollit ius priuatorum, quando uerba sunt clara, non si generalia tantum.*

45 *Verba principis impropriari debent, ne contineant iniquitatem.*

46 *Capitula pacis considerandum est quo tempore sunt facta, cùm de eorum interpraetatione agitur.*

47 *Ciuilis actio quando faciat cessare criminalem, remissiuè.*

48 *Acta in causa ciuili quando faciant fidem in criminali.*

49 *Actio ciuilis competit non solùm ad consequendum ius suum, sed etiam ad uindictam interdum.*

50 *Effectus quòd possit agi ciuiliter ad uindictam.*

51 *Qui potest criminaliter & ciuiliter agere, si suspiciones tantummodo de crimine habeat, cautius se geret ciuiliter agendo.*

52 *Criminalis causa ciuiliter intentata non est propriè criminalis.*

53 *Effectus actionis ciuilis & criminalis accusationis.*

54 *Accusatio tollitur ipso iure, si statutum dicat, quòd super crimine non recipiatur accusatio.*



Equitur sextus modus agendi in delictis uia actionis ad suum interesse, uel ad pœnã, quæ sibi applicatur. Pro intelligentia cuius materiæ scias† quòd ex quo libet delicto tam publico quàm etiam priuato potest agi criminaliter & ciuiliter, text. est in l. fi. ff. de pri. delic. qui procedit in priuatis delictis, iuxta titu. sub quo situatus est: sed l. si nomine. ff. de fal. loquitur in crimine falsi, & sic publico. & l. fi. ff. de furt. locum habet in furto, quod est delictum priuatum, & l fi. ff. de iniur. §. liberum. Instit. de leg. Aquil. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de ui pub. l. 2. §. 1. ff. ui bo. rap. loquitur in rapina, † quæ est publicum delictum, ut declarat Ang. Aret. in uer. uestem cælestem. in princip. in suo tract. & §. in summa. Instit. de iniur. & paulò infrà dicam. Et ubi agitur criminaliter, aliquando pœna est ordinaria, quæ ue-

1

2

nit applicanda fisco. d. l. fi. ff. de pri. del. d. §. in summa. & d. l. fi. ff. de fur. Aliquando etiam extraordinaria, ut in incendiario, iuxta l. fi. in fi. ff. de incen. rui. nauf. & etiã quando potest agi iudicio publico, ut in d. §. liberum. ubi etiam agi potest pro seruo occiso lege Corn. de sicar. & in d. §. 1. in l. 2. ff. ui bon. rap. & in d. l. si quis ad se fun-

3 dum. Et † priuata delicta, sicut furti, iniuriarum, abigeatus, & similium, sunt ea, de quibus in lib. 47. Digest. à tit. de priuat. delic. in quo incipit 47. liber, usque ad tit. de publ. iud. & possunt dici priuata omnia ea, quæ non enumerantur inter publica, iuxta l. 1. ff. de pub. iud. & hæc quare dicantur priuata, ponit egregiè Mar. Socc. in repe. c. ueniens. de accu. char. 2. colum. 3. uersic. primò igitur. & ibi quòd non ualet consequentia, competit publica accusatio, ergo delictum est publicum. item

4 ibi, quòd † regulariter in priuatis non competit accusatio, nisi ei, cuius interest, nisi tamen ueniret pœna pecuniaria applicanda fisco. Et postremò dicit, quòd

5 † tripliciter crimen potest dici publicum largissimè, largè, & strictè, & ponit etiam Ang. Instit. de pub. iud. in princip. colum.

6 pen. & fin. & uide † etiam materiam delictorum publicorum & priuatorum, per Ang. Aret. in uer. necnon ad quærelam.

7 Sed † an quando ciuiliter agitur pro crimine publico competat actio? Videtur non competere, Instit. de pub. iud. in prin. ubi text. expressè uidetur factus ad hoc, sed intelligo, quando criminaliter agitur: sed si ciuiliter ad ius suum, non uideo quare non competat actio quæ est ius prosequendi ius suum, &c. Instit. de actio. in princip. & est text. in d. §. in nomine. ff. de fal. & ad hoc gloss. de pub. iud. in princip. dum allegat rationem, quare publica iudicia dicantur institui per accusationem, dicens quòd ideo est, quia agitur ad uindictam, non autem ut prosequatur quis ius suum: uult ergo, quòd si agat ut prosequatur ius suum, quòd competat actio:

8 fateor, † quòd ex priuatis delictis resultant actiones ex ipsis maleficiis, quæ denominantur ab eis, ut actio furti, ui bon. rapt. & aliæ, ut in §. ex maleficiis. Instit. de act. Sed ex publicis datur actio in factum. d. l. in nomine. & in l. hodie. §. 1. ubi gloss.

expressa

expressa. ff. de fal. uel actio iniur. uel legis Aquil. uel ui bo. rapt. descendentes ex delictis publicis, ut patet in l. prætor edixit. §. 1. ubi est uidendum. ff. de iniur. & patet in tit. suis de iniur. ad leg. Aquil. & ui bo. rapt. iunctis tit. ad leg. Corn. de sic. & de ui publ. & pri. Nec in hoc est dubitandum. uide Bart. in l. infamem. col. 2. uersi. quæro dicitur hic. ff. de pu. iud. & Imol. in
9 rub. de pub. iud. Est uerum, quod † regulariter actiones publicorum iudiciorum concernunt solū interesse, priuatorum uerò etiā pœnam, ut ibi notabiliter declarat Imola.
10 Et secundum prædicta, rapina † est inter priuata iudicia, quia numeratur in d. libro. 47. & tamen punitur publico iudicio à lege Iul. de ui publi. & pri. & similiter occisio serui uel etiam liberi, est inter priuata, quia pariter connumerantur in tit. ad leg. Aquil. lib. 37. & tamen etiam punitur publico iudicio, ut dixi supra. Veritas est, quod
11 † rapina est crimen publicum, ut dixi patere ex dictis Ang. in uer. uestem cælestē. in prin. & hoc quando is, qui uadit ut uim inferat, inuenit aliquem in domo, aliàs nō trāsit hæc rapina in uim publicam. ita Bar. post glo. in d. l. infamem. & ita Imol. Ang. & alij communiter ibidem. Et pro dilucidatione uide quæ dicam infrà in tit. de rapina, in ulti. uer. & in l. infamem. ff. de pub.
12 iud. Et † licet per actionem agatur ciuiliter ad ius suum persequendū. Insti. de act. in prin. tamen etiam agitur ad pœnam cōsequendam, ut in actione furti, ui bo. rapt. & similium, ut d. §. ex maleficiis. cū. §. seq. in quibus iurib. constat, quod pœna applicatur parti, Imol. ubi suprà. Et ideo ubi lex
13 introducit † actionem ex delictis, uult quod agatur ciuiliter, & consequenter quod pœna parti applicetur: ubi uerò accusationem, quod criminaliter. ita Bart. in l. agraria. ff. de ter. mo. Aret. in c. cum in tua. in 1. not. extrà, de testi. & per eundem Bar. in l. prætor ait. ad fi. prin. ff. de sepul. uiol. & non solùm iure
14 actionis † agitur ad proprium interesse, uerùm etiam ad remotionem officii, text. est in c. per tuas. extrà, de simo. ubi Abb. not. In quo tamen ultimo uide Dec. in ru. ex.
15 de iud. in col. ul. Intellige tamen † ubi ciuiliter proceditur, quòd tunc agitur iure action. secus si criminaliter. quia tunc agitur officio iudicis modis prædictis. Instit.
16 de pub. iud. in prin. Addo † quod ubi agitur ciuiliter causa criminis, tunc causa dicitur mixta. Aret. in c. testimonium. in 2. not. de
17 testi. Et differunt hæc, utrum † iudiciū sit ciuile uel criminale: primò, quia actio durat 30. annis, accusatio uerò 20. tantùm, ut not. in l. querela. C. de fals. imò amplius gl. ibi uoluit, quod etiam officium inquirendi duret 30. annis: sed reprobatur, quia succedit loco accusationis, ut ibi per Doct. & maxi
18 me Ang. Debilitatur † tamen pœna minori tempore. s. decēnio. l. qui diuturno. ff. de pœ. per Pau. de Ca. cons. 195. ad fi. per Bar. in extrauag. quoniam nuper. in uerb. crescit. & per Roc. Cur. in tract. cōsuet. fol. 5.
19 col. 3. circa fi. Verùm † secuto banno etiā 30. annis non tollitur effectus banni. Nel. in tract. bannit. in 2. parte 2. temp. q. 64. & si
20 amplius non † potest agi criminaliter, iuxta d. l. quærela. an tamen ciuiliter possit agi, saltem usque ad decem annos, quibus amplius durat actio ciuilis? Vide Alexand. cōs. 172. uol. 5. in casu, quo quis poterat accusari criminaliter & ciuiliter, & amplius non poterat accusari criminaliter: quia disputat, an saltem ciuiliter possit agi: & iudicio meo res admodū clara uidetur, ut agi possit, quando tractatur de agendo contra eandem personam, & delinquentem, quia nihil uideo obstare. Sed ubi quis uelit experiri ciuiliter cōtra unum ad priuationē bonorū, in casu, in quo prius criminaliter erat agendum contra delinquentes, iuxta l. 1. C. ubi cau. fis. tunc insurgit dubitatio per l. in cognitione. cum ibi not. ff. ad Syll. Tamen adhuc ueritas est, quod potest. d. l. 1. in fi. & per Alex. in d. cons. qui ita loquitur, & respōdet ad d. l. in cognitione. De iure ue
21 rò canonico † crimina non tolluntur præscriptione, gloss. in c. admonere. 30. q. 2. in uer. pœnitentia. quod quomodo intelligatur ponit Dec. in c. licet causam. char. 45. in uer. postremò nota est. de prob. Et ad-
22 de, quod † hæc præscriptio 20. ann. de qua in d. l. quærela. incipit à die commissi criminis. uide etiam infrà in tit. de iniur. circa act. iniur. quāto tempore & quomodo tollatur. Et fallentias ad d. l. quærela. ponit Marsil. in l. qui falsam §. 1. ff. de fals. Item
23 addo, quod si præscriptione † est sublatū crimen minus proderit reo, quàm si constaret eum non deliquisse, quia primo casu, si

tamen proceditur, potest iudex eum non comparentem condemnare, secus si constat eum non deliquisse. ita Bar. in l. absentem. ff. de pœn. uers. quartò circa hoc. & dicam infrà in materia bannitorum. Adde
24 etiam† q habemus statutum Mediolani sub tit. de sacramento falso, uel non uero, quo punitur falsum iurans: & statuit, ut infra mensem, & non ultrà, possit procedi de falso tam ciuiliter quàm criminaliter: & ut etiam ex officio non possit ultra mensem procedi. Et uerba propria statuti sunt hęc. Et q sacramentum dici non possit falsum, seu non uerum, nec aliter contra eum quouis modo procedi, nec puniri possit ciuiliter, nec criminaliter, nec ex officio, nisi dicatur infra mensem unum cōtinuum à die sacramenti præstiti. Circa quod primò est quærendum, an tempus mēsis currat à die maleficii commissi, an uerò à die scientiæ maleficii. Et breuiter est dicēdum, cùm expressè uelit, ut ultra mensem non possit dici falsum iuramentum, quod currat à die commissi delicti, etiam occulti. De hoc est decisio Sali. in l. fin. C. de dolo. in fi. quo fundamento etiam cessante idem dicendum est: quia statutum clarè uult, ut tempus mensis sit continuum, & consequenter currat ignoranti & absenti. d. l. fin. Secundò est quærendum, an etiam sit necesse terminare causam infra illud tempus? Et uidetur esse necessarium: quia statutum non solùm uult, ut non possit procedi, uerum etiam ut puniri non possit, nisi infra mensem: quod planum esset, si uerè solùm diceret, nisi infra mensem: sed eius uerba sunt hæc, nisi dicat infra mensem. Per quæ apparet, quòd sentit contrarium: uult enim, ut dummodo dicatur falsum infra mensem, quòd possit etiam elapso mense puniri. Et hæc est clara mens eius, atque ita seruatur. Et si simpliciter diceret, ut ultra mensem non possit cognosci, lis est terminanda intra mensem. ita Salic in d. l. fi. qđ patet ad sensum: quia aliter dicere, esset expresè dicere contra statutum. Tertiò quæro, an hoc statutum etiam habeat locum in sacramento falso, quod committitur per contradicentes cridis cameræ Imperialis, quæ fiunt pro liquidatione bonorum confiscatorum. De sacramento falso, quod fit in cridis bonorum uendendorum, res non habet difficultatem: quia statutum clarè etiam hoc in casu loquitur: sed de sacramento falso, quod fit in contradictionibus ad cridas cameræ uidetur dicendum contrarium: quia unius inclusio alterius est exclusio. l. cùm prætor. ff. de iudic. & maximè, quia dum exprimit hunc casum, dicit & etiam in contradictionibus, &c. sentiens quòd de eo casu dubitabat ualde, & inferens quòd cùm multò magis esset dubitandum de aliis contradictionibus, propterea noluit aliquid de eis decernere. Quæ ponderatio facit, ut quamuis superius in titulo de iudiciis, statutum dixerit, & prædicta non habeant locum in causis dominorum Magistrorum ordinariorum & extraordinariorum, atque ita non expresserit: quo casu unde uideatur, ut mens fuerit loqui etiam de aliis contradictionibus, tamen dicendum sit, ut noluerit loqui nisi de contradictionibus ad cridas bonorum uendendorum, & hęc est mera ueritas: quia per decretum circa liquidationem bonorum confiscatorum clarè prouisum est, ut scilicet falsò iurans in dictis contradictionibus ipso iure & facto incurrat pœnam quadrupli, & quandocunque magistratus cognoscere possit, uel alius iudex ab eo delegatus, est quia statutum dicit, nisi dicatur infra mensem unum
25 continuum, Quæro,† an de diebus triginta uel triginta uno intelligetur? Dic quòd si statutum loquatur, prout facit, simpliciter de termino mensis, tunc mensis habet dies 30. tantum: sed si diceret à die publicationis infra mensem si præsentetur pax, sit liberatus ab homicidio per eum commisso, prout dicebat edictum gratiosum superioribus diebus ęditum, ob pacē secutam inter Cæsarem, & regem Galliæ, Tunc mensis etiā esset triginta unius diei, si is mensis in quo datur terminus, habet triginta unum diē. ita Geminia. in c. quàm sit. de electio. in 6 qui ita intelligit glo. ibi, in uerbo, mense & ita intellige Bartol. in l. cùm bisextus. ff. de uerbor. signific. Sic etiā declarat Deci in regu. ubi lex. de regul. iur. & quando simpliciter datur dilatio
26 mensis, dies termini † computatur in termino, sed si dicitur à die publicationis, uel à præsenti die infra mensem, tunc secus est. Alex. consi. 42. uol. 3. col. 2. Alber. in z. char.

char. dictiona. sui, in littera A. ubi uide. & uide Alexand. in l. 1. in 3. colum. ff. si quis caut. Feli. in c. 1. de præscript. col. 2. uersus fin. plenè Bald. 1. uolum. consi. 457. colu. 3. & 3. uolu. consil. 461. Angel. not. in l. à caligato. C. de nupt. & in hoc Deci. ubi suprà se in uoluit, quia in casu Bar. in d. l. cũ bisextus. & in casu d. glo. in c. quàm sit. uult ut computetur in termino, & nihilominus tenet, quòd loquantur, non quando simpliciter datur dilatio, sed quando dicitur à die publicationis, & similium. Est tamen semper notandum uerbum Decii in eo loco in fi. dum uult, ut & si simpliciter data dilatione mensis intelligatur de diebus triginta, tamen in fauorabilibus excedatur quo ad medium diem. ita intelligendo text. regulæ ibi, quia ex hoc sequitur ꝙ si in gratioso ædicto, de quo suprà simpliciter esset dictum modo præsentetur pax infra mensem, intellige postquàm sumus in fauorabilibus de medio die, ultra mensem. Et hic intellectus mihi magis placet, quàm ille Bartol. ad d. regulam, in d. l. cùm bisextus. in fi. & ita etiam Alciat. in d. l. cùm bisextus. & de hac materia ultra Deci. uide Gemin. in c. statutum. colum. 3. de præbend. in 6. & omnino Alberic. in dictionario suo, in uerbo, menses. & Si-
27 gnorol. consilio 38. Et quando † statutum assignaret unum mensem utilem, uide Alexand. consi. 114. uolu 6. colum. penult.
28 & fi. & Deci. in d. regula. Et de anno † quot diebus constituatur, & quando est bisextilis, uide Alber. in uerbo, annus. & quando incipiat, Alexand. & Iason. in l. de diuisione ff. solut. matrimo. & quot mensibus esset anteà nuncque etiam constitutus sit annus, & quot diebus, & hoc idem etiam de mense uide Alcia. in d. l. cùm bisextus.
29 Et an † inceptus annus habeatur pro completo, uide Archi. & Perusi. in c si annum in princ. de iudi. in 6. Bartol. & alios in l. si cui legetur. in prn. de leg. 1. Bart. Imol. & Pau. de Cast. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. & ibi etiam Raine. de Forli. omnino Corn. 1. uol. consi. 213. Sed redeundo ad differentias, quæ sunt inter iudicium ciuile & criminale. Differunt etiam, quia ci-
30 uile transit † ad hæredes, ut hæres teneatur ex delicto defuncti, uel de eo quòd ad ipsum peruenit, uel si lite contestata mortuus fuerit, secus autem est in iudicio criminali, quia in eo non tenetur hæres, nisi lata sententia contra defunctum, ut not. Bartol. in l. 1. ff. de priua. deli. & Bart. in l. 1. C. ne ex delic. defun. loquor in iudicio criminali publici criminis, non priuati, quia in eo lite contestata etiam hæres tenetur. uide Deci. in hac materia, ut paucis agam in l. pupillum. §. in hæredes. de regu. iur. & Firmian. in tracta. de gabel. in 4. lib. col. penulti. & fi. & Dec. in regu. toties. ff. de re-
31 gu. iur. Et est alia differentia, † quia iudicium ciuile, nõ uidetur diffamare. l. cessat. ff. de actio. & oblig. secus uerò criminale, ut probare uidetur tex. in l. 1. ff. de infami. dum loquitur de actione furti, iuncta glo. ibi, quæ dicit aliud esse in condictione furtiua, & alia glo ibidem, quæ dicit, quòd in actione l. Aquiliæ non sequitur infamia, ueritas tamen est, ꝙ ad hunc effectum non est considerandum, an agatur ciuiliter uel criminaliter, ut ostendunt dicta Bart. in l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. Sed an delictum ipsum infamet, uel non, uide l. infamem. & ibi Bart. not. ff. de publi. iudi. oritur tamen semper infamia facti. gloss. in d. l cessat. imò ex sola accusatione oritur. c. omnipotens. de accusa. & cuius effe-
32 ctus sit hæc † infamia facti, habes per Aret. in l. qui à latronibus. §. 1. colum. 1. & seq. ff. de testamen. & ad prædicta uide Ias. in l. certi condictio. in princ. col. 8. ff. si cer. pet. & Ang. Aret. in §. ex quibusdam. in 3. colu. Instit. de pœn. teme. litigan. & Doct. in l. 1. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Et ul-
33 tra prædictas differentias inter † iudiciũ ciuile & criminale, uide gloss. notab. Instit. de publi. iudic. in prin. ubi ponit in quibus differant & conueniant. & Bar. in l. absentem. ff. de pœ. iuxta tex. ibi dicentem, ꝙ in criminalibus proceditur, instar ciuilium iudiciorum, & ibi omnino uide Alexand. in apostilla quæ incipit, est differentia. & Alex. in l. cùm mulier. colum. 2. ff. solut. matr. & nota omnino, ex his quæ dixi suprà, circa dictam l. querela. quod facilius
34 tollitur † iudicium criminale, quàm ciuile, & ideò etiam si lex dicat non dari actionẽ in criminali, intelligitur ipso iure in ciuili ope exceptionis. Itẽ per pactum tollitur ipso iure criminalis actio, nõ ciuilis, ut per Bart. Alex. & Ias. in l. 1. §. sublata. ff. ad

Trebellia. & facit optimè lex si diutino. ff.
35 de pœnis. Nota etiam, quod † regulariter à pari procedunt, per d. l. absentem. secundũ Doct. ubi supra, maximè Alex. in d. l. cum mulier. & Ias. in d. §. quod adeò uerum est, quod lex noua, uel statutum etiam correctorium loquens in uno iudicio, trahitur ad aliud. ita egregiè Bart. in l. inter accusatorem. col. 2. uersi. quæro utrum ista dilatio. ff. de publi. iudi. & sequitur Aret. cons. 109. quod millies tibi honorem afferet in trahendis statutis ciuilibus ad criminalia, & circa citationes an differant, dicam infrà,
36 in materia citationis. Differunt etiã, † in salario aduocati, qui in causa criminali potest habere salarium, ultra cẽtum aureos, in ciuili nõ. Aret. in l. si qui. in fi. ff. de post.

Adde, quod non solùm offensus potest agere
37 † ciuiliter pro crimine: imò interdum, si agere uelit, cogitur id facere, ut in quolibet crimine, sublato dolo, & lata culpa, quia pro leui & leuissima non potest procedi, nisi ad resarciendum damnum ciuiliter. l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & in l. qui ædes. ff. de incen. rui. naufrag. cuius contrarium tamen tenet Bart. in l. respiciẽdum. §. delinquunt. ff. de pœn. Tamen ueritas est, quod ciuiliter tãtum agitur, nisi in subsidium, quando non potest resarciri damnum, ut per Abb. in c. 2. de constitu. & Felin. ibidem post alios, & ita intelligendum
38 est, quòd dicitur, Homicidam, † & si non sit in dolo, sed in culpa, tamen puniendum esse pro modo culpæ, ut latè tradit Dec. in consilio nono, quia procedit secundum communem opin. & in lata culpa tantùm, pro qua solummodo criminaliter puniendus est, & non pro leui & leuissima, nisi in subsidium, ut dixi, sed nec pro lata semper etiam punitur, quando statutum, uel lex requireret dolum, & esset delictum, aliàs iure naturali nõ punibile, ex quo omnino delictum cessat sublata qualitate doli, quòd, ut dixi, non est delictum, nisi ex dispositione illius statuti, uel legis. ita Cin. & alii communiter maximè Salicet. in l. Senatus. C. de his, qui sibi in testa. ascrib. Bald. Alberic. & communiter Doct. in l. si quis id quod super uersic. doli. ff. de iurisdict. omn. iudic. sed si esset naturale, tunc etiam cessante dolo requisito à lege, uel statuto, tamen sequeretur pœna, pro modo culpæ, ita in locis, ubi supra: & ita intellige Doctores in dicto ca. 2. de consti. dum dicunt, maximè Felin.
39 col. 2. uers. fallit primò. & Deci. quod † ubi lex requirit dolum expressè, uel tacitè, tunc nõ punitur lata culpa: Nam procedit quo ad pœnam, quæ sequitur ex delicto cõmisso dolosè, sicut dicit lex, non quo ad aliud delictum, quod culpa sequitur, & absolutè. ita sentiunt omnes dicentes illud uulgatum, quòd lata culpa non æquiparatur dolo in homicidio, & aliis delictis de quibus in d. cap. 2. & in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & alibi sæpe. Aduertendum
40 tamen est, quod † quãdo fiunt homicidia, uel alia delicta naturalia, & iudex inuestigat quis fuerit delinquens, & ex indiciis non apparet de dolo, sed de culpa, tunc non est formanda inquisitio, quòd dolosè maleficium commissum fuerit, sed prout euenit, quia aliter indebitè uexarentur inquisiti, propter carceres: nam ex natura inquisitionis ingereretur pœna sanguinis, iuxta l. 1. ff. & C. de custo. reor & pateretur etiã fiscus, quia sequeretur absolutio facta probatione, quòd delictum culpa commissum fuisset, iuxta latè dicta suprà in materia inquisitionis. in uersic. quintò requiritur, quod habeat suam formam, aliter tamen faciũt iudices & notarii auari, qui simpliciter nõ solùm in homicidiis culpa secutis formant inquisitionem de homicidio, sed etiam in homicidiis factis secundum indicia ad de-
41 fensionem. Agitur etiam † ciuiliter pro crimine, quando adesset statutum, uel generalis gratia, prout superioribus annis facta est, post bellum finitum, ut pro delictis factis à militib. nostris tempore belli non possit procedi criminaliter, si tamen in gratia solùm diceretur, ut remitteretur criminalitas, intelligeretur respectu sententiæ non processus, & ita sequi possent quæstiones, & in carcerem detrusiones, hoc est dictum uulgatum Parid. de Put. in tracta. syndic. char. 64. Cautè igitur agant, qui has remissiones componunt, ut clarè secundum intentionem principis loquantur, & nos Mediolani habemus decretum, quod quando delictum habet originem à contractu, non possit procedi criminaliter, quòd seruatur, & mille malefici in anno liberantur in dominio Mediolani.

Sed

42 Sed pone, quòd † tollatur per principem, tam ciuilis quàm criminalis actio, fauore pacis secutæ inter ipsum, & hostem suum, an talis remissio sit seruanda in præiudicium pauperum personarum, à quibus fuerunt factæ extorsiones, & uidetur seruanda, ut latè concludit Ias. in l. uenia. colum. fin C. de in ius uoc. & in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. in 1. & 2. lectu. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. colum. 18. & ibi quod etiam locum habet quo ad conscientiam, loquuntur tamen Doct. quo ad subditos, non quo ad non subditos, & sic clerici non essent compræhensi: quamuis ipsi dicantur non penitus forenses, iuxta consil. Paul. de Cast. 300. & not. per Felin. in d. cap. quæ in ecclesiarum, in 8. q. nam clerici non includuntur in dispositione generali, in eorum præiudicium. cap. à nobis, *el prim.* de senten. excomm. Io. Anc. in c. fi. de iniur. ecc. in 6. & Felin. in d. c. Item loquuntur Doct. in casu in quo expresse princeps tollit ius priuatorum, secus si uerba non sunt clara, uideantur decisiones, quia ita deciditur, loquuntur quoque quando pax fuit necessaria, & procedere uidentur de bello contra uniuersum statum, uel maiorem partem eius, ita in terminis Afflict. in c. 1. de cap. qui cu. uend. § fi. char. 126. col. 1. uersic. & inquantum. nisi tamen probabile dubium ad perturbationem totius ex illa parte remaneret status, & ad præmissa etiam uide Roscl. in tract. de conciliis. char. 25. colum. 1. & 2. Adde dum dixi, quod Doct. loquuntur quo ad subditos, & ita quod clerici nõ includuntur, quod hoc est, quia

43 deficit potestas † principis secularis in eos etiam primæ tonsuræ, & in eorum bona, c. si iudex. de sent. excom. in 6. c. at si clerici. in princip. cum ibi not. de iudi. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in c. 2. de foro. compet. 11. q. 1. cap. 1. & 2. ubi quod nec ualet consuetudo in contrarium, & transfertur clericus in sortem domini, & fit res sacra. 12. q. 1. c. cùm portio. & c. quãquàm. de constit. in 6. Et Pharao quanquam Tyrannus iussit priuilegia sacerdotum seruari. Genes. 17. cap. Et quod etiam hoc sit in clericis primæ tonsuræ habes. c. nullus de foro compe. & c. cùm contingat. de æta. & quali. & c. cùm non ab homine. de iudi. & in dubio etiam clerici non uidentur inclusi, decisio est Spec. in tit. de rescrip. præsen. §. ratione autem causæ. uersic. quid si quis nominauit in rescripto maximum lai-

44 cum. Item dum dixi, † quòd intelliguntur Doct. quando uerba clarè tollunt ius tertii: non autem quando sunt generalia. ad hoc adde glo. in l. fi. in fin. ff. de constit. princ. & in terminis etiam quod fieret remissio ratione damnorum. Martin. de Laude in titu. de confœde. & pac. in cap. 1. post Bald. per eum allegatum: quia adhuc intelliguntur non in damnum singularium personarum, & Iason. in l. Gallus. §. & quid si tantùm in 2. lectu. de liber. & posthu. uide etiam Barba. consi. 23. col. 12. uol. 1. imò

45 uerba debent impropriari, ne uideatur concessio continere iniquitatem. glo. 3. in c. paratus. 24. q. 1. & uideatur Bald. in consi. 277. pridie enim. col. 2. in 3. uol. Et prædictis adde, quod ubi in aliquo casu dicendum esset, quod omnino compræhenderentur clerici, id debuisset fieri auctoritate summi Pontificis, ut not. per Abb. & alios in cap. nonnulli. de immu. eccl. Bald. consi. 296. in

46 3. uol. Et aduertendum est, † semper circa interpraetationem capitulorum pacis, an sint facta durante bello, quia ubi amplificata postea essent, de illis non esset curandum ad præiudicium tertii, licet clarè ius ipsius tollerent, ex quo quantum ad amplificationem non subest necessitas belli, iuxta ea quæ dixi, supra. Hic etiam quærен-

47 dum esset, an † ciuile iudicium faciat cessare criminale, uel econtra? In quo dic, ut ponam infrà in titu. de pluribus uiolentiis. post titu. de rapinis. & ibi etiam habe-

48 bis † an acta probatione, & sententia in uno iudicio faciant fidem, & præiudicium in alio? Et est materia tex. quem uide in l. 2. §. 1. ff. ui bon. rapt. ubi Bart. amplissimè. Addo etiam pro declaratione materiæ hu-

49 ius rubr. quod † & si regulariter per actionẽ agatur ad ius suum consequendum, & ad rem familiarem uti suprà dixi, maximè in principio tit. in primis uerbis, tamẽ datur aliquando ad uindictam, ut in actione iniuriarum quando nõ ago ad consecutionem damni dati, in tali re, sed ad æstimationem contumeliæ, dicendo potius uoluissem amittere summam scutorum mille, quàm

tale conuitium pati. ita declarat Bart. in l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. secus est autē in actione furti, ui bon. rap. & l. Aquil. quia agitur tantum ad consecutionem dāni, ut per eum ibi quem uide, & sequitur notabi-
50 lis effectus ex his † ꝙ quādo agitur ad uindictam, & si agatur actione iniuriarū ciuiliter, tamen sententia facit præiudiciū, in alio iudicio publica. Et ita limitatur l. 1. C. quando ciuil. act. præiudic. crimi. & l. 2. §. 1. ff. ui bon. rapt. sic Bart. ibi in d. §. 1. in l. 2. & in d. §. 1. in l. prætor edixit. & ideò qui lege Cornelia potest agere, si uelit ita ad uindictam agere, debet impediri à iudice, nō sic in alio iudicio publico. ita Bart. ibi, & not. Ang. in d. l. prætor. §. 1. & Cæpol. quē omnino uide cautela 56. & nota hoc
51 utile ualde, ꝙ ubi † tu qui potes agere criminaliter & ciuiliter de crimine, uides solū posse habere suspiciones contra delinquentē, iuxta l. iubemus. C. de prob. & not. ibi, & quæ latissimè dicam in tit. de fals. An & quando suspicio falsi habeatur pro ueritate, & quę ponuntur per Bar. & Doct. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de æden quod in his, quæ sunt difficilis probationis, &c. debes eligere uiam agendi ciuiliter & non criminaliter: quia criminaliter, saltē cum tortura, omnis suspicio euanescit. Fateor quidem, ꝙ tamē poterit agi ciuiliter, iuxta nota. in l. 1. C. quando ciuil. act. & not. per Bart. in l. 2. §. prætor ait. ff. ui bon. rapt. uerum suspicio hæc erit sublata, iuxta nota. per Bar. in l. 2. §. prætor ait. ff. ui bonor. rapt. quod ultimum pendet à regula, an quando non nocet sententia, etiam non noceant acta, iuxta nota. per Bart. in l.
52 2. ff. iudic. solui. Nota etiam † ꝙ causa criminalis ciuiliter intētata, non est propriè criminalis, & ideò delegatus in causa criminali, non cognoscit hanc causam. Felin. in c. meminimus. col. 3. in fi. & princip. se-
53 quen. de accusat. Et † quis sit effectus actionis ciuilis, & accusationis criminalis, ultra prædicta uide Innoc. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendum & ibi Felin. latè, col. 1. & 2. de accusat. Et scias in hac materia huius rubricæ, ꝙ si statutum dicat,
54 † ut super tali crimine non recipiatur accusatio, ipso iure tollitur accusatio. Pau. de Cast. in l. 2. in princ. ff. ad Trebel.

Tit. de Decreto Mediolani, ut non procedatur criminaliter, quando res habet originem à cōtractu.

SVMMAE.

1 *Ratio decreti Mediolani, ut non procedatur criminaliter, quando res habet originem à contractu.*

2 *Tractatus præcedens, uel contractus subsequens, excusat à iudicio criminali.*

3 *Depositum contrectans non punitur furti.*

4 *Decretum Mediolani quòd non procedatur criminaliter, &c. habet locum quando res habet originem à testamento, uel licentia iudicis.*

5 *Casus qui sapiunt naturam contractus, licet non dicantur contractus.*

6 *Allegans rem habere originem à contractu, non tenetur se constituere, sed dimittitur præstita fideiussione de reuertendo intra certum tempus ubi non probasset.*

7 *Allegans rem habere originem à contractu non auditur, nisi personaliter compareat, & præstet fideiussionem.*

7 *Decretum Mediolani ut non procedatur criminaliter, &c. quare non habeat locum quando contractus dolosè esset initus.*

9 *Decretum ut non procedatur criminaliter, &c. habet locum, non solùm quando contractus allegaretur, sed etiam dominium, uel possessio.*

10 *Decretum, ut non procedatur criminaliter &c. excusat quem à pœna per decreta imposita contra facientem unionem gentium armatarum ubi licitè sit facta unio, secus si illicitè.*

11 *Unionem gentium faciens qua pœna iure communi puniatur, & quid sit unio.*

12 *Decretum ut non procedatur criminaliter, &c. non habet locum ubi quis excederet contractum, maximè quando strepitus armorum interuenit*

13 *Decretum ut non procedatur criminaliter, &c. non habet locum ubi uis interuenisset siue exclusiua, siue compulsiua, siue ablatiua.*

Decre-

14 *Decretum supradictum, quare locum habeat, quando res habet originem à contractu, sed fit contra contractum, non autem quando res ab alio aufertur.*

15 *Decretum secundum habet locum, etiam quando clàm quis aufert rem alienam, & quando non.*

16 *Decretum supradictum procedit ubi dolus non interuenit in ipso contractu, licet postea interuenerit.*

17 *Decretum supradictum non allegatur ubi raptus interuenit, sed tantum furtum, aut rapina.*

18 *Decretum supradictum non habet locum, ubi contractus sit inualidus.*

19 *Quælibet causa siue iusta siue iniusta excusat à dolo, & quomodo procedat talis regula diffusissimè.*

20 *Ignorantia iuris in iure naturali, uel gentium, uel ciuili fundato in ratione naturali, uel indubitato, & notorio non toleratur.*

21 *Ignorare ius, est lata culpa.*

22 *Ignorantia iuris quando est sine culpa euitatur omnis pœna.*

23 *Contractus palàm factus tantam excusationem affert, ut quis mitius puniatur.*

24 *Contractus etiam reprobatus, ubi in delictis de iure gentium excusat in delictis iure ciuili, non indubitato prohibitis, sufficit leuior præsumptio.*

25 *Minor, Miles, & similes quando excusentur errore iuris in delictis.*

26 *Minor sine curatore confessus delictum, an possit in integrum restitui?*

27 *Minor quatuordecim annis Mediolani, non punitur corporaliter per statutum: sed an præsumatur dolosè fecisse non disponit.*

28 *Iudex maleficiorũ facta declaratione, quòd res habeat originem à contractu, cogitur remittere causam ad iudicem causarum ciuilium secundum usum Mediolani.*


29 *Conductio furtiua dicitur nasci ex maleficio, licet ex ea tantum ciuiliter agatur.*

30 *Iudex maleficiorum principaliter potest cognoscere ciuiliter in conditione furtiua.*

31 *Iudex maleficiorum non potest cognoscere de restitutione rei subtractæ incidenter nisi de crimine cognoscatur principaliter, & quomodo intelligatur.*

32 *Capitaneus iustitiæ Mediolani, est iudex causarum criminalium solum.*

33 *Iudex maleficiorum potest ad fisci instantiam procedere criminaliter, ubi pars non potest, uel non uult agere nisi ciuiliter.*



Vit conditum decretũ, ut non procedatur criminaliter, quando res habet originem à contractu: quia † cùm ali-
1 quid aufertur in executione alicuius contractus, non uidetur fieri furandi animo, uel rapinam committendi, uel si incidatur nemus non uidetur id fieri animo turbandi, sed iure suo utendi, iuxta tex. in §. 1. Instit. ui bonor. rapt. & in l. qui iniuria. in princ. ff. de furt. & in l. in furti. §. recte. & l. 1. in fi. & l. uerum. ff. eod. & per Aret. in glos. uestẽ cælestem. col. 7 & 8. Sed tamen quia tales inquirebãtur de turto, rapina, & possessione turbata: ideò factum est hoc decretum, ne ultra debitũ rationis (ut in eo dicitur) criminaliter puniantur. Pone exemplum, in eo qui emit uestem à Titio, cuius putat esse, uel nemus ab eo, quem existimat dominum & possessorem, & in illud ingreditur, & ligna incidit, iuxta text. in l. si quis uxori. §. sed & si rem. & ibi gloss. ff. de furt. & iura suprà allegata, & alia infinita exempla longè fortiora, etiam infrà patebunt.
2 Et† non solùm contractus excusat, imò in iure reperitur, quòd etiam solus tractatus excusat à raptu mulieris. cap. cùm causa. de rapt. ubi Abb. notabiliter, imò non solùm contractus præcedens excusat, sed etiam interdum in iure contractus sequens, ut matrimonium, iuxta c. 1. & 2. extrà, de adulter. Cæpol. consil. 57. & Barba. consil. 71. uolum. 2. de quibus in specie dicam infrà in materia raptus. Et quia immediatè ex ipso contractu sæpe delictum non oritur, ut contingit in exemplis datis: sed ex negotio, quod habet originem à cõtractu, ideò decretum dicit, ꝙ non possit procedi criminaliter pro causa, quæ sumitur ex negotio quod habet originem à contra-
3 ctu. Ex quibus uerbis obseruatur † quòd etiam contractans depositum non punitur de furto, iuxta l. inficiendo. ff. de fur. & not. per Ias. in l. rem quæ nobis, col. 2. ff. de acquir. poss. & Alexand. in l. 3. §. si rem. ff. de acquir. pos. licet non uideretur excusan-

dus ex præcedenti deposito, quia id qd fit, est contra naturam ipsius depositi, q non est in exemplis datis, sed tamen ita seruatur ex hoc colore quòd satis sit, ut occasio ne aliqua res ipsa descendat à contractu, id est, quòd si non fuisset talis contractus, non secutum esset delictum, ut dicimus in emptione, quæ per occasionem descendit ex permutatione, iuxta l. 1. ff. de contrahen. empt. & not. per Bald. in l. certum. col. 3. C. unde cogn. quæ occasio secundum logicum appellatur causa, sine qua non. Et quia delicta etiam interdum non ex contractibus oriuntur, sed ex his, quæ sapiunt eandem naturam, ut est testamentum, uel

4 licentia iudicis. Ideò decretum dicit, † Et negotio, q habet originem à contractu, & sapit naturam contractus, & exponitur copula, Et, ut alternatiuam significet: quia sumus in dispositione legali, iuxta doctrinam Bart. in l 1. colum. 2. ff. de iusti. & iur. & ita seruatur. Nec etiam lex habuit pro absurdo testamenta ponere inter contractus, in l. eandem rem. in princip. ibi, sed & cæteris contractibus, ut emptione, locatione, testamento & reliqua. ff. de duobus reis. & de licentia, uel sententia iudicis habes in l. 3. §. idem scribit. ff. de petul. & in l. 2. per gloss. § fin. ff. de præto. stipul. & per Bald. in l. unica. colum. 2. C. si plures una sentent. & Mediolani habemus statutum in specie, quòd quando quid fit in executione præcepti iudicis, quòd non pos-

5 sit procedi criminaliter. Sunt etiam † plura alia, quæ appellatione contractus non ueniunt, sed sapiunt naturam contractus. de quibus per gloss. & Doct. in §. omnium. in uerbo, & aliis Instit. de actio. &

6 in l. 1. ff. de actio. & oblig. Verùm, † quia dum is, qui arguebatur, uellet hæc opponere, ei obiiciebatur, ut deberet se constituere, quia hæc exceptio tendit principaliter ad exclusionem criminis, iuxta dicta Bar. in l. pen. §. ad crimen. uers. procurator. & uers. quæro, quid si ista exceptio. ff. de publi. iudic. & per Maria. in c. ueniens. uers. sic. secundò principaliter quæro. col. 8. incip. ab illo uers. extra, de accusa. Ideò per aliud decretum declaratum est, q tales dimittantur præstita fideiussione de reuertendo certo tempore; ubi suam exceptionem non probant, & hoc optima ratione, ut ex eo uideri licet. A principio tamen dū qui arguitur, uult se excusare, debet comparere personaliter. uerùm dimittitur, ut dixi. Et ita etiam fit in quolibet delicto,

7 † ubi pœna sanguinis non ingeritur: quia suspectus personaliter debet comparere, & dare fideiussorem, aliter retinetur. Ita uolunt statuta nostra. & quasi ubique, quicquid uelit ius commune secundum quod ubi uenit pœna pecuniaria, tantum sufficit procurator secundum communem, in §. ad crimen. ut dicit Ias. in l. 2. C. de procur. & quòd tales allegantes se esse in casu decreti, debeant ipsimet in ius ire, innuit ipsum decretum, & usus ita se habet: nec aliter potest dici stante alio statuto, q calumniatus de crimine, ubi ingeritur pœna sanguinis, debet se constituere, nec auditur etiam allegando exceptionem, qua probata illud non esset delictum, contra q statutum non obstat decretum: tametsi dicat, quòd sit dimittendus fideiussore præ-

8 stito, quia † propterea non dicit, quin debeat personaliter comparere, & in eodem secundo decreto, quòd primo fuit additum etiam cauetur, ut non procedat decretum primum, ubi contractus dolosè initus fuisset, quæ limitatio fuit necessaria, quia sub clypeo decreti, qui delinquere intendebant, faciebant, ut aliquis contractus appareret, & ita euitabant omnem pœnā, & hoc etiam est de iure, ut si aliquid prodesse debeat, illud tamen non prosit fraudulenter & dolosè factum fuerit per l. 1. in fi. ff de abig. & per D. Alexand. in l. non exigimus. §. illud. ff si quis caut. & alibi sæpe.

9 Est tamen aduertendum † quoad practicā ipsius decreti, quia si opponeres contractum, succederet dispositio decreti, si uerò tantùm allegares dominium, uel possessionem aliud esset, & tunc præcisè esset recurrendum ad dispositionem iuris communis, scilicet ad l. 1. in fi. ff. de abig. ibi ad examinationem ciuilem remittendus est, qui §. ad examinationem ciuilem remittit eos, qui cùm super re mobili contenderent illam uiolenter accepere, sed loquitur text. constito de hac qualitate, quod esset controuersia super proprietate rei, & quòd qui rapuit ductus fuerit illa ratione, quòd ea res esset sua, atque ita hæc fieri deberent in carcere, uide tamen Bal. in c. querelam.

relam.de elect.dicentem quòd ubi tracta-
tur de possessorio, tractatur de quasi con-
tractu, quod multò, fortius uidetur dicen-
dum in dominio, quia non uidetur posse
haberi sine contractu, uel alio titulo puta
præscriptionis, & usucapionis, uel quia res
habita fuerit pro derelicta, iuxta notata
in l.cum res.C.quando alien.res pign.dat.
sit.& per Bartol.in l.rem alienam. col.3.ff.
de pigno. actio. & ideò sępe uidi Senatum
concedere, ut decretum prædictum, etiam
locum habeat, his casibus, quando super
possessione, uel dominio adest controuer-
10 sia. Et per allegatum decretum † etiam
sæpe audio aduocatos uolentes excusare
quem ab unione gentium armatarũ: quia
adsunt multa decreta, tales uniones graui-
ter punientia, dicentes ipsi res habuit ori-
ginem à cōtractu, & quicquid factum est,
factum est ut rem nostram consequere-
mur, uel à nobis possessam. In quo breui-
ter dic, ꝙ quando talis unio fit licitè nul-
lam pœnam illi merentur, ut in casu gloss.
in l.3 §.cùm igitur.ff.de ui & ui armata.in
uerbo, incontinēti.ibi, sed quid si in uillis,
& notabiliter per Bald. in l. fin. C. si à non
domi.manumis.& ita Bal.super dictis unio
nũm decretis.consil.319.in 2. uolu.& locũ
habet decretum per prædicta. Sed si ad fi-
nem illicitum, ut quando propria authori-
tate quis rem aliquam capere uellet, tunc
non excusaretur à pœna decretorum, pro-
pter ipsorum prægnãtia uerba, ꝙ maximè
est dicēdum, quia decretum de unionibus
primum, est posterius decreto, de quo lo-
quimur, iuxta nota in l.3.§.filius.ff. de libe.
11 & posthu.& † quomodo uniones iure cō-
muni puniantur, uide Alex.consil.111.col.
ulti.uol.1.& quę requirantur ad hoc, ut sit
unio, uide per eundem consil.ulti.in 2. uo-
lum. Et prędicta procedunt præsupposito
12 † quòd contractus sit ualidus, uel id quod
sapit naturam contractus sit ualidus, &, ꝙ
is, qui arguitur, credat iustò facere, & iu-
stè exequi. Sed pone, ꝙ cognoscat se exce-
dere, quanquàm contractus ualidus proce
dat dic ꝙ tunc non esset iustum, ut excusa-
retur, aliàs sequerentur absurda, & incon-
uenientia.l.meminerint.C. unde ui l. pen.
& fin.ff.ad leg. Iul.de ui priua. Exemplum
potest poni in eo, qui etiam partem socii
occupat, uel furatur scienter, iuxta l.rei
communis.& l.meritò.ff.pro socio.& con.
Alex.127.col penult.& fi.uolu.3.& consil.
103.col.4.uersi.& primò non obstat. uol.1.
Exemplum est etiam in emptore qui rem
occupat antequàm tradatur, uel eam sub-
trahit domino inuito, uel ignorante, iuxta
l, si quod ex stipulatione.ff.de acquir.poss.
& l.cũ qui.§.1. qui incipit adeò. ff. de furt.
& in creditore qui furatur, ut sibi satisfa-
ciat: nam & si furtum non faciat, iuxta con
sil.Alex.126.uol.1.col.3. quod est inter cō
sil.Cæpol.nu.26.tamen criminaliter uenit
puniendus.d.l.fi. ff. de ui priua. quia aliter
res esset mali exempli, quod tantò magis
procedit quãdo strepitu armorum fit exe
cutio, iuxta dicta per Placen.in commenta
rio suo super hoc decreto.in 7. limitatio-
ne.& ad hoc uide quæ dicam infrà, in titu.
de pluribus uiolētiis, in materia uiolentię
expulsiuæ.uersicu.postremò. Hodie in Se-
natu, dum super hoc decreto esset disputa
tum, dictum fuit in casibus, de quibus su-
prà quando quis excedendo deliquit exe-
quendo propria authoritate, ꝙ relinque-
rentur casus hi decidendi Senatui, ubi oc-
13 currerent, & ꝙ † tamen nullo casu pro-
cederet hoc decretum, ubi interuenisset
uiolentia, non faciendo differentiam inter
uiolentiam expulsiuam, compulsiuam, &
ablatiuam, & habitum etiam fuit pro ab so
luto, ꝙ adhuc in materia interdicti uti pos
sidetis nō procederet hoc decretum inter-
ueniente ui, iuxta terminos, quos infrà po
nam in materia dictarum uiolentiarum.
Potest enim quis turbare etiam sine ui, &
procedet hoc decretum, sed cum ui non
procedet. Et ratio huius declarationis, ꝙ
decretum non procedat interueniente ui,
est propter ruinas, quæ oriuntur ui inter-
ueniente. Quia dato ꝙ faciam prætendens
uelle tueri rem meam.uel à me possessam.
Tamen cùm interuenit uis imminet peri-
culum ruinæ, quę fuit consideratio l.me-
minerint.C.unde ui l.pe.& fi. C ad legem
Iul.de ui publ.& quòd uim absolutè lex ab
horreat. uide quæ dicam infrà in materia
14 dictarum uiolentiarum. Et si dicas qua-
re igitur excusatur contractans rem depo-
sitam, sicut suprà dixi, cùm is non contra-
ctet uigore contractus, imò penitus con-
tra ipsum, ut dictum est. Respondeo ꝙ hoc
quidem obseruatur in eo, qui commodatò

equum accepisset, & longius iuisset, uel in creditore, qui pignus contractasset, iuxta totum tit. Instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. maximè in §. furtum autem. & ff. de furt. maximè in l. qui iumenta. & in hospite qui hippoperam, uel quid aliud eius custodiæ commissum resignasset, iuxta nota. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & in l. si quando. C. unde ui. quia his casibus, seruamus decretum, ut non procedatur criminaliter. Et ratio diuersitatis inter hos casus, atque alios illa est, quia quãdo quis occupat rem existentem apud alium propria authoritate magis peccat, propter maius scandalum, quod uerisimiliter oriri potest, quàm si contractet rem iam apud se ex syncero contractu existentem, cessante ratione scandali. Hinc est, quòd etiam primus casus quando exceditur in re apud alium existente, non ita de iure potest excusari sicuti secundus, ut est glossa notabilis in §. placuit. in uerbo, permissurum, Institu. de oblig. quæ ex delict. nascun. & per Bar. in l. inter omnes §. rectè. ff. de furt. & per Aretin. in d. gloss. uestem cælestem. col. 7. uersic. quid si commodo. Est uerum, ꝙ utroque casu militat ratio scandali, licet in primo maior militet: & ideò attento ꝙ omni casu res habet originem à contractu, uideretur ꝙ ciuiliter esset procedendum, iuxta regulam l. 1. ff. de aleato. & leg. in fraudem. in fi. ff. de testa. mili. & per Dec. in consil. 5. col. 2. & consil. 48. col. 2. tamen ut dixi, ita obseruatur. Aduertendum
15 † tamen est, ꝙ etiam quando propria authoritate quis occupat, uel capit rem si clàm factum est, & non cum armis, ut in ancilla quę clàm causa crediti sui rem accipit, & in aliis casibus, de quibus suprà, Senatus facilè tales liberat à criminali iudicio, non obstantibus consiliis, de quibus suprà, & malo exemplo, & ita fecit pridie, & profectò secundum mentẽ decreti, quia uerum est ꝙ res habet originem à contractu ad excludendum, tamen hanc bonam prȩsumptionem, aduerte an prius negauerit reus, postea confessus fuerit: quia tunc capitur sinistra prȩsumptio, ut in eo consil. & per Parid. in tracta. suo, char. 82. col. 1. & maximè quando perseuerasset multũ in negatione, iuxta nota. per Bald. in l. ubicunq; col. penul. C. de ser. fugit. & tex. in l. idem Iul. §. proinde, & seq. ff. ad Macedo. & quod ibi dicit Paul. de Cast. & consi. Rom. 99. col. 1. Est etiam aduertendum an multũ clandestine iste talis ceperit, iuxta consil. Cæpol. 40. uersic. nec excusari potest. Ad-
16 de etiam † prædictis ꝙ qui utuntur obseruatione suprà dicta quod contractans rem apud se existentem medio contractus sit in casu decreti, dicunt ꝙ ideò hoc procedit, quia nõ cõsideratur dolus expost, secus an interuenerit in ipso cõtractu, sicut dicit additio facta ad dictum decretum, & bene dicunt, quia decretum nõ solùm quã do quis putat benefacere, & est sine dolo, sed loquitur & quando putat malefacere, & est in dolo, & scit ꝙ excedit, uult enim ꝙ pro hoc delicto non possit etiam procedi criminaliter, & ideò decretũ (ut aliqui dicunt) non imitatur ius commune, iuxta regulam l. igitur. §. 1. ff. de liber. causa. imò contrarium illi est, quia uult ꝙ etiam si adsit delictum, non tamen possit procedi criminaliter, ubi habet originem à contractu nisi contractus fuisset dolo initus, ut dixi.
17 Et † scias ꝙ nunquam allegatum fuit decretum in materia raptus, sed duntaxat in delictis, de quibus suprà, furti, scilicet, rapi-
18 næ, & possessionis turbatæ. sed † si procederet contractus inualidus, tunc est maior difficultas, an decretum habeat locum. Et credo uerè ꝙ non habeat: quia decretũ intelligitur de contractu ualido. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. cum uulgaribus. Veruntamen ubi lex admittit talem contractum ad excusandum sine dubio etiam decretum illo casu loquitur: quia in ea parte & quo ad hunc effectum, ualidus dicitur contractus, uidendum est igitur in quo casu talis contractus excuset. Dicunt om-
19 nes, qui ad pauca respiciunt, † ꝙ quælibet causa siue iusta, siue iniusta excusat per l. igitur. §. 1. de liberali causa. & infinita per illum tex. congeruntur per Doct. in pluribus locis, maximè in l. 1. §. fin. post glos. ibi. ff. si quis ius dic. non obtemp. & per Parpa. in repetit. l. si quis maior. in 6. q. post notabilia. C. de transact. & Moderni in l. patre uel marito. col. 4. & seq. ff. de quæst. & Ias. in d. l. si quis maior. in 1. col. & in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur. tamen pro declaratione assumo mihi text. in l. si adulteriũ cum incestu. §. 5. qui incipit, stuprum, cum multis

multis uersic.seq.usque ad §. imperatores. ff.de adulter. & ibi habes ꝙ mulier contrahendo matrimonium errans in iure, ut præsumitur, etiam contra ius gentium excusatur, ut quando contrahit cum consanguineo, ut declarat ibi Bart.col.3. uersicu. oppono de l.qui contra. post Azonem, & magis si contra ius ciuile, puta, quando mulier adoptiua nuberet, uel sub tutela. ita intellige uersic.incestum.& uersi. fratres. & uersi.antecedentem.nam si sola. & ibi glo. in uerbo, nostri.uersic.uerò.quia, qui uidetur oppositũ dicere, loquitur quando mulier uolens & sciens contrahere uoluit. ita glo.ibi, in uerbo, admiserit.quæ dum dicit nolens uoluit dicere uolens, & ita Bar.ibi expressè col.2.uers.oppono & uidetur. Masculus uerò contrahendo matrimonium adhuc excusatur allegando errorem & signa euidentia erroris, puta ꝙ matrimoniũ palàm contractum fuit & eum pœnituit, ut primum rem intellexit, si tamen probet ipsum errorem, ita uersicu. idem imperatores.& ibi Bart.in col. ulti.uersi.ulti. dicẽs, ꝙ probatur error iuris ex his qualitatibus ꝙ palàm fecit, & statim cùm fuit sibi dictum dimisit, ubi uerò hæc non ostenderet, sed tantum errorem allegaret mitius tamen puniretur, hoc habetur in uersicu. nonnunquam. tamen in minore etiam idẽ dicitur ibi sicut in muliere, & ita Bart. ibi not.maximè in dicto uersi.ultimo. Conclusio est igitur in maribus, & maioribus, ꝙ etiã admittitur talis error datis signis, de quibus suprà. uel similibus, etiam ꝙ essemus in delictis iurisgentium, ut homicidio, furto, incestu, & similibus, & multò magis in delictis de iure ciuili tantum, & idem est quando etiam ius ciuile esset indubitatum & notorium sicut est ius naturale & gentium, & ita declarat Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff. de furt.uersic. quæro circa uoluntatem iuris. ibi enim loquitur in furto omni iure prohibito, etiam iure naturali, & diuino. & tamen si appareret ꝙ errauit excusatur. Et hoc est, quod uoluit dicere Aretin. consil.80.col.2. dicendo quòd causa etiam iniusta excusat, si per euidentes coniecturas ostendatur, quòd induxerit delinquentem. Sic etiam Alex.in consil.103.uolum.1.colum.penulti. uersic. & dato, fateor quòd non sufficit ostendere causam reprobatam, iuxta nota. per Angel.& Imol. in l. ex consensu.§.si ff. de appellat. & Alex.in d.consil.103. sed per ostẽsionem coniecturarum quod ex illa fuerit motus excusatur. Dicamus igitur quòd regula quòd quælibet causa excusat, procedit, quando est reprobata à iure ciuili, nõ notorio, & indubitato, uel in delictis, quæ sui natura non sunt prohibita, sed in delictis natura eorum reprobatis, uel à iure ciuili indubitato & reprobato requiritur ostensio, ut suprà, & ad hoc facit doctrina Bartol. in l.dolum.C.de dolo. sic etiam suprà dixi, quòd sufficit allegatio contractus ualidi ad præsumendum, quòd gratia illius fecerit solo contractu allegato & ostenso, & profectò Alexan.qui uult in d. consil. 103. ubi suprà, quòd etiam debet probari quòd delinquens motus fuerit ex causa quam allegat. loquitur in his delictis, sic reprobatis & loquuntur prædicta in his, qui committunt incestum sub colore matrimonii, sed si sine colore cessaret omnis dubitatio, quia etiam minores & mulieres punirentur, ut in text. ibi, & in leg qui contra.C. de incest. nupt. & ita Bartol.in d.l.si adulterium.col.3.uersicu.& ideò pro declaratione in primo membrò, & ideò in adulterio non cadit aliqua excusatio.tex.est in d.l.si adulterium.in uerbo, nam mulieres.loquor tamen quando fit sine matrimonio.l pen.ff.de adulter.& idem in stupro & incestu.& loquuntur prædicta in eo qui in iure errauit, sed si in facto & sine colore aliquo saltem contractus inualidi:quia rem habeat cum nupta, quam credat solutũ.& sic de similibus, tunc propter hoc non definit esse adulterium, si est nupta: & stuprum, si sit uirgo uel uidua. Bar. ubi suprà.in uersi.& ideò pro limitatione. ubi clarè & cõsideratè Ba.in l.diuus. la prim.1.ff.de sicar.uersi.2.quæro.ubi latè quando quis plus deliquit in personam quàm cogitaret an attẽdatur ueritas aut opinio, in contrarium uidetur tex.in cap.in lectũ. 34 quæst.1. & 2. ubi est casus ꝙ iuramento suo talis probat ignorantiam, & excusatur.& glos.ibi dicit, quòd tunc non est illud delictum quòd uult ueritas rei, sedic, ut dixi.& ad text. facilis est responsio Item quæ dicta sunt suprà de muliere & minore quod excusantur procedunt.

nisi matrimonium clàm contractum fuisset, ut colligitur ex prædictis, & ponit Roman.consi. 506.& ibi etiam quid in milite, unde si casus contingat, q allegetur nullitas contractus considerabis dispositionem iuris, & ad illam excusationem adiuuãdam adduces decretum quod tibi ad hoc proderit, quia saltem poteris comparere per procuratorem eo modo quo supra declaraui, & profectò quanto magis considero, tanto magis uidetur mihi ille text. in §.1. in l.si adulterium. ponere gladium ad radi-
20 cem in hac materia. Nam † iuris ignorantia in iure naturali, uel gentium non toleratur.l.2.C. de in ius uoca. nec in iure ciuili fundato super ratione naturali secundum Bal.in l.leges sacratissimæ. C. de legib. & Corn. ubi uide in d. l. 2. Nec in iure ciuili indubitato & notorio, iuxta nota. per Ang. & Imol.in d.l. ex consensu.§.1. tamen possint esse tam apertæ coniecturę ad inducẽdam bonam fidem, q penitus excusatur, & nulla prorsus culpa tali potest adscribi, ita
21 decidit dictus §.primus, ut dixi. Vnde † licet ignorare ius, sit lata culpa l. latè. ff. de uerb.signifi.& l.imperitiæ.ff de regul. iur. cum similib. & lata culpa puniatur in delictis natura sui prohibitis, ut suprà dixi pro culpa, & sic de leui, & leuissima, iuxta per me suprà dicta. Tamen potest apparere tã-
22 ta excusatio, q † cessabit omnis culpa propter erroré iuris, & sic euitabitur omnis pœna. Ita est tex.in d.§.1. & ad hoc quã do ignorantia est sine culpa q euitetur omnis pœna, concludit Abb. in d.cap.2. & facit tex.in cap.2.de constitu.in 6. & glos. in l.1.ff.de recept.in uerbo, latrones.& ads sũt plura consilia, ex quibus apparet, q ex probabili ignorantia quis prorsus excusatur. quæ allegat Deci.in dicto c.2.col. 3. uersi. in gloss. fin.& ubi non sit tanta excusatio:
23 sed tamen præcessit contractus † qui allegatur ad sui excusationem factus palàm adhuc, ut dixi, mitius punitur. Cessat enim dolus ex præsumptione, q palàm factus fuerit, & bona fide, & consequenter tantũ restat lata, quæ facit ut lex dicat talem mitius puniri, & ad hoc est etiam text. & ibi glo.& Bart.in l.penul.ff. eod.de adulteriis. Mulieres uerò, & minores, ut dixi, omnino excusantur, quando palàm contraxerũt ex sola ostensione contractus allegando errorem, sed sine colore prorsus damnan-
24 tur, ut dixi. Et ideò † si contractus etiã reprobatus in delictis de iure gentium excusat tales, in delictis iure ciuili prohibitis non dico indubitato, & notorio, sufficit leuior præsumptio. Et ita intellige Angel. in l.plagii. C. ad legem Iul. de plagiariis. quem allegat Alexan. in d.consil. 103.col. 1.& dicta per eum Alexand.in eo consil. in-
25 ferius ubi omnino uide, An † & quando minor, miles, & similes excusentur errore iuris in delictis. Et procedunt prædicta quando per testes apparet, quòd commi-
26 sit delictum, sed † si solùm per confessionem, utrum excusetur uia restitutionis in integrum, uel nullitatis, si sine curatore illam fecit? iuxta l. clarum.C.de authoritatur. uide Ias.in l.nam & postea.§. si minor. ff.de iureiuran.col.2.& Moder.in l.1.§.fin. charta penultima, col.1.& 2.ff.de quęstio. & in l.de minore.in princ.col.penul. ff. de quæstio.& Parid.de Put. charta 86. col. 1. uersicu. ultimo. in quibus locis generaliter etiam de ipsis minoribus an excusentur, & infrà dicam sub titu.de confessis. Et
27 scias † q Mediolani habemus statutum, q minor quatuordecim annis non punitur corporaliter, ex quo statuto si excedit illã ætatem habetur maior. Et ita seruatur, & hoc modo tale statutum ponderat Soccin. consil 157.col.4.uidetur ergo cessare difficultas prędicta, an sit minor, uel maior ubi excedat ętatem prædictam. Aduerte tamẽ quòd ad effectum, ut minor non puniatur corporaliter habetur minor secundum dictum statutum, præsupposito etiam q deliquerit, uerùm quo ad prę sumendum quòd dolosè non fecerit, sed potius ductus ex aliqua causa, in hoc statutum nó prouidet: & ideò tunc esset seruandum ius commune, & hoc puto uerius, nec discrepat Soccin.ubi suprà, quinimò in his terminis lo-
28 quitur. Vltimò † circa allegatum decretum quando res habet originem à contractu, ut non procedatur criminaliter. Notes quòd & si facta hac declaratione iudex maleficiorum remittit causam iudici causarum ciuilium secundum consuetudinem: tamen ubi re uera maleficium fuit factum, ut in casu l. si socius. ff. de furtis. & depositi contrectati, & similium, prout declaraui suprà, non uidetur q sit remittenda,

da, imò retinenda, quia decretum nõ uult quòd non sit maleficium, sed ꝙ eo casu nõ possit procedi criminaliter. Si ergo est iudex maleficiorum, poterit etiam cognoscere ciuiliter de hoc maleficio. Et ut gustes
29 hanc meam considerationem scias † ꝙ condictio furtiua secundum quam tantum agitur ciuiliter pro furto, dicitur tamẽ nasci ex maleficio, non ex uariis figuris causarum, secundum diuersas glos. ita latè per Ias. in §. omnium. Instit. de actio. super glo. in uerbo, aliis. colu. 3. incipiendo à gloss.
30 hinc est, & est in terminis decisio, † quòd iudex maleficiorum potest principaliter cognoscere ciuiliter, quia illa actio descendit à delicto & maleficio. ita Bal. in l. si pro fure. §. condictio. ff. de condi. furti. quem refert Catald. in tract. syndi. char. 31. coln. 2. August. de Arim. ad Ang. in glo. 3. tract. sui maleficiorum, nisi tamen secundum eum, statutum aliter uellet, uel ultra eum commissio ipsius iudicis, iuribus uulgaribus, hinc etiam est ꝙ si declaretur non posse procedi de aliquo maleficio non poterit procedi criminaliter, nec ciuiliter, secundum Bald. ibidem. Non obstat Bart. in leg. interdum. §. qui furem. ff. de furt. qui dicit
31 † quòd iudex maleficiorum non potest cognoscere de restitutione rei furto subtractæ nisi incidenter, cognoscendo decrimine principaliter. Et est communis opin. etiam si fiat uia inquisitionis: ut constat ex dictis Felin. in cap. cùm oporteat. col. pen. & ulti. de accusat. & per Aret. in cap. qualiter. §. ad corrigendum. de accusa. quia loquuntur Bart. & Doct. quando principaliter tam ciuilis quàm criminalis intentaretur, non quando sola ciuilis. Vsus tamen, ut dixi, aliter se habet, & fortè malè & inconsideratè. Et Senatus noster adeò sequitur hunc usum, ut etiam cum difficultate
32 maxima concedat, ut † capitaneus iustitiæ Mediolani qui solum est iudex causarum criminalium, possit cognoscere ciuiliter, sicut ipse declaraui inhærendo dicto decreto, non obstante etiam ꝙ iam ipse sit instructus, & euitentur infinitę impensæ. Et ex his tantò magis apparet me cum ratione posuisse hunc alium modum procedendi ciuiliter: quia, ut uides, & de maleficio agitur, & coram iudice maleficiorum, & certè prædicta non solùm iuridica uidentur, sed etiam secundum intentionem decreti, in quo etiam loquẽdo de capitaneo iustitiæ, & aliis iudicibus maleficiorum, dicitur ꝙ ipsi eo casu quo allegatur rem habere originem à contractu, non possint procedere criminaliter: sentientes clarè quòd ciuiliter possunt agere. Et ita facto fine declarationi decreti apparet an Placêti. qui super eo tractatu composuit illud
33 bene gustauerit. Non omitto † tamen ꝙ si pars agit tantũ ciuiliter, quia aliter agere non uelit: uel quia non possit, ut in sacerdote, iuxta cap. sententiam sanguinis. ne cleri. uel monach. quod ad fisci instantiam iudex potest criminaliter procedere, ne delicta remaneant impunita. Vnus igitur & idem principaliter non potest, ut dixi, criminaliter & ciuiliter agere, sed diuersi possunt etiam ex eodem facto. Et ita latè dixi suprà in materia iurisdictionis, circa l. quoties. C. de iudi. & l. 1. C. quando ciuil. actio præiud. crimin. imò una intentata ab uno, ab eodem supersederetur in alia ut ibi.

Tit. Quomodo procedatur per præcepta.

SVMMAE.

1 *Modus procedendi per præcepta pœnalia est inuentus à malis iudicibus, & conceditur à Senatu ubi magnitudo criminis ex poscit, & aliqua suspicio præcedit contra eos qui maleficii arguuntur.*
2 *In criminalibus de iure ad instar ciuilium proceditur.*
3 *Modus procedendi per præcepta pœnalia est à iure prohibitus.*
4 *Præcepta pœnalia à iure uidentur approbata, post formatam inquisitionem, uel sequutam accusationem, stante statuto quòd contumax habeatur pro conuicto & confesso.*
5 *Præcepta pœnalia concedi debent cùm causa iusta in genere expressa, non tamen generalißima.*
6 *Præceptum pœnale potest fieri in causa ciuili in qua tamen possit interuenire tortura.*
7 *Præceptum pœnale ante inquisitionem. uel accusationem non ualet etiam quòd factum*

sit quia iudex uelit reum interrogare.

8 *Praeceptum potest fieri reo à iudice, ut compareat sub cominatione poenae pecuniariae.*

9 *Causa legitima in praecepto est, ut citatus cõpareat: quia iudex uult illum examinare.*

10 *Praeceptum non debet fieri alicui, ut compareat etiam ut examinetur, nisi praecedat suspicio.*

11 *Mulctari potest, qui praecepto, ut compareret personaliter non paruit, & interdum magis utilius est fisco mulcta quàm poena: tamen caueant iudices quid agant.*

12 *Praeceptum ut quis compareat pro nonnullis concernentibus interesse camerae, licet sit admodum generale, tamẽ sufficit, ut quis mulctetur, nisi compareat, uel se excuset per procuratorem.*

13 *Praecepta sub poena conuicti & confessi etiã stante magnitudine sceleris sunt absurda.*

14 *Praecepto poenali transmisso si reus compareat procedendum est uia ordinaria.*



Ixi suprà & declaraui ordinem procedendi, & sex uias iuridicas, quibus procedi potest. Verùm, quia Mediolani interdũ proceditur per praecepta sub poena cõfessi & conuicti criminis: idò cogor etiam de eis uerba facere. Fuit autem modus hic
1 inuentus,† primò à quibusdam malis iudicibus, ut quamuis non posset inquisitio formari, quia indicia non praecederent, tamẽ re uia deesset comparandi pecunias, postea uisum est non absurdum aliquãdo pro magnitudine causarum eum modum tolerare, iuxta l. ad bestias. ff. de poen. cum similibus: & ita, ex concessione tamen Senatus in magnis criminibus, seuatur: ubi tamen adsit aliqua suspicio contra eos qui maleficii arguuntur. De iure sine dubio non pos
2 set procedi, † quia in criminalibus instar ciuilium proceditur. l. absentem. ff. de poen. & datur libellus in criminalibus. leg. libellorum ff. de accusation. sicut in ciuilibus. leg. aedita. C. de aedend. gloss. notabilis. In
3 stitu. de public. iudic. in princip. Et † à talibus praeceptis & comminationibus prohibitum est incipere. dictis legibus & toto titu. C. commina. uel epistol. l. 1. C. de execut. rei iudic. per gloss. Bart. & Doctor. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de operis noui nuntia. Quae eo minus iuridica sunt, quia continent poenam amissionis totius causae, quod reprobatum est communiter per Doctores post gloss. in leg. unica. in gloss. h. ff. si quis ius dicen. non obtemp. continèntque etiam poenam corporalem, imò uitae amissionem. quae pena est reprobata contra absentes. l. diuus. ff. de poen. & l. absentem eod. tit. Quod tamen uidetur cessare stantibus statutis, quae ubiquae reperiuntur, quòd contumax habeatur pro cõfesso & conuicto, ut per Alexan. post Ioan. Andr. per eum allegatum in d. leg unica. super d. gloss. fin. & Bald. in rubri. C. comminatio. uel epist\o uersi. quaero etiam una
4 cum Butrigario. Vnde uidetur † quòd talia praecepta stantibus dictis statutis sint permissa, quando iam est formata inquisitio, uel secuta accusatio: quia tunc cessat fundamentum quod à libello accusatorio sit incipiendum, & quòd talis poena reprobata sit, quia poena in hoc casu, est approbata à statuto, ut per Bald. & Alexan. ubi suprà, & ita intelligendi uidentur Docto. dum dicunt quòd iudex potest praecipere reo quòd compareat personaliter ex causa iusta, pu a homicidii: quia, ut ipsi asserunt, ualent talia praecepta, & tenetur reus comparere personaliter, ut per Doctores in l. fi. C. de procur. & in l. filius familiàs. §. diui. ff. de legat. 1. & per Gandin. in titu. de
5 citationibus, in fi. Et † sufficit causa in genere, sicut dixi: nõ autem requiritur quod dicatur in specie causa homicidii commissi in personam Titii, non tamen sufficeret generalissima, puta pro nonnullis concernentibus interesse camere, ut per Alexand. in dicto §. diui. colum. fin. imò etiam
6 † hoc praeceptum ualet in ciuilibus cum causa: ubi tamen causa esset talis, ut posset in ea interuenire tortura, iuxta cap. 1. extrà, de poss. ita Docto in d. l. fin. per illã legem, & alias, & per Marian. in tracta. citationis. in uigesimo articulo. in 15. quaest. & in cap. ueniens. *el secundo* de accusat. & ibidem per Aret. col. 12. uersic. & inde est,
7 & † sic uidetur. quòd tale praeceptum possit iustificari post inquisitionem uel accusationem: ante uerò, etiam quòd iudex assereret factum, ut reum interrogaret non

uidetur

uidetur procedere: tum quia de consuetudine cessat hæc interrogatio ante inquisitionem respectu absentis, quicquid uelit ius commune, ut etiam per Aret. in gloss. hæc est quædam inquisitio. uersi. 4. principaliter. colum. 2. Tum etiam, quia talis pœna comminata cessat, nisi formata inquisitione; reus sit contumax, & hoc clarum esse uidetur † si in præceptis comminata sit
8 dicta pœna confessi, & conuicti criminis: sed si absque ea iudex præciperet ꝙ compareret personaliter pro ueritate habenda sub pœna pecuniaria, etiam ante omnem processum, uidetur ꝙ de iure procedere possint, sed tamen ideò solità nō sunt, quia rei eò tunc fugerent, ut per Doctores in l. cōsentaneum. C. quomodo & quando iud. & dixi suprà in materia capturæ. Si tamen iudices uelint hoc facere, leges non uidentur uetare. quod ostendo, quia possunt illi capi, & ideò etiam debent ita posse citari; & quia omnino iustificantur per d. l. fin. cum ibi not. C. de procurat. ut etiam in causa ciuili possit iudex cogere partem, ut compareat personaliter. Et ideò etiā ibi, & ubi suprà conceditur, quòd ualeant talia præcepta, † ut quis compareat persona
9 liter, cum causa tamen, ut dictum est, fieri debent, & causa legitima uidetur quando fit, ut ille examinetur, ixuta l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & facit lex. ubicunque. ff. de interrog. actio. Nulla † ta-
10 men suspitione præcedente arbitrarer iudicem pessimè facere: tum quia probationes non sunt sumendæ è domo rei, ut dicam infrà in materia examinus reorum: Tum etiam quia ad aliquem actum iudex deuenire non potest, nisi præcedente indicio, ual suspicione impellente, secundum Angel in gloss. fama publica. in princip. Et ideò ex prædictis tu iudex uideris instructus quoniam pacto te gerere debeas, quando non subsunt indicia ad formādam inquisitionem: sed tamen præcedunt suspiciones, & capi reus non potest, quòd si posteà comparet facto examine, & indicio resultante ad formandam inquisitionem, procedendum est, uia ipsius inquisitionis. Si † autem non comparet; po-
11 teris eum mulctare, & aliquando hæc mulcta posset esse utilior fisco, quàm pœna confiscationis bonorum, quæ resultaret ex alia comminatione confessi & conuicti criminis, ubi reus feuda possideret, & nulla bona allodialia. quia feudum nō transit in confiscatione, sed ad filios, uel agnatos regulariter loquendo, ut per Bartol. & Alex. post alios in leg. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de damno infecto. Cur. in tract. feud. in 5. parte. Condemnatio uerò pecuniaria exigitur in fructibus ipsorum feudorum, ut nota. in d. §. si de uectigalibus. Non deueniat tamē iudex ad talia præcepta propter hunc finem, quia esset minister diaboli, sed causa ueritatis eruendæ ad hoc, ut maleficium non remaneat impunitum.
12 Non omitto etiam † quòd quamuis præceptum non esset iustificatum, quia solùm diceret pro nonnullis corcernentibus interesse cameræ: attamen posset mulctari, si non compareret saltem per procuratorem ad se excusandum: uel si non appellaret, ut per Gandinum in titu. quid sit agēdum reo absente & contumace. & Maria. in dicto articulo uigesimo, columna tertia, uersiculo, ego arbitror. Concludo tamen in omnibus prædictis dubitationibus, quòd hæc præcepta sub pœna pecuniaria, & sub pœna confessi & conuicti criminis ante accusationem & inquisitionem sunt prohibita: quia datus est certus modus procedendi etiam in criminibus atrocissimis in quo modus iste non reperitur. Et hoc patet in textu, in extrauaganti ad reprimendam. Et ex his, quę dicit Bartolus ibi, in uerbo, accusationem. & per
13 omnes Doctores tractantes † quot uiis procedatur in criminibus, post uerò accusationem, uel inquisitionem de iure cōmuni licita sunt præcepta pecuniaria ex causa. De iure autem statutario & attenta cōsuetudine quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, non sunt licita: sed si sunt contumaces, condemnantur iuxta formam statutorum & consuetudinis. ita Bartolus in l. penultima. uersiculo, circa istam lecturam. ff. de quæstionibus. inoleuit tamen abusus maximus in hoc dominio, quòd non solùm expost conceduntur hæc præcepta, uerùm etiam ante, imò & hoc mane fuit ordinarum, quòd licet quidam fuerit damnatus pœna capitis uocatus per talia præcepta, & in casu in quo solum pœna capitis imponebatur, taman

poſt condemnationem uocaretur ſub pœna pecuniaria, quod tanto magis uiſum eſt mihi abſurdum, quia ille confeſſus fuerat crimen per procuratorem, nec omitto ꝙ & ſi Senatus concedat iudici, ut procedat per præcepta non exiſtentibus indiciis ad procedendum ſecundum iuridicos, de quibus ſuprà. Tamen in reliquis non eſt recedendum à iure, & ſic eſt procedendum ad pœnam confeſſi, & conuicti criminis, non pecuniariam, iuxta formam ſtatutorum & generalis conſuetudinis.

Tit. de Multis.

SVMMAE.

1 *Pœnæ, & mulctæ differentia.*
2 *Appellatio à mulcta admittitur, ubi à comminatione fuerit appellatum.*
3 *Appellari poteſt à comminatione, quando iudex modum exceſsiſſet.*
4 *Appellari poteſt etiam à pœna, quando arbiter modum exceſsiſſet.*
5 *Appellatio à mulcta, licet Mediolani non concedatur tamen ad Senatum recurritur, qui quotidie mulctas indebitè irrogatas infringit.*
6 *Multa ex contemptu irrogatur, ſed tranſmittitur ſecunda citatio ad allegãdum quare, & c. niſi à principio dixiſſet citatus, ſe nolle uenire.*
7 *Citatio prima ſufficit quo ad miſsionem in poſſeſsionem hoc eſt pœnam intrinſecam, ubi citatus ſit contumax.*
8 *Citatio prima ſufficit, ubi iudex in ea comminatus eſſet mulctam, licet ex obſeruatione ſemper fiat noua citatio.*
9 *L. eos. C. de modo mulct non ſeruatur hodie.*
10 *Mulcta non debet eſſe maior prætio cauſæ, niſi in magna cauſa, & enormi, & delicto inconſueto.*
11 *Andreas de Iſernia occiſus fuit à quodam barone Gallo, contra quem tulerat ſententiam.*
12 *Mulcta poteſt excedere modum in cauſa criminali.*
13 *Mulcta inſolita dicitur iniuſta.*
14 *Mulcta poteſt à iudice remitti ex cauſa paupertatis, licet Mediolani de conſuetudine, ſeu propter ordines literæ impetrentur à Senatu quòd ponatur inter miſerabiles, facta fide de miſerabilitate.*
15 *Mulctam imponere an poſsit omnis iudex?*
16 *Materia mulctarũ quibus in locis tractetur.*
17 *Modi cogendi inobedientem ut pareat præcepto iudicis.*



Voniam uerò ex comminatione præceptorum reo contumace iudex deuenit ad mulctam, ut proximè dixi: ideo de ea aliquid dicẽdum eſt,
1 ſuccinctè tamẽ. Et † primò ſcias eſſe differentiam inter pœnam & mulctam. l. aliud. §. 1. ff. de uerb. ſignifica. & l. ſi qua pœna. co. & inter cæteras eſt hęc, ꝙ à mulcta etiam appellatur, à pœna non, dicta l ſi qua pœna. quod intellige, niſi mulcta ex uera contumacia proceſſiſſet, ſecundum Doct. communiter in l. ſancimus. C. de iudi. per reg. l. properandum §. cùm autem eremodicium. C. de iudi. & ſecundum decreta noſtra Mediolani, uel melius ſecundum conſuetudinem, per quam in hoc dominio Mediolani à mulcta non poteſt
2 appellari. Admittitur tamen † appellatio à mulcta, eo caſu, quo à cõminatione mulctæ fuit appellatum, tanquam mulcta proceſſerit indebitè & nulliter pendente appellatione à comminatione, iuxta totum tit. nil no. appel pen. & c. non ſolùm. de appel. in 6. Et de iure etiam à comminatione mulctæ appellatur. c. cum ceſſante de appel. & ibi latè Doct. maximè Peruſ. quod procedit de iure canonico, & etiam de iure ciuili, ubi nõ poſſet appellari à mulcta, ut in dominio noſtro, ut dixi, quia parit pręiudicium irreparabile ipſum grauamen, ſi expectetur, ſecundum Bald. in l. ſi quis prouocatione. C. de appel. & ibi Sali. & latè & notabiliter Bald. in rub. C. commi. uel epiſt. col. 2. ubi etiam dicit, ꝙ non eſt neceſſe, ut iudex inhibeat propter peri
3 culum quod eſt in mora, & alia † ratione poſſet appellari à comminatione, quando iudex modum exceſſiſſet, iuxta l. ab executione. C. quor. appel. non recip. & ad hoc cognoſcendum uide text. in leg. eos. C. de mo. mulct. & quæ dicam infra in uerſ. ſcias
4 etiam tertio. imò † etiam poteſt appellari à pœna, ratione exceſſus in arbitrando,

iuxta

iuxta not. per Bart. in d. leg. si qua pœna in uersic. ult: & Feli. in c. pastoralis. colu. 8. de exceptio. & in c. super his. col. 5. & seq. de
5 accusa. Veruntamen † licet in dominio nostro non appelletur à mulcta, recurritur tamen ad Senatum, iuxta auth. quæ supplicatio. C. de preci. Imp. offe. & ex authoritate attributa Senatui in eadem erectione: & ideo quotidie infringuntur mulctæ indebitè factæ: & eo in casu licet ex eadem erectione disponatur ut ipsi iudices mulctam soluant: tamen malè est in usu. Tempore uerò ducis Luduuici. quando mulcta erat dicta, & in cameram transmissa, amplius Senatus se non intromittebat, nec etiam apponebat manum ad concedendas literas magistratui extraordinario circa reuisionem: & ideo oportebat recurrere ad ip-
6 summet ducē. Secundò scias, † ꝙ licet ex contemptu sequatur mulcta, ut dictis legibus, tamen ex sola citatione, ubi non comparet, hoc nō prouenit, sed requiritur alia citatio ad allegādum quare, & c. l. 2. & ibi Bar. & communiter Docto. ff. si quis in ius uoc. non ier. & Doct. in c. 1. de iudic. quod non procedit, quādo citatus dixit, Nolo uenire, & sic in notorio contumace, iuxta c. uenerabilib. §. secus. de sent. excom. in 6. ita Abb. in d. c. 1. in 9. col. & est communis opinio in eo c. ubi uide Doct. maximè Aret in uersic. prima conclusio, licet Bart. in l. unica. ad fi. prin. uideatur tenere, ꝙ etiam hoc casu requiratur noua citatio. Sic etiam pōderat, & uidetur tenere Dec. & D. And. Po. ibidem tamen nihil est, quia Bar. loquutus est ad differentiam alieni iudicis, præsupponens coram eodem iudice interuenisse interuenienda. Et si dicas, Potuit habere tamen excusationem: respōdeo ut per Are. ibidem in d. uersi. prima conclusio. Et secūdum prædicta intellige Ias. in d. l. unica. §. fi. col. antepen. post Ang. consil. 8. dum dicit, ꝙ ad hoc ut quis possit mulctari, requiritur uera contumacia: quia intelligitur, uel quando primò citatus dixit, Nolo uenire, uel non uenit etiam ad secundam citationem, iuxta d. l. 2. si quis in ius uoc. non ier. quia utroque casu uerus contumax habetur saltem quo ad hunc effectum mulctæ.
7 Item procedit conclusio supradicta, † ut non sufficiat unica citatio, quo ad pœnam extrinsecam, sicut est mulcta: secus quo ad intrinsecam: quia sufficit unica citatio: puta, quo ad missionē in possessionem, uel sententiam ferendā, secundum Bar. in leg. desertorem. ff. de re mil. Abb. & cōmuniter alios in eo c. 1. Item non procedit conclu-
8 sio supradicta, ubi † iudex esset cōminatus mulctam, quia tūc unica sufficit. sed tantū procedit, ubi simpliciter esset citatus ad se defendendum, secundum Bar. in l. impuberibus. ff. de susp. tut. & Ale. in d. l. unica. ad fi. pri. uideo tamē semper seruari, ꝙ etsi ad sit comminatio mulctæ, tamen fit alia citatio. Si tamen citatio contineret, ꝙ aliquid daretur, uel fieret, non dico ꝙ ueniret, tūc sine noua citatione non posset mulctari, secundum Alex. ibidem. Sed, ut dixi, etiam ꝙ contineat tantùm ut uenit, & adsit comminatio ex obseruatione fit noua citatio. Tertiò scias ēt, ꝙ habemus legem sing. quæ declarat usque ad quam summam possint iudices mulctare. l. eos. C. de mo. mul. quę tamen procedit, quando iudex nullam pœnā expressit in præcepto. Ita declarat Ias. post alios in d. l. unica. in 2. not. non seruatur ta-
9 men de consuetudine † d. l. eos. ut per Ale. consil. 35. incip. uiso. in 2. col. in 2. uol. contra tamen prædictā limitationem potest teneri, per d. l. si qua pœna. in fin. & per regu. cū quid uno modo est prohibitū. de re. iur.
10 in 6. Aduerte tamen, † quia iudex non debet imponere mulctam maiorem prætio causæ. Dictū est singulare Sal. in l. 2. C. de sport. quod dictum redditur periculosum, ex quo pro contumacia alicuius potest imponi pœna consiscationis bonorum, ut dicunt Bal. & plerique alii in c. 2. de tes. cog. Quod tamen intelligunt Andr. de Iser. & Mat. de Affl. in ti. quæ sint reg. in uer. condemnatorum. in 4. col. in usi. feu. in magna causa & enormi & delicto inconsueto, prout contigit secundū dictum Affli. in mor-
11 te ipsius And. de Isernia, qui † fuit occisus gladio à barone quodā Gallo, dum reuerteretur à loco, in quo sentētiam cōtra Gal-
12 lum pronuntiauerat. Item aduerte, † quia in causa criminali potest iudex excedere modum. Mart. Laud. in tit. de fisco conclusione 103. allegat consi. Oldr. Habemus ēt decretum nos Mediolanenses comitis Virtutū concedens iudicibus potestatem mulctandi ēt ultra terminos & fines iuris. Ad-
13 uerte ēt, † quia si est insolita, dicitur in-

iusta, & non sustinetur. secundum Ang. in l. fi. C. de can. lar. lib. 10. & Ias. in d. l. unica. §. 1. ubi ponit requisita ad ualiditatem mul-
14 ctæ. Quartò scias, † q de iure ex causa paupertatis, etiã sine fisco, iudex potest apponere manum ad illam remittẽdam. Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de of. præsi. Alex. in l. imperiũ. col. 7. ff. de iur. om. iu. & Aret. in glo. qui iudex uidens q inquisiti non comparent, col. 5. circa. fi. Tamen stantibus ordinibus nostris, siue consuetudine, ut dixi, nõ posset. Concedit tamen Senatus literas super hoc quotidie ad instãtiam horum, qui dicunt se pauperes, imò miserabiles, ut fide facta de miseria, ponãtur inter miserabiles, præsupponens extare ordinem q eo in casu mulcta remittatur, etiam esset uiden-
15 dũ, an † omnis iudex mulctare possit? In quo uide Ias. in l. unica. ff. si quis ius di. non obtẽ. in pri. col. pe. qui ponit regulam & fal-
16 lentias. Reliqua † uide in d. c. 1. de iudi. & in d. l. 2. ff. si quis in ius uo. non ier. & per Host. qui facit in summa sua titulum præcipuum de mulcta. & per Docto. maximè D. Matt. de Affl. in tit. quę sint regali, in uer. mulctarum. ubi latè. Vltimò scias, q mul-
17 cta † est unum remedium, ut inobediens pareat. d. l. unica. Aliud uerò est detrusio in carcerem: & aliud, si pręcipiatur sub banno aliquo, & denegetur ei iurisdictio: & aliud, si diruatur sibi domus, item mittatur aduersarius in possessionem. Hęc per Alber. in l. cum eo. ff. ad l. Iul. de ui publica.

Tit. de Citationibus.

SVMMAE.

1 *Citatio trina requiritur in criminalibus. pro ut in ciuilibus, uel una pro omnibus, & ubi tractetur materia citationum criminalium.*

2 *Citatio trina requiritur etiam ad annotationem bonorum.*

3 *Citatio una sufficit pro omnibus, ubi tres requirantur.*

4 *Citatio prima quæ fit in criminalibus, fit ad componendum mæstos penates, et habet triginta dies sicut etiam aliæ duæ.*

5 *Annotatione facta quid fiat.*

6 *Bannum hodie successit loco annotationis.*

7 *Peremptorium banniendo transmitti debet ante bannum.*

8 *Peremptorium adeò necessarium est, ut si delinquens sit in carcere, sentẽtia ante eius faciem legatur.*

9 *Citationes debent fieri mandato iudicis.*

10 *Citatio non debet fieri nisi ad instantiam partis.*

11 *Capi potest sine iudice, qui reperitur in flagranti crimine.*

12 *Capi non potest quis à nuntio prætoris, nisi ostendat licentiam in scriptis.*

13 *Citationes si malè fiunt, corruit totus processus.*

14 *Citationes an possint per principem tolli.*

15 *Citatio ualida requiritur ad hoc ut inquisitus possit poni in banno.*

16 *Citari debet reus, ubi degit: & perquiri, ubi reperitur: aliàs sufficit ad domum citatio.*

17 *Citatio ubi fieri debeat quo ad bannum remissiuè.*

18 *Citari non potest reus in domicilio, in quo erat tempore commissi delicti, si post delictũ mutauit, de iure ciuili, Mediolani tamen potest, propter statutum.*

19 *Citatio transmissa ad locum primi domicilii, in quo reus deliquit, ualet, si ibi reperitur, aliàs non.*

20 *Citare potest iudex domicilii reum non solũ in domicilio præsentem, sed etiam existentem in alia iurisdictione.*

21 *Citatio in loco delicti ualet, si ibi reperitur, & ad omnem speciem condemnationis proceditur, si uerò non reperitur, non ualet citatio extra territorium facta per nuntium citantis quo ad bona existentia extra territorium, sed per literas subsidiales ualet quo ad omnem speciem condemnationis.*

22 *Citatio in loco delicti quomodo fiat Mediolani.*

23 *Citare potest iudex extra territorium delinquentem per seipsum, ubi iudex requisitus per literas noluit parere literis.*

24 *Citare potest Papa uel eius legatus in terris imperii, & Cæsar in locis infeudatis, & unus iudex in iurisdictione alterius iudicis, quando sub eodem principe sunt absque literis subsidialibus, licet hoc ultimum non seruetur.*

25 *Citare potest præses duarum prouinciarũ existens in una, existẽtem in alia distincta.*

26 *Citare potest præses unius prouinciæ, non alius*

alius officialis, existentē in alia prouincia alterius præsidis, quæ tamen sit subdita eidem principi licet sint distinctæ prouinciæ et dominia absq; literis subsidialibus.

27 *Citatio extra territorium trāsmissa nō ualet etiam si iudex alterius territorii consentiat, sed requiritur consensus citati.*

28 *Citatus nulliter si compareat, & respōdeat inquisitioni potest condemnari.*

29 *Citationem uerbalem licet interdum iudex extra territorium facere possit, realem tamen uel personalem nunquam potest, si tamen cœpisset, & procederet, ac damnaret, ualeret sententia.*

30 *Citari & conueniri in foro originis potest quis, si ibi reperiatur aliter non. Et differentia inter originem paternā et propriā.*

31 *Subditus originarius non est propriè subditus nec potest in loco originis inuitus conueniri, nisi ibi reperiatur.*

32 *Conuersatio diutina in aliquo loco an efficiat ut quis possit ibi conueniri, sicut in loco domicilii.*

33 *Forum quis sortitur, ubi res sita est, etiam quòd ibi nō reperiatur, ubi de uiolentia in re, & turbata possessione agitur. Et hoc quo ad missionem in possessionem, non quo ad diffinitionem in re, & districtionem personalem.*

34 *Vagabundus ubique potest citari.*

35 *Bānitus ex uno delicto nō pōt conueniri ex alio delicto, pro quo nō est bānitus in loco, ubi bānitus est, nisi dato saluo conductu.*

36 *Bānitus citatus in loco, à quo bannitus est, dato sibi saluo conductu, debet illum publicari facere in loco, in quo citatur, ne fortè offenderetur.*

37 *Qui non tenetur comparere, non tenetur etiā uenire sub saluo conductu, & quomodo intelligatur.*

38 *Bannitus in uno loco non potest in eodem loco banniri.*

39 *Saluus conductus non potest concedi per iudicem iam bannito, sed accusato, uel aliter reo criminis delato bene potest.*

40 *Sententia absque citatione ferri non potest contra extorrem ac rebellem ciuitatis, in qua ferēda est sentētia, ut dicatur illi præiudicare, sicut nec statutum in eius præiudicium fieri potest.*

41 *Citari de cōsuetudine nō solet offensus, ut ueniat ad accusandū ante formatā inquisitionē.*

42 *Capi an possit quis pendente termino citationis transmissæ ad respondendum inquisitioni remissiue?*

43 *Citari debet accusator & syndicus fiscalis ad singulos actus in criminalibus, sicut in ciuilibus citatur reus.*

44 *Materia citationum in criminalibus ubi & per quos tractetur.*

45 *Citandus est offensus ad contradicendum quicquid uult, antequàm iudex reum absoluat, aliàs absolutoria non præiudicat offenso.*



Via quomodocūque de maleficiis cognoscatur, debet reus citari, operæpretium est uidere de citationibus faciendis. Et dic,
1 † q̄ sicut in ciuilibus pars citatur, ita in criminalibus. l. absentē. ff. de pœnis. & l. inter accusatorem. & ibi omnino est uidendus Bar. ff de public. iud. & in l. si accusatoribus. C. de accus. & in leg. qui crimen. C. qui accus. non pos. & per Maria. in tract. citatio. in 20. artic. 25. q. & per glos. Institu. de public iudic. in prin. Et ideo sicut in ciuilibus requirūtur tres citationes, uel una pro omnibus. l. ad peremptorium. cum similibus. ff. de iudic. Ita in criminalibus, ut per Gandi. in tit. de citat. & Marian. ubi suprà, & Ang. in d. l. ad perēptorium. ubi col.
2 2. dicit, q̄ etiam † ad annotationem bonorum requiritur hæc trina citatio. Et ita Salic. & alii. in l. 1. C. de requir. reis. & Bal. in
3 c. 1. de mil. uasal. qui cont. est. Ad alios † uerò actus sufficit una, ut declarat. Alex. in l. de uno. §. 1 ff de re iudi. Et ubi requirūtur tres, sufficit una pro omnibus, ut per Fel. in c. cōsuluit. de offi. de leg. col. 5. & Alex. in l.
4 contumacia. ff. de re iudic. Et scias, q̄ † prima citatio, quæ fit in criminalibus, habet triginta dies ad cōponendū mœstos penates. Ita Maria. in d. q. uers. & scias. ubi uide: quia declarat, qui sint isti mœsti penates. & Salic. in l. 2. C. de exhib. reis. pariter, etiā aliæ duæ habēt singulæ triginta dies ut dicit Salic. in l. absentē. C. de accus. uers. quæro qualiter accusatus sit requirēdus. Sali. & alii in l. 1. C. de req. reis. uide quę dicā infrà in tit. de senten. col. 1. & 2. si uis bene intelligere quæ hic dixi. Et † facta annot. bonorum, iuxta totum titu. ff. & C. de requir.

reis.dic ꝙ requiritur eius notificatio: qua facta, habet reus annum ad recuperãdum bona,& ultra non auditur.l.1.ff.eod.ubi ꝙ hæc notificatio fit per ędicta, & per literas subsidiales:& ꝙ à die dictæ notificationis incipit ille annus currere, non autem à die annotationis. Et aduerte,ꝙ tam Bar. in d.l.1.in fi. quã alii in l.1. C. eo. uolunt,
6 † ꝙ loco huius annotationis hodie successerit bannum ideo prędicta circa eius materiam erunt satis utilia. Et † de citatione
7 peremptorii ante bannum, uide Angel.in gloss. qui iudex commisit præconi ꝙ banniat.ubi dicit, ꝙ & si de inde requiratur, tamen de consuetudine non fit. quod totũ dicit procedere ex ui statutorum, & bene loquitur. Sed tamen à pauco tempore citrà sub capitaneo iustitiæ Mediolani eo authore transmittuntur peremptoria banniẽdis ante bannum,quod laudo, quãdo post lapsum terminum octo dierum interuenit magnum tempus ante condemnationem. Addit ibi Aug. de Arim. adeò uerum esse,
8 ꝙ † requiritur citatio peremptoria ante sententiam criminalem,ut si reus sit in carcere,sentẽtia ferri debeat ante eius faciẽ, & ꝙ ita seruat totus mũdus. Allegat Ang. & Bal. ut per eum. Et ꝙ ante bannum requiratur peremptoriũ, patet,quia summus Pontifex & Imperator possunt contra absentes procedere,etiam non obstante l.absentẽ de.ff.pœn.& tamẽ requiritur citatio, uulgata clemen.pastoralis. & uide omnino Maria.Socci. in hoc articulo de citatione peremptoria ante sententiam criminalem.& quid seruetur in practica in ca.qualiter & quando.*el secundo*. in 11.artic.princip.in 97.quæst.uersi.sed quæro circa præ
9 dicta. Et † citationes, quæ fiunt, debent fieri mandato iudicis tam uerbales quàm reales.l.neminẽ.C.de exhib.reis.ubi Bart. notat.& rationem uide per Ias.in rubr. C. de æden.col.1.ad idem tex.in c.1.de iudic. ubi latè per Aret.& alios, & an præsumatur facta commissio. Eodem modo nulla
10 citatio debet fieri sine † partis instantia, ut generaliter in quolibet actu uult gloss. in l.sancimus.in uerb.contumaciam.C. ad Trebel.& in specie de citatione peremptoria.Bar.in l.si finita.§.Iul.col.2.& ibi Alex.
11 ff de damno infecto.Quando† tamẽ quis reperitur in flagranti crimine, potest capi sine iudice,secundum gloss.in d.l.neminẽ. quam uide,quia ponit alios casus.Sed uide quomodo intelligatur Mari.in tract. de citat.uersic.2.col.2.in 4.principali articulo. Alius est casus, secundum gloss. ibi in debitore fugiente,de quo etiam per Marian. ibidem.& ad d.l.neminem.& ad prędicta, & quid prę sumatur in dubio etiam quo ad instantiam partis,uide Marian.in dicto tractatu, in sexto articulo principali. Adde
12 prędictis, quòd † nuncius prætoris non potest aliquem capere. nisi ostendat licentiam in scriptis. Ias. in leg. cùm proponas. *la prima*. colum.2. C. de pactis. ubi uide etiam quid de missione in possessionem.
13 Sed † necessarium est scire, in quo loco fieri possint hę citationes, & in hoc consistit tota uis materiæ: quia si malè fiunt,totus processus corruit, ex quo sunt de ordine iudicii.ca.1.de causa posses.& propriet. & hoc etiam si sit processus principis. clement.pastoralis.de re iud.Bal.post.gloss.in leg.fi. C.de legib. Marian.in tract. citatio. in 20.articu.in 25. quęst. & per Soccin. in consil.264.col.antepen.maximè ubi considerat plures casus in hac materia.Et facit ad confirmationem,ꝙ minus est credendũ principi circa suppletionem processus in crimine rebellionis, quàm in aliis delictis ut probat tex. loquendo de citatione Imperatoris in dicta clement. pastoralis. col. ult.uersi.nec prædicta.& ibi Docto. & per Anchar. in consil. 277. col.fin. Et uidenda
14 et sunt circa id, † an princeps possit tollere citationes & defensiones,quę scribũtur per Cur.in con.46.ad finẽ primæ part.& in 2.parte responsiua, & in specie ad propositum,ꝙ citatio sit necessaria, ne processus corruat.Scias Bald.dicere in l.1.in fin. ff.si
15 quis ius dicen.nõ obtẽp.ꝙ † ad hoc ut inquisitus possit poni in bãno, requiritur, ut fuerit legitimè citatus, nõ obstãte ẽt ꝙ statutũ uel decretũ diceret, ꝙ cõtra bãna nõ possit opponi de iniquitate & nullitate, per not.in d.clem.pasto.de re iudi. Ita Maria.post Nel. in cap. qualiter. *el secondo*. in 11.artic. q.74. uersicu. quo ad secundum membrum.Angel.consil.259.Aret. consil. 165.Oldrad. consil. 43.& Roma in consil. 477. Et fundamentum est, quià princeps non potest tollere citationem, & minus in grauioribus,quèm in leuioribus, ut di-

ctum

ctum est. Et quo ad quæstionem propositã
16 ubi † fieri debeant citationes. Scias quòd tex in d.l.1.ff. de requir. reis. clarè sentit, ꝙ ultra citationem per ædicta, etiam per literas fieri debeat, ubi degit reus. Et sic uidetur, ꝙ non sufficiat citare eum ad domum, nisi hoc etiam fiat ubi reperitur, & sic perquiratur, & sibi detur. Ita Gand. in tit. de citationibus. ultra quem, ita uidetur dicendum, quia citatio debet fieri ad personam, & non ad domum, ut omnino sciat citandus, ꝙ citatur: & ubi non inuenitur, debet perquiri procurator: & neutro inuẽto, tunc sufficit ad domum. Ita glo. in cap. causam. de dolo & contumac. & probatur in l.1.§. de liber. agnoscend. & ita Bar. in l. 3.§. ait prętor. ff. de dam. infec. Tamẽ ꝙ sufficere uideatur citatio ad domum, uidetur tex. in d.§. ait prætor. & in criminalibus ita Bar. & Imol. in d.l. inter accusatorem. ff. de public. iudic. & Angel. in glos. iudex commisit ꝙ Caius prædictus & alii inquisiti citarentur col.6. Nolo ulterius disputare
17 hanc quæstionem, † quia practica est & statutum, ut sufficiat ad domum. Et ita ẽt Gand. & Marian. ubi suprà. Si tamen in iure uolueris te penitus explere, uide Doct. in eod.§. ait prætor. & Marian. in tractatu citationum. in 17. artic. in 2. quæst. uersicu. circa septimam speciem & omnino Salic. in l. absentem. C. de accus. col. 2. qui optimè rem considerauit. Vnde distinguit, & secundum eius considerationem etiam iure loquendo, quia ipse loquitur in annotatione. Idem posset inferri arguendo ad bannum, ut sufficiat quo ad primum bannum, non quo ad secundum. & multa alia in materia citationis, quo ad bannum, uide per Marian. in d. cap. qualiter. art. 11. in d. uersic. quo ad tertium mẽbrum. ubi per plures columnas, loquẽdo tamen ferè semper post Nellum in tractatu bannitorum.
18 Et prędicta, ubi † non mutauit domiciliũ: Si uerò mutauit, & iuit in aliam ciuitatẽ, uel dominium habitatum, an attendatur primum uel secundum domicilium? Vide text. in l 2. C. de iurisd. om. iudic. qui clarè uult, ut ita possit conueniri in primo domicilio mutato, sicuti in secundo, si tempore primi contraxerat uel deliquerat. Et ita Bartol. ibi, & consequenter etiam ꝙ alibi deliquisset, uel contraxisset, de qua l.2. uide Alex. in l cùm quædam puella. col.1. & 2. ff. de iurisdict. omn. iud. Aretin. in consil. 236. col.2. & 3. & in cap. proposuisti. de foro compet. & ultimò Marian. Soccin. in c. fi. eod. de foro compet. uersic. decimo principaliter quæro quis sit effectus mutationis domicilii. Vbi tandem concludit post Aret. Bar. non dicere ueritatem, & uerum non esse ꝙ pro delictis uel contractibus extra domicilium commissis, quod posteà mutatum est, possit ibi conueniri, nisi fuisset præuentus saltem citatione, per d. cap. proposuisti. & in d.l. cùm quædam puella.
19 Sed si in loco primi † deliquisset, tunc essemus in foro delicti absque aliquo speciali. quia, si ibi inueniretur, posset conueniri, & aliter non, ut optimè Marianus in dicto uersi. in principio quæstionis. Hæc tamen quæstio est sopita per statutum in criminalibus, ubi dicitur, requiratur, ubi domicilium habet, uel habere consueuit. Et ad
20 prædicta adde, † ꝙ quando quis sortitur forum, ratione domicili, ꝙ iudex potest non solùm eum citare præsentem in eo loco domicilii personaliter, uel ad domum, sicut suprà conclusi, sed etiam absentem in alia iurisdictione per nuntium suum. Ita Barto. in extrauaganti, ad reprimen. in uerbo, per ædicta. ibi, sed certè primum membrum. & omnino Marian. in d. cap. fin. uersicu. tertius effectus est. & Aret. consi 136.
21 col.2. Et uolunt Doctores, ꝙ † hanc citationem possit facere quo ad omnem speciem condemnationis. Sed quando sortitur forum ratione delicti, tunc iudex, si inuenit delinquentem in loco, & eum citat posteà procedit aduersus eum quo ad omnem speciem condemnationis personæ & bonorum: si nõ inuenit eum, non potest citare per nuntium suum extra territoriũ quo ad bona, quæ ibi habet, sed per literas subsidiales ualet citatio, quo ad omnes effectus, bonorum, & personę. Ita Marian. in cap. postulasti. charta 2. col.3. uersi. quo ad quintum. de foro compet. ubi omnino uide, & est textus clarus in clemen. pastoralis. uersic. nos quoque. de re iudic. & ita pro absoluto habet Aretin. consil. 58. uersicu. secundò respondetur. Est uerum ꝙ
22 hęc in practica non seruantur, quia † statuta prouident commisso delicto quomodo fiant citationes, & nostrum disponit, ꝙ

fiant in loco delicti,& in certis locis publ. per ædicta. Et uide ad prædicta textum in cap.Romana.§.contrahentes.de foro com pet.ubi textus uult,ꝙ quo ad bona tãtum, forum ratione contractus operatur,ubi ci tatio fit authoritate iudicis fori.& per nun tium suum, apertè sentiens ꝙ ubi per literas subsidiales citatio fieret,ꝙ procederet quo ad omnem effectum. De quo per Marian in c. dilecti. de foro comp. & Moder. in eodem.§.contrahentes.& in l.hæres ab-
23 sens.§.1.ff.de iudic.Et † si iudex, cui scribitur,nolit parere,tunc quo ad omnem effectum potest citare per semetipsum. Ita Bart.in dicto uerbo,per ædicta. in uersicu. sed quid si iudex nolit citare. & Aret. in d. consi.58.uersi.amplius.in quo tamen uide Marian.in d.c.postulasti.in uerbo, quo ad
24 secundum.Est alius casus, † in quo extra territorium quis citatur per iudicem directum sine literis subsidialibus. Quando summus Pontifex, uel eius legatus, uult aliquem citare in terris imperii, quia directè potest mittere nuntium suum. Ita Bar. in l.1.§.1.ad fin.ff.de requir.reis.& clarius in dicto uersic.per ędicta. Aret.in d. consi. 58.col.2.uersic.1. Et ratio est, quia habet iurisdictionem,saltem habitu, in terris imperii. Et propterea in dominio nostro Mediolani subdito uni domino tãtùm, potest unus officialis directè citare in iurisdictione alterius officialis eiusdem domini, secũdum Doctores ubi suprà. Quod ultimum tamen non seruatur.Sic etiam quemadmodum summus Pontifex,uel eius delegatus, potest citare directè in terris imperii, ratione allegata:ita econtrà Cæsar, uel eius delegatus citare potest directè, non solùm in territorio sibi immediatè supposito, sed etiam mediatè,puta, in loco infeudato, ut Mantuæ,Regii,Montisferrati, & in infinitis aliis locis: quia in eis non caret omnino iurisdictione. Et ita probat textus in d. clement.pastoralis.de re iudic. Vbi summus Pontifex infringit citationem Imperatoris quia facta fuit in loco infeudato ab ecclesia.Et hoc non fecisset, ubi locus esset infeudatus ab ipso Cæsare.Et ita Aretin.consil.58.col.2.uersic.1.Nisi tamen obstaret amplitudo priuilegii,iuxta c.porrò. de priuileg. Credo tamen contrarium, re diligentius considerata:quia dominus directi nõ potest quo quomodo se impedire in iurisdictione utilis,ubi nec etiã habitu, habet iurisdictionem,iuxta consi.Curt.Iunioris secundum. Nec obstat clement. pastoralis. quia loquitur in fortioribus terminis,& non decidit id,quod dixi, & ideo D.Gonzaghæ non patiuntur tales citationes fieri a delegatis Cæsaris. Est alius ca-
25 sus,† qui ex prædictis redditur sine dubitatione,quando quis esset præses duarum prouinciarum distinctarum: quia potest exercere iurisdictionem existens in una, etiam in alia, non solùm in citando, sed in quolibet alio actu.Ias.in l.fi col.2.ff.de iurisdict.om.iud.Alius est casus, quando, &
26 † si dominia sint distincta & separata, tamen sunt eiusdem principis, ut est status Mediolani,& regnum Neapolis: quia præses unius prouinciæ potest in alia citare, absque eo,ꝙ præsidem illius requirat. Ita Bar.in extrauag.ubi suprà,& in d.l.1.§.1.& Areti.ubi suprà. Et pondera,ꝙ decisio loquitur de ipsis præsidibus, non de aliis officialibus ciuitatis alterius prouincię, quod tamen non seruaretur. Et adde prædictis,
27 † ꝙ ubi citatio extra territorium non ualet,ꝙ etiam iudice consentiente nõ tenet, nisi etiam consentiat citatus,ut per Maria. in tract.citat.18.articu. quæst.2. Item ad-
28 de, † ꝙ ubi tamen compareat, qui citari non potuit,& inquisitioni respondeat,potest damnari,ut per Aretin. in d. consil.58. col.3.& Aug. de Ari. ad quartam chartam Ang. maleficiorum. Adde quoque, quòd
29 † illud est sine dubio, quòd citationem realem & personalem iudex non potest facere extra territorium.licet possit uerbalem interdum facere. Et ita non potest capere personam.§.si quis uero compræhensorum.in Authen.ut omnes obed. iud.nec bona apprehendere.ca. Romana.§.contrahentes.in fin de foro compe.in 6.& Socci. notabiliter in cons.167.col.6.ubi uide Maria.& Doctores ubi suprà. Tamen ubi caperet,& procederet,& damnaret, ualeret sententia, ut per Alexand.in l. fin. circa finem.ff.de iurisd.omn. iudicum. Quid ue-
30 rò, † quando quis sortitur forum ratione originis?Dic ꝙ citatur & conuenitur,si reperitur in eo loco,aliter non, secundum Bar.in l.assumptio.§.1. ff. ad municipal. & est communis opinio,secundum Alexand.

in l. cũ quædã puella. col. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & Dec. in cap. 1. de iudic. uersic. prædicta conclusio. colu. fin. illius chartæ. Maria. tamen, quamuis Bart. ubi suprà, non faciat differẽtiam inter originem propriã, & paternam, distinguit unam ab alia in hoc casu, in rub. de foro compet. char. 1. col. 1. uer. 82. causa originis. Et uult, quòd prædicta conclusio procedat solùm in origine paterna. Quę opinio eò maximè procedere posset, quando oriundus animum suum ostendisset patiendo se conueniri in omnibus suis causis in loco suæ originis, nulla unquam declinatoria opposita. Verũ in origine paterna, in qua sine dubio quis potest conueniri, si reperitur: est magis dubium, an dicta patientia & consuetudo nõ reclamandi sibi prodesse deberet. Et uidetur prodesse, quia forũ consuetudine quæritur, ut est tex. & ibi glos. in cap. cùm contingat de fo. compe. & ibi Maria. col. 1. uersi. primus. Tamen contrarium uidetur, tam in possessorio, quã in petitorio: quia possessio uel quasi in una causa operatur prorogationem quo ad aliam. Et aliter dicere, uideretur absonum iuxta latè tradita in c. significasti, in materia prorogationis iurisdictionis, de foro compet. & in l. 1. in prin. ff. de iudi. & latè not. in illo articulo, an possessio iurisdictionis, quo ad unũ actum inferat quo ad alios actus possessorios, in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. maximè per Ias. in 2. lect. ubi facit regulam & fallentias, & cõsequẽter in petitorio sequitur idem, quia tantum pręscriptum, quantum possessum. c. auditis. & ibi Doct. extra, de præscrip. & in l. 2. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque pri. & ita patet responsum ad con-
31 trarium. Nec requiritur, † ꝙ subditus originarius, qui non est subditus propriè, iuxta glo. in clem 1. in uerbo, subditos. de fo. cõpet. possit inuitus conueniri in loco ori-
32 ginis, nisi ibi reperiatur. Nisi diceres, † ꝙ ex dicta patientia, & magna conuersatione in litigando in eo loco originis, & conueniendo, nedum agendo, sequatur talis conuersatio, ꝙ trãsitus fiat ad alium articulũ, An ratione conuersationis quis possit conueniri, sicuti in loco domicilii, etiam ꝙ nõ reperiatur, & si diutina conuersatio hunc effectum operatur, etiam ubi conuersatio sit extra rem contrahendo, & alios actus iudiciales exercendo, secundum communem opinionem. ut per Areti. in cap. quod clericis. in 1. & 2. col. de foro compe. & Marian. in d. c. fi. de fo. compet. Quis dubitare possit, quin multò fortius hoc esset dicẽdum in oriundo ibìque orto, qui non solũ decem annis, sed per omnia tempora eius uitæ, & parentum suorum semper in eo loco originis conuersatus esset, maximè in ea specie iudicii suscipiendi. Et ita tenendo resoluta sunt, si bene consideres, in oppositum adducta circa materiam prorogationis, & possesionis unius actus iurisdictionalis. Reliqua uide per Iason & Doct. in articulo, quando quis possit citari extra territorium in leg. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et uide Soccin. consi. 107. col. 6. uersus fin. & uide etiam centum & decemnouem causas, quibus quis forum sortitur, & potest conueniri per Marian. in
33 rub. de fo. compet. Et † quia etiam ratione rei sitæ quis potest conueniri. leg. fina. C. ubi in rem act. & Maria. latè in cap. 3. de fo. compet. quod adaptatur etiam ad materiam criminalem, quando agitur de turbata possessione, uel de ui spoliatiua, iuxta l. unicam. C. ubi de pos. agi opor. Ideo ad declarationem huius legis, & sic propositi nostri, adde ꝙ secundum terminos illius legis, & communis intellectus non agitur, nisi interueniat uis: & consequenter non omni casu quo agitur, uti possidetis, sed tãtùm, ut dixi, ubi interuenit uis in ipsa re, uel etiam extra rem, ad ipsam tamen rem, secundum exemplum glo. ibi in dicta l. unica. Adde etiam, quòd uidetur intelligi illa l. unica, licet Doctores non declarent, etiã quòd reus in loco rei non reperiretur, iuxta dictum Pauli de Cast. in d. l. fin. qui uult, quòd quando agitur in rem, quòd ratione rei sortitur forum: si tamen ibi reperiatur, quia aliter ille textus uideretur superfluus cùm etiam ratione delicti in loco uiolentiæ sortiebatur forum. l. 1. C. ubi de crim. agi oport. & etiam ratione rei. d. l. fin. Quę etiam procedit in possessorio, ut per Mari. in d. c. 3. Vbi tamen dictũ Pauli de Cast. nõ esset uerum, superflua redderetur hæc dubitatio, quia non solùm in possessorio, sed etiam in petitorio, secundum d. leg. fin. C. ubi in rem actio. reus posset conueniri, etiam ꝙ non reperiretur. Et ad hoc uide-

tur textus in terminis in cap. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6. qui clarè uult, ꝙ quo ad effectum bonorum quis possit citari, ratione rei suæ, etiam ꝙ non reperiatur, per quem textum ita reperio tenere Marian. in d. cap. 3. in fi. in uersi. decimaquarta conclusio. Nec aliter dicit in cap. dilecti. in 12. quæst. extrà eodem, ubi se reiicit, & ibi distinguit, ꝙ quo ad solam missionem in possessionem forum rei & contractus prodest, etiam ꝙ non reperiatur, non quo ad diffinitionem etiam super re solùm, & sine dubio quo ad districtioné personalem. Propter hæc igitur dicendum est, ꝙ ubi ageretur quo ad puniendam personam de turbata possessione, & uiolentia, profectò non posset conueniri, nisi ibi reperiretur. & cum hac opinione transeo, nec Paul. de Cast. contrarius est huic opinioni, si eum uides. Quæro de uagabun-
34 do, † an ubique possit citari & conueniri, quod contingit sępe in debitoribus cessantibus factis. Et dic posse. cap. fin. de foro compet. ut ibi per Marian. charta 51. col. 3. uersicu. secundò quæro. & ideo solent à principibus impetrare saluos conductus, aliter non essent tuti. Non omitto etiam,
35 ꝙ maxima est dubitatio, † an bannitus in loco, à quo bannitus est, possit citari, ratione alterius delicti, de quo non sit bánitus? Et dubium facit, quia quis non tenetur cóparere ad locum non tutum, & sibi inimicum, & ubi potest licitè offendi. clement. pastoralis. §. Pisana quoque ciuitas. de re iudic. cap. accedens. 2. ut lite non contest. in contrarium facit, ꝙ culpa sua bannitus est. l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisd. cogan. & in leg. & qui data. ff. ex quib. cau. maior. uide, ut breuibus agam, Mari. in tractatu citation. in 5. artic. princip. in 26. q. & in 17. articu. princ. in 11. q. & in 18. artic. princip. in 5. quęst. Et in effectu mihi placet opinio, quòd ubi non potest per procuratorem comparere, non teneatur: quia esset impium aliter dicere, non obstante culpa, de qua suprà, quę ad hoc ordinata non fuit. leg. si uehenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhod. de iactu. Et ideo conceditur sibi saluus conductus, ut possit tutò uenire secundum Io. Andr. quem allegat. & ita
36 sæpe uideo fieri, concessio † tamen saluo conductu à principe uel Senat. Verumtamen talis bannitus debet esse cautus, ut illum publicari faciat, & poni in loco, in quo apparet bannitus: ne sub eo banno of-
37 fenderetur. Et si dicis, † quòd si non tenetur comparere, non tenetur etiam uenire sub saluo conductu, secundum cómunem in eo cap. accedens. & per Marian. ubi supra. Respondeo quòd loquitur illa communis ratione loci non tuti, propter inimicitias: quia non cessat timor, sed hoc casu cessat omnino, cessante statuto ꝙ possit offendi, & adhibita diligentia, quàm dixi. Et hanc opinionem clarè sentit Bartol. in l. is qui reus. col. penul. & fin. ff. de publ. iudic. Idem clarè sentit Felin. in c. cùm R. canonicus. de offic. de leg. col. 2. & Felin. in d. c. accedens. col. 5. uersi. noua conclusio. dum dicit, ꝙ quantum ad practicam faciendi tutum bannitum, uidendus est Ioan. Andr. ut suprà, & se refert ad Marian. Soccin. ubi suprà. & in cap. cùm pro causa, de senten.
38 excom. Et ex his etiam liquet, † an bannitus à loco, in eodem possit etiam banniri? De quo per Nellum in tract. suo bannit. in prima parte primi temporis, in uers. tertiò quæro. & Alber. in ulti. parte statutorum, quæst. 26. & Bartol. in l. de pupillis. §. si pluribus. col. 2. ff. de oper. noui nunt. & ibi Alex. in apostillis. & Feli. in cap. ita quorundam. col. fi. uersic. & ex istis. de Iudæis. Cæpol. consi. 39. col. 1. uersic. circa primú iuncta. col. 3. uersic. nec etiam obstat. Doctores in d. §. si pluribus. Et ubi etiam orietur dubitatio, Senatus non pateretur ꝙ tale bannum secundo loco datum sine sal-
39 uo conductu posset sustineri. Sed † an iudex possit concedere talem saluumconductum, præsupposui non posse, & ita uidetur l. relegati ff. de pœnis. & l. ad bestias. §. ex prouincia. ff. eod. Bartol. ponit in d. l. is qui reus. Marian. in d. quæst. 5. in 18. articu. & Ias. in l. conuentionum. ff. de pact. & in apostil. ad Ang. in uerb. fama publica. super illa quæst. quintò quæro, si cómittens. & Alex. in d. l. conuentionum. & in consil. 77. in 2. uolu. Alber. ubi suprà quæst. 39. Felin. c. accedens. 2. col. 2. ut lite non contest. Breuiter puto, loquendo in bannito, & sic iam damnato, quòd iudex nullo modo possit apponere manum, sed princeps ipse. At in accusato, uel aliter reo criminis delato, credo posse, pro ueritate habenda, ubi non

non potest interuenire procurator. Et ita notabiliter declarat Salic. in l. cùm indulgentia. C. de sent. pass. qui magis cautè loquutus est, quàm Bar. in d. l. is qui reus. qui simpliciter tenuit etiam ponendo quæstionem in bannito, ꝙ possit dari à iudice. Et ideo quotidie audio in Senatu à capitaneo iustitiæ peti tales saluos conductus pro bãnitis, nec ego aliter facerem, si essem iudex. Dixi supra in titulo de captura. Quæ-
40 ro etiam, † an contra extorrem siue exitium, ut doctores uocant, & rebellem ciuitatis possit ferri sententia absque citatione? Et uidetur ferri posse, tanquam sit talis extra protectionem legis, iuxta not. per Cin. in l. 1. C. de nat. lib. & Bald. in ti. de pa. Con. uersic. hoc quod nos. col. 2. In contrarium faciunt, quæ superius dixi de bãnito, an possit citari ad locum, ubi bãnitus fuit, ad finem ut iterum possit banniri. Vbi præsupponitur clarè, & ita tenui, ꝙ si non potest citari, non tenet condemnatio. uide Marian. in tractatu citationum, in artic. 7. princ. in 34. casu. Vbi in terminis quæstionis allegat Bal. & Roman. ꝙ sine citatione ualet sententia. Est uerum, ꝙ dicit se habere illas decisiones pro satis dubiis, perquisiui Bald. & non inueni locum, ubi debuit hoc dixisse, uidelicet in cap. 1. de his qui feud. dare poss. nec etiam uidere potui repetitionem Rom. in l. 1. C. de hære. instituen. quem etiam allegat ad hoc in uersic. unum tamen scias. col. 22. Arbitror tamẽ, si id dicunt, quòd pessimè dicant, per ea quæ ponit Bald. in d. tit. de pace Const. in uersi. sententiæ quoque. ubi clarè dicit, ꝙ aut possunt cõparere per procuratorem, & tunc citatio eos arctat: aut non possunt comparere, & tunc secus. Et quid sit, si banniti sunt omnibus bonis eis ademptis, iudicia non tenent: quia nudi exularunt. l. tutelas. §. si libertate. ff. de capi. dimin. & l. si constante. §. fi. ff. sol. mat. Ex quibus uerbis clarè habes, quòd requiritur citatio, quæ etiam non semper sufficit. & latè hæc præsupponuntur per Alex. & Doctores relatos per eum in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebell. & per eundem in l. creditor. ff. de sol. Et ad confirmationem uideatur Bartol. in l. omnes populi. in 2. q. princip. ff. de Iustit. & iure. dum tractat, an contra expulsos è ciuitate, ipsis non uocatis, possint fieri statuta. Vbi concludit fieri posse, quando iustè expulsi sunt, & facti rebelles, quia in eis non remanet aliquod ius condendi statuta, nec aliud ius ciuitatis, & sic nihil ad eos, quare uocari debeant. Facit l. de unoquoque. ff. de iudic. ubi igitur de eorũ interesse tractaretur, sentit contrarium, etiam quo ad condendam legem: ergo fortius quo ad actum singularem, qui esset exercendus aduersus eos. Et secundum dicta ibi per Bar. possunt defendi auctoritates, suprà allegatæ per Marian. Non omitto etiam in hac materia citationis,
41 † quòd ante inquisitionem iudex debet citare offensum, & dare terminum ad accusandum. gloss. in c. presbyter si à plebe 2. q. 5. & dixi suprà in materia inquisitionis. in secundo requisito ad inquisitionem formandam. ubi tamen dixi quòd non ser-
42 uatur. Et an pendente † termino citationis transmissę ad respondendum inquisitioni quis possit capi? Vide suprà in materia
43 capturæ, ubi dixi. Et sicut † citatur reus ad singulos actus in ciuilibus, ut dixi suprà in princ. nisi iudex monuisset eum, ut singulis diebus & horis, &c. ut per Angel. in gloss. qui iudex commisit præconi, quòd banniatur. Felin. in c. 2. de testi. col. antepen. uersic. tertiò fallit. & Alex. in l. qui ante calendas. ff. de uerb. oblig. ita accusator siue quærelæ delator. & idem de syndicis fiscalibus uide per Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uac. lib. 10. Ang. Aret. in glos. & ibi caput à spatulis separetur. col. 1. uers. quid autem si crimen. & ibi in additionibus, & per Hippol. in l. unius. §. cogniturum. ff. de
44 quæst. & † hanc materiam citationis posuit Ang. in glo. qui iudex commisit, ꝙ citarentur. & in glos. qui iudex facit sibi dari licentiam posse procedi. & in glo. seq. qui iudex monuit eos singulis diebus. & in d. gl. qui iudex commisit. i. præconi, ꝙ banniat. ubi tamen non habes prædicta. Et scias,
45 † ꝙ iudex antequàm reum absoluat, debet citare offensum ad opponendum, quicquid uelit: aliàs non præiudicat talis absolutoria offenso, quin iterum accusare possit, & tenetur iudex in syndicatu, Angel. in dicta l. si uacantia. quem refert post Put. Hippol. in l. unius §. cogniturum. ff. de quęstion. col. 10.

De Examinib. reorum.

SVMMAE.

1 *Captus reus tenetur respondere interrogationi ad habendam ueritatem factæ, & eius confessioni statur.*

2 *Interrogari potest reus de circunstantiis etiam remotis, & impertinentibus.*

3 *Iudex potest fingere se uelle facere quod non intendit, ut uideat quem actum faciat examinandus, & an trepidet: sed debet aduertere, ne ex fictione illa magnum præiudicium oriatur.*

4 *Ioanni Capistrano ordinis minoris quid euenerit, dũ esset aduocatus fiscalis Neapoli.*

5 *Interrogationes, quas faciunt iudices reis captis, sunt à iure approbatæ.*

6 *Examinari non potest reus, sicut nec capi, nec inquiri, nisi præcedentibus saltem aliquibus suspicionibus.*

7 *Citatio uerbalis, ut quis personaliter compareat, non est in usu, ne rei fugiãt: tamen ualet, quando esset iustificata pro ueritate indaganda.*

8 *Citatio uerbalis, ut quis personaliter compareat non ualet, nisi præcederet indicium, uel saltem suspicio.*

9 *Probationis initium non est sumendum è domo rei, sed bene id, quod probationes coadiuuat.*

10 *Reus interrogatus cum iuramento, si falsum respondet, non de falso punitur quo ad forum fori: licet quo ad Deum non euitet periurium.*

11 *Testis occultans ueritatem an cadat in falsum punibile?*

12 *Interrogatio fieri debet reo à iudice super delicto in genere, non in specie, ne instruatur reus.*

13 *Interrogatio à notario facta testatori, nunquid uelit instituere talem, non infirmat testamentum: nisi testator esset ualde turbatus propter infirmitatem, uel esset stultissimus.*

14 *Dolor in torto est maior, quàm sit abscisio utriusque manus.*

15 *Iudex non debet inducere reum ad confitendum spe pollicitationum, uel minis tormentorum.*

16 *Iudex, qui induxit reum ad confitendum sub promissione gratiæ, non tenetur seruare promissum in foro contentioso.*

17 *Confessio à reo extorta per iudicem minis, uel pollicitationibus ualet, nec potest reuocari: si minæ illæ uel pollicitatio facta fit, ut diceret ueritatem: secus si in specie, ut ita dicat, uel tale quid confiteatur.*

18 *Iudex quando debeat esse benignus, & ostendere signa humanitatis erga reum, ut eruat ueritatem.*

19 *Indagatio diligens facta à iudice ad cognoscendam ueritatem eum excusat: sed facta, ut reus confiteatur uerum uel falsum, condemnat eum ad pœnam capitis.*

20 *Dolus bonus, qui toleratur etiam in exploratore.*

21 *Interrogari potest testis à iudice, an sciat, uel credat; quando examinatur: secus quando iam est examinatus.*



Via rei citati, putà, ad respondendum inquisitioni, iuxta not. per Bart. in l. inter accusatorem. uersi. pro declaratione. ff. de public. iud. & Feli. in c. licet in beato. in 4. notabili, de accusat. & Marian. in tract. citat. in 20. artic. princip. in 6. q. sæpe comparent, & interdum capiuntur etiam non citati, & tunc examinantur, ut omnes sciunt, & habetur per Aretin. in suo tract. in gloss. hæc est quædam inquisitio. col. 3. uersi. & subdit. post Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. Ideo aliqua subiiciam circa
1 dicta examina: Et primò uidetur, † ꝙ non teneantur respondere, ne allegent suã turpitudinem. l. transactione. C de transact. & l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiuran. Sed dic procedere hoc contrariũ quo ad commodum eorum, qui interrogantur, non quo ad incommodum & præiudicium, ut per Bar. in d. §. procurator. & ideo uidemus, si rei confitentur interrogati, ꝙ statur eorum confessioni. l. is cum quo. ff. de confes. & l. si confessus ff. de cust. reo. & Bar. ubi suprà. & ita cessat contrarium. Sed aliud uidetur obstare, quòd probationes non sunt sumendæ è domo rei l. nimis graue. C. de testi. & in l. de minore. §. tormenta ff. de quæst. Sed dic, ꝙ imò ad ueritatem eruen-

eruendam sunt perquàm necessaria examina reorum, ut docet text. in l. de minore. §.
2 plurimum. & ibi Bar. in 2. not. dicens, † q̃ iudex potest interrogare pro ueritate inuestiganda de circunstantiis quibuscunq; & remotis, & impertinentibus. Allegat gl. ponentem, q̃ quãdo quis est suspectus, potest interrogari etiam de impertinẽtibus, in l. testium. in uer. presto. C. de testi. ad qđ facit dictum Bal. in l. fi. in fi. C. de testib. q̃ iudex debet conari capere in uerbis suspectos: ut etiam not. & latè de insidiosis interrogationibus tradit Alex. in consi. 91. col.
3 pe. & ult. uol. 4. Addit Bar. ubi suprà, † q̃ potest iudex fingere se uelle facere quod nõ uult, ut uideat quem actum facit examinãdus, & qualiter se gerat. c. afferte. extrà, de præsumpt. & q̃ debet aduertere, an trepidet, & inconstanter respondeat: quia trepidatio & inconstantia indicat aliquid iudici, & omnia debet redigi facere in scriptis: quia, secundum eum, etiam sine aliis indiciis ex his, quæ coram iudice loquutus est, trepidè uariando, & pauendo, possunt sumi indicia ad torturã. Et de his etiã per Ang. Are. in suo tract. char. 23. col. ult. uers. nonò quæro. & dicam loco suo. Debet tamen aduertere iudex, ne ex illa fictione magnum præiudicium sequatur. Nam sæpe contingit, q̃ incutitur tantus ti-
4 mor, ut ex eo sequatur mors, ut † contigit in fratre Ioanne Capistrano, ordinis minoris, magno fisci patrono in ciuitate Neapolis ante ingressum religionis, qui uoluit fingere q̃ non solùm patri, sed etiam filio ueniret caput amputandum, cùm tamen filius innocens esset, & ita ambos condẽnauit. Verùm abscisso à ceruicibus capite patri tantus timor inuasit filium, ut illico decesserit: quod adeò graue conscientiæ Capistrani uisum est, ut statim officio renunciauerit, & factus sit ordinis sancti Francisci: & deinde summus uir euaserit, adeò ut in uniuerso illo ordine beatus inscribatur. Hæc refert Pa. de Pu. in tract. suo in pe. char. in ult. col. uer. sequitur modo not. quæst. & char. 82. col. fi. uer. & aduerte. Nõ tenetur tamen hoc casu iudex de toto, sed de excessu, ut per Hipp. in d. §. plurimum, & patet ex no. per Dec. in c. ad nostram. in 2. not. de appel. & per Alex. in consi. 75. in-
5 c. ip. uiso themate. in 3. uol. Et † q̃ hæ interrogationes sint à iure approbatæ, habes in toto titu. ff. & C. de quæstion. & in text. not. in l. diuus. ff. de cust. & exhi. reor. uer. sed & caput. & ibi glo. in uer. de sociis. Nõ obstat §. tormẽta. quia loquitur in seruis, & liberis, qui non possunt dicere testimonium contra dominũ. & parentes l. seruos. & l. parentes. C. de testibus, sic etiam de aliis in l. Iulia ff. de testi. iuxta not. per Bar. in l. maritus. ff. de quæst. Quę ratio cessat, cùm reus examinatur, cuius uox, sermo, & uultus plurimum momenti affert ad ueritatem inueniendam. d. §. plurimum. & minus obstat. l. nimis graue. si illam uides. Veruntamen aduerte, ut bene gustes solu-
6 tionem præsentis difficultatis, † quòd impossibile uidetur, ut initium sumatur ab ipso reo, & quòd ipse reus examinari possit sine aliis indiciis prorsus, uel præsumptionibus: uel, ut melius loquar, suspicionibus: quia si debet capi, requiritur quòd aliquid præcedat, ut dixi in materia capturæ, si debet inquiri similiter, & multò magis. Nec ego unquam uidi aliquem citari, ut examinaretur, sine aliquibus indiciis uel suspicionibus: nec fit, nec fieri debet, quia nimis magna daretur materia malis iudicibus uexandi homines, & pecunias extor-
7 quẽdi. Veruntamen † habitis aliquibus coniecturis redactis in scriptis, sicut permittitur citatio per capturam: quare etiã non permittetur per citationem uerbalẽ, quæ iustificetur pro ueritate indagãda talis delicti? Tamen non fit, quia fugerẽt rei: sed si fieret, ualeret, iuxta l. fi. C. de procu. & suprà dicta in ultimo modo procedẽdi per præcepta sub pœna confessi. Nõ tamẽ admittere hãc citationem, ita ut esset uia sic procedendi: quia, ut dixi in illo ultimo modo, hic modus non inuenitur: sed ad finem ut reperiretur uia procedẽdi per mo-
8 dos licitos. Pone enim, † q̃ nesciam me bene explicare, quomodo sit formanda inquisitio, nonne potero eum citare, ut examinetur? certè potero, iuxta d. l. fi. Et hæc est quæstio, an quis possit citari, ut personaliter compareat, & conclusi in loco, ubi suprà, posse citari cum causa, tamen debet esse suspicio præcedens, sicut dicitur de captura. Et ad hoc facit, quia si permittitur citatio personalis, quare non debet admitti uerbalis? Sed ideo non fit, ut dixi, ne fu-

giant. & quod dicitur per Bart. quòd sola trepidatio sine alio indicio sufficit, procedit in indicio ad torturam: tamen debet aliquid præcedere, aliter præceptum nunquam posset esse iustificatum. Et ideo Ias. & Alexand. in d.l.fi. dum dicunt ualere dicta præcepta, quòd quis personaliter compareat cum causa, ita ut non possit comparere per procuratorem, loquuntur ubi adsunt indicia: & non, ut aliqui putant, quando sunt sufficientia ad torturam. Sed quando causa est talis, in qua admittitur tortura, nec magis loquuntur post inquisitionem quàm ante: ideo si ante, etiam interrogantur, prout interrogari debent, iuxta not. per Aretin. ubi suprà, post Angel. in d.l.si uacantia. Cur igitur ante non admittuntur, præcedentibus indiciis, uel aliquibus suspicionibus? Fateor quòd est insolitum, ne rei fugiant, ut dixi: nec etiam decretum Senatus hoc permittit ab eo cõditum sub hoc duce: tamen fieri posset, & interdum etiam Senatus permittit. Et ad prædicta etiam considera, quòd text. in d. §. tormenta. non dicit id, ad quod allega-
9 tur: sed quòd non est sumendum† initium probationis ex domo rei: ideo probat ꝙ bene potest sumi, quo ad probationem coadiuuandam. Et ita lex fi. in fi. & ibi glo. & Doctores, maximè Bal. C. de æden. Et pro hac opinione etiam non est spernendus Ang. in uers. fama publica. in pri. dicens, quòd ad aliquem actum iudex non potest deuenire, nisi præcedentibus indiciis, inuenio quòd articulum hunc latè disputat Aret. in c. qualiter. *el secondo*. §. de bet. colum. 3. & 4. extrà, de accusat. ubi uide. Et quia iudex, qui interrogat, non recipit responsionem sine iuramento de respondenda ueritate, ut per Bartol. in l. inter omnes. §. rectè dictum est. in fi. ff. de fur. & per Angel. in gloss. comparuerunt dicti inquisiti, & negarunt totum. & Hippol. in l. penult. colum. penult. ff. de quæst.
10 Ideo scias, † quòd si responderet falsum, non puniretur de falso, secundum Alex. in l. 1. ff. de bo. eor. qui sibi mor. consci. pro qua opinione uide gloss. in c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. & Iason. in l. 2. C. si cont. ius uel utilit. publ. Qui dicit, quòd tacens ueritatem punitur ut falsarius, post Doctores in ea lege, & Bartol. not. in l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. empt. Verùm limitat, ut procedat in teste, non in parte, per d. gloss. ne quis arbitretur. Et pondera, quòd Ias. loquitur magis generaliter, quàm faciat Alexand. uidelicet in omni materia etiam ciuili, & in qua non tractetur de redemptione sanguinis & famæ, prout loquitur Alexand. Tu tamen intellige quæ dicit, etiam secundum terminos decisionis Alex. qui fundate loquitur. Sed contra Alex. etiam uidetur obstare Bal. in l. & si legib. C. si con. ius uel uti. pub. ubi latè distinguit in articulo, Vtrum reus propter mendacium puniatur, an cum iuramento dicat uel non? & ubi sine iuramento dicit, uult licitum esse mendacium, ut redimatur fama & sanguis, iuxta d.l. 1. ff. de bo. eor. qui sibi mor. consci. Tene tamen cum Alex. etiam quòd sit mendax periurus, quo ad forum fori, secus in foro poli: quia non euitat periurium quo ad Deum, ut latè per Abb. in c. 1. colum. 2. de test. cog. & ibidem per Felin. colum. 2.
11 uer. & in quantum D. Abb. An † tamen etiam in teste, uerum occultante, cadat falsum, saltem punibile, secundum statuta punientia testem de falso testimonio, sicut si diceret falsum? Dicam infrà loco suo sub titu. de falsis. Prosequendo mate-
12 riam examinum scias, tu iudex, † quòd interrogatio debet fieri in genere, si maleficium ipsum commisit: non in specie. alias si in specie interrogares, & de modo & causa, esset potius suggerere & instruere, ut ita diceret ad euitandum tormenta, quàm aliter: nisi indicia essent ita magna, ut pro certo sciret iudex illum commisisse maleficium. Et ita confessio hoc modo facta, in actu torturæ, uel præcedentibus minis de torquendo, diceretur extorta per suggestionem, & instructionem iudicis, ut per Bartol. in l. 1. §. qui quæst. ff. de quæst. & Hipp. ibi per Sal. in l. fi. in fi. C. de accus. Ang. in uer. fama publica. colum. ult. & Brun. in tract. suo, char. 3. colum. 3. uersic. qualis autem sit modus. & latius char. 10. colum. 2. uersic. uideamus. & qui scribunt post Bartol. in d. §. qui post quæst. dant pul-
13 chrum simile de interrogatione, † quam facit notarius infirmo testatori: dicens, Si uult instituere Sempronium: quia non bene interrogat, sed in genere dicere debet,

Quem

Quem uult instituere. & permittere, ut testator illum nominet. Et hoc est, quod dicit lex, quòd palam à testatore ore proprio nuncupandi sunt hæredes.l. hæredes palàm. in princip.ubi gloss.& Bartol.C.de testa. Communis tamen conclusio est,ualere testamentum etiam ad responsionem notarii in specie interrogantis,quando respondet affirmatiuè: & consequenter simile illorum non uidetur bonum, & probat contrarium, ut per Ias.in d.l.iubemus.Soccin.consi.92.in 3.uolum.in 3.char. colum. 1. & seq.& eodem uolum.cons.28. colum. penul.& in 2.uolum.consi. 23. colum.4. & 5. Et ita esset tenendum etiam stante statuto nostro, quòd ore proprio nominari debet hæres: quia illud statutum in reliquis operatur, si illud uides. Et ita fuit iudicatum per D. Gregorium Panigarolam sub collegio nostro. Limitant tamen Doct. ubi suprà,quando testator esset turbatus ualde,propter infirmitatem:quia eo casu uideretur potius respondere interrogationi speciali per suggestionem, quàm aliter. quod non esset,ubi cessaret prædicta qualitas: nisi testator esset stultissimus. Et ideo in prædicto casu, quando esset turbatus: simile illorum esset optimum ad casum nostrum, quando in tortutura quis interrogaretur in specie: Quia
14 † dolor in eo torto est maior, quàm sit utriusque manus abscissio.§. si. in Auth. ut nul.iud. Excusaretur tamen forte notarius à falso,ut dicam in materia falsitatis. Scias
15 etiam quòd † iudex, dum interrogat, debet multum præcauere, ne inducat reum ad confitendum propter aliquam pollicitationem, uel torturam comminatam. Et idem dico de testibus, per ea quæ dicit Bartol.in l.1.in princip. ff.de sic. & per l.1. ff. in princip.ff.de fals. arguendo de parte ad iudicem Fateor tamen, quòd debet adhibere subtilem indagationem in ueritate habenda, etiam fingendo id, quod non uult facere: ut declarat Bartol.in l. minore.§.plurimum.ff.de quæst. & suprà dixi. Sed promittere est nimis absurdum, imò disputant Doctores, an si iudex dicat, Fa-
16 tearis, † promitto tibi facere gratiam: uel ita agere, ut tibi fiat, an teneatur seruare quæ promisit, & an possit reus super ea confessione sic extorta damnari?

Et circa primam quæstionem, uide Imol. in l.is qui reus. colum.penul.ff. de public. iudic. dicentem, quòd iudex non tenetur seruare talem promissionem, in foro contentioso: quia est contra ius publicum.Ad idem Felin. post Imol. in cap. accedens.2, colum.2.ut lite non contest. & Præposit. in c.nos in quenquam.2. quæst. 1. Et magna est etiam dubitatio,quid in conscientia? quia Imol. per uerbum, fortè, tenet seruandam esse, in dicta l.is, qui reus. Felin. uerò arguit in oppositum, adducendo dolum, quo aliquando usus est summus Pontifex in ueritate inuestiganda,qui fuit licitus:ut ibi per eum.ac etiam de illo dolo uide Iasonem in l. si mora. colum. 1. ff. solut.matrimonio.& in l.is,qui pro empto re.char.15.ad fin. & sequen. ff. de usucap. & Put.de syndic.char.penul. in ultimo uersiculo.Tamen dicit Felin. ubi suprà, quòd hic casus indiget multiloquio: ergo sine dubio in foro contentioso remanet res absoluta, quòd non tenetur iudex seruare. Et ponit Alciat. in tractatu præsumption. regula 3. præsump.27.numero quarto.
17 Circa secundam difficultatem, † an teneat confessio? uidetur in consequentiam dicendum, quòd ualeat, & consequentiam facit Decius in l.ea est natura. ff. de regul.iur. ubi attingit utranque quæstionem: licet sentiat in utraque, quòd iudex tenetur seruare, & quòd confessio nihil ualet in effectu. Tamen contrarium,quòd imò re ipsa non noceat confessio: quia possit reuocari, ultra Decium tenet Imola consilio 109,& Hippol.in l.1.§.quæstioni. de quæstionibus. & uide fundamenta huius partis per Signorol.consi.102.& consi. 103.& idem tenet Iac. de Beluiso in tracta.malefic.in rub.de quæstio. & ideo quidam ad Deci.in ea regula,tenet,quòd & si promissio nihil ualeat, tamen confessio possit retractari ut per eum. & uerè Imola in d.l.nihil loquitur de confessione, sed tantum de promissione. Sic etiam Felin. in d.cap.accedens. econtrà uerò Imola in illo consil. loquitur tantùm in confessione, & ita una decisio alteri contradicere non uidetur. Attamen contradicunt, secundum communem sensum doctorum, secundum quem etiam dic quòd Imola bene loquitur in utroque loco. Nam in d.

d.consil. loquitur quando constat omnino extortam fuisse dolo, & dictum sibi fuisse, ut confiteretur, quia fieret sibi gratia, & quòd aliter non erat modus liberandi eum. Et ideò non est mirum quòd non ualeat illa confessio reuocata. Sed in d.l.is, qui reus. simpliciter loquitur quando iudex dixit ei, Vt si diceret ueritatem, nullũ malum pateretur.& sic non fuit dictum, ut diceret rem ita esse, sicut in priori casu:sed quod narraret ueritatem. Et hoc nihil mali continet, etiam quòd ei persuasisset, ꝙ nihil mali pateretur si diceret ueritatem. Quia ad nihil aliud uerba tendebant, nisi ut uerum diceret. Sed ubi dicatur ei, ꝙ ita dicat, & quòd est necesse eum ita dicere ut euadat, & ita eruatur confessio, est sine dubio extorta dolo, & potius debet dici falsitas, quàm ueritas: maximè quando nõ aderant indicia. Et ita etiam intellige quæ latè & notabiliter dicit Put. in tracta. suo, char.82.col.ult.uersi.& aduertendum. ubi dicit quòd iudex debet esse subtilis indagator.l.de minore.§.1.ff.de quæst. interrogã
18 do de circunstantiis etiam remotis † fingendo uelle id quod non uult, & dando bona, & melliflua uerba, & faciendo eum uideri, & alia signa humanitatis ostendẽdo. Item fingendo, si sit mulier, se eam deperire, & demonstrando ei signa amoris, per quæ electuaria dicit quòd multoties rei confitentur de plano magis, quàm per torturam. Et subdit quòd etiam promissio, ꝙ liberabitur, non ualet: quia est contra publicam utilitatem. Item nec iuramentum, ut per eum, qui fundatè loquitur. Sed, ut dixi, intelligi debet quando uerba iudicis erant, quòd diceret ueritatem. Sed si erant ut diceret aliquid præcisè, aliter quòd non posset euadere, est extorquere. & ita etiam probat text. in d.l.1.§. qui quæstionẽ ff.de quæstio. qui textus etiam duntaxat loquitur ubi in specie interrogatus est: & ideò plus est si addantur illa uerba, Et si ita non dicas non poteris euadere, uel æquipollentia. Vide etiam Put. in eo tract. char.92.col.2.uersic.sequitur. & quæ dicit ibi etiam sic intellige, & dicam infrà, fortè latius, in materia torturæ in 11.q. principali, circa fin. Vide etiam Dec. in l. unica. C.de sentent. quæ pro eo quod interest.
19 in 7.notabili. Et aduerte † quia si iudex, hanc indagationem facit animo inueniendi ueritatem excusatus est. Sed si animo ut confiteatur uerum uel falsum fit, puniri debet pœna capitis, per dictum Bal. in l.1. colum.5.C ne ex delicto defun. Et prædicta notabilia, sunt in materia doli liciti, de quo est text. principalis in l.1. §. non fuit.
20 & ibi glos.ff.de dolo. Et memor sum † ꝙ quidam explorator Christianissimi regis miserat literas inuictissimo Cæsari, quibus petebat saluum conductum, quo posset eidem multa propalare, & repertis dictis litteris ab officialibus regis fuit captus ab eis:& ipse se excusabat, dicendo ꝙ petierat saluum conductum, ut ea uia & bono dolo haberet additum ad Cæsarem & eius secreta intelligeret, & intellecta regi referret. Quæ excusatio ea ratione fuit admissa à Lotrechio uices regis gerenti, qui dicebat, Contentus sum hunc liberari: quia conuenit ut bonus explorator sit
21 proditor utriusque. Vltimò adde † ꝙ iudex bene potest interrogare testem, an sciat uel credat, quando eum examinat: secus quando iam examinauit: quia esset captiosum, ut per Aret. & Meder. post Io.And.in cap.inquisitionis.§.qui sciuisti.de accusat.

Tit. de Responsionibus à reo faciendis.

SVMMAE.

1 *Instrui potest responsurus ad ueritatem exprimendam.*

2 *Responsurus, qualificatæ interrogationi sibi factæ debet prius negare, & postea respondere, quòd si id fecit cum tali qualitate fecit uel confiteri qualificatẽ, & addere non aliter nec alio modo. Et an iudex teneatur admittere talem confessionem?*

3 *Examinatus semel siue reus, siue testis, si iterum examinatur, quid dicere debeat ut exitet uarietatem.*

4 *Testis uel reus debent affirmare uel negare id, de quo uerisimiliter recordantur. non autẽ dicere se nõ recordari, aliàs reus potest torqueri, testis de falso puniri.*

Oblinio

5 *Oblivio verisimiliter cadit ratione diei, non mensis vel anni, & in quibus alia cadat.*

6 *Testis deponens primò scire, posteà nescire id, de quo verisimiliter poterat habere memoriam quia fuit præsens, puniri potest de falso.*

7 *Testis deponens aliquid factum à decem annis citra, debet apponere copulam Et si verò dubitat an sit tantum tempus, debet apponere particulam, Vel circa.*

8 *Testis volens deponere quòd omnes intervenerunt debet apponere universalem, omnes. non autem indefinitè loqui.*

9 *Reus innocens debet audacter respondere, non autem timidè.*

10 *Responsurus quod aliquis scit, debet deponere non solùm quòd præsens fuit: sed quod aures attentas habebat ad id: secus si deponat de scientia propria, quia sufficit ut dicat, quòd erat præsens.*

11 *Notarius scribens actum talibus, præsentibus, non incidit in falsum, si illi dicant nihil scire: secus in secundis notariis qui subscripserint se testamento ex forma statuti Mediolani si dicerent nil scire.*

12 *Testis interrogatus non debet respondere nimis animosè sed animo quieto, nec etiam nimis citò vel nimis tardè.*

13 *Respondens primò scire, posteà nescire: vel primò quòd credit, posteà quòd non credit an incidat in falsum?*

14 *Testi, vel reo deponenti iterum idem in effectu per diversa verba magis creditur.*

15 *Respondens vidisse de nocte, debet respondere vidisse addita ratione: ut, quia Luna lucebat, & clariorem rationem addere, quando de qualitate hominis responderet.*

16 *Mitius agitur cum confesso, quàm convicto: imò interdum confessus præmio afficitur.*

17 *Respondens reus nō debet respōdere an sit culpabilis, vel ne: sed tantum super facto.*


18 *Advocatus salva consciētia, nō potest instruere reum ad tacendā veritatem, etiā ubi ingeritur pœna sanguinis nedū in aliis causis.*

19 *Advocatus tenetur persuadere clienti, ut restituat quod indebitè tenet sine scandalo tamen, ut opera confessoris.*

20 *Advocati in quibus dignè officium suum exercent, & in quibus indignè.*

21 *Advocatus potest per se subterfugia decipere alium advocatum, quando adversarius fovet iniustam causam.*

22 *Advocatus non potest clientem instruere in falsis probationibus, aut falso iuramento, etiam quòd adversarius foveat iustam causam.*



Upra dictum est de modo interrogandi nunc quæro quis sit modus in respōdēdo quod à me fit, non ut instruam ad dicendum 1 mendaciū, sed ad veritatem exprimendam, quod est omnino permissum, secundum Bald. in l. 3. §. 1. in 2. lectu. ff. de testib. Felin. in cap. præterea. col. ulti. de testib cog. & in c. licet causam. char. 5. col. fi. in fi. de probat. Oria. in c. quoniam contra. de probat. in verbo, testium. col. 5. in prin. & Bald. in l fi. col. penul. C. si ex fals. instru. Et non tantùm permissum, imò elaborandum est, ut nulla arte verborum offuscetur, & opprimatur. l. 2. C. de ædendo. & c. indicantem. 30. quæst. 5. cum similib. Et facit quòd dicta testium sunt adiuvanda, ut habetur in c. cùm tu. de testib. Faciuntq; infinita, quæ dicūtur ad favorem veritatis, iuxta l. fin. in fi. ff. de probat. congesta per Calcan. consi. 1. col. 1. & Dec. in c. quoniā
2 contra. col. 2. de proba. Dico igitur 1 ꝙ tu, qui vis cautè respondere, ubi velis fateri verum, sed qualificatè: quia re vera fit qualificatum, non debes simpliciter fateri cū qualitate: quia hoc modo scinderetur confessio, & qualitas non tibi prodesset: sed debes primò negare, posteà dicere, Et si id feci, feci hoc & illo modo: quia tūc evitas dictum Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. lega. Et hanc practicam ostendit Ang. in glo. comparuerunt inquisiti, & partim negant, & partim confitentur. col. 1. & 2. & dicam infrà in materia confessionis. Vel etiam potes in primis confiteri, addendo circa qualitatem, Nec aliter, nec alio modo confiteor, secundum gloss. & Bald. explicitè in d. l. si quidem. & Ias. in §. item si quis. colum. 4. Institut. de actio. An tamen teneatur admittere iudex tales responsiones, maximè stante statuto, ꝙ simpliciter sit respondendum inquisitioni, ut-

de in l.1.in princ.ff.de uulg.& pup.maximè per Aret.& Soc.& in l.1.§.si quis simpliciter.ff.de uerb.oblig.maximè per Alexan. & dicam infra in materia confessionis. Itē
3 † ubi fuit reus uel testis semel examinatus, & iterum examinetur super eadem re, quia memoria est labilis, faciat ut sibi legatur dictum suum, antequàm respondeat. & utcunque se res habeat, debet apponere hæc uerba, Quòd deponit, prout nunc sibi uidetur.& si apparuerit aliter dixisse in primo examine ex nunc corrigit hoc secundum dictum, & redigit ad primum cum eo tempore melius recordaretur. secundum Bartol.in l.eos.uersic.quæro pro declaratione.ff. de fals. & Alexand. in consi.56.colum.2.uolum.2.sic euitat uarietatem. Item ubi uerisimiliter recordantur rei, uel testes, non debent dicere,
4 ut multi faciunt,† quòd non recordantur: sed simpliciter debent dicere affirmatiuè uel negatiuè id, de quo recordantur: quia, qui dicit non recordari,& uerisimiliter recordatur, si sit reus, uti mendacium dixerit, torquetur, si testis punitur de falso.Bal. in l.presbyteri. C.de episc. & cleri. Doct. & maximè Ias.in l.præscriptione.C. si contra ius, uel util. public.Bald. in l. uerba.C. de adulte.& Barba. in rub. de fide instrum. col.13. Bald.in l.ea.quæ.in fi.3.col.C.quo modo & quado iudex & in l. si præsidi. ad fin.C.de donat.ante nupt.Et ideò esset ui-
5 dendum, § quæ sint ea,in quibus uerisimiliter cadit obliuio.ad quod in primis uide Bald in l.presbyteri. ubi dicit quòd præcisè diei facilis est obliuio. & Barbat.in consil.39.char.76.colum.2. in fi. & princ. seq. uolum.1.Vbi aliter dicit, quo ad mensem & annum,& ut ibi, & in genere quando cadat obliuio, uide gloss. & Doct. in l.1. C. de ser.fugit. & in l.si res obligata.ff. de le-
6 ga.1.Et ideò si testis deposuit † primò nescire, posteà scire, id quod uerisimiliter habebat in memoria: quia erat factum præteritum, cui erat præsens, puniri poterit de falso. Ita Aretin.in suo uulgato cō
7 silio.71.colum 2. Item † si testis uel reus uult deponere quòd à decem annis citra quid factum est, debet dicere ab annis decem, & citra, cum copula, Et. ut per Bart. in l.Celsus.colum.penul.& si ff. de usucap. Eodem modo ubi quis dubitat, an sit tantum tempus, plus'ue, aut minus, addat tempori dictionem, Vel circa. quia excusabitur à falso. Rapha. Comens. consi.91.
8 ubi uide. Testis etiam † si uult deponere quòd omnes interuenerunt, non sufficit quòd indefinitè loquatur quòd interuenerunt: nisi dicat, Omnes. ut habetur, maximè per Ias. in l. non hoc. C. unde legit.& in c. in præsentia. de probat. Reus
9 etiam,ubi est innocens, † audacter respondere debet: non autem modo quo uideatur timere, ne incidat in suspicionem. per text. & ibi Bartol. in l. de minore.§.plurimum. millies allegatum. Item quando
10 † quis interrogatur, an alter aliquid sciat: si intendit dicere eum scire, non sufficit, si narret quòd erat præsens, uel quòd scit: quia præsens erat. sed debet expressè dicere, quod illud audiuit, uel intellexit: quia præstabat aures attentas, uel dicat aliud signum apertum, per quod inferatur eum illud scire. Nam ex hoc quòd quis sit præsens, non sequitur: ergo intellexit. Bartol.in l.1.ff.de auctorit. tutor.§. fin.& hoc nisi ille, qui loquitur, uellet deponere de intelligentia propria: quia sufficit quòd dicat se præsentem fuisse. ut per per Barto.ibi,& Ias.ut paucis agam,in l.1.
11 §.uoluntate.ff.solu.matrim. Et ideò † licet notarius dicat, actum præsentibus talibus,& illi asserant nihil scire, non incidet in falsum notarius. Tamen uide ibi Iason. qui allegat hoc in casu decisionem in oppositum: bene notarius ipse, qui attestatus esset de præsentia, non posset se excusare quin intellexisset. Quod facit ad secundos notarios. qui in testamentis, iuxta statutum nostrum, se subscribunt in eis, & attestantur quòd fuerunt præsentes. nam est idem ac si dixissent, & intelligentes, & sic non possunt posteà aliter dicere. Et uide etiam ad hæc Alexand.cons.34.colum. 3.uolum.3.Oria. in cap. quoniam contra. de probatio.in 6.colum. post uersic. iuxta præmissa. in sequenti quæstione. Deci. consil.100.colum.4.uersic. 13. & Alexand. consil.70 colum.7.& consil.73. uolum.2. Et quia dixi quòd reus innocens non debet loqui timidè, sed audacter, ne incidat
12 in suspicionem, Adde quòd † testis non debet etiam nimium animosè loqui, sed animo quieto. Et ita ut non ostendat affectionem

fectionem deponendi, prout facit: aliter redditur suspectus. Soccin. consil. 129. col. 4. circa fin. & in 3. uolum. consil. 28. colum. 3. & Deci. in d. consil. 100. charta. penult. colum. 2. ad fin. & ibi colu. 5. uersicu. 2. iste testis dicit quòd in repetitione sine timore debet dicere adiungendo aliquid dicto suo. & adde quòd nec debet respondere nimis citò, nec nimis tardè: aliter efficitur suspectus. Felin. in c. cùm causam. col. 12. in fi. de testi. Alex. in l. 1. in fi. penultimæ apo-
13 stil. ff. de fals. Et † an ille qui prius dixit scire uel nescire, possit posteà respondere quòd credit uel non credit: & an incurrat in falsum? Vide Aret. consi. 44. colum. fin. Alexan. consi. 44. col. 3. uolum. 2. & Felin. in c. proposuisti. col 4. & seq. de probat. Item
14 reus uel testis † quando iam examinatus fuit uel deposuit, non timeat idem in effectù respondere, etiam per diuersa uerba, imò magis ei creditur cùm id facit. argu. l. 3. §. 1. ff. de testi. & est tex. in l. qui sententiam. C. de pœn. Soccin. consi. 254. colum. 3. uersi. capio primum Las. in l. 2. de secund. tab. uersic. 2. est doctrina Bal. Item caueat
15 reus † uel testis si interrogetur an quid uiderit noctis tempore, nec temerè respõdeat, Vidisse. nulla addita ratione, quia noctu non uidemus, nisi Luna luceat, uel lumen accensum sit, unde efficeretur suspectus. glo. in l si cum exceptione. & ibi Bal. & Doct in §. in hac. ff. quod met. cau. in l. si non minorem. C. de transact. & in l. si non speciali. C. de testa. Imò etiam quando Luna lucet, non tamen est ita clarum sicuti de die. Quod patet, & est glo. Institu. de lega. in §. nostra autem constitutio. in uerbo, lucubratione. Habet enim Luna radios lugubres, Sol uerò claros, ut ibi in d. glo. Et ideò quãdo tractaretur an uiderit, etiam quod Luna luceret, qualitatẽ alicuius hominis, an esset pallidus uel rubeus, & an haberet caligas unius uel alterius coloris: quod fit maximè quando non fuit cognitus homo, ut per hæc signa deueniatur in eius cognitionẽ: si diceret, uidisse, quia Luna lucebat, esset ualde suspectus. Itẽ me-
16 lius est, † ꝙ reus sponte fateatur delictũ, quãdo uidet ꝙ omnino probabitur, quàm expectare se conuinci, quia mitius agitur cum confesso, quàm conuicto, secundum Abb. & Moder. in c. at si clerici. de iudic. & interdum afficitur præmio, ut in d. l. quisquis. in fi. C. ad l. Iul. maiest. & in c. non dicatis. 12. q. 2. & l. non omnes. §. fi. ff. de re mili. & per Bar. in l. 1. §. cum quis latrones. ff. de quæst. Intelligo tamen quando confessus spontè uenit ad iudicium. Ita loquitur tex. in d. c. at si clerici. in prin. & glo. in c. de hoc. de simon. & ita loquuntur Doct. Sed adhuc tamen hoc esset habendum in maxima consideratione, quando nulla penitus fuissent indicia aduersus eum. iuxta not. per Areti. in c. cùm dilecti. col. pen. &
17 ulti. de accusa. Scias etiam † non oportere reum in sua respõsione dicere an sit culpabilis, uel non, quia hoc pertinet ad iudicem, sed debet respondere super facto an fecerit uel non. ut not. Bar. in l. 1. §. accusatione. in fi. per illum text. ff. ad Turpil. & Alex consi. 116. col. 1. in fi. uolu. 3. Et iuxta
18 prædicta † quæro an quando ingeritur pœna sanguinis, possit aduocatus, uel causidicus instruere reum ad tacendam ueritatem, salua conscientia? Et uidetur posse per not. per Bart. in l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mor. consciuer. Tamen aliter tenent Doct. in c. 1. de testi. cog. ut ibi per Abb. & ita sanctus Thomas in secunda secundæ quæst. 69. artic. 1. & per eundem in eadem quæst. artic. 2. & ideò Bart. in l. relegati. ff. de pœn. in uersic. ulti. nota, dicit Theologos affirmare ꝙ etiam damnatus ad mortẽ fugiẽ, peccat. Et si peccatum est in eo qui uitam propriam tuetur, quis dubitaret de aduocato & causidico, qui, ut lucrentur quid minimi, & non alia ratione instruunt ad mentiendum? Et uide etiam ultra Doct. in d. c. 1. Alberi. in dictiona. suo. in uerbo, mendacium. & glo. 13. distin. in summa. Et non solũ quo ad Deum, sed etiam quo ad mundum in omni materia, ubi aduocatus uidet clientem suum fouere iniustam causam, non debet eum docere, ut ueritatem
19 taceat: † imò debet ei consilium dare ut restituat, quod indebitè tenet, sine scandalo tamen: sed opera alicuius confessoris, aliter tenetur ipse, ut est glo. in c. 1. de con-
20 fess. in 6. Et si uis bene uidere † in quibus aduocati dignè officium suum exerceant, & in quibus indignè, uide Put. in suo tract. syndic. de excessibus aduocatorum. char. 5. col. ult. uersic. aduocati. Vltimò tamen
21 in colu. 2. dicit, † quòd potest aduocatus

per subterfugia decipere alium aduocatũ. Et dicit ita fecisse Moysem 23. quæst.3.c. Dominus noster. Quod uerum est, secundum illam gloss. quando aduersarius fouet causam iniustam, ut est etiam glo. in c. cupientes. in princ. in uerbo, malignantium. de elect. in 6. & ponit Ias. in l. cùm proponas. 2. C. de pact. & in l. si rem inspiciẽdam dedero. ff. de præscript. uerb. Non tamen
22 licet, etiam † quòd aduersarius foueat iniustam causam, instruere quo ad falsas probationes, uel iuramentum falsum, ut per Ias. ubi suprà, & Doctores in d c. 1. de testib. cog.

Tit. de Confessis.

SVMMAE.

1 *Interrogatis quæ cõtingant*
2 *Confessio spontè in iudicio facta, & non reuocata, sufficit ad condemnandum, absque alia ratificatione*
3 *Confesso datur dilatio ad se defendendum.*
4 *Confessioni non semper est adhibenda fides.*
5 *Confessio debet esse cum perseuerantia.*
6 *Confesso dari debet dilatio ad se defendendum, ita demum si petat.*
7 *Iudex potest etiam, nemine petente, reum defendere, ante confessionem tamen.*
8 *Confessio notorium inducit.*
9 *Confessus, etiam si non petierit dilationem, non tamen statim morti tradendus est à iudice: sed interposito aliquo interuallo, ut cognoscatur perseuerantia.*
10 *Conuicto iudex omnino dare debet dilationem ad se defendendum, etiam non petenti.*
11 *Confessio ex quadam leuitate, & maximè non præcedentibus indiciis, iudex dare debet dilationem etiam si non petatur.*
12 *Defensio reis debet regulariter quæri à iudice, & suppleri etiam in facto. & non solùm ante publicationem processus, sed etiã post, & post conclusionem in causa.*
13 *Confessio etiam uerisimilis requirit perseuerantiam. & dilationem dari à iudice.*
14 *Confessis spontè ex consuetudine, quæ ubique est, dari debet defensio, Mediolani uerò ex statuto.*
15 *Defensio à iudice quæri non debet, etiã parte non petente, ubi tractaretur de seruanda, uel non seruanda aliqua solemnitate.*
16 *Copia indiciorum ante quæstiones dari non debet parte non petente.*
17 *Condemnari quando quis possit, non data defensione.*
18 *Condemnatio quando possit sequi non data defensione petita.*
19 *Confessio spontanea sine ratificatione, tunc ad condemnationem sufficit quando de delicto constat.*
20 *Confessio spõtanea qualificata non sufficit ad condemnandum quem ad mortem.*
21 *Præsumptiones etiam uehementes non sufficiunt ad condemnationem mortis.*
22 *Confessus se occidisse sed defendendo, uel occidisse non animo occidendi, idem uidetur dicere.*
23 *Confessus furtum, sed addens se accepisse, quia crederet dominum permissurum, an habeatur pro negante?*
24 *Confessio qualificata, ea qualitate, quæ tendit ad uariationem, seu diminutionem delicti, qualiter noceat.*
25 *Respondens se non occidisse aliquẽ, & quòd si fecit, fecit ad sui defensionem, habetur pro merè negante*
26 *Confessus cum qualitate addita clausula, nõ aliter, nec alio modo, nisi acceptetur qualitas habetur pro negante.*
27 *Confessus qualificatè ad eruendam ueritatem, potest torqueri.*
28 *Tortura purgantur non solum indicia, sed etiam ueræ probationes.*
29 *Torqueri potest quis cũ protestatione quòd propter hoc non fiat præiudicium uiolentis præsumptionibus.*
30 *Confessi responsio dicentis, se fecisse homicidiũ ad sui defensionem, admittitur etiã stãte statuto, quòd simpliciter respondeat.*
31 *Confessus simpliciter potest ex interuallo se excusare, & dicere quòd fecit ad sui defensionem: nisi ueniat contra iuramentum suum.*
32 *Iuramento suo quando quis dicatur contrauenire.*
33 *Periurus repellitur à se defendendo, & quomodo intelligatur.*
34 *Confessus, licet possit se excusare ex interuallo, non tamen potest ea excusatione, quæ perimat confessionem.*

Con-

35 *Confessus quando non potest se excusare, potest errorem suum corrigere*

36 *Confessio negantis fecisse homicidium, sed incontinenti dicentis, Si tamen feci, id feci ad meam defensionem, admittitur distinctè.*

37 *Reus qui primò negauit ubi uidet se conuinci potest dicere fecisse ad sui defensionem, & admittitur talis responsio.*

38 *Condemnari non potest quis non formata inquisitione, uel accusatione, etiam si crimen sit notorium.*

39 *Capitaneus iustitiæ Mediolani quotidie liberat aut condemnat, non formata inquisitione, uel porrecta accusatione: facta tamen relatione in Senatu, ante absolutionem processus.*

40 *Confessio tollit omnem ineptitudinem processus, & quomodo procedat.*

41 *Confessio principaliter facta sufficit ad condemnationem, secus si incidenter.*

42 *Confessus incidenter punitur quando confessio tangit crimen, quod principaliter est deductum.*

43 *Confessio debet continere locum & tempus, sicut inquisitio & accusatio.*

44 *Testis debet de loco & tempore deponere de quo in accusatione uel inquisitione, aliàs non probat.*

45 *Confessio extraiudicialis sufficit ad torturam, etiam si non contineat locum, & tempus.*

46 *Confessio non uerisimilis quid ualeat.*

47 *Confessio coram iudice incompetente facta, uel non in forma iudicii, uel die feriata non ualet.*

48 *Captura non ualet à iudice incompetente facta.*

49 *Confessio clerici coram iudice ecclesiastico incompetente, non ualet ad condemnandum.*

50 *Confessio facta coram iudice competente respectu personæ sed incompetente respectu materiæ, non ualet,*

51 *Confessio clerici primæ tonsuræ tantùm non ualet coram iudice seculari, etiam si clericus fateretur se laicum.*

52 *Confessio coram incompetente iudice facta, ualet: ubi iurisdictio est prorogabilis.*

53 *Captura per incompetentem iudicem facta ualet, si reus erat suspectus de fuga.*

54 *Confessio coram incompetente iudice facta sufficit ad torturam.*

55 *Confessio coram incompetente iudice facta, & extraiudicialis reuocari non potest, nisi facta plena probatione erroris.*

56 *Confessio coram iudice incompetente facta non est nulla sed saltem ualet, ut extraiudicialis.*

57 *Confessio extraiudicialis sufficit ad torturam.*

58 *Confessus in tormentis, si reuocet, iterum tortura repetitur, & cogitur perseuerare.*

59 *Confessionis quæ faceret plenum præiudicium si reuocaretur, deberet plenè probari error.*

60 *Confessio facit plenum præiudicium, nisi probetur factam fuisse per errorem.*

61 *Error quomodo probetur.*

62 *Confessionis reuocatio, si calumniosè fiat, non prodest.*

63 *Confessio si incontinenti reuocetur, non requiritur erroris probatio.*

64 *Error necessariò allegandus est, ubi confessio reuocatur.*

65 *Error confessionis necessariò probandus est.*

66 *Confessionem reuocans, errore probato, non potest uti uarius torqueri.*

67 *Confessio facta à minore potest reuocari etiam non probato errore.*

68 *Minor propter ætatem mitius non punitur, sed an tamen habeatur ratio ætatis.*

69 *Minor quattuordecim annis non potest corporaliter puniri ex forma statuti Mediolani abinde suprà relinquitur dispositioni iuris communis.*

70 *Confessio non attenditur, si post eam constet per testes de innocentia rei.*

71 *Error confessionis si non allegetur à reo iudex tamen si constat illi de innocentia debet eum absoluere etiam post sententiam, quæ in iudicatum transiuerit.*

72 *Allegatio erroris in ficta confessione, non est necessaria, sed sufficit probatio erroris.*

73 *Confessio etiam reuocatur quando metu tormentorum facta est.*

74 *Confessus non præcedentibus indiciis si asserat, se propter torturam confessum, et nõ appareat de tortura præsumetur spontè confessus, nisi qualitas iudicis repugnaret.*

75 *Tortura probatur etiam per coniecturas.*
76 *Confessio remanet elisa, ubi non praecedentibus indiciis captura facta esset, & torquendus esset reus potius quàm damnandus.*
77 *Vita mala iudicis in aliis etiam praesumptionem maiorem inducit in casu, quo quem iniustè coepit*
78 *Metus allegatio admittitur in reo confesso in tormentis, si dicat quòd confessus est: quia sciebat quòd si ita non fecisset iterum fuisset tortus.*
79 *Confessus sine tormentis contra quē erant indicia ad torturā, utrum possit reuocare cōfessionem uel non, est in arbitrio iudicis.*
80 *Quaestio iuris non debet esse in arbitrio iudicis sed quaestio facti.*
81 *Confessio simplex an non tantum ad principale sed etiam ad qualitates referatur.*
82 *Confessio est melior probatio aliis probationibus.*
83 *Insfectio rei est probatio non minor confessione.*
84 *Confessionis materia remissiuè.*
85 *Confessio praesumptiuè resultans magis ad torquendum, quàm ad dammandum sufficit.*

1 
Via † interrogati respōdendo interdum confitentur, interdum negātes conuincuntur, & interdum indiciis grauantur, & propter tormēta confitentur: Ideò dicā primò de confessis uerè, secundò de conuictis, tertiò de indiciis. & tortura. & quia nihil horum aliquando euenit, ut quando negant, & non conuincuntur, imò suam innocentiam ostendunt: ideò ponam etiam modum, quo rei innocentes poterunt se defendere, subiiciendo rubricam de defensionibus reorum, & successiuè usque ad finem persequar separatim materiam, capio igitur caput confessionis- Et pri-
2 mò † quaero an confessio spontè facta in judicio absque alia ratificatione sit sufficiens ad condemnandum? & uidetur esse. l. qui sententiam. C. de poen. cum similib. & ita sentiunt Doctores in l. 2. C. de custod. reor. maximè Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleric. sed Hippoly. in singul suo, 329. post Comen. consilio. 138. dicit contrarium pro ueritate habenda. Aduerte ad dicta Salic. in d. l. 2. qui latè disputat articulum, & in effectu concludit quòd non requiritur alia confessio, nec alia expressa ratificatio, sed sufficit perseuerantia: imò uult quòd sit necessaria non improbando nec reuocando confessionem, & propterea totum mundum seruare, ut tali confesso non detur illi
3 cò supplicium, † sed dilatio ad se defendendum: quia multae defensiones, etiam confesso, competere possunt, ut patet in l. 1. §. si quis ultro. ff. de quaestio. in seruo qui cōfessus fuerat, ut tandem se eximeret à saeuitia domini, & patet ex dictis per Areti. in c. cùm dilecti. in penult. & ulti. colum. extrà, de accus. & fundamentum Salic. est in
4 d. §. si quis ultrò. dum † dicit non semper confessioni esse fidem adhibendam. Nonnunquàm enim, aut metu, aut aliqua alia de causa contra se confitentur: & dum dicit, perseuerante falsa demonstratione dā-
5 nati. in eis uerbis uult tex. quòd † confessio debuit perseuerare, & durare. Et ita etiam latè Put. in tracta. syndic. char. 93. col. 1. uersic. nunc uidendum est de confessione. Ita etiam tenet in effectu Brun. in tract. torturae. char. 11. & 12. & clarè probatur in l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. & in l. unius facinoris. §. cogniturum ff. de quaestio. & per omnes Doctores dicentes, ꝙ debet dari defensio ante condemnationē, ut Gandin. in titu. de defensio. à reo facien. colum. ulti. Caepol. consil. 33. colum. ulti. in fi. Hippol. in d. l. unius. §. cogniturum per Put. in eod. tract. char. 25. col. ult. uersic. quaero an potestas, & alibi saepe. Sed
6 difficultas est † an dicatur perseuerare eo ipso quòd non petit dilationem sibi dari, an etiam requiratur, ut detur, & nihil fecerit, & an dari debeat, licet non petita? Bal. in l. nouerint. C. ut infra cert. temp. crim. quaest. tenet, debere peti. & refert & sequitur Ang. in tract. suo, in glo. qui iudex statuit terminum ad eorū defensiones, & pro hac parte est optimus text. in d. §. cogniturum. in uerbo, postulante reo. Contrarium tenet Hippoly. in d. §. cogniturum. ubi dicit quòd etiam iudex debet dare defensionem, nemine petente. & amplius tenet Put. ubi suprà, char. 25. ꝙ si hoc omittit, tenetur in syndicatu. Facit l. & si

non

non defendantur. ff de pœn. Breuiter con-
cludo in hac quæstione quòd iudex, post
confessionem, tenetur dare licentiam, sed
parte petente. Sic Gandi. ubi suprà, si il
lum bene uides. sic Bald. in d. l. nouerint. &
Angel. ubi suprà. sic Cæpol. in d. consi. 33.
7 colum. ulti. Et licet iudex † possit, etiam
nemine petente, defendere, ut Bartol. in l.
& si non defendantur. ff. de pœn. & in l. 4 §.
hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. &
in d. l. 1. §. si quis ultrò. & in quæstione in-
cip. iudex maleficiorum. colum. penult.
& ulti. Homod. in consi. 244. col. 6. & fin.
quicquid dicat consil. 46. colum. 3. & seq.
per Areti. in c. constitutus. *el secondo*. in 4.
notabi. de testib. glo. fin. & ibi Bar. colum.
2. in 2. lectu. in uersic. gloss. inducit hanc
legem. C. de æden. & alibi sæpe. Ac etiam
debeat nemine etiam petente hoc facere.
d. l. & si non defendantur, quæ est ineuita-
bilis, Bartol. in l. fin. ff. de feriis. colum. 3.
uersic. reintro glo. & consil. 100. incip. à do
mino Cino. col. 3 in prin. & Areti. omnino
consil. 247. col. 3. uersic. illud autem est in-
dubitatum. Cępol. cautela 108. incip. quod
dimittatur in criminalibus, & cautela 332.
incip. quod in causa criminali. Bart. consil.
107. uisis omnibus statutis. colum. 1. & in
l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudi. col.
3. uersic. sed primò quæro. & alibi sæpe.
Attamen hæc intelligo, ut procedant do-
nec reus sit confessus. Nam post confessio
nem, tanquàm notoriè de maleficio con-
stet, uidetur absurdum dilationẽ dari reo
8 non petente. Quod autem † notorium in-
ducatur est text. in c. fin. de cohabit. cleric.
& mulie. & in l. generaliter. C. de non nu-
me. pec. Alex. in consi. 19. in 3. colum uol.
7. & per Bald. in l. à præcedente. C. de di-
lat. qui amplius uult hac ratione, ꝙ confes
sio notorium inducat, &, reo etiam postu-
lante, denegari debere. quod tamen iudi-
co absurdissimum. Et tunc quando non pe
titur inducitur quædam perseuerãtia quæ
omnino requiritur antequàm damnetur,
9 iuxta dicta Sali. in d. l. 2. Est uerum † ꝙ iu-
dex in hoc debet esse circunspectus, ut eo
etiam casu, non statim faciat reum mori:
sed dato aliquo interuallo, & præstita ei fa
cultate, uel eius defensoribus, ut possint
eius innocentiam allegare, & petere si
quid uoluerint aliter uere non diceretur

quòd non esset petita dilatio & consequẽ-
ter ꝙ esset perseueratum. Et hæc ubi con-
10 fessus est reus. † Cæterùm si tantummo-
do esset cõuictus tunc, sine dubio, arbitra-
rer pessimè facere iudicem, qui non daret
reo dilationem ad se defendendum: quia si
tanta disputatio fit in confesso, clarissimũ
redditur in conuicto, ut teneatur, etiã par
te non petente. & consequentia, sine alle-
gatione patet, non obstat. §. cogniturum. &
quod dicit Gandi. ubi suprà, in tit. de de-
fen. in fi. quia non negant quin etiam de-
beat ex officio dare. & hæc uidetur mens
11 communiter doctorum. Vbi tamen † iu-
dex uideret reum fuisse confessum leuiter
crimen, & maximè sine indiciis, uel aliter
suspicaretur aduersus cõfessionem illam,
malè faceret, si non daret dilationem, etiã
reo non petente, & eo tunc iudicarem eũ
teneri in syndicatu. Et ita defenditur Put.
ubi suprà, char. 25 & alii in d. §. cogniturũ.
ita secundum prædicta intellige Bartol. in
l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. dum uult
ut in spontè confesso non requiratur per-
seuerantia: quia intelligitur de expressa, &
ut suprà declaraui. Et ita ex prædictis ha-
12 bes † ꝙ regulariter iudex ex officio po-
test, & debet quærere defensionem reo-
rum, & hoc sine dubio, quando uidet reũ
indefensum, iuxta l. acta. §. fin. ff. de re iu-
dic. quia est tex. ad hoc qui cauillari non
potest in d. l. & si non defendãtur. quæ præ
cisè in hoc casu loquitur. & eodem modo
quando defenditur, & habet causidicos, &
aduocatos, & tamen iudex cognoscit ꝙ illi
aliqua in re desunt, & quòd aliquid est fa-
ciendum ad ueritatem eruendam poterit,
& debebit hoc facere etiam per examen
testium, & sic supplendo etiam in facto ad
uocatis, iuxta l. 1. C. ut quæ desunt aduo-
ca. iud. sup. ut per Barto. in plerisque locis
ubi suprà. Homod. in d. consil. 244. col. 6.
& alios suprà allegatos. quòd etiam pro-
batur in præcedenti conclusione, arguen-
do de toto ad partem. l. si de tota. ff. de rei
uend. & non solum potest & debet ante
publicationem, sed etiam post, & post
etiam conclusionem in causa, ut per Bar.
in d. §. si quis ultro. & Areti. in d. consil.
247. colum. 3. ubi uide & ubi suprà. Si ta-
13 men sit confessus, † & confessio sit ueri-
similis, tunc requiritur perseuerantia, quæ

sit per dilationem si petatur. uel etiam, si nō petatur, per tantum interuallum, quòd reus uel eius agentes potuerint illam petere: aliter, si non esset uerisimilis confessio, malefaceret iudex, si non daret à seipso
14 dilationem, ut dixi. Est uerum † si adesset consuetudo dandi defensionem etiam confessis spontè, licet non petentibus ꝙ eo casu aliter esset, sicut etiam si adesset statutum, prout & consuetudinem & statutum habemus in hac ciuitate, & eo casu non esset necesse illam petere, ut unicuique patet, & explicat Ang. Aret. in d. gl. ubi suprà, post Bald. in d. l. nouerint. C. ut intra cert. temp. Et quòd adsit hæc consuetudo ubiq; ultra Salic. etiam Ang. Aret. ubi suprà idē
15 attestatur. Et prædicta † quòd iudex potest & debet omni in casu præter, quàm in confessio, cuius tamen confessio non esset eo modo, quo dictū est suprà, quærere defensionem, etiam parte non petente, & supplere etiam in facto in iis, quæ desunt aduocatis, nō procedunt, ubi tractaretur de seruanda uel non seruanda aliqua solemnitate, cuius obseruatio etiam defensionem
16 concerneret, ut † in danda copia indiciorum ante quæstiones, iuxta nota. in l. custodias. ff. de public. iudic. & per Bar. in l. fi. in pen. quæst. ff. de quæstio. & alibi sæpe. Sed tamen non uidetur danda sine partis petitione. ita Put. in tracta. syndic. char. 88. col. 2. uersic. cùm iudex. Et latè hanc conclusionem habes ex tex. in c. qualiter & quando. *el secondo* in §. debet. iūctis notatis ibi per Aret. col. 2. uersic. sed dubitatur. & ita clarè uult Abb. in c. cùm in contemplatione. uersic nunquid. de regul. iur. & Gandi. ita clarè sentit in tit. de quæstio. & torm. col. 5. uersic. sed quid erit de quæstione de facto quæ quotidie occurrit. & Ang. in uerbo, fama publica. char. 3. uersi. item aduertas. & Doct. communiter in c. grauis. de depos. & ubique, & dicam etiā infrà, in materia torturæ. Et circa prędicta etiā essent
17 uidendi casus † in quibus sine defensione quis damnari potest, ut quando renunciatum est defensioni, uel repertus est in flagranti crimine. Quos uide ultra Angel. Aretin. ubi suprà, per Ias. ff. de pact. in l. quòd in suum hæredem. & quando est notorium delictum quòd eo tunc denegari possit, uide Claud. in l. ut uim. col. 3. ff. de
18 iusti. & iure. Et † an & quando possit sequi condemnatio, etiam non data defensione petita, uide Feli. in c. cùm dilecti. de accusat. col. 3. & seq. Nat. in repetit. clemē. sæpe. in §. non sic. col. 6. de uerbo. signifi. & Hippol. in d. l. unius. §. cogniturum. col. 12. ff. de quæst. & dicam infra in materia de-
19 fensionis. Prædictam conclusionem † ꝙ sola confessio spontè facta in iudicio sufficiat sine ratificatione expressa, intelligo, ubi tamen constet de delicto secundum Bald. in Authent. sed nouo iure. C. de furt. Ang. in l. 1. C. de confes. &, ut latissimè dixi suprà, sub prima rubrica, de delicto. Secundò intellige, ubi sit simplex & pura: secus si qualificata, quia dixerit, Occidi, sed feci ad mei defensionem: quia tunc & si scindatur, & possit acceptari in parte, & in parte non, propter præsumptionem iuris contra confitentem resultantem, iuxta l. 1. C. de sicar. & l. si non conuitii. C. de iniur. secundum dictum Bar. in l. Aurelius. §. idē quæsiit. ff. de liber. lega. Quod dictum est communiter approbatum secundum Ias. in l. ut uim. col. 3. ff. de iusti. & iure. Alexan. in l. 1. §. si quis simpliciter. col. 2. ff. de uerb. obligat. & in l. non solùm. in §. sciendum. ff. de oper no. nunt. & per eundem & alios in
20 mille locis etiam † quòd cōfessio esset facta sub una oratione: scilicet, Interfeci, me defendendo. Attamen non posset imponi pœna mortis naturalis, secundum Abb. in c. auditis. extrà, de præscript. & communiter Doct. & hæc sciunt omnes. Tamen contra hoc dictum Abb. insurgit Soccin. uehementissimè in l. non utique. ff. de excep. ex eo principaliter, ꝙ delictum ipsum probatur cōfessione, & licet posteà resultet præsumptio iuris, quæ tollat qualitatem allegatam: tamen nihil est, quare ad mortem non debeat ille damnari per d. l. 1. C. de sicar. & in effectu in eandem opin. eodē fundamēto inclinat Feli. in d. c. auditis. Quod tamen fundamentū nihil releuat, quia confessio est cum qualitate, cuius natura est ut in totum acceptetur. Verùm præsumptio d. l. 1. facit quod habeatur pro confessione simplici, quæ tamen non est in rei ueritate, & consequenter uerè per confessionem nitidam non probatur delictum: sed per confessionem, quæ præsumitur simplex & non est: atq; ita sumus non in d. l. 2.

C.de sicar.sed in dicto Inno.in c.quia ueri
21 simile.de præsumpt.† quòd nemo ex præ sumptionibus etiam uehementibus damnatur ad mortem. Et ita inuenio respódere Claudia.in repetit.l.ut uim. ff. de insti. & iur.col.27.& seq. ubi uide & in dictis locis, & alibi sæpe apparet hoc dictum esse commune. Et non facio differentiam an
22 † reus dicat, Occidi, sed defendendo.an dicat,Occidi,non animo occidendi: ut patet ad sensum:quia semper militat præsumptio iuris contra eum. Et hæc duo exempla à pari uult procedere Bart. in l.eũ qui. in princip.col.2.uersi. ff. de iureiuran.Et ideò nescio quid dicat Ange. consi.27.uersic.de tertio dico.ubi mirabiliter dicit, ꝙ si confessio tendit ad omnem impunitatẽ, ut in primo exemplo, quòd confessus damnari debet:secus si tendat ad mutationem: puta,si dicat quod non animo occidendi id fecit:sed culpa, propter ludum orta rixa.
23 Sed pone† quòd reus, qui arguitur furti fateatur accepisse, credens tamen dominũ permissurum, an hoc casu procedat dictũ Bart in d.§.idem quæsiit. & Abbas ubi suprà,dicit procedere: imò multò magis procedit,ut colligitur ex dictis Soc. in d.l. nó utique.in fi.Et ita tene, licet idem Soccin. in l.1.colum.5.ff.de uulg.& pupil. uelit ꝙ habeatur pro negante talis confessus, per ea quæ dicit Bartol.in l.inter omnes.§. rectè.ff.de furt.Verùm dum Soccin. in d.l.1. colum.5.ponit aliud exemplum in quo tali modo confessus habetur pro negante:bene dicit,uidelicet quando fatetur ꝙ extra territorium uel dominium portauit frumenta,sed sine licentia: quia non sumus in iis,quæ sui natura sint prohibita, iuxta declarationem Bar.in l.dolum. C. de dolo.& ita habes unam declarationem ad dictum Abb.& Bar.in c auditis.& in §. idem quæsiit.Aliam & secundam declarationem ha-
24 bes † quando qualitas adiecta confessioni, non tendit ad omnimodam impunitatem, ut fit quando dicit se fecisse defendendo, sed tendit ad uariationem siue diminutionem delicti, per consil.allegatum, quamuis, ut dixi, nesciam qua ratione illud dicat. Tertiò declara dictum Abb. ubi sola adest confessio contra confessum. ita loquitur ipse Abb. & qui sequuntur illud, quod perpetuo tene menti. Et ideò, si contra confessum, etiam adesset testis solus, non procederet. & certè Abb. dum loquitur quod quandò cõstat aliter,quàm per confessionem, non intelligit de plena probatione: quia dictum suum ineptum redderetur. Quia si sola probatione in totum damnatur. l. qui sententiam. C. de pœn. Ergo multò magis cum prædicta confessione, sed loquitur quando adest etiam indicium de ipso homicidio. Quar
25 tam declarationem† habes quando reus incipit à confessione, sicut exemplum datum est: secus si incipit à negatione, Non occidi:sed si feci id,defendendo feci. Tunc enim responsio talis habetur pro mœra negatiua.Ita gloss.Bal.& Doctores in l. si quidem.C.de except. per Angel.in glos.comparent inquisiti,& partem negant. colum. 2. Ias.in l.ut uim.colum.3.ff.de instit. & iure.in §.si quis post.§.actiones immediate. Institu.de actio.& Hippoly. in l.diuus Antoninus.ff de quæstio. & per Ias. in eo. §. item si quis. Quintam habes declaratio
26 nem† ut etiam quòd reus incipiat à confessione,tamen habeatur pro negante, nisi acceptetur prout prolata est quando reus addidit clausulam, Quod non aliter, nec alio modo confitetur.allegat Bal.post glo. in d.l.si quidem. Hæc enim clausula habet uim remotionis sensus ab actu. ut ibi per Bal.Ana.consilio 77. circa medium. Soccin.consilio 251.colum.5. uersi. postremo. & Deci.consi.61. Sextò & ultimò aduer
27 tè † quòd & si possit reus damnari ex tali præsumptione uehementi,resultante ex hac confessione qualificata: tamen etiam iudex potest eum torquere pro ueritate habenda.Ita Bald.in l.1.C. de confes. col. 11.Claud.in d.l ut uim colum.33.uersic.6. & ultimo. & Orian. in cap. quoniam contra.in uerbo,confessiones. de probat. Et
28 quia,† ut plurimum,perseuerant torti, & tunc purgant non solùm indicia, sed etiam ueras probationes.l. ædictum diui Augusti.ff de quæstionib. & ibi Alberic. Ideò non uideo hanc practicam seruari. Nec
29 obstat† quod possit fieri hæc tortura cũ protestatione quòd propter hoc non fiat præiudicium uiolentis præsumptionibus existentibus contra eum:iuxta consil. Cæpol.32.colum. antepenult. Quia hæc protestatio operatur ubi interrogatur super

alia materia, quàm super ea, de qua conuictus est, sicut protestatio dicit & dicere debet, aliter nihil esset, ut per Cæpol. ubi suprà. Esset enim protesta io contraria facto, quæ nihil ualet, ut notatur in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui nuntia. & in c. cùm M. de constitut. Et ex prædictis ap-
30 paret,† si quis confitetur se fecisse homicidium, sed ad sui defensionem, quòd hæc responsio admittitur, quæ conclusio procedit non solùm de iure communi, sed etiam stante statuto quod inquisitioni & accusationi est simpliciter respōdēdum. Et hanc conclusionem esse ueram ostendit Aret. in l. 1. in princip. ff. de uulgar. & pupil. substit. est materia quæ ibi ponitur. & in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obli. Secunda est conclusio in hac materia con
31 fessionis† quòd quando reus fatetur simpliciter, potest posteà ex interuallo confessionem excusare, & dicere, quod fecit ad defensionem suam: nisi tamen ueniret contra iuramentum præstitum per c. cùm dilecti. de accusat. & ibi Feli. col. 1. uers. per istum tex. & Ias. in d. l. ut uim. col. 3. uersi. 4. circa prædicta. Alex. in consi. 1. uiso processu. in ult. col. 3. uol. Vbi tamen dicit se non affirmare, nec ponere pro constanti. Ias. tamē in d. l. ut uim. tenet contrarium per dictum Bar. in d. §. idem quæsiit. Sed errat, nam ibi qualitas adiecta non prodest: quia non probatur, sed in casu dicti cap. cùm dilecti. & doctorum ibi, præsupponitur quòd audiri debeat probando suam excusationem. Et ita respondet etiam Claud. quem non uideram, alia adducens in d. l. ut uim: colum. 19. ubi omnino uide. Vnde habes
32 ex prædictis,† quòd ubi ueniret contra suum iuramentum non audiretur, putà, si iurasset dicere plenam, & mœram ueritatem, nam quia uerum est dicere quòd totam & plenam ueritatem non dixit, ueniret contra suum iuramentum: & ideò non a[u]diretur. Ita probat text. in d. cap. cùm dilecti. & ita expressè Aretin. ibidem colum. 3. uersic. retento autem intellectu. & idem si iurasset se commisisse factum illicitum: quia adhuc ueniret contra iura-
33 mentum, ut ibi per eum. Et si mireris,† quod propter periurium quis repellatur à se defendendo contra cap. dilecti. circa medium. de exceptionibus, ubi reus etiam periurus se defendere potest, quod etiam procedit in quolibet criminis suspecto. gloss. in cap. de his. & in cap. 1. de accusatio. tantò magis cùm etiam actor periurus agere possit, dummodo non sit periurus in illa causa, ut per Modernos in l. si quis maior. C. de transactionibus. & per Felin. in dicto cap. cùm dilecti. Respondeo ut per Aret. in dicto cap. cùm dilecti. colu. 3. uersic. decimò nota. Et aduerte ad duo,
34 primò,† quia etsi ex interuallo possit se excusare, ea excusatione, quæ simul esse possit cum confessione: ita tamen quòd non ueniat contra iuramentum: non tamen potest se excusare, ea excusatione, quæ perimat & eneruet confessionem, nulla in hoc habita consideratione iuramenti text. est in dicto cap. cùm dilecti. clarus sicut Sol. Et ita dicunt omnes. Se-
35 cundò aduerte,† quia licet quis non possit se excusare, tamen potest corrigere errorem suum. cap. fin. de confessis. & l. error. C. de iuris & facti ignoran. Et hæc diuersa sunt, ut notabiliter declarat Aret. in dicto c. cùm dilecti. in 11. notabili. & sine his duabus considerationibus potuisses interdum decipi. Tertia est conclu-
36 sio † quòd quando reus negat, & incontinenti dicit, si tamen feci id, feci ad mei defensionem. admittitur hæc responsio, prout etiam dixi suprà affirmando quod habetur pro mœra negatiua. Et ita Bartol. in l. cùm de indebito. in pri. ff. de probat. Ias. in l. 1. col. ult. C. de furt. & licet Gandi. distinguat in tit. de defensio. à reo facien. in fi. sicut suprà dictum est in præcedenti conclusione, per d. c. cùm dilecti. Tamen communis est opinio in contrarium. Ita Soci. in l. nemo prohibetur. ff. de except. & Dec. in l. nemo ex his. de regul. iur. Quarta & ulti
37 ma est conclusio† si reus primò negat quod adhuc ubi uidet se conuinci, potest dicere quòd ad defensionem suam fecit. Ita Felin. ubi uide, in cap. pastoralis. col. 5. de exceptio. & ad hoc faciunt multa allegata per Ias. in l. quod te. colum. 13. & seq. ff. si cert. pet. Quia ex hoc quòd quis neget & conuincatur de mēdacio, nō propterea prohibetur uti alio remedio legis. quæ cōclusio probatur in l. nemo ex his. de regu. iur. & in l. 3. §. diuus tamen. ff. de sepul. uiolat. Gandin. tamen non uult hoc procede-

re, ubi excusatio esset contra iuramentum in loco, ubi suprà, & sequitur Bald. in Authenti. contra qui propriam. C. de non numer. pecu. & Felin. in effectu in dicto cap. pastoralis. col. 5. Tu tene simpliciter ꝙ auditur per dictam conclusionem l. nemo ex his. & §. diuus. & ex dictis Feli. qui etiā ita tenet in dicto cap. cùm dilecti. col. 5. de accusa. & ibi post Bald. respondet ad dictum cap. cùm dilecti super quo propter iuramētum se fundat Gandin. Quam responsionem etiam applica ad proximam præcedētem conclusionem, ex qua responsione habes, ꝙ iuramentum non impedit nisi in cōfesso qui uellet posteà ex interuallo uenire contra ipsum iuramentum, cùm ex ea cōfessione iam quæsitum ius esset aduersario. Et ita loquitur dictum cap. cùm dile-
38 cti. Dixi requiri, † ꝙ confessio sit perseuerata. Secundò ꝙ sit simplex & nō qualificata. Tertiò requiritur, ꝙ prius sit formata inquisitio uel facta accusatio: quia si ad nihil agitur in nihilo potest damnari. Bald. post Innocent. in l. 1. C. de confessis. colum. 8. uersicu. quæro nunquid. Cepolla consil. 40. colum. fi. & Paulus de Castro in antiquis consi. 119. Quòd adeò uerum est, ut etiam in notorio crimine, hoc idem requiratur ex fundamento supradicto: quia si ad nihil agitur, &c. & ita dixi suprà in rub. quomodo procedatur in crimine notorio,
39 † apud capitaneum iustitiæ, tamē rei quotidie absoluuntur & condemnantur, sine inquisitione: nec tamē ipse errat, sicut nec errant cæteri, qui ita aliquando faciunt: quia referunt ante absolutionem processus in Senatu, & deinde authoritate Senatus liberant uel condemnant. Adde etiam ꝙ hoc tertium requisitum procedit dato, quod accusatio, uel inquisitio esset forma-
40 ta inepte: † quia confessio tollit omnem ineptitudinem processus, secundum Bart. in l. si confessus. ff. de custod. & exhib. reor. post Innocentium ibi per eum allegatum. Quod dictum recipit nouem declarationes, ut per Decium in capit. at si clerici. in primo. & in secundo col. extrà, de iudiciis. & Felinus ponit duodecim in cap. qualiter & quando. *el secondo*. §. debet de accusationibus. Hippoly. in leg. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæstionibus. nō cogitur tamē iudex damnare, sed potest ut per Decium ibidem colum. 4. post Angel. consil. 178. quod est notandum, ubi habetur iudex fa-
41 uorabilis. Quartò requiritur † ꝙ confessio sit principaliter facta: secus si incidenter. Bart. l. in d. l. si confessus. Quod requisitum habet duas limitationes secundum Deci. in dicto cap. at si clerici 2. colu. uers. sed ista limitatio. Primò ut non procedat in crimine falsi. Secundò ut non procedat in alio iudicio, quæ secunda locum habet etiam ꝙ in iudicio summario facta fuisset, ut per Felin. in cap. 1. de exceptio. Felin. & Aretin. in cap. causam quæ. de testi. & Aretin. in dicto cap. at si clerici. ad finem & uide omnino Feli. in dicto cap. 1. ubi in hoc casu quando quis excipiendo, uel aliàs incidenter fatetur, facit octo considerationes, & nota omnino sextam, dum dicit ꝙ
42 etiam incidenter † confessus in eodem iudicio punitur, quando illa confessio tangit crimen, quod principaliter obiicitur. Exēplum est in eo, qui iudicem uexat, propterea ꝙ pecunia sententiam tulerit, & confitetur eum corrupisse: nam punitur ipse ꝙ corruperit, ex quo tangit crimē quod principaliter obiicitur: & hoc est propter connexitatem, iuxta dictum ca. 1. de exceptionibus. & nota per Barto. in l. 2. §. si publico. ff. de adulter. ubi etiam habes idem esse, quando incidenter constaret de crimine per probationem, nedum per confessionē, ut per eundem met Felin. in dicto capit. 1. col. 7. ubi tamen fuisset reprobata, & inde iudex fuisset absolutus super ea confessione, non posset fieri fundamentum. Bald. in Authen. nouo iure. in fi. C. de pœn. iud. qui malè iudic. Felin. in d. cap. & Aretin. in d. c. qualiter. *el secondo*. de accusatio. colum. 8. uersicu. reperitur tamen unus casus. & Alexand. in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. omnium iudic. col. 2. & in l. 2. colum. pen.
43 C. de ædendo. Quintò debet † confessio continere locum & tempus sicut inquisitio & accusatio. Bart. consil. 228. Catherina. imò etiam quòd ex forma statuti non requirerentur hæ qualitates in inquisitione, tamē requirerentur in probationibus, secundum eundem Bart. in consi. 172. col. fi. uersic. septimum. ideò Bald. consil. 352.
44 colum. 2. in fine. uolum. 5. dicit † ꝙ testis, qui non deponit de loco & mense non probat, & quod in quæstionibus requiritur hęc probatio. & dicit Bar. in l. 1. ff. de aleato. in princip. ꝙ licet testes deponant de

delicto, tamen si non deponunt de eodem
loco & tempore, prout in accusatione, &
inquisitione, non concludunt, sic Roman.
consilio. 167. Antonius accusatus. & est bo
nus textus. in cap. cùm dilectus. de accusat.
quem ibi pro singulari notat Aret. in 2. no-
45 tabili. & fortè eadem ratione etiam † con
fessio extra iudicialis, quæ est sufficiens re
gulariter ad torturam, ut dicam paulò in-
fra, non esset sufficiens, si non contineret
locum & tempus. Et ita sentit Brunus in
tractatu suo, in tertia charta, in tertia colu
mna. quod ultimum nō puto ꝙ posset obti
neri: quia nemo unquam ex tali confessio-
ne torqueretur. Quis enim ille est qui dū
extraiudicialiter fatetur delictum, narret
rem ipsam à principio ad finem? uerùm
magis posset procedere in iudiciali, quia
ubi interrogatus nescit locum & tempus,
uidetur confessio talis non uerisimilis ex
qua non deberet posse damnari, iuxta l. fin.
C. de probatio. Et de confessione non
46 † uerisimili ponit Deci. in dicto capi. at si
clerici. in prin. col. 4. uersic. postremo. Ro-
ma. consil. 390. & habetur per Hippoly. in
l. 1. in princ. ff. de quæstio. colum. 14. & 15.
& alibi sæpe, & dicam infrà in materia con
fessionis, quæ ob metum præcedentem re
47 uocatur. Sextò requiritur † ꝙ confessio
sit facta coram iudice competēte, aliàs nō
ualet dicto cap. at si clerici. in princ. Et ita
etiam nō ualeret si die feriata coram aliàs
competente fieret. Abb. in cap. fin. colu-
mna. 3. de restitut. spoliat. & in dicto capit.
at si clerici. in 2. notabili. Et similiter non
ualeret si fieret coram solo notario malefi
cii, uel coram iudice, & non in forma iu-
dicii, uel per Iasonem in l. magistratibus.
colum. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & pro
cedit hoc requisitum etiam in aliis actis,
ut non ualeant facta à iudice incompeten-
te, ut per Abbatem in eo. cap. at si clerici.
imò multò minus ualent, ut patet ad sen-
48 sum, † & ideò etiam captura non uale-
ret, quinimò faciens quem ita detinere
punitur, & amittit creditum suum. Bald.
in cap. causam matrimonii. in fi. ff. de offi.
delega. & probatur in leg. in criminali. C.
de iurisdict. omnium iudicum. & in capi. si
diligenti. de foro competenti. & supradi-
cta procedunt dato etiam quòd confessio
esset decies repetita. Ita Bald. nota. in di-
cto capit. at si clerici. in princip. nec alii
49 tangunt, & etiam † si fieret per clericum
coram ecclesiastico incompetente. Ita
Barba. in eo cap. at si clerici. per rationem
illius textus quæ est generalis, quod mul
tum extollit Abb. ibi, in tertio notabili.
50 & Aretin. in summario. Ampliatur † etiā
si confessio fieret coram iudice competen
te respectu personæ, sed incompetente re-
spectu materiæ, ut in laico confitente usu-
ras coram iudice laico, nam respectu ma-
teriæ non potest puniri. Hæc est decisio
Ioan. Andr. in cap. post miserationem. co-
lumna. 3. de usur. Allegat tamen in contra-
rium Bald. & eum Baldum sequuntur Fe-
lin. & Aretin. in cap. cùm sit generale. de
foro competenti in 3. col. Ampliatur etiā
51 † si confessio facta esset per clericum pri
mę tonsuræ coram seculari. Abb. in capit.
cùm non ab homine. in fi. de iudi. ac etiam
habet locum, si simul clericus fateretur
se laicum. Alafran. in cap. quoniam con-
tra. in uerbo, confessiones. col. 4. de pro-
52 batio. Limitatur tamen hoc, quòd † con
fessio coram incompetente nihil ualeat,
ut non procedat quando iurisdictio erat
prorogabilis. Angel. in l. 1. in princip. C.
de confes. sequitur Deci. in dicto cap. at si
clerici. & idem Alexan. in d. l. magistrati-
bus. col. 3. Bald. tamen contrarium dicit in
l. criminis. in fi. C. de accus. non poss. quem
refert Felin in d. c. at si clerici. in col. 2. Sed
ad aliud, item in contrarium uidetur face-
re doctrina Bart in l. non uidetur. ff. de iu-
di. uide Decium in d. c. at si clerici. colu. 3.
uersi. 2. dictum Innocent. Limitatur etiam
53 † quando caperetur ab incompetente ali
quis suspectus de fuga. Et hæc est commu
nis, licet articulus sit disputabilis, ut per
Ias. in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iud. & per
Curt. in tracta. sequestrorum, in 17. quæst.
sed loquitur in debitore, non in reo crimi
nis, aliàs confunderetur regula & omnis
iurisdictio: quia rei criminis, ut plurimum,
sunt suspecti de fuga, ut habetur in l. con-
sentaneum. C. quomodo & quando iudex.
& dixi suprà, in materia capturæ. Aduerte
54 tamen † quia, quamuis confessio facta
coram iudice incompetente non ualeat,
tamen hoc procedit quo ad condemnan-
dum: non autem quo ad torturam ad quā
sufficit, ut per Iason. in d. l. magistratibus.
& Mo-

55 & Modernos in d.c.at si clerici. Potest tamen secundum Ias.in d.l. talis confitens reuocare confessionem suam, etiam non demonstrato errore cùm sit confessio nudi facti, iuxta l.error.C. de iur. & facti ignoran.allegat Bald.in l.1.in penult.columna. C.de confess. & ampliat hanc decisionem in confessione extraiudiciali, & ad hoc plurimùm admonet aduocatos, & sequitur Feli.in eo c. at si clerici.in prin.col.6.in fi. & ibi etiam uidetur sequi Barba.col.5.ubi dicit, q̀ si confessio clerici est facta coram iudice seculari, est nulla ipso iure. & proptereà non indiget reuocatione, & ideò ita uideretur tenendum. Veritas tamen est in oppositum, quia fundamentum Bal. & sequentium est quòd talis confessio sit funditus nulla, prout uidetur dicere text. in d. cap.at si clerici. quod fundamentum
56 est falsum, & communis opinio est, † q̀ ét confessio clerici facta coram seculari, saltem ualeat ut extraiudicialis. Et ita dicit esse communem.in.eo cap.Areti. col.5. & sequen.& Decius ibidem.colum.11.in uersicu. alia opinio principalis. ubi arguit ad partes, & tandem ita concludit dicendo, q̀ est communis, unde sequitur quod non est nulla ipso iure, & consequenter quòd simplex reuocatio sine probatione, saltem per torturam non debet sufficere. Et ita tenet hac ratione Aretin. ibidem dicens quòd opinio Bald. in d.leg. 1. est falsa. Allegat etiam contra Bald. eundem Baldum in d. l. magistratibus.ubi uide: quia allegat Innocent. etiam ita tenentem contra ipsum in d.l.1. & ita Decius ex eodem fundamento.in dicto cap.colum. 11. in fin.dicens, q̀ Bald.loquitur in malo fundamento: igitur Ias. malè dicit in confessione iudiciali coram incompetente, & pessimè in extraiudiciali, in qua res non habet difficultatem. Et certè esset ridiculum aliter dicere si rem bene gustes. & uide omnino Areti.in d. c. qui ambulando per hanc lucem considerat casum in quo esset funditus nulla.ut quando deductus fuisset inuitus in iudicium talis confitens, & quando spontè comparuit & confessus fuit, & primo casu uult quòd sufficiat simplex reuocatio, secundo non. Vide igitur ibi omnino, & eundem in consi.26.col.fin. & Felin. in c.olim.de rescript.colu.2. & seq.ubi de confessione extraiudiciali. Et ut rem à fun
57 damentis percipias, scire debes † q̀ confessio extraiudicialis sufficit ad torturam. gloss.in l. ictus fustium.ff.de his qui not.in fam.& in l.capite quinto.& ibi Bart. ff. de adult.Feli.& alii in d.c.at, si clerici. & in d. c. olim. & ideò licet reuocetur confessio facta coram incompetente remanet indicium ad torturam. ad quod facit dictum licet uulgatum Bald.in l. bonę fidei.colu.2. uersi.item quęro de confessione. C.de re.
58 cre. Vbi uult † q̀ si quis fateatur in tormentis, seruatis seruandis, quo casu adhuc nó sufficit ad damnandum nisi secuta ratificatione.iuxta not.in l.2.C.de custo.& exhibit.reor.& in l.qui in aliena.§.Celsus.ff.de acq.heredit.si non ratificat, imò reuocet.
59 Tamen quia † remanet indicium ad torturam, iterũ tortura repetitur, & cogitur ille perseuerare. unde si confessio faceret plenum præiudicium, & reuocaretur, deberet probari plenè per testes error, & fatuus esset iudex, qui eum torqueret.& ponit ét in specie Put. in tract.synd.char. 93. col.1.in fi.& seq.in uers.incip.nunc uidendum de confessione à se ipso spontè facta. Et ideo ubi esset casus, in quo confessio facta in tortura ualeret sine ratificatione, reuocatio nihil operaretur, ubi nó probaretur plenè error, aliter quàm per torturam. & ponit Hippol.etiã in l.repeti.col.8.uers. stante.ff.de quæst.ultra quem uide Bald.in l.fi.col.1. C.de probat.sed latius in l. 2. C. de custod.& exhi.reo.& Brun.in tract.torturæ, char.11.col.2.& 12.col.fi.& seq.Con
60 clusio est igitur: q̀ facta † reuocatione, si remanet indicium ad torturã, cogitur perseuerare, si remanet probatio plena: siue, ut melius loquar, confessio clara, & inuiolata, requiritur etiam plena probatio erroris per testes. Vnde habes septimũ requisitum ad confessioné, quod tunc facit plenũ præiudicim, ad damnandum, quando non fuit reuocata Cæterũ si confessus diceret se illã fecisse errore: audiretur, errore probato, secũdum gl.in c.Romana.§. fin auté. de appellat.in 6. & latè Aret. in cũ dilecti. de accusat.colum.penul. & in colu.fi.in fi. dicit, q̀ hæc est communis opinio. Et difficultatem faciebat ille textus in cap. cùm dilecti. qui dicit, q̀ confessio non potest perimi, sed declarari, & interpretari: ta-

men solutio patet, quia non dicitur periurus, si errauit, ut ibi per Areti & late hanc conclusionem ꝙ confessio possit reuocari allegando errorem, & in primis eum ostendendo, uide per Areti. in gloss. comparent dicti inquisiti. Felin. in cap. cùm uenerabilis. col. 2. de excep. & in cap. allegato cùm dilecti. col. 6. in 11. notab. Alex. consil. 34. col. 1. uolum. 1. & eod. uol. consil. 90. quod est repetitum 3. uolu consi. 119. & consil. 112. eod. uolum. colum. 3. in princip. & alibi in eo. consil. & ibi etiam quomodo possit reuocari. & consi. 102. in prin aliquid in consi. 47. col. 7. uersic secundò respondeo. in eod. uol. Homod. in consil. 115. 150. &
61 consil. 164. & ibi † quomodo probatur error. de quo etiam per Aret. consi. 112. col. fin. & uide omnino Aret. consi. 147. In his etiam uidebis de confessione deliberata sæpius repetita, iurata, & acceptata per partem, & in causa etiam appellationis, & ꝙ omnes possunt reuocari, & demonstrari
62 innocentia rei, quando † tamen constaret, quòd calumniosè quis reuocaret: secus esset, ut per Ang. in d. gloss. comparent
63 dicti inquisiti. nec † tamen requireretur probatio erroris, si incontinenti fieret reuocatio, ut per Ias. in l. error. C. de iuris & facti ignor. col. 2. Vbi etiam ponit, quando
64 dicatur incontinenti. Est † etiam necessarium allegare errorem. Cæterùm si simpliciter reuocaret confessus, non esset audiédus, text. est in d. cap. cùm dilecti, & ibi omnes, maximè Aretin. colu. penul. post Sali,
65 in l. 2. C. de cust. & exhi. reo. Item est † necessarium errorem probare. Ita omnes uolunt adeò, ꝙ non sufficeret tortura: quia nulla ex parte elidirur confessio, iuxta not. per Bal. in d. l. fi. & in l. in bonę fidei. C. de reb. cred. & in d. l. fin. C. de probat. & quæ
66 dixi suprà, † nec uti uarius debet torqueri, iuxta not. per Bartol. in l. unius. §. 1. ff. de quæstion. quia Bar. & Doctores ibi & alibi loquuntur existente semiplena probatione, non plena & ita Put. charta. 92. colu. 1. uersicu. quæ sunt uera. Aliquando tamen
67 † sufficit absque probatione, ut in minore confesso: nam si nulliter, quia sine curatore fassus fuerit, iuxta l. clarum. C. de author. tutor. res est clara. si ualidè, ut quando cum curatore: tunc sufficit restitutio in integrum, non demonstrato errore, quicquid esset in ciuilibus. Ias. in l. nam & postea §. si minor. colum. 2. ff. de iureiurando. & in d. l. error. Non obstat dictum Bar. in l. auxilium. ff. de minor. iuxta text. ibi, quia Bart. & textus loquuntur in eo, qui confessus est se esse adultum, quia tunc non restituitur. nos uerò loquimur in minore confitente se deliquisse, quia restituitur, etiam non probato errore. Hoc tamen procedit, quo ad restituendum minorem aduersus confessionem per eum factam, circa delictum. Sed quid circa alia? uide text. in d. l.
68 auxilium. in principio. Sed † quo ad ipsũ delictum, an minor, quia minor puniatur mitius, uel prorsus excusetur, uide textũ in l. 1. C. si aduersus delict. in l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff. de minoribus qui textus uolunt ei non subueniri: tamen quomodo intelligantur, & an & quãdo habeatur ratio ætatis? uide Alexand. consi. 103. uolum. 1. col. 6. & sequenti. de illo Comite, qui erat minor, & qui ideo uolebat se excusare. & dicam infrà, in titu. de pœn. & dixi etiam suprà in rubricą, de decreto, ut non procedatur criminaliter, quãdo res habet originem à contractu. Aduerte tamen,
69 † quia statutum nostrum uult, ut minor quatuordecim annis non possit pœna corporali puniri, ex quo statuto uidetur quòd ille, qui excedit quatuordecim annos, habeatur pro maiore, ut etiam ponderat Soccin. consi. 157. col. 4. & ita cessare uidentur quæcunque dicta sunt ad adiuuandum minorem, ubi pubertatem excessisset, & reuera quo ad processum, utrũ restituatur uel non, & an sit nulla confessio non dato curatore, & de aliis actis ita obseruari uideo quotidie, contra d. l. clarum. C. de author. tutor. & contra dicta Doctorum, ꝙ aduersus confessionem non demonstrato errore minor restituatur. Consideratio tamen habetur quo ad pœnam mitigandam, nec allegatum statutum facit, ut minor sit maior, & ꝙ non mitigetur pœna: sed tantum operatur in casu suo, ꝙ minor quatuordecim annis, ubi aliàs potuisset puniri corporaliter, de iure tamen non possit puniri, stãte eo statuto: abinde uerò suprà res relinquitur in terminis iuris, & consequenter minor punitur mitius, sicuti iure cautum reperitur. Et dum suprà dixi, ꝙ est etiam necessarium allegare errorem, Aduerte,

† quia

70 † quia fateor, ꝙ quis non auditur simpliciter dicendo post confessionem, Non est uerum, ꝙ confessus fui. Tamen, si per testes constaret de innocentia, magis attenderetur ueritas, quàm confessio, & absolueretur. Ita Doctor. in cap. ex tenore. maximè Aret. in 5. not. extra, de testi. Nemo. n. est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & ita Bart. in l. absentem. ff. de pœn. uersi. quartò circa hoc. & in uersi. præterea. Cæpol. consi. 41. & con. 64. col. 3. Aret. in c. de his. in 2. col. in 2. & 3. limitatione, de accus. & per Ias. in l. 2. §. fi. C. de iuran. cal. & est ex mente Bar. & Docto. in l. 1. §. creditum. ff. si cert. pet. dum tractāt an possit fieri concordia inter partem & testem. & in l. scire debemus. in princip. ff. de uerb. oblig. & ita intellige & declara dictum Bart. in l. si adulterium cum incestu.
71 §. idem Pollioni. ff. de adult. ꝙ † error debet allegari, ut nō procedat, ubi tractatur de uita hominis. Vel dic, ꝙ debet allegari, sicut etiam Doctores asserunt post Areti. in d. cap. cùm dilecti. col. penul. ubi sequuntur in criminibus, si reus ipse uoluerit se defendere. sed si noluerit, iudex tamen debet eum absoluere, constito de eius innocētia. Et procedunt hęc in effectu, etiam post latam sententiam, quæ transiuisset in rem iudicatam, l. 1. §. si quis ultrò. ff. de quæstio.
72 ubi uide Bart. & Hippo. In ficta tamē † cōfessione omnino uidetur cessare hæc allegatio erroris, & satis est probare contrarium. Io. And in additio. ad Specul. in titu. de positionibus §. nemo uersi. ueruntamē. & dicam infrà in materia bannitorum. Pos
73 set † etiam confessus allegare pro reuocatione confessionis aliam causam, quàm causam erroris, puta, metus: dicendo, Et si scriptum est, ꝙ spontè confessus fuerim, ueritas est, ꝙ fuit metu extorta propter torturam uel minas torquendi: & ideo reuoco confessionem factam. Vel dicendo, Confessus sum: quia timebam torqueri. & in primo exemplo, quod concernit torturam illatam, & quod differat à secundo, quod concernit torturam inferendam, uide Alexan. consi. 52. uol. 3. col. 2. ubi post Anch. in
74 consi. 23. decidit † ꝙ si ille, qui contra se in criminali confessus est, nullis præcedentibus indiciis asserat se propter torturam confessum: quamuis de tortura nihil appareat. Si tamen constet confessum tunc fuisse detentum, talis confessio est efficax ad torturam, uti non uerisimilis. & ita Bald. consil. 479. uolum. 5. Contrarium uerò, ꝙ imò præsumatur spontanea, sicut loquitur scriptura, tenet Bald. in leg. 1. C. de confess. char. 88. col. 1. Creditur enim magis notario & iudici, qua parti solùm, ut per Alex. consi. 65. col. 1. & 2. uol. 2. & Felin. in cap. ad audientiam. col. 2. de præscrip. & alibi sæpe. Et si aliter diceremus, confessio quæ præualet omnibus aliis probationibus. l. generaliter. C. de non nume. pec. & c. per tuas. extrà, de proba dicam in fine huius rubricæ, esset inferior cæteris. uide Brun. latè tangentem articulum præcisum in tract. suo, char. 11. col. fi. uersic. tertio casu, quando dubitatur. Vbi tandem concludit secundum hanc ultimam opinionē, ꝙ pręsumitur spontanea, nisi aliter posset coniici ex natura iudicis, qui consueuisset torquere, etiam sine indiciis, iuxta dicta Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de
75 oper. no. nunt. Probatur † enim tortura coniecturis. Alex. 3. uol. consi. 98. col. pen. Et ita teneo, ꝙ nisi qualitas iudicis repugnet, præsumatur spontanea, & super ea possit fieri fundamentum ad plenum præiudicium. Est uerum, ꝙ si etiam nullum ad fuisset indicium ad capiendum, nec aliqua præsumptio. iuxta latè dicta suprà in mate
76 ria capturæ, † ꝙ fortè posset oriri contra iudicem talis suspicio, ut confessio uideretur elisa: ita ꝙ tunc potius esset ex tali cōfessione torquendus, quàm damnandus. Et ita intelligit Anch. Alexander in l. qui in aliena. §. Celsus. in apostilla ad Barto. ff. de acq. hęr. Est uerum etiam, ꝙ ubi non allegaretur metus, dato ꝙ esset uitium in capiendo, tamen confessio illud omne tolleret. c. 1. & 2. de confess. in 6. & Alex. in l. si confessus. ff. de cul. & exhi. reo, sed metu allegato & apparente primo actu in iusto, sa
77 tis potest oriri suspicio, † ꝙ etiam confessionem iudex extorserit: & si mala uita iudicis in aliis inducit præsumptionē metus, ut dicit Bru. multò magis mala uita in eummet, quem indebitè & iniustè cœpit. Et hæc quo ad primum exemplum de confesso, qui reuocat ob metum, quem dicit illatum. Quo uerò ad allegantem metum inferendum, uide, ut paucis me explicem,

Areti.in d.c.cùm dilecti.col.pe.& ult. Vbi
78 dicit, † ꝙ talis allegatio admitti debet in reo confesso in tormentis, præcedentibus indiciis, & qui etiam ratificauit, si dicat ꝙ ratificauit: quia sciebat, si ita non fecisset, ꝙ iterum fuisset tortus, iuxta not. per Bar. in l.unius.§.cognititurum.ff.de quęst. dicés, ꝙ est nouum dictũ, & quod habet magnã ęquitatem, & quod experimento didicit
79 ita esse. In reo uerò † confesso sine tormentis, qui uult reuocare confessioné, dicit esse in arbitrio iudicis eum admittere, ubi erant indicia ad torquendum contra eum, quæ reus ipse non ignorabat. & ad utrunq; dictũ allegat text. in d.§.si quis ultrò, in fortioribus terminis, in quibus admissa fuit in seruo reuocatio confessionis propter metum extrinsecũ, & non inferendũ à iudice, scilicet, quia timebat redire in manus domini admodum sęueri. Vult tamẽ in hoc secũdo casu Are. sicut in primo, ꝙ debeat probari rẽ aliter se habere quã dicat confessio. Sed difficultas est, an sufficiat tortura, an uerò teneatur probare plenè per testes? Et certè uidetur sufficere tortura. Primò quia fundamentũ, ut dixi, utriusq; dicti est super d.§.si quis ultrò. & ibi ueritas fuit habita per torturã: quia cognita sęueritate domini fuit tortus super eo, an motus fuerit propter illã sęuitiam. Secundò, quia si oritur, ut optimè deducitur per Aret. probabilis suspicio metus: ergo, confessio remanet elisa & debilitata, & cõsequenter nõ sufficit nisi ad torturã.l.fi. C.de prob.& per not.à Bal.in l.fi.& in l.in bonę fid.C.de re.cre.& in d.l.fi.C.de prob. Est uerũ, ꝙ in hoc secundo casu Areti.non imponit iudici necessitatẽ: sed dicit esse illi arbitrariũ, ut admittat reuocationẽ, uel nõ admittat: cui dicto, si auderem, contradicerem, quia ratio uidetur efficax & iuridica per eum alleg. quare teneatur. Et ideo iu-
80 ris † quæstio non debet esse in eius arbitrio, sed facti l. 1. §. calumniatoribus in fi. ff. ad Turpil.& ita intelligitur l.1.in prin ff. de iurisdict om. iudi. Accedat tex. in §. responsa prudẽtum Instit.de iure nat.gen. & ciui.&c. erit aũt lex.4.distinct. ꝙ iudex nõ debet egredi terminos iuris, & maximè in defendendo. Si tamen reuera bene res cõsideretur, non militat tam magna ratio metus inferendi in hoc secundo casu, sicut in primo. Itẽ destrueretur clarior modus omnibus aliis in puniẽdis delictis, scilicet spõtanea confessio, quę minus noceret reo cõfesso, præcedentibus indiciis, & sic magis uerisimilia dicenti, quam illi, qui cõfiteretur absque indiciis, ét si minus uerisimilia diceret. Non mirum igitur, si Aret. dixit, ꝙ est in arbitrio iudicis admittere. Nec ego unquam uidi ita arbitrari, nec reum confessum defendi nouis his artibus. Possent tamen aliquæ coniecturæ innocentiæ militare pro eo, quæ fortè me inducerent ad eum audiendum: sed absque illis nescio an exaudirem. Et aduerte, quia etiam uidetur his ambabus conclusionibus repugnare text. in d.c.cùm dilecti. qui non admittit extinctionem confessionis, sed tantum modificationem. Et quo ad allegatum errorem dic ut suprà dixi: sed quo ad hunc infringẽtem confessionem per metum aliud uidetur esse, cogita. Reliqua in materia confessionis uide per Ang.in gloss. comparent dicti inqnisiti, & confitentur totum. & ibi,
81 † an confessio simplex referatur non solũ ad principale, sed etiam ad qualitates, & de confitente principale simpliciter, an uideatur fateri qualitates, uide ultra Ange. Cla.in l.uim.ff.de iust.& iur.col.32. & ibi, an talis qui non fatetur qualitates, possit ex eodẽ processu damnari. Et de minoribus confitentibus, Ang.in glo.seq. comparent inquisiti, & partem negant, & partem confitentur. & in glos. qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem fac. & in glos.seq. comparent dicti inquisiti & in termino defen. Non omitto ad instructionem terminorum, à quorum intellectu omnia
82 pendẽt, ꝙ † confessio est melior probatio aliis probationibus: & adeò ut admittatur, ubi aliàs non possent admitti testes, nec instrumẽta: ut plenè per Ias.in l. cùm te transegisse.col.1.& 2.C.de trãsac.& in l.si duo dat.§.idem Iul.col.3. de iureiur. Orian. in c.quoniam contra in uer.confessiones. de prob.& Ias.in l.properandum. in prin. col. fi.uers.tertiò limita C.de iudic.& Are. in c.cũ P Manc.in 6.col.extrà, de accus. Dec. in c.at si clerici.in prin. in 2.not. de iudic.
83 Non † superat tamẽ eam, quæ fit per rei inspectionem, iuxta latè not. per Ias.in l.fi. ff.de in lit.iur.& per Bart.in l.absentẽ.col. pen.& fi.ff.de pœ. Et quia uides ꝙ confessio ita

sio ita debet esse lucida, si debet esse potés ad condemnandum, sicut probationes, iuxta l. sciant cuncti. C. de probat. Ideo ad con
84 firmationem † uidenda sunt, quæ ponit Claud. in d. l. ut uim. ff de iustit. & iure. circa dicta Bar. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de operis noui nuntiat. colu. 25. cum octo sequentibus, maximè in colum. 32. &
85 sequenti. Et ubi † præsumptiuè resultaret confessio puta in eo, qui interrogatus de pluribus delictis aliqua negarent tacédo quo ad reliqua, & consequenter tacitè confitendo omissa, iuxta dictum Bal. in l. si ue possidetis. col. pen. C. de probatio. quod sequitur Feli. in c. nóne. col. 1. de præsum. arbitrarer uiam tutiorem esse, ut propter eam confessionem potius torqueretur, quàm damnaretur, per prædicta: & ubi esset damnandus, quia fieret super præsumptione uiolenta, esset recurrendum ad c. afferte mihi gladium. de præsumpt. & dictũ Innocent. in cap. quia uerisimile. eod. titu. & dicta Abb. in d. c. afferte. col. 2. & quę dicam infra, in titulo sequenti, de Cõuictis.

Tit. de Conuictis.

SUMMAE.

1 *Natura abhorret illud, quod uitam adimit.*

2 *Delictum probatur per confessionem, uel conuictionem.*

3 *Conuictus solùm per testes condemnari põt.*

4 *Conuictus licet neget, & perseueret in negatione, tamen sine alia tortura & confessione condemnari potest.*

5 *Conuictio est illa, quæ fit per testes, uel instrumenta, uel indubitata indicia, uel per argumenta, uel per notorium.*

6 *Conuictus & confessus ita differunt, ut statutum in uno non habeat locum in alio.*

7 *Confessus prorsus spontè mitius punitur, quam conuictus.*

8 *Confessio non dicitur propriè probatio.*

9 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

10 *Probationes debent esse luce clariores, etiã in causa ciuili excedente decem libras auri. Et ubi agitur de pœna applicanda parti, & etiam quibusdam aliis casibus.*

11 *Probationes debent esse luce clariores tam respectu personarum, quàm dicti, & interrogationis, quæ fieri debet testibus in criminalibus.*

12 *Testes in criminalibus diligentius interrogandi sunt, quàm in ciuilibus.*

13 *Probationes in criminalibus debent esse ita certæ, ut non possit illud dissuaderi.*

14 *Testes in ciuilibus non requiruntur omni exceptione maiores.*

15 *Iuramentum in supplementum probationis non defertur in criminalibus.*

16 *Testes plures duobus non integri non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*

17 *Testes in ciuilibus & in criminalibus omnes sunt idonei, præter eos, quos leges repellunt.*

18 *Testis persona, & dictum consideranda sunt.*

19 *Acta & probationes in causa ciuili fidem nõ faciunt in criminali nisi ita clarè probatum esset in ciuili, ut nihil posset opponi.*

20 *Testes duo non integri, sed qui tamen admitti possint, non probarent plenè in ciuilibus.*

21 *Numerus testium, aut integritas non supplet uitium alterius testis in criminalibus, & hoc quo ad plenè probandum, secus quo ad torquendum.*

22 *Testes in criminalibus debent de facto deponere, nec sufficit, quòd deponant de circunstantiis, uel indiciis remotis.*

23 *Probationes duæ semiplenæ etiam ad eundẽ finem tendentes non coniunguntur in criminalibus, nisi adessent alia multùm propinqua adminicula.*

24 *Probatio præsumpta nõ autem uera, dicitur quæ ex teste integro fama publica, & pluribus adminiculis resultat.*

25 *Testes super circunstantiis admodum propinquis deponentes plenam faciunt probationem.*

26 *Testes super præsumptionibus, & indiciis rem indubitatam facientibus deponentes, sufficiunt ad condemnationem.*

27 *Indicium potest esse ita indubitatum, ut sufficiat ad condemnationem.*

28 *Indiciorum indubitatorum plurima exempla per quos & ubi ponantur.*

29 *Indicium indubitatum sufficiens ad sententiã capitalissimam dicitur, quando lex præsumit in causa criminali, & super præsumpto disponit.*

30 *Præsumptio oriens iudici ex qualitate rei & personarum, & reddens rem clarã sufficit ad condemnationem.*

31 *Confessio facta legitimè per tormenta iuncta facti uerisimilitudine, licet non adsit perseuerantia, sufficit ad sententiam.*

32 *Confessio extraiudicialis cum aliis uerisimilitudinibus sufficit ad sententiam.*

33 *Confessus legitimè per tormenta, præcedente confessione extra iudiciali, potest condemnari.*

34 *Condemnari non debet quis pœna corporali, nisi quando lex præsumit & indicat.*

35 *Præsumptionis siue indubitata indicia, sufficiunt ad condemnationem pecuniariam tantùm.*

36 *Pœna pecuniaria & corporalis quando est leuis, non differunt.*

37 *Præsumptiones adeò efficaces ut ponant ueritatem ante oculos, uel efficaces iunctæ cũ semiplena probatione directa, sufficiunt ad condemnationem.*

38 *Iudex debet modicè & rarò condemnare ẽt pecuniaria pœna, ubi ex præsumptionibus proceditur.*

39 *Fama præsumptionem uiolentam diminuit.*

40 *Pœna ordinaria delicti non imponitur ex præsumptionibus.*

41 *Pœna corporalis non potest imponi ex præsumptionibus.*

42 *Pœna arbitraria minuitur, ubi probatio est præsumpta & augetur, ubi est uera. pœna uerò à lege determinata firma remanet, etiam si probatio sit uera.*

43 *Præsumptiones qualescunque non possunt facere ut quis sit capite puniendus, uel corporali pœna afficiendus.*

44 *Præsumptionum species ubi optimè per Felinum tractentur.*

45 *Indicia nunquam sunt adeò indubitata, quin quandam solicitam dubitationem recipiant.*

46 *Præsumptiones ad condemnationem pœnæ ordinariæ, non sufficiunt etiam in delictis, quæ occultè fiant.*

47 *Probatio præsumpta admittitur in occultis criminibus.*

48 *Præsumptio uehemens non sufficit in occultis criminibus.*

49 *Præsumptio quo casu sufficiat ad fustigationem.*

50 *Præsumptio uiolenta sufficit ad cõdemnationem, ubi ciuiliter agitur pro crimine.*

51 *Præsumptio sufficit ad condemnationem in furto.*

52 *Præsumptio uiolenta requiritur etiam ubi agatur ciuiliter in occultis.*

53 *Testis integer & fama nõ sufficiunt ad sentẽtiam, ubi pro crimine agitur ciuiliter, licet sit secus in materia merè ciuili.*

54 *Suspicio nunquam facit sequi condemnationem.*

55 *Argumẽta probalia sufficiunt, ut quis cõuinci possit in crimine multùm atroci.*

56 *Lex sciát cũcti. C. de probat, nõ habet locum, ubi lex præsumit dolum.*

57 *Pœna mitior imponitur, quando factum per præsumptionem solam probatur, quá quando factum clarè probatur, sed præsumptio solum est super animo.*

58 *Pœna mitigatur, ubi coniecturæ faciunt dolũ non esse ita euidentem, casu quo lex dolum præsumit.*

59 *Testium dicta facilius debilitãtur in criminalibus, quàm in ciuilibus.*

60 *Probatio rei dubia in delictis confundit probationem actoris.*

61 *Reus homicidii probãs quòd qui occisus est, eum fuerat aggressus, absoluitur, licet illa probatio non sit concludens.*

62 *Probatio actoris plena & directò cõtraria probationi rei semiplenæ cõfundit rei probationem. secus si se inuicem admittãt, quia cõfunditur actoris probatio nisi præsumptio contra reum militaret.*

63 *Conuictio criminis quando probetur per instrumenta.*

64 *Homicidium non potest probari per instrumentum.*

65 *Hæresis crimen & læsæ maiestatis nunquid argumentis probentur.*



1 QVia capti, siue comparẽtes, ut plurimùm negant, † ex quo natura abhorret illud, quod uitam adimit, ut plenè per Ancharan. consilio 23. & Barba. consil. 70. col. 2. in fi. & seq. uolum. 4. Ideo postquàm uidimus de confessis, operæpretium est uidere de conuictis. Probatur † enim delictum per cõfessionem, uel conuictionem, ut succinctè dicit & prosequitur Deci. in d. cap. at si clerici. in princip in 1. not. extrà,
2

3 trà, de iudic. Et sola † conuictio per testes sufficit ad damnandum, ut in iuribus & auctoritatibus per eum allegatis per l. qui sententiam. C. de pœn. & c. ad nostram. ubi Feli. not. col. 1. de proba. & ita practicatur.
4 Et ibi Fel. dicit, † ꝙ si est cõuictus, dato ꝙ neget, & perseueret in negatione: tamen sine alia tortura & confessione damnari potest. Quod nota contra opinionem uul-
5 gi. Et primò dic, † ꝙ conuictio est illa, quæ fit testibus uel instrumentis: adeò ꝙ etiam contra summum Pontificem probatur crimen per duos testes. Ita concludit Dec. in d. l. not. Adde ꝙ etiam per indicia indubitata fit conuictio, ut in l. sciant cũcti. C. de probat. & per argumẽta, ut ibi præcise notat Bal. in l. not. dicens, Nota quatuor modos probandi maleficium, per testes, per instrumenta, per indubitata indicia, & per argumenta, quod quartum non dicitur in illo tex. tamen constabit ex infra dicẽdis. Adde alium modum per uiam notorii, ut latè dixi suprà sub rub. quom. proce. in cri.
6 not. Secundò dic, † ꝙ est differentia inter cõfessum & conuictum: & talis, ut statutũ in uno non habeat locum in alio. Dec. in d. l. not. Cæpo. cautela 81. & patet ex his, quæ scribit Ias. in l. quod te. ff. si cert. pet. col. 11. & in l. eum, qui. ff. de iureiuran. & ideo etiã mitius agitur cũ confesso, quàm conuicto, per glo. in fi. C. de compet. per l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & c. dicatis 12. q. 2. quicquid uelit consuetudo, de
7 qua in l. si debitori. ff. de iudic. Et † ꝙ mitius agatur cũ confesso, quàm conuicto: patet ex dictis per Ias. in locis ubi suprà. Videtur tamen intelligendũ, quãdo prorsus spontè & non metu probationum, quis cõfessus fuerit. aliter, si metu probationũ, habetur pro cõuicto. Ita Abb. in c. de hoc. de simo. quicquid dicat idem Abb. in d. c. at si clerici. Facit regula l. si fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. de qua per Deci. in c. cùm M. Ferrariensis. de constitut. col. antep. & præced. Et ꝙ sit differẽtia inter confessum
8 & conuictum, patet, † quia etiam confessio non dicitur propriè probatio, & nõ cadit in statuto faciente mentionem de probationibus, ut per Ias. in d. l. cùm te. col. 2. C. de transact. & Feli. post alios in rub. extrà, de probatio. Tertiò dic id, quod om
9 nes sciunt, & dicũt, † ꝙ probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores. allegatur l. sciant cuncti. C. de probat. quæ dum loquitur de conuictione testium, addit idoneorum: dum uerò de conuictione instrumentorum, addit apertissimorum: & dum loquitur de conuictione indiciorum, addit indubitatorum, ac etiam luce meridiana clariorum. Quæ lex est canonizata 2. q. ulti. c. sciant cuncti. Facit l. qui sententiam. C. de pœn. & cap. Epiphanium. 5. q. 6. & quod notatur in c. ueniens. extrà, de testib. & ratio est. quia ubi maius est periculum, ibi cautius est agendum. l. 1. §. sed & si quis. ff. ad Carbonianum. & nõ solùm tractatur de magno periculo, ubi de uita hominis agitur. l. addictos. C. de episco. aud. sed etiam ubi agitur de minima pœna corporali, quia censetur maior qualibet causa ciuili. l. in seruorum. in fin. ff. de pœnis. Et procedit regula d. l. sciant
10 cuncti. etiam † in causa ciuili excedente decem libras auri. Anchar. consi. 63. colu. 3. & seq. & in causa ciuili ardua, secundum Doctores in d. l. sciant cuncti. & Ias. in l. 1. col. pe. C. de sum. Tri. & fi. cath. l. ac etiam procedit, ubi agitur ad commissionem pœnæ applicandæ parti. Alex. in 2. uolu. consi. 33. circa princ. de quo uide Imol. consil. 137. circa princip. & Cuman. consil. 134. colum. fin. Item procedit, siue agatur per accusationem, uti loquitur præcisè, siue per inquisitionem Anan. consilio 59. colu. 1. in fi. & ex his procedit etiam sine dubio, non solùm si agatur de magna causa criminali, sed etiam de minima. Et aduerte ad id, quod Doctores dicunt per d. l. sciant
11 cuncti. quòd probationes † debent esse luce meridiana clariores: cum non tantùm rationem habent ad conditionem personarum, ut debeant esse idoneæ: sicut dicit dicta lex, & consequenter omni exceptione maiores, secundum Doctores in dicta lege, maximè Sal. col. penult. & Bald. ibi, col. 2. Bar. in l. maritus. & in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæstion. Alexand. cons. 11 col. 1 uolum. 1. consi. 70. colum 3. & consi. 73. colum. 3. ambobus in uolum. 1. Bal 3. uol. consi. 337. & alibi sæpe. uerùm etiam ad dicta, & ideo requiritur, ut facto se dicant interfuisse, ut dicit Alberic. col. 1. in ea lege, & non ambulent per coniecturas, quæ tamen sufficiũt, ubi ciuiliter agitur, iuxta

dicta Bar. in l. prætor ait. §. prætor ait. & ibi Iaf. colum. 3. ff. de edendo. & per Hippo. in tit. de quæstionib. char. 45. col. 1. & in le. si quando. C. unde ui. & in l. uideamus. de in lit. iurã. & ꝙ sint interrogati de causa sciẽtiæ, licet non ita sit in ciuilibus. l. solam. C. de testi. ita Salicet. not. in ea. l. col. penult. Alex. consil. 15. col. col. 4. in primo uolu. &
12 dicit Salic. ubi suprà, † ꝙ in criminalibus subtilior debet fieri indagatio ueritatis, & maiori cum subtilitate testes sunt interrogandi, uide ibi omnino, & etiam Bald. ibidem col. 2. uersic. sed dubitatur. ubi dicit idem quod Salicet. de solertia in examinandis testibus, & subdit ꝙ requiruntur indicia grauiora & maturiora in criminalibus, quam in ciuilibus. Concludendo tandem,
13 ꝙ † probationes debent esse ita certæ, ut non possit illud probabiliter dissuaderi. allegat d. l. qui sententiam. C. de pœn. & ita hi duo patres Bald. & Salic. deducunt in ea l. sciant cuncti. quemadmodum probatio in criminali excedet probationem in ciuili. Aduerte tamen, dum clarè sentiunt, ꝙ
14 in ciuili † non requirãtur testes omni exceptione maiores, sicut in criminali, adducentes exemplum fratris, qui admittitur pro fratre in ciuili, & non in criminali. quod hoc idẽ explicitè dicit Paul. de Cast. in ea. l. & Barb. in cap. at si clerici, in princ. de iudic. & ita uidetur glo. in d. c. in uerbo, legitima probatione. quæ loquitur in criminali: Sicque ista uidetur ueritas. tamen quòd imò etiam in ciuili requirantur testes idonei, & consequẽter omni exceptione maiores, probat tex. in c. 1 de testib. & leg. idonei. ff. de testib, iuncta gloss. in §. itẽ uerborum. Institut. de inuti. stipulat. in uerbo, idoneos. Reperio Decium latè ponentem hoc contrarium in d. cap. at si clerici. & tandem concludentem uerum esse, quòd in ciuili requiruntur testes omni exceptione maiores, & ultra prędicta allegantem tex. in c. licet uniuersis. extrà, de testib. & ibi Abb. in terminis. Tamen si nó sunt, sup-
15 plentur eorum uitia per iuramentum: † secus in criminalibus, in quibus non defertur iuramentum in supplementum probationis, ut tradunt Bar. & Doctores in l. admonendi, ff. de iureiur. Item secundũ eum, duo testes sine ratione sufficiunt in ciuilibus, non in criminalibus, dicens in his duobus esse differentiam inter probationem ciuilem & criminalem: ueruntamen ꝙ etiã in ciuilibus debent duo testes esse omni exceptione maiores ad hoc ut plenam probationem faciant. Non quiescit tamen animus, quin sit uera opinio Pauli de Cast. Barba. & aliorum: quia in ciuilibus, quando testes deponunt non uerisimilia, requiritur ut sint omni exceptione maiores. Specul. in tit. de prob. §. fi. circa fi. per Fel. in c. quia uerisimile. de præsump. & ratio est, quia fit depositio contra non uerisimile, & ideo debet probari euidentissimis probationibus, l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. ubi uide Alexan. post alios. & ideo in ciuilibus non uidetur uerũ, ꝙ regulariter testes debeãt esse omni exceptione maiores: sic etiam cùm unius integritas suppleat uitium alterius in ciuilibus & in criminalibus etiam
16 † plures duobus non integri non sufficiãt ad condemnandum, sed tantum ad torquẽdum, ut per Ias. in l. prætor ait §. cogentur. ff. de ędend. sequitur necessariò, ꝙ in ciuilibus nó requiritur, ut sint omni exceptione maiores, sicut in criminalibus. Quid tenendum? dic breuiter, ꝙ omnes bene loqui uidentur. & ueritatem huius articuli paucis uidetur ponere textus in leg. in principib. ff. de testib. qui dicit, quòd in ciuilibus & in criminalibus omnes sunt idonei, præter eos. quos leges repellunt. Si
17 igitur lex non repellit † testem in ciuili. uidetur posse appellari idoneus, & omni exceptione maior, quia nulla macula legalis eum repellit: & si repellit eum in causa criminali, in ea non erit omni exceptione maior. Et hæc uidetur fallacia Doctorum, qui considerant maculam habita ratione ad causam criminalem, dicentes ꝙ ex quo admittitur talis in causa ciuili, ꝙ nó requiritur, ut sit omni exceptione maior in causa ciuili. Set errare uidentur, quia ad ipsam causam nulla est macula, probatur hoc meũ assumptum ex alio, quia in causa matrimoniali contra matrimonium requiritur ꝙ testis sit omni exceptione maior. cap. 1. de consang. & affin. & tamẽ fœmina, quæ regulariter non admittitur. ca. forus. de uerb. sign. potest esse omni exceptione maior in eo casu. c. super eo. col. 2. de testi. & reperio quòd hanc meam considerationem habuit præcisè Soccin. in consil. 54.

in 3.uol.col.4.& allegat Bal.& Sali. in d. l. sciant cuncti.& Bal. in l.1.colum.6.de sum. Trin.& fide cathol.& licet hæc sint colorata, no tamen me in hanc sententiam dedu xerunt: quia fateor, quòd ubi non repelluntur,& nulla macula legalis adest, quòd tunc sunt omni exceptione maiores, & cõsequenter quòd possunt esse in causa ciuili omni exceptione maiores, & in causa criminali secus. Sed difficultas est intelligere an etiam inhabiles in causa ciuili sufficiãt, uel requiratur, quòd sint omni exceptione maiores, ut probetur plenè. Cõcludo esse
18 † considerandam personam testis & dictum: quo ad dictum satis diximus, quod magis debet esse plenum, quàm in ciuili:& depositio debet esse super facto ipso, ac etiã maior indagatio fieri debuit, quàm in
19 causa ciuili: & † ideo acta & probationes in causa ciuili non faciunt plenam probationem in causa criminali, secundum Bar. in l.2.§.hoc edicto. uersic. quæro utrum.ff. ui bonor.rapt. quia clariores probationes in criminalibus requiruntur, ut ibi, & per Doctores in dicto c.at si clerici. in pri.maximè Decium col.18. uersic secunda conclusio, nisi tamen ita clarè probarent testes in causa ciuili, ut nihil posset opponi, secundũ Bald.&Salicet.in dicta l.fin.col.2.& 3.& in hoc nulla est differẽtia inter Doctores.
20 Quo ad personam † sine dubio duo testes ambo non integri, qui tamen admitti possint, non plenè probarent in ciuilibus, ut est exemplum in duobus testibus infamibus infamia facti qui & si admittantur in ciuilibus, secundum Doctores in dicta.l.1. C de sũma Trinit.& fide cathol.tamen diminuitur de fide eorũ, & etiam in duobus fratribus qui et si admittantur, secundũ Salic.& Bal in dicta l.sciant cuncti.& alibi sepæ, tamen diminuitur eorum fides, ut habetur in l.parẽtes.C.de testi. Sed tamẽ si nõ perfectè probarẽt, saltẽ cũ integritate alte
21 rius id facerent: & † ita integritas unius cum alio non omnino integro sufficeret:& et numerus suppleret in pluribus nõ omnino integris, quod nõ ita est in criminalibus quia numerus non integrorum non sufficeret, nec perfectio unius suppleret imperfectionem alterius, ut per Iason ubi suprà in d.l.prætor ait.§.cogentur. col. 3. ff. de ædend. loquor quo ad plenè probandũ: quia aliud quo ad torquendum, ut ibi, & per Bald.consil.337.uolum.3.ubi uide. Et ideo quatenus uerum est, ꝙ duo nõ omnino integri non probant plenè: sequitur necessariò, ut regula, quę habet, quòd in ore duorum uel trium stet omne uerbum, non procedat, nisi ipsi duo sint idonei. Quo uerò ad id ꝙ admittantur etiam non omnino integri,& suppleantur uel per iuramẽtum, ut dicit Deci. uel per integritatem alterius, uel numerum, uerum est dicere, uel is nolis, quòd ad plenam probationem in ciuilibus non requiritur ut testes sint omni exceptione maiores, nec in mille annis aliter posses dicere: atque ita in effectu uera est opinio Pau.de Castro & Barbat. in ciuilibus non requiri quòd sint omni exceptione maiores:& magis communis sensus Doctorum ita se habet. Nec tamen uerum est id quod dixit Soccin. in dicto consilio 54. colum.4. uolu.3. quòd ubi adsit casus singularis, ut mulier admittatur, quòd eo casu sit omni exceptione maior, ut patet ex notatis per Alexandr. in consil.11.colum.1.in princip.uol.1.ubi dixit notãter, quòd licet in crimine læsæ maiestatis aliàs inhabiles admittantur, non propterea sunt omni exceptione maiores, quia diminuitur adhuc de fide, ut ibi notatur per eum, nisi adesset lex uel statutum, quod daret omnimodam fidem illi. Nec Doctores allegati per Soccin. scilicet Bald. & Salicet. in d. leg. sciant cuncti. & Bald. in d. l. 1. columna 6. C. de summa Trinit. illud dicunt: & fortè etiam consilium illud Soccini potius est allegatio, quàm consilium, prout in eo uolumine infinitæ allegationes pro consiliis
22 positæ sunt. Aduerte tamen † dum dixi, ꝙ testes debẽt deponere de facto ipso, ita ꝙ non sufficeret, si deponerent de circunstantiis, uel aliis indiciis remotis, quia in contrarium uidetur tex. in l.1.§.idem Cornelio. ff. de quæstion. & quod ibi Bar. dicit per illum textum, quòd testis integer cum fama publica probat. Si igitur testes de fama supplent testem integrum, ergo admittũtur testes ad plenam probationẽ, etiam de re ipsa nõ deponentes. Sequitur Fel. in c. causam. de prob. col. antepe. uersi. secundo casu. Contrarium tamen uerum est eius quod dixit Barto. ubi suprà de teste integro cũ fama publica in criminali-

bus, licet in ciuilibus ex illis sequatur probatio plena, ut latè ostendit D. Ias. in repeti. l. admonendi. in 24. char. ff. de iureiur.
23 Et fundamentum est, quia† etiam duæ semiplenæ probationes diuersi generis, & ad eundem finem tendentes non coniunguntur in criminalibus, ut ibi, nisi etiam adessent alia adminicula. Ita Bald. in l. si quis ex argentariis. in §. 1. ff. de æden. ubi omnino uide. Sic etiam Bar. si illum bene uides in d. §. idem Cornelio. & Ias. in d. l. admonendi. char. 25. col. ult. iuncta colum. seq. Abb. in c. præterea. in fin. de testib. gl. in l. 2. in princ. ff. de excusat. tutor. Roman. consi. 7. & consi. 54. in fi. & Brun. in tractatu de tortura. in 4. char. in 3. colum. Hanc conclusionem etiam probat text. in d. §. idem Cornelio. & ita etiam explicitè tenet Aretin. qui diligentius in hac materia loquitur quàm alius, suo more. in c. tertio loco. col. 4. uersi. sed tamen. de probat. qui ultra dictum §. idem Cornelio. dicit bene facere text. in l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edi. Tot enim hoc casu concurrunt, ut possimus dicere nos esse in casu indiciorum indubitatorũ, de quib. proximè loquar, ponẽdo tamen ꝙ adminicula debeant esse multum propinqua ipsi delicto, adeò ut omnibus iunctis indubitatum resultet indiciũ. Et repetio, ꝙ ita tenet Alexã. in consi. 24. col. pen. incip. animaduersis. ubi uide, quia hoc modo, & secundum prędictam opinionem uoluit loqui. & ita etiam loqui uoluit Dec. in c. cùm causam. col. fin. uers. secũdò limitatur. extrà, de prob. Nec hoc casu tametsi ad sit testis integer, & fama publica, atq; aliud adminiculum, siue alia duo adminicula, uel plura, potest dici, ꝙ probatio,
24 quæ resultat, uera sit, imò† præsumpta dici debet. Ita Bal. in c. 1. §. cùm autem. in ult. col. in pen. quæst. de controuers. inuest. & in rub. C. de prob. & Ias. in d. l. admonẽdi. char. 24. col. ult. uers. item in tota ista materia. quod dico ratione pœnæ imponẽdæ, quia non erit corporalis, ut infrà dicam.
25 Conclusio† est igitur, quòd etiam testes super circunstantiis admittuntur ad plenam probationem, modo tamẽ quo suprà dictum est. Veruntamen ipsi testes, ut Doctores uolunt, maximè Salic. in d. l. sciãt. debent esse omni exceptione maiores, imò
26 amplius etiam† ꝙ nõ adesset testis de re ipsa: sed omnes loquerẽtur super præsumptionibus & indiciis, tamen fieri posset, ut facerent plenum præiudicium, ubi ita deponerent, ut redderent rem indubitatam: quia etiam ex indubitatis indiciis, & luce meridiana clarioribus quis damnari pos-
27 set. d. l. sciant cuncti. C de probat. Et† aliquando potest esse unũ indicium ita indubitatum, ut solum sufficiat, ut declarat Aretin. in d. c. tertio loco. col. 4. & ponunt omnes incipiendo ab Abb. in eo. c. & in dicta. l. sciant cuncti. maximè Bal. & Salic. Imola. in l fi. ff. de hær. instituen. & Felin. in c. afferte. de præsumpt. maximè in uers. quartò limita. & solemnius, quàm alius, Gandin. in titu. de præsumpt. & indic. indubitat. Et
28 dantur de his indiciis † indubitatis multa exempla per Doctores, ubi suprà, circa quæ omnino uide Felin. in d. c. afferte. col. 4 uers. & pro intellectu. Brun. in tractatu suo de indiciis & tortura, char. 4. col. 3. & pluribus sequentibus. & Aret. in d. ca. tertio loco. col. 4. & sequenti. Et pro intelli-
29 gentia scias, † ꝙ interdum lex præsumit in causa criminali, & super præsumpto disponit: & tunc res non habet dubium, ꝙ dicitur talis præsumptio uiolentissima, & quæ facit indicium indubitatum, propter quod deuenitur ad sententiam etiam capitalissimam. l. ei qui. C. de adul. & ratio est, quia legi ex tali præsumptione res patet, & ideo etiam debet patere iudici, ut declarat Bal. in d. l. fi. col. 1. & ita omnes. Aliquã-
30 do† tamẽ lex onus iudici dimittit, ut præsumat ex qualitate rei & personarum plus uel minus iuxta gradus præsumptionum, de quibus latè per Abb. in c. literas. extrà, de præsumpt. & tunc loquitur materia nostra, ꝙ quando apud iudicẽ adest talis præsumptio, ut rem uideat apertam & indubitatam potest deuenire ad condemnationẽ, iuxta dictam l. sciant cũcti. His sic præmissis, pone aliud exemplum ultra posita per Feli. ubi suprà, in eo, qui legitimè per tor-
31 menta confessus est, † quia confessio illa sine perseuerantia, iuncta facti uerisimilitudine, uidetur sufficere ad sententiã, secũdum Bal. in d. l. sciant cuncti. col. 1. in prin. & Brun. de indic. & tortu. char. 5. col. 1. sed hoc exẽplũ reprobat Salic. ibi optimo fundamento, ut per eũ: unde pone aliud in eo,
32 † qui extraiudicialiter confessus fuit cũ

aliis

aliis uerisimilitudinibus, ut ostendit Felin. in cap.olim.uersic.octauò limita.& uersic.
33 nonò limita.de rescript. & † idem in eo, qui legitimè confessus est in tormentis, pręcedente confessione extraiudiciali, ut est glossa in l.capite quinto.ff. de adult. & Ias.in l magistratibus.col.2.ff.de iurisdict. omnium iudic.& per Doctores in d.c.at si clerici.in princip.de iudic. Sed hoc etiam patitur responsiones Sali. datas ad exemplum confessionis extortæ,iuncta facti uerisimilitudine. In nullo tamen ex supradi-
34 ctis exemplis,& per alios relatis, † iudex debet condemnare pœna corporali, nisi in casu,quãdo lex ita pręsumit & iudicat, ut per Gand.in loco ubi suprà,ad fin. Cępol. consil.32.col.fi.& ibi habes, ꝙ nefas esset recedere ab opinione Gandi. & latè Hippoly.ut citò me expediam,in l.repeti. col. 7.de quęstionibus. in uerbo, sed contrarium.& ita seruatur in practica. Sed aduerte,quia Fel.in cap.afferte.uer. quartò limita.de præsump.expresiè uidetur uelle per hæc indubitata indicia iudicem condemnare pœna ordinaria, & sic secundum terminos d.l.sciant cuncti & indiciorum indubitatorum. quod est contra prædicta. Veritas tamen est,quã dixi,& cõmunis opinio,ut apparet ex dictis Hippol.& Cæpol. in consi.ubi suprà,& in consi.6.col.2. & alibi,& Brun.in tract.suo de indi & tortu.ubi
35 suprà. Et † ꝙ præsumptionibus siue indiciis indubitatis, quis possit tantùm pecuniaria pœna damnari,dicit Bolog.post cõs. Anan.59.& Alciat.in tract.præsumpt. in 2.
36 regula,in 9.præsumpt.ubi uult,ꝙ † d.l.fi. non procedat in pœna corporali,sed pecuniaria.& est cõmunis sensus Doct. Nec tamen uidetur esse differentia inter pœnam pecuniariam & corporalem, quando hæc est leuis,utpote fustigationis. Ita Areti.in c.tertio loco.de proba.col.4.uersi.quædã. Sed loquitur tex.per eum allegatus,quando lex præsumit saltẽ in genere, & ita Bru. in d.tract.char.5.col.1. uersi.sed tu potes. Nos loquimur in præsumptionibus homi-
37 nis, † in quibus ẽt si sint uiolentissimæ, adhuc procedit dictum Gand.nisi tamen essent adeò efficaces, ut ponerẽt ueritatem ante oculos iudicis. Dec. in d.c.tertio loco.ad fi.Aret.ibi uer.aliquãdo agitur. concludit,ꝙ si agitur de imponẽda pœna corporali,etiam graui uel confiscatione bonorũ,siue maioris partis, adhuc potest sequi condemnatio in duobus casibus. Primò cũ præsumptionibus cõcurrit semiplena probatio directa. Secundò quãdo præsumptiones ponunt ueritatem ante oculos, & ibi clarè uult,ꝙ opinio in contrarium sit regulariter uera & cõmunis, sed eam ita declarat.& hoc est etiam,quod in effectu uoluit Feli.in d.c.afferte.uersi. quartò limita. Et licet hæc opinio ponat dictum Gand. ubi suprà,in magno discrimine,tamen reuiuiscit cum alio temperamento, quod subiicitur per Doct. ex doctrina Inno. in c. quia uerisimile.de præsump. ubi dicit hęc uer-
38 ba, † ubi ex præsumptionibus proceditur,multùm debet iudex temperare sententiam,& maximè ne condemnet, nisi raro & modice ad pœnam uel pecuniariam, uel corporalem, quod dicit colligi ex sentẽtia Salomonis in d.c.afferte. ut per eũ, quem omnino uide, & loquitur in uiolentis præ
39 sumptionibus,subdens, † .§. tamen fama diminuit talem præsumptionem, & alle-
40 gatur Inno.ad duo. Primum, † quòd ex præsumptionibus nemo debet puniri pœna ordinaria delicti,sic Hippo.ubi supra.& Bal.in d.l.fi.col.3.uers.hęc est sententia.& Aret.in d.c.tertio loco.col.4.uersi.dixit tamen Nico.de Matar.& Abb.in d.c.afferte.
41 col.3.ubi uide,secũdum quod † nemo ex præsumptionibus debet corporali pœna puniri,sed in pecunia. Primũ dictum decidit quæstionẽ,quę nunc est in facto in quodam, qui ex maximis præsumptionibus cõuincitur de sacramento falso, cuius pœna est dupli ultra rei æstimationem. Nam secundum hoc dictum,mitior pœna est imponenda. Circa secũdum dictum,ꝙ nemo ex præsumptionibus debet corporaliter puniri,dic ꝙ Innoc. potius uidetur dicere contrarium,dum uult ut iudex debeat temperare sententiam non solùm in pecuniaria pœna,sed ẽt in corporali. In se tamen est uera conclusio, quã uult Gand. ubi suprà,
42 & alii cõmuniter. Et scias, † ꝙ si pœna est arbitraria, & probatio est præsumpta, minuitur pœna:si uera,augetur:sed si est taxata à lege uel à statuto, ẽt si sit uera probatio,statur legi Bal.in d.l.fi col.3 uersi.& adde. & Brun. ubi suprà, & aperi oculos? quia & si Felin.ubi suprà, limitatione 3.u-

deatur uelle, ꝙ possit imponi pœna ordinaria super indubitatis indiciis, etiam ex præsumptione hominis, tamen postea ipse temperat in effectu, secundum Inno. in d.c. & ita dic audacter, ꝙ Aretin. & Decius in d.c. tertio loco. loquuntur contra communem opinionem. Et omnibus trutina-
43 tis, tandem est concludendum, † ꝙ nullæ præsumptiones facere possunt, ut quis sit capite puniendus, uel afficiẽdus pœna corporali: quinimò ꝙ etiam pecuniaria pœna est moderanda per prædicta, nisi ut suprà. Et dum Innoc. pro opinione sua ponderat sententiam Salomonis in d.c. afferte. dic ꝙ etiam ibi actum erat criminaliter secundũ Abbat. ibi. & tamen sententia fuit ciuilis. quod est mirabile: sed ideo factum fuit eo casu, quia in sententiis regum non consideratur modus agendi, nec solennitas iudiciaria, ut dicam sub titu. de principe. Vel dic, ꝙ uerior est intellectus Anton. de Butrio, ꝙ ibi erat actum ciuiliter. Ad prædicta uide Alexand. consilio 15. uolum 1. columna tertia. Vide etiam pro declaratione terminorum Felin. in cap. quia uerisimile. de præsumptionibus. columna 2. uersi. ult. ubi declarat omnem speciem præsumptionis, di-
44 cens † ꝙ concludit illa, quæ est iuris, & de iure, & iuris etiam, & quæ est hominis multiplicata tamen, addens quòd quando non infert necessariò id quod quæritur, non probat. Item dum dixi, ꝙ pœna ordinaria non imponitur, ubi ex præsumptionibus. &c. nota quæ dicit Gandinus in tit. ut i suprà, in fi. ꝙ nisi sit præsumptio iuris
45 & de iure, indicium † siue indicia nõ adeo indubitata sunt, quin quandam solicitam dubitationem recipiant, quæ uerba declarant, ut omnino sit standum in cõclusione, ꝙ sit diminuendum è pœna etiam pecuniaria. Quæ tamen conclusio non uidetur habere locum in pœna arbitraria. Ita declarat Innoc. Baldus in d.l. fi. col. pen. ibi, & ad de ꝙ licet. ubi omnino uide, & Brun. in loco ubi suprà, char. 5. col. 1. in fin. uersi. ibi, aut in pœnis arbitrariis. Sed est error, quia quo ad mitigationem firma remanet absolutè conclusio, etiam in pœna ordinaria, ut nunquam imponatur, sed quo ad augendã eam non potest procedere, nisi in arbitraria pœna, quando adest uera probatio negatiue loquendo, quia iudex debet remanere contentus determinatione legis. Sic uoluit loqui Bald. & Bru. insipidè loquutus est, quem tamen semper uide in eo loco.
46 Sic satis intelligis regulam, ꝙ nemo † ex præsumptionibus damnatur, quæ sumitur in l. absentem. ff. de pœ. in prin. Et ultra prędicta procedit etiam in criminibus, quæ occultè fiunt: & ideo secundum ueritatem super præsumptionibus in crimine falsi non fertur sententia, ut per Dec. in consil. 189. col. 1. & in c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. Non obstat quod dicit Abb. in c. præterea. in fi. de testi. & Roma. consil. 7. uide-
47 licet, † ꝙ in criminibus occultis admittitur probatio præsumpta: quia in terminis, in quibus loquuntur, uidelicet in teste integro cum aliis adminiculis in quolibet crimine, sequitur plena probatio, ut dixi suprà uersi. aduerte tamen post Bar. in l. 1. §. item Cornelio. ff. de fals. & Bald. in leg. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de æden. & Aret. in c. tertio loco. col. 4. uersic. sed tamen de
48 prob. ubi enim est † solùm probatio uehemens non sufficit etiam in occultis, ut apparet ex dictis per Dec. ubi suprà. Nõ obstat etiã dictæ regulæ, absentem. l. 3. ff. de
49 of. pręfec. uig. ubi imponitur pœna † fustigationis ex sola præsumptione: quia ideo illud admittitur, quia lex ita uult, ut per Bru. de in dic. char. 5. col. 1. ad fi. & hæc locum habent, quãdo agitur criminaliter.
50 Si uerò ciuiliter † pro crimine, tunc sine dubio, ex uiolenta pręsumptione, sequitur sententia, ut per Dec. in crimine falsi, ubi suprà, & in furto per Bar. in l. si quis ex ar-
51 gẽ. §. 1. ff. de æden. quod probatur † per fracturam hostii, & fugam famuli, ut etiã per Hippoly. in l. de minore. §. plurimum. col. 14. ff. de quæst. & Ias. in d. §. 1. col. 3. Nec tamen Dec. & Bar. loquuntur in præsumptione uiolenta & ideo non immeritò pos
52 set dici, ꝙ † in his occultis, ubi agitur ciuiliter, pręsumptio possit esse leuior: quod tamen non puto uerum, per not. per Abb. in d.c. afferte. ubi est casus, maximè secundum Do. Ant. de But. qui intelligit, ꝙ ibi ageretur ciuiliter, & tamen tex. requirit uiolentã præsumptionẽ; & loquitur in cri-
53 mine occulto, & ideo generaliter † et uoluit Anan. in d. consi. 59. ꝙ ubi agitur pro crimine ciuiliter, non sufficiãt testis integer & fama, prout sufficiũt in materia more ci-

rè ciuili. Sequitur Ias. in d.l.admonendi. char.23.col.1.& dicit, ꝙ hoc dictũ Anan. nunquã est tradendum obliuioni. Ex prędictis constat, quomodo conuincatur reus per probationem rectã, scilicet per testes de re ipsa loquentes, & quomodo conuincatur per indicia & præsumptiones. De su
54 spicione nõ loquor, quia † illa nunquã facit, ut sequatur condemnatio, secundũ Bal. in d.l.ei qui.& Feli.in d.c.afferte.uersi.2.limita. Adde id, quod dicebat Bal. prout su-
55 prà retuli in d.l.sciant cuncti. † ꝙ ét per argumenta quis conuincitur in crimine multum atroci, ut est tex. in c.pro humani. de homicid.in 6. qui tex. loquitur de assassinamento. Ita Aret. in d. c. tertio loco. & Aug. de Arim. ad dictã glo. fama publica. & Peru. in eo tex. hoc not. ubi uide, & Domi. ibidẽ col.pe. post antiquos, & Dec. late in consi.189.col.2.& 3. ubi uide. Tamen quia tex. dicit, argumentis probabilibus, intelligi uidetur secundum d.l.sciant cuncti. ut per Feli.in d.c.afferte.in 3.limitatione, ad fin.& seq. quod non credo uerum ex atrocitate delicti, & uerbis claris tex ac cõmunĩ opinione Doctorum sicut uides. Nõ omitto tamen ad terminorum & eorum quæ di
56 cta sunt, declarationẽ, † quod dicit gloss. in d.l.sciant cuncti.dum uult, ut illa lex fallat omni casu, quo lex præsumit dolum, & consequenter in casu l.1.C.de sicar.& notatorũ per Bar.in l.dolum.C.de dolo.& potest poni exẽplum in eo, qui transigit super delicto, qui fateri præsumitur, iuxta notata in l.transigere.C.de transact. & declarat Abb.in c.accedens. *el secondo*. de accusat.& Dec.in d.c.tertio loco. Sed tamen hæc ideo procedunt, quia constat de facto ipso, & tractatur tantùm de animo solo: sed præsens materia uersatur, quando factum est dubiũ, & eius probatio in sola præsumptione cõsistit, & uide Clau.in l.ut uim. ff. de iustit.& iure.col.28.in eo artic. quando quis fatetur occidisse, sed ad sui defensio-
57 nem † in quo dicitur eum mitius puniri, quiã præsumptè cõstat, iuxta dictum Abb. in c.auditis.de præscrip. Non dicit Claud. & bene, prout etiam retuli suprà titu. præcedenti circa confessionem qualificatam, ꝙ licet ius præsumat contra confitentem, & ita uideatur esse puniendus pœna ordinaria, iuxta d.l.1. C.de sicar. tamen mitius

punitur, quia de facto ipso non constat per confessionem puram sed conditionalem, quam conditionem lex reiicit præsumendo illam puram esse, secus si factum ipsum esset clarum per puram confessionem, uel per testes, & tantùm lex præsumeret super animo. Hinc etiam est quod Aret. consuluit in consi.80.col.pe. uersic. confirmatur
58 etiam ꝙ eo casu quo lex † præsumit dolum, si adsunt coniecturæ, quæ faciant illũ non esse euidentem dolum, pœna mitigatur. Et an in criminalibus, ubi agitur ciuiliter, possit quis ex præsumptionibus damnari? Vide quæ dicam infrà in tit. de partu supposito, maximè ad finem. & dicam ét in tit de falsis, post principium. & quia dixi suprà, ꝙ testes debent esse clari, & deponere directè super ipso delicto, uel per indi-
59 cia indubitata, Aduertendum est, † ꝙ ét facilius offenduntur & debilitantur eorũ dicta, quàm in ciuilibus. Hoc ostendo primò, quia ita dicit Sali. in d.l. sciant cuncti. col.penult. Item apparet ex dictis Bar. in l. non solùm. §.sed ut probari. ff. de oper. no. nunciat. ubi Bar. concludit, quòd facilius in criminalibus reus confundit probationem accusatoris, quàm in ciuilibus. Et ideo licet uelit ꝙ exceptio ex parte rei ita debeat concludẽter probari, sicut actio ex parte actoris, de quo est glo. in clem. si. in uerbo, priuatum. de rescript. & prosequitur Alex. ibi in eo §. quem legit sub §. sciendum in primis uerbis. tamen hanc cõclusionem Bar. non uult procedere in delictis: quia etsi probatio rei dubia sit, tamen uult per l.meritò.cum similibus.ff. pro so-
60 cio. ꝙ † confundat in effectu probationẽ actoris, dat duo exempla. Primum, quòd si accusatur Titius, ꝙ uulnerauerit Sempronium de mense Maii, & ita probetur: Titius uerò opponat, quòd potuit illum impunè percutere, quia erat bannitus, & producat bannum latum medio mense Maii, propter quam probationem dubium redditur an talis percussio fuerit delictum, uel quid illicitum, aut non. Et concludit Bar. ꝙ eo casu hæc exceptio ita dubiè probata est sufficiens pro uictoria rei accusati: quia cùm res efficiatur dubia, debet interpretari, ut nõ sit delictum, per d.l. meritò.& alia ut per eum. Secundũ exẽplũ ponit de uiro nobili, qui non poterat ingredi

palatium, nisi tempore consilii generalis. Nam si accusatur, & probetur ꝙ de mense Maii ingressus fuerit palatium:& ex aduerso ipse probet, ꝙ eo mense Maii sit factum consilium generale:quia datur casus, quo licitè potuit eo mense ingredi, res dubia redditur & delictum non præsumitur. Sic igitur licet reus his duobus casibus non bene concludit,ut patet,rem tamen reddit dubiam, atque ita quia probationes non sunt luce meridiana clariores, absoluitur. Et hæc opinio Bar.est communis,ut patet ibi.& per Aug de Arim.ad gloss.in uerbo, de anno præsenti.ubi latissimè. & Felin. in ca. auditis. de præscript. & alibi sæpe per eum.& per Claud.in d.l.ut uim.colum.25. ubi latè faciendo regulam secundum Bar. & ponendo sex fallentias,& per Doctores maximè Deci.in cap. in præsentia. extrà, de probat.uersic.duodecimò nota, & dicit Alex. in d.§.sciendum ꝙ totus mundus sequitur opinionem Bartol.est uerum quod patitur maximam difficultatem, attamen quia etiam illam Doctores soluunt in locis ubi suprà, & maximè Deci.in d.c.ideo ulterius non insistam. Hinc est etiam, ꝙ

61 † quamuis homicidium sit plenè probatum contra Titium, qui tantùm ad sui defensionem alleget & probet, ꝙ qui occisus est,ipsum fuerat aggressus, absoluitur ex hac probatione,licet non concludenti. Concludens enim illa est,quando post aggressionem incontinenti probatur offensio.Ita Alexand.in d.§. sciendum circa fin. & latissimè Claud.in d.leg.ut uim. col. 25. uersicu.contra istam communem conclusionem.Sed quid iuris est, quando probatum est, ꝙ Titius commisit homicidium, & Titius per unicum testem probauit, ꝙ ad sui defensionem illud fecit, uel ꝙ uulneratus ex malo regimine decessit. Præ-

62 missa † enim loquuntur, quando reus plenè probauit, licet non concludenter, hic quando concludenter, sed semiplenè: de hoc in terminis uide Anch.consi.285. col. fi.ubi ponit exemplum testis, qui solus deposuit,ꝙ ex malo regimine decessit uulneratus,& dicit reum esse absoluendum. Est uerum, ꝙ secundum eum etiam militabat præsumptio, ꝙ res ita esset ex longo tempore,quo superuixerat. Item ponit aliud exemplum testis,qui deposuit concludenter de necessaria defensione:& dicit,quòd salua conscientia iudex nõ posset reum damnare,per l. absentem.ff.de pœnis. Veritas est hoc casu secundum id, quod concludit Bar. in l.admonendi.ff.de iureiur.quem ibi unà cum his,qui eum sequũtur, refert Ias. char.24.col.ulti.ꝙ ubi probationes sunt directò contrariæ,plena probatio actoris cõfundit minus plenam ipsius rei: secus si se inuicem admittant Et ideo ubi reus diceret, Non occidi, & ita probaret debilius, nihil faceret.Sed si dicat, Occidi,sed id feci me defendendo, uel uulneraui, sed ipse decessit ex malo regimine, tunc unus testis integer redderet rem accusatoris uel iudicis inquirentis ita dubiam,quòd absolueretur.Fateor,ꝙ ubi militaret aliqua præsumptio contra ipsum reum: & pro accusatore aliud esset,per ea, quæ dicit Felin. in d.c.auditis. dum limitat dicta Bar. in d.§. sed ut probaui.& est prima limitatio.& sequitur Claud.ubi suprà,col. 29. & res patet ad sensum absq; allegatione: quia reus primò habet nisi unum testem, secundò habet præsumptionem legis contra se, d. l.1.C.de sicar. Tertio habet etiam extrinsecam præsumptionem, etiam contra

63 se,& ità ego loquor. Restat † ut ponamus de conuictione per instrumenta, iuxta dictam l. sciant cuncti. in qua materia uide ibi Doctores,maximè Sali. ex dictis cuius habes unum exemplum clarum,quãdo facere instrumentum esset delictum, quia per inspectionem ipsius instrumenti constaret de delicto.Habes etiam aliud,quando plures fecissent coniurationem, siue conspirationem aduersus principem, de qua instrumentum confectum esset in-

64 ter eos:uerùm † ubi quis uellet probare homicidium,uel furtum per instrumenta, non posset, quia testibus probanda sunt talia.l.3.§.quod diuus. ff. de testi. ut latè per eum.Non insisto in hac materia, quia Felin. latè posuit in cap.cùm in ecclesiis. de maiorit. & obedient. uide etiam Roman. consilio 349.& Feder.consil.23. Et quia dixi suprà, ꝙ quis conuincitur argumentis

65 in crimine assassinamenti, quæro † quid in crimine hæresis & in crimine læsæ maiestatis?Sed de his uide infrà in tit.de hæret. & in titu. de crimine læsæ maiestatis, ubi latè ponam & concludam.

Tit.

Tit. de Indiciis & considerationibus ante torturam.

SVMMAE:

1 *Torqueri non debet aliquis, nisi præcedentibus indiciis.*

2 *Iudicium dicitur signum siue demonstratiuum adminiculum delicti, uel alterius rei, de quo, uel de qua quæritur.*

3 *Indicium interdum ad capturam, ad inquisitionem, ad torturam, nonnunquàm ad condemnationem sufficit.*

4 *Indicium & argumentum pro eodem accipiuntur.*

5 *Indicium probatur per unum testem de maleficio deponentem. & per duos deponentes de circunstantiis.*

6 *Testis solus de ipso maleficio deponens non facit semiplenam probationem, sed indicicium tantum.*

7 *Torturæ sufficit minus quàm semiplena probatio.*

8 *Indicium minus est quàm præsumptio.*

9 *Præsumptio an sit maior semiplena probatione?*

10 *Testis debet esse omni exceptione maior, ut in criminalibus faciat indicium*

11 *Testes infames licet in crimine læsæ maiestatis admittantur, tamen non dicuntur omni exceptione maiores, nec unus sufficeret ad torturam.*

12 *Testis nō maior omni exceptione sufficit ad torturam ubi datum est arbitrium iudici tā in condemnando quàm in procedendo.*

13 *Iudex qui potest sola facti ueritate inspecta procedere, & condemnare, potest admittere non solùm probationes, sed etiam uerisimilitudines.*

14 *Testis non omni exceptione maior sufficit ad torturam ubi aliis adminiculis coadiuuatur.*

15 *Testis circa circunstantias, & remota maleficii deponens, non requiritur ut sit omni exceptione maior.*

16 *Testes omni exceptione maiores faciunt indicium ad torturam, nisi alia coniectura repugnet.*

17 *Indicia ad torturam sufficientia debent esse uerisimilia & concludenter probare.*

18 *Indicium remotum probari debet per duos testes etiam quo ad formandam inquisitionem.*

19 *Testis solus super indicio remoto non facit quaquale indicium.*

20 *Duo testes quorum unus de uno remoto indicio deponit, alter de alio non coniunguntur ad faciendam perfectumindicium.*

21 *Duo testes de auditu à diuersis non coniunguntur ad faciendum indicium.*

22 *Signa etiam leuia licet sufficiant ad probandum quem hæreticum, tamen plenè probari debent.*

23 *Testes multum notabiles licet singulares inclinare debent iudicem non solùm ad torturam, sed etiam ad condemnationem.*

24 *Iudex habens uehementem opinionem quod aliquis sit reus ex multis circunstantiis, etiam extra processum potest eū terrere.*

25 *Terror qui à iudice reo incutitur licet sit quædam tortura, tamen non habetur pro tortura.*

26 *Iudex qui tenetur in syndicatu si ita torqueat reum ut moriatur, non tenetur si moreretur propter terrorem sibi iniectum.*

27 *Terror, qui potest à iudice reo incuti, est quo ad uultum, non si ligetur reus, & eleuetur.*

28 *Testis unus dignior sufficit ad probandum quem esse mendacem.*

29 *Indicium ad torturam est si reus reperitur mendax.*

30 *Indicium an sit tale ut sufficiat ad torturam, uel an plura requirantur relinquitur iudicis arbitrio.*

31 *Testibus etiam singularibus potest fidem dare iudex ex aliqua causa.*

32 *Tortura debet adhiberi à iudice ex causa.*

33 *A tormentis inchoandum est.*

34 *Indicium probabile & uerisimile est, quando unus testis omni exceptione maior de re ipsa deposuit.*

35 *Clericus torqueri non potest stante dicto unius testis, licet omni exceptione maioris, & de maleficio deponentis nisi præcedente infamia.*

36 *Mendacium rei est probabile & uerisimile ac sufficiens indicium ad torturam.*

37 *Mendacium rei probatur per unum testem omni exceptione maiorem & reo dignio-*

rem deponentem super eo quod fac t reum immed atè delinquentem.

38 *Indicium probabile ad torturam est quando reus trepidat, balbutit, uel uariat.*

39 *Varians reus potest torqueri, sed non puniri de falso.*

40 *Variatio rei sola sufficit ad torturam.*

41 *Trepidatio & pallor uultus sunt multum arbitraria iudici ex qualitate personarum.*

42 *Trepidatio rei quid sit.*

43 *Indicium probabile & uerisimile est quando reus extraiudicialiter confessus est, uel coram iudice incompetente.*

44 *Indicium sufficiens ad torturam est quando quis minatus est, se commissurum aliquod delictum quòd postea fuerit perpetratum arbitrio tamen iudicis considerata qualitate personæ.*

45 *Indicium ad torturam non resultat contra testem ex eo quòd antequàm testimonium diceret, minatus sit se dicturum falsum contra aliquem, nisi sibi darentur tales pecuniæ.*

46 *Minarum materia ubi tractetur per Aretin.*

47 *Inimicitia sola non est indicium sufficiens ad torturam, sed coadiuuat alia debilia indicia.*

48 *Inimicitia non est indicium generale ad omnia delicta sed tantum ad ea, quæ fiunt ad alterius iniuriam.*

49 *Fuga ante accusationem uel inquisitionem delicti, uel comminationem prædictorum est indicium sufficiens ad torturam.*

50 *Torqueri possunt omnes, qui sunt in domo in qua reperitur aliquis interfectus quando sunt malæ famæ omnes aliàs illi soli qui malè audiunt, & hoc quando non adesset aliud indicium.*

51 *Indicium sufficiens ad torturam est quando cadauer reperitur multum propè domum alicuius qui erat aptus ad committendum homicidium, & aliquid aliud adiungitur tali indicio, item si quis consueuisset frequenter ire per uiam in qua reperitur cadauer.*

52 *Indicium ad torturam in furto est quando aliquis est uicinus, & habet notam domum eius, cui subtracta est res, & est malæ famæ.*

53 *Fuga famuli recedentis sine licentia domini facit indicium ad torturam in causa furti criminalis.*

54 *Fuga famuli sine licentia domini plenè probat furtum in causa.*

55 *Indicium ad torturam in furto est quando solùm res furtiua reperitur penes aliquem malæ uocis in furtis, & qui interrogatus à quo habuerit dicat nescire, uel non recordari cùm uerisimiliter possit, secus si esset bonæ famæ, & diceret quod non cognoscit datorem, etiam quod non esset talis qui soleret talia emere.*

56 *Vtens falso instrumento præsumitur illud fieri fecisse: nisi doceat quis illud fieri fecerit.*

57 *Vtens falso instrumento, punitur etiam si extet statutum ut nullus corporaliter puniatur nisi lege municipali caueatur, dummodo adsit aliud statutum disponens ut qui fecerit, uel fieri fecerit falsum instrumentum puniatur.*

58 *Vtens falso instrumento punitur, si tempore productionis & usus erat falsum, nisi doceat à quo illud instrumentum habuerit, quia tunc excusatur.*

59 *Monetam falsam expendens non excusatur ab usu, secus autem à fabricatione.*

60 *Familiaris alicuius committens delictum, quòd concernit utilitatem eius, cui est familiaris, præsumitur illius mandato commisisse.*

61 *Præsumitur ille conscius furti, apud quem res furtiua reperitur, si solitus est emere res furtiuas; & clàm emerit, & tenetur restituere sine pretio rem etiam si non sit alia mala opinio.*

62 *Iudæus accipiens pignori rem quam uerisimiliter scit esse alienam, tenetur restituere illam sine pretio etiam stante decreto, ut possit mutuare super rebus alienis.*

63 *Indicium ad torturam est quando instrumentum reperitur penes aliquem cuius solius commodum respicit, licet doctores uelint idem esse quando omnino non reperitur instrumentum, ut præsumatur non reperiri causa illius cuius commodo cedit.*

64 *Indicium ad torturam non oritur contra eum qui solus esset successurus ei qui reperitur mortuus nisi alia concurrerent.*

65 *Fama multum uehemens contra aliquem in specie super delicto commisso, & quæ proce-*

procedat ab honestis personis, est indicium sufficiens ad torturam, idem si sit infamia in genere iuncta cum mala fama in specie, licet non procedat ita ab honestis.

66 Socius criminis iuncta infamia contra reum sufficit.

67 Vicinus domui in qua commissum est furtum si malè audiat torquetur.

68 Fama mala interdum sufficit ad condemnandum.

69 Testium numerus supplet circunstantias quæ requiruntur ad probandam famam.

70 Fama mala & opinio non oritur ex eo quod schedulæ infamatoriæ clàm sint datæ iudici uel principi.

71 Indicium ut sufficiat ad torturam debet esse multum propinquum.

72 Indicium in dubio iudicandum est, ut non sufficiat ad torturam, nisi magnitudo delicti faceret recedere à regula.

73 Indicia ad cognoscendum homicidam.

74 Indiciorum copia est danda reo ante torturam, & etiam terminus ad ea impugnanda.

75 Indiciorum copia danda est reo etiam si timor esset subornationis, & malè audiret, & ex officio procederetur.

76 Indiciorum copia non est danda ei qui sit adeò insignis maleficijs, ut res redacta sit ad notorium.

77 Indiciorum copia datur etiam illi qui argueretur maximi delicti, ut in crimine læsæ maiestatis.

78 Defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest.

79 Indiciorum copia peti debet.

80 Indiciorum copia denegari potest ubi appa ret manifesta calumnia, & petitionem fieri causa differendi.

81 Indiciorum copia quæ sunt contra testes, non datur parti.

82 Indiciorum copia danda est accusatori, quando datur etiam reo, non aliter.

83 Indicia quomodo elidantur ne sufficiant ad torturam remissiuè, & quòd hoc fit per bonam famam in specie, ubi mala fama erat ex aduerso etiam in specie.

84 Indicium eliditur quando reus dicit se non fuisse uulneratum ab inquisito.

85 Excusatio non ualet facta post sententiam cuius robur adhuc duraret.

86 Indicia eliduntur quando reus habet ad sui fauorem alia indicia.

87 Testis omni exceptione maior, non sufficit ad torturam, ubi alia repugnent, sicut testis pro reo facit, ut perfecta probatio accusatoris non sufficiat ad condemnationem.

88 Indicium furti eliditur quando passus furtum dicit factum esse ipso uolente.

89 Indicium debilitatur, seu purgatur reus quando accusator qui produxit testes dicit se nolle illis uti, scilicet quo ad præiudicium partis non fisci.

90 Indicium eliditur per præsumptionem, uel indicium contrarium.

91 Indicia quomodo elidantur, uel omnino destruantur, ubi tractetur.

92 Torqueri potest reus in causa criminali non in leui sed in grauiore delicto.

93 Leuia delicta quæ dicantur.

94 Statutum Mediolani ponit casus in quibus reus torqueri potest, & extra illos prohibet torturam.

95 Torqueri non potest reus homo liber in causa ciuili, secus autem seruus

96 Torqueri qui possint ubi tractetur.

97 Torqueri potest reus in causa ciuili quæ habet annexum delictum ut in causa usurarum.

98 Torqueri non potest quis ubi de delicto actum est ciuiliter.

99 Torqueri possunt serui ubi de delicto actum est ciuiliter.

100 Causa merè ciuilis non dicitur, sed mixta quando de delicto ciuiliter agitur.

101 Torqueri potest reus etiam quando delictum per gratiam est sublatum, sed agitur ad interesse partis.

102 Torqueri ex regula quilibet potest.

103 Torqueri possunt clerici & presbyteri præcedente fama, dummodo per funem, & fidiculas non torqueantur, licet Mediolani seruetur ut torqueantur sicut cæteri præcedentibus tamen legitimis indiciis.

104 Torqueri non potest miles creatus secundum antiquam solemnitatem.

105 Milites creati secundum solemnitatem huius temporis quos equites uulgò appellamus non gaudent priuilegiis concessis militibus antiquis propter simplicitatem, sed concessis propter dignitatem, & ideò torqueri non possunt.

106 *Milites & equites nostri temporis capi non possunt personaliter.*

107 *Militia simplex est dignitas in genere.*

108 *Milites qui stipendia merent, & exercent militiam gaudent priuilegiis militum, sed tamen possunt torqueri.*

109 *Pœnæ ignominiosæ imponi non possunt militibus aut decurionibus.*

110 *Torqueri non potest aliquis in dignitate existens.*

111 *Doctor & aduocatus torqueri non possunt & consuetudo in contrarium non ualet.*

112 *Torqueri potest decurio de consuetudine.*

113 *Miles uel consiliarius torqueri non possunt in eo territorio in quo creati sunt milites, uel consiliarii, secus in alio territorio.*

114 *Doctor ubique est doctor & nullibi potest torqueri.*

115 *Torqueri possunt personæ aliàs priuilegiatæ in crimine læsæ maiestatis, falsi, priuati carceris.*

116 *Doctor, etiam si in officio præturæ, uel alio delinquat, non tamen potest torqueri.*

117 *Excessus Consiliariorum, Senatorum, & aliorum ubi per Parid. Put. ponantur.*

118 *Torqueri non possunt de iure etiam pronepotes decurionum.*

119 *Decretum Mediolani, ut officiales possint puniri in syndicatu decem ictibus funis ex quo loco in iure sumptum sit.*

120 *Confessio facta in tortura seruatis seruandis ab his qui torqueri non possunt nil ualet.*

121 *Torqueri licet non possint decrepiti, & minores, & aliæ priuilegiatæ personæ: possunt tamen terreri.*

122 *Ligari non possunt cum minis torquendi eos & minus eleuari qui non possunt torqueri uel ratione personæ, uel ratione indiciorum debilium.*

123 *Decrepiti & impuberes quo terrore terreri possint.*

124 *Terror incuti potest reo ubi nulla essent indicia, & sic etiam ubi minus sufficientia.*

125 *Tortura quæ leuis, inconsueta, & immoderata.*

126 *Torqueri ut quis possit necesse est, ut præcedat formatio inquisitionis, litis contestatio, repetitio testium parte citata, & publicatio processus.*

127 *Inquisitio sæpenumero Mediolani non formatur.*

128 *Testes parte non citata examinati sufficiunt ad torturam ubi hoc consuetudine seruaretur.*

129 *Torqueri non potest quis ubi extant probationes, sed solùm ubi ueritas aliter haberi non potest.*

130 *Torquentes conuictum uel confessum, si sint cauti iudices, scribi faciunt protestationē non torquendi eum super his, de quibus conuictus sit sed solùm super aliis delictis, nec illum interrogant super illis ita probatis.*

131 *Torquens conuictum iudex potest protestari se deuenire ad torturam, ut reus confiteatur ne posteà possit appellari.*

232 *Torqueri regulariter non potest quis non præcedentibus indiciis.*

133 *Torqueri potest inquisitus in banno positus propter contumaciam si uelit comparere in termino permisso ad purgandam contumaciam maximè Mediolani.*

134 *Contumacia facit indicium sicut fuga.*

135 *Contumax debet allegare aliquod impedimentum ad excusandum cōtumaciam suam, & quæuibet causa excusat.*

136 *Torqueri an possit quis sine indicijs in criminibus quæ secreto fiunt uel atrocissimis, & nullum casum esse in quo non requiratur indicium.*

137 *Interrogari potest de alijs delictis de quibus non præcedunt indicia, tortus legitimè super principali delicto et confessus, etiam si alia sint dissimilia dummodo malè audiat, idem si non constaret de delicto principali, & hoc de consuetudine, & ad finē indagandi ueritatem non condemnandi.*

138 *Interrogari non potest super alijs delictis qui de principali tortus, confessus est quando confessus esset delictum suprà triennium patratum, & post illud uitam laudabilem duxisset.*

139 *Confessus delictum de quo principaliter non agebatur, an possit in eodem iudicio damnari.*

140 *Confessus delictum de quo fuit interrogatus, non uidetur ex eo posse damnari, & talis confessio præsumitur suspecta.*

141 *Iudex etiam in materia arbitraria nō pōt aliquem torquere ex uehementi et infallibili cōscientia sine indiciis, licet secus eēt si haberet*

beret arbitrium procedendi secundum conscientiam, uel haberet aliquod indicium in scriptis, quamuis de se non esset sufficiens.

142 *Princeps potest ex uehementi & infallibili conscientia sua sine indiciis reum torquere.*

143 *Interrogari potest reus de complicibus, siue in tortura siue extra in delictis quæ committuntur principaliter ad utilitatem committentis, secus si in odium tantum alterius committerentur.*

144 *Interrogari potest de mandante mandatarius conuictus de homicidio & poni ad torturam secundum Bartolum.*

145 *Interrogari potest mandatarius de mandãte & quando mandatarius est seruus uel liber non uilis. sed delictum est tale quod sine sociis regulariter non comittitur, uel si ob communem salutẽ sit radicitus extirpandũ.*

146 *Interrogari potest reus de sociis, si est persona libera, & uilis, & delictum possit à solo committi, quando non apparet causa quare id delictum commiserit.*

147 *Testis falsus an possit interrogari de mandante uel instigatore.*

148 *Interrogatus in genere de sociis, si negat scire, & præsumptio sit quod sciat potest torqueri, ubi uerò in specie de aliquo interrogetur non ualet nisi contra eum esset præsumptio.*

149 *Socius criminis confessus de socio non facit indicium ad torturam, nisi ei iungatur alia præsumptio, uel indicium.*

150 *Testes inhabiles ad testificandum qui tamẽ aliqua ratione admittuntur non sunt per se sufficientes ad torturam.*

151 *Socius criminis, & quilibet alius crimine notatus non admittitur in testem, nisi cum tortura. secus si esset aliud uicium ut familiaritatis, & paupertatis.*

152 *Torqueri non debent crimine notati in testes nisi præcedat præsumptio uel indiciũ.*

153 *Exceptiones, quæ fiunt contra testem, licet aliàs reseruentur post examen, tamen secus est quando testis examinatur cum tortura.*

154 *Mandatarius facit indicium ad torturam contra mandantem cum aliquo indicio uel præsumptione post susceptum mandatum ante uerò indistinctè.*

155 *Mandatum ad homicidium est ex delictis quæ secretò fiunt.*

156 *Testis falsus qui dicit se fuisse solicitatum ad dicendum testimonium facit indicium ad torturam contra instigantem secundum communem practicam, quicquid sit de iure.*

157 *Testi corrupto creditur contra corrumpentem.*

158 *Periurium tollit omnem fidem in teste.*

159 *Duo testes asserentes se fuisse sollicitatos torquentur licet sint singulares.*

160 *Stupratus cum tortura facit indicium ad torturam contra stuprantem siue sit ætatis completæ siue non, licet sit aliud respectu condemnationis.*

161 *Testes aliàs inhabiles admittuntur ubi ueritas aliter haberi non potest, & ex natura negotii alii interuenire non potuerunt.*

162 *Præsumptiones & coniecturæ sufficiunt in his quæ sunt difficilis probationis.*

163 *Testes aliàs inhabiles non admittuntur ubi ex natura negotii alii testes potuerunt interuenire, licet casu non interuenerint.*

164 *Testi de domo creditur in his quæ fiunt in domo, nisi esset domus magni uiri in quam plurimi eunt & redeunt, & id de quo ageretur factum esset de die.*

165 *Testis domesticus & consanguineus in subsidium facit indicium ad torturam.*

166 *Testis domesticus cum alio indicio uel præsumptione facit indicium ad torturam non aliter.*

167 *Testes duo domestici faciunt indicium ad torturam.*

168 *Testes idonei sunt quo ad ea, quæ in capitulo gesta sunt, qui in capitulo interuenire, sed tamẽ nũ sunt idonei ad probandũ illam qualitatem quod alii non interuenerint.*

169 *Testes inhabiles admittuntur, ubi ueritas aliter haberi non potest quando consentit ille, in cuius præiudicium delictum est commissum.*

170 *Testes inhabiles non admittuntur generaliter ubicunque delictum est difficilis probationis, & tamen potuerunt interuenire testes tam habiles quàm inhabiles sed ubi non potuerunt interuenire nisi inhabiles, ut ex exemplis doctorum.*

171 *Testis socius criminis, uel aliàs inhabilis non admittitur ad torquendum & ad damnandum in eis quæ noctu commissa sunt, licet sint difficilis probationis, licet secus in ciuilibus.*

172 *Testis qui dicit aliquid fieri cùm nox esset,*

naturaliter reprobatur, nisi diceret quòd lumen erat accensum.

173 *Testis omni exceptione maior deponens directè de maleficio facit indicium ad torturam.*

174 *Torquere facilius debet iudex in delictis nocturnis.*

175 *Nocturna delicta sunt difficilis probationis.*

176 *Testis inhabilis aliquid operatur.*

177 *Testis inhabilis admittitur ad probandum utrum ubi ageretur ciuiliter, idem si criminaliter & ageretur de probando furto in pomo: quo casu tamen unus talis non sufficeret ad torturam nec duo ad condemnationem.*

178 *Falsitas ubi detegitur dicitur potius reuelata quàm patefacta.*

179 *Falsi crimen ubi inquiritur magna subtilitas est adhibenda.*

180 *Testis inhabilis non admittitur in crimine falsi.*

181 *Testis omni exceptione maior licet requiratur ad torquendum & damnandum in aliquo crimine, non tamen reiicitur omnis inhabilis in eo crimine.*

182 *Socius criminis facit indicium ad inquirendum.*

183 *Socius criminis quis dicatur, & materia socii criminis ubi remißiuè.*

184 *Testis laborans eodem crimine quo ille pro quo dicturus est testimonium repellitur.*

185 *Socius criminis in articulo mortis licet posit interrogari tamen facit solum quale quale indicium*

186 *Mortis articulus non est in multa consideratione, & dictum morientis facit uilem præsumptionem.*

187 *Damnatus an sit captus uel non, nulla est differentia quo ad fidem ei adhibendam*

188 *Inimico testi nec in articulo mortis est fides adhibenda, & quare.*

189 *Testi inhabili quando in articulo mortis sit fides adhibenda*

190 *Testis repellitur quia in uinculis detineatur.*

191 *Testis dictū in articulo mortis sub patibulo reuocatū nihil ualet Mediolani, seruata statuti forma, aliàs reuocatio nil operatur.*

192 *Perseuerantia testis in dicto etiam in morte non operatur ut plus sit credendum quàm uelint leges.*

193 *Socius itineris si reuocauit ad animum iniuriam non est testis idoneus, aliàs secus.*

194 *Testis qui examinari non debuit an examinatus faciat qualequale indicium?*

195 *Testes qui aliàs non essent admißi admittuntur in his delictis quæ sui natura probari non possunt, nisi per certum genus hominum.*

196 *Socius criminis admittitur ad deponendum testimonium in crimine læsæ maiestatis, & aliter inhabilis, præterquàm inimicus.*

197 *Testis etiam de re ipsa ut sufficiat ad torturam, debet esse omni exceptione maior.*

198 *Indicia sufficientia debent præcedere in crimine læsæ maiestatis, & sufficeret testis inhabilis cum alia præsumptione ad torturam.*

199 *Principi minus credendum est circa uitia processus in crimine læsæ maiestatis, quàm in aliis delictis non ita atrocibus.*

200 *Tortura animosius decerni debet in delictis secretis, ut coniurationibus falsitatibus &c quàm in aliis, & si indicium in illis deficeret aliqua ex parte non esset iudex ita reprehendendus*

201 *Mandator homicidii puniri potest etiam ex probabilibus argumentis, & ad torturam in tali delicto deueniri non solùm ex indiciis, sed etiam ex suspicionibus uerisimilibus nedum ex præsumptionibus.*

202 *Torturæ materia ubi latißimè per Afflictum ponitur*

203 *Torturæ ut subiiciatur an quis poßit conuentionem facere?*



Via rei quando negãt, & non sunt confeßi, nec cõuicti, interdum tamen indiciis grauantur, ex quibus deuenitur ad tormenta. Ideò expedit aliqua dicere
1 in materia torturæ,† & incipiendo ab indiciis quæ torturam præcedere debent. l.1. in prin.& ibi Bar.nor.ff.de quæstio. & l.fi. ubi Bar. late, eod. tit. & per Hippoly. in l. quæstionis.ult.col.ff.de quæst.Primo quæ

2 ro † quid sit indicium? in quo uide Angel. Aret. in glo. in uerbo, fama. col. 3. & ad additiones ibi, & Gandi. in tit. de præsump. & indic. indubitatis. col. 4. & Brun. qui latius ponit in suo solemni tractatu, in hac materia. col. 1. & Feli. in c. quanto. col. 1. ad fi. de præsumpt. ex quorum omniũ dictis habes quod dicitur signum, siue demonstratiuum adminiculũ delicti, uel alterius rei de quo uel de qua quæritur, & est adminiculum siue pars probationis, quam lex interdũ appellat indicium, interdum argumentum, interdum suspicionem, interdum etiã probationem, ut per Brun. ubi suprà. Et adde
3 † ꝙ interdum parum indicat, & tamen sufficit ad capturam, quia quælibet informatio sufficit, ut dixi in materia capturæ, interdum etiam plus indicat, & sufficit ad inquirendum, ut suprà dixi in materia inquisitionis: aliquãdo etiam multò magis adeò ꝙ sufficit ad torturã, ut pariter dixi in materia inquisitionis, & aliquando etiam tantũ indicat quod plenè indicat, & sequi potest condemnatio. l. sciant cuncti. C. de probat. ut proximè dixi, ad quæ omnia uide Bar. in l. admonendi. in quæstione quando dicatur plenè probatum ff. de iureiur. dum dicit ꝙ ad perfectam probationem deuenitur per indicia siue argumenta leuia postea per fortiora, & ut ibi per eum, ex cu-
4 ius dictis habes † quòd indicium & argumentum pro eodem accipiuntur, & quod aliquando plus indicant, aliquando minus, & quot sint gradus probationis.

Secundò quæro quomodo probetur indi-
5 cium, & dic † probari per unum testem, si deponit immediatè de ipso delicto, sed si deponit de circunstantiis, & sic de indicio remoto requiruntur duo. Bart. in l. fin. col.
6 fin. ff. de quæstio. † tamen non facit unicus testis qui de ipso maleficio deponat semiplenam probationem sed tantum indiciũ, ita glo. in l. cùm probatio. Brun. ubi suprà, col. 2. Ias. in repetit. l. admonẽdi. colum. 1. char. 20. uersicu. 10. & Alexand. consil. 89.
7 col. 1. & 2. uolum. 3. Atque ita † ad torturã sufficit minus quàm semiplena probatio, ut ibi, & per Bald. 2. uolum. consi. 256. in fi. & not. in consil. 77. uolum. 3. & consil. seq. & consil. 364. colum. 2. circa fin. & per Alexand. in l. 2. §. 1. in 2. colum. ff. si ex noxa. cau. aga. & ita teneo, quicquid dicat parum considerate Decius ignoscat mihi in
8 c. tertio loco. ad fin. de probat. Et † an indiciũ sit minus quàm præsumptio? uide Dec.
9 ubi suprà. Et † an præsumptio sit maior semiplena probatione? uide omnino glos. 1. in l. fin. ff. de probatio. & Salic. in l. non epistolis. C. de probat. Et sequendo propositũ
10 de teste † qui non facit semiplenam probationem in criminalibus, sed solum indicium, Dic quòd tamẽ requiritur ut sit omni exceptione maior. Bartol. in l. maritus. ff. de quæst. & alibi sæpe. & dicit Bald. in consil. 259. in 1. uolum. quod talis testis debet esse inuulnerabilis, & refert Caccialup. in repetit. l admonendi. char. 64. colum. 4. uersicu. 6. & ponit etiam Bald. consilio 41. in fi. in 5. & consil. 337. in tertio. & notabilius Alex. consi. 11. circa princi. uol. 1. & consil. 178. colum. 2. uolum. 2. & 4. uol. consi. 41. colum. penult. quod adeò uerum
11 est, † ut licet in crimine læsæ maiestatis specialiter sit inductum, ut infames & mulieres admittantur, ut per Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iul. maiesta. tamen non sunt omni exceptione maiores ut patet, & in c. per tuas. de simo. & sic unus solus ex eis non sufficeret. ita sentiũt Doctores clarè, maximè Angel. in l. si quis alicui. C. ad legem Iul. maiesta. & ita probat ibi glos. si eam. bene uides & hoc consulendo tenet Alex. in d. consi. 11. in primo dubio, quòd tamen quomodo intelligatur dicam infrà, in uersic. 6. in hac materia indiciorum & torturæ ubi tractabitur an sufficiat debilius indicium magis in uno casu quàm in alio ad hunc effectum torturę.
12 Secundò intellige † ut requiratur quòd sit omni exceptione maior, quando iudex debet iudicare secundum mœros terminos iuris, secus si datum ei sit arbitrium in procedendo. Alexand. consil. 65. colum. 2. uolum. 1. & Dec. in c. tertio loco. colum. fi. de probat. & per Augustin. de Arim ad Angel. in uerbo, fama. dum loquitur Ange. de indiciis & tortura. Aduertendum tamen est ad intelligentiam huius fallentiæ, ꝙ non sufficeret iudicem habere arbitrium in procedendo tantum, quia etiam arbitrium debet esse in ferendo sentẽtiam ex quo probatio non est de processu, sed de decisoriis, ut per Felin. in c. quod clericis. in fi. de foro competen. & Areti. in c. dile-

cti.de iudic.col.penult.ubi ita infert in terminis nostris post Bartol. & Bald.per eum allegatos, sic igitur ad hoc, ut arbitrium efficax sit datum necesse est, ut dicatur tã in procedendo quàm in condemnando, & ita Bartol.in l.si in lege. in prin. ff. locati. Nec unum horum aliud contineret,ut per Soccin.in consil.195.col.2.Ias.in leg.1.§.& post operis.col.1.ff. de oper.noui nunt. Et
13 † quod dictum est de iudice habente arbitrium multò magis locum habet in iudice qui possit procedere sola facti ueritate attenta, quia eo in casu probationes minus concludentes, & etiam uerisimilitudines sufficiunt, ut per Deci. in d. cap. dilecti.& Aretin.consil.84. & ideò coram principe & Senatu caueat reus à talibus indiciis & testibus quæ etiam secundum meros terminos iuris non sufficerent ad torturam per notata à Decio consil.11.col. fi.
14 Tertiò fallit prædicta conclusio † ubi testis non omnino integer coadiuuaretur alio adminiculo per notata à Bald. & Modernis in l. si quis ex argentariis.§. 1. ff. de eden.& ibi Ias.col.5.Rom.consil.451. Alexand. consil.5.&41.in 2.uolum. & consilio 40.& Angel. consil. 3. Quartò intellige ut procedat in teste deponente circa ipsũ
15 maleficium, † secus si deponeret circa circunstantias,& remota quia tunc non requiritur ut sit omni exceptione maior, ut per Brun.char.1.colum.2.circa fi.ubi uide Bald.in d.consil.337.in tertio.Soccin. consil.54.colum.4.uersic. præterea.& 2. uolu. 3.post Bart.ut per eum.sed tamen uidetur dicendum totum oppositum,quia uidemus ꝙ ad probandum crimen læsæ maiestatis etiam inhabiles sufficiunt,dummodo non sint inimici capitales, & tamen ad probanda adminicula debent esse integri secundum Bartol.in d.l.in quæstionibus.ff. ad legem Iul. maiest.ex quo etiam infertur, ut licet ad probandam defensionem non sufficiant testes minus integri, ut dicam infrà sub titu. de defensionibus reorum, & defensio.impugn.post Ias.in l.ut uim. colum. 2.ff. de iusti. & iur. Tamen hoc procedat quando probatur defensio immediata, secus si esset mediata, putà,si probaretur absentia à loco delicti, patebit solutio infrà in titu.de fauorib. defensionum. Quintò
16 dic, † quòd testis omni exceptione maior facit indicium ad torturam, nisi alia coniectura repugnet secundum Bal.in leg. 2.C.quorum appel. non recip.& Io.Andr. in cap. cùm in contemplatione. de regul. iur. in 6. in nouella, & magna coniectura est in contrarium, quando non est uerisimile id quod dicit,ut declarat Angel. in l. milites.per illam leg.C.de quæstio.dando exemplum quando furti argueretur magni nominis mercator, & ponit Brun. ubi suprà colum.1.in princi. & in fi. & faciunt quæ suprà dixi de confessione non uerisimili, sub rubrica de confessis. unde dicit
17 Bald.uol.5.con.515.uersus finem,† quod ad hoc ut indicia sint ad torturam sufficiẽtia requiritur, ut sint uerisimilia & probabiliter concludant. Et quia suprà dixi
18 † quòd ad probandum indicium remotum requiruntur duo testes, post Bartol in leg.fi.in fi.ff.de quæstio.qui allegat uulgatam glos.in leg.fi.C.famil.erciscun. Dic quòd hœc conclusio est uerissima, ut per Salic. in leg. fin. in 3. quæstio. C. de quæstionib. Alexand. consilio 5.colum.2.in fi. 1.uolu.& alibi sæpe Angel. Aretin. in uerbo, fama. ubi suprà. Brunus etiam ubi suprà. Ias. in leg. admonendi. in repetit. char.21.ff.de iureiuran.& Hippol. in l.1.§. item Cornelio.& in leg.unius §. testes. ff. de quæstio. & eam intellige ut procedat non solùm quo ad probandum indicium ualde propinquum quod sufficeret ad torturam, ut uidetur sentire Ias. ubi suprà, sed etiam quo ad aliud multum remotum iuxta dicta Bart.in dicta leg. fin.ff. de quæstio. uersicu. sed puæro utrum.& sic etiam si indicium sit ad formandam inquisitionem tantummodo sufficiens, ita uolunt Doctores, si eos diligenter inspicias, & maximè Bald. in d. leg.fin.in fi.famil.erciscun.dum allegat Innocen. & Bartol.in d. leg.fin.uersicu.quæro generaliter. iunctis proximè dictis per eum dum loquutus est de indiciis multum remotis. Vnde infe-
19 ro † ꝙ unus testis super indicio remoto non facit qualequale indicium,quia omne indicium debet probari per duos testes.& ita infert Alexand. consil 179.colum.2.uo
20 lum.2.unde notabilius † infert quòd duo testes deponentes de duobus indiciis remotis non coniunguntur ad faciendum unum indicium perfectum, & ita latè per Hip-

Hippolytum in l. unius. §. testes ff. de quæ-
21 stionib. Et ideò † etiam duo testes de auditu singulares, quia audiuissent à diuersis personis non coniunguntur ad faciendum indicium. Alexand. consil. 82. colum. 2. uolum. primo uersicu. præterea. Fulgos. consil. 182. columna 2. contra tamen id quod dixi de duobus testibus singularibus deponentibus super diuersis indiciis remotis, tenet Alexand. consi. 77. in fi. in 1. uolum. sed uerius est quod supra dixi, & omnino uide ad hoc Alexand. in d. consi. 179. & facit quod dicit idem Alexand. consi. 68. colum. ult. uolum. 3. de duobus deponentib. super duabus confessionibus singulariter qui non coniunguntur. & idem Alexand. consil. 10. colum. 2. uolum. 4. & facit quod dicit Innocent. in c. sicùt de uerb. signific.
22 † quòd & si leuia signa sufficiant ad præsumendum quem hæreticum, tamen illa debent plenè probari, refert Bald. hoc, & reputat notabile in l. fin. in fi. C. de uerbor. signi. uideretur distinguendum, prout distinguit Brun. colum. 2. quod si sumus in indiciis multum propinquis resultet indicium ad torturam ex duobus singularib. aliàs non. Sed hæc opinio est falsa si consideres Doctores ubi supra, & maximè si diligenter uideas Bart. in d. l. fin. in fi. iunctis præcedentibus, ibi enim declarauit quæ essent indicia propinqua, & quæ remota, & tamen dixit quod ea omnia exigut duos testes contestes, nec Barto. impugnant alii Doctores, & ita etiam Felin. in ca. cùm causam. colum. penult. de testibus. Fateor quòd quando essent testes multum nota-
23 biles † quod tunc inclinare deberent iudicem non solùm ad torturam inferendã, sed etiam ad condemnationem iuxta dictum Pauli de Castro in materia testium singularium in l. Lucius ff. de his, qui notan. infam. & not. per Modernos in ea materia in l. admonendi. ff de iureiuran. loquor de iure, nescio tamen quid facerem in practica, quando uiderem duos testes, non dico probatæ admodum qualitatis, sed communes duntaxat qui deponerent etiam singulariter de indiciis multum propinquis, maximè quia materia est multũ arbitraria, ut inferius dicam. Non est tamen dubitandum quin saltem posset
24 reus terreri, † quia iudices quando habent uehementem opinionem quòd aliquis sit reus ex multis circunstantiis etiã extra processum, licet in processu non habeant indicium omnino sufficiens, tamen possunt terrere per dicta Bald. in l. 2. C. quor. appel. non recipi. refert & sequitur Put. char. 93. col. ult. uersic. sequitur modo, & ponit Hippol. in l. de minore. in princip. ff. de quæst. col. 3. & seq. & Bru. char. 2. col.
25 2. circa princ. & licet sit terror † hic quædam tortura non tamen habetur pro tortura, sicut dicimus de leui febre, ut per Doct. ubi supra, uide plura de hoc in tractatu de minimis. char. 2. col. 3. & ideò licet iudex teneatur in syndicatu quando torquet immoderatè reum & moritur, uel torquet ubi torquere non potest, ut per Bart. & alios in l. quæstionis. ff. de quæstio. ubi uide Hippol. penult. & ult. col. tamen
26 † non teneretur si decederet ex tali terrore, quia iudex potest ita terrendo fingere quod uelit torquere, & non facit actum illicitum, ut per Bart. in l. de minore. ff. de quæst. in §. plurimum. & suprà dixi in materia examinum, sed difficultas est uidere qualis esse debeat hic terror, quia ubi talis esset quod diceretur tortura essemus in regula quod à quæstionibus inchoandũ
27 non est, Dict † ꝙ uincire & eleuare nõ est leuis tortura secundum Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. & Bal. etiam in d. l. 1. dum rationem hanc allegat quod iudex debet se ostendere terribilem loquitur de solo terrore uultus, dicam etiam aliquid infrà, ubi in specie ponam post materiam in-
28 diciorum de ipsa tortura solùm, id † tamẽ quod dictum est, ut duo testes requirãtur ad probandum indicium remotum non uidetur procedere quantum ad hoc, ut quis inueniatur mendax, quod etiam Bar. connumerat inter indicia ad torturam in l. fi.
29 col. 2. ff. de quæst. quia † unicus testis si sit dignior, uidetur sufficere per dicta Barr. in l. unius. §. testes. ff. de quæst. sed dic ut in proxima quæstione quæ est 3. principalis. ubi ponam in specie de indicio mendacii.
30 Tertiò quæro † quomodo iudex debeat cognoscere an indiciũ sit tale, ut sufficiat ad torturam, & an sufficiat unum, uel requirantur plura, Doct. dicunt quod hoc relinquitur arbitrio iudicis per l. 3. uer. si. tu magis scire debes. ff. de testib. sunt enim

probationes arbitrariæ, ut per Bar. in l. ad monendi. ff. de iureiur. in eo articulo qualiter iudex ad credulitatem deducatur. ad quod omnino est uidendus Paul. de Cast. in d. l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. ubi
31 dicit ac idem in d. l. admonendi. † quod etiam iudex potest fidem dare testib. singularibus ex aliqua causa, & ponunt Moderni in d. l. admonendi. Notes tamen semper quod ponit Bartol. in d. l. Lucius. ubi dicit hoc tamen consulto faciendum ex causa, ita quòd appareat, ne posteà teneretur in syndicatu, & ita Feli. in c. cùm uenissent. colum. 1. extrà de testib. & Dec. in c. ex literis. de probat. col. 2. licet igitur res sit arbitraria, an quis sit ponendus ad torturã, ut dicit etiam Bar. in l. fin. col. 2. ff. de quæstio. & Bald. consi. 95. circa medium. uol. 1. & consi. 259. col. 2. uol. 1. & Cæpol. consil. 40. col. 7. & ponunt Doct. in l fi. C. de quæ
32 stio. Tamen † iudex illud debet arbitrari ex causa, & sic neque ex leui indicio, quia arbitrium habeat, debet torquere reum, neque ex forti remittere torturam, sed arbitrium in hoc consistit quòd iudex non
33 habet certam regulam, † quia lex solùm dicit quòd non est à tormentis inchoandum, nisi præcedant argumenta uerisimilia, probabiliaq́; ut l. milites. §. 1. cum simil. C. de probat. Debet igitur considera-
34 re, † an indiciũ sit uerisimile, probabileq́; prout est; quando indicium est de re ipsa probatum per unum testem omni exceptione maiorem intelligendo, ut suprà dixi
35 in præcedenti articulo. Item † intelligẽdo nisi essemus in clerico, qui non posset torqueri ex dicto talis testis nisi infamia præcederet. Doctores communiter in c. 1. de deposit. Alex. in d. l. fin. de quæstio. in uers. ueniamus. Ias. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. omn. iudic. & Aret. in c. tertio loco. in fi. & est communis opinio reprobata opinione Abb. in d. c. 1. & unde notabiliter per Deci. in c. at si clerici. in primo, de iudic.
36 in 4. limita. Aliud est † indicium probabile uerisimileq́ue, & sic ad torturam sufficiens quando reus reperitur mendax. l. unius. §. testes. ff. de quæstio. cap. literas. de præsumptio Bar. in d. l. fin. col. 2. Felin. in d. c. literas. colum. 2. Anchar. consilio 288. & Pute. in tractatu suo syndicat. char. 82. colum. 1. uersic. uiso de iudic. & ibi habes quod aliud est quando unus testis deposuit pro mendace uel aliud indicium ad eius fauorem militat. Nam una præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integr. restitut. & dicam in articulo sequenti, quomodo elidi possint indicia, & tale mendacium debet esse circa pertinentia sicut dicimus de uariatione, iuxta notata per Bar. in l. eos. colum. penult. ff. de fals. & per Put. ubi suprà, char. 82. colum. 2. Bar. tamen nõ dicit quod faciat indicium ad torturam in d. l. fin. sed illud sentit dum dicit facere maximam præsumptionem iunctis sequentibus, dum posteà tangit, an unum indicium sufficiat, uel plura requirantur, ubi uult q͂ sufficiat unum si sit urgens. Cùm ergo uelit ut sit maxima præsumptio mendacium sequitur expressè quòd uult etiam ut sufficiat ad torturam, & ita clare intelligit & tenet Roman. in consilio suo uulgatissimo ad hoc quod est centesimum, & Brunus ubi suprà, char. 4. Alexand. uerò in consilio 77. uolumine primo hoc non explicat, sed dicit quòd facit indicium, & similiter Anchara. in dicto consilio 288. Felin. uerò intelligit Bart. quo ad indicium ad torturam in d. c. litteras. & ita uidi semper illud dictum interpretari quicquid dubitet Put. ubi supra, & Roman. etiam sequitur Augustin. de Arim. in uerbo, fama, super quæstione, an unum indicium sufficiat, uel plura requirantur, & ita etiam Barbat consil. 43. colum 4. uolu. 1. faciunt quæ scribit Alberi. in dictionario suo, in uerbo, mendacium. & Firmian. in eodem uerbo, & Soccin. consil. 15. colum. 5. Sed difficultas est quomodo probetur tale
37 mendacium, † an sufficiat unus testis, uel requirantur duo, & uidetur unum sufficere si dignior sit, per dictum Bartol. in d. §. testes. in contrarium uidetur gloss. in l. fi. C. famil. ercifcun. & quæ suprà dixi in proximo præcedenti articulo, quomodo probetur indicium. & ad dictum Bar. potest respondere quod loquitur in teste qui examinatus dicit nihil scire & non interfuisse negotio, & ideò si unus dicat contrarium debet sufficere, quia deponit super falsitate contra eum negantem, & sic immediatè de re ipsa: nam conuincere illum eo casu de mendacio nihil aliud est, nisi conuincere de falsitate. Igitur unus sufficit si sit omni

ni exceptione maior, & altero dignior. Aliter data eorum paritate, utrunque dictum confunderetur, ut sentit clare Bart. in d. §. testes. pro quo facit quod Bart. ponit in l. de minore. § plurimum. colum. 6. uersi. quęro quid si probata. ff. de quæstio. & quod dicit Aretin. consil. 13. col. 10. & Alexand. consi. 65. col. 3. uolum. 2. de uno teste qui alteri contradicit quicquid uideatur uelle Areti. in consil. 71. col. 5. Conclusio igitur est hæc declarando Bart. sicut dixi quod respectu rei unus testis contra eum non sufficit nisi deponeret de eo quod immediatè faceret ipsum delinquētem. Et ideò si reus diceret, Non transiui per illam plateam, ubi Titius fuit occisus & testis contrarium deponeret, non probaretur mendacium. Aduerte tamen quia in contrarium, quòd imò unus testis sufficiat ad mēdacium ostendendum allegatur Alexand. consi. 77. colum. 2. uersic. ad hoc obstat. uolu. 1. Sed dic, quòd loquitur primo quādo testis non tractat de commodo suo, sicut facit pars cōtra quam deponit, quæ ad sui exonerationem loquitur. Secundò quādo dicit testis id quòd sibi factum fuit, ibi. n. deponebat quod Ser Andreas sibi dederat quandam notam, quo casu etiam fuit opinio quod tali testi esset credendum, ut per Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. in lectura. charta antepenultima. colum. 3. & in l. 1. C. de summa Trinitate & fide cath. in penult. colum. quæ opinio eo magis procederet quādo persona testis esset probatæ qualitatis, iuxta dictum Pau. de Cast. in l. Lucius. ff. de his, qui notan. infam. & in d. l. admonendi, qua qualitate cessante facilè esset sustinere contrarium contra opinionem Alexand. quòd imò unus non sufficiat licet concurrant requisita de quibus suprà, quia communis opinio est, quòd etiam uni non credatur, dato quòd deponat de eo quòd ipse fecit & non tractet de aliquo suo commodo, ut dicam infrà post publicationem processus. Aliud indi-
38 cium † probabile uerisimileque est, & sic ad torturam sufficiens quando quis trepidat, balbutit, & uariat, quo casu iudex debet talem sermonem in actis scribi facere, quia sibi non crederetur. cap. quoniam contra. de probatio. & hoc erit sufficiens ad torturam etiam sine aliis indiciis.

Bartol. in d. § plurimum. in 1. colum. Angel. in uerbo, fama publica. char. 23. uersi. nonò quæro. Put. char. 82. colum. 1. & 2. ubi tamen in utranque partem allegat: tamen practica ita seruat ubi circa substantialia cadit uariatio. Sed aduerte ad ali-
39 qua. Primò † ꝙ pars uariās, licet torqueatur tamen non potest puniri de falso per decisionem Alexand. in l. 1. ff. de bon. cor. qui mort. sibi consciue. habetur in ca. 1. de testibus cogen. & per Put. ubi suprà, col. 2. & dixi aliquando suprà in materia exami-
40 num. Secundò aduerte, † quia Bar. in dicto §. plurimum. loquitur copulatiuè ꝙ debeant interuenire trepidatio, & uariatio, & ita uidetur loqui text. in d. §. plurimum. Angel. uerò ubi suprà, expressè uult ut sola uariatio sufficiat, & ita practicetur, qđ etiam uult Bar. in l. unius. §. reus. in fi. ff. de quæstionibus. & Put. char. 91. uersic. fin. & colum. sequen. usque ad finem. & satis hoc constat ex notatis in l. repeti. ff. de quæst. dicam infrà in decima quæstione principali. ubi latè an uariatio sufficit ad torturā, & quomodo intelligatur, & quid differat à uacillatione, & hoc quo ad uariationem,
41 † quo uerò ad trepidationem, & pallorem uultus crederem hæc esse multum arbitraria, & considerandam esse qualitatem personarum sunt enim aliqui ita timidi, ut quamprimùm uideant se ante latrunculatorem, maximè qui sit solitus uti seueritate, prout faciebat Bussetus præ nimio timore immingant, iuxta illud Iuuenalis Saty. 1.

Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas est, &c.

Et refert Paris ubi suprà talē uidisse, sunt etiam aliqui ita de proprio honore, & eius conseruatione soliciti, ut cùm primùm se uideant in carceribus, nihil aliud agitent, nisi quam labem sit ipsis ea incarceratio allatura, & quæ futura sit hominum opinio de eis ob suspicionē criminis pro quo detenti sunt: atque ita perditis ferè sensibus delirant & uidentur semistulti, & tamen erunt innocentes, iudex igitur debet animaduertere qualis sit persona, & ita in effectu tenet Bald. in l. presbyteri. colum. 2. in princip. C. de episco. & cleri. & Brun. char. 3. col. ult. Nec loquitur Bald. de uariatione, sed de mutatione uultus, & tre-

42 pidatione † quæ trepidatio nihil aliud est, quam quando deponit dubitando, tre-
43 pidando, uel sudando. Aliud † indicium probabile uerisimileq́; est, quando reus extraiudicialiter confessus est, uel coram iudice incompetente id de quo quæritur secundum Bald Angelum & Modernos in l.magistratibus.ff.de iurisdict. omnium iudicum.& glos.in l.capite quinto.ff de adulteriis ubi Bar.Ias.in d.l. magistratibus.ubi facit regulam & fallentias. Put. omnino, char. 81. columna. ultima. Felin. in cap. olim colum. 2. & sequent. de rescript. ubi declarat & limitat, & eundem in cap. at si clerici. in princip.colum.4. & sequent. de iudic.ubi omnino uide. Aretin. & Deci. & Corn. primo uolum.consilio 40.colum.7. & uide Angel. in glos. necnon ad denuntiam.uersic.quæro, an confessio facta, & ibi in apostillis.& talis confitens cogitur perseuerare per torturam sicut dixi, siue reuocet, siue non, ut suprà late posui in titu.de confessis.ubi etiam aliqua notanda dixi circa hoc. Aliud indicium uerisimile,
44 probabileque est † quando quis minatus fuit uelle delictum illud cõmittere, quod postea fuit perpetratum, si tamen minatus sit homo malæ conditionis, in eodem genere mali, & solitus mittere minas executioni, hæc est communis opinio Doctorum in l.metum.per glos.ibi.C. quod met. caus.& in l. fin. ff. de hæredib. institu. & per Ias.in l.si super.C.de transactio.& omnes criminalistas in suis tractatibus, & fundamentum in effectu est super l. unica. C. si quis Imperatori maledixerit. ut ibi ex personis hominum dicta pensemus, & uide omnino Put in char. 82.columna 3 uersicul. & an si quis. ubi ponit casum cuiusdam mulieris, quę cùm esset ad fenestram, & uideret inimicum suum, dixit alta uoce, Faciam ut breui tibi crura incidantur, quod audiens quidam inimicus illius, contra quem prolatæ fuerunt minæ, cogitauit eum grauiter percutere sub spe quod iam dicta mulier esset infamata, atque ita cogitationem res ipsa comprobauit: Nam dicta mulier fuit capta & torta, & confessa, & tandem morti tradita, licet esset innocens, & ideò in effectu ipse Puteus uult hoc esse arbitrarium iudici, dicens post Baldum per eum allegatum, quod oculus iudicis præstat arbitrium ad torturam.quæ opinio non differt à communi, secundum quam etiam iudex habet cõsiderare qualitatem personæ, & ut suprà dixi, & in hoc uersatur arbitrium eius. Et
45 ex his infero † quòd si testis antequàm testimonium perhiberet minatus sit dicere falsum contra aliquem nisi sibi darentur nonnullæ pecuniæ, & posteà deposuerit, tamen ex hoc solo non est arbitrandum resultare contra testem indicium falsi sufficiens ad torturam. & ita Alexand. consilio 79 colum.2.uersi. prætereà. in 2. uolu. ubi adducit ultra prædicta carmen illud,

Sæpe minus faciunt homines, &c.

Quem etiam adducunt alii suprà allegati, Est tamen suspectus hic testis, & ei nõ crederetur.l.iubemus. C. de probationibus.
46 cum uulgaribus, † & ad prædictam materiam minarum uide Aretinum in c. tertio loco.de probationibus.colum. antepenul.
47 Aliud † indicium probabile, uerisimileq́;, & sic sufficiens ad torturam uidetur esse inimicitia capitalis secundum Decium in consil.189.colum.9. Felin.in cap. afferte.colum. ult. de præsumptionibus. & ita in effectu Brun.char.2. colum. ultim. allegat Bartolum in l. fin. ff. de quæstionibus. Specula.& Roman.ut per eum, Hoc tamẽ nequaquam puto uerum, ut hoc solùm sufficiat ad torturam, & assumo mihi Bart. in dicta l.fin. ubi in uersic. ueniamus. dicit se uelle ponere indicia ad torturam dando eam doctrinam quam potest quod facit usque ad uersi.sed quæro. in quo ostẽdit quod superius noluit præcisè determinare omnia indicia per eum suprà posita esse sufficientia ad torturam, sed quod tantum erant indicia siue signa maleficii, & ideò decidendo in eo uersi. Sed quæro suã principalem quæstionem consistentem in ostendendo quæ essent sufficientia ad torturam, dicit quod indicium multum propinquum sufficit ad torturam, sed remotum solùm non sufficit, nisi cum alio adiuncto, nec in indicio multum propinquo ponit Bartolus inimicitiam capitalem, & si poneret leuiter loqueretur contra suũ solitum, quis enim dubitat quin indicium inimicitiæ sit remotum? & eo maximè, quia potest quis habere centum inimicos.

eos quos nemo sciet, præter eum ipsum qui offendit, imò etiam ipse interdum decipitur, putans aliquem sibi esse amicum, & erit inimicus ut experientia docet. Dicant igitur multi Doctores quicquid uelint de quibus suprà, & alii ut per Puteum charta 90. columna. 3. in fine. & Angel. in l. fin. C. de quæstionibus. Hæc est ueritas, & ita etiam tenet Gandin. quem sequitur Augustin. de Arimin. ad Angelum in uerbo, fama. & ita practicatur, & si aliter diceremus, esset in facultate cuiusuis mali hominis facere, ut inimicus suus torqueretur offendendo eius inimicos, Fateor quòd multum operatur in coadiuuandis etiam indiciis debilibus, sed ut sola operetur hoc non arbitror uerum, imò si essem iudex, & tantùm suspicio criminis contra aliquem oriretur propter nudam inimicitiam, non formarem inquisitionem contra eum, uerùm examinarem, si compareret, uel etiam eum detinerem ubi aliter haberi non posset. Ad quod ultimum etiam plurimum est aduertendum, ne aliquando sequeretur infamia contra uirum aliàs bonæ famæ.

48 Et pro intelligentia aduerte † quod hoc indicium inimicitiæ non est generale in omnibus delictis. Nam tantum procedit in his quæ fiunt in alterius iniuriam, ut sunt homicidia, uulnera & similia, non autem in his quæ fiunt ad commodum facientis ut rapina, furtum, raptus, falsum, & similia, ita Bartolus in l. repeti. §. 1. ff. de quæstio. & in l. licitatio. §. quòd

49 illicitè. ff. de publica. Aliud † indicium uerisimile probabileque resultat contra fugientem antequàm accusetur de delicto uel inquiratur, & antequàm comminentur sibi hæc uel alterum eorum. Hæc est communis opinio ut per Iasonem in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiurand. charta 17. columna. 3. & sequenti. ubi ferè facit tractatum de fuga, & quia etiam alii ibi latissimè loquuntur de hoc ulterius

50 rius non me extendo. Aliud † indicium, ut suprà, uidetur esse in homicidio quando reperiuntur plures in eadem domo in qua inuenitur homo interfectus, ut licet ignoretur quis occiderit, & propterea sint omnes absoluendi, iuxta notata per Bartolum in l. fin. columna. 3. ff. de sicariis. Alexand. consilio. 15. in primo uolumine. consilio 14. columna. 3. & consi. 46. uolum. 4. & alibi sæpè per Doctores. Tamen possunt omnes torqueri ad ueritatem eruendam, ita Angel. post Doctores per eum allegatos in uerbo, fama publica. char. 20. columna. 3. uersicu. quid autem si sint quinque. sequitur Hippoly. in l. 1. in princip. char. 4. columna. ultima. ff. de quæstionibus. post Salice. in l. fin. C. de quæstionibus. columna. ultima. & Iserniam qui etiam hoc sentit in cap. 1. §. publici latrones. ad finem. de pace tenenda. intellige tamen quando omnes sunt malæ famæ aliàs ille solus qui malè audit torquebitur, ita Salicet. in l. fin. C. de quæstio. & sequitur Decius in l. fauorabiliores. ff de regul. iur. loquor quando solùm militaret indicium quod ibi reperti essent, secus si alia, & à quo esset inchoandum, uide Augustinum ad Angelum ubi suprà, & Hip-

51 polytum in d. l. 1. ubi suprà. Aliud † indicium, ut suprà, etiam uidetur esse in homicidio quãdo reperitur aliquis mortuus, iuxta domum alterius. Bartol. in l. 2. ff. de uia publi. Sed hoc intellige ut procedat tantùm cum alio adiuncto, ne esset in facultate inimici, &c. & ut dixi suprà circa indicium inimicitiæ, & ad hoc allego Bar. in d. l. fin. ponderando eius uerba. & deducendo sicuti circa indicium inimicitiæ fecimus, & ita Angelus in eo uerbo, fama. & ibi idem Augustin. quem uide, quia allegat alia, & idem tenet, quando reperitur quod quis multum frequentauit uiam in qua repertus est homo mortuus, & bene propter doctrinam Bartoli in d. l. fin. quam sequuntur Abbas & communiter Doctores in cap. 3. loco. de probatio. & ita intelligo Alexand. in eadem l. fin. in gloss. quæ incipit. l. cap. 5. Parum igitur cautè loquutus est Aretin. in dicto cap. 3. loco. qui simpliciter sequutus est Bartol. in d. l. 2. intelligo tamen hoc indicium ita declaratum, ut procedat quando reperitur multum cótiguus domui, aliàs non, ut declarat Put. char. 81. colum. 3. uersicu. si quis est inuentus intelligo etiam quando aliàs reus aptus esset ad committendum illud maleficium, ut per Alexand. consil. 5. colum. 4. uolum. primo. & de eo qui inuenitur in itinere iuxta locum delicti, uide Bal. & Mo-

dernos in cap.proposuisti.de appellationibus.& Felin.in cap. præterea. de testibus.
52 Aliud † indicium probabile, uerisimileq; uidetur in furto quando erat uicinus, & habebat notam domum, quia ibi conuersabatur.l dominus horreorum.ff loca.Bar. ibi.& in d.l.fi.per Put.char.90.col.2. & sequen.& char.84.colum.2.& Roma. consi. 8.colum.2. sed intellige quando esset malæ uitæ,aliàs non. Baldus in d.l. dominus horreorum.Ias.in l.in actionibus. col.pen. ff.de in lit. iuran.& in l.si quando. colum. 8.circa finem. C. unde ui. & Bartolusmet in d.l.fi.col.penult.requirit hæc duo, ut in domo conuersetur, & sit malus & uide omnino Brun. char.2.columna 2.qui dicit quòd saltem omnes possunt terreri. Aliud
53 † indicium,ut suprà, in furto resultat contra famulum sine licentia domini recedentem,ut per Brun.ubi suprà,char.2. colum. 2.circa finem. & credo eum uere loqui, tú quia fuga sola sufficit in genere,in omni delicto secundum communem opinionem, ut dixi suprà, tum quia præsumitur contra familiares, maximè tales fugientes per id quod in proximo præcedenti indicio dixi, & facit quòd Doctores dicunt de officiali fugiente ante syndicatum, ut per Ias.in d.l.admonendi.in materia fugę,
54 imò amplius uidetur† quòd hæc fuga famuli plenè probet furtum, adeò quòd rē faciat manifestam.glos.in §. si uerò etiam quidam.in Authen.de exhib. reis. & clarè uult hoc Bart.in l.si quis ex argentariis. in §.1.ff.de ædendo.& in l.si quando.C. unde ui.loquitur tamen Bartol. ubi ciuiliter agitur, ut etiam expresse Hippolytus in l.de minore.§.plurimum. ff. de quæstionibus. char.45. uersic. item pro prædictis. & super hac ratione est fundatum statutum nostrum Mediolani sub rubrica qualiter domicellus uel familiaris teneatur pro furtis uel rebus subtractis, ubi statutum stat iuramento domini, famulo absque licentia recedente, & sic esset probandum & quòd ille esset famulus. l. diuus. ubi Bart. de testamen. milit.& l. si quando. ubi Ias. C. unde ui. & quòd esset famulus tempore recessus, quia qualitas adiecta uerbo, &c. per regulam l. in delictis. §. si extraneus.ff.de noxal. & aduerte, quia si fuga sufficit in ciuili: ergo in criminali sine dubio facit indicium ad torturam,ita Bar. in l.fin.ff.de in lit.iuran. Aliud indicium ut
55 suprà, in furto est, † quando reperitur res furto subtracta penes aliquem. Barto. in d.l.fin.in uersic. sed quæro. circa finem. & hoc si etiam est homo malæ uocis,in eodem mali genere, ut per Alexandrum in consilio.5. in primo. & Doctores maximè Bald. & Imola in l.fi. ff. de hæredib. instituen.nisi ostendat à quo habuit. Cæterùm si ostendat hoc eliditur indicium glo. in l. inciuilem. C. de furt. & Bart. in d l.fin. & Angel.in uerbo,uestem cælestem. in quæstione,quæro an eo ipso, & ut intelligas in d.l.inciuilem.ponitur quæstio, quando nó apparet de titulo, & sic non docetur auctor,ita propriè Bald. ibi format quæstionem,& in d.l.fi.& eo casu præsumitur furtum per illum factum alio auctore non ostenso, si tamen sit malæ famæ, ut dictum est, nec solùm sufficit quod non doceat auctorem ut uolebat Placentinus in eadem l.inciuilem. uerùm etiam requiritur quod sit malæ famæ, sed si postea ostendat auctorem tollitur suspicio.l. maiorem. C. de falsis.& l. ciuile. C. de furt. & Bart. in d.l. fin.& Doctores suprà, & Brun.char.2.colum.3.uersicu.item si post. unde in effectu paria sunt quo ad euitandam torturam,uel quòd sit bonæ famæ,licet non ostendat à quo habuerit,uel etiam sit malæ,& ostendat à quo.Nam quando est bonæ famæ, & interrogatur à quo habuerit, & dicit quod non cognoscit emptorem non incidit in suspicionem, quia tollitur per bonam famam, & ei creditur maximè cum iuramento,& uide Anan.in c. qui cùm fure. col.2. extrà,de furt.uersic.quæro ulterius. & omnino Salicetum in d. l. fin. C. de quæstio. ubi dicit debere attendi qualitatem personæ,ut si sit bonæ famæ, & emptor uestium attritarum posteà pluris uendat, ut sunt hi quos ipse strazarolos, nos uulgò paterios appellamus, qui ab ignoto consueuerunt emere, tunc licet dicat nescire uenditorem, tamen non fit indicium aduersus eum,quia hoc casu ei creditur, & ita expresse sentit ut non sufficiat quòd sit bonæ famæ, nisi etiam persona sit eius conditionis cui uerisimiliter sit credendum, ratione exercitii sui ut in dictis propolis siue pateriis dicimus. Doctores tamen suprà

prà uidentur, quòd imò bona fama solùm sufficiat ad excludendum indicium, licet non sit persona quæ soleat emere, ut postea uendat tales res. tamen puto quòd Salicet. optimè loquatur, & possit opinio eius cum aliis concordari, quia aut ille penes quem est res, qui non est propola dicit quòd non cognoscit uéditorem, & creditur sibi propter eius bonam famam, aut dicit quod non recordatur quis sit, & tunc non crederem maximè si factum fuit recens, iuxta glos. & Doct. in l. 1. C. de ser. fugiti. & consi. Areti. 71. colum. 2. facit dictũ Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cler. De eo qui dicit non recordari id quod uerisimiliter memoriæ retinet, & ideò cum Sali. tenet Put. in tract. syndic. char. 81. colu. 3. uersic. si quis est inuentus: nam in hoc casu ita declarato bona fama non est sufficiens ad tollenda hæc duo indicia, uidelicet quòd res reperiatur penes eum, & idé quòd dicat non uerisimilia: forte tamen non oritur indicium ad torturam per ea quæ dicam infrà in 4. q. proximè sequenti, quomodò elidantur indicia. Alia tamen
56 † præsumptio, quantumcunque debilis, coadiuuat et ad torturam inferendam. Et hæc præsumptio, quæ oritur ex ea re reperta penes aliquem iuncta fama mala, aliquando etiam oritur absque mala fama, ut si sit instrumentum falsum, quo ille utatur: quia eo ipso ꝙ utitur instrumento falso, nisi doceat à quo habuerit, præsumptio est, ꝙ ipse illud fecerit, ut declarat notabiliter Anan. in d. c. qui cum fure. col. 2. ubi uide omnino, & uide Salic. & Bal. in d. l. maiorem. & Bald. dicit, nota ex hoc text. ꝙ qui utitur falso instruméto, præsumitur ipsum fecisse fieri, nisi nominet qui fieri fecerit, de quo etiam per Abb. in cap. inter dilectos. in 5. not. de exces. prælat. & Bald. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct. eccles. & Ang. in §. quia uerò. & tertio in Auth. de non alienan. Abb. in cap. fi. de crimine falsi. circa medium. Alexand. in l. si quis obrepserit. ff. de falsis. Anan. in cap. ad falsariorum colum. 4. de crimi. falsi. Salicet. in l. si falsos. ad fin. ubi uide. C. de falsis. Alexan. 3. colum. consilio 77. colum. 2. quod est repetitum uolum. 3. consilio 62. & Decium consilio 175. columna 4. ubi uide. Et prædictam conclusionem per dictam l. maiorem. habui in facto in quodam Papiense,
57 qui produxerat instrumẽtum falsum, † & dicebatur quòd non erat puniendus pœna corporali, ex quo non aderat statutum puniens producétem falsum instrumentum, nec eo utentem, iuxta statutum, quod Papiæ & alibi ut plurimum uiget, quòd nullus puniatur corporaliter, nisi lege municipali caueatur. Dixi ego, quod ex quo utebatur instrumento falso, erat præsumptio quòd illud fecisset, uel fieri curasset, qui casus compræhendebantur in statuto Papiẽ-
58 si. Aduerte tamen, † quia debet constare quòd qui arguitur, usus fuerit instrumento falso, & quòd esset falsum tempore usus & productionis Ita loquitur d. l. maiorem. & Doctores suprà. Et ideo si produceretur instrumentum, uel chirographum, qđ reperiretur falsificatum, & non constaret, quòd esset ita falsificatum tempore productionis, non essemus in ea l. nec in terminis Doctorum, nec posset accusari de usu abstinendo. l. si falsos. C. de falsis. nec de confectione, quòd fecisset, uel fieri curasset: quia requiritur illa qualitas tempore usus, ut dictum est. Et si dicas, Nos habemus aliam regulam, quòd quando reperitur aliquid malè factum, præsumitur ab eo factum, de cuius commodo tractatur. l. 2. §. si quis in suo. & ibi Alber. ff. ne quid in loco publico. Respondeo, quòd etiam ibi textus requirit usum, id est, quòd postea aliquis utatur illa re malè facta, ibi eum enim uideri factum habere, qui usum eius aquæ habeat. Et ad prædictam opinionem datur euidentia, quia potuit post productionem pars aduersans, uel alius inimicus, apponere manum ad falsificationem: & ideo in hoc essent examinandi notarii, an tempore productionis, &c. Item aduerte, quia uidetur, quòd cùm is, qui arguitur, doceat à quo habuit, sit excusatus etiam ab usu: ut uidetur uoluisse Angel. in dicta l. maiorem. inferendo ad expendentem falsam monetam, & ponderando textum & glossam ibi. & ita Barba. consilio 51. columna 3. & sequen. uolum.
59 2. sed † uerum non dicit, ut ponam infrà in materia falsæ monetæ, & fit per Bald. & Salicet. in dicta l. maiorem. quia non tenetur quidem de fabricatione, nec quia fieri fecerit, sed tamen non excusatur ab

usu. Loquitur tamen Barbat. audacter, sed reuera inaduertenter, & ex nimia animi affectione, quam habuit ad causam eius pro
60 quo consuluit. Et facit, † quòd si familiaris meus aliquid committat delinquendo, quod concernat utilitatem meam, id uidetur fecisse mandato meo. Alexand. consilio 59. colum. 2. uolum. 2. de quo dicam infra in materia mandati ad occidendum quomodo præsumatur. Sed iuxta prædicta necessariò uidendum est, An
61 quando † reperitur res furtiua penes aliquem, qui ostēdit à quo habuit, uel etiam non ostendit, quia dicit ignorare hominem, iuxta dictam l. inciuilem. & tamen aliàs est bonæ famæ, an licet non præsumatur, quòd furto subtraxerit, saltem præsumatur quòd sit conscius furti, id est, ꝙ scienter emerit, ita ut teneatur furti. hæc est materia d.l. inciuilem. & ibi gloss. uult ita præsumendum esse, si est solitus emere res furtiuas. Bartol. ibi addit debere considerari pretium, & an clàm emerit, & ita Angel. in gloss. fama publica. char. 42. columna ult. post Imol. in l. fi. de hæred. instituen. uide Fulgos. consi. 175. colum. 2. quicquid sit, ubi non concurrat alia sinistra opinio, saltem debet restitui res sine pretio, dicta l inciuilem. quam legem limita uno modo notabiliter, ut per Cæpollā caute. 18. & Firmian. in uerbo, emptor rei furtiuæ. de qua tamen limitatione uide quæ dicam infrà in titu. de furt. & hoc pro
62 cedit † etiam in Iudæo accipiente rem alienam pignori, quam uerisimiliter scit esse alienam, etiam stante decreto, quòd possit mutuare super rebus alienis, quia talis Iudæus tenetur restituere pignus illud liberè sine pretio. Anan. consi. 70. per Alex. in l. seruus cuiusdam. ff. de condict. in deb. post Bald. ibi. De quo decreto uide Cremen. singulari 81. & Felin. in c. causam quæ. colum. 8. de testibus & Iason. in dicta l. seruus cuiusdam. Aliud indicium, ut su-
63 prà in materia furti, est † quando reperitur illa res penes te, quæ ad te pertinet, & cedit tuo commodo, puta, si reperitur instrumentum obligationis, in quo mihi obligatus es ad centum penes te. Nam ex solo, si allego quòd furto subtraxisti, resultat contra te indicium. ita optimè probat textus in l. 2. §. ille autem nouissimus. C. de Latina liber. tollen. Bart. in d. l. fin. & uide textum, & ibi Alber. in dicta l. 2. §. si quis in suo. ff. ne quid in loco publico. & uide Deci. in consi. 175. colum. 4. Et aduerte, quia si reperitur penes te tale instrumentum, res planè procedit, ut sit contra te furti præsumptio, nisi diceres quòd ego sponte tibi dedissem. & ita loquitur textus in dicto. §. ille autem. Nam concurrit duplex indicium: primò, quòd reperitur penes te: secundò quòd cedit tuo commodo. Sed tamen Bart. in dicta l. fin. & Doctores infinitis in locis allegantes eum, loquuntur quando non reperitur res, uel instrumentum: quia præsumptio est contra illū, ad cuius commodum cedit. & ita clarius probat textus in dicto. §. si quis in suo. & ibi uide Albericum debet tamen continere solum commodum unius. Ita præcisè loquuntur Bartol. & Doctores: aliàs ratione incertitudinis suspicio cessaret. l. duo sunt Titii. ff. de testament. tutel. Et primum indicium, quando reperitur penes te instrumentum, uel alia res, de qua agitur, credo, ut dixi, esse sufficiens ad torturam: secundum non, quia est indicium magis remotum, si bene consideres, iuxta ea quæ superius dixi, super indicio inimicitiæ. Et ex
64 his etiam infero, quòd † si reperiatur mortuus aliquis, cui ego solus eram successurus, tamen contra me non oritur tanta præsumptio, quæ sufficiat ad torturam, nisi aliis concurrentibus, ut mala fama, uel inimicitia capitali. Aliud indicium, ut suprà, & generale quo ad omnia delicta,
65 † est fama multùm uehemens. Bart. consil. 191. ubi tamen habeat originem ab honestis personis, uel aliis uerisimilitudinibus concurrentibus, ut per prædictos, & Aretin. in dicto c. cùm oporteat. col. antepenul. & in cap. præterea. in secundo notabili, de testib. & Alexand. 5. uolum. consil. 150. colum. 6. & statur arbitrio iudicis, an sit uehemēs, ut per Bart. & alios. ubi suprà: loquor de fama in specie contra aliquem, quòd commiserit delictum, non autem de mala opinione, quam de eo homines habent: quia illa solùm coadiuuat aliud per se non sufficiens: Bar. in dicta l. fi. uersic. sed quæro. per Bald. consi. 77. in tertio uolum. & in ca. 1. §. iniuria. colum. 2. de pace iuramen. firman. & Gandin. in titu. à quo, uel

à qui-

à quibus poſſ.fam.incip.col. 3. uerſicu. ſed
pone quæſtionem. imò etiam ꝙ hæc ma-
la opinio eſſet in eodē genere mali, adhuc
non ſufficeret, ut in dictis locis, & per Bar.
ſi illum bene uides, in d.l.ſi.colum.2.Alex.
conſil.5.colum.2.uolu.1.conſil.93. colu.2.
& 3. uolum. conſil.14.circa tertiam colu-
mnam. Eſt uerum, ꝙ iuncta hæc infamia
cum fama in ſpecie, quæ non ſit fundata, ut
ſuprà, ſufficeret ad torturam, per id quod
dixi: & ita Gandin.ubi ſuprà, in ea quæſtio
ne, ſed pone quæſtionem, quæ ſæpe occur-
rit. Sequitur Bru.charta 4.colum.1.uerſic.
66 an fama. Et facit ad hæc, ꝙ † ſocius crimi
nis etiam in cauſis ſpecialibus non ſufficit,
ſed iuncta hac infamia ſufficeret, iuncta di
cta Salic.in l.ſi. C. de quæſt. & quæ dicam
infrà de oppoſi. contra proceſſum poſt pu
blic. Et facit etiam quod dixi ſuprà de plu
ribus repertis in domo, in qua factum fuit
homicidium: quia qui malè audit, torque-
tur poſt Salicet.in dicta l.fin.& Decium in
l.fauorabiliores.ff.de regu.iuris. Et patet
67 in uicino domus, † in qua commiſſum eſt
furtum, uel in domeſtico ipſius domus:
quia ſi malè audiat, torquetur, ut dixi ſu-
prà, iuxta notata in l.dominus horreorum.
68 ff.loca. imò † amplius non ſolùm quo ad
torturam operatur hæc mala opinio, ſed
etiam quo ad condemnationem: quia fa-
cit, ut interdum Senatus mittat ad trire-
mes eum, quem aliàs non tranſmitteret,
uel aliam pœnam imponat, ut dixi latè ſu-
prà in materia inquiſitionis, dum tractaui
de indicio famę ad inquirendum: & plura
etiam ibi poſui quo ad bonam & malam
famam. Aduerte tamen ad duo circa prædi
69 cta, † primò ꝙ numerus teſtium ſuppleret
tot qualitates, quæ requiruntur ad proban
dam famam, ut per Soccin. in tertio uolu.
conſilio 54.columna penultima & ultima.
70 Secundò, ꝙ † mala opinio & fama mala
non oritur ex eo, ꝙ aliquæ ſchedulæ infa-
matoriæ clàm ſint datæ iudici uel princi-
pi, ut eſt text in cap.inquiſitionis §. tertiæ
dubitationis.& ibi Doctores notant, maxi
mè Marian.de accuſationibus. Et ideo pa-
rum eſt curandum in ciuitate Romæ de
Paſquino. Poſui hæc pauca indicia ad co-
gnitionem aliorum, quæ infinita ſunt, ut
ſcias bene arbitrari, An & quando ſufficiāt
ad torturam. Quam tamen cognitionem
paucis oſtendit Bartol.in ea. l. fin. dicens,
71 † ꝙ indicium ad hoc, ut ſit ſufficiens ad
torturam, debet eſſe multùm propinquum
aliter ꝙ requiruntur ſaltem duo, quem ſe
quuntur communiter Doctores ibi, & in
locis ſuprà allegatis, & in cap.tertio loco.
72 de probationibus. In dubio † tamen po-
tius eſſet iudicandum, ut indicium non eſ
ſet ſufficiens ad torturam, quàm aliter, per
regulam l.ſi de interpretatione. ff. de pœ-
nis.& ita Angel. in l.2. in fine. C. de quæ-
ſtionibus. niſi magnitudo delicti faceret
nos recedere à regula, iuxta dictum nota-
bile Abbat. in capi. at ſi clerici. in ultimis
uerbis principii, de iudi. De quo ultimo ui
de infrà in 7.quæſt.ubi quædam, an aliquo
caſu minus legitimum indicium ſufficiat
73 ad torturam? uide † duo alia miranda indi
cia ad cognoſcendum homicidium, relata
per me infrà in tit. de homicidio, uideli-
cet quando exit ſanguis è uulnere occiſi,
uel è naribus, aut ore ſuffocati ad præſen-
tiam homicidæ. ibi uide. Quartò quæ-
74 ro, † an indiciorum copia ſit indiſtinctè
danda reo ante torturam? Bartol.dicit ſim
pliciter debere dari, quia ſuper indiciis eſt
diſputandum, In l.ſi. penultima quæſtione.
ff.de queſtio. Sic Angel. in uerbo, fama pu
blica. columna 3.uerſic. item aduertas. Cæ
pol.conſilio 66.in 2.colum.in fin. & conſi.
65.Alexan.conſi.77.in primo, & conſi.4. in
ſecundo uolum. & per Brun. in ſexta quæ-
ſtione princip.notatur in l.2.C.de ędendo.
& in cap.qualiter. *el ſecondo*.§. debet. & in
cap. cùm oporteat.de accuſa. Et ſimul dan
dus eſt terminus ad illa purganda, ut per
Abbatem in cap.cùm in contemplatione.
de regul.iur. Et ita ſeruatur etiam quo ad
capitaneum iuſtitiæ, licet habeat arbitriū
in procedendo, quod etiam iuris eſt, ut per
Alexan.latè in conſi.65. uolum.1. Barb. in
conſi.47.uolum.1.& Alexan. in conſi. 63.
colum.2.uolum.1.Fulgo.in conſi 69.ſuper
quæſtione formata.& Pute.charta 82.uer.
& an ſi quis.col.2.& per Hipp.in l.1.charta
1.col.ult.in uer.modo.ff. de queſtio.proce
75 ditque hoc etiam † ꝙ datur copia indi-
ciorum, poſito quòd imminere poſſit peri
culum ſubornationis, ſicut dicimus ꝙ im-
minet, quando admitterentur teſtes poſt
dicita teſtificata, iuxta ea. fraternitatis.
extrà, de teſti.& ita explicat etiam Barb.in

eo consi.char.3.col.3.uersicu.& si dicatur quòd tamen fortè non procederet, quando iudex in suspicionem ueniret subornationis ob qualitatem hominis, qui in eo loco esset uir potens opibus : & amicorum numero. Et hãc consideratione habuit Alex. in eo consil.65.col.3.uersic. accedit. uolumine primo. quod ego tamen non seruarẽ, & potius uellem errare dando copiam, quàm denegando: quia per negationẽ posset sequi, ut innocens occideretur, per leg. absentem. ff. de pœnis. Item sicut simpliciter subornatio non habetur in consideratione, ut dixi, ita nec hoc casu, ubi maior quodam modo ratio subornationis militare uidetur, per regulam l. primæ. ff. de alea torib. & ita quotidie uideo seruari, ꝙ copia indiciorum datur & magnis & paruis, & omni generi personarum. Nec etiam cõ ꝙ ex officio procedatur, uel quis male audiat, ei copia denegatur, quicquid uoluerint aliqui, ut latè apparet in apostillis ad Angel. in d. uerbo, fama. ad uersicu. item ad uertas. & ad gloss. in uerbo, mœro officio. & per fundamenta iuris hæc declaraui in materia inquisitionis uersiculo, conclusio igitur est, ꝙ debet præcedere infamia, declarando cap. I. de officio ordinar. Et ultra ibi dicta adde Aretinum in cap. qualiter. *el secondo*. char. 4. columna ulti. de accusatio. ubi dicit quòd Angel. in l. si uacante. super quo se fundant contrarium tenentes, malè dicit : & quòd opinio communis est, quòd quando ex officio proceditur, debet præcedere fama, & dari copia eius. Sic etiam esset ualde inconueniens; ut ex eo ꝙ quis malè audiret, ei denegaretur copia indiciorum, quia posset probare bonã famam. Et hęc omnia etiam latè dicit & concludit Barb. in dicto consi. Fateor ꝙ
76 quando † quis tam malè audiret, ut posset dici insignis maleficiis : eo casu omnia cessarent, ut per Hipp. in d. l. 1 in prin. char. 2. col. ulti. uersi. primò quando ageretur. & Paris in suo tract. char. 82. col. 3. uersicu. & an si quis. & col. seq. in uersi. tamen magna curia. quod intelligo, quando adeò fama eum insignem fecit in maleficiis, ut res redacta esset ad notorium, aliter non esset neganda copia indiciorum, ut se defendere posset, dato aliquo dubio. Et idem dico, etiam ꝙ quis delatus esset maximi delicti,
77 † quia ei non debet denegari omnis defensio, donec sic cognitum, quicquid dicat Hipp. in d. l. 1. & uideatur dicere Paris in
78 d. char. 82. Defensio † enim naturalis, nec tollitur, nec tolli potest, clemen. pastoralis. de re iud. & ita Barb. ubi suprà. Pro qua opinione uide tex. glo. & Doct. in l. si quis alicui. C. ad l. Iul. maiest. ubi lex loquitur de crimine læsæ maiestatis, & glos. & Doctor. ibi expendunt illud crimen in hac materia indiciorum, sicut cætera, ut etiã per Alexan. in consi. 11. col. 1. in princip. Patet etiam, quia licet in extrauaganti, ad reprimendam. detur ampla facultas procedendi in crimine læsæ maiestatis, tamen semper Bartol. ibi uult, ut denegetur defensio, & hoc in mille locis: & ideo l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. quæ prohibet, ne qui pro reis tentent interuenire in casu dictæ legis, loquitur in iam damnato. Ita in effectu Bartol. in l. furti. §. ope. columna secunda, ibi fallit in eo. C. de furtis. & Salicet. in l. unica. C. de raptu uirginum. colum. 5. in fine & princi. sequen. & dicam infrà in titu. de crimine læsæ maiest. in specialibus eius criminis. Et in fortioribus terminis habes decisionem Bald. in consil. 95. uolumine primo, secundum impressionem Mediolani, quæ loquitur in crimine hæresis: & sic multò magis procedet in crimine læsæ maiestatis, quod est contra hominẽ. Et hoc argumentum etiam facit Aretinus in l. Pantonius. §. rei perduellionis. col. 1. ff. de acquir. hæredit. nescio tamen quomodo bene seruaretur hæc opinio, quamuis sit iuris, imò omni die uideo in atrocissimis delictis prius deueniri ad quæstiones, quàm detur copia processus: & superiores nostri hoc permittunt, imò interdum præ-
79 cipiunt, ut ita fiat. Aduerte tamen, † quia peti debet copia hæc indiciorum. Ita Put. in tractatu syndic. char. 88. columna secunda, uersi. cùm iudex. & probat tex in d. cap. qualiter. *el secondo*. iunctis notatis ibi per Aretin. colum. 2. & est cõmunis mens Doctorum, ut suprà explicaui, sub rub. de confess. ubi latè circa l. & si nõ defendantur. ff. de pœn. & ei respondeo tenendo hanc opinionem cõmunem. & ita practicatur, & tene, quicquid dicat Barbat. in d. consil. 47. char. 3. colum. 3. uersic. præterea. Aduerte
80 etiam, † quia ubi iudex uideret manife-

stam

stam calumniam & petitionem factam animo differendi, tunc eam posset denegare, utpntà, si allegaretur talis defensio, quæ probata nihil releuaret, per ea quæ notat Paul. de Leaz. in cap. quamuis. colum. ulti. de deposito. & ideo D. Alexan. in d. consil. 65. uolu. 1. consuluit ꝙ copia indiciorum iure fuit negata cuidam *Ser* Petro causidico, & in iure perito, cui sæpius lecta fuerant, & ostēsa per iudicem, qui petebat, ut si uellet aliquid dicere, uel allegare ad sui defensionem, illud exprimeret, dicto Petro nunquam dicente qualem defensioné haberet, nec per quas probationes uellet se defendere. sed simpliciter, ꝙ illa indicia non erant uera, sed falsa, ut ibi per eum. Et tamen Alexand. protestatur, ꝙ quicquid dicebat, erat ad excusandum iudicem à syndicatu: & quòd si res fuisset integra, non solùm dedisset unam dilationem, sed etiam plures, ad ea indicia purganda. Et pari modo idem ego facerē, & potius, si reus Doctor esset, quàm si alius: Nam Doctores in rebus propriis minus sciunt, quàm ceteri Hęc procedunt quo ad indicia, quæ contra reum militant. Sed si con-
81 contra testes, † an eorum copia prius sit danda? Vide infrà in 10. quęstione principali, in fi. ubi distinguo, cócludens tamen ꝙ si agitur de uarietate uel mendacio testis, iudex ipse à seipso considerat non aliter admissa disputatione aduocatorum super his, & consequenter non data copia indiciorum, iuxta dicta Bar. in l. fi. circa fi. ff. de quæstion. & certè cum ratione, quia differendo, & disputãdo ueritas magis occultaretur ex instructionibus ipsorum testiũ.
82 quæ eo casu fierent'. Et quid † iuris quo ad copiam indiciorum dãdam accusatori, quando datur reo? Dic ꝙ dari debet, ut dicam in undecima & ultima parte in hac materia torturę, ad finem. ubi uide. Sed quando non datur reo, nunquam est danda actori, per regulam, non debet actori. ff. de regul. iuris. & l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. pet. quod iuuat contra illos accusatores, qui etiam non adueniente tempore, quo possit dari copia reo, ipsi eam petunt pro interesse fisci. Facit l. fauorabiliores ff. de regu. iur. & c. ex literis. de proba.
83 & ita seruatur. Quinto quæro, † quomodo elidantur indicia, ita ut non sufficiant ad torturam, quæ tamen per se erant sufficiētia in hoc uide Bar. in d. l. fi. ff. de quęst. in uersic. iste tamen. & latius Brun. in suo tract. char. 5. uersi. circa quintam quæst. ad quem te reiicio, quia satis plenè in hoc loquitur. Adde tamen, dum dicit, ꝙ indicium eliditur per laudabilem famam. Alex consil. 14. uolu 3 col 3. uers. ad defensionem. & Hippol. in l. de minore. §. plurimum, in 21. col. uersi. item fama. ff. de quæst. & hoc si bona fama sit in specie, ubi mala fama uel indicium erat etiam in specie, ut dicit Alexan. consi. 77. in pri. & consi. 62. col. 2. in fi. & seq. in tertio. & alibi sæpe, ut latè dixi supra in materia inquisitionis, in uer. econtrà quia dixi de mala fama & uide ultra ibi dicta Cæpol. con. 40. col. 8. in prin. & Barb. consil. 47. col. 15. uol. 1. & dum dicit Brun.
84 ꝙ eliditur † indicium, quando uulneratus dicit se non fuisse uulneratum ab inquisito. Adde Felin. in cap. 1. circa finem, de præsumpt. Alexand. consi. 24. uolum. 2. colum. 5. & per Iason. in l. 1. in principio. colum. 2. ff. de eo, per quem fac. erit. ubi uide. Veritas tamen rei tolleret hanc excusationem, ut dicit Brunus ibi, in fine. Ex
85 hoc ultimo sequitur, † ꝙ si essemus post latam sentētiam, cuius robur duraret, iuxta dictum Bal. in l. ita demum. C. de procuratorib. & quæ dicam infrà in tit. de bannitis, circa literas ad nouas defensiones excusatio nihil ualeret: & de iure etiã testis reuocatio in mortis articulo extraiudicialiter non habetur in consideratione post sententiam. Feli. in c. cùm in tua. de testi. & circa dicta morientium uide Alciat. in tractatu præsumpt. regula 3. præsump. 4. maximè numero 7. & 8. Idem dum uult Bru-
86 nus, ꝙ † elidantur indicia, quando reus ad eius fauorem habet alia indicia: adde quæ suprà dixi in tertia quæstione circa indicium mendacii, dum posui, ꝙ unus testis pro mendace illud tollit. Adde etiam quod suprà dixi in secunda quęstione, in
87 uersic. 5. dic ubi latè ꝙ † testis omni exceptione maior sufficit ad torturam, nisi alia coniectura repugnet post Bald. in leg. 2. C. quor. appella. non recip. Et facit in fortioribus terminis, ꝙ etiam unus testis pro reo contra perfectam probationem pro accusatore adeo illam destruit, ut non possit damnari, iuxta solenne consilium An-

chatani 285.& dicta Bar. in l. admonendi. columnm antepenult.uersic. quæro quid si actor.ff. de iureiuran. & dixi suprà sub ru-
88 brica de conuictis. & ultra Brunum † eliditur indicium furti, quando passus furtū dicit, ꝙ se uolente factum est. Alexan.in dicto consi.24.in 2.columna 7. Fit etiam de-
89 bilitatio hæc, † imò potius purgatio eo ipso, ꝙ pars, quæ produxit testes, interroga ta respondet nolle illis uti. l. si aduersarius. C.de fide instrumentorum. quæ tamē lex loquitur quo ad præiudicium partis, non fisci, ut etiam in effectu sentit Bartol. in quæstione, iudex maleficiorum, colu. 3. in princip. & colum. fin. Faciunt dicta per Aretin. in cap. cùm uenissent. de testibus. colum.4.uersiculo, tertiò utrum. & Felin. ibidem etiam columna 3.& not.per Iason. in l.ait prætor.*la prima*.in princ.columna fin.in princip.uersi.secunda principalis. ff. de iureiuran. Adde etiam ad prędicta, ꝙ
90 † indicium eliditur per præsumptionem contrariam, uel aliud indicium. Ias. in l.1. ad fin.C.commu.de legat & si in specie ue
91 lis scire, † quomodo unumquodque indicium elidatur, uide suprà in tertia quæstione, quæ dixi circa indicia principalia: quia singulis ferè eorum accommodatur propria medicina uel expressè uel tacitè: & hæc quo ad elidenda indicia, quo uerò ad ea omnino tollenda, quod fit per demonstrationem innocentiæ, uide infrà sub rubrica de defens.reorum,&c. Sextò quæro, an sit semper deueniendum ad torturam, uidelicet in omni causa contra omnes personas, in qualibet parte iudicii, & siue adsint indicia tantùm, siue etiam crimen sit probatum. Et ad primum, an in omni causa? Dic ꝙ in causa criminali, non in leui
92 delicto, sed in grauiore † reus torqueri potest.l.edictum.ff.de quæstio. & ibi Bart. & communiter Doctores, & ita Brun, in suo tract.post Papien. in sua practica Gandin.in titu.de quæstionib.col.2.uersicu.ex quibus.& Bal.consil.471.col.2.uolum.2.& Soccin.consi.219. colum. ultim. & Ang. in l.fi.C.de quæst.uersic.quartò nota. qui dicit, ꝙ etiam in consuetudinem uenit.& sequitur Curt. in l. 1.C. de iuram.calum. in ultim.notab. licet aliter quo ad consuetudinem attestetur Alber.in d. leg. edictum.
93 Et † quæ dicantur leuia delicta, ponit Brun.in d. tract, ultra quem uide Felin. in cap cùm illorum.colum.4.uer. in ea gloss. de sentent.excom. Cæpol.consil.11.col.6. & sequen.in addition.ad.Ang.Aret. in tractatu suo, in princ.chart.3.colum.3. & per Aretin.consil.116.circa finem. & alibi sæpe. Prædictæ tamen difficultates cessant
94 propter statutum † nostrum, quod in specie ponit casus, in quibus potest deueniri ad quæstiones, excludendo alios: in quo ēt enumerantur campsores & mercatores, qui decoxerunt, quod etiam iuris est, ut per Hipp.in l.diuus.ff.de quæstion. ubi est
95 materia. In causa † uerò ciuili reus non torquetur, si sit liber homo, sed absoluitur actore plenè non probante.l.qui accusare. C.de ædend.secundum tamen terminos l. admonendi. ff. de iureiur. licet aliud sit in seruo, qui aliquando torquetur actore ēt plenè non probante, ut declarat Sal.in l.fi. C.de quęst.col.2.uersicu.tertiò quando.& est tex.ꝙ in causa pecuniaria serui torquētur:in d.l.diuus.ubi uide Bar.declarantem
96 loquor † quo ad torturam rei, non quo ad torturam testium. De ea enim dicam infrà in 10. & ultim. q. in hac materia ponit Salicet.in dicta l.fi.uersicu. tertiò quando. Ang.in l.1.C.de quęstionib. Alberic.omnino uideatur in rubrica. C. de quæstionib. est materia Bartoli & aliorum in l.ex libe-
97 ro.ff.de quæstio. intellige † in causa merè ciuili, ꝙ reus, homo liber non torquetur, non in ea, quæ habet annexum delictū.
98 c.1.de deposito. Hinc est, † ꝙ habet locum tortura in causa usurarum. Soccin. in dicto consil.219. col. ultim. reprobato Angelo, qui aliter tenuit, & uidetur etiam, ꝙ ubi de delicto agitur ciuiliter, possit interuenire tortura. Et ita Alex. consilio 77. col. penult.uersi.non obstat prædictis. uolum. 1.& loquitur in crimine falsi. Hanc opinionem etiam tenet Bru.in suo tractatu, charta 6.col.1.allegat l.sicut.C.de falsis.& decisionem Bal.ibi. Quam opinionem fortius probat text.in l.damus.C.de falsis, & ideo facile esset hanc opinionem tenere in practica, maximè apud iudices rigidos: arbitror tamen, ꝙ uera non sit, quia uidetur nimis absurdum, ut postquàm pars elegit uiam procedendi ciuiliter, possit petere reum torqueri, nec unquam uidi hanc opinionem practicari: uerùm centies uidi ob-

seruari contrariam, quæ res non caret authoritate: Nam ita tenet Bal. in consi. 271. col. 2. uolu. 2. & consi. 6. uolu. 5. Et ad d. l. sicut. & l. damus. respondeo ꝙ loquuntur in casibus habilibus, iuxta l. ut gradatim. ff. de muner. & honor. & sic in seruis, in quibus potest interuenire tortura. d. l. damus & ita declarat glossella parua in d. l. sicut. Quæ declaratio etiam cógruit d. l. damus. Non obstat dictum c. 1. de deposito, quia ibi agebatur contra negantem depositum eo modo quo poterat agi, & sic ciuiliter, quia criminaliter agi non poterat: & ideo ex quo illa causa habet annexum delictũ, conceditur tortura: secus est autem, quando quis elegit unam è duabus uiis, uidelicet uiam agendi ciuiliter, ubi poterat agere etiam criminaliter. Quæ opinio eò magis tenenda est, quia † ex hoc non negatur facultas iudici ex officio criminaliter inuestigandi ueritatem, iuxta ea quæ dixi suprà sub rub. de accusat. ad fin. Si autem teneatur opinio Alexan. & Bald. in l. sicut. & Bruni, dic ꝙ leuior tamen fiet quæstio, ut declarat Bal. in d. l. sicut. & dicit d. l. damus.

99

100 Adde tamen, † ꝙ licet ciuiliter agatur, causa non est mœrè ciuilis, sed mixta, ut ponit Aret. in c. testimonium. in 2. not. de testib. Tamen etiam solutio patet ex dictis ibi per Aretin. Et iuxta prædicta quæro

101 quando est sublatum delictum per gratiam, an tamé si pars agat ad interesse suũ, iuxta gloss. cum ibi not. per Iason in l. uenia edicti. C. de in ius uocan. & Imol. in l. defuncto. in notabilibus. ff. de publi. iudic. possit reus torqueri. Paris de Put. posse dicit latè, char. 84. uersic. pone quòd aliquis commisit plura delicta. quia remanet nescio quid criminale, licet impunitum, iuxta illud c. 1. de deposito. & ideo in gratia có cipienda est aduertẽdum, ut non solùm respiciat pœnam, sed etiam processum, prout dicunt gratiæ factæ superioribus diebus in fauorem militum: quia secundum casuum qualitatem interdum uolunt, ut non possit miles puniri criminaliter, nec aduersus eum procedi criminaliter. Aliquando etiam nolunt, ut solùm sit remissa pœna: ueruntamen quòd processus possit fieri criminalis ad ueritatem eruendã pro interesse priuato. Et aduerte, quia etsi Paris loquatur, quãdo gratia superuenit post testes examinatos, & factum processum criminaliter, tamen idem esse censeo, quãdo gratia superuenit ante accusationem: quia ex quo nulla est uia agendi, nisi ciuiliter, potest interuenire tortura propter annexum delictum, iuxta ea quæ dixi suprà, ante hanc quæstionem. Item gratia loquitur de remissione pœnæ tantùm, ergo remanet ius omne saluum parti in cęteris, atque ita quo ad processum. Circa secun-

102 dum, † an quælibet persona torqueri possit? Dic regulam esse, ꝙ possit: tamen multi excipiuntur, ut per Ang. in tract. tu suo in uerbo, fama. uersi. sextò quæro, quæ personæ possint torqueri. & ibi latè in additionibus, & per Hippol. in l. edictum diui Augusti. ff. de quæstion. & Brun. in suo tractatu, char. 6. col. ult. & sequen. Et dum

103 plures dicunt, † ꝙ clericus in sacris constitutus non potest torqueri, sicut nec miles, qui torqueri non potest. leg. milites. in prin. C. de quęst. quia & ipse dicitur miles cęlestis militiæ. Dic ueritatem esse in contrarium, ut omnes clerici, etiam presbyteri possint torqueri, iuxta text. in c. 1. de deposito. & in c. si constiterit. de accusatio. & est communis opinio secundum Abb. in c. cùm in contemplatione. de regul. iuris. & per Doctores in l miles. in princip ff. de re iudic. & in l. Centurio. ff. de uulgar. Est uerum, quòd debet præcedere fama, & non sufficeret aliud indicium solum, ut est dictum Abb. antiqui in d. ca. 1. sequitur Abb. in d. c. cùm in contemplatione. licet aliter dixerit in dicto ca. 1. sequitur etiam Ioan. And. in d. cap. 1. & in d. cap. cùm in contemplatione. & Aretin in cap tertio loco. ad f. de probat. Nec eius remissio ad Ioã. And. obstat: quia, ut dixi, Ioan. And. tenet hanc opinionem. Sic etiam Alex in l. fi. ad uersi. Bar. ueniamus. ff. de quæstion. ubi dicit, & ita tenent communiter Doctores in dicto cap. 1. Est uerum ꝙ non ita torquẽdi sunt, sicut cæteri per funem uel fidiculas, ut dicunt Abb. & Doctores in d. cap. cùm in cõ templatione. & in d. cap. 1. Tamé neq; hoc, neque quod proximè de fama diximus, seruatur in hac ciuitate Mediolani, quia legitimis indiciis præcedentibus sicut cæteri, torquentur, & respectu famę. uide Hippo. in singul. 55. qui Felin. allegat in uariis locis. Et dum dicunt, ꝙ milites nó torquen

104 per d.l.milites.scias, ꝙ lex illa & Doct. loquuntur de militibus antiquis, qui creabantur cum maxima solennitate, de qua habes pulchram glossam in l.milites.ff.ex quib. cau. maiores. & ita omnes, sicut & alia multa priuilegia habent hi milites, circa contractus, & ultimas uoluntates, ac iudicia, de quibus in l.licet. C. de pact. & in d.l. Centurio. & in l. 1. C. de iuris & facti ignorãt. & in toto tit.ff.& C de testa.mili. Sed an milites nostri temporis hoc idem priuilegium habeant, ut torqueri non possint? Est difficultas: attamen idem cõmmuniter concluditur, quinimo idem concluditur, etiam quo ad alia priuilegia, nisi data fuerint ratione ignorantiæ. Ita latè Alexander in d.l.Centurio in prima colum. & sequenti. & Iason in d.l.miles in princi.ff. de re iudica. Et aduerte, quia non loquitur quæstio de militibus nostri temporis qui se exercent in armis, & modò sub hoc, modò sub illo præfecto stipẽdia merent, quia hi milites non sunt, quicquid aliter uelle uideatur usus communis loquendi. Non enim creantur solemniter milites secundũ antiquam consuetudinem, de qua in dicta

105 leg. penultima. nec † secundum nouam obseruationem, iuxta quam ad imitationem antiquæ creantur milites, de quibus loquitur quæstio, quos uulgò appellamus, equites: non sunt tamen hi, qui fulgeant illi equestri dignitate, de qua in titu. de equestri dignita. C. libro 12. sed fulgent militari dignitate. Et ideo Cæsar quando hos equites facit, dicit, Miles esto. Et ita etiam dum eis scribimus, appellamus eos milites. Sed difficultas quare uideretur, ꝙ torqueri possent, eò proueniebat, quia armis non se exercent. Attamen ita statuitur, prout suprà conclusum est, quia aliqua priuilegia concessa fuerunt militibus antiquis propter simplicitatem, quæ à continuo armorum usu procedebat. Et hæc priuilegia nolunt Doctores communiter ut dentur his, de quibus loquimur: quia cessante causa priuilegii cessat priuilegium. l.scriniarios. C. de testa. cum concor. de quibus ibi in glo. ultra Iason. ibi in fi. Aliqua ẽt priuilegia concessa fuerunt propter dignitatem, ut est hoc, ꝙ torqueri non possint. Et ea ẽt dantur his nostris mi

106 litibus. Datur † & aliud eadem ratione, ut nec personaliter capi possint, ut per Ia. & Alex. ubi suprà. Et hanc consideratione͂, ꝙ omnia regi debeant à causa priuilegii, habuit Bald. in d.l.pen.& sequuntur, ut dixi, communiter Doct. sic ergo milites etiã non creati, iuxta gloss. in d.l.milites, sed secundum usum temporum nostrorum, & non dediti armis non torquentur. & ita Ias. in l.1.col.2.C.de iuris & facti igno. Et ita extende l.milites.) super qua iacet ba-

107 sis. C. de quæstio. & licet non sit † militia simplex dignitas, secundum gloss. in d.l. 1. C. de equestri dignit. lib. 12. Bart. in l. ex eo tempore. ff. de testam. mili. & Galia. in l. Centurio. allegata, nu. 19. Tamen ita uolũt Doctores, quia est dignitas in genere, ut dicit Pla. in d.l. 1. C. de equest. dignit. & habetur in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Quo uerò

108 ad eos, † qui stipendia merent, & se in armis exercent, & quos communis usus, ut dixi, milites appellat, qui neq; seruatis antiquis solemnitatibus, neque nouis, in militiam proficiscuntur, Scias Alexan. in d.l. scriniarios. C. de testam. mili. tenere, quod gaudent priuilegiis militum: quia satis est, ꝙ effectu se armis exerceant. Soccin. in d. l. Centurio. col. 2. dubitat, & dicit, ꝙ in castris omnino gaudere debent, extra uerò idem etiam tandem tenet, quando militãt pro Cæsare, ecclesia, uel republica, quæ superiorem non recognoscit. Credo absque dubio, ꝙ hoc priuilegium, ut non torqueãtur, cesset, ex quo hi nulla sunt in dignitate, nec in specie, nec in genere. Et ideo quotidie uideo milites hos torqueri: imò nunquam uidi aliquem super hoc dubitare. Quo uerò ad priuilegia, quę dantur, quia militant, uide in d.l. Centurio. Dixi, ꝙ militibus datur priuilegium, ut non torqueantur ratione dignitatis. Adde etiam,

109 † ꝙ eadem ratione non imponuntur pœnæ ignominiosæ militibus aut decurionibus. d.l. moris. §. iste, l. decurionem. & l. decurionum. C. de pœn. iuncta l. milites. l. diuo Marco, l. decuriones. C. de quæst. unde cùm decretum habeamus in hoc dominio, ut officiales cuiuslibet generis in syndicatu possint etiam affici decẽ ictibus funis. Ideo idem etiam debet censeri dispositum quo ad torturam pro inquirenda ueritate, iuxta glo. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & quæ latè tradit Ias. etiam in pœnalibus

nalibus, in §. ex maleficiis, char. 3. colu. 2.
110 Institut. de actio. Adde etiam, † ꝙ hoc priuilegium procedit quo ad quemlibet in dignitate existentem. l. omnes iudices.
111 C. de decur. lib. 10. Et propterea † Doctor, qui est in dignitate. c. quanto de magistris. ubi Abb. Galia. in litera e, nu. 10. non torquetur. & ita omnes in d. le. Centurio. maximè Halia. nu. 25. qui etiam loquũtur in aduocato. & ita Bar. in d. l. omnes iudices. Firmian. in uer. tortura. Roman. singulari 371. milites & Doct. Brun. in tractatu suo tort char. 7. col. 1. Ias. in l. miles. col. 2. ff. de re iudic. Hoc tamen quo ad aduocatos quomodo intelligatur, ponit Pla. in l. libertorum. C. de dignitat. lib. 12. ubi omnino uide. nec ualet consuetudo in contrarium. d. l. omnes. ut est communis opinio
112 in locis, de quibus suprà: licet † aliud sit quo ad decuriones ciuitatum: quia adest consuetudo, ut torqueantur, & torqueri possunt, ut per Do. Roch. in tractatu consuetud. fol. 12. col. 1. ubi uide. Et prædicta
113 locum habent, quando † delictum fieret in eo territorio, in quo quis esset miles creatus, uel à consiliis: secus si delictum patratum esset in alio dominio: argumento l. fi. ff. de iurisdict. omnium iudi. & c. ut animarum. de constitut. in 6. & eius quod dicit Bar. de notario creato ab una ciuitate, qui in alia non est in effectu notarius, in l. cunctos populos. uersi. 7. de suma. Trinita. Ideo etiam hi possent in alio dominio personaliter pro debito detineri: & aliter dicere esset absurdum. Non ita procedit in
114 Doctore, † qui creatur autho. Imperiali: quia per uniuersum imperiũ uires suas extenderet, iuxta notata in d. l. cunctos populos. & in l. 1. C de hered. instituend. non
115 tamen † in omni delicto locum habet, ut prædictæ personæ & similes priuilegiatæ torqueri non possint: quia in crimine læsę maiestatis, in crimine falsi, in priuato carcere cessat priuilegium, ut per Bru. ubi
116 suprà. Cui adde, ꝙ etiam † cessat priuilegium, ubi in officio delinquunt: quia tunc etiam fustibus cedi possent, ut per Pute. in tractatu suo syndi. char. 5. columna 3. uersi. excedunt consiliarii principum. in pri. Dubito tamen de hac limitatione per dictum Bar. in l. milites. C. de quæstio. ubi loquitur de officiali tempore syndicatus, & sic quo ad delicta cómissa in officio: & quia nimis fuissent ignari Doctores, maximè in materia syndicatuum, qui de hoc non fuissent memores. cùm præsertim ut plurimũ si torquendi sunt Doctores, hoc eueniat ex causa erroris cómissi in officio. Nó obstat dictum Put. quia loquitur quo ad pœnam. Pro dicta limitatione facit tamé text. in ca. fin. de immu. eccle. qui uult ut delinquens in ecclesia sit indignus priuilegiis ecclesiæ: & regula, ꝙ frustra implorat auxiliũ legis, qui committit in legem, ut in eo c. & in l. auxilium. in si. ff. de minori. Sed respondeo, ꝙ procederet contrarium, si is Doctor faceret contra officium Doctoris, uel aduocando, uel faciendo, torqueri alium Doctorem. Et hęc solutio apparet ex declaratione regulæ præallegatæ, quã facit glo. in cap. quia frustra. de usuris. quã Abbas ibi sequitur, quãuis etiam dici possit, ꝙ sit materia brocardica, ut dicit Abb. in d. cap. quia frustra. Ego sentio cum Bar. in d. l. milites. Nó obstat in primis dictum Put. quia id quod allegat, scilicet l. item apud Labeonem §. idem ait. cum glos. ff. de iniur. & leg. qui explicandi. C. de accusatio. non dicunt hoc, nec ipse Put. hoc dicit, sed solùm quòd qui promittunt præsidem uel principem laturum sententiam, fustibus cæduntur. Decretum etiam Mediolani, de quo suprà, quód tamen solùm procederet in hoc dominio, non loquitur de personis in dignitate existentibus, licet loquatur per uerba ampla, iuxta regulam l. ut gradatim. ff. de munerib & honor. Percurrendo tamen omnia loca, inuenio decisionem in terminis, ꝙ ubi positi in dignitate delinquunt in officio, possunt torqueri. Pla. in d. leg. omnes. C. de decurion. lib. 10. per leg. quilibet. C. eodem. & hoc omnes notant in dicta l quilibet. incipiendo à gl. quod intelligitur habito respectu ad dignitatem illius officii. Exemplum, Præses, uel senator, uel thesaurarius delinquit in suo officio præsidis, senatoris, uel thesaurarii, certè quia committit contra eam dignitatem, ex qua uult se tueri, poterit torqueri. Sed ubi committeret unus ex prædictis delictum in suo officio. & præter munus illud, haberet etiam aliam dignitaté, puta, quia esset eques, non propterea amitteret priuilegium militis, uel alterius

dignitatis. Et ita uoluit loqui Bartol. in d.
l.unic. [illegible] dum eius fuit sententiæ, ut præ-
tor in syndicatu non torqueretur, ex quo
erat miles, atque ita considerata dignitate
militiæ, & non administratione, quam ha-
bebat: secundum quam intelligentiam,
quę plana ostẽditur, est decisio in termi-
nis pro hac mea opinione. Facit optimè
glo in d.cap. quia frustra. ꝙ si quis commit-
tit contra legem, non tamen est indignus
alia lege, sed ea tantùm contra quam com-
mittit. Ex his habes, ꝙ Doctor, etiam si in
officio præturæ delinquat, non tamen po-
test torqueri, quia non committ contra le-
gem doctoratus. Nec dicas, quòd quando
creatur Doct. iurat seruare leges, & ideo
quod facit cõtra officium doctoratus, quia
intelligitur in his, quæ immediatè ad eũ
uti Doctorem pertinẽt, ut in legendo, uel
aduocando, prout etiam superius exemplũ
posui, aliàs regula, ꝙ Doctor non possit
torqueri, nunquam haberet locum: & licet
uiderim sub Christianissimo rege præto-
rem Nouocomi Neapolitanum torqueri,
& fustigari: Tamen uerum est, ꝙ non con-
117 stabat de qualitate doctoratus. Et † si
uis scire, in quibus excedat consiliarius, si-
ue senator, uide Parid. de Put. in suo tracta
tu syndic. de excessibus consiliariorum.
ubi etiam de excessibus aduocatorum, mi
litum, principum, Cæsaris, Regum & alio
rum: & dum ponit in tit. de excessibus con
siliariorum, quando propalat secreta, uide
quæ dixi suprà tit. de carcere ubi latè qua
118 pœna tales puniantur. Adde, † ꝙ hoc pri
uilegium non torquendi decuriones extẽ-
ditur ad pronepotes, ut per Ioan. de Pla.
in leg. cùm adoptiuum. C. de decur lib. 10.
119 Adde quoque, † ꝙ decretum, de quo su
prà, ut officiales in syndicatu possint puni
ri etiam in decem ictibus funis, fuit sum-
ptum ex tex. in Auth. ut iud. sine quoq. suf
frag. in §. si quis autem. ubi text. loquitur
de iudicibus in dignitate constitutis: &
uult si in eo officio aliquid iniustè ege-
rint, ꝙ etiam in corpus plectantur. per
quem text. non minus est fundata limita-
tio, de qua suprà per d. leg. quilibet. quàm
120 per ipsam legem. Adde etiam, † ꝙ con-
fessio horum, qui torqueri non possunt, fa
cta in tortura, etiam seruatis seruandis, ni
hil ualet, ut in repertorio Hippoly. in leg.
ædictum diui Marci. ad fin. ff. de quæst. etiã
ꝙ perseuerent in ea confessione. Sic Ioan.
de Pla. in l. sciera. C. de dig. lib. 12. Aduer
121 te autẽ, quia licet † inter personas, quæ
torqueri non possunt, ponantur decrepiti
& minores, de quibus Doctores non dispu
tant, nec uia iuris, nec consuetudinis: tamẽ
hi terreri poterunt. l. 1. §. impubes. & l. exci
piuntur. ff. ad Syllan. & ideo Bar. in le. 2. C.
quor. appel. non recip. dicit ꝙ licet nõ om
nes nec omni casu possint torqueri, tamen
terreri possunt. allegat §. talem uerò, in
Auth. de mand. prin. Quæ decisio non so-
lùm probat, ꝙ minores & decrepiti pos-
sunt terreri, uerùm etiam omnis alia perso
na priuilegiata, de qua suprà. Pro quo est
decisio Io. de Pla. in leg. sententia. C. de
dig libr. 12. probatq; ꝙ etiam eo casu quo in-
dicium non est multum sufficiens, tamen
suspectus terreri posset, ut est eo casu, quo
iudices habent uehementem opinionem
etiam extra processum, ꝙ aliquis sit reus.
Et sequitur cum multis aliis Pu. in d. char.
93. col. ult. uersic. sequitur modò. & ponit
etiam Brun. char. 2. col. ult. & Hippol. in l.
de minore, in prin. col. 3. & seq. ff. de quæ-
stionibus. Est materia in effectu Bar. in d. l.
de minore. §. plurimum. ff. de quæst. ubi lo-
quitur de fictione, quam iudex facere po-
test aduersus reum, ut ueritatem eruat.
122 Non est † tamen dictis casibus, in qui-
bus tortura interuenire non potest ratio-
ne personę, uel tenuitatis indiciorũ, quis
uinciendus cum minis torquendi eum, nec
eleuandus, quia hoc est torquere. Ita Bar.
in l. 1. §. diuus Seuer. ff. de quæst. & ita uo-
luit loqui Bal. in d. l. 2. quia dicit in dicti sui
ratione, ꝙ iudex debet se ostendere terri-
bilem: & sic loquitur de solo terrore uul-
tus & uerborum, intelligendo tamen, ut
dicam infrà in 8. quæst prin. in prima par-
te illius quæstionis, ubi quæram, quid sit
quæstio, & quis dicatur terror, & qui le-
123 uis terror. Et † an ultra impuberes etiã
decrepiti, & existẽtes in dignitate possint
terreri, & quo terrore? & ad eã te reiicio.
Facit l. obseruandum. ff. de offi. præsi. qui
124 tamen terror † etiam fieri posset, ubi
nulla essent indicia, nedum ubi essent mi-
nus sufficientia. Bar. in d. §. diuus. & ubi su-
prà, & uide Alexan. in d. §. diuus. & in re-
pertorio Hippol. in l. 1. in princip. char. 3.
col. 2.

125 col. 2. ff. de quæst. Et † de tortura leui, & leui terrore, & inconsueta tortura, & immoderata, uide Bart. & dictum repertoriũ in l. quæstionis. ff. de quęst. & Bald. consil. 77. in 2. uolum. & dicam infrà in 8. q. princ. in hac materia, ubi de ipsa tortura loquar, circa penultimam partem quæstionis,
126 † an in omni parte iudicii sit ad torturam deueniendum? Dic, ꝙ requiritur ut lis sit contestata, scilicet formata inquisitio, & ei responsio facta, & ꝙ testes sint reperti siue examinati post litis contestationem citata parte. Bar. in l. si quis adulterium. in prin. de adult. & in l. 1. in prin. ff. de quæst. requiritur etiã publicatio processus. Bart. in l. unius. ff. de quæst. & per Brun. de his ubi suprà char. 1. col. 3. & Bar. in l. fi. in ult. q. ff. de quæst. Hæc tamen malè obseruan-
127 tur, imò † sæpenumerò hic Mediolani non formantur inquisitiones. Non suffice-
128 ret ergo, de iure loquendo, ut † etiam testes essent examinati citata parte, sed requiritur ut hoc sit post litem contestatam, & publicatum processum: id tamen, quod de citatione dictum est, non procederet, ubi obseruatio esset in contrarium. Alex. consil. 65. col. pen. in fi. uol. 1. per Felin. in c. 2. de testib. col. 4. uersic. tertiò limita. & col. 13. & Soce. consi. 253. col. 2. & Cor. ubi uide primo uolu. consil. 58. & ideo multò magis sustineretur practica torquendi nõ facta litis contestatione, & non publicato
129 processu. Circa ultimam partem, † an etiam existente probatione quis sit torquendus? Dic non esse torquendum, & ꝙ in subsidium tantum iudex torquere debeat, uidelicet, ubi aliter ueritas haberi nõ possit, aliàs tenetur in syndicatu. l. edictũ diui Augusti. & ibi Bar. ff. de quæst. & Hippol. in eo tit in l. 1. char. 1. col. 2. est tex. etiã in l. 1. in fin. C. de iura. cal. Sed ubi secus fiat, sequuntur duo inconuenientia ex ea tortura. Primum est, ꝙ qui conuictus est, & qui una uice puniri deberet, iuxta l. qui sententiam. C. de pœn. punitur bis. Secundum, ꝙ hoc modo per indirectum reus liberatur, ut dicit Albe. in d. l. edictum. Cau-
130 ti † tamen iudices, quando conuictum uel confessum torquent, redigi faciunt in scriptis protestationem, qua dicunt nolle eum torquere super conuictis & confessis sed tantũmodò interrogare super aliis delictis, iuxta ea quæ dicam in 7. q. prin. quæ erit immediatè sequens. Et ad hæc, maximè circa dictam protestationem uide Cæpol. consil 32. col. pen. & ult. & tunc cauere debent iudices, ne eos interrogent super confessis & probatis, dicant ipsi in tor-
131 tura quicquid uelint. Possent † etiam iudices potestari, ꝙ ad torturam deueniunt, ut confiteatur, ne postea possit appellari, & non ad alium finem. & ita Bald. in l. 1. & 2. C. quor. appellat. non recip. & sequitur Cæpol. ubi suprà. Hæc tamen cautela est periculosa, ut etiam patet ex dictis per Hippol. in l. 1. in prin. ff. de quęst. uersi. 4. ꝙ Curt. in d. l. 1. C. de iur. cal. in ultimo notabili. Septimò quæro, an sine indiciis interdum possit deueniri ad quæstiones, & an de aliis delictis reus in tortura possit interrogari, & an de complicibus, & qui sint casus, in quibus minus legitimis indiciis existentibus quis possit torqueri? Cir-
132 ca primum, † an sine indiciis id fieri possit, Dic non posse. l. 1. in prin. ff. de quæst. & l. milites. §. oportet. C. eod. & tex. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. Fallit secundum Brun. in l. prius. ff. ad Sylla. ubi seruus torquetur super morte domini in domo occisi. Et super intellectu illius l. ipse Bru. multa effundit uerba, nesciens quò se uertat: & ideo breuibus dic quo ad hoc de seruo, An & quando sine indiciis torqueatur, siue examinetur, ut reus, siue ut testis, ut eruditè prosequitur Sali. in l fi. col. 2. in pri. C. de quæst ubi uide. Bal. & Sali. in d. l. milites. ubi uide. Fallit etiam secundum Brun.
133 respectu inquisiti, † qui fuit positus in banno propter contumaciam: quia etsi uelit comparere in termino permisso ad purgandam contumaciam, tamen poterit poni ad torturam, ut est dictum Bal. in l. 1. §. sequitur uidere. iuxta fi. C. de hær. Institu. Qui casus tamen ad rem non faceret pro-
134 pter contumaciam, † quæ facit indiciũ, sicut dicitur de fuga, & sicut ipsemet Bal. ibi ostendit, sequitur Hippo. in l. pen. colu. ult. ff. de quæst. Sed dum uolunt Hippo. & Bru. ut reus in banno existens comparere possit ita demum, si permittatur à statuto, fortè quia innuant, ꝙ Bal. loquatur pendente termino ad purgandum bannum, ut possit torqueri comparens in termino. Aduerte, quia hæc illatio uidetur inepta: quia si

comparet in termino, nulla debet illius cō tumaciæ haberi ratio. l. 1 §. fi. ubi Bar. not. ff. req. reis. Pau. de cast. consi. 33. in pri. per Felin. in cap. ex literis. de constit. char. 50. incipiendo in principio uoluminis, colu. 3. uersi. & per illum tex. & per Dec. ibi char. 56. col. 1. Si uerò comparet post terminum ante secundum bannum, & sic ante sententiam: tunc uidetur quidem ꝙ posset torqueri eo maximè fundamento, quia etiam aliàs uideretur, ꝙ potuisset condemnari propter fictam confessionem resultantem ex eius contumacia: super qua etiam declaratum fuit dum deuentum est ad primū bannum, iuxta l. eius qui delatorem. & ibi Bar ff. de iure fis. iuxta d. consi. Pau. de Ca. 33. & dictum Bal. in l. ita demum. C. de procur. & l. 2. C. qui test. fa. nō pos. ubi est tex. & ibi latè per Ias. & dicam late loco suo infrà de ficta confessione: & consequenter saltem poterit torqueri, dato ꝙ statutum permittat, uel obseruantia, ut iterum possit comparere. Atque ita dictū Bal. intelligitur secundum hunc ultimū casum, quando preteritus esset in banno, & decursum omne tempus ad illud purgandum: quod maximè procedet stante obseruatione nostra, ꝙ semper quisque auditur ante sententiā, absque eo ꝙ doceatur de innocentia. Nam tunc nō est ineptum dicere, ꝙ possit torqueri, etiam non data alia infamia per-
135 sonæ: propterea † qui comparet post terminum debet esse cautus, ostendendo aliquod impedimentum, quo excusetur eius contumacia: nam quelibet causa excusat, iuxta glo. in l. unica. in glo. fi. ff. si quis ius dic. non obtemp. & potest dicere, ꝙ fuit citatus ad locum non tutum, iuxta cle. pastoralis. de re iudi, uel ꝙ iam multis annis nō habitauit, ubi fuit citatus, ut per Comen. cosi. 146. Simon Elias. col. 2. & Bald. consil.
136 245. in 5. Et † an in criminibus, quæ secretò fiunt, uel delictis atrocissimis, ut in crimine læse maiest. possit quis torqueri sine indiciis, uidebimus infrà in fi. huius 7. q. Et an sint aliqui alii casus, in quib. sine indiciis, &c. uide per Bru. ubi suprà. & Hipp. in l. 1. in prin. col. 2. & in l. unius §. in ea causa in prin. & in l. pe. in ul. col. ff. de quæst. & per Aug. de Ari. ad Ang. in glos. *Che hai tradito la patria.* & si percurras oēs casus, nullum inuenies, in quo non requirantur indicia. Quod ēt clarius patebit infra. Videtur tamen accipiendo secundā partem huius quæst. principalis, quæ est, an de aliis delictis quis possit interrogari, ꝙ unus casus adsit, saltem ex consuetudine, quando quis torquetur præcedētibus indiciis respectu
137 alicuius delicti, quia † poterit ēt de alio delicto interrogari, cuius nulla adsint indicia, iuxta dictū Ang. in uer. fama. in fi. Est pulchra questio de iure: nā ubi indicia non præcedūt, interrogari quis non debet: & ideo talis cōfessio nihil ualet. & ita Alex. cōs. 52. col. 1. uer. nec oportet aggredi. uol. 3. Seruat tamen consuetudo, ut interrogetur de aliis delictis, ut per Ang. ubi suprà & Gan. Cæpol. & Card. ibi in additionibus allegatos, quos ēt refert & sequitur Dec. in c. tertio loco. in ult. col. de prob. qui ita intelligi debet. s. secundū consuetudinem licet inaduertenter simpliciter loquatur. Et aduerte, quià procedit consuetudo, quādo tortus cōfessus est delictū, pro quo principaliter ponebatur ad torturā. Et hic est cōmunis sensus Doct. & ita intellige præfatū Deci. qui ēt ad hoc nó aduertit. & Put. in tract. suo synd. char. 86. col. ult. uers. 1. sic uult tex. super quo se fundant in c. defleat. de reg. iur. & in l. non oēs. §. à barbaris. ff. de re mil. sic ēt uult regula, super qua fundatur, qui semel malus, &c. de qua in l. Cassius. per Bar. in fi. ff. de senat. & Fel. in c. cū in iure. de of. dele. uer. quartò fallit. & in c. presentium. de testib. col. 3. ubi ēt Aret. se-
138 cundū quam † regulā ambulando cessaret predicta cōsuetudo in eo, qui cōfessus esset delictū patratum supra trienniū, qui posteà duxisset laudabilē uitam. quia ita limitatur d. reg. qui semel malus. ut per Fel. ubi suprà & Curt. in tract, de sequest. in. 6. q. col. 2. uer. circa predicta. tamen ēt Docto. loquūtur de aliis delictis dissimilibus, iuxta d. c. defleat. & ita seruatur apud capitaneum iustitiæ, & alios in hoc dominio, ut de omni delicto ēt non conformi interrogetur quando habetur mala opinio de eo, ut ēt tandem cōcludit Bru. in suo tract. char. 10. col. ult. Est uerum, ꝙ dicta consuetudo sine dubio magis procederet, ubi de delictis cōstaret, super quibus fit interrogatio, & quorum nulla adsint indicia, ubi uerò nó cōstaret, adhuc tamē consuetudo ita obseruat, ut interrogetur in genere de

aliis

aliis delictis: & est bona cósuetudo, posteà quã ille diffamatus est, & legitimè in tormentis positus, non ad finé condemnandi pro talibus delictis, sed posteà ueritaté indagandi, si delictum est cómissum, quod facile inuenitur. Et ita respondeo ad difficultatem Aug. de Ari. ad d. glo. fama. in fi. An
139 † tamen possit, qui ita confessus est delictũ, de quo principaliter non agebatur, damnari in illo iudicio, ponit Pet. char. 86. col. ult. post And. de Iser. & Io. And. Est materia l. si confessus. ubi Bar. & Alexan. ff. de cust. & exhi. reo. & dixi latissimè supra sub rub. de confessis, & adhuc maior dubitatio
140 oriretur, si non interrogatus † confiteretur. Et ponit Put. char. 89. col. 1. qui tamen narrat euentum facti non iuris dispositionem, dicens ꝙ ille fuit laqueo suspensus: de quo dubito per not. in d. l. si confessus. & magis quia præsumitur talis cófessio suspecta, per id quod dicit Sal. in fi. C. de accu. col. pe. uers. sed tunc oppono. & Bru ubi supra char. 3. col. 3. uer. qualis autem. Et ex prædictis iudices astuti, qui nó possunt torquere, nisi super delictis, de quibus indicia præcedunt, & qui uellet torquere, etiam super aliis, de quibus non præcedunt indicia, fingunt reos torquere super delictis indicatis, & adhuc interrogant super aliis. & ita dicit Bal. in l. & si certus. ff. ad Syllan. ꝙ quando iudicibus permittatur, dixi. Non omitto ét quod est dubiũ, an iudex ex ue-
141 hementi † & infallibili consciétia possit sine indiciis quem torquere, ut per Bald. in l. ampliorem. C. de app. & Alex. in l. fi. in 3. apostil. ff. de quæst. Et materia l. illicitas. §. ueritas. ff. de of. præs. ꝙ iudex debet procedere ex apparentibus actis, & non ex suo
142 capite, & sua conscientia. Quæ † tamen reg. fallit in principe, ut per Ias. qui laté ponit hanc materiã in §. si minus. in 4. & sequen. col. de actio. & ita ipse princeps posset ex sua conscientia torquere reum: in iudice uerò adhuc idem crederem, si ipse haberet arbitrium ita procedendi, & hoc eadẽ ratione. Vbi uero non esset ita latũ arbitrium, ét idem putarem, dato aliquo indicio in scriptis, quod per se nó esset sufficiens, per id quod dicit Alex. consi. 65. col. 4. uolu. 1. & Deci. in c. tertio loco. in fin. de prob. Cessante uerò omni arbitrio: & si materia ex sui natura sit arbitraria, attamẽ arbitrari debet iudex ex alleg. & de iuctis quæ probata fuerint secundum magis cómunia, aliter daretur facultas iudici iracũdo uel seuero insontes etiam sæpenumero plectendi. Neq; unquam uidi hanc libertatem tolerari in aliquo ét capitaneo iustitiæ, quamuis haberetur optima de eo opinio. Sequẽdo capita huius quæst. prin. quæ
143 ro an reus † possit interrogari de complicibus, siue in tortura, siue extra. Est materia Bar. in l. reperi. §. 1. ff. de quest. ubi uult ut possit in delictis, quæ cómittuntur principaliter propter cómodum cómittẽtium, ut in falsa moneta, furtis, & latrociniis: secus in aliis, quæ principaliter cómittuntur in odiũ alterius, ut in homicidiis. Et secundũ Bar. hoc ultimum fallit in casu l. prius. ff. ad Syll quod nihil aliud est dicere, nisi ꝙ
144 † mandatarius, qui est cóuictus de homicidio, potest absolutè poni ad torturã, & interrogari de mandante. De quo uide Ang. in trac. suo in uer. Sempro. mand. col. 2. qui hoc tantũ admittit in assassino, qui pecuniis occidit, & cũ eo tenet Bal. in cósi. 107. uolu. 6. ubi uult, ꝙ non possit interrogari mãdans de mandatario. Et hæc est reg. ꝙ socius criminis nó debet interrogari de cósociis. l. fi. C. de accu. & habetur ibi: & in l. quoniã lib. C. de test. Dic in hoc artic. esse glo. in d. l. fi. quę ponit quinq; fallentias ad regulam propter immanitaté criminũ, subdens notabile uerbũ, ꝙ tamen in illis casibus non debet interrogari, nisi aliqua præcedat præsumptio. Quã gl. sequitur Gãdi. in tit. de quæst. col. 4. Barb. ad Ab. in c. 1. de cófessis. Put. ubi suprà. char. 86. col. 3. Vita. in ti. quæ deb. præce. tort. Guido de Sus. in tit. de tort. Bar. & Cyn. in d. l. fin. Ias. in l. 3. §. si tibi. ff. de cód. ob turp. cau. gl. & Archi. in c. Remus. 16. q. 3. & in c. si quis Papa. 79. dist. glo. in c. ueniens. de testi. Bal. consi. 97. in 1. uol. Ang. in uer. fama. ubi Aug. de Ari. Fulgos. consi. 73. col. 1. & 2. & 107. & consi. 136. Dec. in consil. 189. opinionem tamen Bar. distinguentis utsuprà, in d. §. 1. tenent D. Anto. & Abb. in d. c. 1. de confess. Aretin. consil. 61. Alexan. consi. 89. col. 1. uol. 3. & consi. 60. col. ult. uol. 2. Alia est opinio Sal. in d. l. fi. qui improbando Bar. dicit qualita
145 tem † personarum & delictorũ ponderãdam esse: quia aut persona inquisita est seruilis conditionis, & tunc interrogari po-

test de mandatoribus & sociis: nam tales personæ ut plurimùm tanquam meticulosę sine socii suasione, uel mandato non consueuerunt magna delicta tentare: aut est liberæ conditionis, & non uilis: & idem in criminibus, quæ sine sociis regulariter nó committuntnr, ut in latronibus uiarum, qui possunt interrogari ex hac ratione, & de sociis, & de receptatoribus, & in falsificatoribus monetarum: quia in eo exercitio plures sunt necessarii: & in iis qui contra principem moliuntur: quia talia non consueuerunt committi per unum solum: in criminibus uerò, quæ solent perpetrari sine sociis, adhuc idem, ubi sit delictũ, quod ob cómunem salutem omnium radicitus sit extirpandum, ut si contra magum uel hæreticum procedatur: & ubi hoc cesset, nemo est interrogandus de aliis. d. l. fin. & d. l. repeti. §. 1. Quæ distinctio cum ratione maxima facta est, & ponit rationem ad omnes fallentias glos. in d. l. fi. & iura Bar. in d. §. 1. & consundit opinionem utriusq;, & eam tene, quia lumen porriget omnibus casibus, qui mille annis considerari possent, & eam sequitur Bru. char. 3. & Alex. in d. §. 1. & in consi. præalleg. 89. uolu. 3. & considerationes Sal. seruantur in effectu.

146 Aduerte tamen, † quia licet quis esset liber, & delictum potuisset per solum committi: si tamen ille uilis esset, & causa nó appareret quare id fecisset: adhuc posset interrogari, arguméto eius quod dicitur de seruo: & ita uoluit dicere Sali. met. in d. l. fi. in uers. aut persona accusata. ibi, liberæ có ditionis, & non uilis. & ita quotidie uideo seruari & hoc modo factus es clarus, an & quando mandatarius possit de mãdante interrogari, quia nulla facta distinctione, an per assassinamentũ, uel aliter quis occiderit, interrogandus est, s'm prædictã opi. &

147 pariter, † an testis falsus possit interrogari de mandante & instigante? Et scias, ꝙ ubi iudex talem interrogat de sociis, & negat scire, potest eum torquere super hoc, si præsumitur scientia in eo, aliter non. &

148 hoc † ubi interrogat sicuti interrogare debet in genere de sociis, iuxta not. supra sub rub. de exam. reor Nã in specie de aliquo interrogare nó debet, nisi sit præsumptio contra eum. tunc enim propter talem præsumptioné potest torquendo eum interrogare, aliter non. Ita declarat gl. in d. l. fi. C. de acc. de qua supra Sali. ibidem in uers. quæro nunc an cũ tormentis. & ita dũ in prin. quæst. dixi, an possit interrogari cũ tortura uel sine, intelligis quomodo res procedat, & quãdo simpliciter possit interrogari, an ét possit cum tortura. Iuxta prę

149 dicta sequitur uidere, † an socius, qui ét de socio fatetur, faciat indicium ad torturã? Et breuiter dic nó facere, nisi iungatur aliqua alia pręsumptio uel indiciũ, tunc facit indicium ad torturã. ita declarat fundate Sal. in l. fi. C. de accu. col. ult. quod dictũ quotidie practicatur, & sequuntur Doct. illud, ut patet per Hipp. in l. 1. in §. diuus Antonin. ff. de quęst. & in singulari illius 209. Cùm enim non sit omni exceptione maior, ut patet, ineptum esset dicere, ꝙ solus faceret tale indicium etiam in casibus ex-

150 ceptis, & † ꝙ testes inhabiles ex eorum natura qui tamen aliqua ratione speciali admittuntur in testes non sint omni exceptione maiores, & consequenter per se nó sufficientes ad tormenta habes solemne & uulgatum consi. Alex. 11. uol. 1. est glos. in l. etiam matris. ff. de proba. quam ad hoc alleg. Butrig. consil. 24. col. pen. in fi. & Bal. in l. parentes. col. 2. C. de testib & Alexan. ubi uide consil. 64. col. 2. uersi. & etiam dicit. uol. 1. & ex his aliam claram conclusio-

151 nem habes, † ꝙ nemo alius inhabilis, qui tamen aliquo casu speciali admittatur in testem per se potest facere indicium ad torturam nisi cum aliqua alia præsumptione uel indicio, & quo ad socium criminis etiam aliud requiritur, scilicet tortura ipsius. Hoc ostendo per tex. in l. hoc carmé. §. si ea rei conditio. ff. de testib. qui probat ꝙ ubi persona turpis admittitur in testem, admittitur cum tormentis, alias non. hoc idem per gl. in l. 3. §. fi. in uerbo, palam. circa. fi. ff. de testib. per Ias. in l. 1. post alios. C. de sum. Trin. Alex. in consi. prædicto 11. in 1. uol. in primo dubio. & per Cæpol. cós. 61. col. 2. & Brun. ubi suprà, char. 6. colu. 1. & seq. ubi late circa dicta Bar. in l. ex libero. ff. de quæst. ubi est in effectu præsens articulus, an & quando testis debeat torqueri, ut per Fulgo. con. 172. col. 1. ubi fortius dicit quod etiam ad inquirendum in talibus testibus requiritur tortura, ut ét per August. de Arim. in uerbo, fama publica.

super

super uersi. particeps criminis, quod non existimo uerum ex mente Doctorum, ubi suprà, & ex his quæ latè dixi circa indicia ad inquirendum sub titu. de inquisitione, & quia tex. in d. §. si ea rei conditio. loquitur de qualibet turpi persona. Ideò dic non solùm in socio criminis requiri torturā, sed etiā in quolibet alio crimine notato quod uolunt Doct. ubi suprà, secus si in teste esset alius defectus, putà, quia domesticus esset, uel pauper, nam propter hoc testis non esset torquendus, ut per Alex. in d. l. ex libero. uide infrà omnino in 10. quęst. princip. col. 1. uersi. & primo. Verùm, quia tortura parit præiudiciū irreparabile, Aduer-
152 te † ne torqueas tales criminibus notatos frustra, uidelicet quando non habes aliam prçsumptionem, uel indicium, iuxta dictum Sali. in d. l. fi. quia tunc nemini prodesset, & sibi noceret, & ideò dicimus quod li-
153 cet † oppositiones quæ fiunt contra testem reseruentur post examen, tamen hoc non procedit ubi est examinandus cū tormentis, ne tortura fiat superflua, Bart. in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæst. & Brun. ubi suprà, char. 6. col. 2. circa fin. & multi sunt qui in aduertenter seruant contrarium.

Ex prædictis etiam habes, quod mandatarius non est idoneus testis ad torturā post susceptum mandatum, & ita Bal. cons. 429.
154 incip. an † mandatarius. in 3. uol. qui distinguit quod si non suscepit mādatum facit indicium ad torturam, secus si suscepit, & sequitur Hippoly. in eo §. diuus Antoninus. col. 3. & ita obseruatur, est uerum quod ex quo sumus in iis quæ communiter fiūt secretò, uidetur testis idoneus, iuxta ca. fi. de testib. cogen. Aretin. consil. 61. in fin. &
155 Ias. in l. 1. in fi. C. de sum. Trini. & † quod sumus in iis quæ secretò fiunt docet natura, stultum enim esset rem tam magni momēti palàm agere, & mandatum, quod in cubiculo dari potest, in platea committere, & licet etiam hoc possit in conspectu hominum fieri, attamen considerando, id quod frequentius contingere solet, Delictū hoc est inter ea connumerandū, quæ fiunt absque præsentia testium, & ita infrà declarabo & cōcludam, loquendo in genere, quę sint ea delicta quę committantur secretò, & uerisimiliter sine aliquorum præsentia, iuxta d. cap. fi. de testib. cog. Nec obstat tex. in c. 1. de confes. quia loquitur in suggestione quæ minus cautè fieri solet, quā mandatum, tamen secundum ea quæ declaraui in præcedenti articulo in socio criminis, & alio crimine notato, dic quòd etiam mandatarius non facit indicium ad torturam sine alio indicio, uel prçsumptione, & pondera quòd etiam Bald. in eo consil. dicit talem suscepto mandato non esse plenū testem, quasi dicat ualere dictum eius, sicut cuiuslibet socii qui potuit interrogari, tamen aliquid de eius fide diminuitur. Et ubi essemus in dispositione cap. 1. de homic. in 6. & sic in assassinamento, res non haberet difficultatem, quia est casus in quo potest interrogari. Dec. cons. 189. col. 6. uersic. non obstat. sed posito quod non simus in eo casu, tamen idem censeo non solùm, quia simus in iis quæ sint difficilis probationis, iuxta d. c. fin. Sed quia est speciale, ut mandatarius interrogetur de mandante. Deci. in eo. consil. col. 6. in eo uersi. quæ limitatio quamuis non esset uera secundum distinctionem Salic. in d. leg. fi. C. de accusa. quam suprà tenui, reiecta opinione Bar. in leg. reperi. §. 1. ff. de quæstio. Tamen rarò euenit, ut non simus in hoc casu, si bene rem consideras, uel dic quod & si distinctio Salicet. non amplectatur hunc casum, tamen non est inconueniens, ut limitetur per eum quando scilicet per alios crimen probari non potest. Vnde dum Salic. dicit in sua distinctione, cessantibus autem istis quis non est interrogandus de cōscientia alterius, dicendum est nisi simus in iis, &c. iuxta d. cap. fin. Conclusio ergo est, quòd facit indicium ad torturam mādatarius cum aliquo indicio, uel præsumptione, & id satis est ex mente Deci. in d. consil. 189. colu. 6. uercusi. 2. etiam respondetur dum allegat Salic. in d. l. fin. C. de ac-
156 cusat. infertur etiam ex prædictis † quod testis falsus qui dicit se fuisse solicitatum à tali, solus non facit indicium ad torturam. in quo articulo Anchar. etiam loquēs in duobus testibus in consil. 27. in 1. col. in fin. & princip. seq. tenet quòd non faciant indicium, quia non debuerunt examinari, iuxta materiam d. leg. fin. C. de accusat. & ideò examinati non faciunt indicium, fortius Fulgos. in consil. 173. colum. 1. etiam loquendo in duobus dicit quod nec fac. ut

indicium ad inquirendum, & fundamentũ est super d.l.fin. quia non sumus in criminibus exceptis. Idem tradit Fulgo. in aliis duobus consiliis relatis per Deci. in suo cons. solemni in hoc articulo de quo suprà feci mentionem 189.col.5.uersi.similiter & in simili etiam allegat consilia Cæpol. Anan. & Alexan. ut per eum, ex quibus dicit hanc esse communem, & ultra fundamentum d.l.fi.etiam Fulg.in d. consil.273. adducit fundamentum periurii, ꝙ periurium eneruat omnem fidem in teste, quia caret eo quod est potissimum. c. testimonium. de testib. & per Abb. ibi, quod fundamentum periurii.etiam principaliter adducit Dec.in eo.consi.col.7.uersi.2.& uers.3. In contrarium ꝙ imò tales testes sint idonei adeò ꝙ eis credatur ad plenam fidem, nedum ad indicium habes Feli. post Bald. in c.fi.de testib.cogen. Ias.in l. fi.in prin.in 1.col.in fi.ff.de condi.ob turp. cau. & Feli. in c.licet causam.in 9.not.de proba. & Ias. in l.1.colu.3.in fin.ff.de feriis.& in effectu Alex.idem tenet in l.1.in pri.ff. de fals. dũ alleg. Bal.in feudis,& certè Fel.& Bal. in d. c.fi.quos alii sequuntur id quod dicunt illa ratione dicunt, quia sumus in iis quæ sui natura,&c.iuxta d.c.fi.ut suprà dixi de mãdatario, & ita teneo quod simus in iis quæ sui natura aliter probari non possunt per dictas decisiones quas non uidit Deci. uel uidere noluit, ut tueretur amicũ pro quo consuluit, & quod simus in illis casibus. Primo considera secundam opi. Sali.quam sequor, ꝙ ubi persona est uilis, quamuis non sit serua,& nullo modo possit confiderari quo à se ipsa machinata fuerit illud scelus,in causa ad se nullo modo spectãte, potest,& debet interrogari de mandatoribus,& instructoribus, & ita seruatur. Secundo considera nos esse in casu,quo mandatarius interrogatur de mandante,ut per Dec.in d.consi.col.6.& Bar.in d.l.repeti.§. 1.& licet cõsideratis omnibus iuribus quæ ibi per Bar.ponuntur,& per glo.in d.l fi.C. de accus.Sali.quem sequor suprà in d.l. fi. distinguat,& non ponat hoc speciale,tamẽ secundum Sali. ẽt compræhenditur casus iste,dum dicit ꝙ libera persona in criminibus quæ regulariter non committuntur sine sociis,potest interrogari,quia hic est noster casus,cùm quis nõ dicat testimonium falsum in causa ad se non spectante, nisi ex solicitudine alterius,ut de se patet,& ideò cùm insurgat manifesta suspicio de hoc interrogari potest,& quotidie interrogatur. Secundò compræhenditur etiam dum Salic. dicit ꝙ potest quis interrogari in casibus in quibus tractatur de cõmuni hominum salute, ut est sine dubio crimen hoc falsorum testium,per quod uniuersus mundus destrueretur,nisi uindicarentur, unde Deci. deficit in salutari suo, & quod simus in his quæ sui natura sint secreta,uidetur dicere Bar.in l.qui ea mente.ff. de fur. Non obstat tex.in c.sicut. in fi.quia fateor fieri posse, ut probetur corruptio per alios:tamen nihil est,quia sufficit quòd uerisimiliter non possit per alios probari, ut suprà dixi,de mandato,& infrà concludam specialiter attingendo quæ sint alia delicta:maximè, quia tractatur ibi de retractanda sententia, ut per Bart. in l.si quis in graui.§.si quis moriens.ubi uide.ff.ad Sylla. Est uerum ꝙ obstat periurium, & ad hoc nullo modo scio respondere, quia nec respõderi potest iudicio meo, nam de hoc est tex.in d.c.sicut. & Alciat. etiam in tracta.præsumptionum.regul.2.præsump. 10. nu.3.generaliter uult,ut socio nihil credatur ubi periurus sit. Non obstat tortura, quia ad hoc respondet fundatè Dec.col.7. uersi.non obstat quod secundum, sed illud fundamentum Dec.& si iuridicum sit,communiter non admittitur à practicantibus. Ideò etiam communiter seruatur ꝙ attentã tortura ubi tamen adsit aliud adminiculum deuenitur ad torturã, & profectò non dissentit Dec.ab hac opi.col 6.uers.4. dum allegat Sali.in d.l.fi.qui Dec. principaliter non disputabat an tales facerẽt indicium, sed an probarent. Dico igitur ꝙ ita seruatur,licet non sit de iure per text.in d. c. sicut. in fin. Nec obstat huic ultimo decisio Baldi & Felini de qua suprà in d.cap.fin. ꝙ
157 testi † corrupto credatur contra corrumpentem, atque ita quòd non consideretur falsitas in hoc casu, & sic nec periurium, quia nos loquimur in periurio ibi in corrupto, nec ualet consequentia, est corruptus ergo falsus, ut notant communiter Doctores in cap.licet causam.de probatio.ut ibi per Aret.char.4 uer.sed quæritur.& Feli.char.5.uersi.tertia conclusio

colum.

158 colum.3. Et † quod periurium tollat omnem fidem patet in hac materia in dicto cap. fi. ubi mandat summus Pontifex absolui illos qui ad malum conspirauerant à iuramento, quod tamen non constringebat, ut ibi in glos. & per Doctores tanta est authoritas iuramenti. Seruatur etiam inhærendo prædictæ opinioni,† ut si duo uel
159 plures dicant se fuisse sollicitatos deueniatur ad torturam dato quod essent singulares, quia deponunt de re ipsa, iuxta dicta supra in 2. quæstio. principali. in hac materia ubi de duobus testibus singularibus latè dixi, an faciant indicium ad torturam. Est uerum quòd de iure non essent admittendi propter periurium per d. c. sicut. qui text. loquitur in plurali, & uult quòd aliquatenus non admittantur. Restat tamen
160 ut subiiciamus † quid in crimine stupri in marem an passius faciat indicium ad torturam contra agentem, & certè uidetur ꝙ simus in fallentia ꝙ socius possit interrogari in iis quæ sui natura, &c. iuxta d. cap. fin. tum quia nó committitur ad iniuriam alterius, iuxta opin. Bart. in l. repeti. §. 1. ff. de quæst. tum propter immanitatem criminis iuxta glos. in l. fi. C. de accusatio. de qua immanitate dicam infrà in titu. proprio, qui fiet de hoc detestabili crimine, tum quia non committitur sine socio, iuxta opinionem Salic. quam teneo in d. l. fin. & ita quod sit de his delictis dicit Brun. in tract. suo, char. 4. col. fi. uersi. item adde quod licet in criminibus. ubi idem asserit de adulterio, & ideò sufficit ad torturam, ita tamē quod cócurrat aliquod aliud indicium uel præsumptio, & tortura ipsius testis, & eo magis hæc opinio esset seruanda si is esset ætatis completæ, iuxta l. in testimonium. ff. de testib. quo tamen non existente, idem censeo, quia illa lex in testimonium non procedit in his delictis quæ sui natura fiūt sine testibus, ut latè per Ias. in l. 1. §. si tibi indicium. col. fin. & alibi sæpe. ff. de condi. ob turp. caus. & maximè hæc opinio procedit, quia in delictis occultis facilius iudex deuenit ad torturam; licet respectu condemnationis hoc non consideretur, ut dicam infrà ad finem huius 7. quæstio. & dixi suprà in materia conuictionis, & facit pro hac opinione consil. Anan. 1. de moniali. quæ dicit se stupratam à tali, & facit maximam præsumptionem contra eum, & idem in alia muliere Paul. de Cast. consil. 119. in fin. & ita intellige Alexand. qui aliter uidetur dicere consil. 157. in princip. uolum. 4. ut loquatur quo ad plenam fidem. Et licet prædictæ opiniones uideantur repugnare, quia concurrant in eodem duo defectus, scilicet ætatis & identitatis criminis. Tamen atrocitas delicti, & natura eius quæ est, ut occultè committatur, facit ut sine dubio uideatur mihi ita dicendum, prout supra conclusi. Et quia in hac materia illa est maxima conclusio
161 † quòd quando aliter ueritas non potest haberi, tunc admittuntur aliàs inhabiles, ideò operæpretium est uidere quomodo hoc exemplo demonstretur, & intelligatur, quia legis uirtus non est uerba legum tenere, sed uim, atque potestatem earum habere. l. scire leges. ff. de legib. & in primis uide Hippoly. in leg. diuus Pius. col. 2. & sequen. ff. de quæstio. qui ponit exemplum post Doctor. per eum allegatos in meretricibus, & lenonibus quo ad ea quæ fiunt in prostibulo, in laico contra clericum ubi non aderant clerici. in perito in arte ubi non àderant alii periti, uide etiam textum principalem in hac materia in ca. ueniens. *el secondo*. in fin. de testib. & ibi Felin. col. 10. uersicu. in gloss. fi. in primo. ubi notabiliter loquitur, & in casu quo testes essent reportaturi commodum, uel incommodum, tamen materia esset secreta sui natura, est notabilis articulus, & uide Put. in tracta. syndic. in quæstione an Iudæus sit idoneus testis contra iudicem qui uexatur de crimine quòd uulgus Barattariam uocat, & omnino Felin. in cap. tertio loco. col. 1. uersicu. in tex. ibi fratres. de probat. & in cap. de cætero. de testibus, & facit ad supradictam conclusionem, alia regula ꝙ
162 in iis, quæ sunt difficilis probationis † sufficiunt præsumptiones & coniecturæ. Bartol. in leg. si quando. in fine. C. unde ui & in leg. si quis ex argentariis. §. ait prætor. ff. de ędendo. & ibi Ias. & in l. in illa in fi. ff. de uerborum obligatio. & per eundem Iasonem in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. super 8. quæstione Barto. ff. de operis noui nuntiatione. recipit tamen hæc regula re-
163 strictionem, † ut procedat quando alii ex natura negotii non potuerunt inter-

uenire, secus si potuerunt, tamen casu non interuenerunt. ita Felin. in d. cap. tertio loco. post Butr. & Imol. ibi. & ponit exemplũ quando tractatur de probando quod factũ est in capitulo, & aliud exemplum ponitur in l. consensu. §. seruus. C. de repud. de illis qui in domo commorantur per quos probatur adulterium commissum in domo, quoniam non facilè quæ domi geruntur, &c. Sic etiam dicit Ias. in l. 1. in fin. C. de sum. Trini. & in l. fi. col. ult. C. de his quib. ut indign. & alibi sæpe per eum atq; alios, & si bene consideras hæc exempla, & uerba Felin. & aliorum innuunt ꝙ ita demum inhabilis admittitur quando alius non potuit interuenire, & sic licet de facto potuerit interuenire, tamen quia natura actus id non patitur, imò tantùm illi de capitulo interueniunt & interuenire solent, ideò illi de capitulo sunt idonei, & uide omnino glos. in d. c, tertio loco. quæ dicit ꝙ merito admittuntur illi fratres, quia extranei ad capitula interuenire non solent, & sic licet fieri posset, ut de facto aliqui interuenirent, ut nonnunquã accidit ꝙ socius ducit alium, tamen quia hoc non est ex natura actus propterea sunt idonei ipsi de capitulo. hoc expressè probatur in d. c. ueniens. *el secondo.* in fin. de testib. ibi, quia. quæ in capitulo geruntur non possunt de facili probari nisi per canonicos, attẽditur ergo natura rei, & quod regulare est, non autem quod fieri potest, & idem probat tex. & glo. in cap. cùm dilectus. in uer. & si tres. de elect. allegatus per Doctor. Cùm igitur non sit necesse ut non potuerint interuenire saltem de facto, non mirum si in

164 iis † quæ fiunt in domo creditur ipsis de domo, iuxta d. leg. consensu, & ita Alexan. consil. 64. col. 2. uolum. 1. Sed clarius Aret. ubi omnino uide in consil. 61. in fi. & d. l. consensu. procedit etiam ubi tractetur de probanda re nõ occulta sui natura, quia uult rem satis censeri huius naturę quando fit in domo, quicquid uideatur innuere tex. ibi & Aret. consil. 13. char. antepenul. col. fi. ita probat tex. ibi, in sua ratione ibi, quoniam non facilè. & Bart. si bene eum uides, in d. l. si quãdo. in fi & idem Aret. consi. 61. col. 1. & tex. in d. c. ueniens. in fin. Felin. in c. quoties. in 2. notab. & Are. ibi, in 3. de testib. & Aretin. in cap. cùm nuncius. col. 2. in fi. de testib. & Aret. in c. in literis. col. 5. & seq. de testib. & ibidem Felin. col. 3. & Bald. omnino in d. l. consensu. non allego Socci. consi. 17. ubi latè circa l. consensu. quia huic casui non seruit. Si tamen esset domus magni uiri fortè aliud esset, propterea quòd tunc cessaret ratio, ubi tamẽ de eo quod interdiu factum esset quæreretur: nam in eas domos omnes pro libito uadunt, & redeunt, ut uidemus in hac ciuitate fieri in domo eorum qui exercent suprema officia, & procedere uidetur hęc

165 conclusio d. l. consensu. etiam † quòd ad sit alia macula in teste præter eam quòd sit de domo. uidelicet consanguinitas, uel alia. ita Bald. qui de fratre loquitur in l. parentes. col. 2. C. de testib. & Salic. ibidẽ; & Felin. in cap. cùm oporteat. colum. 3. de accusat. uersicu. adde etiam. Tamen Bart. uult contrarium quo ad damnandum loquendo criminaliter & ciuiliter in l. quoties. C. de naufrag. & breuiter in hoc uide Abb. in cap. literas. col. penul de præsump. ubi dicit quod in subsidium frater pro fratre sufficit ad torturam, & licet Aret. in l. qui testamento. §. quæcunque. col. 3. circa fin. ff. de testamen. uideatur uelle contrarium, & Abb. impugnare, tamen & ipse non negat quin faciat indicium quando aliter ueritas, &c. & quod domesticus quomodolibet non sit integer testis in criminalibus, ponit Areti. in c. in literis. de testib. & in cap. de cætero. eod. tit. & in c. cũ nuntius. col. 2. eod. titu. & licet Felin. uideatur tenere contrarium in d. cap. in literis col. pen. uersi. secundo aduerte. tamen loquitur quo ad defendendum sicut loquuntur allegata per eum, & in iis quæ sunt difficilis probationis in criminalibus, testes domestici, uel aliàs minus idonei admittũtur, sed tamen non sunt omni exceptione maiores, & sic non erunt sufficientes duo ad sententiam, iuxta l. sciant cuncti. C. de probat. nec unus ad torturã, & omissis dictis Aret. sic allegatis, sufficiat ibi cõs. Alex. 11 hic allegatum, & magis 64. quod ponit gladiũ ad radicem, & idem ẽt in casu quo aliter ueritas haberi non possit ꝙ non sit integer testis habetur optimè, ut millies dixi per Alex d. consi. 11. col. 1. uol. 1. & d. consi. 64. col. 2. uersic. & ẽt dicit eod. uolu. & est glos. in l. etiam matris. ff. de probat.

166 Et ideò conclusio est hæc † quòd faciunt indicium non per se ad torturam, quia non sunt integri testes, sed cum aliquo alio indicio, uel præsumptione, iuxta dicta Salic. in d. l. fin. colum. fin. C. de accusatio. & quæ supra dixi, uersicu. & ex his. in quæstione an socius criminis faciat in-
167 dicium ad torturam. Duo † tamen facerent indicium ad torturam, quia in ciuili facerent fidem, ut Doctores suprà clarè sentiunt, & hanc consequentiam facit Bartol. in l. in actionibus. in fine. ff. de in litem iuran. Aretin. in cap. de cætero. colum. 2. in fi. extra, de testi. & ibidem Felin. & quod in ciuilibus faciant fidem, demóstratur etiã, quia in ciuilibus præsumptiones habentur pro plenis probationibus. l. licet Imperator. & ibi Ias. ff. de leg. 1. & suprà dixi. Sic igitur uides quomodo procedat hæc regula quòd testes admittantur ubi aliter ueritas haberi non possit, & quam fidem faciant eo casu inhabiles nó solùm si ita sint propter crimé aliquod, sed etiam si ex alia
168 causa. Aduerte tamen † quòd licet uerum esset, ut si alii testes casu non interuenissent, tunc illis crederetur qui interuenerunt, tamen hæc qualitas esset probanda, nec sufficeret quòd testes qui interuenerunt dicerent alios non interuenisse; quia non creditur eis in qualitatibus quæ faciant eos idoneos. ita notat Alexand. in d. consil. 64. uolum. 1. colum. ultim. ad fin.
169 Procedit etiam illa regula † quòd ubi aliter ueritas haberi non potest, inhabiles, & crimine notati admittuntur secundum id quod declarat Felin. ubi omnino uide in d. cap. fin. de testib. cog. circa med. uidelicet quando consentit ille in cuius præiudicium erat conspiratum, uel aliud delictum commissum, quòd perpetuò no-
170 ta: Non tamen credas † quod simus in hac materia ubicunque agatur de probando delicto quod est difficilis probationis, ut est furtum, falsum, & similia, quia Doctores hoc nolunt, licet uelint ut ratione difficultatis adhuc aliqua concedantur, ut paulò infrà dicam in specie in furto & falso, & in his delictis quæ noctu committuntur & quòd nolint, & non possint ita dicere, apparet ex iuribus & exemplis allegatis & positis, ex quibus patet quòd solùm hæc materia procedit ubi tractatur de probando eo quòd fuit factum in capitulo ubi alii non poterant interuenire, & in domo ubi communiter commorantur illi de domo, & in prostibulo ubi communiter non habitant nisi meretrices & lenones, & in loco ubi non est nisi unus peritus, & in loco ubi non habitant nisi laici, atque ita si committatur aliud delictum clandestinum sui natura, uel noctis tempore, licet eius difficilis sit probatio, tamen poterunt natura loci interuenire ita habiles sicut inhabiles, & ideò fortè non malè dixit Deci. in consil. 189. quòd corruptio testis & solicitatio non sit ex eis quicquid tamen sentiant Felin. & Doctores in d. c. fi. de testib. cog. sicut suprà retuli: ego tamen permaneo in mea sententia contra Decium, ut credatur tali, & si sit socius aliis rationibus ibi allegatis, uide igitur suprà quæ dixi in articulo an credatur corrupto contra corrumpentem, & ibi accõmoda quæ hic considero. Ex his habes de-
171 clarata infinita. Non † possum etiam tacere aliam quæstionem, an quando delictum committitur de nocte, simus in ea regula, uidetur nos esse per gloss. ordin. in l. si cùm exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. quæ dicit quod ea quæ fiunt noctis tempore probabiliter ignorantur, & illam gloss. ponderant ibi Doct. & ubique; & uide Bald. in consi. 77. in 3. uolum. qui dicit quòd ea quæ fiunt de nocte sunt difficilis probationis, & idem Alexand. consilio 24. uolum. 2. colum. 3. uersicu. 2. præsuppono. qui ideo dicit quòd admittuntur tunc probationes per indicia & coniecturas, & dicit Brun. char. 13. columna. 1. uersicu. tertio nota. quòd in maleficiis de nocte commissis non requiritur arguta proba-
172 tio, & ibidem etiam † quod in nocturnis maleficiis tortura facilius adhibetur; & ob hoc dicunt Doct. quòd naturaliter reprobantur testes qui dicunt uidisse cùm esset de nocte, nisi dicerent quòd lumen erat accensum uel Luna lucebat clare, ita Oldrad. Bald. & Angel. in d. §. in hac. per glos. ibi Ias. latè in l. si non speciali. colu. fi. C. de testamen. Cùm igitur sit difficile uidere de nocte, & ut plurimum res ignoretur, uidetur quòd minores probationes sufficiant, & simus in regula suprà tradita. Ad quod facit quod etiam respectu

eorum quæ fiunt in domo sumus in regula, ut suprà dixi, in præcedenti quæstione, & si dicis si testes reprobantur tanquam non potuerint uidere, quomodo dici potest quòd testi aliàs inhabili credatur, cũ nec credatur habili qui non potuit uidere? Dic quòd ubi luna non lucebat, nec aderat lumen, & testes dicant se uidisse, reprobantur naturaliter, & eo in casu nullã penitus fidem faciunt, ut per Iason. in d. l. si non speciali. col. fi. & in l. non minorem. ad fi. C. de transact. & melius quàm alibi per Feli. in c. sicut. col. 3. uersic. 2. extrà, de re iudi. & ibi ostendit quomodo testes deponẽtes de eo quod uiderunt de nocte probẽt, omnino uide nisi dicerẽt se cognouisse uocem quam notam habebant, ut per eos, & in hoc casu dicit Soccin. in consil. 54. in
173 3. uolum. colum. 1. & 2. quod † unus testis omni exceptione maior facit indiciũ ad torturam, quia est testis directè de maleficio, ut per eum, & idem Ias. in dictis locis loquendo per uerbũ, fortè. in d. l. si non speciali. simpliciter tamen in d. l. non minorem. & loquendo in plurali in ambobus locis, sed parcant mihi, quia negari non potest quin talibus aliqualiter fides diminuatur, ut etiam dicit Felin. in d. c. sicut allegãdo Ang. ergo requiritur alia coniectura, iuxta ea quæ suprà dixi, per dicta Salic. maxime in l. fi. C. de accusa. circa fi. & eodem modo dico de testibus, qui deposuerunt de uisu cum luna luceret, qui non uidẽtur omnino integri & inuulnerabiles sicut dicit Feli. ubi suprà, habet enim luna radios lugubres, & sol claros. Instit. de lega. in princip. in uerbo, lucubratione. & ita Bal. in c. 1. §. porrò. quæ fuit pri. cau. benef. amit. & Corn. in d. l. si non speciali. colum. 2. uersicu. & adde. Fateor quòd concludunt in ciuilibus, & ubi ciuiliter agatur, non ad torquendum & damnãdum, ut per præfatos maximè Felin. post Alexand. per eum allegatum, & hoc ubi aliàs sint idonei testes. Cæterùm si essent socii criminis uel aliter inhabiles non ideò plus admitterentur, quia delictum esset de nocte factum quàm si de die tanquàm essemus in d. c. fin. de testib. cog. Nec hoc reperio,
174 bene inuenio † quòd facilior debet esse iudex in torquendo si delicta sint nocturna, ut per Brun. ubi suprà, & dicam infrà in ultima parte huius rubr. quæ erit immediatè sequens, & ita deduxi, & demonstraui in quæstione proximè præcedẽ-
175 ti quòd in delictis nocturnis, † & si sint difficilis probationis tamen non admittuntur inhabiles, iuxta d. c. fi. de testib. cog. est uerùm quòd aliquid amplius facerent,
176 quia concedendum est, quod † etiam inhabilis operetur aliquid, ut infrà dicam circa dicta Bartol. in l. maritus. ff. de quæstio. post Felin. in c. cum I. & A. de re iudi.
177 colum. 3. uersic. demum. Quæro † an furtum sit de his, in quibus testis aliàs inhabilis admittatur? Dic & si ubi ciuiliter agitur admittantur præsumptiones, quia est difficilis probationis furtum, non tamẽ admitti ubi agitur criminaliter, ut per Bartol. & Moder. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de æden. & in l. si quando. in fi. C. unde ui. & hanc opinio. quod non simus in regula c. fi uult clarè Aret. cons. 61. maximè in fi. nisi ageretur de probãdo furto facto in domo ubi uerisimiliter non posset haberi scientia præter quàm à domesticis, uel nisi procederetur ciuiliter, non tamen credas etiam si ageretur de probando furto in domo, quòd domestici & cæteri aliàs inhabiles ita admitterentur, ut unus eorum tanquam omni exceptione maior esset ad torturam sufficiens, & duo ad condemnationem, ut patet ex consi. Alexand. 64. colum. 2. uersicu. & etiam dicit. uol. 1. & consi. 11. col. 2. uol. 1. & dixi suprà in articulo quando dicatur tale delictum ꝙ alii nõ debuerint interuenire præter domesticos & similes, & satis patet ex dictis Doctorum maximè Bal. & Salic. in l. sciant cuncti. C. de proba. Quid autem in falso?
178 Dic quòd † ubi detegitur falsitas dicitur potius reuelata, quàm patefacta. l. si ex falsis. C. de transact. & ibi Bald. not. Hinc
179 † est quòd in eo crimine ad ueritatem indagandam maxima subtilitas est adhibẽda. l. fi. ubi Bald. not. C. de fideiusso. & ideò uidetur esse ex illis delictis, & quòd simus in regula d. cap. fin. & satis hanc opin. uult Brun. in tractatu suo, char. 12. col. 1. uersic.
180 tertiò nota. Tamen † non reperio hoc iure cautum quamuis iudex debeat esse pronior in hoc crimine ad torturam, sicut dicit Brun. ubi suprà, quinimò in hoc crimine latè habes quod solùm ad capiendum

suffi-

sufficiunt præsumptiones & suspiciones non quo ad reliqua, quia requiruntur testes omni exceptione maiores & concludentes, ut per Dec. consi. 189. col. 1. & 2. & in c. porrecta. col. 1. & 2. de confirma. util. uel inutil. sufficiuntque etiam præsumptiones in ciuilibus ubi agitur ciuiliter pro eo crimine, ut ibi, & hæc magis patebunt si per leges Doctores in l. fi. C. de probat. & quæ suprà dixi. An & quando requiratur, testem esse omni exceptione maiorem ad torturam. & Bald. 2. uol. consi. 166. & 5. uol. consi. 79. & Barbat. consi. 43. uolum. 1. Est uerum quòd socius criminis admitteretur ex doctrina Bar. in d. §. 1. in l. repeti. & satis aperta demonstrabitur hæc opinio mea infrà in tit. de falsis. in materia maximè ca. 1. cum Io. de fide instrum. & l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmodum testamen. aper. sed magis patet ex prædictis præsertim in articulo de delictis nocturnis sicut dixi pro-
181 ximè in furto, & ne decipiaris scias † quòd licet requirantur in aliquo crimine testes omni exceptione maiores ad torquendum & damnandum, non tamen propterea uerum est dicere, quòd in eo crimine reiiciatur omnis inhabilis, ut patet ex consil. Alexand. 11. uolum. 1. & sępius dixi & pro con-
182 cesso habui. Vidistis suprà, † quòd socius criminis in casibus exceptis admittitur in testem, & quid operetur, Nunc quæro, an quando non admittitur aliquid tamen faciat, an uerò eius dictum in nulla prorsus sit cōsideratione, dixi suprà in materia, an credatur testi corrupto contra corrumpētem, ubi allegaui consil. Fulgos. & Deci. quod nec facit indicium ad inquirendum. Credo socium criminis facere indicium ad inquirendum in causis non exceptis, & ita Angel. & Rom. in l. & si certus. ff. ad Syllan. & ibi Rom. dicit hanc esse opinionem communem, & ita etiam per August. de Arim. ubi alia allegat ad Angel. in glo. fama. super uersic. quæro an particeps criminis. & hoc satis sentit Ias. in l. 1. §. si tibi indicium colu. 2. ff. de condi. ob turp. cau. qui dicit non faceret indicium ad torturā pro concesso habens clarè quòd saltem faciat ad inquirendum, & quòd non careat omni fide, tam ipse quàm etiam quilibet alius inhabilis ad confusionem fundamenti Fulgos. & Dec. in consi. 189. qui se fundant super hoc, uide Felin. omnino in ca. cùm I. & A. colum. 3. uersic. demum extrà, de re iudi. & ita seruatur, quòd super dicto talium formantur inquisitiones, & ita etiā latè hanc opin. defendi suprà in materia inquisitionis in artic. an corrupto credatur contra corrumpentem ad inquisitionem ubi omnino uide, & ibi multa dixi, quæ hic non refero & econtrà. Reliqua
183 † in materia socii criminis uide per Salic. & alios in l. quoniam liberi. C. de testib. ubi est materia, & ibi omnino uide maximè quis dicatur socius criminis. Et ad-
184 de † quòd quo ad repellendum à testimonio idem dicimus in eo qui laborat eodem uicio quo laborat is pro quo est dicturus testimonium. Feli. in cap. personas. circa princ. extrà, de testib. uide etiam in materia in apostil. ad Ang. in uerbo, fama. circa quæst. an particeps criminis sit idoneus testis, & per Hippol. in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæstio. & in l. de minore. §. tormenta. col. penul. ff. eod. tit Non omitto etiam quòd glo. in l. qui ult. imo. ff. de pœn.
185 dicit † quòd socius criminis, & si non sit in aliquo ex casibus exceptis quando tamen est in articulo mortis, & perseuerat, tunc est in casu potest interrogari. ita glo. fin. ibi. Bartol. tamen d. l. repeti. §. 1. non uult ibi esse hac ratione aliquod speciale, & Salic. in l. fin. colum. penult. etiam reprobat & dicit opinionem glo. esse falsam, uide etiam Bartol. in l. maritus. ff. de quæst. & Bald. in l. seruos. C. de testib. qui uolunt ut faciat qualequale indicium, & sic nolūt ut adsit aliquod speciale, quia quilibet infamis hoc operatur, ut per Felin. in d. c. cùm I. & A. col. 3. de re iud. & per Bart. in d. l. si maritus. & dixi suprà in materia inquisitio-
186 nis. de damnato infami & † quòd hic articulus mortis non sit in multa consideratione, uide tex. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syllanian. & quæ ibi dicuntur. & glo. in l. 2. C. de calumniat. ubi dicit quòd facit dictum morientis uilem præ-
187 sumptionem. Est † igitur absurdum constituere differentiam inter damnatum non captum, & captum, & certè illa disputatio, de qua in l. 1. C. de sum. Trini. & fide cath. an non credatur infami, rarò haberet effectum ubi fieret hæc differentia, quia semper uel ut plurimum tales sunt capti: nā si

banniti sint, iudices debent eos retinere, nisi ueniant obtenta securitate, & ideò dixit Bald. in tit. de pac. constan. in uerbo,
188 uasalli uestri. in fine. quòd nec testi† inimico in articulo mortis creditur, quod est mirabile, cùm in eo actu sit præsumendum, ut non sit immemor animæ. Et ad horum confirmationem dico quòd imò minus uidetur credendum illi, qui dixit in articulo mortis, quàm alteri, per text. in l. hac consultissima. §. cùm humana fragilitas. C. qui testam. fac. non poss. ubi Imperator dicit eo in actu memoriam & intellectum languescere, & ideò dixit gloss. in c. 1. in tit. Episc. uel Abb. in usib. feud. quòd existens in articulo mortis efficitur mutus, & alibi qui in extremis laborat, non omnino dicitur uiuus, nec mortuus. in l. qui duos. ff. de manumis. testam. cùm igitur in teste debeat esse memoria & scientia. l. quidam tabularum. ff. de furtis. non mirum si ei non creditur, uel saltem si plus ei non
189 est credendum. An † & quando tamen ei credatur non loquor de damnato, sed de inhabili quando est constitutus in articulo mortis. uide Bald. in d. §. cùm humana fragilitas. & Barbat. in cap. quoniam. ut lite non contestata. columna 3. & adde
190 † quòd eo quia detineatur quis repellitur à testimonio, ut l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. Dixi igitur testimonium constituti in articulo mortis non habere aliquod spe-
191 ciale, sed pone † quòd ferat testimonium in carcere ante condemnationem, uel post, & dum est in articulo mortis reuocet sub patibulo, Dic primæ depositionis secundum statutum nostrum in criminalibus, uel illius sensum nullam esse habendam rationem, ubi reuocatio seruata forma illius statuti cum notario & iussu iudicis facta fuerit, & sic iudicialiter: sed si reuocet extraiudicialiter, nihil est, ut per Felin. in cap. cùm in tua. de testib. uersic. tertia conclusio. & Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. col. 8. uersic. tertiò principaliter limita. ff. de iureiur. ubi uide, & memor sum quòd quidam inhumanus cognomento Mombrier præfectus lorariorum capitanei iustitiæ non patiebatur, ut damnati quando ducebatur ad supplicium, uel in ipso actu, reuocarent eorum dicta, nec patiebatur ut aliquis eos alloqueretur, & ideò posteà dum fieret quærimonia de hoc uidi sanciri, ut in carceribus post confessionem erratorum factam sacerdoti, & posteaquàm reo mors notificata fuerat interrogaretur an perseueraret in sua confessione, nec putes
192 † si sequatur perseuerantia tunc magis esse credendum quàm uelint leges, sed ideò fit ut magis quiescat animus, & maximè stante dubitatione quæ oritur ex d. gloss. in l. qui ultimo. quæ in hoc habet effectum uel ut melius loquar habuit, quia dedit fortè materiam statuto præallegato & practicæ mittendi notarium cum damnato ad uidendum si perseuerat. Quid in socio itineris† dic si reuocauit ad animum iniuriam, quæ sibi etiam facta uidetur, non esse idoneum, aliàs esse. ita Bald. & Salic. in d. l. quoniam liberi. in fi. & ita intellige Cæpol. consi. 32. colum. 3. qui simpliciter dicit non esse idoneum. Esset hic etiam quærendum de materia l. maritus. ff. de quæstio. ubi Bart. latè de testibus
193 inhabilibus qui † non debuerunt examinari, an examinati faciant indicium saltem qualequale. in qua uide Felin. ut dixi qui facit regulam, & fallentias in d. c. cùm I. & A. colum. 3. & in c. cùm dilecti. de accusa. & de infami in specie, uide in l. 1. C. de summ. Trini. & fide cathol. per Bald. & alios Felin. in cap. si fiut. colum. 2. de testib. & ibi Aretin. col. 3. Cæpol. consil. 66. col. 2. in fi. & dixi latè suprà in materia inquisitionis. & Bartol. in d. l. maritus. uult quòd posteà examinatus faciat qualequale indicium, & consequenter indicium ad inquirendum, ut suprà dixi in materia inquisitionis. De domestico Bartol. uult eum qui non debuit examinari propter reuerentiam nullum indicium facere, de quo uide Felin. in cap. de cætero. de testib. col. 2. & in cap. in literis. de testibus. circa fi. uersic. secundò nota. Cuma. consi. 68. col. 2. De minore uide etiam in materia inquisitionis, & omnino ultra Bartol. in d. l. maritus. qui uult ut faciat qualequale indicium. Bald. in l. seruos. C. de testib. Bar. in d. l. de minore. in princip. ff. de quæst. gloss. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testib. & in l. testimonium. ff. de testib. Brun. char. 6. col. fi. in tractatu suo, & per Hippoly. in d. l. de minore. in princi. & est in char. 39. colum.

3. in

§. in fi. & ibi uult dictum impuberis sufficere ad inquirendum, uide etiam Angel. Aret. in gloss. comparent dicti inquisiti, & negarunt totum. colum. 2. & ibi in apostil. De muliere quæ etiam facit qualequale indicium secundum Bartol. in l. maritus. uide Imol. in l. qui testamento. §. mulier. circa fin ff. de testa. Alexand. consi. 11. colum. 2. & 4. & consil. 64. & consil. 64. in pri. uolum. 1. & Soccin. consi. 54. uolum. 3. De inimico uide ultra. Bartol. ubi suprà quæ dixi suprà in materia inquisitionis. & Felin in d. cap. cùm I. & A. colum. 4. de re iudic. Et quid in eo qui uti periurus repellitur, an si examinetur faciat indicium? uide Felin. in cap. sicut. colum. 2. de testib. in ultim. notab. & Aret. ibidem. colum. 3. & dixi pariter suprà in materia inquisitionis, & dum Bartol. in d. l. maritus. ponit de eo qui fuit examinatus parte non citata, adde Felin. in cap. causam, quæ. de testib. colum. 4. circa fi. ubi limitat Bartol. in c. 2. de testib. & uide omnino Florian. ad Bart. in d. l. maritus. & in l. 3. in fi. princip. & in. §. lege Iulia. ff. de testib. & adde testes examinatos post didicita testificata facere indicium. Felin. in c. fraternitatis. colum. 7. de testibus. in princ. & uide ad prædicta etiam Alexand. in 4. uolum. consi. 125. Put. char. 88. colum. 2. & 3. & Brun. in tracta. suo latè, & alibi sæpe. Circa ultimam partem qui qui sint casus in quibus minus legitimis indiciis existentibus quis possit torqueri,
195 † Dic uerum esse in his delictis quæ sui natura non possunt probari, nisi per certum genus hominum, iuxta ea quæ dixi suprà, tunc admitti in testes eos, qui aliàs non essent admissi, ut illi de capitulo, & de domo & similium, & ita deuenitur ad torturam cum minus legitimis indiciis, hoc respectu in his casibus, declarando tamen, ut suprà declaraui, iuncta aliqua alia præsumptione, iuxta dicta Salic. in l. fi. circa fin. C. de accusat. & similiter in crimine
196 læsæ maiestatis† in quo admittuntur testes, & socii criminis, ut per Bal. in l. quoniam liberi. C. de testib. & Marti. Lauden. in tit. de crimine læsæ maiestatis. in tracta. de princip. & aliter inhabiles præter inimicos. c. per tuas. de simon. Bartol. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. & Felin. in d. c. per tuas. in 5. notab. hac ratione potest dici quod cum minus legitimis in-
197 diciis, &c. Est tamen † uerum unum testem etiam de re ipsa deponentem ad hoc, ut sufficiat ad torturam debere esse omni exceptione maiorem, ut per Alexand. in d. consil. 11. uolum. 1. & dix suprà sæpius etiam alias auctoritates allegándo, & probatur in gloss. in l. si quis alicui. C. ad legé Iul. maiest. & ita ibi Doct. maximè Angel. quem omnino uide, quia in hoc apertissimè loquitur. Et aduerte quia non dico id quod plerique asserunt quòd debeat præcedere indicia in hoc crimine, ut per Hip-
198 pol. in d. l. de minore. in pri. Sed dico† debere esse sufficiétia sicut in cæteris, ut apparet ex dicto consil. Alexand. & in glos. & Doct. in d. l. si quis alicui. patet etiam, quia in extrauag. ad reprimen. sunt remissæ multæ solemnitates in hoc crimine, non tamen sunt remissæ quæ concernunt defensionem, ut centies repetit Bar. ibi, & licet requiratur, ut testis sit omni exceptione maior: tamen unus inhabilis cum alia præsumptione, quæ suppleret illam inhabilitatem, sufficeret, licet aliàs secus, & ita in effectu res redigitur ad id quod satis est, & facit quòd magis in hoc crimine læsæ maiestatis sunt dádę defensiones quàm
199 in alio, † & minus est credendum principi circa suppletionem defectuum processus quàm in aliis delictis, non ita atrocibus. ita probat text. in clem. pastoralis. de re iudi. colum. fi. uersi. nec prædicta suppletio, & ibi Doct. communiter notant, ut etiam per Ancha. consil. 277. colum. fi est
200 tamen uerum † quòd ubi sumus in delictis secretis, ut coniurationibus, falsitatibus, & similibus, tunc iudex potest animosius arbitrari esse deueniendum ad torturam, quàm in aliis. ita Brun. in tractat. suo. char. 12. colum. 1. uersic. tertiò nota. post Bald. ubi uide in l. 3. C. de episc. audi. Alexand. in l. fin. ff. de quæst. in gloss. quæ incipit, adde quod dixit Bartol circa fin. & consil. 62. colum 2. uolum. 3. & Curt. consi. 55. colum. 7. & loquuntur in crimine falsi Alexand. & Curt. ponitque Alexand. eadem exempla quæ ponit Bald. in d. l. 3. quo ad delicta occulta, & quæ sint uidistis suprà in genere & in specie quo ad aliqua, & cũ hæc materia sit multum arbitraria. quia certa lex non datur, poterit, ut dixi, iudex

arbitrari magis audacter in his casibus de ueniendo ad tormenta quam in aliis, atque ita si in his, ut ita dicam, deficeret indiciũ aliqua ex parte iudex propterea non esset reprehendendus. Ita ego declaro hanc materiã. Nolo tamen omittere unum casum,
201 † in quo propter crudelitatem criminis lex etiam ad condemnandum cõtenta est, non solùm confessione, siue conuictione per testes de re ipsa, & omni exceptione maiores, sed etiam probabilibus argumentis, ut in mandatoribus homicidiorũ propter lucrum, iuxta cap. pro humani. de homicid. in 6. ita est text. ibi, qui clarè loquitur, quem & si Felin. in cap. afferte. de præsumptio. in 3. limita. intelligat iuxta terminos iuris, in aliis delictis, iuxta l. sciant cuncti. C. de proba. Tamen communis opinio uidetur hæc, quam tenet Aret. in cap. tertio loco. de probatio. Augusti. de Arim. in uerbo, fama publica. Perus. & Gemi. in d. c. pro humani. & Deci. in consil. 189. colum. 2. & 3. ubi uide, & ita Bald. in l. sciant
202 cuncti. allegata. Et † ideo multò fortius ad tormenta deueniendum est etiam quod indicia non essent ita nitida solùm ex suspicionibus, nedum præsumptionibus: quando tamen sunt uerisimiles, & dixi suprà in materia conuictionis circa d. l. sciant cuncti. Non omitto etiam quod Afflictus latissime ponit materiam torturæ in tit. de pace iuram. firm. §. iniuria punitur. in 4. notab. & ibi de infinitis indiciis ad tor-
203 turam, & † an quis possit conuenire ut subiiciatur torturæ, uide Deci. l. nemo uidetur fraudare. de regul. iur. & ita remanet hæc septima pars bene, ut arbitror, dotata.

Tit. de Tortura.

SVMMAE.

1 *Torturæ materia, & modi ubi & per quos tractentur.*

2 *Tortus dicitur ubi adest tormentum & dolor corporis.*

3 *Confessio metu tormentorum facta, licet esset inualida, tamen confessus non diceretur propriè tortus.*

4 *Confessus metu tormentorum dicitur quando quis est ligatus ad torturam in comminatione torquendi eum, uel etiam si non esset ligatus, tamen esset ante tormenta, & minæ inferrentur torquendi, secus si esset extra locum tormentorum in loco ubi fiunt solùm examina, etiam quòd minæ torquendi essent illatæ.*

5 *Terror leuis quando dicatur inferri.*

6 *Terrendi reum mandatum habens potest eum eleuare.*

7 *Terror leuis dicitur quando quis conductus in locum tormentorum sine minis confessus est.*

8 *Confessus metu tormentorum non dicitur qui conductus solum ad locum tormentorum confessus est, licet iudex non soleret ad illum locum conducere, nisi eos quos torquere uellet.*

9 *Consuetudo examinandi reos in loco tormentorum etiam si non sint in casu torturæ ualet.*

10 *Terror consistit in uerberibus ferula illatis, & qui non possunt torqueri possunt tamen illa interdum cædi.*

11 *Quæstio non est quodlibet tormentum cum dolore.*

12 *Tortura grauior est, quàm utriusque manus abscisio.*

13 *Igne sæpe torquentur rei.*

14 *Tormentum propriè dicitur magnus dolor corporis & magna afflictio.*

15 *Tortura leuis non dicitur tortura.*

16 *Tortura est leuis, grauis & grauissima.*

17 *Tortus leuiter potest repeti.*

18 *Confessus metu asperioris torturæ licet non possit dici tortus nisi leuiter, tamen dicitur metu tormentorum confessus.*

19 *Torqueri qui non possunt, tamen uerbis & uultu terreri possunt.*

20 *Senes decrepiti & milites qui torqueri non possunt nec etiam ferula cædi possunt.*

21 *Clerici ferula cædi possunt, & ita torquentur.*

22 *Confessio metu tormentorum extorta dicitur quando quis in loco torturæ spoliatus fuit sine uinculis, & minis.*

23 *Confessio an metu tormentorum facta dicatur, non potest certa doctrina dari propter uarietatem personarum, quarum aliquæ debilis animi sunt, aliæ non.*

24 *Confessus si dicet se metu tormentorum confessum, & tamen non appareat de terrore illato,*

illato, an præsumatur pro eo remissiuè.
25 *Confessio quãdo dicatur metu tormentorum facta per quos tractetur, remissiuè.*
26 *Incboari sicut non potest à tormentis ita nec ab eo actu per quem quis tortus dicatur.*
27 *Tortura debet fieri moderatè.*
28 *Torquens indebitè & de facto sine indiciis, uel illis purgatis, præsumitur dolosè torsisse, & si sequatur mors ex tortura punitur pœna homicidii.*
29 *Torquens præcedentibus indiciis, sed non sufficiẽtibus, uel excedens modum per ignorantiam punitur pro modo culpæ, & in dubio culpa præsumitur, nisi dolus appareat.*
30 *Torquens ut debuit ita ut nec culpa, nec dolus interuenerit non punitur aliqua pœna, licet mors sequatur.*
31 *Tortura indebitè illata ex qua non sequitur mors irrogat indici pœnam extraordinariam.*
32 *Torquens omnino de facto animo tortum occidendi punitur pœna capitis.*
33 *Torquens indebitè ita ut debilitatio ex tortura sequatur tenetur ad damna, & interesse ultra alias pœnas.*
34 *Tortura quando adhibetur à iudice ut priuato, & quando iurisdictio se ad id non extendit, licet iudex torqueat ut iudex quomodo puniatur.*
35 *Iudex indebitè torquens quomodo puniatur.*
36 *Iudex quàm circumspectus esse debeat in torquendo, ut potius minus faciat quàm plus.*
37 *Tortura quomodo probetur.*
38 *Tortura quomodo præsumatur.*
39 *Tortus quando in tormentis uidetur dormire, quæ uia sit adbibenda, ut fateatur.*
40 *Torquens reum, non debet uti instrumento insolito ad torquendum.*
41 *Incantationes quæ fieri dicuntur tortis, ut fateantur, uel ut taceant.*
42 *Tortura repeti non debet contra reum, nisi quando non fuit, ut par erat tortus, uel noua indicia superuenerunt, & quomodo intelligatur.*
43 *Tortura repeti potest quando confessus reuocauit confessionem dum ducitur ad acta.*
44 *Torqueri non solet quis ultra trinam uicem.*
45 *Torqueri non debent nisi duo uel tres testes quando plures sunt qui præsumuntur tacere ueritatem.*
46 *Tortura refrenanda est.*
47 *Tortura repeti non potest ex succedentibus nouis indiciis quando uariatur à præcedenti dicto etiam circa idem*
48 *Tortura repeti potest etiam si iudex dimiserit tortum sine protestatione. sed satis est ex actis apparere quòd non fuerit uti debebat tortus.*
49 *Confessionem reuocans, allegando errorem, admittitur probato errore.*
50 *Confessus asserens se metu tormentorum confessum, an audiatur sine alia tortura, quia ita præsumatur ex defectu indiciorum, uel aliter?*



Ctauo sequitur uidere de ipsa tortura postquã uidimus necessaria pręambula ad eam, & in primis uide Brun. in tracta. suo, char. 5. colum. 3. & multis sequentib.
1 † ubi quærit quid sit quæstio, & quid contineatur appellatione quæstionis, & plura alia ad torturam pertinentia, ad quæ etiam uide Angel. in gloss. fama publica. uersic. nunc uideamus ad tortura. & Gandin. in tit. de quæstio. & torm. & Hippoly. in tract. de quæstionib. & uide in loco ordinario nõ solùm de ipsa tortura, sed etiam de præcedentibus torturam, & sequentibus, Doctores: maximè Ioan. And. & Abb. in cap. cùm in contemplatione. extrà, de uerb. signifi. ubi paucis ponitur materia, & ordine suo. Non omitto autem ꝙ in toto tit. ff. de quæst. non inuenitur lex quæ dicat, quid sit quæstio, siue quis dicatur tortus, nec in C. eod. tit. præter l. decuriones, ubi tamen nihil dicitur, nisi de ipsis instrumentis torquendi, & ratio est, quia etiam lippis & tonsoribus patent hæc, magis tamen illis qui suo malo fato experiũ-
2 tur, † requiritur enim tormentum & dolor corporis, ut uides quòd ad alium fine explicat Iureconsultus in l. item apud Labeonem. in. §. quæstionẽ. ff. de iniur. & l. 1. in §. quæstione. ff. ad Syllan. & ubi utrunq; non adsit non dicitur propriè tortus, ꝙ no: ta ad statutum nostrum, quo cauetur, ut in

certis casibus tantum quis possit torqueri,& utrunque adesse dicitur cùm quis in carcerem detruditur cum negatione alimentorum d. §. quæstione. ubi Albert. & Angel.& Gandi. in tit. de tormen. colum. 6.& alii in multis locis. Attamen Bartol. in d.§.diuus.in hoc utitur uerbo, uidetur. quod denotat fictionem.l.mercis appellatione.de uerb.signific. sed cautius est loquutus Gandi.& ita probat tex.in d.§.quæstione.in uerbo,continebitur.& etiam apparet ex eo quòd interuenit instrumentũ carceris cum negatione cibi, & potus qđ non solum est torquere iuxta l.quæstionis modum.de quæstio. sed etiam necare iuxta l.uel necare. de libe. agnoscen. ex his
3 habes † quod & si quis fateatur formidine tormentorum, tamen non dicitur propriè tortus.Fateor quòd in effectu quo ad inualiditatem confessionis potest dici confessio expressa metu tormẽtorũ,& ideo Bar. in l.1.§.diuus.ff.de quæstio. quando interuenit tortura, & adhibita sunt tormenta, uult ut tunc dicatur factum in tormentis.
4 Quando† uerò interuenit terror: quærit, si bene uides, an dicatur facta confessio metu tormentorum? & tenet dici in uincto ad torturam,cùm minis torquendi eũ. & si bene uides etiam uult hoc idem procedere quamuis non esset uinctus, sed tantùm positus ante tormenta cum minis torquendi,& idem Gand. in tit.de quæstio. & torm.colum.6. uersi. dictum est supra ibi, sed quod dixi uerius puto, uult igitur Bar. quod quando non est uinctus ante tormenta,nec etiam ibi positus, sed extra locum tormentorum,puta,alibi ubi fieri solent examina, quòd tunc nec esset tortus, nec uideretur dixisse metu tormentorum,
5 † sed fuisset leuis terror non habendus in consideratione de quo loquitur d.§. quæstione.& ita etiam Gandi.ubi supra,& pondera quod dico illum esse leuem terrorem,ut scias te bene gerere, quando habes in mandatis,ut leuem terrorem incu-
6 tias: sed si committeretur † ut terreres absque uerbo leuiter,uel leui,etiam potes uincire & minari,non autem eleuare, nisi scires quòd sensus committentis esset, ut etiam eleuaretur, prout est sensus semper in talibus mandatis Senatus.eleuare enim est torquere, quia ponitur in tormentis cum dolore corporis. Item aduerte dum
7 dixit quòd leuis terror est quando extra locum torturæ fiunt minę torquendi,quia ex prædictis habes, quòd ubi etiam essemus in loco torturæ, tamen sine minis diceretur leuis terror.& ita expresè Ange.
8 in d.§.quæstione. Sed † pone quòd iudex habeat locum in quo facit examina, & locum separatum ubi adsint tormenta,& nõ soleat quempiam conducere ad locũ tormentorum, nisi etiam uelit torquere eũ, an quod fatetur in eo loco dicatur factum metu tormentorum?uide in terminis Cæpol.consil.40.colum.penul.uersic. sed plus dici posset.sentientem non dici,tamen dubitari potest,stante dicta consuetudine isthac regula,quod plus est facere quàm pronuntiare.l.si tamen. §. ei. ff. de ædil. edic. Ego tamen teneo opin. Cæpol. quia reus ignorat dictam consuetudinem, & si scit, nec tamen terretur uerbis, uidetur potius quòd sit leuis terror,quàm aliter, ubi tamen iudex terrere uoluit, quia etiam po-
9 tuisset iudex hoc incautè facere, † & an ualeat illa consuetudo examinandi reos in loco tormentorum quando non sunt in casu torturæ,uide ibi Cæpol.tenentem ualere,char.1.colum.1.uersic. circa septimũ. & colum.seq.& ita intelligis quæ dixi suprà dd hoc terrore circa finem 6. quæst.
10 Non credas † tamen terrorem solùm cõsistere in uerbis,quia interdum etiam cõsistit in uerberibus ferula illatis.l.1.§.impubes.ff.ad Syllan. ubi est text. clarus, & ideo illi qui non possunt torqueri, terreri tamen possunt hoc modo, ut dixi in d.6.
11 quæst.principali.ubi uide. Et † ideo nec quodlibet tormentum cum dolore corpo-
12 ris dicitur quæstio.Hinc est † quòd grauior est tortura quàm utriusque manus abscissio.§.fi.in Authen.ut nulli iudi.& pati torturam est supremas angustias sustinere,ut uidemus & audimus,& de his tormẽtis loquitur totus tit. de quæst. Sic etiam loquuntur Doct.quòd maximè patet dum congerunt instrumenta & modos torquẽdi,quia nihil horum est leue, imò crudelis-
13 simum,† & ideo etiam igne sæpe rei torquentur de quo tormento per gloss. in l. ædictum.ff.de quæstio. ibi igne defatigati quæ dicunt,ipsa ueritas uidetur esse,& uide per Io. Andr. in nouella. in cap. cùm in contem-

contemplatione, extrà, de regul. iur. ubi di
14 cit† tormentum propriè dici magnum do lorem corporis, & magnam afflictionem, & sequitur Catal. in tract. suo syndi. char. 31. col. 3. uersi. & aduerte. & Bald. in l. 2. C. quor. appella. non recip. colum. 1. & ideo
15 † uult ut leuis tortura non dicatur tortura sicut etiam leuis febricula, non dicitur febris: quia, ut dixi, tormentum parit magnum dolorem corporis, siue magnam afflictionem. & sequitur Catal. ubi suprà, & alibi sæpe Doct. & ex his declaro id quod primo dixi, torturam esse quãdo adest tor-
16 mentum & dolor corporis, &† ideo dicimus quòd datur leuis tortura, grauis, & grauissima. Bal. in consi. 77. uolum. 3. attamen leuis tortura non habetur, ut uides,
17 pro tortura: & ideo potest repeti leuiter tortus, ut dicam infrà, iuxta dicta Bar. in l.
18 unius. §. reus. ff. de quæstio. Si tamẽ† quis fateretur metu asperioris torturæ, & si in eo casu adhuc non posset dici tortus, nisi leuiter: tamen confessio diceretur facta metu tormentorum per prædicta. Et quia dixi suprà in 6. quæst. principali. quòd personæ quæ non possunt torqueri, ut mili-
19 tes,† decrepiti, & impuberes, possunt tamen terreri post Bal. in l. 2. C. quor. appel. non recip. & de terrore qui fit per uerba & uultum non dubito. Quæro modo,
20 † an sicut impuberes possunt ferula cædi, hoc idem etiam procedat in his aliis maximè in militibus, de impubere lex loquitur in l. 1. §. impubes. quàm suprà allegaui, & ille tex. uidetur illud determinare in pueris etiam ex quadam obseruantia, & ideo aliud uidetur in maioribus maximè in eis, qui propter dignitatem torqueri non possunt. Nec obstat Bal. in d. l. 2. quor. appel. non recip. colu. 2. quia loquitur de terrore uultus, & uerborum duntaxat qđ patet ex eius ratione quam ponit, quòd omni casu iudex dum examinat debet se ostendere terribilem reis. quem Bald. ita sentientem sequitur Catal. ubi suprà, & alii allegati per me in d. 6. quæstio. principali. suprà & ibi dicta sic intellige. Et ideo Doctores dum loquuntur de iis impuberibus qui non possunt torqueri, addũt quod tamen terreri possunt, dum uerò loquuntur de aliis maximè qui propter dignitatẽ non possunt torqueri, non ponunt hãc declarationem, & ratio militans in pueris, quare ferula terreantur, quæ est, quoniã illam metuunt propter sensum non perfectum cessat in aliis maioribus maximè se-
21 nibus. Verùm inuenio † quòd clerici ita torquentur, ut per Abb. & Io. And. in d. c. cùm in contemplatione. de regul. iur. & dixi suprà non semel. Sic igitur intelligis quando propriè dicatur quæstio uel tormentum, quando dicatur leuis terror, & quando sit terror simpliciter, qui etiam consistit in uerberibus, & quando quis dicatur tortus impropriè, & confessus metu tormentorum: omisi tamen unum casum
22 qui suprà dictis maximè† conuenit, quando in loco torturæ spoliatur quis sine uinculis & minis. & in hoc uide Bart. in l. nouissimi. ff. quod cum fals. tut. dicentem ꝙ confessio quæ ab eo fit, dicitur extorta metu tormentorum, & ita credo, quia si quando non est uinctus in loco torturæ cum minis dicitur fateri metu torturæ, multo fortius ubi spoliatus est in eo loco per dictam regulam quod plus est facere quàm pronuntiare quàm suprà allegaui, & hic casus est multò fortior illo ad quem allegaui dictam regulam, & in quo tenui oppositum, quia hic ad actum spoliationis deuentum est qui est proximus torturæ, ibi non. & Bar. ibi sequitur Angel. in uerbo, fama publica in materia torturæ, in uersi. postquam & ultra prædicta hæc opinio comprobatur, quia ratio Bart. in dicto §. diuus. quod sufficit terror, non minus militat hoc casu quando reus est ante pedes torturæ, & iam est spoliatus sicut in aliis casibus Bartol. in dicto §. primo. & credo quòd qui aliter dicet non rectè sentiet, & facit quod idem operatur probabilis suspicio tormentorum, quòd ipsa illatio per dictam l. nouissimè. ubi ita notat Din. & sequitur post alios Alexand. consil. 100.
23 colum. 3. uolum. 3. Non potest† tamen in hac materia dari certa doctrina, quia fieri potest, ut qui conducitur ad locum torturæ sit ita debilis animi, ut omninò dicendũ sit, quòd confessio quæ in eo actu fit, dicatur facta metu torturæ. Et aduerte, quia
24 prædicta procedunt † quando apparet de terrore, sed si non apparet, & reus alleget quòd metu torturæ inferendæ dixit, uel quod fuit illata, & propter eam con-

P

fessus fuit, tunc ingredimur aliam materiam quam latè supra posui in titulo de cõfessis post Aretinum in cap. dilecti. colum. penult. de accusationibus. An quando non erant indicia contra aliquem præsumatur pro eo, si hoc alleget uide ibi, Reliqua in
25 hac materia,† quando scilicet confessio dicatur facta metu tormentorum, siue in tormentis, uide in dicto §. diuus. maximè per Alexand. & Angel. in dicto uerbo, fama. in eo uersiculo, postquam. & ibidem etiam per Augustin. de Arim. qui allegat multa consilia in materia, uide etiam Puteum in tractatu suo syndic. charta penult. in ultimo uersicu. & Comens. in consilio 157. colum. 2. uersicu. fin. ubi quomodo & quando confessio carcerati sibi præiudicet, uel censeatur facta, ut euitet carceres uel tormenta. Et per Soccin. consi. 263. ubi quando fit confessio statim post ipsa tormenta, & quando confessio fit ex interuallo post tormenta, ante tamen quàm recesserit tortus è carceribus, uide Bar. & Alexand. ibi in l. penult. ff. de quæstionibus. & dicam infrà in quæstio. 9. quæ erit sequés.
26 Ex prædictis igitur scias† sicut non est incipiendum à tormentis. l. 1. in princip. ff. de quæstionibus. ita nec ab eo actu, per quem dicitur quis tortus, uel habetur pro torto, ut etiam latè per Hippol. in d. l. 1. in principio. in 10. colum. quod quando sit dixi, &
27 † quia tortura debet fieri moderatè. l. quæstionis modum. & l. de minore. §. tortura. ff.
28 de quæstionib. Ideò quæro † quæ pœna sit iudici, qui indebitè torquet? & dic, aut sequi mortem, aut nó. primo casu punitur pœna l. Corneliæ. de sicariis. & sic homicidii, si omnino indebitè, & de facto sine indiciis uel cum indiciis purgatis torsit. l. 1. in princ. & §. 1. & l. lege Cornelia. in principio. ff. de sicariis. intelligendo tamen si dolosè fecit, ut in dictis iuribus, & præsumitur dolus, ubi omnino ad eam deuenit de facto. l. 1. C. de sicariis. & notatur in l. dolum C. de dolo. quia facit, ut quilibet priuatus, recipiat ergo quod fecit. l. 3. C. de episco. audien. Si uero non omnino indebitè, & de facto torsit, quia quædam indicia
29 præcedebant, † licet non sufficientia: uel si erant sufficientia, interuenit excessus per ignorantiam, & tunc pro modo culpæ punitur dicta l. lege Cornelia. §. primo. & l. 1. §. sed si claua. ff. eodem titu. de sicariis. & culpa in dubio præsumitur, ut per Salicetum & alios communiter in l. Gracchus. C. de adulter. Vbi tamen appareret de dolo, teneretur pariter de homicidio. l. 4. C. de emendat. seruor. & l. prima. C. de emendat. propin. & Salicet. in dicta l. Gracchus. & alii ibi communiter. Et si nec dolus nec culpa interuenit,
30 quia† fecit iudex quicquid debuit, talis mors non habetur in consideratione, secundum Bartol. ab omnibus approbatum in l. quæstionis modum. ff. de quæstionib. & in dubio ita præsumitur, ut per Angel. in uerbo, fama publica. quæst. 8. & ibi per
31 August. de Arim. Secundo casu,† quando mors non sequitur ex indebita tortura, tamen de facto torsit, tunc Doctores multùm uariant. Aliqui tenent simili supplicio esse afficiendum, uidelicet ut & ipse debeat torqueri. Aliqui pœna capitis, & aliqui extraordinariè pro motu & arbitrio iudicis. Dic ueritatem esse, ut non debeat pariter torqueri. Ita latè Dec. in l. 1. in pri. ff. quod quis. iuris. Sed an puniatur pœna capitis uel non, uide in repertorio Hippolyti, in l. quæstionis modum. ff. de quæstion. qui dicit esse communem, ut puniatur pœna capitis: credo ut imò ueniat puniendus pœna extraordinaria: quia ita expresè tenent Bal. in rub. C. de pœna iudic. qui malè iudic. & Salicet. in l. fin. C. eod. titu. Ias. & Alex. in dicta l. 1. ff. quod quisque iuris. in pri. Et hác opinionem sentiunt Doctores in præcedenti articulo, dum formant quæstionem, quando moritur. Et plus facit, quod pœna legis Corneliæ nó irrogatur nisi ei, qui dedit causam morti, uel habuit animũ occidendi, ut per totum illum titulum, qui etiam loquitur in his, qui sunt in magistratu, dicta l. 1. in princ. & dicta l. lege Cornelia. in prin. Non obstat l. decuriones. C. de quæstionib. quia loquitur in eo, qui ratione qualitatis suæ non poterat torqueri. Et est casus specialis, quicquid ibi uelit Bald. Fateor, ut dixi, si constaret, quòd animo
32 † occidendi illum torsisset, quòd tunc teneretur pœna capitis. Qui casus posset cõtingere ex aliqua inimicitia intercedente cum iudice, uel corruptione eius, & magnitudine torturæ. Loquor, ut uides, ubi omnino de facto fit tortura: sed si præcedentibus

dentibus indiciis non legitimis, uel cum excessu, ubi etiam praecedant legitima, túc si mors sequatur, arbitrariè punitur. sicut suprà conclusum est. & si nó sequatur, pro modo culpae, mitius tamen ex quo mors non est secuta. Et hic est casus, qui frequé
33 tius caeteris contingit: & † si sequitur debilitatio, ultra alias poenas tenetur iudex ad omnia damna, expensas, & interesse, ut de se patet, & per Brun. in suo tracta. char. 9. col. 2. uersic. sed pone. Reliqua uide ibi char. 8. col. 2. & sequentibus. & char. 12. co
34 lum. 4. ubi etiam † quando iudex torquet ut priuatus, & quando ut iudex: tamen nó se extendit iurisdictio ad hoc, iuxta notata in l. imperium, ff. de iurisdictione omniú iudic. & quando torquet, ut sedetur tumultus populi: & quid in illis militibus, uel potius latronibus, qui torquét pauperes personas ad extorquendum pecunias? Vide Salicet. in l. si quis ab hostibus. in fi. C. de capt. & postlim. reuers. & dixi suprà in mate-
35 ria capturae. Vide etiam ad praedicta † de iudice indebitè torquente, Homod. in tractatu suo syndic. char. 8. col. 1. uersic. quod autem. Feli. in cap. qualiter §. ad corrigendum. columna 4. de accusat. & in c. cùm nó ab homine. colum. fin. de iudic. Angel. in uerbo, fama. quaest. 7. & 8. & ibi in apostillis. Angel. in l. lege Iulia. ff. ad legem Iul. de ui publ. & Catal. in tract. syndi. q. 54.
36 Per supradicta † tamé iudex multú considerate deuenies ad quaestiones, habendo ea semper prae oculis. Nec etiam obliuiscaris uerborum Augustini de Ciuitate Dei, lib. 19. cap. 6. sub rub. de errore humanorum iudiciorum, cùm ueritas latet: qui inter caetera dicit, Cùm quaeritur utrum reus sit nocens cruciatur & innocens, & luit pro incerto scelestissimas poenas, non quia id commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur: ac per hoc ignorantia iudicis, id est, nescientia facti, est calamitas innocentis. Sed quod intolerabilius est, magisque plangendum, rigandumq; si fieri posset, fontibus lacrymarum, cùm propterea iudex torquet accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantiae & nescientiae miseriam, ut & tortum & innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torserat. Sed secundum eum ibi circa finem haec non fa-
37 cit iudex † uoluntate nocendi, sed necessitate nesciendi, ac etiam necessitate iudicandi: unde si iudex piè sapit, clamat ad Deum, De necessitatibus meis erue me. Tutius igitur est minus, quàm plus face-
38 re. Successiuè quaerendum esset, † quomodo probetur tortura, & quomodo praesumatur. Et circa primum uide Hippol. in l. 1. §. diuus Seuerus. colum. 1. & in l. de minore. §. plurimum. colum. 14. de quaestionib. Alex. in consi. 98. col. penul. uolum. 2. Pute. in tract. syndicat. char. 80. colum 2. Catald. in tractatu synd. char. 15. colum. 1. Homod in suo tractatu syndi. char. 12. col. sequenti & sequentibus. & alios in locis, de quibus suprà, maximè Brun. Circa secúdum uide eundem Brun. in eo tractatu, char. 9. colum. 2. in fi. & princip. sequentis. Alexand. 3. uolum. consi. 52. col. fin. & per Felin. & Aret. in ca. cùm dilecti. de accusat. & dixi suprà in materia confessionis. Bar. l. de pupillo §. si quis ipsi praetori. col. 3. ff. de oper. noui nun. Pute. in tract. ubi suprà, char. 85. colum. 3. & omnino Ias. in l. inter
39 positas. C. de transac. Quaero etiam † quádo rei uidentur dormire in tormétis, quae uia sit adhibenda, ut fateantur? Et in primis est considerandum, an adsit aliquis defectus è latere interrogatoris, quia non fuerit facta omnis diligens inquisitio circa interrogatoria, iuxta ea, quę ponit Put. in suo tract. char. 82 char fi. uersi. & aduertendum. Deinde sunt consideranda omnia instrumenta ad torquendum, ut eo utatur iudex, quod magis uidetur aptum, de quibus per Hippol. sanè egregium tortorem, in d. l. 1. in pri. ff. de quaest. Aduertat tamé,
40 ne unquam † utatur instrumento insolito: quia si sequeretur mors, faceret iudex litem suam, iuxta notata per Bal. in l. 1. C de emend. seruor. & Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. libro 10. Salic. & alios in dicta l. Gracchus. C. de adulter. Item sunt uidenda dicta Put. in suo tractatu syndicat. char. 84. col. 3. in uerbo, tortura grauior. & char. seq. in uer. de repetitione. col. 1. & econtrà. ibi etiam ponit modos, quibus obdurescant corda reorum, ne fatean
41 tur, ibi uide. Taceo † mille incantationes, quas usu multorum didici circa utrunq;, tam ut fateantur, quàm ut taceant, quia prohibitae sunt. Sunt etiam uidenda dicta

Bruni in charta 10. colum. fin. in uersic. sextò principaliter quæro. dum loquitur de uariatione instrumentorum. Vltimò quærendum est de repetitione torturæ,
42 † an & quando possit tortus iterum repeti in tortura: qui articulus est tritus, & in eo semper recurritur ad Bar. in l. unius. §. reus. ff. de quæst. Salic. & Doctores in l. 2. C. de custod. & exhib. reor. Ange. Aret in uerbo, fama. ubi latissimè per eum, & in apostillis, & ad repertorium Hippol. in l. repeti. ff. de quæstion. Summa hæc est, tam secundum iuris dispositionem, quàm secũdum practicam, quòd non est licita repetitio in tortura, nisi quando non fuit, uti debebat, tortus. uel noua indicia superuenerunt: & id, quod non fuit uti debebat tortus, duobus modis potest contingere, uel considerata magnitudine indiciorum, super quibus fuit tortus: uel etiam quando erant æqualia: tamen iudex uidens quòd non timebat torturam, illum dimisit animo eam repetendi, & cum tali protestatione. Quod uerò dictum est, quando noua indicia superuenerunt, procedit in nouis indiciis differentibus à primis specie & substantia: non si eadem coadiuuarentur testibus, limitando tamen, ut infrà proximè. Et hæc sunt secundum ea, quæ dicunt magis communiter Doctores, ubi suprà, solùm uidetur dubitari propter auctoritatem Salic. in d. l. 2. ad fin. & Alexand. consi.
43 5. uolum. 1. Quando † tortus confessus reuocat cõfessionem, dum dicitur ad acta pro ratificatione, iuxta ea quæ dicam in sequenti & nona quæstione princip. An sine aliis indiciis possit repeti tortura? Communis tamen opinio etiam hoc casu est, ut repeti possit, prout dicit Bart. in l. unius. §. reus. in fi. ff. de quæst. ut ibi per Doctores per fundamentum Bald. in l. in bonæ fidei. colum. 3. C. de reb. cred. per Alexand. in d. §. reus. & in l. 1. § diuus. in apostil. ac in omnem casum per fundamentum uariationis, quod sufficit ad torturam, ut declarat Put. in tract. syndi. char. 91. colum. fi. uers. uiso de repetitione. & ita practicatur ubique absque ulla hæsitatione. Imò perseuerando in tortura, ut prius dixerat, & perseuerando etiam in sua uariatione extra torturam, uideo repeti tormenta sæpius, & dicunt latrunculatores, quòd toties possunt torquere, quoties uariant. Nunquam
44 tamen † uidi torqueri ultra trinam uicem, nisi à carnificibus. Quod etiam satis defenditur ex cumulatis in repertorio Hippol. in d. l. repeti. Et facit quod dicam infrà in decima quæst. circa torturam te-
45 stium, † quando multi & multi testes, qui præsumũtur scire ueritatem, iuxta l. unius. §. testes. ff. de quæst. & not. per Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. illam tacent. Nam eo casu non omnes torquentur, sed duo uel tres, quia tortura est refrænanda. Bald. in l. data opera. C. qui accus. non possunt. & in l. quoties. C. de nau-
46 frag. lib. 10. Ex † qua opinione etiam potest limitari id, quod suprà dixi, succedentibus nouis indiciis ita demum posse repeti torturam, si differunt à primis specie uel substantia, ut non habeat locum quando uariatur à præcedenti dicto, etiam cir-
47 ca idem: & hoc, † tanquam hoc indicium uariationis, quod ex ore proprio procedit, sit cæteris potentius. Non omitto ta-
48 tamen, † quòd & si iudices dum uolunt reum repetere, eum dimittunt cum protestatione, ut suprà: tamen etiam sine ea repetere possunt in casibus, de quibus suprà. Quia ex doctoribus suprà allegatis non apparet talem protestationem esse necessariam: sed satis est, imò etiam magis ut ex actis appareat non fuisse, uti dice-
49 bat, tortum. Non etiam † omitto, ne erres in terminis, ubi reuocans allegaret errorem, tunc nullam esse difficultatẽ, quin audiretur demõstrato errore: quia nec repelleretur contra spontaneam confessionem, si ita allegaret. Et nos non loquimur hoc casu, sed ubi quis dicit, Quicquid dixi, fuit per metum tormentorum. Et an
50 etiam aliquando † audiatur sine alia tortura, quando illud dicit, & quasi ita præsumatur ex defectu indiciorum, uel aliter? Vide Aretin. in c. cùm dilecti. de accusationibus. colum penult & fin. ubi etiam Feli. & dixi suprà latè in materia confessionis spontaneæ, & per Alexand. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. ad Bartol. ac in lectura. Et facit textus in l. 1. §. si quis ultrò. ff. de quæstionibus. imò est principalior textus in materia.

Tit.

Tit. de Confessis per torturam, ac effectu torturæ.

SVMMEA.

1 *Confessio metu tormentorum facta, ubi legitima indicia præcedebant cum perseuerantia sufficit ad sententiam condemnatoriam.*

2 *Confessio in tortura præcedente confessione extraiudiciali sufficit absque alia perseuerantia, licet dicat non uidisse seruari in practica.*

3 *Confessio in tortura, uel cum perseuerantia, uel cum alio adminiculo sufficit ad ueritatem.*

4 *Probationes duæ semiplenæ eiusdem generis coniunguntur in criminalibus.*

5 *Iudex puniens confessum in tortura absque alia perseuerantia uidetur excusandus in syndicatu.*

6 *Confessio in tormentis non præcedentibus indiciis emanans nihil ualet, licet in ea reus perseuerauerit, & index haberet arbitrium, & superuenissent indicia.*

7 *Perseuerantia, quæ requiritur in confessione rei, requiritur etiam in dicto testis.*

8 *Confessio siue tortura, siue dolo iudicis extorta, si præcedebant indicia, requirit perseuerantiam: si non præcedebant, nihil ualet, etiam si mille perseuerantiæ interuenissent.*

9 *Promissio liberationis seu impunitatis facta reo à principe, uel à iudice, habita licentia à principe, si fateretur delictum, omnino est seruanda.*

10 *Contractus cum principe facti sunt omnes bonæ fidei.*

11 *Promissio impunitatis facta reo à iudice, si confiteretur delictum, non ualet.*

12 *Confessio rei est ualida, siue iudex prius illi dixerit, ut narret ueritatem, quia nihil mali sibi eueniet siue dixerit quòd liberabitur, si ultrà non processit dolosè agendo.*

13 *Confessus præcedente promissione impunitatis per iudicem facta, si posteà reuocet confessionem, & dicat se confessum propter promissionem illam iudicis, potest torqueri, sed immoderatè.*

14 *Perseuerantia in confessione præcedente promissione impunitatis à iudice facta debet esse sine repetitione eiusdem promissionis, imò admonito confesso, quòd nulla sit habita ratio talis promissionis ad hoc ut ualeat.*

15 *Confessus non præcedentibus indiciis, sed præcedente promissione impunitatis à iudice facta, si reuocauerit confessionem, mitius torqueri debet.*

16 *Confessio præcedente promissione impunitatis facta per iudicem qui instet, ut fateatur, quia non sit alius modus euadendi, dicitur extorta dolo malo.*

17 *Confessio per torturam extorta præcedentibus legitimis indiciis, si reuocetur, tortura sequitur: si non præcedebant indicia, & reuocetur, nulla est: ubi uerò perseueretur, non præcedentibus indiciis nihil operatur, præcedentibus sufficit ad plenam fidem nisi appareret confessum perseuerasse sub spe promissionis impunitatis.*

18 *Confessio sub promissione impunitatis emanans, in qua perseueretur, si appareat quòd sub spe illius promissionis non sequatur perseuerantia, ualet.*

19 *Impunitas non conceditur à lege ei, qui reuelet socios uel latrones regulariter.*

20 *Promissio indemnitatis à parte facta reo si reuelet socios, & rem explicet, quomodo se habuerit, tenet quo ad interesse partis.*

21 *Confessio dolo & artibus iudicis extorta, secuta posteà reuocatione, potens est ad torturam, sicut confessio tormentis extorta, & posteà reuocata.*

22 *Confessio quando non est omnino nitida & clara, sequitur potius tortura, quàm aliter.*

23 *Contumax licet ex forma statuti Mediolani habeatur pro conuicto, & confesso, si tamen deueniat ad manus iudicis, & res ex qualitate indiciorum non sit omnino clara, non damnatur sed torquetur.*

24 *Ducis Ludouici dictum, Si reus est damnatus propter contumaciam, non morietur.*

25 *Confessio debet esse inuulnerabilis, sicut debet esse inuulnerabile indicium, quod sufficiat ad torturam.*

26 *Torturæ effectus est, quòd per eam purgantur indicia.*

27 *Tortura fidem addit testi crimine notato,*

& etiam inimico capitali ad inquisitionem formandam.

28 *Deferens reum etiam cum indiciis non consequitur præmium à statuto præfixum probanti maleficium si reus fateatur propter torturam.*



NOno, quia uidimus de ipsa tortura, quæ fit ut habeatur ueritas per confessionem, posteaquàm non potest reus conuinci: ideo operæpretium est uidere de ipsa confessione, quæ in tormentis fit, quémadmodum etiam suprà uisum fuit de confessione spontè facta in titulo speciali. Et quoniam materia nota est, & tractata per Doctores ad saturitatem, ideo paucis me expedio: & in primis uide Bartol. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. ubi ponit de
1 hac confessione † facta in tormentis, siue metu tormentorum in effectu, accommodando exempla ad eas, & concludendo, quod cum perseuerantia posteà talis confessio sufficiat ad sententiam, & aliter non: & loquitur ubi tamen ante torturam præcedebant indicia legitima, & ibi in fine. Et conclusionem hanc latissimè exornat & approbat Ias. post alios in l. qui in aliena. §. Celsus. colum. 5. ff. de acquirenda hæredit. ubi uide. Et quando dicatur confessio facta per tormenta, uel metu tormentorum, uide in quæstione præcedenti à principio ad finem, ut scias an absque perseuerantia suf
2 ficiat ad sententiam, † quando etiam præcedente confessione extraiudiciali quis in tortura fatetur, non uidetur, quòd tunc requiratur alia perseuerantia. Put. charta 81. columna fin. uersiculo, quia communiter. & est glossa in l. capite quinto. ff. de adulte. quam ad hoc allegat, & sequitur Ias. in l. magistratibus. columna 2. ff. de iurisdic. omnium iudic. & sequitur Felin. in cap. olim. de rescrip. in uersiculo, octauò fallit. post Tind. in suo dialogo: ad quam opinionem omnino est uidendus Baldus in l. fin. columna prima. C. de probationibus.
3 dum † conclud t confessionem in tortura, uel cum perseuerantia, uel cum alio adminiculo ad ueritatem sufficere. Et fa
4 cit etiam ad hanc opinionem, † quòd duæ semiplenæ probationes eiusdem generis coniunguntur in criminalibus ad plenam fidem: licet secus sit, quando sunt diuersi generis, quicquid sit in ciuilibus, ut notatur in l. admonend. ff. de iureiurando. ex
5 quibus iudex, qui absque † alia perseuerātia talem confessum puniret, uideretur omnino excusandus in syndicatu, arbitrarer tamen eum malè facturum, quia agitur de uita hominis. quo casu requiruntur probationes luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probationibus. & negari non potest, quin aliquid dubii apud iudicem prudentem remaneat. Nam prima est extraiudicialis, quæ potest esse facta gloriosè, alia in tortura, quæ potuit fieri ob metum torturæ, item una est spontanea, alia in tortura, & consequenter probatio dicitur præsumpta, & magis diuersi generis, quàm eiusdem: & ideo nunquam opiniones has uidi seruari in practica. Si
6 † uerò indicia non præcedebant, & sine eis saltem legitimis fuit tortus, tunc nullum fieri debet fundamentum de ea confessione extorta in tormentis, licet perseuerata. Ita latè Iason in dicto §. Celsus. per textum in l. penulti. secundum unam lecturam, ut ibi not. Bartol. ff. de quæstio. & procedit hæc conclusio, quòd iudex haberet arbitrium: & dato, quòd posteà superuenirent indicia. Ita Dec. ut paucis agam, in cap. at si clerici. in pri. colum. 3. uersi. octauò limitatur. de iudic. ubi uide.
7 Amplia autem † primam conclusionem, quod requiratur perseuerantia, etiam quòd præcedant indicia, ut procedat non solùm in reo, sed etiam in teste: quia testis, qui potest torqueri, iuxta l. ex libero. ff. de quæstio. & ibi Bartol. Tortus debet perseuerare in suo dicto, aliter de eo non fit fundamentum. Bartol. in dicta l. penult. ff. de quæstio. Socc. consi. 253. colum. 2. per Ange. in l. fin. col. 2. C. de quæst. & dicam in quæstione decima principali, quæ sequetur, ubi de tortura testium uerba faciam. Adde tamé
8 † & ualde notabiliter ambabus conclusionibus, tam quando præcedentibus indiciis sequitur confessio in tortura, quam etiam quando sine indiciis, quòd non solùm procedunt in confessionibus tortura extortis, sed etiam dolo iudicis: quia si præcedebant indicia, requiritur perseuerantia:

tia: si non præcedebant, centum perseuerantiæ nihil uidentur prodesse: Imol. si illum consideras, consi. 109. dat exemplum in casu, super quo consuluit, quando reus prius negauit: deinde confessus est, iudice sibi dicéte, ut fateretur, quia promittebat liberationem, nec aliter erat modus, quo liberari posset. Et in idem reincidit Put. in suo tract. char. 92. uersic. sequitur quæstio quotidiana. & Hippol. in repertorio suo singulari 201. & in l. 1. §. quæstioni. in fi. ff. de quæstion. & quia materia hæc est admodum utilis, & malè declarata: ideo dic duplicem esse quæstionem. Prima, an promissio liberationis quæ fit reo, si fatetur delictum, ualeat, & sit seruanda. Secunda,
9 † an saltem confessio nulla reddatur, an uerò teneat? Circa primam dic, quando princeps promittit reo impunitatem, si fatetur delictũ, uel iudex ipse nomine principis, habita licentia ita promittédi à principe, talem promissionem esse seruandã, & hoc per textum in epistola, inter claras. C. de summa Trinit. ubi inquit text. nihil esse quod magis præfulgeat in principe, quàm recta fides. Hinc est, ꝙ princeps tenetur seruare fidem hosti, nec licet sibi allegare illud Virgilianum, *Dolus, an uirtus, &c.* ut notatur in l. conuentionum. ff de pact. & in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. Facit textus in
10 c. decet. de reg. iur. in 6. Facit etiam, † ꝙ omnes contractus facti cum principe habent naturam bonæ fidei, quia in principe maximè debet exuberare bona fides. Bal. in tit. de pace Constan. in uerbo, suprà uerò. & Ias. in l. cùm fundus. in 2. colum. ff. si certum pet. & ideo etiam pactum nudum coram principe habet executionem paratam. Alexand. in l. iurisgentium. §. sed cùm nuda. prope fin. ff. de pact. Item in ore principis firmior esse debet ueritas, quia est Deus, & lex animata in terris. Curt. consi. 66. col. 6. & ita semper uideo seruari. Non obstat, quòd iudex potest fingere, ut ueritatem eruat. l. de minore. §. plurimum. & ibi Bartol. & Doctores. ff. de quæst. quia aliud arbitror in principe, cui non conueniunt fictiones, per prædicta: maximè quãdo non utitur uerbis generalibus tantùm, sed promittit impunitatem. Non obstat exemplum, quod adducunt Doctores Alexandri Pontificis tertii, cui cùm quidã episcopus secretò confessus fuisset se episcopatum simoniacè adeptum fuisse, promisit illi ueniam & impunitatem, si factum publicè fateretur: quo secuto, eundem postea episcopatu priuauit. Quod exemplum refert Feli. in c. afferte. extrà, de præsump. & in c. accedens. 2. ut lite non contest. & Dec in l. ea est natura. ff. de regul. iuris. & alibi sæpe, & est fundatum super gloss. in cap. dominus noster. 23. quæst. 2. & in cap. cupientes. in pri. in uerbo, malignantium. de electio. in 6. quia glossæ illæ indigent multiloquio, ut dicit Felinus, ubi suprà. Propterea non merebatur eo casu fatuus ille episcopus, ut sibi promissio obseruaretur: quia cùm uideret iam principem scire, ex quo rem ei secretò dixerat, & tamen non acquiescere, se uelle ut illud publicè fateretur coram eo, & in concilio, non debuit nisi credere id fieri ut deciperetur: unde succedit regula, quòd uolenti & scienti non fit dolus neque iniuria. iuncta regula l. quod te. ff. si cert. petatur. quæ paria facit, quòd quis sciat, uel sci-
11 re debeat. In iudice uerò † fateor promissionem non tenere: quia nec etiam potest promittere, licet sit publica persona. l. ius publicum. ff. de pactis. ubi Iason in specie ampliat etiam in publica persona. Pertinet enim hæc impunitatis promissio ad solum principem, imò ad supremum. l. relegati. ff. de pœnis. & dicam infrà sub rubrica de remed. ex sola clementia principis. Et ideo necessariò est annectenda secun-
12 da quæstio, † An confessio taliter expressa ualeat, ad hoc ut si reus non possit se tueri uigore promissionis, saltem possit se defendere uigore nullitatis dictæ confessionis? Et dic in hac quæstione regulariter talem confessionem debere existimari ualidam secundum Doctores magis communiter: & hoc sine dubio, quando iudex dixit, Narra ueritatem, quia tamen nihil mali eueniet tibi, iuxta textum in dicto §. plurimum. & Bar. ibi. Sed si etiam promittit, quòd liberabitur, adhuc magis communis est, ualere, quando ultrà dolosè agendo non procedit, uide Deci. & apostil. ibi in dicta l. ea est natura. & cognosces ꝙ tenet confessio etiam in hoc ultimo casu: & ratio potissima est, quia iudex etiam ita potuit fingere ad ueritatem eruendam, iuxta

notata in dicto §. plurimum. Et ideo hic cadere non deberet distinctio, de qua in sequenti casu, quando ulterius procedit iudex dolosè agendo, an perseueret postea uel non, quia habetur pro pura & spontanea confessione, iuxta ea quæ dixi supra in titulo de confessis, in prima quæstione. Tutius tamen est, ut dicamus requiri perseuerantiam, & est ex mente Doctorum, & cum ratione, quia negari non potest, quin confessio hæc sit obumbrata, & non clara, sicut Sol, uti requiritur. l. sciant cuncti. C. de probationibus. Hinc est, quòd etiam dubitatur, an sit necessaria perseuerantia in omnino pura & spontanea confessione, ut dixi in dicta pri
13 ma quæstione. Et ideo si is, † qui præcedente impunitatis promissione fassus est, reuocet posteà confessionem, dicendo, Veritas aliter se habet, & confessus fui propter promissionem, deueniendum erit ad torturam, iuxta notata per Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & in l. fi. C. de probat. tortura tamen hæc deberet esse moderata, non dico minus quàm sat est, sed non ita grauis, nec toties repetita, prout fuit his diebus præteritis contra quendam notarium Biumiensem, qui in tali casu existens & reuocans, fuit trina uice uariis temporibus crudelissimè tortus, contra omnem humanitatem, & not. in l. repeti. §. 1. ff. de quæstio. & quæ dixi in proxima quæstione principali. Aduertendum
14 tamen est summopere, † quia dicta perseuerantia debet fieri cessante repetitione promissionis, & nulla eius habita ratione: & postquàm reo significatum erit, quòd non habebitur aliqua ratio dictæ promissionis, aliter esset error nouissimus peior priore, & militante eadem ratione in perseuerantia, quæ militabat in confessione principali, non posset super ea fieri fundamentum, sicut dicimus in confessione tormentis expressa, ut not. Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. & per Doctores in
15 d. §. Celsus. Est etiam aduertendum, † quod si talem confessionem non præcessissent aliqua indicia, adhuc res in fauorem reuocantis redderetur clarior, & tortura saltè deberet esse mitior, per ea quæ dixi suprà sub dicta rub. de confessis, circa fi. ubi latè posui, quando confessus absque indiciis reuocat sub fundamento metus illati, uel inferẽdi, quæ in fortioribus terminis sunt adiumento reo. Si uerò ulterius procedit
16 iudex instando ut fateatur, & quod † aliàs non est modus euadendi, tunc confessio extorta dolo, dicitur & malo dolo, ut consuluit Imola in dicto consi. 109. & sine perseuerantia, quia sequatur reuocatio, super ea non potest fieri fundamentum, ut per præfatos Doctores, quibus adde quod nullum prorsus fieri potest fundamentũ etiã ad torturam, quia robur solùm oritur secuta ratificatione ex ea. Nam prima confessio fuit iniusta, iuxta fundamenta Imolæ in dicto consilio: & ideo non secuta ratificatione corruit omne fundamentum. Et super hoc casu principali consuluit Imo-
17 la. Hinc est, † quòd in confessione extorta per torturam præcedentibus legitimis indiciis, quia oritur semiplena probatio, ut millies dixi suprà: si sequatur reuocatio, sequitur etiam tortura ex indiciis præcedentibus: quod si legitima non præcedebant, corruit penitus dicta confessio, ut dixi. Sed ubi reus perseueret in confessione, ut suprà, per iudicem extorta, tunc si non præcedebant indicia, Imola sentit quòd nihil operetur illa perseuerantia, sicut in secunda conclusione, quam suprà feci de cõfessione tormentis extorta: præcedentib. uerò indiciis legitimis sentit Imola, quòd sufficiat ad plenam fidem. Et in hoc secundo casu, quando præcedebant indicia, perseuerantia tollit omnem maculam, & sufficit talis confessio ad cõdemnandũ. Aduertendo tamen semper ad modum, quo fuit interrogatus, ut sit talis, quod reus non possit dici inter spem & metum, sicut dixi. Et ita Imo. clarè sentit in dicto consilio. Cæterũ si quoquomodo esset dubium, an sub spe promissionis etiam fecerit ratificationẽ, nullo modo uellem, ut illa sufficeret ad cõdemnãdum, quia super confessione prima dolo extorta non potest fieri fundamentum, ut dixi, sicut potest fieri super extorta per quæstionem præcedentibus legitimis indiciis, toto titulo. ff. & C. de quæstio. & dixi suprà. In primo uerò casu, quando nulla præcedebant indicia, uidetur quòd Imola non bene sentiat, dum tenet, ut dixi, quòd adhuc super ea nõ possit fieri fun
18 damẽtum. Nam † militat eadem ratio hoc

casu, sicut in præcedenti: loquor semper, ut dixi, quando ex uerbis interrogationis iudicis, & responsionis rei, non possumus probabiliter dubitare, quod perseueret sub spe promissionis, & timore. Neque obstat æquiparatio, quam facit Imola de confessione per torturam extorta ad hãc, de qua agimus, quia in confessione torturæ militat timor iniustitiæ, quando sine indiciis, & contra ius torsit. In hac uerò uolo, quod ex qualitate interrogationis & responsionis cesset omnis timor. Sic ego declaro hanc materiam, in qua infiniti Doctores loquuntur, transeuntes tamen inconsiderata per uerba, & fundamenta generalia. Et hæc adde ad ea, quæ dixi supra in istamet materia, in rubr. de examinibus reorum, uersus fin. ubi ferè eram similis aliis.
19 Et an lex † ipsa concedat impunitatem socio criminis, uel non socio, qui reuelet socios, uel latrones? Dicam infra in tit. de remed. ex sola clemen. princip. &c. Et conclusio est non concedere. l. 1. §. cùm quis latrones. ff. de quæstion. Fallit in casu l. non omnes. §. fin. ff. de re milit. ut per Bart. in d. §. cùm quis latrones. Ex prędictis potes
20 inferre † nullum uideri dubium, quin teneat promissio, quam pars facit uni ex furibus de conseruando eum indemnem, si reuelet socios, & quomodo se res habuerit: loquor tamen quo ad interesse ipsius partis: quia respectu iuris publici ex prædictis resultat clara conclusio non ualere eius promissionem. hæc tamen pendent à notatis in l. transigere. C. de transactionib.
21 & pariter ex prædictis collige, † quod sicut confessio in tormentis secuta negatione est potens ad reiterandam torturam: ita etiam confessio extorta dolo & artibus prædictis secuta negatione & reuocatione: distinguendo tamẽ, ut suprà dixi, quod
22 facit offuscatio confessionis, quando † .n. omnino non est nitida & clara, per eam potius reus est torquendus, quam aliter: & hoc patet ex his, quæ dixi suprà in d. titulo de confessis, dum loquor de confessione qualificata, Occidi, sed feci ad mei defensionem, in uersi. sextò & ultimò aduerte. ubi uolo, quòd talis ad mortem non possit damnari, sed torqueri, post Baldum in l. 1. C. de confess. columna 11. & alios, ut ibi: & patet etiam ex his, quæ ibi dico in articulo, Quando confessus reuocat alia ratione, quàm erroris, puta, metus: & nulla penitus præcedebant inditia etiam ad capiendum, in uersi. est ultimo. ubi teneo talem cõfessionem solùm sufficere ad torturam: patetque ex textu in l. 1. §. si quis ultiò. ff. de quæstio. & ex his, quæ dicit Aretin. in cap. cùm dilecti. colum. penulti. de accusatio. & quæ dixi ubi suprà circa fi. Ex quibus colliges, quod ubi confessio aliquatenus offuscatur, siue eliditur, tunc eligitur tortura: patetque hæc conclusio ex his, quæ scribit Claud. in l. ut uim. ff. de iustit. & iure. circa dicta Bar. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de operis noui nuntiat. maximè columna 32. & sequenti. Et hæc mirum in
23 modum confirmantur à practica, † qua utimur in Senatu quo ad damnatũ ex contumacia uigore statuti, quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, quia si talis deuenit ad manus iudicis, & ex qualitate indiciorum res omnino non sit clara, non damnatur, sed torquetur. Quæ practica tamen non caret authoritate, quia eam tenet Angel. Aretin. in tractatu suo in uerbo, Caium Sempronii. columna prima. Et fundamentum est, quia est damnatus propter contumaciam, & non propter delictum, iuxta notata per Bartolum in leg. si ideo. in pri. ff. de euict. Et eandem opinionem tenet Marianus Soccin. in cap. qualiter. *el secondo.* de accusationibus. in articulo undecimo principali, in uigesimaprima quæstione, ubi dicit opinionem hanc esse multùm æquam. & quòd aliter non obseruaret, nec obseruandum consuleret, quia agitur de magno præiudicio, licet de iuris rigore possit aliter dici: & dicam infrà in tit. quid admittant banniti, in illo articulo, an facta recognitione possit illico
24 de eis supplicium sumi: † & ita etiam obseruabatur tempore ducis Ludouici, qui semper dicebat, Non morietur, si est damnatus propter contumaciam. Si igitur offuscatio hoc facit quo ad confessum uigore statuti, & damnatum: multò magis quo ad solum confessum: & in summa dicẽdum est, sicut diximus suprà in secunda principali quæstione in hac materia torturæ de
25 indicio ad torturam, † quod sicut illud debet esse inuulnerabile, ita confessio debet esse inuulnerabilis. allegaui Baldum in

consilio 259, in primo uolumine. Sequitur modò, ut de secunda parte rubricæ aliquid dicamus, scilicet, de aliis effectibus torturæ. Nam confessio, quæ ex tortura prouenit, est principalis effectus, & ad hoc etiam deuenitur ad eam toto titulo. ff. & C. de quæstionib. Cuius loco si sequatur nega-
26 tio, siue in negatione perseuerantia, † sequitur alius effectus torturę, quòd purgantur indicia, & non solùm indicia, sed etiam ipsa probatio l. edictum diui Aug. & ibi Alberic. ff. de quæst. & dixi suprà in sexta quæstione principali, ad finem. ubi loquor de protestatione, quam facere solent iudices, dum torquere uolunt existente plena probatione, fortè ut manifestent socios & mandatores, iuxta latè dicta suprà per me in septima quæstione principali, in uersiculo, sequendo materiam rubricæ. Et sic uide duos effectus torturę. Alius est effectus,
27 quòd † testi crimine notato propter torturam additur fides. l. ob carmen §. si ea rei conditio. ff. de testib. & §. licet. in Authen. de testibus. Aret. in l. qui testimonio §. quęcunque. col. 2. ff. de testamen. & ideo etiam inimico capitali cum tortura uidetur credendum ad formandam inquisitionem, ut dixi suprà in materia inquisitionis, in uers. quæro quid in inimico capitali. ubi tamen reprobaui hanc opinionem. & dixi etiam suprà in dicta septima quæstione principali, dum loquor de socio criminis, an faciat fidem, in uersiculo, iuxta prędicta. ubi omnino uide. Et ideo testi uario creditur quo ad deposita in tortura. Bàr. in l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adulter. Ang. in l. fin. colum. 1. & 2. C. de quæstion. & dicam in decima quæstione, quæ sequetur, ubi latè de hoc tractabo, quia frequens est quæstio, uidelicet, an magis in teste sit danda fides dicto in tortura, quàm extra torturam. Et an præmium † consequi debeat, qui alicuius nomen cum indiciis detulit, ex quibus ille positus ad torturam fassus est maleficium, stante statuto, quòd det præmium probanti illud maleficium? Dic consequi non debere: quia et si secuta sit confessio & probatio, tamen magis prouenit ex inquisitione iudicis, quàm partis. Ita Bru. in tractatu suo, cha. 11. uersi. nonodecimò nota post Bal. per eum allegatum. Quod perpetuò tene menti.

Tit. de Tortura Testium.

SVMMAE.

1 *Torqueri non debent testes, nisi prius præcedant indicia contra reum.*

2 *Torqueri non potest testis liber homo, etiã si uilis sit, nisi uacillet, uel præsumatur scire id quod negat.*

3 *Testis liber homo, sed crimine notatus, uel aliàs infamis infamia iuris uel facti, admittitur in testem cum tormentis tamen.*

4 *testis liber homo uacillans etiam si in dignitate, uel nobilitate, uel officio seculari esset positus torqueri potest.*

5 *Clericus torqueri potest sicut quilibet alius.*

6 *Presbyter testis & uarius torqueri potest, etiam si non præcedat fama.*

7 *Torqueri non possunt in dignitate existentes siue uti rei, siue uti testes examinentur.*

8 *Torqueri quando non possit testis liber homo.*

9 *Testis uilis qui non citatus se ingerit ad dicendum testimonium suspectus est, & torqueri potest.*

10 *Testis conuictus de mendacio ex dicto alterius dignioris licet solius, potest torqueri.*

11 *Torqueri possunt domestici negantes fuisse furtum, uel scire quis fecerit.*

12 *Vacillare testis dicitur non solùm quando in iudicio modò unum, modò aliud dicit, sed etiam quando in iudicio deuiat ab eo, quod extra iudicium dixerat, & torqueri potest.*

13 *Testis uacillans non torquetur, nisi etiam dicat se facto interfuisse*

14 *Torqueri non potest testis liber homo uacillans in causa ciuili.*

15 *Serui possunt torqueri tam in causa ciuili, quàm criminali, & quando tam contra dominum, quàm contra extraneum torqueri possint.*

16 *Testis uarius, cõtrarius, uacillãs qui dicatur*

17 *Testis uacillans non solùm testimonium reddit nullum, sed etiam ipse punitur.*

18 *Testimonia quæ dicantur falsa, diuersa, aduersa uel contraria.*

19 Te-

19 *Testis uarius uel contrarius potest torqueri.*
20 *Testis uarii dictum ultimum in tormentis præualet.*
21 *Tortura repeti potest, quando quis dicit unum, & postea repetitus dicit aliud, & repetitur tortura toties quoties uariat.*
22 *Variare quando dicatur quis.*
23 *Testis non dicitur uarius, si incontinenti se corrigat, allegando iustam causam erroris, & ita iudici uideatur.*
24 *Testi debet iteratò legi dictum suum, postquàm deposuerit, & per talem lectionem tollitur error.*
25 *Testis correctioni incontinenti factæ non statur, sed iudex debet modum correctionis attendere.*
26 *Testis incontinenti dicitur se corrigere, quādo nondum exiuit conspectum iudicis, & quando exiuit, sed nondum est partem allocutus, nisi aliud qualitas personæ suadeat.*
27 *Varius testis dicitur, quando uarietas est in facto principali, non si sit in accessoriis.*
28 *Testi uario in accessoriis diminuitur de fide.*
29 *Testi suspecto super impertinentibus interrogato, quòd tunc licet, fides in totum tollitur si uariat.*
30 *Testis non suspectus interrogatus circa non essentialia, licet uariet, non tamen potest torqueri.*
31 *Testis falsitatem admittens in non substantialibus quomodo puniatur.*
32 *Varius non dicitur testis, quando in modico est contradictio.*
33 *Testis falsus deponens super pertinentibus ad causam. punitur, aliàs non*
34 *Testis semel examinatus, si iterum examinari uelit, quid agere debeat, ne in contrarietatem incidat.*
35 *Testis si hincinde sint contrarii et pares, nemo punitur de falso.*
36 *Testes instrumentarii si contradicunt instrumento & notario, punitur notarius de falso.*
37 *Testis uarius si torquetur, cui dicto sit standum, & si uariatum pluries per eum fuerit remissiuè:*
38 *Copia indiciorum dari debet testi ut disputetur, an sit torquendus si quæstio sit, An seruus uel liber sit.*
39 *Indiciorum copia dari non debet testi, ubi dubium sit, an uarius, mendax, uel contrarius sit, an non.*
40 *Torqueri non potest crimine notatus, si refricaretur in dubium, an torquendus sit ubi qualitas criminis non tangit causam, ubi uero tangit, tunc absque disputatione est torquendus.*
41 *Testes torqueri non possunt, ubi plenè probant, licet qualitates adsint, quæ aliàs illos torqueri facerent.*
42 *Testes non debent torqueri, ubi aliqua bona ratio naturalis eos excusat.*
43 *Torqueri quis non debet, ubi aliàs plenè cōstat de delicto.*



Ecimo ast uidendum de tortura testium: & licet ordo uellet, ut uiso de tortura rei, modò poneremus de tortura actoris: attamen quia hic testium est magis utilis, & frequens, ideo prius de ea uideamus: & post eam 11. & ulti. de tortura actoris dicetur, quam paucis expediam. Et primò est
1 sciendum † non esse deueniendum ad torturam testium, de qua infrà, nisi prius præcedant indicia contra reū. Casus est in l. 1. in prin. ff. de quæst. & ibi Bar. express. circa fi. notat, & dicit tenendum esse menti. & sequitur Bru. in tract. suo tor. char. 6. col. 3. uersi. dixit etiam Bart. quod multùm nota contra ecclesiasticos iudices in terris ecclesiæ, qui etiā sine indiciis contra reos immediatè torquent testes. Est uerū, quòd si pro testibus examinandi iā confessi essent aliquod delictum: tunc reperirentur casus, quibus possent interrogari cōtra alios: de quibus casibus dixi suprà in hac materia in 7. q. prin. in uersi. sequendo capita huius quæst. principalis. Secundò est sciendum li
2 berum † hominem non torqueri. cum ut testis examinatur, nisi uacillet, uel præsumatur scire id quod negat, etiam quòd persona sit uilis. Ita Bar. in l. ex libero. ff. de quæ-
3 stio. Et circa regulam adde, † quòd Bart. dum loquitur de deportato, & uult ut non torqueatur, sentit liberum hominem etiā crimine notatum non torqueri. Contrariū tamen probat tex. in l. ob carmen. §. si ea rei conditio. ff. de test. b. qui uult, ut persona crimine notata ut admittatur ad perhi-

bendum testimonium, admitti solùm debeat cum tortura. Quam conclusionem pro indubitata posui supra.in 7.q.in princ. uersic.iuxta prædicta.tractando materiam socii criminis, an faciat interdum indiciũ. Pro concordia Areti.in cap. testimonium. col 7.extrà, de testi. dicit, ꝙ aliquæ personæ sunt uiles & inhonestæ ob qualitatem criminis, ut sunt pugnantes ab bestias, histriones, ioculatores, & similes, & eis sine tormentis non creditur. Et de his loquitur tur d.§.si ea rei conditio. Aliquę uerò sunt personæ, quæ quamuis sint turpes propter aliquod crimen sunt turpes ratione communis status & eorum exercitii: & tũc ubi admittuntur, sine tortura admittuntur. & ita procedunt dicta Bar.in l.ex libero.hác suam opin.fundat in l.diuus.§.fi.ff.de quæstio.ubi est casus clarus, Deportatum, qui pro teste proceditur, & qui est infamis infamia iuris, & facti, non debere torqueri, iuncta d.l.ob carmen. §. si ea rei conditio. qui tex.loquitur in arenario, & similibus. In contrarium tamen est gloss.in l.3.§. lege Iulia.iu uer palàm.ff.de testi. quæ uult ut turpes non admittantur sine tormẽtis, & loquitur generaliter: sic etiam gloss. in cap.per tuas.in uerb.adminicula. extrà, de simo.sic Alex.in consi.11.col.2.uol.1.uers. quinimò.& Cæpol.consi.61.col.2.uersicu. prettereà.& apertius Alex.in d.l. ex libero. ubi omnino uide, quia expressè loquitur de infamibus & iuris & facti infamia, & de crimine notatis, & Fulg.consi.173. colu.1. qui loquitur in socio criminis: & hæc est communis opi. quod per te ipsum uidere re potes ex authoritatibus Doctorum allegatis hìc, & suprà.in 7.q. d. uersi. & aliis per eos citatis. Et ideo quotidie uideo sub hoc fundamento poni ad torturam socios criminis & infames, in casibus, in quibus ad testimonium admittuntur, concurrentibus tamen iis, quæ faciunt eos idoneos ad torturam, iuxta latè suprà tradita in d.7. q. & quæ dicit tex.in c.in fidei.de hæretic. in 6.& tex.& gloss.in d.c.per tuas.de simo.ne tortura ineptè inferretur, contra l.1.C de iur.cal.& l.1.§.si quis dicatur. ff. de quæst. ubi Bartol. Et ideo uide pro confirmatione Flo.in d.l.3.§ lege Iulia. super dicta gl. in uerbo, palàm. qui expressè uult infamẽ infamia facti constito tamen de facto admitti, sed cum tormentis. Sic etiam Doctores, dum uolunt infamem infamia iuris in subsidium admitti, dicunt cum tortura, ut per Ias.in l.1. in prima lectura. C. de sum. Trin.col.pe.& uide omnino Bartol.in d.l. 1.C.de sum.Trinit.colu.5. qui clarè tenet, infamem infamia iuris nullo casu sine tormentis admitti.& ad hoc adducunt tex. in d.§.si ea rei conditio qui conuenit, quia loquitur in infami infamia iuris. De infami autem infamia facti non uult ut passim torqueatur, sed ita demum, quando est ualde uilis, & ignotus. Et consequenter resultat clara conclusio, ꝙ non solum arenarii & similes, qui ex illo exercitio sunt infames, torquentur, sed etiã alii infames propter condemnationem alicuius criminis, iuxta l.1.ff. de infa. Sic etiam alii crimine notati infames infamia facti torquentur. Non obstat text.in l.diuus.§.fi.quia noluit ille tex.aliud dicere, nisi hoc solùm, ꝙcùm talis deportatus non amiserit libertatem, sed ciuitatem tantùm, de eo uti de seruo non est quæstio habenda, quia superius in eadem l.loquutus fuerat de quæstione habenda à seruis. In cæteris igitur, id est, circumscripta dubitatione, an uti seruus in quæstionibus esset habẽdus, lex relinquit eum sub lege loquente de aliis infamibus. Facit regula l.qui testimonio. in princi. ff. de testament.& tex.in cap.1.in fi. de ætat. & quali. Et ꝙ sit uerum textum illum ita loqui, apparet quia simul dubitat de statuliberis. Aduertẽdum tamen puto, ꝙ sepe, imò quasi semper, sumus extra has difficultates, quia prius negant, posteà fatentur, uel aliter uariant. quo casu posteà sumus non in regula, in qua laboramus, sed in fallentiis, de quibus modò dicemus. Regulam igitur sic declaratam, liberum hominem pro teste examinatum non torqueri, limita: Primò, per ea quæ dicta sunt, non procedere in eo, qui est crimine notatus: quod sine dubio procedit in infami ex natura delicti: procedit etiam in infami propter condemnationem, ut demonstraui: procedit etiam in infami de facto, & crimine notato simpliciter, secundum magis communem opinionem, licet Bart.addat, si tamen sit uilis admodum, in d. l.1.C. de sum. Trin. & fide cathol. Procedit etiam nõ solùm in teste, sed etiam in accusatore,

ut

ut dicam in undecima & ultima parte huius tractatus. Secundò lim ita † ut non pro
4 cedat, ubi testis uacillaret. d.l. ex libero. in prin. Quæ limitatio procedit, etiam si sit positus in dignitate, uel nobilitate, uel alio officio seculari. Ita Bar. in dicta. l. ex libero. qui dicit, quod præsbyter etiam examinatus ut testis, & uacillãs torqueri non potest. allegat l. presbyteri. C. de episcopis & cler. ubi est casus. Et loquitur Bar. in presbytero non in clerico, de quo clerico est
5 tex. in d.l. qui † uult ita torqueri, sicut quẽ libet alium. & d.l. presbyteri. est canonizata. 5. q. ultim. in cap. presbyteri. *el primo.* Non seruatur tamen hæc lex in eo, quod prohibet presbyteros uacillantes torqueri de iure canonico secundum glo. in eo c.
6 & communis est contra Bar. quod † clericus etiam presbyter torqueri potest, ut dicit Abb. in ca. cum in contemplatione. de reg. iur. & loquitur Abb. non solùm in presbyteris, qui de seipsis interrogantur, sed etiã de iis, qui uti testes contra alios examinantur, ut patet in uersi. quintò. iunctis iis, quę dicit in uers. & ex prædictis. & uide Sali. in d.l. presbyteri. qui dicit priuilegium presbyteri esse ut non de facili torqueatur, & ita loqui illam legem: sed si tamen contra eum militent magna indicia, potest torqueri. cap. 1. de depos. & hæc est optima cõcordia, quæ comprobatur ex dicto Abba. in d.c. cùm in contemplatione. dum uult tamen non torqueri, nisi fama præcedente, quod sequitur Alex. in l. fi. ff. de quæstio. ad Bart. super uerbo, ueniamus. dicens etiam ita communiter teneri in d. cap. 1. prout esse uerum constat ex repertorio Hippol. in l. penul. colum. fi. ff. de quæst. etiam quod adessent alia indicia. Et hæc adde ad ea, quæ dixi suprà latè de hoc, & aliis in dignitate cõstitutis, in 6. q princ. in uer. circa secundã. & ad Marian. Soccin. in cap. qualiter. *el secondo.* in 11. artic. quæst. 95. & uide etiam latè Pute. in tractatu syndi. char. 60. col. 1. ubi tandem dicit clericos & presbyteros in casibus à iure permissis torqueri secundũ obseruantiam, addens se uidisse tales tortos pro ueneno dato cõsanguineis: & quia corpora sepulta exhumauerant, & uestibus, cum quibus fuerant sepulta, spoliauerant, ac annulis, ut per eum. Et nota omnino secundum prædicta, quod presbyter uarius torquetur, ita demum si etiam præcedat fama contra eum: de quo dubito: quia quod dicitur de fama, accommodatur, quando in se ipsum torquetur suspectus alicuius criminis. & ita loquitur tex. in cap. 1. de de pos. & Doctores ibi: sed si examinatur uti testis, & sit uarius, nescio quæ fama in hoc casu debeat præcedere. Arbitror tamen fuisse mentem Doctorum loqui generaliter: & sic etiam quod uti testis examinetur, ut patet in dicto Sali. ubi supra. Et dictũ Abb.
7 quod allegatur, est generale, † quod non reperit clericos posse torqueri, nisi sint infames. De positis uerò in dignitate uide latè supra in d. 6. quæstio. ubi plene dixi, & per Modernos in leg. centurio. ff. de uul. & pup. & conclusio est ibi non posse torqueri: sed tamen Bar. in l. ex libero. suprà allegata, uidetur declarare hanc conclusionẽ, ut non possint torqueri, quando examinantur uti rei, secus si uti testes, quia tunc uult ut nulla habita ratione ad dignitatem si uacillant, non autem ex alia causa, torqueantur, per l. nullum. C. de testib. & Bar. sequitur Brun in suo tracta. char. 76. colum. 2. & Hippol. in suo repertorio in d.l. ex libero. reprobato tamen Bar. in officiali, qui non potest conueniri, ut per eum Abb. nota. in cap. cùm in contemplatione. uult, si bene uides, quod nõ torqueantur etiam uti testes, in uers. quintò. iuncto uers. ex prædictis. maximè ibi, dum dicit, tantum dixi de liberis constitutis in militia, uel dignitate. Per quę uerba clarè & apertè uult non torqueri tales etiam uti testes, dato quòd uarient. Et idem apertè Io. And. & alii Canonistę. Nec obstat textus allegatus per Bar. in l. nullum. C. de testib. qui loquitur quo ad pœnam, à qua nulla dignitas eum excusare habet. & ita Bal. Salic. & communiter Doctores illum tex. ibi intelligunt. Sali. in l. fi. col. 2. C. de quæst. tenet præcise opinionem Bar. ut uacillans torqueatur, non obstante dignitate aliqua, non tamen alia ex causa loquendo in teste, etiam quod conuinceretur de mendacio, sicut propriè loquitur Bart. & considerate admodum uidetur loqui. Alber. not. in rubr. C. eod. tit. de quæst. simpliciter uult, non torqueri, distinguendo posteà in aliis non constitutis in dignitate an uacillent uel non, sicut faciunt Canonistæ in d. cap. cùm in contemplatione.

Idem tenet Azo in summa de quæstion. in prin Idem Gand.in titu.de quæst.& tor. in 1.col.ubi uult,ut testis uacillans torqueatur, postea excipit inter cæteros positos in dignitate.& ideo dicat Bar. quicquid uelit,& qui illum in aduertenter sequuntur, maximè Salic.in d.l.fi. Veritas,& communis opinio Doctorum est, nullo casu posse torqueri personas in dignitate existentes, siue uti rei,siue uti testes examinentur,nisi in criminibus exceptis &,ut dixi.tex.per Bar. allegatus in d.l.nullum. loquitur quo ad pœnam,& ideo in cęteris remanent leges illæsę.Et hæc adde ad ea, quæ supra dixi in d 6.q.in uersi.circa secundum. Et per hæc remanet insulsa dubitatio Hippo.in d. l.ex libero, qui conatur ostendere contra Bar. officialem torqueri non posse in casu uariationis:nam propter dignitatem suam indistinctè torqueri non potest. Nunc post quam explicitum est, quid iuris sit quo ad crimine notatos,& constitutos in dignitate:uidendum est etiam de aliis liberis ho-

8 minibus, † an & quando, dum examinantur uti testes,sint torquendi,& Bart.in d.l. ex libero. concludit admitti sine tortura, non solùm si sint diuites, & bonæ opinionis,sed etiam si sint homines uiles,licet uilibus non adhibeatur tanta fides: Excipit tamen tres casus, in quibus uult posse eos torqueri.Primus est,si uacillant: Secūdus, si conuincantur de mendacio: & has duas fallentias ponit,quando personæ sunt diuites & honestę,addit tertiā, quādo persona est uilis, uidelicet, quando spontè accedit ad dicendum testimonium, ut notatur per eum,& cum Bar,clarè tenet Maria. Socci. in c.qualiter & quando.*el secondo.* in 11.ar. quæst.95.de accu.ubi uide,& Sali.in d.l.fi. C.de quæst.col.2.& alii cōmuniter,ubi supra.Et circa tertiam,ut ordine retrogrado

9 procedamus,dic quemlibet,† qui ultrò se ingerit non citatus addicendum testimonium,facere se suspectum.ut ponit Ias.in l. prætor ait.*la prima.* in 1. not.ff. de iureiur. ergo magis uilis persona: & ita hoc modo resultat indicium, quod requiritur etiam ante torturam testis,iuxta dictum Bar.in l. 1.in prin.circa fi ff.de quæs. Circa uerò se

10 cundam, quandō † conuincitur de mendacio,exemplum est in eo, qui negat inter fuisse facto,& conuincitur,per tex. in leg. unius.§.iudex.ff. de quæst. Nam præsumitur cum hoc suo mēdacio uelle occultare ueritatem,& ita potest torqueri,& sufficit si conuincatur ab uno solo in hoc casu, si sit dignus.Ita Bar.in d.§.iudex de quo mēdacio (quod supra posui inter indicia ad torturā in 3.q.prin.col.2.)ibi uide, quia distinxi circa modum probandi illud, an loquamur contra reum,an contra testem, & cum ratione,ut ibi latè.Et adde,ꝙ sæpe cōtingit hæc limitatio in illis delictis, quæ committuntur à uiris manu prōptis, quia & ꝙ cōmittantur in platea ad præsentiam populi,tamen cum maxima difficultate potest haberi ueritas,non audentibus hominibus ueritatem deponere ob metum illorum.Et ideo iudex ubi uidet, & scit talē testē inter fuisse,qui tamen negat se aliquid uidisse,potest eum torquere non posset tamen torquere omnes, qui interfuerūt,sed duos uel tres,secundum Alex, post Bal. in d.l.ex libero.Brun. & alios cōmuniter,ubi

11 suprà.Hinc est ēt, † ꝙ quando fit furtum uel aliud maleficium in domo, quoniā qui in domo habitant, uerisimiliter fecerunt, uel saltem sciunt a quo factum fuerit, ipsis negātibus potest aduersus eos iudex deuenire ad tormenta,ut traditur in l. dominus horreorum. in prin.ff. loca. ut ibi per Bal.& et Bar.Put.In tract.suo,char.84. col. 2.& idem quo ad eos, qui dum frequentabant,Alex.in 1.uol.consi.51. col. 5. & uide ad hęc Ias.in l.si quādo.C.unde ui 6.col.8. circa fi.& intelligē quemadmodum declarat Bal.in d.l. dominus horreorum. & in l. 1.C.loc.& Ias.in l.in actionibus.col. pe.ff.

12 de in lit.iuran.Circa primam,† quādo testis uacillat pone exemplum, nō solū quando in iudicio uacillat,modò unum, modò aliud dicendo,in eodem iudicio,sed etiam quando deuiat in iudicio ab eo, quod dixerat extra iudicium. Ita Alex. in consil.63. uol.1.ubi est uidendum & Cępo. consi.61. col.1.& 2.non dico prout dicit Bar. ꝙ hoc casu puniatur de falso,in l.eos. ad fin.ff.de fals.sed posse uti uacillantem torqueri: nā reprobatur Bar.in d.l.eos.quia talis nō stotest de falso puniri,ut per Docto.c. cùm in tua.de test.Alex.consi.154.col pe.in 5.uo. & per Tind.ubi omnino uide in tract.de testi.in 4.c.& per Dec. in c per tuas.col.fin.

13 extra,de proba.Et aduertēdum est, † quia non

non uidetur sufficere uacillatio, nisi etiam testis fateatur interfuisse. Ita gloss. in leg. unius. §. testes. ff. de quæst. Io. And. & Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & Alex. in d. cōsi. 63. de quo dubitari posset, quia Bar. in d. l. ex libero. simpliciter dicit uacillantem torqueri, & item quando conuincitur de mendacio, in hoc secundo casu intelligens tex. in l. unius. §. testes. ff. de quæst. per quem glo. ibi asserit id, quod dixi. Sic etiam intelligunt multi alii secuti Bar. ubi suprà propter quæ uerba de facili unusquisque ita credere posset & opinari hanc esse opin. cōmunem. Nihilominus arbitror ueriorem opinionem esse glos. in d. §. testes. ut nō sufficiat simplex uacillatio, nisi etiā dicat se facto interfuisse, moueor per tex. in d. §. testes. qui factus est ad hoc: & quia Doct. cōmuniter in d. c. cum in cōtemplatione. ita uolunt: sic etiam Doct. relati per Alex. in d. consi. 63. maximè Cyn. in l. fi. C. de quæst. qui omnino uidendus est, & ipsemet Alex. in eo consi. Moueorque etiam, quia non reperio glo. in d. §. testes. esse ab aliquo reprobatam, ita ut nec Bart. ibi quicquam pungat eam, imò reperio Alber. ibi clarè dicentem, ꝙ dicta duo requiruntur, & reuera non uidetur ꝙ aliqua ex parte debeat haberi in consideratione uacillatio, nisi ille interfuerit facto: quia eo casu potest existimari, ꝙ ueritatem uelit occultare, non autem quando non interfuit, ut de se patet: & non sine ratione ego dixi. Et dicunt Doct. ꝙ ipse hoc debeat attestari: quia ubi alii hoc asserant, ipso negante, tunc sine dubio est torquendus ratione mendacii, secundum Bar. & communiter Doctores suprà relatos, dantes etiam hunc sensum ad d. §. testes. qui etsi non multùm conueniat, tamen in se uerus est, ut maximè patet ex his, quæ dixi supra in 3. q. princ. in 2. col. loquēdo de indicio, quod resultat è mendacio, & aliis paulò ante dictis. Item aduertendum est prædicta procedere in causa criminali:

14 † in causa uerò ciuili testes etiam uacillantes non torquentur. Ita probat tex. in l. diuus. in fin. ff. de quæst. iuncto. pri. tex. qui aliud uult quo ad seruos. & ita Bar. in d. l. diuus. Si tamen essent uiles, & uacillarent, possent torqueri, Ita Cyn. in l. fi. C. de quæst. refert & sequitur Ias. in l. imperium. in 13. col. uersic. sed aduerte. ff. de iurisd. om. iudi. & ita de liberis testibus dixi.

15 De † seruis uerò, an & quando possint torqueri tam contra extraneum, quàm dominum præsentem. uel præteritum, uide Abb. & alios in d. c. cùm in contemplatione. de reg. iur. & Sali. in l. fin. col. 2. & in l. interrogari. C. de quæst. Angel. in 1. C. de quæst. & Alber. in eodem tit. in rubrica, & alibi sæpe: nec fit differentia. an simus in criminalibus, uel ciuilibus. d. l. diuus. in prin. quia genus eorum admodum sordidum est, ut dicit Ang. in d. l. 1. & Doctores ubi suprà. Verùm quia, ut uides, liberi uacillantes & in criminalibus & in ciuilibus torquētur. Vbi tamē in ciuilibus sint ēt uiles, operæpretium est aliqua dicere ad ueram intelligentiam huius termini uacillationis, & an differat uariatione, & contrarietate. In quo breuiter dic differre,

16 † quia testis dicitur uarius, cum nulla causa assignata dicit cōtrarium eius, quod primò dixerat. cap. dilectus. extra, de tempo. ordin. Contrarius uerò est, cùm dicit duo, quæ simul esse non possunt: ut si primò dixerat contractum fuisse Romæ die tali celebratum, postea dicit se illo die fuisse Narbonę. Sed uacillans dicitur, qui timendo & dubitando uariè loquitur. leg. eos. ff. de fals. & in l. 2. cūm similib. ff. de testi. &

17 † testimonium talis non solum non ualet, uerùm etiam ipse punitur. l. nullum. C. de testib. Hanc declarationem tradit Specul. in titu. de teste. §. 1. uersi. itē quòd testes sunt uarii. ut est ultra Specul. de uacillante gloss. expressa in cap. si testes. §. in uerbo, uacillant. 4. quæstio. 3. quam allegat & sequitur Alber. in d. leg. ex libero & ultra Speculat. etiam expressè ita declarat Inno. in in cap. præterea. in fi. de test. cog. qui dum loquitur de uacillante, & dicit illum esse, qui dubitando loquitur, Subdens etiam, item & qui uariè loquitur, uoluit simul utrunque iungere, sicut facit Specul. & sequitur Specu. & Innocentium Bar. in d. l. eos. &

18 † quæ dicantur diuersa testimonia, & quæ falsa, & quæ aduersa, & contraria, ponit idem Bar. in d. l. eos. col. pe. uide etiam in tract. Clau. char. 51. & omnino uide Tind. in tract. suo solemni de uarietate testium. in 13. char. col. 1 ubi ponit primò. quę dicātur falsa testimonia, & quę nō & hoc in capi. incip. transeamus. 2. an capi.

seq. quod incipit, uaria. ponit quæ dicātur uaria, aduersa uel contraria. Ex quibus sequitur dum Barto. clarè uult in d. l. ex libero. & Abb. & Doctores in d. cap. cùm in cō
19 templatione. de regu. iur. ut testis † etiam uilis non torqueatur, si sit liber, nisi uacillet, hoc procedere in ipsa uacillatione non autem quando simpliciter est contrarius, uel uarius: & ideo etiam l. nullum. C. de testib. quæ uult testem posse torqueri, & puniri si falsitate non caret, intelligitur à Doctoribus procedere in uacillante. uide ibi Cin. & alios, & ꝙ solùm si uacillat testis sit torquendus, etiam sentit Alexan. consil. 63 uolum. 1. Nam in primis facit regulam ꝙ testis uacillans potest torqueri, posteà ostendit eum, qui primò unum dixit extrà iudicium, posteà contrarium in iudicio esse in casu uacillationis, & aliter non esse torquendum. Contrarium tamen, scilicet ut testes uarii & contrarii sint torquendi, sentit Bar. in d. l. eos. uersic. & ideo pro declaratione. & in l. 1. §. quæstioni. ff. de quęstionibus. & in l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adulteriis. imò nihil uidetur
20 magis † notum, quàm ut subiiciatur tormentis testis uarians, & qui sibiipsi sit contrarius, & tunc statur ultimo dicto in tormentis, secundum Barto. in locis proximè allegatis & Doctores in cap. cùm in tua. extrà, de testibus. maximè Felin. colum. pe
21 nul. & ideò † dicimus quando quis in tortura unum asserit, posteà repetitus dicit aliud, posse repeti torturam, imò toties quoties ita uariat, per dicta Bar. in l. unius. §. reus. in fi. de quæstionib. & melius & magis ad rem in l. de minore. § plurimum. co. 1. ff. de quæstionib. Angel. consil. 23. & per Angel. Aret. in gloss. in uerbo, fama. in materia torturæ. in 9. quæst. & Put. in tracta. syndic. in char. 91. col. fin. uersic. uiso de repetitione. ubi omnino uide. Ad confirmationem primę opinionis quòd testis debeat uaccillare, adduco text. in d. l. ex libero. & quòd aliter torqueri non possit, tenet Socci. in consi. 253. colum. 2. uersi. præterea. & Bald. in l. presbyteri. colum. 2. in prin. C. de episco. & cleri. Bart. & Doctores in d. l. ex libero. & Abb. & Doctores. in cap. cùm in contemplatione. de regul. iur. & puto esse ueritatem ipsam. ut requiratur uacillatio, quia lex ex libero, & Doctores ibi, & in d. ca. cùm in contemplatione. non possunt euitari. & Barto. etiam ita uult in d. §. plurimùm, si bene uides. Tamen Doctores quo ad hunc effectum torturæ habent pro uacillāte omnem qui uariat, modo unum modo contrarium dicendo, Hoc elicio ex dictis Bart. in d. l. eos. in d. uersi. & in d. §. quæstioni. ac in d. §. sed & si negauerit. & ex dictis Doct. in d. cap. cùm in tua. & amplius hoc elicio ex dicto cons. Alex. 63. in princip. quia consuluit quem dici uacillantem ex eo solo quòd primò extra iudicium unum dixit, posteà in iudicio contrarium. qui tamen non dicitur uacillans secundum diffinitionem de qua suprà, imò licet etiam non diceretur uacillans, sed solùm uarius, & contrarius tamen deberet torqueri, ut latè consuluit, in terminis Cę pol. consi. 61. col. 1 & 2. ubi omnino est uidendum. & ita practicatur, & hæc nō sunt considerata in repertorio Hippoly. in sing. 303. qui etsi ita clarè uelit, tamen locutus est oculis clausis. Et ad declarationem prę
22 dictorum scias † ꝙ testis non dicitur uariare qui repetitus addit dicto suo, Deci. consi. 100. col. 5. nec etiam ille qui primò dixit ꝙ omnes, posteà quòd maior pars, Dec. ibidem, col. penult. circa prin. & quid de eo qui primò asserit unum uti certus, posteà in alia depositione dicat quòd non erat bene certus, nec habebat bonam memoriam, uide Felin. in cap. si autem. col. 2. in princ. de rescript. & Pau. de Cast. in leg. dolo. C. de dolo. & ibidem Alex. ac Alex. omnino in l. 2. col. 3 ff. quod quisque iur. & econtrà quando quis primò dixit nescire, post ea scire. Vide Bar. & Alexān. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infec. & ibi in apostillis impressis, & quid in eo qui primò dixit scire, posteà credere. Aretin. consi. 44. col. fin. Felin. & Areti. in cap. quoties, extrà, de testi. & Ias. in rubr ff. de iureiur. & omnino uide Tinda. in d. tract. de uarietate testium. in dictis uersi. char. 13. ubi latè quando dicantur falsa testimonia, uaria & aduersa, & quando non, ac etiā char. 2. col. 3. uersic. narrabam ubi quærit quid quando proximo dixit, Credo posteà per uerbum, ueritatis. & in uersic. seq. qui incipit sequentem. ubi quid quando primo dixit mihi uidetur, secundò per uerbum affirmatiuum. & uersic. seq. qui incipit post

hæc

hæc de teste qui primo dicit dubitando, postea affirmando, & sequen. de teste qui primo dicit nescire postea scire, ac seq. de eo qui dixit primo non recordor, & secunda uice, scio uel recordor, & de aliis, ut ibi est factus tractatus ille ad hoc. & Doctor est solemnis, unde ad eum semper recurre in hac materia uariationis testium. Non tamen
23 est omittendum, † testem non dici uarium si incontinenti se corrigat allegando iustam causam erroris & correctionis, & ita iudici uideatur, ut per Bar. in d. l. eos col. 2. uersi. item oppono. & refert & sequitur Are. in cap. per tuas. col. 3. extrà, de testi. ubi declarat procedere in uariatione, non in additione, & supletione, cótra hoc dictum Bart. adduco eundem Bar. in l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obliga. circa fi. uersi. fateor tamen. ubi uult simpliciter quod in teste licita sit uariatio antequàm primum dictum habeatur pro perfecto. & ita Firm. in uerbo, testium repertitio. uersi. 9. & 10. ubi omnino uide quod est antequam testis fuerit à iudice dimissus, ut dicit præfatus Firmian. post Bald. per eum allegatum in l. lecta. ff. si cer. petat. Et ad hoc posset allegari notabile dictum Bal. in l. fi. C. plus uale. quod agi. ubi per illum tex. di
24 cit † quòd postquam testes deposuerunt debet iterato eis legi eorum dictum, ut per lectionem depositio compleatur, & tollatur error, & sequitur Felin. in c. per tuas. col. penul. de testibus. quam practicam obseruari uidi à maximo Doctore D. Hieronymo Castellioneo, unde Bart. in d. l. eos. esset intelligendus post dimissionem antequàm cum parte esset locutus. Credo opinionem Bart. in d. l. eos. esse ueram simpliciter quòd & dum examinatur, & post ante dimissionē nō sit licita uariatio. nisi iuxta modum per eum traditum in d. l. eos & ideo Inno. in ca. præterea. de testi. cog. di
25 cit † quòd quando testis in continenti se corrigit non statur correctioni simpliciter sed debet iudex attendere modum correctionis, & refert & sequitur Felin. ibi, col. fin. in princip. & sic loquitur, & in ipso actu, & post antequàm fuerit dimissus, & uide omnino Abb. in eo. cap. præterea. in ulti. notab. in uersic. dicit tamen multum notabiliter hic Innoc. ubi dicit post. Innoc. iudicem debere diligenter attendere modum & causam correctionis. c. cùm dilecti. extrà de accusatio. & nisi cognoscat eū posse probabiliter se corrigere, incidit in suspicionem & uacillationem. ff. de testib. l. in testibus. & per d. cap. cùm dilecti. & cum hoc dicto conformi dicto Bart. in d. l. eos. etiam Abb. ibi, & Doctores uolunt ut
26 incontinenti dicatur, † & quando nondum exiuit conspectum iudicis, & antequam allocutus fuerit partem, nisi aliud uelit qualitas personæ, & nemini dubium est, quòd etiam incontinenti dicitur, imò multum magis dum testis examinatur, atque ita uidetur præcisè loqui tex. in d. c. præterea. si illum bene uides, & omni casu quo dicitur incontinenti uolunt Doctores ut procedat dictum Innocen. & Bar. in d. leg. eos. & Bartolum in d. leg. eos. etiam latè sequitur Tinda. in suo tracta. char. 2. uersicu. alteram exceptionem, ubi prosequitur posteà illud per 3. colum. nec Firmian. dicit contrarium, si bene uides, quamuis de eius authoritate & dictis per modum repertorii parum esset curandum: Nec obstat practica Bald. in d. leg. fin. C. plus uale quod agitur. quia conuenit cum declaratione Bartol. in d. leg. eos & dicam etiam infrà in rubr. de opposit. contra testes. Non obstat dictum Bartoli in d. leg. quicquid astringendæ. quia solùm dicit quòd potest uariare in ipso actu, sed an etiam requiratur allegatio correctionis nullum uerbum: & ideo debet cónuenire cum hoc alio dicto communiter approbato, & uide omnino Aretin. in d. leg. quicquic astringendæ, qui colum. 2. disputando an Bartol. ibi bene loquatur, inquit cómuniter solet dici admitti correctionem, quousque non transiuit tempus quo potuit loqui cum parte, & tunc sine dubio secundum communem sententiam debet allegari causa correctionis, aliàs uti uarius est puniendus. l. eos. cum simili. ff. de fals. & de prædictis an & quando dicatur uarius, & possit testis se corrigere, uide quæ dicam in materia falsi circa articulum, quod falsitas debet concludere & esse inexcusabilis, & in rubrica de publica. process. cir-
27 ca fi. ubi latissimè. Item † non est uarius, nisi quando est uarietas in facto principali, secus si sit in quibusdā accessoriis. Bart. in d. l. eos. uersi. pro huiusmodi. Abb. post

Innoc. in cap. fraternitatis. de hæret. Ias. in leg. 1. §. in apostillis nouis. ff. de oper. noui nunt. & alibi sæpe, & non solùm procedit in teste sibiipsi contrario sicut loquitur Barto. sed etiam in duobus sibi contrariis. Dec. consil. 100. col. 3. circa fin. & seq. Di-
28 minuitur † tamen testi de fide. Dec. consi. 105. col. 6. qui allegat. Bald. & Socci. & quā
29 do testis est suspectus † quo casu licet super impertinētibus eum interrogare, quin imò debet iudex eum inuoluere, si potest, ut per Dec. in cap. licet causam. col. 5. uers. octauò nota. extrà, de proba. fides penitus tollitur. Alex. consi. 154. colum. 2. in fi. uol. 5. & Soccin. consil. 98. circa fin. col. 1. loquitur tamen Bartol. in d. l. eos. quo ad puniendum de falso, non quo ad torquendū, imò tales interrogationes fiunt & admittuntur in testibus suspectis, ut demum uia torturæ ueritas aperiatur, unde ubi non sumus in teste suspecto, sed tamen in eo
30 † qui interrogatus circa non essen talia uariat, credo talem uariationem non sufficere ad torturam, quia Bar. in ead. l. eos. dicit non esse uarium, & sic cessat indicium, sine quo torqueri non potest. Bar. in l. 1. ad finem principii. ff. de quæstionib. & dixi suprà, & clarius hoc uult Tinda. in dicto suo tracta. de uarietate testium. char. 13. uersi. uaria. colum. 3. in illa charta ubi dicit talem uarietatem minimè nocere debere testi, uel facere testem uarium, adeo quòd iura de testibus uariis loquentia non habent locum hoc casu, & uide omnino in
31 hac materia testis † qui falsitatem admisit in non substantialibus. Ias. in l. 2. col. 6. C. de bonor. poss. secund. tab. & ibi etiam habes quomodo puniatur talis, & quando dicatur impertinens, & nihil facere ad causam id super quo falsitatem interserit in quo ultimo concludit satis esse quod aliquomodo faciat ad causam pro quo est tex. in c. quoniam. & ibi Bald. not. & sequitur Feli. ibi col. 1. extrà, de testib. & subdit
32 Ias. in d. l. 2. adhuc † non dici uarium si in modico est contradictio. Videtur tamen si testis iurauit dicere ueritatem super facto principali & appendicibus, ꝙ tunc aliud sit, & dubium mouet Ias. ubi suprà, qui etiā sentit ꝙ semper testis ita iuret, & plus ultra non procedit, sed ad hoc uide Bald. in rub. de contro. inuest. col. 2. & in l. si ex falsis col. fi. C. de transact. & Aret. in c. in nostra. de testib. col. 2. dicam in rubr. de oppositionibus contra testes. In præsentia tamen mihi communis uidetur cum dictis
33 Bar. in d. l. ꝙ † aut d. ponit falsum in his quæ pertinent ad causam, aut non, ut suprà retuli, & ultra Ias. in dictis locis etiam idem ponit Ias. in l. si duo patroni. §. idem Iul. colum. fi. ff. de iureiuran. in uersicu. & circa prædicta. in l. 1. in prin. col. 10. ff. de offic. eius. & Felin. in d. cap. fraternitatis. de hæret. col. fi. In his locis apparebit hac esse communem opinionem, & ita etiam obseruatur. Non tamen est omittenda cautio Bart. in d. l. eos per quam testis potest
34 effugere hos inexplicabiles modos: † nam cùm iterum examinatur potest dicere, dico sicut alias deposui, & si iudex nolit admittere hanc responsionem, sed uelit, ut rem narret, potest dicere, Legatis mihi dictum meum, & tunc iudex debet legere. & subdit Bartol. ꝙ tametsi iudex sibi legat dictum suum, tamen ad abundantem cautelam debet testis dicere quod si appareat se prius aliter dixisse, ex nunc corrigit dictum suum secundum, & se refert ad primum cum eo tempore melius recordaretur, & satis incontinenti dicitur, & cum causa se corrigere, iuxta dicta suprà, facit ꝙ quando me refero ad aliquam scripturam, si in referente aliquid reperitur quod non sit in relato non attenditur, sed tātùm consideratur relatum, & illud tantùm dicitur dictum, ut per Decium latè consi. 63. colum. 4. & in teste est consil. Alexand. 56. colum. 2. uolumi. 2. & alibi ut in repertorio Hippoly. in d. l. eos. & de teste uario uide Alcia. in tractatu præsumptionum. regu. 2. præsumptione 29. & præsumptione 31. Erat etiam animus aliqua dicere ad declarationem ultimi dicti Bartol. in d. l. eos. dum uult ut illa lex. eos. procedat in eodem teste, qui sibiipsi contradicit, non in diuersis testibus sibi inuicem contrariantibus, qui sunt redigendi ad concordiam: sentiens clarè testem sibi contrarium non redigi ad concordiam, sed puniri de falso, sed ne idem sæpius repetam te reiicio circa dictam materiam testium ad rubricam de qua suprà sæpe mentionem feci, uide tamen in præsentia Alexand. & Ias. in l. duobus. §. fin. ff. de iureiuran qui dicunt,

35 dicunt, † quando testes hincinde sunt cótrarii neminem puniri de falso, & infert Ias. quod testes instrumentarii ubi contradicant notario, & instrumento, nec ipsi propter notarium, nec notarius propter testes poterunt puniri de falso qui tamen loquuntur ubi pares contra pares, aliàs in actu non reiterabili plures & digniores uincunt, & uicti remanēt falsi. ita loquitur Bald. in dicto §. fin. & traditur in capit. ex literis. de probatio. & in cap. licet causam. eodem titulo de probationibus. & expressè Aretin. in consilio 13. char. 3. columna 2. & ita intellige eundem Aretinum in consil. 71. colum. penultima. dum audacter uidetur uelle in duobus sibiinuicem contradicentibus, ut uterque puniatur de falso, & ita se habere communem opinionem loquendo in eodem actu, ita ut concordare non possint, quia uel nolunt dicere aliud quam quòd neutri credatur, & detur materia iudici intelligendi an alter uel ambo dicāt falsum uel malè loquitur,
36 & dum Ias. etiam posuit exemplum † de testibus instrumētariis contra notarium, & de notario contra testes, somniauit, quia imò notarius punitur de falso, iuxta latè dicta in cap. cum Ioannes. de fide instrumento. & in leg. 2. §. si quis neget. ff. quemadmod. testamen. aperian. & in leg. in exercendis. C. de fide instrument. De eodem teste an possit fieri concordia, ponit Felin. in cap. cùm tu. in prima conclusione. de testibus. & dicam de omnibus in dicto titu. de oppositionibus contra testes, & de exemplo somniato Ias. dicam in titu. de fals. & ibi amplectar falsi materiam nō solùm notariorum, sed etiam partis & testium instrumentariorum & aliorum quorumcunque. Hic etiam caderet materia
37 † quando testis est uarius & torquetur, cui dicto sit standum, distinguendo tres casus, quia aut sumus in eodem iudicio, aut in diuersis, aut quis in iudicio dicit contrarium eius quod dixit extra iudiciū, ut facit Bartol. in d. leg. eos sed dicam in materia testium sub dicta rubrica de oppositionibus contra testes, & ibi fortè dicam quid quando uariauit quis sæpius, ut fecit notarius de Bumio in causa cuiusdam falsitatis, qui uno die dixit unum, alio die contrarium, & sequenti reuersus est ad primum dictum, & alio die affirmauit secundum, sic uariando etiam in aliis examinibus sequentibus, & cum tortura, an nulli dicto credatur, siue stetur, attentis tot uariationibus & uacillationibus, an uerò illi stetur dicto quòd uidetur coadiuuatum aliqua uerisimilitudine, iuxta consil. Soccin. 253. & quæ ponit Tinda. in dicto suo tract. de dicto magis uerisimili. In præsentia tamen uide in hac materia Felin. in cap. cùm in tua. de testib. ubi facit regulam cum fallentiis, & Aretin. in cap. sicut nobis. de testib. Deci. in consi. 189. col. 3. & Tinda. in tractatu suo. in 3. parte principali. char. 12. & sequentibus, ubi reassumit dicta Bar. in l. eos. Vltimo quæro quādo testis qui uti uacillans uel uarius, uel aliter suspectus torqueri debet, ut dixi,
38 † An si petat copiam indiciorum sibi sit decernenda antè, quam torqueatur? Dic copiam indiciorum dari, ut disputetur super ea. l. custodias. ubi gloss. & Doctores. ff. de public. iudic. & ideo si quis sit torquēdus, ubi sit seruus, & ubi sit liber si non sit torquendus, iuxta l. ex libero. & l. diuus. ff. de quæstionib. prius hæc exceptio an sit liber uel seruus examinanda erit. d. leg. custodias. cum ibi notaris. & est tex. in d. l. si quis ne quæstio. & in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæstionibus. Aretin. in cap. ex
39 parte. colum. 6. extra, de testib. Sed † si est torquendus ex aliquo indicio quòd resultet ex dictis, quæ causam principalem tangant iuxta dictum Bart. in l. 1. ad finem principii ff. de quæstionibus. quia sit mendax, iuxta l. unius. § testes. ff. de quæstionibus. uel uacillans, iuxta l. ex libero. ff. de quæstio. siue uarius uel contrarius: iuxta lat̄e dicta suprà. & tunc licet hoc sit discutiēdum, tamen solum iudici hoc committitur absque aduocatis. ita declarat Bart. in d. l. unius. §. testes. ubi omnino est uidendum, & sequitur Bru. in tractatu suo, char. 6. colum. 3. & nemo quem uiderim contradicit, non uideo tamen quomodo bene probetur intentio Bartoli, qui ad hoc allegat textum in dicto §. testes. l. is cui. eod. titu. §. si uerò ignoti in Authen. de testibus. & l. nullum. C. de testib. quæ leges & aliæ ad idē, & si dicant testem in suis casibus esse torquendum, non tamen illud dicunt ubi sit dubium super indicio absque disputatione

1 † accuſatorem ita poni in carceres ſicut accuſatum. Caſus eſt in l. fi. & ibi Bartol. & Doct. notant, C. de accuſat. & hoc quia ita tractatur de periculo uitæ ſuæ, ſicut & accuſati propter pœnam talionis, ut ibi, quæ tamen hodie ceſſat ex conſuetudine ſecũdum Bart. in l. penul. §. ad crimen. col. 1. in fi. ff. de publi. iudic. Angel. de Malefi. in glo. nec non ad querelam. ubi latiſſimè materia accuſationis in uerſicu. quartò requiritur. & Marian. Socc. in cap. ueniens. char. 2.
2 col. 2. de accuſatio. Scies etiam † ꝙ & ſi interdum poſſit eſſe accuſator aliquis qui non poſſet teſtimonium perhibere. l. 2. ff. de accuſat. iuncta l. 3. in prin. ff. de teſt. & per gloſſ. in §. conſequens inſtit. de ſuſpect. tutor. Tamen adeò multi ob diuerſas qualitates reddentes eos ſuſpectos repelluntur ab accuſando, exemplo teſtium in quibus debet eſſe ſyncera & fidelis uox, iuxta d. l. 3. cum ſimilib. ut per Ang. Aretin. in d. gloſſ. Gandi. in tracta. ſuo, in prin. & Specul. in tit. de accuſ. §. 2. ut meritò poſſimus dicere, ſicut dici Spec. in d. §. 2. qui inci-
3 pit, tertiò. in uerſicu. & nota † ꝙ accuſatoris ordo, ubi concludit ordinem accuſatoris & teſtis pari paſſu ambulare, & clarè apparet in pluribus capit. 3. quæſt. 5. cap. 1. & ſucceſſiuè in immediatè ſequentibus, maximè in capi. accuſatores. dum dicit in offenſus igitur accuſatorum & teſtium affectus eſt, & non ſuſpectus. & ad idem etiam ſunt iura allegata per Speculat. & per Salic. in l. 2. C. qui accuſa. non poſſ. ubi omnino eſt uidendum. tractatur enim de maiori periculo in accuſatore quàm in teſte, propter dictam pœnam talionis, ut per eum. Vnde & tertiò ſciendum eſt, ac notan-
4 dum † abſque aliis indiciis accuſatum in carceres coniici, niſi tamen eſſet crimen pro quo dimittendus eſſet præſtita fideiuſſione. ita probatur in d. l. fi. C. de accuſat. & ita clarè ſentit & uult Specula. qui melius ſcripſit in hac materia quàm alius, in titu. de acuſatione. §. 1. col. 3. uerſi. & nota ꝙ accuſatus. & col. ſeq. uerſic. cùm autem. & ſequentibus iuncto uerſicu deinde. col. 6. ubi poſteà uult ut aſſumantur indicia, & fiant probationes, & probatur in text. cum ibi not. in l. 1. ff. de cuſtod. & exhib. reor, & in l. 1. C. eod. tit. & patet hoc eſſe uerum, quia ſi ex debilibus indiciis, imò ſola ſuſpicione quando proceditur ad querelas noſtri temporis, ſiue ex officio quis detinetur, ut dixi ſub rubr. de captura. ergo multò magis id fiet præcedente accuſatione, in qua admittenda, magna conſideratio habetur maximè qualis ſit accuſator, & an ſit ſuſpectus uel non. & ita etiam Gandi. poſt Azo. in tracta. ſuo, in tit. quid ſit agendum reo præſente. col. 3. in uerſicu. & eo ipſo quòd
5 quis accuſatur, & ideò † etiam non procedit accuſatio, nec admittitur, niſi conſtito de delicto, per ea quæ dixi ſuprà, in prima parte de delicto, & ita expreſsè Gandin. in tit. qualiter fiat accuſatio. col. 2. uerſic. idẽ ut dictum eſt. Ex his non mirum eſt ſi tex. in cap. illi, qui. d. quæſt. 6. dicit quòd nonnullæ perſonæ ſuſpectæ, quæ alias repellerentur ab accuſando Epiſcopum in criminibus exceptis, iuxta cap. per tuas. de ſimo-
6 nia. cum ſimilib. admittuntur † & eis creditur cum tortura tamen: Nam etiam accuſatoribus creditur ut uidiſti, & dicit etiam clarè tex. in cap. accuſatoribus. 3. q. 5. uerùm ut ſuprà in 10. quæſtione principali,
7 latè dixi, † teſti crimine notato non creditur ſine tortura, ita nec accuſatori, & ſic intelligas hunc textum quem etiam ita intelligit Innocent. in cap. cùm in contemplatione. de regul. iur. in fin. & Ioan. And. ibidem quos uide, quia ſic in effectu uolunt dicere dum de tortura accuſatoris loquuntur, hunc tamen intellectum non poteſt recipere l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maieſta. ubi etiam habes accuſatorem, ſicut accuſatum torqueri: quia loquitur in omni accuſatore etiam crimine non notato, ſed dic ibi eſſe ſpeciale, ut poſtquàm contra reum adſunt indicia illius criminis, & tortus in negatiua perſeuerat, tunc ipſe accuſator etiam ad fraudem detegendam, ex quo poſſet colludere cum accuſato pariter torqueatur, ut ibi declarat Salic. & quem tex. allegat gloſſ. 15. quæſt. 6. in ſumma. ubi omnino uide, quia ponit de tortura rei & teſtium, & ſubdit etiam accuſatorem interdum torqueri, & allegat d. l. ſi quis alicui. Ego uerò dicerem
8 quo ad torturam accuſatoris † quòd omni caſu quo poteſt procedi contra accuſatorem, uel ad pœnam talionis propter calumniam, uel actione iniuriarum, uel de falſa accuſatione. iuxta dicta Bart. in leg. ſi

quis obrepserit. ff. de falsis. & Bald. in l. ubi cunque. C. de seru. fugit. & quæ dixi suprà, sub tit. de accusat. & notata per Alex. consil. 11. uol. 1. Soccin. consil. 118. col. penulti. & ulti. Bart. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notan. infam. Felin. in cap. 2. de calum. & Angel. Aret. in suo tracta. in uerbo, nècnon ad querelam, etiam tunc deuenire possit ad quæstiones seruatis his quæ seruantur contra reum per text. & ibi not. in l. fin. C. de accusatio. quia etiam dum proceditur actione iniuriarum, uel de falsa accusatione ex l. Remia, cótra accusatorem, reus est, placet etiam summopere quod dicit Put. in suo tract. syndic. in ultima char. uersi. quidam. qui latè loquitur de tortura
9 accusatorum, & concludit † accusatorem si sit uilis & ignobilis, & nulla indicia uel probationes ostendat ad uerificandam accusationem institutam torquendum esse. quòd ego intelligo ubi procedatur aduersus eum super falsa accusatione data querela per accusatum. iuxta l. Remiam, ut dicit Bar. in l. fi. C. de accusa. iuxta, ut dixi, notata in l. si quis obrepserit. & in l. ubicunque. uel ex officio ubi sic procedi possit, uel si essemus in casu. leg si quis alicui. uel etiam si procederetur de iniuria, uel etiam ad pœnam talionis ubi possit procedi, & non esset plenè conuictus, & sic omnia intelliguntur, & cum fundamentis, nó omittendo quòd etiam accusator aliàs inhabilis propter eius uitam non admittitur sine tortura sicut suprà dixi. Absoluta materia
10 torturæ, † quia confesso, uel conuicto ét non publicato processu ad se defendédum datur copia processus. l. unius. §. cognitorum. ff. de quæsti. & l. 1. §. si quis ultrò. eod. titu. & dixi suprà in tit. de confessis. & illi contra quem adsunt indicia datur copia indiciorum, ut dixi suprà in hac materia torturæ, in 4. quæstione principali. & eodem modo & in consequentiam etiam in dictis casibus datur copia omnium accusatori, si illam habere uoluerit, ad impugnandum per prædicta, & per regulam quòd in iudiciis est seruanda æqualitas. l. fin. C. de fructib. & lit. expens. & leg. penulti. C. de tempo. in integ. restit. pet. & regulam, in iudiciis. de regul. iur. in. 6. secundum primum exemplum gloss. ibi. & regulam, non debet actori. de regu. iur. gloss. fin. in cap. ex teno re. de testib. maximè, quia sumus in medio causæ, iuxta gloss. in cap. cum ad sedem. de restit. spol. & quia actor dicitur reus dum respondet exceptioni. l. 1. ff. de except. habetur in cap. 1. de probat. & in l. fin. C. de æden. & per Felin. in prooemio Decretal. Alex. & Moder. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtemp. tex. & ibi Deci. nu 14. l. 2. C. de æden. ubi uide. Ideo non ab re erit, sed admodum utile hic aliqua subiicere concernentia modum, tam se defendendi, quàm ipsam defensionem pro ueritate impugnandi.

Tit. de Defensionibus reorum, & de defensionum impugnationibus.

SVMMAE.

1 *Confessio considerari in primis debet à defensore, an dolo uel propter pollicitationem fuerit extorta, ut possit reuocari.*

2 *Confessio rei si sit qualificata, debet capitulari & probari qualitas.*

3 *Qualitas in confessione addita probari potest per unum testem, ut elidat probationem quærelantis.*

3 *Confessus reus simpliciter potest tamen ex interuallo se excusare, & ubi generalitas iuramenti excusationem non admitteret potest reuocare docendo errorem, & licet nó reuocasset, sed negasset simpliciter, tamen probando innocentiam, admitteretur.*

5 *Confessio metu extorta reuocari potest per confessum & an tortura sufficiat ad probandum metum ubi deficerent testes.*

6 *Confessio in tormentis prolata etiam præcedentibus indiciis potest reuocari constito de errore & metu seuerioris torturæ.*

7 *Conuictus per testes capitulare debet contrarium, & probare per testes ut se defendat & stabitur uel pluribus numero, uel dignioribus.*

8 *Iudex potest magis credere testibus actoris quàm rei, dum tamen exprimat causam in actis ne teneatur in syndicatu.*

9 *Rei testibus magis adhærere iudex iustus debet*

debet quàm actoris, etiam si testes actoris plus in aliquo praeualeant testibus rei.

10 Probatio rei imperfecta directè contraria probationi actoris nihil operatur, secus si tendat ad probandum quid diuersum, ut quod ad defensionem homicidium factum sit, uel quod mortuus sit ex malo regimine uulneratus.

11 Rei probatio imperfecta, & tēdens ad probandum quid diuersum a probatione actoris offuscat probationem actoris, ita ut possit reus torqueri non damnari.

12 Probatio dubia ex parte rei sufficit ad illius defensionem.

13 Probatio debet esse concludens etiam in materia fauorabili.

14 Directè capitulare quando quis dicatur, uel indirectè.

15 Testes rei uolentis probare directè se non fecisse delictum, debent remouere actum à sensu, non sensum ab actu.

16 Negans aliquid magni momenti factum in aliquo loco, quia dicat se fuisse praesentem in eo loco & non uidisse fieri id quod uerisimiliter est sibi notum, dicitur sufficienter probasse etiam si non addat rationem quod fieri non potuisset quin ipse uidisset.

17 Negatiua ut rectè probetur restringi debet ad certum locum & tempus.

18 Negatiua nimis multum restricta ad tempus repellitur.

19 Negatiua debet restringi ad breue tempus per testem, aliter est suspectus de falso.

20 Negans aliquid factum esse à certis mensibus citra, dicitur de nimis uago tempore deponere nisi natura actus de quo testis deponit aliud suaderet.

21 Negatiua potest & implicitè & explicitè proferri, & semper dicemur esse in negatiua, nec refert quòd etiam affirmatiuè proferatur.

22 Negatiuae quando sensibus corporeis probari possunt satis est illas simpliciter proferre, nisi testis interrogaretur de ratione.

23 Depositio facta super negatiua iuncta affirmatiua ex qua negatiua percipi potest sensu corporis, & de necessitate concludit, ualet, ac si super mera affirmatiua deponeretur.

24 Testes deponere uolentes aliquem tali die non fuisse in tali loco, sed alibi, debent deponere quòd cōtinuè per id totum tempus fuit in illo alio loco alioquin non concluderent nisi distantia loci tanta esset, ut sufficeret dicere illum fuisse in tali loco

25 Diuus Ambrosius eodem mane & fuit Mediolani, & Romae sacrum celebrauit.

26 Testes de hora deponentes ut quod aliquis tali hora erat alibi, debent diligenter interrogari quomodo recordentur de illa hora & quomodo sciunt quod esset talis hora.

27 Testis deponens quod aliquis erat tali hora, uel circa in aliquo loco non concludit nisi absque dubio in depositione comprehenderet tempus delicti.

28 Circa, particula denotat modicū ante, & modicum post arbitrio iudicis.

29 Testis deponens accusatum alibi fuisse, concludit etiam si non interrogatus rationem non reddat.

30 Testis deponēs Titium fecisse ad sui defensionem homicidium quod cōmisit absque alia ratione concludit.

31 Testibus super negatiua loco & tempore coarctata deponentibus non minus creditur quàm deponentibus super affirmatiua.

32 Testibus rei super negatiua coarctata deponentibus in dubio magis creditur, quàm testibus accusatoris super affirmatiua deponentibus.

33 Negatiua per quam falsitas actus indirectè probatur.

34 Testes super negatiua non coarctata loco & tempore deponentes sunt suspecti, non tamen puniuntur de falso nisi in duobus casibus.

35 Falsitas debet ex necessitate concludere.

36 Testis deponens super negatiua non coarctata, etiam si ostendatur mendacium in aliquo, uel si deponat quòd quis semper possedit per aliquod tempus, & probetur aliqua parte illius temporis non possedisse, non punitur de falso.

37 Pars quae se fundat in negatiua non coarctata redditur suspecta.

38 Reus non confessus nec conuictus, sed qui solum indicia contra se habet in defensione debet elidere indicia.

39 Ignorantia excusat reum siue confessum siue conuictum, siue indicia contra se habeat à poena delicti, & etiam à poena in quam incideret, quia contrauenißet uoluntati testatoris nisi poena tertiae personae applicaretur ex dispositione testantis.



1 N primis si est confessus reus, † debet eius causidicus uel aduocatus aduertere an confessio fuerit extorta dolo propter aliquam pollicitationẽ ita, ut indigeat reuocatione, iuxta consil. Imo. 100. dixi de hac confessione sub rubr. suprà de examinibus reorum. uersic. scias etiam. & in materia torturæ. in 9. quæstione principali. ubi uide, quia instrues te quomodo ualida sit uel non talis confessio. Secundò
2 † si confessio non est simplex, sed qualificata, quia dixerit, Feci, sed ad meam defensionem, quoniam reus potest damnari uel torqueri super ea confessione debet capitulare & probare, si tamen ita ueritas se habeat, dictam qualitatem: aliter poterit reus damnari ex tali cõfessione circa mortẽ tamen, & torqueri, ut dixi suprà rub. de confess. in uersic. secundo intellige. quibus adde

adde Dec. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. qui tamen ex quo sequitur Socc. in l. non utique. ff. de except. remanet damnatus quemadmodum etiam damnaui Socc. ibi, † &
3 sufficeret unus testis in probanda defensione ad elidendam plenam probationem homicidii, quia non est probatio contraria probationi quærelantis siue curiæ, ut declarat Anch. consi 285. colum. fi. & dixi sub rub. de conuictis. suprà circa fi. ubi uide, & secundum ea quæ ibi dixi, ita ēt hic loquor & repeto, & dicam etiam paulò infra in defensione quam conuictus facere debet. Tertiò debet aduertere † quòd
4 quamuis confessio sit simplex à principio, tamen ex interuallo potest confessionem excusare, & dicere se fecisse ad defensionem per c. cùm dilecti. de accusa. & ubi nō liceret ratione iuramenti ampli quod fecisset reus, posset saltem reuocare. Aret. in d. cap. & dixi in d. rubr. uersi. secunda cōclusio. & tunc deberet docere errorem secundum gloss. in cap. Romana. §. si autem. de appel. in 6. Aretin. in d. cap. cùm dilecti. columna penult. & fi & in fine dicit quòd hæc est communis, dixi latè suprà d. uers. secunda conclusio. & licet erraret reus in non reuocando, quia simpliciter negaret id, quod fassus fuerat, tamen ubi admitteretur ad probandam innocentiam per testes, absolueretur illa patefacta. Aretin. in cap. ex tenore. de testi. in 5. notab. dixi ubi suprà, in uersicu. & dum dixi suprà.
5 Quartò debet aduertere † an inductus aliquo metu illato, uel inferendo confessionem fecisset reus, quia etiam tunc posset illam reuocare allegato metu, iuxta text. in l. 1. §. si quis ultrò. ff. de quæst. dixi latè suprà in uersic. posset etiam confessus ubi uide, & ibi an tortura sufficiat casu quo testes desint ad probandum talem metum, an uerò requiratur probatio per testes, uide ibi multisque aliis aduersionibus & modis confessio rei eneruatur, ut patet in eo tit. per totum, & in materia torturæ, in 9. quæst. princip. paulò ante fi. & non minus ex ibi dictis scies quomodo impugnetur reus &, offendatur quàm quomodo defendi possit & protegi, quia materiam totam amplexus sum, & consequenter tam partes accusatoris, quam accusati & rei. Et † hæc quando ex ipsa scriptura uidetur confessio spontanea, si uerò uidetur secuta propter quæstiones, tunc ad sustinendam eam, & eam destruendam sunt uidenda supra scripta in materia torturæ. in 9. q. princip. & ultra ea non dubito quin facta reuocatione talis confessionis in tortura factæ, etiam præcedentibus legitimis indiciis constito de errore & metu sæuerioris torturæ quam congrueret, reus debeat absolui arguendo à fortiori à confessione spontanea ad extortam. Nam tortura debet esse moderata & immoderata iuxta qualitatem indiciorum, ut latè dixi in 8. q. princ. in materia torturæ, & ideo si probaretur metus maioris, & illicitę torturæ, idem dicendum putarem quod suprà in confessione, quæ apparet spontanea.
7 Secundò † si reus cognoscat se testibus conuictum, & sic aduersum se plenè probatum iuxta l. qui sententiam. C. de pœn. & latè suprà tradita in tit. de conuictis. & sic innocens debet directe capitulare contrarium, & probare pro uiribus intentionē suam. & stabitur postea testibus suis, si erunt digniores, & uerisimiliora deponēt, siue etiam si erunt plures numero. c. in nostra. de testi. ubi etiam gloss. & Doct. aliàs stabitur testibus accusatoris siue actoris dignioribus, & uerisimiliora deponentibus etiam contra reum, loquor etiam in causa criminali. ita explicitè Feli. in d. cap. cùm in nostra. col. 2. uersic. & pondera. & ubi adsit paritas in dubio iudicandum est pro reo præualentibus eius testibus secundum gloss. in d. c. in nostra. & Doct. ibidem
8 Est tamen in facultate iudicis † etiam magis credere testibus actoris exprimendo causam maioris credulitatis in actis, aliter posset molestari in syndicatu. ita Felin. in d. c. in nostra. & Dec. in c. ex literis. col. 2. uersi. ter iò nota. extrà, de probat. imò amplius etiam quòd in aliquo testes actoris præualeant adhuc pro reo iudicandum est per gloss. notab. in c. cleri. i. 81. dist. inc.
9 ubi duo laici † qui deponunt ad fauorem rei, præferuntur duobus clericis qui stabant pro accusatore, & sic qualitas clericatus non tollit reo prærogatiuam absolutionis. & ita Abb. in d. c. ex literis. & in c. ad nostram. eod. tit. de proba. & alibi sæpe, & in effectu, licet Aret. ibi in d. c. ex literis dissentiat. Tamen in causa criminali.

Deci. hanc opin. sustinet propter præsumptionem l. meritò. ff. pro soc. quod in dubio quis non præsumitur deliquisse, & ita etiam loquitur præcisè dicta glo. & Abb. in c. cùm P. circa fi. de accusa. & dicam infrà in tit. de fauoribus defensionis. est tamen ut dixi in facultate iudicis magis credere testibus actoris, si uult, allegata causa in actis, & ex hoc omnia sustinentur: sed in dubio ubi non magis inclinet in unam partem, quàm in aliam procedet regula, uerùm ubi atrocitas delicti, qualitas accusati, & natura testium faciant eum inclinare pro accusatore, illi adhærebit, & habebit rationem non solùm eius testiũ ubi excedant, sed etiam ubi non excedant testes accusati, loquor in iudice iusto, si uerò sit iniustus ut multi sæpe repeiiuntur, hæc cóclusio Doctorũ, ꝙ res sit ei arbitraria, non solùm non sustinet omnia, imò ea damnat

10 & deturpat. Sed pone† ꝙ reus non plenè probet intentionem suã, an aliquid tamen operetur hæc imperfecta probatio? Dic non operari, ubi una probatio sit directè alteri contraria, secus si probatio rei tendat ad probandum quid diuersum, putà, probato homicidio contra accusatorem, reus probet per unicum testem fecisse ad sui defensionem, uel mortuum esse illum ex malo regimine. ita Bar. & communiter Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. colum. pen. uersi. quid si actor. & ita magis expressè in terminis consuluit Anchar. cons. 285. col. fi. quem ad hoc etiam proximè allegaui. & dixi suprà in tit. de conuictis. col. fin.

11 ubi uide. Non tamẽ † dico ꝙ plenè probetur defensio, ita ut ex ea probatione sit reus absoluendus, sed dico ꝙ conuictio remanet taliter offuscata ut non possit damnari, & si ego essem iudex torquerem eũ, quia negari nó potest, quin remaneat pars probationis homicidii simpliciter aduersus eum. Et pro confirmatione huius conclusionis sumptæ ex doctrina Bar. in d. l. admonendi. & consil. Anchar. ubi suprà, omnino sunt uidenda & consideranda dicta Bar. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de oper. no. nuntia. maximè in posterioribus exemplis. Ex quibus elicitur conclusio

12 † quod ad defendendum reum conuictũ etiam probatio dubia ex parte rei, & non plenè concludens sufficit, & ideo etiam creditur testibus consanguineis, imò fratribus ad defensionem, ut infra dicam sub dicta rubri. de fauoribus defensionis, & ad hæc etiã sunt uidenda latè dicta per Clau. in repetitio. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. circa dicta Bar. in d. §. sed ut probari. & Ias. in d. §. & alibi sæpe. & aliquid dixi suprà, in tit. de conuictis. circa dicta Bar. in d. §. sed ut probari. quæ notabilia ualdè sunt, & miranda. Est tamen aduertendum ad id quod dicit Dec. post Alexand. in l. non hoc. C. unde legit. colum. 2. uersi. & supradicta dum

13 allegat Alexand. quòd † etiam in materia fauorabili probatio debet esse concludens, & ad ea quæ ponit idem Deci. in c. in præsentia. de probat. in 10. & 11. notab. circa dicta Bart. in d. §. sed ut probari.

Cadit hic quæstio, si reus allegat non commisisse delictum quomodo hanc negatiuam probabit, & dic, aut directè uult ostendere ꝙ eo tempore & loco quibus dicunt testes eum commisisse delictum illud non fecit, aut indirectè probando falsitatem testium qui contra se deposuerunt per absentiam suam à loco commissi delicti, tunc temporis quo deponunt testes eũ uidisse, iuxta l. optimam. C. de contrahẽ & com. stipu. §. item uerborum. Instit. de inu ti. stipul. & c. ex tenore. de testib. & glo. no

14 tab. declarantem quando † dicatur directè capitulare, & indirectè. in clem. 2. de testi. in uerbo, indirectè. Primò casu dic,

15 † ꝙ testes debent remouere actum à sensu, non sensum ab actu, quia debent dicere ꝙ illa die & hora qua dicitur fuisse factum testamentũ, uel quid aliud in tali loco non fuit factum, quia ibi fuerunt præsentes, & non potuisset fieri quin uidissent, & audiuissent, ita ut non sufficeret si dicerent qđ non uiderunt, nec audiuerunt illud fieri, quia non remouerent actum à sensu, sed sensum ab actu, & sic non concluderent ex quo ipsis non animaduertentibus fieri potuisset, & ita declarant Bald. & Paul. de Castr. in l. 2. C. de bon. poss. secun. tab. ubi omnino uide. & Bald. in d. l. optimam. & etiam non interrogati testes, debent modo quo supradictum est deponere, quia uera ratio testis negatiuam deponentis est illa quam dixi, uidelicet quòd non potuisset fieri quin uidissent & audiuissent, ut per Deci. in c. tertio loco. de probat. colum. 5. & consil.

fil.101.colum.penul.& in d.l.2.ad fi. Alex. in l.1.col.1.ff.si quis ius dicen. non obtēp. Recipit tamen hæc conclusio declaratio-
16 nem † ut etiam sufficiat simplex negatio absque dicta ratione super eo quòd uerisimile est deponenti notum, quia tunc sufficit eum fuisse præsentem, & non uidisse fieri, ita notabiliter Aret. in d. c. tertio loco. per illum tex. & sequitur Deci. in d.l.2. sequitur etiam Felin. in d.c. tertio loco. col. 3, alia allegans, & re ipsa etiam idem Dec. & ideo si deponerent negatiuè aliqui Senatores de re quæ in Senatu facta diceretur, eis crederetur sine hac ratione: loquēdo tamen de re magni ponderis, non si esset parui momēti, quia & si ueniunt ad Senatum pro his omnibus quæ ibi fiunt, tamen sæpe accidit ut non omnes ad ea animum aduertant quæ parum referūt, & ita in re magni ponderis loquuntur Areti. & alii, & tex. ipse in d.c. tertio loco. Et quia
17 in exemplo dato negatiua † restringitur ad certum locum & tempus, dic ꝙ aliter non concludit testis per rationem de qua suprà, ex quo actus non remouetur à sensu, sed cum dicta restrictione concludit, & dicitur tunc per sensum corporis testificari id super quo deponit, quo casu ualet depositio eius, & ita Bald. & Doctores in l. actor. C. de probatio. unde etiam dicunt
18 Doctores quòd † si negatiua non esset multum restricta quo ad tempus adhuc repelleretur testificatio, quia etiam si dicerent à mense citra talis non possedit, nec aliter posset esse quin uidissemus: tamen non cōcluderent, quia saltē tempore quo dormierunt non uiderunt, & ita Bar. in l.1. §. hoc interdicto. uersic. ulterius quæro. ff. de itin. actuq; priua. & Bal. in d.l. actor. col. e. & seq. Alexand. consi. 43. colum. 2. uersic. 3. & colum. 4. uersic. quartus uerò. & explicitè dicit Bal. in d.l. actor. tempus unius mēsis esse nimis uagum, & ad hoc etiam uide Alex. consi. 141. col. 5. uersicu. dictus Pau-
19 lus. uol. 1. qui dicit † testem qui se non restringit deponens super negatiua ad breue tempus esse suspectum de falso, est uerum quod hoc etiam limitatur per Aret. in d.c. tertio loco. ut dato quod dicant à
20 certis † mensibus citra, prout necessario intelligit Aret. ibi textum loquentem, absque tempore, eorum depositio ualet, quia loquuntur de actu qui non fit omni tempore, & omni loco, & quo tempore fit etiam fit signo præcedente, & ideò si bene consideras etiam dicitur satis coarctata loco & tempore. Nam si dicunt à mense citra non fuit factus contractus inter talem & talē, est nimis uagum hoc dictum, sed si dicant loquendo de his quæ fiunt in consilio nos semper ab aliquibus mensibus citra fuimus in consilio, & nunquam fuit tale quid gestum, certè non dicitur uagum tempus habita ratione ad hoc quod in omni parte diei & noctis nō fiunt talia, sed solùm quādo fit congregatio quæ etiam fit solemniter, & ideo illi qui sic deposuerunt super negatiua, & qui non erant ex capitulo in d. c. cùm in ecclesia Sutrina. fuerunt reiecti,
21 ut ibi in tex. & non refert ad hoc, † ut simus præcisè in materia meræ negatiuæ, an implicitè proferatur, puta, quòd electio tantùm spectat ad illos, & consequenter non ad alios, an explicitè quòd electio nō spectat ad alios. text. est in d. c. cùm ecclesia Sutrina. Bar. & Alex. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Item etiam nō refert quòd negatiua affirmatiuè proferatur, puta, fuit Titius qui exonerauit tormentum non autem Sempronius. Bald. in d.l. actor. col. penult. & Feli. in c. quoniam contra. de proba. colum. 1. Et ideo utroq; casu requiritur restrictio de qua suprà, & ratio aliter non cōcludit, quia nō cadit in
22 sensum, ut suprà dixi. Sunt † tamen aliquæ negatiuæ, quæ percipi possunt sensib. corporeis, puta, si dicerem, Nō fui citatus personaliter. Bal in d.c. tertio loco in princ. & tex. ubi Bal not. in l. nec is. ff. de acquir hæred. & Curt. in tract. de testib. in 2. quæst. & ideò satis est dicere, non fui citatus, nisi ulterius interrogaretur de ratione, iuxta l. solùm. C. de testib. cum ibi notatis. Reliqua in materia negatiuæ, uide per Abb. in cap. bonæ. el primo. de electio. ubi gloss. pinguis in materia, & per Curt. in dicto tract. quæstio. 2. 24. 25. & 26. & no-
23 ta † omnino quando fit depositio non solùm super negatiua, sed etiam super affirmatiua ex qua affirmatiua percipi potest negatiua per sensum corporis, & de necessitate concludit, tunc ualet depositio, ac si super mera affirmatiua deponeretur, ut per Abba. in d.c. cùm ecclesia

Sutrina colum.5. & Alexand. in d.l.1.col. 1.& 2.ff.si quis ius dicen.nō obtemp.& ponunt exemplum quando deponitur Titiū nunquam possedisse in decem annis, sed possedisse semper Sempronium in illis decem annis. Aliud exemplum habes quando tractaretur de probando quod in Senatu fuit factum,& aliqui Senatores deponerent non fuisse factum, & quoties fuit habitus sermo de hoc tempore quo dicitur, ipsos semper interfuisse, & semper Senatum contradixisse text.in c. tertio loco. de probatio.& ibi Deci.colum.2.in 5.notabi. Aut reus uult probare negatiuam indire-
24 ctè, puta,† quòd tali die non fuit in eo loco, ubi per ipsum fuisse commissum delictum eo die testes accusatoris deposuerant, sed quòd alibi fuit, & tunc ut sui testes concludant, debent dicere quòd continuè per id tempus totum de quo deposuerunt testes accusatoris, ipse fuit in alio loco.ita Ioan. And. & reliqui in c. ex tenore.de testib.& re ipsa Bald.in d.l.optimam. super uerbo,die.& probat tex.in glo. in §. item uerborum.Instit.de inutil. stipul.alioquin non cōcluderent ut de se patet, quia potuisset ire & redire. quod tamen solùm procedit ubi locus in quo dicit se fuisse parum abesset ita ut potuisset ire & redire: nam si tantùm distabat, ut fieri nullo modo possit quod ibi esset, & delictum etiam commiserit, ubi testes accusatoris deponunt factum fuisse, tunc satis esset si dicerent quòd tali die in eo loco reperiebatur, & ita ultra quod pateat ad sensum, declarat Alberic in l.optimam.C. de contrahen. & commit. stip. & hoc nisi fieret
25 miraculum, sicut † fecit diuus Ambrosius, qui uno & eodem mane, Mediolani & Romæ sacrum celebrauit secundum Bald. in d.l.optimam.& quando testes deponunt de hora,putà, hora prima noctis, est multum aduertendum ad interrogationem te-
26 stium ad defensionem deponentium,† quòd illa hora erant alibi, quomodo præcisè recordentur de illa hora,& quomodo sciant quòd erat prima,& non prima cum dimi-
27 dia uel ulterior, & ideo † etiam si dicerent tales testes quòd hora prima noctis uel circa erat alibi non concluderent per decisionem Anto.de Butr. in c. fin. de desponsa.impub.& consil. Corn.179. colu.fi.
28 uolum.3.quia denotat † dictio, circa,modicum ante,& modicum post, arbitrio iudicis.Alexand.in l. & si post tres. ff. si quis caut.& consil.88.colum.6. uolu.5. possent tamen adhuc testes sic loquentes concludere compræhendendo absque dubio tempus commissi homicidii, putà, si dicerent quod ab hora prima uel circa usque ad horam sextam, uel circa ubi loquerentur testes accusatoris,de hora tertia. & hæc per ea quæ ponit Ias.in d l & si post tres. colu. 4.& Deci.in c.in pręsentia.de proba.char.
29 3.uersic.quartò limitatur. Sed † an hi testes indirectè probantes intentionem rei debeant assignare rationem etiam non interrogati sicut dictum est de his qui directè illam probant, uidelicet quòd ibi steterit continuè, ita ut nunquam recesserit nec recedere potuisset, &c. uel quòd ibi stetit continuè, & homicidium non commisit nec committere potuisset,&c. & certè uidetur non debere assignare hanc rationem, quia hæc affirmatiua quod erat alibi, habet in se hoc consequens necessarium, quòd non erat in loco ubi deposuerunt aduersarii.& ita percipi potest negatiua, & concludenter probatur, ut declarat Alexand.in d.l.1.colum. 2 ff. si quis ius dicen.non obtemp.& ita in terminis uidetur uelle Bal.in d.l.optimam. dum uult ut quando directè uult probare negatiuam, debeat dicere,ut dixi suprà, nec aliter potuisset esse, &c. sed quando indirectè per absentiam, tunc aliud non requirit nisi ut probetur præsentia in alio loco, & est ex mente aliorum ibi, Felin. tamen uidetur uelle contrarium post alios Doctores in d.c.ex tenore. Tamen re uera puto quòd mens Doctorum fuerit in eo. c ex tenore. dum uolunt ut debeat addi illa ratio quòd aliter non potuisset, &c. loqui quando deponunt directè contra testes accusatoris: nam etiam inferunt ad illud, non autem quando sufficit probare præsentiam in tali loco, quia satis est, ut deponant semper ibi stetisse,& paret ratione inconuincibili. Nam sequitur necessariò quòd alibi non potuerunt esse iuxta dicta Alexand.in d.l.1.ff.si quis ius dic.non obtemp. & satis compræhenditur hæc consideratio ex dictis Ant.de But.in d.c.ex tenore. ubi æquiparat,uel quod testis dicat, nec aliter potuisset

tuisset esse, quin uidissem aut audiuissem, uel quod tale quid deponat, ex quo idem resultet ex necessitate, & hæc est ueritas, & Doctores ibi hunc sensum habuerunt, licet uerba Felin. ibi aliquantum sint implicata, & maximè hoc dicendum est,
30 † quia etiam satis est, quòd testis deponat per hæc uerba, Titius homicidium qđ fecit, fecit ad sui defensionem absque alia ratione. Bald. in l. solam. C. de testib. post Bartol. consil. 108. quidam Maciolus, & Bald. in l. multis. C. de liber. cau. quæ conclusio est notabilis, quod ualet dictum testis qui deponit ad defensionem sine ratione quando non est interrogatus, ad quam adde Bald. 3. uolum. consi. 287. post prin. & Corn. notabiliter primo uolu. consil. 162. col. 2. & eodem uolum. consi. 204. col. 3.
31 Vidimus † quomodo debeant deponere testes super negatiua, sed expedit scire, an magis credatur affirmantibus quàm pluribus negantibus, prout asserit gloss. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. quæ allegatur quod magis creditur duobus affirmantibus quàm decem negantibus, & dic non magis credi paucioribus affirmantibus quando est coarctata loco & tempore, ex quo parem uim habent isti, sicut super affirmatiua deponentes, ita cōsiderauit Ias. in l. ut uim. colum. 5. ff. de iusti. & iure. & in rubri. ff. de iureiur. colum.
32 penult. imò † magis etiam hoc casu creditur testibus negantibus dato quod testes accusatoris in aliquo excedant. gloss. est notab. in c. clerici. 81. distinct. Dec. in l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. & in c. ex literis. de probat. Aret. in l. hæredes palàm. in princ. ff. de testamen. & in l. 1. §. fi. in 4. colum. ff. de uerb. oblig. & hæc in dubio, quia posset ex causa iudex adhuc minus credere testibus rei, ut dixi suprà uersi. secundò si reus cognoscat. uide ibi. Alium notabi-
33 lem modum † & exquisitum probandi falsitatem actus indirectè habes in text. d. c. tertio loco. ut si dicatur quod in Senatu à tanto tempore citra non fuit expeditum quoddam negotium, & Senatores adducti in testes deponant, se per id tempus semper fuisse in Senatu, & quoties habitus fuit sermo de illo negotio, semper Senatum contradixisse, & ita Dec. ibi in 5. notab. Tetigi de testibus deponentibus ne-
34 gatiuam, Aduerte † quia si deponant mœram negatiuam non coarctatam loco & tempore, aliqui Doctores dicunt quod puniuntur de falso, ut Angel. & Fulgos. & ꝙ ideo debent præcauere sicut ab igne, ne sic deponant. Hos refert Ias. in l. 1. in prin. colum. 4. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Concludit tamen quòd quamuis sint suspecti non puniuntur de falso, & hæc est communis, ut latè tenet Alexand. in l. 2. ff. quod quisque iur. qui tamen concludit ꝙ extra ordinem puniuntur de falso. Primus est quando scienter ita deponerent contra ueritatem secundum Alexand. in d. l. 2. Secundus quando deponerēt super mœra negatiua omnino improbabili, putà, quando esset capitulatum absolutè quòd Titius nunquàm deliquit, uel contraxit, quia sine dubio abest scientia quæ requiritur in teste, ut dicit Bald. in d. l. actor. de probat. in prima specie negatiuæ, & ita Abb. in c. cùm ecclesia Sutrina. de cau. poss. & proprie. colum. 6. uersic. & credo. secus si deponerent super negatiua probabili, scilicet, coarctata loco & tempore, deponendo tamen mœrè negatiuam, quia etiā tunc
35 tueri se possent. Nam † falsitas debet ex necessitate concludere, ut not. in l. iurisgētium. §. quod fere. ff. de pact. ita Abb. ubi suprà, & aduerte quia uolunt Doct. quòd
36 † hoc casu non solùm non incidant in falsum, alio non demonstrato in contrarium, sed nec etiam si ostendatur mendacium aliqua in re, exemplum quando dicunt ꝙ per decem annos, uel annum integrum Titius nunquàm possedit. quia & si probetur contrarium quo ad aliquod tempus, tamē non sunt falsi, nisi scienter contra ueritatem ita deposuissent, ut dixi: imò amplius si affirmatiuè deponunt, quod semper possedit per dictum tempus: tamen si ostendatur per aliquod tempus non possedisse, excusantur à falso. Bartol. in l. 1. colum. 5. ff. soluto matrim. Felin. latè in prooemio Decretal. in uerb. rex pacificus. & Tinda. in suo dialogo de contrarietate testium, in 13. charta. uersi. transeamus. colum. 2. qui fortius dicit, quòd etiam si testes deposuerint, quòd nec præteriit hora, quin Titius possederit, tamen non incidunt in falsum probato contrario quo ad aliquod tempus: sunt tamen tales testes suspecti

multùm: & ego si essem iudex, ponerem eos ad torturam potius, quam extraordinariè punire: sic † etiam pars, quæ se fundat in negatiua non coarctata loco & tempore suspecta est: & est unus modus, per quem iudex cognoscit, quòd debet eam repellere tanquam calumniosè excipientem. Alex. consi. 65. col 3. uolum. 1. Tertiò si reus cognoscit se non esse confessum, uel conuictum iuxta casus præcedentes,† sed tantummodo indicia contra ipsum adesse: tunc ad ea eneruanda, ubi non posset ostendere crimen non commissum, iuxta præcedentia, recurrat ad modos elidendi indicia, quos suprà tradidi in materia torturæ in 5. q. princ. Quartò, siue † confessus, siue conuictus sit, siue indicia cõtra se habeat, est aduertendum, an ignoranter delictum commiserit, uel scienter: quia ignorantia excusat à pœna & delicto c. cognoscentes. de consti. c. 2. eo. in 6. l. Metrodorum. ff. de pœ. & latè Deci. in d. c. cognoscentes. in 1. lect. in col. 4. & in 2. lectu. col. 1. & ibidem Feli. & alii, Bar. in l. semper §. hoc interdictum. ff. quod ui aut clam. & in l. Labeo. ff. si quis test. li. esse ius. fue. & latè Alex. ibi in apostillis, in uersi. & facit. adeò excusat, ut non incidat in pœnam, si contrauenìat uoluntati testatoris, putà, si præcepisset hæredi, ut domum suam magnam non alienaret. aliter quòd perueniret in hospitale, iuxta l. unicam. C. de his quæ pœ. no. & §. fin. Instit. de lega. Ita sentit Alex. in terminis in consi. 57. col. 1. uol. 2. & in consi. 138. colum. penul. uolu. 1. Sic Alber. in d. l. unica. col pen. & ideo Bal. per illum tex. in c. 1. de controuer. int. do. & empt. in usib. feud. dicit in omni alienatione procedere, ut ignorans non incidat in pœnam. In contrarium uidetur facere quod decidit Alexand. in l. Marcellus §. res quæ. in quarta limitatione, ad Trebel. iuxta l. fi. §. fi. ff. de legat. 2. maximè iuncto consilio Pauli de Cast. ibi per eum allegato, qui expressè loquitur. & quod decidit Ias. in 2. lect. in §. diui. in l. filius familiâs. ff. de lega. 1. in 2. conclusione, ubi est uidendum. Sed dic, ꝙ in casu Alex. & Ias. non erat propriè pœna, ex quo applicabatur tertiæ personæ fauore ipsius. Prædicta uerò procedunt, quando est propriè pœna, quia applicatur in odium contrafacientis, iuxta uerba Socci. in l. pœnam. in princ. ff. de his quæ pœn. no. & quãdo fit ꝙ fauore tertii applicetur illi, uide in d. §. diui in text. & per Pau. de Cast. ex cuius dictis eris clarus. Est tamen aduertendum,† an ignorantia habeat culpam, uel non, ut in d. c. cognoscentes. maximè per Dec. post alios, & quando requiratur dolus, uel etiã culpa sufficiat. uide Bar. in l. 1 §. nõ autem. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. & Doct. in d. c. cognoscentes. Alex. in d. §. non autem. & alibi sæpe. Est materia, quæ etiam tangitur in l. 1. ff. de legib. ubi etiam uide Ias. & ibi ponitur etiã de ignorante, & quando est in culpa. & quando est sine culpa,† & quomodo probetur dolus, uel præsumatur, uel non præsumatur, uide tex. in l. dolum. C. de dolo. & glo. quæ ponit exemplum Hispanorum, qui dabant uinum album quasi aquam rubeo mixtum inuitatis ad prandium, ut inebriarentur. & inebriati posteà pro eis fideiuberẽt, ad demonstrandas insidias perspicuas, de quib. in tex. & uide omnino doctrinam Bart. ad hoc, quando præsumatur, & quando non, ibidem in d. l. dolum & Alexan. consi. 103. col. pen. uol. 1. tex. in c. 1. de præsumpt. ubi Abb. & alii. & nor. per Gand. in ti. de hom. col. fi. in ult. q. ubi de modis probandi cõtra præsumptionem doli & ponit Cæpol. consi. 31 col pe. uers. decima & ult. ubi est uidendum in hac materia & Cæpol. con. fi. 24. col. fi. ubi quando quis spontè cõfessus est, & omnino uide Felin. in c. fi. circa fi. de hom. de præsumptione doli. & cõtraria cõtra dolum. & per Deci. consi 9. colu. 1. uide etiam Ias. in l. si quis cùm aliter. col. 3. ff. de uer. obl. & dicam infrà in materia homicidii, & dixi etiam suprà in materia inquisitionis, declarando uerba inquisitionis sciẽter & dolosè. Et ultimò ad defensionẽ reorum, & ecotrà, est aduertẽdum in quo genere delicti simus. Nam si sumus in crimine hæresis, in primis est considerandum, † an sit propriè hæresis: quia propriè ille est hæreticus, qui aliter sentit de articulis fidei & sacramentis ecclesiæ, quàm Romana ecclesia. Abb. in c. firmissimè. de hær. & omni in casu est considerandum,† an uerba hæretica prolata, quæ nullam in se habent excusationem, sint prolata, ludendo, uel iracundè, uel ex magna simplicitate, & hoc quo ad euitandã pœnam ignis, de qua

per

per Abb.& Doct.in c ad abolendā. de hæret. Sic Inno.in cle.2.col.pen. super glo.in
45 uer.illicitè.de hæret.ibi † ꝙ etiam defensoribus & fautoribus hæreticorum, nó tamen hæreticis, omissa pœna ordinaria, possunt imponi per corū iudices pœnitentiæ, ut pauperib.ex bonis suis aliquid dent, uel aliud opus pietatis faciant. est quoq; cōsiderandum in eo crimine hæresis quales testes sint quærēdi, tam ad offensionē, quàm
46 pro defensione. Nam† ad offensionem admittuntur testes etiam in criminibus notati.c.in fidei.in fi.de hære.in 6. ad defensionem uerò non admittuntur.c. filii. in fi.de hæret.in 6.licet contrarium uideretur dicendum per terminos uulgatissimos. Sed hoc procedit propter immanitatem criminis, iuxta reg.l.si hominem.ff.mād. & ideo etsi præsumptione iuris quis non præsumatur deliquisse.l.meritò.ff.pro socio. tamen
47 quis† præsumitur hęreticus potius quàm aliter quo ad pœnam iniungendam, ut habetur in c.accusatus.in pri. de hæret. in 6. Infinitaq; alia concernentia tam offensionem, quàm defensionem hæretici habebis infrà in tit.de hæreticis, quem subiiciā ad perfectā declarationem & instructionē defensionis, & offensionis, in qua sumus. Et pariter ad eundem finem ponam multa de crimine rebellionis, de crimine homicidii, falsi, furti, & diuersorum aliorum delictorum magis frequentium ea separatim collocando sub suis rub. Si sumus in crimine rebellionis, & dicatur, Talis fuit infidelis suo principi & suis, iuxta l.1. cum pluribus seq.ff.ad leg. Iul. ma. & l. quisquis. eo.
48 tit.C. Est considerandum, † an illa infidelitas, siue inobedientia fuerit commissa in his, quæ pertinent ad rempub. & imperiū. ad hoc Bar. in extrauag. qui sint rebelles. in uer. rebellando. in princ. & no. And.de Iser.in ti.quæ sint regaliæ. in.§.& cōmittētiū crimen læsæ maiest.col.6.uers. animaduertendum est.& ideo decidit ꝙ simpliciter occidere uel offendere aliquem à cōsiliis, uel assistentem lateri principis nó est est incidere in l.quisquis.C.ad leg. Iul.maie.Sed requiritur, ut id sit factum, ut offendatur dominium, uel persona principis. Est
49 etiam considerādum, † an suspectus huius criminis sit subditus principi offenso, quia non subditus non incidit in tale crimen.

clem.pastoralis.uulgatissima ad hoc de re iudi.est uerum, ꝙ etsi non incidat in dictū crimen, tamen sit hostis, ut per Bald. in l.2. C de uind.lib.& hostes possunt impunè interfici.l.3.§.trās fugas.ff de sicar. Hinc est, ꝙ uidemus exploratores etiam aliarū nationum non sub earum furcis suspendi. Quomodo tamen intelligatur hoc, quod dictum est de subiectione, & nó subiectione, & an clericus dicatur omnino nō subiectus, qui committit tale crimen cōtra dominum suæ ciuitatis, & an qui solùm sortitur forum ratione originis, nedum etiā ratione domicilii dicatur ad hunc effectum subditus, dicam infrà in materia sua. Si sumus in crimine homicidii, est aduertendū,
50 † an occisus potuerit impunè interfici, putà, ut dictum est, si erat hostis. Et ad hoc ultra d.§.transfugas.est uidendū, dum Doct.
51 dicunt† bannitum posse impunè offendi, quia id uolunt ratione statuti illud permittentis, & indicentis bellū bannitis, ac eos faciētis hostes, ut per Bal.in l.1.C. de hær. Instit.& Fel.in c.quæ in ecclesiarum. in 2. col.de cōsti.ponūt Bar.& Doct.in l.ut uim.
52 ff.de iust.& iure.& † adeò licitū est hostē interficere, ut etiam liceat filio patrē hostem occidere.l.minimè.ff.de relig.& sumpt.fun.& glo.in c.fortitudo.23.q.3. ubi ta-
53 men hostis esset† captus, seruandus esset, & non occidendus.Bar.in d.§. transfugas. ubi idem dicit de bānito capto, prout etiā latè per Fel. ubi suprà.& in c. cum iuramē
54 to ad fi.de homic.& † ideo etiam hostem iam ductum intra præsidia non licet occidere, ut per Ang.Aret.in §. serui. Instit.de iure pers.& ad hæc uide Doct.in d. §. transfugas. Et per hæc uides etiam rationē, qua
55 re† exploratores hostiū suspēdantur: & si dicas ea quę dixi proximè circa captos seruandos, potius facere in cōtrarium, Respō deo ꝙ illa procedunt quo ad priuatū, non quo ad iustitiam, maximè propter periculum tam praui officii, sicut dicimus in trāsfuga, ut declarat Bar.in d.l.ut uim. col.1.&
56 † potest hostis etiam offendi, & occidi in casu aliàs licito ante declarationē.ut patebit infrà, dum idem dicam de rebelle & pa
57 riter, & † multò fortius potest spoliari, & priuari rebus suis intra territorium tamen illius principis, contra quem hostiliter se gerit, alibi non; quia tunc dominium

alterius principis præbet ei securitatem.. hæc latè per Socci.in l.1.iu princi. colum 2.ff.de acquir.poss. quo ad territorium ta
58 men † principis, cuius erat hostis, adhuc homicidium & spoliatio sunt impunita. dixi suprà in tit. de for. compet. Sed quid dicimus de territorio dicti principis, contra quem exercentur hostilia infeuda to tamen alteri cum omnimoda separatione ab imperio principis, & omnimoda au ctoritate, ita ut talis feudatarius habeat iura imperii in suo dominio, & se exerceat in cognitione omnium causarum, pri marum, secundarum, & ultimarum, & re ipsa sit talis, quem Docto. dicant esse in dominio suo non solum parem Cæsari, sed etiam maiorem Cæsare ipso, ut de duce Mediolani traditur, & dicam infrà in crimine rebellionis, an talis hostis sit securus in terris dicti feudatarii, ita ut supremus dominus non possit immediatè, absq; requisitione feudatarii, in illum iniicere manum. Ad hanc difficultatem in primis consideranda sunt uerba Bald. in d.l. 1. C. de hær. Instit. dum tractat ad quæ loca se extendat bannum. & ibi uult quòd quoties à lege imperatoria secutum est bannum, & diffidatio personæ, prout de hoste facit lex. d.§. transfugas. talis per totum imperium potest impunè offendi. & est text. clarus in d.§. transfugas. & sic uidetur, quòd talis non sit securus, quia Imperator retinet ius superioris, & dominium directum in dictis locis infeudatis, sed ecó trà uidetur, quòd sit securus: quia extra territorium talis securus est, ut per Socc. ubi suprà in d.l.1. in princip. ff. de acquir. poss. & feudatarius ipse est dominus territorii, quia terret ipse, & non Cæsar, & om nimodam iurisdictionem exercet. Et ideo Doct. Moderni Ias. & Dec. in l. fi. ff. de iur. omn. iud. faciunt hanc conclusionem, ꝙ bannitus qui extra territorium non potest impunè offendi, non possit etiam in territorio loci exempti, id est, in loco, in quo iurisdictio est abdicata ab ordinario, & in quo ordinarius iurisdictionem exercere non potest. Et uidetur decisio in fortioribus terminis, quia tamen ordinarius, quamuis exercere non possit iurisdictionem, remanet tamen pleno iure dominus, quod non est in casu quæst. nostræ. Si essemus in terris fœderatis, esset recurrendum ad l non dubito. ff. de capt. & Bartol. ibi, & Bartol. in l. cunctos populos. in 8 q. princ. circa princ. C. de summ. tri. & fi. cat. & Ias. in d.l. fi. in 15. limit. & postremò ad formam fœderis, iuxta c. porrò. de priuil. & cap. 1. de duo. frat. à cap. inuest. in usib. feu. Sed in præsentia placet ut dicamus ꝙ dominus superior nó potest per se & suos immediatè hostem in loco, ubi suprà offendere, licet feudatarius ipse requisitus tali teneatur licétiam dare, non dico eum occidere, uel deprædari. Et quòd dominus ipse non possit offendere, constat ex abdicatione, & separatione imperii, quam ipse met fecit. per l. fi. ff. de iur. om. iud. iunctis iis, quæ dicunt ibi Mod. sicut dixi. Quòd uerò feudatarius etiam non possit eos deprædari, uel occidere, nisi prius eis diffidatis, ubi non recederent, patet, quia separatio territorii fecit eos securos, & præbuit eis securitatem. Fateor, ut dixi, quòd
59 feudarius † ipse requisitus maximè à suo superiore, illi tenetur licentiam dare: & ubi non exequeretur, posset priuari feudo. cap. 1. uersic. sed nec alia. in tit. quæ fuit prima cau. benefi. amit. & per Bal. in proœmio Feud. in uersic. dixi quintò. & si esset subditus feudatarius, posset aduersus eum procedi de rebellione. l. 3. in princip. ibi, qui ue opem hosti tradiderit. ff. ad leg. Iul.
60 maiest. Erit etiam aduertendum, † an occisus rebellis esset, quia rebellem etiam non declaratum licet occidere. Bartol in extrauag. qui sint rebelles. in uer. rebellando. colum. 2. Ancha. consi. 277. uisa diligenter. colum. 3. & ulti. Alexand. cons. 103. colum. ult. uolum. 1. Cur. consi. 59. dux Philippus. uers. accedo ad quartum. & Alex. in l. 1. colum. penul. C. de hære. Instit. & si licet occidere. multò magis spoliare, ut in dictis locis. Et quamuis Doctores præallegati ita uelint, quòd etiam absque declaratione hoc liceat. Tamen ego ualde dubi
61 to, † quia in crimine hæresis, quod est grauius, requiritur declaratio, etiam quo ad hanc executionem facti. Ita Gemin. & Francus, & alii communiter in c. præsidentes. de hæret. in 6. & etiam aliis rationib. ut infrà dicam in crimine hæresis. dum loquar de pœna hæreticorum, & infrà proximè. Non obstat tex. in l. 3. §. transfugas.

quia

quia ille tex. non simpliciter loquitur de rebelle: sed de transfuga: unde dicit Bar. in d. l. ut uim. col. 1. quòd ille casus est specialissimus propter timorem reuelationis secretorum, & Bar. sequuntur ibi alii. Et hác considerationem etiam habuit Bar. in d. extrauag. in uerbo, rebellando. colu. 3. dum uult ut sufficiat declarare post mortem, quia allegat l. de pupillo. §. toties. ff. de ope. noui nunt. quæ allegatur ad hoc, quòd recedimus à regulis iuris, quãdo periculum est in mora, sentiens clarè, quòd propter tale periculum reuelationis secretorum licet occidere: & ideo si essemus in casu, in quo non esset talis timor, ut quando cessasset bellum, uel suspicio eius, uel aliter, esset necessaria declaratio. Et credo, quòd Bar. & eum sequentes aliam mentem non habuerint. Et facit ad hanc opin. optimè tex. in l. si quis filio exhæredato. §. hi auté, ff. de iniusto, rup. ubi permittitur iudici exequi sententiam suam criminalem pendente appellatione, etiam quæ nó recipia per eum, ex iusta causa, quando periculum erat in mora, dato ꝙ aliàs debuisset scribere prius superiori, & expectare respósum.

62 Pone tamen, † quòd quis occiderit rebellem, contra quem non militaret talis timor, confisus auctoritate Bart. & eum sequentium, an esset excusatus, iuxta glos. in l. Titio. in gloss. maiori ad fin. ff. de condition. & demonstrat. & not. per Feli. in cap. cùm contingat. in 1. col. de rescrip. cogita. Aduertatur etiam, an occisus esset hæreticus: quia hæreticum licet occidere uti diffidatum apud omnes gentes, Auth. Gazaros. C. de hære. Gemin. & alii in cap. præsidentes. de hæret. in 6. Verùm requiritur declaratio præcedés, ut ibi per Doctores,

63 & dixi suprà, & dicam loco suo. Si† etiam esset assassinus, licuisset eum occidere. c. 1. de homicid. in 6. quia summus Pontifex ibi assassinos diffidat in omni populo, præcedente tamen declaratione, ut dixi suprà in tit. de foro competen. ubi multa alia addidi circa hoc genus nefandorum homi-

64 num. Sunt etiã multi alii, quos† lege permittente licet occidere, de quibus per Ange. ubi uide, in consilio 14. col. 2. circa fin. De bannitis, qui possunt impunè offendi uigore statuti, uide infrà in tit. quid amittant bániti. & quia etiam pax sæpe est causa remissionis delicti, uel ex statuto, uel ex aliqua gratia generali: ideo non incongruum esset hic de pace aliqua dicere. Verùm quia sum positurus titulum de remediis ex sola clement. princ. &c. in quo tractabo de gratiis, quæ à bonis principibus non conceduntur absque remissione partis. Ideo magis apertè sub eo tit. & seq. hác materiam ponam, ibi uide. Gratia uitæ sustinendæ etiam priuato licet occidere. l. ut uim. ff. de iust. & iure. & latè dicam infrà in tit. de homi. imò gratia rerum. l. 1. C. unde ui. dicam ubi suprà. Ac gratia honoris. l. 1. §. item diuus. ff. de sicar. in primo respóso. etiam licet patri occidere adulterum cum filia repertum, ac marito quo ad mitigationem pœnæ. d. §. item diuus. l. si adulterium. § Imperatores. & in l. nec in ea. cú l. seq. ff. de adult. Hippol. in suo repertorio

65 in l. patre uel marito. ff. de quæst. Et † an istis hoc idem liceat in foro conscientiæ, uide in dicto repertorio, ac Felin. in c. quæ in ecclesiarum. in col. incip. & hanc limitationem. extrà, de constitut. Ex permissione etiam statutorum nostrorum in aliis casibus permittitur homicidium. Est tamen

66 sciendum † tales non posse hoc facere per alios, quia ipsis solis tantùm permittitur, uel cum sociis ad hoc adhibitis. Ias. latè in l. 1. §. fi. colu. 2. & seq. ff. de oper. noui nunt. & ibi habes quòd etiam socii tũc im-

67 punè occidunt. Homicidium † casu factum sine tamen aliqua culpa etiam est impunitum l. absentem in fi. ff. de pœn. c. lator. extrà, de homic. ubi Cardin. & Felin. præ cæteris Bartol. in l. respiciendum §. delinquunt. ff. de pœn. & dicitur sine culpa prorsus, quando à principio fit actus licitè & lege permittente: quia postea non refert, si sequatur mors, ad exclusionem totius pœnæ. Angel. in l. contrahit. ff. ad leg. Iul maiest. & Dec. in consilio 9. in fine. Et optimè facit decisio Bartol. in l. quæstionis *la prima* ff. de quæst. Est uerum, ꝙ in hoc iudex debet esse multùm circunspectus, considerando an tamen in illo actu licito esset admixta aliqua culpa: quam cósiderationem etiam habuit Ang. ubi suprà.

68 Si uerò † interueniret culpa, tunc punietur pro modo culpæ, etiam criminaliter pœna pecuniaria, uel ad exilium, ut in d. §. delinquunt. per Bart. in l. 1. ff. de legi. & ali-

bi sæpe. & ita seruatur: & paucis ab hinc diebus fuit seruatum in senatore, quia fuit mulctatus pœna ducẽtorum aureorum, & dicã in materia homicidii. Si sumus in crimine falsi, in primis est considerandum, an
69 † dolosè gestum fuerit id, de quo arguitur: quia sine dolo non est falsum compræhensum in lege Cornelia de falsis. l. 1. in prin. ff. de fals. & l quid sit falsum. ff. de falsis. & ibi Bar. & Cæpol. consi. 22. col. 3. & in dubio præsumitur error. l. quoties. §. 1. ff. hæred. Instit. & ibi Bar. notat. Secundò
70 est considerandum, † an falsitas sit nocibilis, dato ꝙ sit dolosa, quia aliter non punitur, saltem pœna ordinaria legis Corneliæ l. damus. cum ibi not. C. de falsis. Item est considerandum, an falsitas ex necessitate concludat: quia si fieri potest, ut non sit falsitas, non est falsitas. Nam possibili ueritate in esse posita, nulla sequitur necessariò falsitas. Bald. c. 1. §. notandum. de not. feud. glos. in l. iurisgentium. §. quod ferè ff. de pactis. & ibi Ias. latè, & ego dicam latissimè in materia falsi. Si sumus in furto, conside-
71 randum est, † utrum animo furandi factum sit id, de quo quæritur: quia maleficia ex proposito & uoluntate delinquentis distinguuntur, ut si interuenit rei amotio, non animo furandi, non dicitur furtum. l. qui iniuriæ. in princ. & l. uerum. ff. de furtis intelligendo tamen d. l. qui iniuriæ. ut notabiliter per Alex. in consi. 103. uolu. 1. colum. 5. uers. tertiò non obstat. & uers. seq. & uide omnino tex. in §. 1. Instit. ui bonor rapt. ubi licet quis illicitè capiat, si tamen non animo furãdi, non committit furtum. & l. si quis uxori. §. si quis asinum. in fin. ff. de furt. & Alexand. consil. 135. col. 4. uolum. 1. & an requiratur ut animus furandi interuenerit à principio, an etiã sufficiat, ut superueniat? uide l. Pomponius. ff. de acquir. rer. dom. & ad excludendum, an aliqua ratione iusta, uel iniusta motus fuerit, quia tunc cessat dolus. l. igitur. §. 1. ff. de libe. cau. qui text. semper allegatur, quòd bona fides etiam quæ prouenit ex iniustis & temerariis causis, excusat à dolo. Et ita Bald. in l. 1. ad fin. C. ubi ca. stat. per gloss. ibi. Et commentatur hanc regulam latè Parpal. in l. si quis maior. in 6. q. C. de transact. ubi ponit quomodo practicetur, & intelligi debeat, intelligendo tamen hanc regulam, quòd quælibet causa, &c. ut per Areti consilio 80. col. 2. in princ. & Alex. ubi est uidendum, consi. 103. col. 3. uolu. 1. Quæ considerationes etiam applicantur & militant in rapina, ut dicam loco suo latè. Et ita considerando cetera delicta, & recurrendo ad ea, quæ particulatim circa ea dicam, inuenientur & defensiones & offensiones. Et ultimò sciendum est, cùm dolus sit anima pœnæ, ut dicam infrà in materia
72 homicidii, † quòd non præsumitur quis in dolo, licet errauerit in iure. l. si quis id, quod. cum similib. ubi Alexand. ff. de iurisdict. om. iudic. nisi tamen ius resisteret actui, quia tunc præsumitur dolus. Barto. in l. sed si lege. §. scire autem. ff. de petit. hæred. & Felin. in ca. de quarta. de præsump. colum. 10. Et quando dicatur lex resistere, ponit Bart. in l. cum lex. ff. de fideiussoribus. & Bal in l. non dubium. C. de legi. col. penult. ubi alii. Item præsumitur in dolo, ubi errat in iure naturali, uel quasi. Ange. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appellat. ubi Comens. & Imol. & idem si in iure ciuili notorio, ut per Iason. & Dec. in l. uenia. C. de in ius uoc. Alexand. in dicta l. si quis id, quod. & secundum hæc intellige regulam, quòd quælibet causa, dicta l. igitur. §. 1. ff. de libe. cau. & quomodo probetur iste error, uide Bar. in l. non fatetur. ff. de confessis. Curt. consi. 71. col. 9.

Tit. de Hæreticis.

SVMMAE.

1 *Hæreticus quis dicatur.*
2 *Testes in probando crimine hæresis qui admittantur.*
3 *Testes, qui admittuntur ad probandum crimen hæresis, non admitterentur ad defensionem hæretici.*
4 *Duo testes integri, licet in crimine hæresis sufficerent, non tamen sufficerent duo criminibus notati, & ex illis, qui aliàs solent admitti ad probandum tale crimen.*
5 *Probationes leuiores sufficiunt in crimine hæresis, dum modò per duos testes contestes talis probatio probetur.*
6 *Leuis & modica præsumptio sufficit ad procedendum contra hæreticum per accusationem,*

nem, denuntiationem, uel inquisitionem

7 *Proceditur contra hæreticum summariè simpliciter, sicut in crimine Læsæ maiestatis.*

8 *Publicatio testium in crimine hæresis non fit ubi immineat periculum.*

9 *Copia indiciorum aut defensio deneganda non est ei, qui hæresis arguitur.*

10 *Iudex secularis non potest se intromittere in processu de crimine hæresis, nisi quo ad exequendum sibi commissa ab ordinario & inquisitore.*

11 *Officium inquirendi contra hæreticos spectabat ad episcopum, antequàm inuentum esset officium inquisitorum.*

12 *Inquisitor & episcopus possunt in aliquibus diuisim procedere, in aliquibus omnino simul debent procedere in crimine hæresis.*

13 *Secularis princeps non potest se intromittere de crimine hæresis, nisi ex tali crimine sequeretur perturbatio dominii, ut hodie in iis, qui Lutheri sectam sequuntur, quia posset dare suum iudicem, qui de perturbatione cognosceret.*

14 *Secularis princeps non potest se impedire de personis ecclesiasticis, nisi adiuuando ecclesiasticum iudicem.*

15 *Hæreticus quomodo damnetur facto processu contra eum.*

16 *Hæreticus punitur pœna ignis corporalis, & confiscationis bonorum.*

17 *Hæreticus non punitur pœna mortis, si abiurauerit hæresim, sed deponitur, & perpetuò in carceribus detinetur, uel iubetur ire per mundum toto tempore uitæ, & etiam remanet confiscatio bonorum.*

18 *Hæreticus, qui abiurauit, an possit ad triremes transmitti?*

19 *Hæresis inquisitus si facta abiuratione reincidat in hæresim reincidit etiam in suas pœnas absque spe ueniæ, & degradatus traditur curiæ seculari.*

20 *Abiurans hæresim euitat pœnam mortis, non solùm si abiurauerit ante condemnationem, sed etiam si post.*

21 *Leuiter suspecto de hæresi, leuiter indicenda est purgatio.*

22 *Contumax in suscipienda purgatione excommunicatur, & si in excommunicatione per annum maneat, iudicatur ut hæreticus.*

23 *Purgationem suscipiens, & in ea deficiens, ut relapsus subiacet pœnæ hæretici.*

24 *Relapsus quis dicatur.*

25 *Suspectus leuiter de hæresi, si suscepta purgatione incidat in hæresim, non subiacet pœnis ordinariis, sed aliis, licet grauibus.*

26 *Hæretici bona habentur pro confiscatis absque alia sententia priuante eum, sed secuta tantum declaratione*

27 *Hæreticus habetur pro excommunicato.*

28 *Sententia priuans hæreticum non requiritur ad hoc ut executio fieri possit contra personam ipsius & bona, sed sufficit declaratio.*

29 *Assassinus potest impunè offendi, secuta tamen declaratione.*

30 *Sententia declaratoria potest ferri contra hæreticum mortuum, & pœna transibit in hæredes.*

31 *Mortuus non potest damnari crimine læsæ maiestatis.*

32 *Tempus, intra quod possit contra hæredẽ hæretici procedi.*

33 *Hæretici bona propter quasdam constitutiones Pontificias applicantur partim iudici seculari, partim episcopo & inquisitori; partim ecclesiæ Romanæ. licet per canones applicarentur fisco principis, cui subditus erat hæreticus.*

34 *Bona hæretici quæ applicantur domino seculari in terris infeudatis, non applicantur primo domino sed feudatario.*

35 *Pœnæ hæreticorum non possunt per iudicem secularem mutari ad quem transmittitur sententia seu effectus sententiæ, ut executioni mittatur.*

36 *Pœna hæretici potest etiã esse pecuniaria.*

37 *Pœna ultimi supplicii hæreticis imponitur tam per legem ciuilem, quàm canonicam, & consuetudinem.*

38 *Hæresis materia per quos tractetur.*

39 *Libri hæreticorum non possunt pênes se teneri.*



Voniam promissorum memor sum, & ea intendo pro uiribus exequi, ideo ad ueram cognitionẽ, qualiter reus defendi, & eius defensio impugnari possit; tractare aggrediar de singulis delictis, Et

primò accipiam materiam hæresis? Sciendum est autem, † quòd etsi multis & multis modis qui dicitur hæreticus, ut per gl. in cap. firmissimè. extra, de hæret. & in l. 2. C. eodem. & per Hostien. in summa de hæret. & per omnes Doctores, maximè Canonistas in locis suis, & Feudistas, maximè Aluarot. & Afflict. in titu. de stat. & consuet. contra liber. eccles. &c. & Federic. de Senis, qui est uidendus in consilio 253. & Vital. in tractatu suo malefic. sub rub. de hæretic. & alibi sæpe. Tamen propriè & strictè quis dicitur hæreticus duobus casibus tantùm, uidelicet quando sentit aliter de articulis fidei, quàm Romana ecclesia. 24. q. 1. in ca. hæc est fides. & quãdo male sentit de sacramentis ecclesiæ. c. ad abolendam. in princ. de hæret. ita Abb. post alios communiter in d. ca. firmissimè. & sequitur Dec. consil. 151. col. 2. uol. 1. & Feli. in rub. de hæretic. ubi tamen dicit, quòd ad hoc ut possit existimari propriè hæreticus in dictis casibus, debet esse pertinax in sua opinione, dum corrigitur. & ibi ponitur quid de sortilego, uel dante pocula amatoria cum inuocatione dæmonum, & quid de celebrante diuinum missæ sacrum hostia non consecrata. Secundò, si uis scire quæ probationes sufficiant in crimine hæresis, uide text. in c. in fidei. de hæret. in

2 6. qui † dicit admitti excommunicatos participes, & socios criminis, ita tamen ut ex numero testium, & qualitate personarum, tam deponentium, quam earum, contra quas deponunt, ac aliis circunstantiis, deponentes falsa dicere non præsumantur: & ideo testi inimico capitali inimicitia non crederetur in hoc crimine. Feder. dicto cõsil. 252. circa finem. & Bartol. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iuliam maiest.

3 Non † admittuntur tamen tales testes ad defensionem, licet totum contrarium uideretur dicendum: casus est in c. filii. in fi.

4 de hæret. in 6. Nec † duo testes ex his etiã sufficiunt ad probandum hoc crimen: casus est in dicto cap. fidei. licet ex regula sufficiant. Ita Aret. de utroque in c. fi. in fi. extra, de testi. hoc modo ad concordiam reducens in hoc ultimo opiniones: quia aliqui uolunt, ut requirantur saltem tres: & aliqui, ut sufficiant duo, ut per Gemin. in cap. ut officium. §. uerum. de hær. in 6. Et facit ad hoc, ut sufficiant duo integri testes etiam in hoc crimine, quòd ad damnandum summum Pontificem in quolibet crimine duo sufficiunt, ut dixi suprà in tit.

5 de conuictis. col. 1. Addo, quòd † leuiores probationes requiruntur in hoc crimine quàm in alio. Ita Gemi. in dicto. §. uerum. & Ioan. Andr. in nouella ibidem. & ita Anton. de Butr. in c. excommunicamus. *el primo.* in fi. de hæret. Archi. in dicto cap. in fidei. & in dicto cap. officium. Et fundamentum est in l. 2. C. de hæret. ubi dicit, quòd leue argumentum sufficit ad conuincendum hæreticum. Sed procedit ille textus quo ad inducendam suspicionem, per quã sequitur purgatio, iuxta text. in dicto cap. excommunicamus. *el primo.* in §. qui autẽ inuenti. ita glo. in cap. literas. de præsump. & in effectu Abb. Imol. Anto. de Bur. & cõmuniter Doctores dantes etiam alias solutiones ad dictum tex. sic etiam Fel. in dicto cap. literas. colum. pen. uolunt tamen, quòd illud leue argumentũ, siue leue indiciũ, quod sufficit, probetur per duos testes cõtestes, iuxta gloss. in l. fi. C. fam. hercisc. & non sufficiant singulares, uide in dictis locis, maximè in dicto cap. ut officium. per Gemin. & Ioan. And. in nouella. Non potest tamen negari, iudicio meo, quin minores probationes sufficiant in hoc crimine, per d. c. in fidei. qui tex. si esset factus ad solam suspicionem inducendam, parum nobis prodesset, & Doctores ibi eum intelligunt quo ad plenam fidem criminis, & Aret. in d. ca. fi. quod etiam patet, quia præsumptio uiolenta sufficit ad condemnandum, quæ aliàs nõ sufficit. tex. est in c. cum contumacia. de hæret. in 6. & ibi in glos. & Fel. in c. sicut de simo. ubi uide. Sic etiã in crimine læsæ maiestatis admittũtur crimine notati passim. tex. in c. licet Heli. & ibi Abb. colum. 2. in penult. notabili, extrà, de simo. & Abb. in c. per tuas. col. 1 in 2. notabili, extra eodem. & Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iul. maiest. & dicam infrà in tit. de crimine læsæ maiestatis, & an sufficiant ad condemnandum, sicut alii duo integri testes, ex prædictis uidetur eos sufficere. Sed contra per l. sciant cuncti. C. de probat. iunctis dictis per Alexan. in consi. 11. colum. 1. & 2. uolum. 1. ubi dicit, quòd tamen nõ sunt in hoc crimine integri testes.

Ego

Ego in præsentia credo, quòd sufficiant, concurrentibus his, de quibus in dicto ca. in fidei. iunctis præcedentibus pro hac parte. Et ad prædicta uide etiam Imol. in clemen. 2. col. pen. de hæretic. ubi uult, quòd unus testis & fama non sufficiant ad plenã fidem. Sed non discrepat, quia me reduco ad d. cap. in fidei. qui etiam contentus non est hac probatione. Sed quomodo proce-
6 dendum est in crimine hæresis? Dic † ex leui & modica præsumptione posse procedi contra aliquem uti hæreticum: ita probat tex. in c. accusatus. in prin. de hæret. in 6. & ibi not. per Modernos & Abb. in c. literas. de præsump. in uerbo, uehementi. dicit, ꝙ leue argumentum, iuxta d. l. 2. C. de hære. sufficit ad inquirendum de hæresi, & procedi potest non solum per accusationem, uerùm etiam per denunciationem & inquisitionem. c. licet Heli. iuncto c. seq. & c. qualiter & quando. *el secondo*. de accus. Est uerum, ꝙ non requiritur, ut præcedant inquisitioné omnino ille clamor & infamia, de quibus in dictis capitulis. Sed leuis & modica præsumptio sufficit, per prædicta. Et hæc adde ad ea, quæ dixi suprà in tit. de in-
7 quisitione. Et † proceditur quomodocunque, uel per accusationé, uel ut suprà, summariè simpliciter, &c. prout etiã in crimine læsæ maiestatis, iuxta text. in extrauag. ad reprimendum. text. est in c. fi. de hære. in 6. & talis ita suspectus in carceres coniicitur, & interdum ponitur in compedib. uel etiam committitur custodiæ fideiussoris, quando crimen hæresis est graue, ut in cle. 1. de hæret. & in c. ut inquisitionis. & ibi per Arch. de hære. in 6. & dum examinantur testes, ultra iudicem & notarium debet interuenire duæ religiosæ, & discretæ personæ propter pondus criminis, tex. est in d. c. ut officium. §. uerum. Est etiam
8 aduertendum, † ut dicta testium & accusatorum non publicentur, ubi ex hoc eis imminea periculum, ut in d. c. fi. de hæret. in
9 6. non † tamen est neganda copia indiciorum, tradit Bal. in consi. 95. uolum. 1. & dixi suprà in materia torturæ in 4. q. princ. Nec etiam defensio, dato ꝙ possit procedi simpliciter de plano, &c. ut habes per totum commentarium Bar. ad d. extrauag. ad reprimendum. si bene uides, & alias dixi, & hoc etiam ponderaui. Non potest autem
10 in processu † huius criminis se intromittere secularis iudex, nec princeps secularis, sed tantum ecclesiasticus: quia crimen hæresis, est crimen mœrè ecclesiasticũ. Casus est in c. ut inquisitionis. de hæret. in 6. & ibi dicitur, ꝙ tantum se intromittit in exequendo ea, quæ sibi iniunguntur ab ordinario & inquisitore, alioquin est ipso iure excommunicatus. hæc est materia c. cũ sit generale. ubi Abb. & alii, de for. comp.
11 Et † antequam esset inuentum officium inquisitoris, ad episcopos spectabat hoc onus inquirendi & puniendi hæreticos. c. ad abolendam. in fi. de hæret. & c. excómunicamus. *el primo*. §. fi. eo. tit. Sed hoc tem-
12 pore † si in eodem loco adsit episcopus & inquisitor, simul procedere possunt, & diuisim etiam, nisi quo ad ardua, ut ad torturã & sententiam, quia simul debent expedire, de hoc est text. in cle. 1. de hær. ubi ponuntur primò quinq;, quæ unus sine altero potest: & deinde tria, quæ uterq; debet simul expedire, & uide Anan. ad hæc in d. §. fi. Et quia dixi, ꝙ crimé hæresis est mœrè eccle-
13 siasticum, & † ꝙ princeps secularis nullo modo potest se de eo intromittere, Scias ꝙ dum superiorib. diebus incidisset sermo in Senatu de modo puniendi eos, qui Lutheri sectam sequũtur: quia ex tali excessu proueniunt perturbationes dominii, ut uidimus in diuersis regionibus, dixi ego ꝙ ratione huius perturbationis Senatus poterat dare iudices, & adducebã notata per Bar. in l. diuus. ff. de sicar. quando quis committit unum delictum, & incidit in aliud, ꝙ de utroq; punitur. Concludendo, ꝙ de hæresi iudex ecclesiasticus debet procedere, de seditione uerò & perturbatione secularis. Adducebam etiã notata per Abb.
14 in c. cùm terra, de elect. ubi † quãuis princeps secularis non possit se intromittere in electione ad aliquod beneficium, tamé potest eiicere talem electum uti suspectũ e dominio suo. Quę decisio obseruata fuit sæpe per Senatum nostrum contra religiosas personas seditiosas, & malæ uitæ. & placuit hæc mea consideratio. Ego tamen ueritati hoc casu assentio, quam puto esse in contrarium: quia unum non potest ab altero separari: & ideo non debet princeps secularis se intromittere. nisi adiuuando ecclesiasticum, per prædicta, facto processu

per inquisit. rē, uel episcopū, uel utrunque
15 simul. Considerandū est etiam, † an cōstet de crimine plenè per testes, uel confessionem: quia tunc si pertinaciter perseueraret in hæresi, dānatur, text. est in c. ad abolendam. in prin. de hære. & 2. q. 1. c. nos in quenquā. ad cuius hæresis cōdemnationē interuenire debet consilium peritorum. c. fi. de hæret. in 6. Damnatusq; traditur curiæ seculari puniendus debita animaduersione. c. excommunicamus. *el primo* §. 1. & c. excommunicamus. *el secondo*. §. 1. de hæ-
16 ret. facta prius degradatione, † quo ad clericos, ut in dictis iuribus: & pœna huius dānati est ignis corporalis, & publicatio omnium bonorum: de pœna ignis corporalis habes per Abb. Fel. & Doctores communiter in d. c. ad abolendā. de publicatione bonorum habes ibidem in text. & in dictis iuribus, in c. uergentis. eo titu. & in c. cùm se-
17 cundum. de hæret in 6. & † deuenitur ad hanc pœnam mortis, nisi se purgauerit, abiuratione facta de hæresi, quia tunc euitatur d. c. ad abolendam. in princ. non euitatur tamen pœna depositionis, & perpetui carceris. d. c. excommunicamus. *el secondo*. §. si qui autem. eo. titu. potest etiam imponi alia pœna, putà, ut omni uitæ suæ tépore per orbem incedat, ut fit interdum: quę tamen pœna potest mitigari hodie. c. ut cōmissi. §. necnon. de hæret. in 6. & conuerti in pœnam pecuniariam, ut notatur in d. §.
18 & alibi sæpe. An autem † possit qui hæresim abiurauit, maximè clericus, transmitti ad triremes? Videtur non posse: quia faciłè sequitur mors, quæ pœna est reprobata secundum Canones: hinc est, ꝙ etiam reprobatur pœna ferrearum cauearum, ut per Felin. in c. qualiter. §. ad corrigendos. nu. 24. de accus. sed dic ꝙ sine dubio hæc pœna cauearum dicitur reprobata, quādo ex ea uerisimiliter sequeretur mors, ut quando ibi poneretur quis perpetuò, uel etiā ad tempus, & nō cooperiretur die nec noctu, maximè tempore hyemis, aliàs si ad tēpus, & moderatè non uideretur reprobata, & idē de triremibus, & ideo etiam pœna perpetui carceris pro hoc crimine non est reiecta, ut ibi suprà, nisi ibi poneretur, & uictus sufficiens non daretur. Et ita uidi seruari Cremonæ, nec etiam recuperat bona per dictam abiurationem, nisi recuperaret ex c. uergentis. de hæret. & ibi late Feli. col. 1. & 2. qui tandem ita se firmat ex dicto textu & aliis maximè ex regula,
19 id quod nostrum est. ff. de reg. iur. Si † tamen re incidat in hæresim, tunc etiam reincidat in suas pœnas, absq; spe ueniæ, & datur curiæ seculari, degradatione facta. c. super eo. de hæret. in 6. & eo. c. accusatus. & c. ad abolendam. §. illos quoq;. Et id, qđ
20 dico de abiuratione, † etiam procedit secuta condēnatione, uide Dec. in c. at si clerici. in prin. extrà, de iudi. dum loquitur de delictis degradatione dignis, in uers. ad tertium. Sūt enim in hoc uariæ opiniones, ut per Abb. in c. excommunicauimus de hæret. & Abb. in hoc se firmat ibi, col. 3. & ita seruatur, & causa uarietatis Doctorū est, quia tex. in d. c. ad abolendam. dicit. ꝙ continuò postquàm fuerit depręhensus debet eum pœnitere: tamen sic. ut dixi, concluditur & seruatur. & licet ēt tex. in eo. c. ad abolendam. dicat ꝙ spōtè debet uenire, tamē intelligitur ibi etiam ꝙ si uocatus. Hęc ꝓ-
21 cedunt, † ubi quis conuictus uel cōfessus
22 esset de hæresi. Cæterùm † si tantū remanet leuiter suspectus, tunc indicenda esset purgatio: & ubi esset cōtumax in illa suscipienda, excommunicaretur: in qua excommunicatione si perseueraret per annū, iudicaretur uti hæreticus. tex. est in d. c. excommunicamus. *el primo*. §. qui aūt inuēti.
23 Si † uerò susciperet purgationem, & deficeret in purgatione, esset censendus uti hæreticus, & subiaceret pœnæ hæretici. d. c. ad abolendam. §. qui uerò inuenti. & declarat Abb. in d. c. excommunicamus. iudicatur. n. relapsus, sicut in præcedēti casu, quādo esset confessus uel conuictus, & reinci-
24 deret in hæresim. Et † quādo quis dicatur relapsus. uide tex. & ibi not. in c. cum uerò. in prin. de hæret. in 6. Cald. in consi. 2. in titu. de hæret. & de intellectu d. tex. & eorū, quæ notātur ibi, uide eundem Cald. in eo. tit. consi. 5. & Dec. consi. 137. col. 3. & in his locis apparet, ꝙ non dicitur relapsus, qui pœnitentiā sibi iniunctam post abiuratam hæresim nō impleuit. In quo ultimo dixit mihi seruari contrarium inquisitor ciuitatis nostræ Mediolani, qui hoc idem attestatus est etiā esse de iure, & nihil ualere rationem Dec. Aduerte tamen, dum dixi su-
25 spectū suscepta purgatione, † si incidat in hæresim,

hæresim, dici relapsum, & subiacere pœnis, de quibus suprà. ꝙ hoc non procedit, quando suspicio fuit leuis: quia tunc non subiacet pœnis ordinariis, sed aliis pœnis, licet grauib. tex. est in c. accusatus. in fi. pri. de hæret. in 6. & in illo text. est clarũ, ꝙ ét solũ suspectus debet abiurare hæresim: & quia dixi, ꝙ dãnatur hæreticus ét in confi-
26 scatione bonorũ. Dic† hodie bona hæretici haberi pro confiscatis, & non est necessaria alia sententia priuans eũ, sed tantũ declaratio. tex. est in d. c. cum scd̃m. de hær.
27 in 6. Sic etiã† hæreticus habetur pro excommunicato. tex. est in c. excommunicamus *el primo*. in prin. & in c. excommunicamus *el secondo*. in prin. & in d. c. ad abolẽdã. in prin. Quo ad pœnã personalẽ aliud non
28 uidetur immutatum, & sic uidetur† requiri priuatio per sententiã, ad hoc ut executio fieri possit cõtra personã, iuxta reg. generalẽ l. si cõfessus. ff. de cust. & exhi. reor. non sic est in persona rebellis, quia habetur pro rebelle absq; alia sententia priuante eũ. tex. est in extrauag. qui sint rebelles. & hoc assumptũ meũ uidetur ostẽdi in d. c. cũ scd̃m. qđ solùm de bonis loquitur. Veritas tamen est, ut idem sit quo ad personã, ut habeatur pro damnato, & sit diffidatus apud oẽs gentes, Auth. Gazaros. C. de hære. cũ declaratione tamẽ, iuxta d. c. cũ secũdum. ita Franc. & alii cõmuniter in c. præsidentes. de hæret. in 6. uolentes ut quilibet priuatus possit ideo hæreticũ occidere, declaratũ tamen: & loquuntur Doct. in occi-
29 sione & spoliatione bonorũ:† & idẽ est dicẽdũ in assassino, ut possit impunè occidi, præuia declaratione. Alex. cons. 166. uol. 7. & dixi suprà. in ti. de so. cóp. & idẽ in offendente cardinalẽ, iuxta c. felicis. in 6. de pœ. in quo tex. etiam talis diffidatur, & tamen requiritur declaratio, ut ibi per Gem. col. 3. uer. & idem uidetur in pœna diffidationis. & idẽ quod Gem. tenent ét cõiter ibi Doct. ut apparet ex dictis Franchi. In rebelle uerò Bar. in uer. rebellando. in extrauag. qui sint rebelles, uult ut possit occidi, & deinde patefieri rebellio, & declarari: & uidetur cõmunis opi. cũ Bar. ut dixi supra. sub rub. de defens. reor. & defen. impug. & dicam in tit. de cri. læsæ. maie. qui immediatè subiicietur: contra qđ tamen est text. in d. c. felicis. ubi offendẽs cardinalẽ punitur ut reus criminis læsæ maie. & amplius etiã diffidatus est: & tamẽ quo ad offensionẽ facti requiritur declaratio, ut dixi: & propterea fortè Bar. inaduertẽter loquutus fuit, & cæteri, qui secuti sunt eum. Ad hæc etiã facit dictum c. pro humani. cũ declaratione, de qua suprà, ꝙ eo etiam in casu requiritur declaratio. Et magis etiam facit qđ dictum est de hæretico, arguendo de maiori delicto hæresis, & sic in Deũ, ad hoc crimen læsæ maie. in hominem, defendi tamẽ potest. & Doctores eum sequentes, ut dixi suprà sub rub. de defens. reor. &c. in uer. erit etiã aduertendum, an occisus rebellis
30 esset. ubi uide omnino. Sed† an sit necessariũ, ut declaratio contra hæreticum sequatur ante mortem hæretici? Videtur esse necessaria, & ꝙ aliter pœna non transeat in hæredes, ex dictis per Ias. in l. 3 §. quod aĩt ait. ubi omnino uide. ff. quod quisq; iur. allegat d. c. cum tantũ. & tex. & Bar. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fis. & alia, ut per eũ. Sed dic contrarium, ꝙ põt fieri declaratio etiã post mortẽ, declarandó tali tẽpore cõmissum delictum, ex qua sequitur cõfiscatio bonorũ à die commissi delicti. d. c. cum secũdum. cum ibi not. & ratio, quia potest fieri post mortẽ, est, quia de crimine potest tractari post mortem. sicut ante, secundum Ang. in l. pe. C. ad leg. Iul. maiest. gl. in summa 24. q. 2. & gl. in c. neq;. 88. dis. tex. & ibi Doct. in c. si quis episcopus. extrà, de hæret. c. accusatus. §. in eo. de hęre. in 6. Mart. in tract. de prin. in ti. de fis. conclus. 257. & tex. in l. Manichæos. C. de hær. & latè Fel. in c. cũ nobis. col. 4. & 5. extrà, de pręscrip. & alibi sæpe. & ita declarat Abb. in c. uergẽtis. uers. & aduerte. extrà, de hæret. & in c. cũ nobis. & satis patet in c. 2. de pręscrip.
31 in 6. Super quo tex. se fundat Ab. unde† cũ in crimine læsæ maiest. non possit procedi contra mortuũ, nisi in casu l. fi. ff. ad le. Iul. maiest. quãuis bona ipso iure sint confiscata, tamen post mortem non potest probari crimen, & successiuè declarari. Ita Dec. in consi. 410. & loquitur in fortiorib. terminis, quia loquitur in casu decreti, per qđ bona rebellis erant ipso iure confiscata, etiam absq; declaratione, & tamen uult, ut nõ prosit dicta declaratio legis, ubi sit probandũ delictum post mortẽ, quia non erat in casu d. l. fi. ff. ad le. Iul. ma. & dicit Deci.

ibi, q hoc est clarum: Vt tamen bene intelligas hæc, uide quæ dicam infra. in tit. de senten. in uerb. sententiæ materiam sequen-
32 do. & ad ea te reiicio. Sed † infra quantum tempus possit procedi post mortem contra hæredes hæretici, uide in c. 2. de præscri. in 6. & per Fel. in d. c. cũ nobis. de præ
33 scri. col. 4. & seq. Scias etiam † q bona hæretici pertinent in terris Põtificis ad eius fiscum, & in terris Imperatoris ad fiscum Imperatoris, & sic de aliis principib. secularib. c. uergentis. de hæret. Hodie tamen per quasdã constitutiones Pontificias diuiduntur in tres partes: una est iudicis secularis, alia officialiũ, id est, episcopi & inquisitoris, tertia reseruatur ecclesiæ Romanæ pro tuitione officii, ut dicunt Doctores in d. c. cum secundum. ubi uide. & Anch. in cõ si. 15 col. 4. Dixit tamẽ mihi inquisitor hæresis, q nihil pertinet ad episcopũ, & q de hoc est extrauagans Bonifacii, nec principi seculari, nisi suscipiat onus militum, & aliarum impensarum ad perniciẽ taliũ sce-
34 lestorum. Et adde, † q stante cõsuetudine uel constitutione, ut aliqua pars sit dominii temporalis, si aliqua bona sint in loco infeudato in dominio Mediolani, uel Subaudiæ, talia bona non applicabuntur primo domino, & sic duci, sed feudatario. Ita Mart. in tract. de princ. in tit. de fisco. con-
35 clus. 24. ubi uide. Adde etiã, † q pœnæ hæreticorum trãsmisso processu à iudicib. ecclesiasticis cum sententia (licet tamẽ seruetur, ut sola sententia transmittatur, imò solus effectus sententiæ) ad officiales seculares, ut exequantur, & hæreticos cõburant, non possunt per eos officiales laicos, nec principẽ secularem mutari, contra Bart. in l. diuus. ff de cust. re. & l. nam & magistratibus. ff. de iur. om. iud. Ista est cõmunis opi. in d. l. nam & magistratib. & in c. ad abolendam. ut ibi per Fel. in fi. Et fundamentũ est in c. ut inquisitionis. de hæret. in 6. ubi disponitur, q secularis nullo modo possit se intromittere sub pœna excommunicationis, propter quod nescio quomodo potuerit statui, ut omnes causæ hæreticorum referantur ad Senatum nostrum, prout statutum fuit: & circa dictã mutationem pœnæ communis est, ut dixi, q non possit fieri, ut apparet ex dictis Mari. in c. cum sit generale. de fo. comp. quicquid ibidem uoluerit
36 D. Ant. de But. & Barb. Adde quoque, † q quamuis ex regula non sit alia pœna hæretici, quàm pœna ultimi supplicii, tamen etiam quandoque imponi potest pœna pecuniaria, ut per Imol. in clem. 2. colum. penul. super gloss. in uer. illicitè. ubi uide, de heret. quod tamen nõ uidetur faciendum ad tollendam suspicionem, in quam incur-
37 reret inquisitor. Item adde, quòd † in pœna ultimi supplicii imponenda regulariter hæretico conuenit lex ciuilis, diuina, canonica, & consuetudo, & modus est per ignẽ. Ita Abb. in c. ad abolendam. & q sit de iure ciuili pœna ultimi supplicii, est tex. in l. quicunque. ad fi. C. de hæret. cum distinctione tamen ut ibi, & ita glo. in c. excommunicamus. *el secondo.* in princip. de hæret. Aliasq; pœnas iuris ciuilis ponit text. in l. Arriani. & per totum. C. eod. quæ leges ciuiles, & omnes leges conditæ contra hæreticos in fauorem fidei sunt approbatæ à Põtifice. c. inquisitionis. de hæret. in 6. Hosti. & Ab. in c. excommunicamus. *el primo.*
38 col. 3. ad fi. ext. de hær. Reliqua uide † in directorio inquisitoris, in malleo hæreticorum, in lucerna inquisitoris, in syluestrina, & in Tabiena, ac in aliis auctoritatibus super hoc crimine ęditis. Et quia nunc apparent multæ sectæ hæreticorum in Germania, quot fuerint ante, ponit text. in c. fin.
39 24. q. 3. Et † caue semper, ut non legas, nec teneas penes te libros damnatos de hæresi. l. damnato. C. de hæret. & uide de hæreticis, qui sint, & quomodo puniantur, per Io. Bernard. in sua practica canonica criminali, cap. 106.

Tit. de Crimine læsæ maiestatis.

SVMMAE.

1 *Læsæ maiestatis crimen incurrit, qui contra rempublicam Romanorum, uel eius securitatem aliquid committit.*

2 *Læsæ maiestatis crimen quis incurrat, & eius capita.*

3 *Adulterium committens cum uxore Cæsaris uel Regis non incidit in crimen læsæ maiestatis.*

Furtum

4 *Furtum faciens principi non incidit in crimen læsæ maiest.*
5 *Committens contra personam principis, uel astantis lateri eius, incidit in l. quisquis C. ad l. Iul maiest.*
6 *Capita legis Iuliæ maiestatis multa sunt.*
7 *Lex Cornelia de sicar & de fals. habet multa capita.*
8 *Leges, quæ puniebant offendentem personam principis uel astantis lateri eius ante l quisquis. C ad l. Iul. maiest.*
9 *Occidens magistratum principis non assistẽtem lateri eius non incidit in l. quisquis. C. ad leg Iul maiest.*
10 *Committere aduersus securitatem populi Romani dicitur, qui frangit securitatem hosti concessam, & incidit in crimen læsæ maiestatis, uel etiam qui in dedecus & offensionem principis alicui rumpit securitatem.*
11 *Offendens fœderatum principi in excidium rei publicæ incidit in crimen læsæ maiestatis commissum in principem.*
12 *Literas mittens ad hostes in damnum reipublicæ incidit in crimen læsæ maiest.*
13 *Transiens ad hostes in damnum rei publicæ incidit in crimen læsæ maiestatis.*
14 *Offendens magistratum ex iniuria priuata habet excusationem à crimine læsæ maiest.*
15 *Læsæ maiestatis crimen cõmittit, qui non obedit principi in damnum prouinciæ, secus si in damnum aduersarii.*
16 *Læsæ maiestatis reus non est, qui curauit ut obsides populo Romano dati aufugerent. ne testimonium contra se dicerent.*
17 *Seditionem concitans alia ratione, quàm ad turbationem prouinciæ, non incidit in crimen læsæ maiestatis, sed punitur tanquam seditiosus.*
18 *Tumultus populi ut sedetur, iudex potest accelerare executionem, licet ea de causa non possit procedere ad condemnationem.*
19 *Seditio dicitur quasi seorsum itio.*
20 *Lex prima, ad leg. Iul. maiest. an habeat locum in faciente contra aliam ciuitatem quàm Romanam.*
21 *Pœna congregantis gentem qualis sit.*
22 *Arma domo tenentes præterquàm ad usum uenationis, tenentur lege Iulia de ui publica.*
23 *Uniri & congregari possunt gentes ad defensionem.*
24 *Decretum Mediolani puniens uniones & congregationes, intelligitur de unionibus simpliciter, nisi probetur quòd ad bonum finem factæ sint.*
25 *Unio præsumitur facta contra rempublicã, & non ratione priuati commodi, nisi appareat de causa, quæ respiciat priuatum commodum, & conueniat qualitas personæ.*
26 *Unionis essentia requirit caput, & locum in quo facta sit.*
27 *Unio ad malum finẽ præsumitur facta quando erat cum armis, uel incontinenti põst secutum est malum.*
28 *Sequens actus ostendit qualis fuerit animus à principio.*
29 *Decretum Mediolani de unione licet imponat pœnam corporalem, tamen non solet ex sola unione imponi.*
30 *Fœdus per ducem Mediolani feudatarium Cæsaris cum principibus Italiæ, & hostibus extra Italiam existente Cæsaris exercitu in Italia factum propter illicitas oppressiones & ad defensionem non facit eũ incidere in crimen læsæ maiestatis, nec ut possit feudo priuari.*
31 *Falsum scribens in tabulis publicis in damnũ rei publicæ, uel principis tenetur crimine læsæ maiestatis.*
32 *Uxor rebellis tenetur sequi uirum, nec efficitur rebellis.*
33 *Hostilia opera exercẽs aduersus principẽ, tenetur crimine læsæ maiesta. licet secus si non obedit officialibus.*
34 *Læsæ maiestatis crimen incurrit occupans terram, castrum principis, uel hostibus mittens pecunias & aliis casibus.*
35 *Læsæ maiestatis crimen quando quis in dubio incurrat. et uideatur quid factum in damnum reipublicæ:*
36 *Legatum principis occidens subditus illius, ad quem missus est tenetur lege Iulia maiestatis si in damnum domini sui occidat secus si ratione priuata, idem si legatum principis sui occidat.*
37 *Tabellarium principis occidens, ut ablatis literis arcana hostibus propalentur, incurrit crimen læsæ maiest.*
38 *Occidens hominem, quo princeps utebatur in rebus publicis adhoc ut princeps eo careat, incidit in crimen læsæ maiestatis.*
39 *Læsæ maiest crimẽ incurrit qui se pro comitiuut duce contra uoluntatẽ principis gessit*

non sit de iure, sed tantùm interdicitur administratio, & propterea requiritur declaratio.

74 *Rebellans principi suo ipso iure est rebellis, licet secus sit in homicida.*

75 *Decreta & statuta licet disponant, ut bona committentis crimen læsæ maiestatis ipso iure sint publicata, tamen requiritur sententia declaratoria, aliàs fiscus non potest manum apponere.*

76 *Læsæ maiestatis crimen constare debet in uita rebellis, nec sufficit ut post mortem de eo constet, nisi quando memoria damnari potest, etiam quòd decreta uelint bona ipso iure publicata esse in tali crimine.*

77 *Rebellis notorius potest impunè occidi ante declarationem.*

78 *Transfuga potest impunè occidi ante declarationem.*

79 *Rebellis amittit iurisdictiones.*

80 *Læsæ maiestatis crimen non incurrit nisi subditus.*

81 *Rebellis non potest esse nisi subditus, licet hostis possit ex qualibet gente*

82 *Rebellis dici non potest, qui ad hostes se contulit, quando hostes territorium, in quo talis erat incola, occupauerant.*

83 *Possessor iurisdictionis cognoscit, non princeps legitimus possessione priuatus, & quasi possessor iurispatronatus præsentat, non proprietarius.*

84 *Occidens aliquem uti rebellem ducis Mediolani, quia opus aliquod rebellionis contra eum è dominio eiectum fecisset, impunè non occidit.*

85 *Pœnæ delictorum sunt fructus iurisdictionis qui spectant possessori.*

86 *Clericus non potest committere crimen læsæ maiest. contra dominum secularem, cui ratione domicilii est subiectus.*

87 *Clericus dicitur non subditus domino temporali.*

88 *Clerici dicuntur esse sub protectione domini temporalis, nec possunt dici forenses.*

89 *Fœderatus non potest crimen læsæ maiest. contra simul fœderatum, qui non est suus princeps, committere.*

90 *Hostis non potest dici fœderatus.*

91 *Adhærentes ducibus Mediolani debent à Cæsare defendi, ad quem ob finitam generationem deuolutum est dominium Mediolani, & ita defensi fuerunt.*

92 *Fœdera, capitulationes, & adhærentiæ Pontificis, & Cæsaris, obligant successores.*

63 *Bannitus licet quo ad fauorem suum desinat esse ciuis, tamen quo ad odium remanet subditus, & committit crimen rebellionis.*

94 *Bannitus dicitur hostis ciuitatis.*

95 *Subditus ratione originis solùm, dicitur ita subditus, ut si committat crimē rebellionis, dicatur rebellis.*

96 *Domicilii ius est potentius, quàm originis.*

97 *Subditus propriè non dicitur, qui non sustinet onera in loco cum aliis.*

98 *Subditus dicitur feudatarius, non solum qui domicilium trahit in loco immediatè principi subiecto, sed etiam qui trahit in loco infeudato, ad hoc ut dicatur commissum crimen rebellionis contra dominum.*

99 *Rebellionis crimen contra primum dominum non committit subditus feudatarii, quando id agit ut feudatarium solum offendat, secus si contra utrunque committat, ut ambos offendat.*

100 *Superiori ius censetur reseruatum à supremo domino in priuilegiis concessionis feudi.*

101 *Adhærentia quis non tribuit iurisdictionem, sed defensionem à uia facti consequitur.*

102 *Subditus feudatarii uidetur subditus primi domini.*

103 *Dominus supremus ordinariè & regulariter habet iurisdictionem in subditos feudatarii in secundis causis.*

104 *Dominus supremus, & eius delegatus potest citare in terris feudatarii ratione iuris superioris quod retinet.*

105 *Rebellium subditorum feudatario & committentium contra primum dominum bona applicantur secundum formam priuilegii.*

106 *Feudatarius qui est subditus concedentis feudum solum ratione iuramenti fidelitatis præstiti non dicitur committere crimen rebellionis contra concedentem.*

107 *Rebellio committitur per subditum contra dominum, qui est in quasi possessione & exercitio iurisdictionis, licet nondum illi iurauerit fidelitatem.*

108 Occidens officialem Papæ siue sit subditus Papæ, siue Cæsaris incidit in crimen læsæ maiestatis.
109 Pontifex saltem habitu habet iurisdictionẽ in terris imperii
110 Pontifex uel eius delegatus potest immediate citare in terris imperii.
111 Testis in crimine læsæ maiestatis quilibet admittitur, nisi sit inimicus.
112 Testis inhabilis admittitur ad probandum in crimine læsæ maiestatis, quando deponit super delicto secus si super adminiculis deponat.
113 Statutum tollens probationes excludit solum directas non indirectas.
114 Testes minus id nei sufficiunt tam ad defensionem indirectam quam ad directam.
115 Testes minus idonei sufficiunt ad probandum adminiculum, quando tale est adminiculum sine quo delictum patere non possit.
116 Inquisitio in crimine læsæ maiestatis non debet formari, ex eo quòd quis sit suspectus principi uel quia descenderit ex progenie quæ malè audiret.
117 Testes singulares sufficiunt in probando tractatu contra principem & patriam.
118 Rebelles perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis ipso iure, & quæ ex priuilegiis & consuetudinibus priuilegiatis proueniunt, & an priuentur obligationibus & promissionibus fidelitatum. & an perdant quæ sunt iuris canonici, & quid in bannitis quid perdunt.
119 Rebellis potest impunè occidi, quia hostis est.
120 Hostis nomen est generale.
121 Rebellis potest ut captiuus detineri, & ab eo talea exigi, & libertate donari, quando bellum iustum est, secus quando uia iustitiæ proceditur, quia tunc possunt à principe puniri.
122 Talea in captiuis successit loco seruitutis.
123 Hostes non rebelles de iure fiunt serui, & ius postliminii habent, licet non seruetur, sed quo ad res tantùm fiet serui.
124 Talea non debet esse nimis excessiua, nec captiui excessiuè tractari.
125 Talea imponi captiuis non deberet nisi bello iusto. sed malè hoc seruatur
126 Bona subditorum non possunt capi, quando indicitur bellum alicui principi, secus ciuitati uti rebelli.
127 Captiuus relaxatus sub fide reuertendi cũ talea, uel quod semper erit captiuus suus, tenetur reuerti de consuetudine, siue bellum sit iustum siue iniustum
128 Captiuus dimissus sub fide reuertendi siue alio pacto, reuersus non poterit incarcerari.
129 Bellum inferens illicitum tenetur de omnibus damnis & homicidiis secutis ex latere aduersarii cui bellum est illatum.
130 Bona rebellis impunè capi possunt, & fiunt capientis, nisi capiens ingressus esset rem quæ esset de iure ciuili, quia illa effecta iã erat principis.
131 Pœna rebellis, & eius qui in crimen læsæ maiestatis incidit, est quod capite puniatur ciuiliter statim à die commissi delicti, pœna capitis naturaliter à die condemnationis & sententiæ declaratoriæ.
132 Ciuitas, uel uniuersitas ob rebellionem non potest aratro subiici, nisi secuta declaratione principis.
133 Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis non sequitur ipso iure, sed post sententiam.
134 Legitima perditur per filios masculos in crimine læsæ maiestatis, & rebellionis, sed filiæ dotari debent de iure communi.
135 Legitima reseruatur filiis in crimine læsæ maiestatis per statutum Mediolani secus in reliquo dominio propter decreta disponentia ut intelligatur reseruata, nisi in crimine læsæ maiestatis.
136 Condemnatus in contumaciam pro rebellione ita priuatur legitima ex forma decretorum Mediolanensis dominii sicut si comparens esset condemnatus.
137 Rebellum filiis relictum legatum uel hæreditas, an acquiratur fisco?
138 Legitima danda est filio rebellis nato & cõcepto post bannum.
139 Clausula, sub pœna indignationis, quam uim habeat.
140 Rebellis non dicitur quis licet sit punitus pœna rebellionis.
141 Iuspatronatus an ueniat in confiscatione bonorum ex causa rebellionis.
142 Feuda an ueniant in confiscatione bonorum ex causa rebellionis.
143 Feudum ecclesiasticum an ueniat in confiscatione bonorum ob rebellionem contra secularem?

cularem principem commissam

144 *Vulnerans uel occidens prælatum cadit à feudo quod habet ab ecclesia.*

145 *Materia criminis læsæ maiestatis per quem tractetur.*



1 IN † crimen læsæ maiestatis incidit qui aliquid committit contra rempublicam Romanorum, uel aduersus eius securitatem. tex. est in l. 1. in prin. ff. ad legem
2 Iul. maiest. Et quæ sint † capita huius criminis, & qui casus in quibus quis dicatur commisisse hoc crimen, habes clarè in d: l. 1. 2. 3. & 4. & ideò Angel. de Aret. in glos. *Che hai tradito la patria.* in pri. dicit in effectu quod si uis intelligere quando quis cómittat crimen læsæ maiestatis, debes uidere dictas quatuor leges, sic etiam clarè sentit Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo. in quocunque crimine, & Imol. in clemen. pastoralis. colum. 4. uersicu. & aliàs. de re iudic. & alibi sæpe, sic etiam Andr. de Iser. & clarius in §. item si fidelis. columna. 3. & 4. quib. mod. feud. amit.
3 Inferens ex hoc † quòd adulterium committens cum uxore Cæsaris uel regis non incidit in hoc crimen, subdens tamen hæc uerba, Cauere sapientis est à talibus, quia potentes quibus pares esse non possumus. l. 3. ff. de alien. iudic. non seruant in hoc fines modestię, & ideo timeri debet quod de facto fit, l. nec timorem. ff. quod metus cau. & sequuntur ibi alii communiter, & idem Ioan. Andr. in titu. quæ sint regalia. in uerbo, & bona commitentium crimen
4 læsæ maiestatis. colum. 5. & facit † quòd etiam furto subtrahens aliquid principi, non incidit in hoc crimen Bartol. in extrauag. qui sint rebelles. in uerbo, rebellis. qui & si loquatur in furto modicæ rei. tamen sentit ut idem sit quando de re alicuius ponderis fieret, & bene quia aliter esset contra text. in d leg. 1. in diffinitione. Furtum tamen est magis graue, quando fit principi. Cæpol. consilio. 40. & ad-
5 uertendum est, † quòd dicta capita omnia loquuntur quando ut dixi committitur contra rempublicam Romanorum, uel securitatem eius. Aliquando etiam & principalius committitur cótra personam ipsius principis, & tunc non loquuntur dictę leges, nec capita earum, sed lex, quisquis. quæ procedit quando committitur in personam principis, & assistentium lateri eius, sic etiam facit text. in cap. felicis. de pœn. in 6. quando quid tentatur contra personam Cardinalis, & ille text. ex d. leg. quisquis. natus est, & dicendum est, ut inquit Cæpol. consilio 80. colum. 1. quod unum est caput unius criminis, quando committitur aduersus principem, adde & astantem lateri eius. d. leg. quis-
6 quis. Alia uerò † sunt multa capita quæ enumerantur in leg. 1. 2. 3. & 4 ff. eo. & melius ut dixi, Soccin. in consil. 275. colum. 2. qui ait plura esse capita criminis læsæ maiestatis. Vnum quando committitur contra principem, & astantem lateri eius, aliud quando committitur contra rempublicam Romanam de quo in d. l. 1. ff. eod. uoluit etiam allegare tres sequentes, in quo secundo capite non habent locum pœnæ d. leg. quisquis. Nam & si sint plura duobus, ut uides & clarè sentit Dec. consilio 410. allegato colum. penulti. tamen rediguntur ad hæc duo. Adde quod
7 † pariter lex Cornelia, de sicariis. habet multa capita. leg. eiusdem. in princip. ff. de sicar. ut dicam in rubr. immediatè sequenti de homicid. & idem dicam de lege Cor-
8 nelia, de falsis. & ne erres scias, † quod licet ex prædictis uideatur quod lex, quisquis. sit illa sola quæ puniat uenientes contra personam principis: tamen ante erat lex quæ hoc puniebat, scilicet lex fin. ff. eod. quæ declarabat dictas quatuor leges, erat etiam lex quæ uidebatur punire occidentes eos qui assistebant lateri principis, scilicet lex prima in uerbo, occidantur. ff. eo. est uerum quod lex, quisquis. loquitur quando fit sola coniuratio, ut in text. & ponderat ibi gloss. parua, & Alexand. consil. 13. colum. 2. uolum. 6. & auget pœnam, sed lex si. loquitur quando palàm animatus uenit contra principem. Item non excedit regularem pœnam capitis & confiscationis bonorum, ut infrà dicam, nisi quatenus uult ut morte non extinguatur crimen, sicut nec lex transgreditur pœnam eius qui occidit magistratum,

9 iuxta d.l.1. Quod ultimum † ut talis occidens magistratum non incurrat pœnas d. leg. quisquis. etiam ampliat notabiliter Salice. in ead.l.col.1.uersic. quæro tertio, quando consiliarius, siue assistens lateri principis, missus esset in aliquam ciuitatem uel prouinciam, ut ibi magistratum gereret, quia uerum est dicere quod non occiditur assistens lateri principis dato q nomine sit talis, & ideo cùm ex consiliariis Cæsaris in dominio Mediolani eligatur singulo biēnio, unus pro prætore Cremonæ, pœna d.l.quisquis. non haberet lo-
10 cum quo ad ipsum. Aduerte tamen † quia non est crimen læsæ maiestatis, nisi quando committitur aduersus populum Romanum uel securitatem eius, & sic in damnū populi Romani, uel aduersus eius securitatem. d. l. 1. in princip. quod fit secundum primam expositionem gloss. super uerbo, securitatem. quando dedisset populus Romanus securitatem alicui, & sibi rumperetur, intelligendo non de securitatibus quæ quotidie dantur subditis, & et amicis, ne possint molestari ex causa criminali, uel ciuili, sed de his quæ dantur hostibus, nam si rumpantur offenditur qui fecit, & fit damnum ipsi principi & eius securitati, ut experientia docet. & ideo Bar. in d.leg.1 not.ex illo text. circa hoc quod etiam hosti est seruanda fides, hæc declaratio magis patebit, ex infrà dicendis. Crederem tamen quocunque casu quo quis in dedecus, & offensionem principis offenderet habentes securitatem quòd incideret in tale crimen, ut infrà patebit. De quibus securitatibus & saluis conductibus, uide Marti. Lauden. in tract. suo, in titu. de crimine læsæ maiestatis. in uersicu. sexto. Imol.consil.33.& per Vital. in tracta. clausu. in 17. char. in 2. col. & pluribus seq. & dicam infrà in tit. de remed. ex sola clemen ti. principali, &c Et secundum aliam oppo
11 sitionem gloss. si † populus Romanus uel princeps contraxisset societatem uel fœdus cum aliqua ciuitate inimica & hoste, & offendatur aliquis ex dicta ciuitate fœderata incidit offendens in hoc crimen, & ideo uide Bart. in extrauagan. in uerbo, rebellando. col. 1. uersicu. quid si aliquis homo. dum dicit q Henricus Imperator recte iudicasset contra regem Robertum, si eum condemnasset de crimine lęsę maiestatis, in summum Pontificem per quādam consequentiam ratione ipsius Imperatoris, qui erat fidelis, fœderatus, & coronatus à Papa, per d.l.1.& gloss. ibi, intelligit tamen hoc Angel. in d.l.1. in uersicu. & hoc puto uerum. quando offenditur in excidium reipublicę, quia durum esset, ut propter aliam iniuriam incideret quis in tantum crimen, est uerissima declaratio, quę pariter declarat præcedētem casum, quia etsi in dicto casu offenderetur princeps, & dominium eius: tamen si in excidium rei publicæ id factum non esset, sed ex aliqua prouocatione, non rectè diceretur inci-
12 disse in hoc crimen. Scias etiam † crimen læsæ maiestatis committi quando mittuntur literæ, uel nuntii ad hostes d.l.1.& ibi Bart. & alii not. sed intelligitur quando fit in damnum reipublicæ. ita tex. in d. l.1. Vital. in tractatu suo, in tit. de crimine
13 læsæ maiestatis. & sic † uult statutum nostrum Mediolani, si illud uides, & magis incideret qui ad hostes iret. Cæpolla consilio 17. colum. 7. & ita intelliguntur omnes alii casus, siue capita de quibus in dictis legibus, ut apparet ex eisdem. Est ue-
14 rum quòd † aliqui possunt habere excusationem, ut prædicti. & quando offenditur magistratus, quia illud etiam fieri potest ex iniuria priuata. ut declarat Felin. in cap.1. colum. fin. de offic. deleg. est tex in extrauagan. qui sint rebelles, dum de officialibus loquitur, & Bartol. ibi, in uerbo, rebellando. in princip. & Bartol. ubi omnino uide in l. hostes. ff. de capt. colum. 3. uersi. circa prædicta. per Bald. in cap. 1. in 3. col. de offic. deleg. in cap. sicut *el tertio.* colum. penul. de iureiur. & Abb. in cap. sanè. col. penult. de offic. deleg. & Alex. in l. quamuis. in fi. ff. de in ius uocan. ubi ponit si detur alapa officiali ex eius uoluntate, an dicatur facta iniuria principi? Et quando occiditur assistens lateri principis potest excusari, ut dicit Andr. de Iser. in d. tit. quæ sint regalia. in uerbo, & committentium crimen læsæ maiestatis. col. 6. in uersic. aduertendum est. & Paris de Put. in tracta. syndic. in rubr. de excessibus consiliariorum in fine secutus Iserniam, ubi
15 suprà. Et quando quis † non obedit principi, ut declarat Bart. in d. uerbo, rebellando. in

60.in pri. ubi omnino uide, & sequitur dicta Bart.ibi Anchar.in clemen. pastoralis, in 8.notab. de re iudic. Alex. in d. consil 13.colum.2.uersic.similiter.uol. 6. Et quã
16 do quis † dat operam, ut obsides populi Romani aufugiant, iuxta d.l.1. cùm id possit fieri, ut fortè non testificentur aduersus eum, uel alia ratione priuatam utili-
17 tatem concernente. Et † quando concitatur seditio, iuxta d.l. 1. quia potuit fieri multis de causis, & alia ratione quàm in damnum prouinciæ. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus.ff.de capt. Bald.in consil. 459. uolum.2.Bart.in dicto uerbo, rebellando. circa princip.Angel. in l. 2. C. de seditio. Salic l.1.C.eodem Alexan.consil.111.colum.fin in pri. Nellus in tractatu bannitorum. in prima parte, secundi temporis: quæst.16.& Deci.in dicto consilio 410.colum.penult.in fi. & gloss. in l. 3. in uerbo, concitauerit.ff. eod. & tunc non transgreditur crimen seditionis de quo in toto titulo.C.de seditio. & in l.capitalium.§. solent.ff.de pœnis. cuius pœna est furcarum, uel deportationis in insulam, quo ad authores seditionis.l.si quis aliquid.§. authores.ff.de pœn. uel alia mitior pœna, iuxta qualitatem rei, ut in l.1.C.de seditio.cum ibi notatis.& in dicto §.solent. & per Alexan.in consil.111.colum.fin.uolum.1. Sed potuit etiam seditio concitari ad turbationem prouinciæ, & tunc est crimen læsæ maiestatis. d. leg. 1. ff. eod. Exemplum est quando quis percurrit ciuitatem turbulenter acclamando, Arma arma, ut in d. leg.capitalium.§.solent. Bald.in leg.obseruare.§.nunquam.ff.de offic.pro consul. & lega.& Barba.consi.61.uolum.2.colum. 8. uersicu. capio alium articulum. Adde
18 † quòd ad sedandum tumultum, licet iudex non possit procedere ad condemnationem. corporalem. leg.decurionum.C. de pœn. & l.si priuatus. qui & à quibus. tamen executio accelerari potest etiam pendente dilatione. Roman.singul. 583. licet iudex. Hippolyt.in suo repertorio, in leg. penult.colum.penulti. uersicu. item nota etiam.ff.de sicariis.ubi uide text.& text.in leg. non ex singulis.ff.de regul,iur.ubi De-
19 cius. Et † dicitur seditio quasi seorsum itio, quia in diuersum uadunt, & alios trahunt, ut notat Geminia. post Archidiac. & Ioan. Andr. in cap.decet. colum.2.uersicu. quæro qualiter fiat seditio. de immunita. eccles.in 6.notabi.Archid.in cap.seditionis. 46. distinctione. Et quan congre-
20 gantur gentes, † iuxta d.l.1.Bar.ibi facit differentiam inter ciuitatem Romæ, & aliam, & Angel. Aretin. in gloss. *Che hai*
21 *tradito la patria.* & † qualis sit pœna simpliciter congreganti gentem, uide leg. denuntiamus.C.de his qui ad eccles. confugiunt.& titu.de ui publica.ff.& C. imò pu-
22 nit titulus ille † tenentes arma in domo, præter usum uenationis uel itineris, ut in l.1.ibi,& per Abba.in cap. cùm dilectus in 2.colum.extrà de ordin.cognit.& est consil.Alexan.111.uolumi.1.& dicit gloss.in l. 3 §.cùm igitur.in uerbo, incontinenti. ibi, sed quid si in uillis, & ibi pro amicis. ff. de
23 ui & ui arma. quòd † gratia defensionis licitum est congregare gentes, & tex. in l. 3.§.si quis non homines.ff. ui bon.rapt. & uide Bar.in l.hostes.ff.de capt.ubi dicit ꝙ priuato licet facere congregationem gentium, & pugnare cum aliis pro defensione rei suæ,de quo per Inno.in cap.olim.in pen.col.de restitu.spol.& Pau.de Cast.consilio 297. colum. 5. Nos Mediolani habemus decreta punientia uniones & congregationes, & licet simpliciter loquantur siue ad bonum,siue ad malum finem fiant,tamen obseruantur tantùm quando ad malum finem, & est consilio.Bald.319. uolu. 2. aliter decretum contineret absurdum contra leg nam & absurdum.ff.de oper.liber.leg.si sic.uersi.aut si sic uolumus. ff. de uerbo.oblig.Alexan.consil.125.uol.5.cir-
24 ca fi.uel dic melius † ꝙ decretum loquitur in dubio,uidelicet ut nõ sit licitum alicui sub qualibet causa quam alleget facere unionem, quia posset unum dicere, & aliud exequi, & sic in dubio præsumitur quod ad malum finem congregauerit alleget quicquid uoluerit, tamen si probet bonum finẽ,decretum uult ut non puniatur pœna ibi imposita,& ita procemiũ decreti ostẽdit,iuxta l.fi.ff.de hęred.insti.& c. quoniã contra.de probat.& in dubio etiam est præsumptio contra faciẽtem unionẽ, quia est de genere delicti.l dolum. C. de dolo. l.1.C.de sicar.imò præsumitur in deterius
25 † ꝙ sint factæ cõtra rempublicam,& non ratione priuati commodi,nisi appareat de causa

causa quæ respiciat priuatum commodum ut inimicitia, & nisi qualitas personæ repugnet, Bal. consil.262. uolum. 2. & uide etiam per Bald.consil.425.in 5. uolumi. & omnino consi.59.uolum.1. ubi multa de seditione, & an sit crimen læsæ maiestatis.& omnino consi.459.uol.2.& Alexan.in d.l.si quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capt. & de hac unione uide omnino Alexan. consi.
26 ult.uol.2. ubi dicit ꝙ † ad eius essentiam requiritur etiam ut habeat suum ducem, & quod in certo loco facta fuerit congre-
27 gatio. Adde etiam † ꝙ præsumitur ad malum finem facta quando erant cum armis, ut per Ial.in §.ex maleficiis.Insti.de actio. col.antepenul. uel quando incontinenti secutum est malum, quia præsumitur ad illud ordinata. Alex.in d.consil.col. 2. in fin.
28 Actus † enim sequens ostendit qualis fuerit animus à principio. Bal.in l.quicunque. col.pen.C.de ser.fugit. & in l. multum interest.C.si quis alterius uel sibi. Alex.conf. 103.col.5.uersi.præterea.uol.1. & Nel. in tract. bannitor. in 3. parte 2. tempo.q.24. Cæpol.consi.31.in 3.col.& Alex. consil. 1. col.pen.in fi.uol.3.in his locis inuenies bene comprobatam dictam regul. Scias ta-
29 men † quòd licet per prædicta decreta iudex possit imponere pœnam corporalem, tamen illam nunquam uidi imponi, ex sola unione alio malo non secuto. Et quando
30 dux Mediolani feudarius & subditus Cæsari, exercitu suæ maiestatis Cæsareæ existente in Italia, fœdus iniret cũ aliis principibus Italiæ, & extra Italiam cum hostibus, iuxta dicta Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in uerbo, occultè, non semper incideret in crimen læsæ maiestatis, quia potuisset id fieri ad defensionem propter illicitas oppressiones, licet enim talia fœdera sint reprobata etiam quando ad bonum finem uidentur facta.c.1.§.conuenticulas. de pac.firm & si fiant cum inimicis possint tales uasalli feudo priuari, secundum glos. in c.1.§.1.quib.mod.feud.amit. tamen nisi fiant in prçiudicium, & in perniciem domini, & eius prouinciæ non propterea incidit tur in crimen læsæ maiestatis, imò nec tales possunt priuari feudo.glo.in c.1.§. porrò.quç sit prim.cau. benef. amit. & Curt. in tract.suo feud.in 4.parte principali.uersic.is.& cognoscitur ex signis, & ex eo ꝙ postea sequitur, an in perniciem domini tale fœdus initum fuerit.tex. & ibi Bart.in uerbo, occultè.in extrauag. qui sint rebel-
31 les. Et † quando scribitur falsum in tabulis publicis, iuxta l.2.ff eo.quia potuit fieri alia ratione, ut in gloss.ibi, & ideo in dictis casibus & aliis qui possunt habere excusationem, & sic qui potuerunt fieri alia ratione quàm in damnum reipublicæ, uel principis, oportet ad hoc, ut sit crimen læsæ maiestatis, quod aduersus populum Romanum uel securitatem eius commissum fuerit, & sic eo animo ut læderetur populus Romanus, uel respublica Romanorum, ita est text.in d. leg.1.millies allegata. Et
32 † quando uxor sequitur uirum rebellem excusatur quamuis ex regula fauendo hosti & rebelli quis efficiatur rebellis.leg. 3. ff.eod.titu. De qua materia, an uxor efficiatur rebellis sequendo uirum, & an teneatur illum bannitum uel rebellem sequi, dicam latè infrà, in titulo de publicatione bonorum dum tractabo de dote, in qua non fit præiudicium mulieri bannito uiro, & bonis publicatis, & ibi uidebis, quòd sequi uirum tenetur, & si sequitur non efficitur rebellis. de qua re, quæstio contingit in uxore illustris D. Hieronymi Moroni tempore regis Gallorum.

Aliqui etiam non possunt habere aliquam excusationem, quin commissum crimen fuerit aduersus populum Romanum,
33 uel rempublicam Romanam, ut † quando quis exercet opera mere hostilia transferendo se ad hostes, & simul bellum gerendo, & aliter iuxta text. in dicta extrauag. qui sint rebelles. iuncta dec'aratione Bartol. ibi, in uerbo, rebellando. in prin. dum ponderat tex. simpliciter uelle quem esse rebellem qui facit opera hostilia aduersus principem & non simpliciter quando non obedit officialibus Imperatoris.
34 Et † quando occuparetur ciuitas, uel castrum, uel illud teneretur non restituendo principi, iuxta d. leg. 1. ibi loca occupentur, & ibi aut arcem tenuerit in leg.3. uel hostibus mitterentur pecuniæ, equi, & tormenta, iuxta d. l. 1. & quando daretur opera, ut ciuitas subdita efficeretur rebellis, & alia fierent de quibus in dictis quatuor legibus, in his casibus ineptum esset distinguere, ut supra in aliis, & ideo duobus

duobus uerbis iure consultus in d.l.1.in dicta diffinitione se expedit determinando per illam omnia sequentia. Ad prædicta facit quod dicit Felin. in c. cùm uigesimum. col.1.ad fin.in prin.seq.de offic. deleg.ubi dicit si statutum disponat, ut qui loquitur cum exule incurrat pœnam rebellionis, intelligi, ubi alloquatur in damnum reipublicæ.uide etiam Cardi. in cap. felicis. de pœn. in 6, qui considerat ad quem finem
35 fiat. Et † an in dubio uideatur factum in damnum reipublicę. Dic esse considerandum, an esset causa concernens priuatum interesse, & secundum illam esset præsumendum,aliàs in deterius,& sic contra rempublicam, nisi qualitas personæ repugnaret.Bal.in consi.262.uolum.2.quod consil, etiam suprà allegaui in materia unionis & congregationis gentium, & mala cóiectura etiam esset ad præsumendū in deterius, si pater eius fuisset diuersarum partium studiosus siue rebellis contra suum principem, quia etiam idem præsumitur de filio. Angel.in l.si fugitiui. C. de ser. fugi. & Barba.consil.34.in.2 uol.char.penult.col.
36 1. Quæro † an occidere legatum sit crimen læsæ maiestatis.Feli.in d.c. 1. col. fin. de offic.deleg.tenet esse,post Bal.ibi, quia dicitur offendi dominus eius, & quia habet securitatem à principe. Ego dicerem quod quantum ad principem ad quem missus est,putà,si sit legatus Cæsaris ad Venetos, subditus Venetorum, non dicitur incurrisse crimen læsæ maiestatis dominii Veneti, ex quo non habet legatus securitatem ab ipsis Venetis,sed à iuregentium, ut declarat Bar.in d.l.1.ff. eod. & quicquid sit distinguendum esset ut suprà, an in damnum dominii Veneti,uel alia ratione priuata factum esset,quo uerò ad suum principem ubi subditus mittentis talem occideret,an tunc incideret in crimen læsę maiestatis. Bal.tenet incidere.& Felin. in d.c. 1. puto tamen ꝙ hoc non sit uerum simpliciter, nisi quatenus comprætendatur in aliquo ex capitibus dictarum quatuor legū, ut puta.si hoc modo auxilium præstaretur hosti, & ad hunc finem fieret ad quod est uidendus Iser.ubi suprà,col.7.Et uide etiá Dec.in c.sanè el secondo.de offi.deleg.Et ea
37 dem quæstio posset contingere † quádo occiditur Tabellarius principis,ut sæpe ui di fieri, ad hoc ut ablatis literis arcana principis hostis propalarentur: nam sine dubio esset crimen læsæ maiestatis cópręhensum in l.1.circa fin.ff. eo. & ad hæc ui-
38 de Rom.consi.365.in fi.Et quando † occideretur quilibet homo principis, cuius opera ipse princeps uteretur in rebus prouinciæ suæ ad hoc,ut careret princeps tali uiro,idem dicerē, ut etiam per Iser.ubi suprà.Nam hoc esset contra publicam utilitatem & prosperitatem Imperii, iuxta d. l.1.in pri. & in extrauag. qui sint rebelles. & cessante tali qualitate in uiro, non magis esset crimen læsæ maiestatis quamuis etiam dicatur offendi princeps, quá si occideretur coquus eius,uel mula, aut quid
39 simile. Et † an qui se gerit pro duce uel comite contra uoluntatem superioris sui, puta, Imperatoris,sit rebellis,dic esse. Casus est in l.3 circa fi ff.eo.& Bar. in tracta. tyranniæ.col.6.uersi.sed inquam.ubi uide.
40 Quæro † etiam an dicta lex quisquis.solùm procedat quando initur factio cū Barbaris,& hostibus ut uidetur loqui,an uerò etiam quando soli subditi coniurant,ut fecit Ioan. Andr. Lampugnanus qui occidit Galeatium Sfortiam Ducem Mediolani. Isern.ubi suprà.col.6.tandem tenet ꝙ procedat etiam quod inter seipsos ineant factionem.Pro qua opin.facit tex.in c. 1. de homic.in 6.iuncta declaratione Doct.ibi, illa, uidelicet quæ est magis uera, quod etsi loquatur de faciente occidi per infideles,tamen habeat locum generaliter quomodocunq; sequatur homicidium per pecuniam & ita sentio, quia Bar.& Doct ibi absolutè tenent ꝙ omnes conspirantes in necem principis sint compræhensi in casu illius legis Decretum quoque nostrū Mediolani tollit hanc difficultatem.Et an cō-
41 sideretur quo ad personā principis,† utrū fiat machinatio ex priuata inimicitia,an in damnū reipublicæ,Credo quod quod quo ad personam principis non sit aliqua excusatio, & quod absolutè talis in l. quisquis. sit comprçhensus tum quia Docto.ibi non distinguunt,tum ex uerbis Bar.in d.extrauag.in uerbo,rebellando.circa princ. qui uidetur decidere casum,& adde ad id quod dixi de offendente quemlibet subditum princip.Alex.ad Bar.in l.hostes. ff. de capt. & postlim.reuer.iuxta uersi.Bar.Circa pręs

S

42 dicta quæro † quid, ubi ēt loquitur de offendente aliquē partiū principis, & quādo offenderetur Secretarius ponit Isern. ubi. su
43 prà. Sola † machinatio cōtra principē uel dominiū eius ēt facit quē incidere in dictū crimen, ut p Bar. in d. extrau. qui sint rebelles. in uerbo, machinātur. imò sola scientia sufficit, ubi id qđ scitur nō reuelatur ut pbatur in d. l. q̃squis. ponit Bart. in leg. utrū. ff. ad legē Iul. de parricid. & dicam de hoc paulò infrà. & qđ solus tractatus siue machinatio sufficiat, probat text. in d. l. quisquis, ubi ēt habes ꝙ solum cōsiliū sufficit, & ita Salic. & Doctores ibi, & l. 1. ff. eod & ibi Ang. in uers. sequitur notabile. & est ut dédus omnino tex. in l. 3. in ultimis uerbis. ff. eo. ibi quicquid eorū quæ suprà scripta sunt facere curauerit, regulariter contra l. 3. §. fi. ff. quod quisque iuris. Tamen propius accedendo ad pœnā d. l. quisquis. prædicta sunt uerissima quod solus tractatus sufficit, & multò magis cætera de quib. suprà, nam tractare est incipere loqui, secundum Bald. & Salic. in l. multum interest. C. si quis alteri uel sibi. Dec. consil. 105. colu. 5. uersi. modo discurrendo. & consil. 11. col. 2. quod sufficiat solus tractatus in casu d. l. quisquis. est tex. ibi apertus, & omnes ibi not. & ita loquitur Bald. consi. 133. uol. 4. dum uult ut solus tractatus qui consistit in eo ꝙ quis solùm os aperiat & incipiat loqui sufficiat, quia allegat d. l. quisquis. & tex. in §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. qui tex. nihil facit, sed melius facit tex. iuncta glo. in §. publicam. uerbo, moliri. Institu. de publi. iudi. & ꝙ solus tractatus sufficiat, & solum procedat in casu leg. quisquis. non & in aliis capitibus satis apertè decidunt Doctores in d. l. quisquis. ponderantes quod in illo tex. solus tractatus sufficiat, & ita sentientes contrarium in aliis capitibus, sed apertius Salic. ibi in primo notabili, iuncto uersicu. oppono secundo. in eadem colum. ubi omnino uide, & uult ꝙ etiam non requiratur, ut deueniatur ad sacramentum, iuxta illam leg. & cap. fin. de testib. cogen. Hæc opinio satis clarè patet in d. l. 1. & tribus sequentibus. ff. eo. ubi si bene uides non comperies quod solus tractatus sufficiat, sed consilium, ut in d. l. 1. quæ tamen secuto effectu loqui uidetur, nisi quod l. 3. in illo titu. in fi. dicit hæc uerba præcisa, quicquid eorum quæ suprà scripta sunt facere curauerit, in quibus uerbis solus tractatus excluditur, sed includitur solùm consilium & sola ordinatio. De machinatione nulli dubium ꝙ comprehenditur in d. l. quisquis. per prædicta, & etiam in dictis legibus, ut patet in diffinitione criminis læsæ maiestatis. & in d. l. 3. in fi. & hoc satis probat Bart. in extrauagan. qui sint rebelles. in uerbo, machinantur, quamuis talis non dicatur rebellis, nisi transeat in inobedientiam & resistentiam, ut ibi declarat Bart. in fi. Ad-
44 uerte tamen dum † concludo solùm tractatum non sufficere, ut quis incidat in capita de quibus in dictis quatuor legibus, quia in oppositum uidetur decisio Angel. in d. l. 1. in uerbo, sequitur in text. qui dicit super uerbo, occidatur. optimum argumétum quod ex solo consilio, & tractatu occidendi potestatem Bononiæ inciditur in maiestatem, quantum ad pœnam mortis, quia oppugnare patriam & eius magistratum non distat à crimine maiestatis, iuxta l. fallaciter. & glo. ibi. C. de abolit. sentiens clarè, ꝙ ubi non esset prætor Bononiæ, uel alterius ciuitatis sed Romanę, uel principis, solus tractatus sufficeret, & solùm consilium, & dixit de potestate Bononiæ: quia
45 est dubium † an oppugnans patriam incidat in crimen læsæ maiestatis, ut paulò antè dixi. dixit idem Angel. & dicam infrà, & ponit Soccin. consi. 275. col. 1. & 2. Sed dic ꝙ Angel. non loquitur de tractatu, ut accepi suprà in propria significatione quando fit sermo de re, sed pro conclusione, & consilio inito inter plures de occidendo prætore, quia etiam sic loquitur tex. præcisè ex quo illud elicit, & uult in effectu ꝙ quamuis sit factus talis tractatus, & consilium occidendi non prætorem urbis uti loquitur text. sed Bononiæ uel alterius ciuitatis, tamen saltem tenetur pœna capitis, sed an etiam ulteriore pœna sicut tenetur incidens in uerum crimen læsæ maiestatis, dicam infrà in quæstione præcipua, in artic. quando occiditur inferior à principe uel offenditur ciuitas superiorem recognoscens, siue patria sua, iuxta d. l. fal-
46 laciter. & notata ibi. An † locus sit pœnitentiæ in hoc crimine læsæ maiestatis. Dic in terminis l. quisquis. in coniurationibus

bus quæ fiunt aduersus personam princi-
pis, uel Senatorum, & assistentium lateri
eius, quod ubi in exordio ipsius coniura-
tionis quis reuelat arcanum, non solùm il-
li parcitur, sed præmium datur, si uerò ini-
ta factione reuelat, ante tamen securum fa
cinus, tunc parcitur, ita dicit tex. in d. leg.
quisquis. in fi. & ibi Salic. not. Ex quo infer
tur ꝙ in aliis capitibus criminis læsæ ma-
iestatis locus est pœnitentiæ, à fortiori
quod est uerum reuelando, sed ubi non re-
uelat, & tamen pœnitet. uide gloss. in l. qui
ea mente. ff. de furt. & est materia l. quam-
uis. ff. de in ius uocan. ubi est uidendus Ale
xan. & uide etiam Gemin. in c. pro humani
47 §. si de homic. in 6. Sciens † absque par
ticipatione aliquem struere, & moliri ali-
quid contra principem, uel rempublicã, &
non reuelans an incidat in hoc crimen, in
terminis l. quisquis. uidetur eum incidere
per uersic. id quod. & etiam quando nó re-
uelatur coniuratio facta contra ciuitatem
& patriã suam. ita Bar. in l. utrum. ff. de par
ricid. & in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. &
uide omnino Bart. in d. l. utrum. ubi ponit
alios casus in quibus ex sola scientia quis
tenetur absque participatione, sed non cre
do quod in omni capite læsæ maiestatis
procedat hoc dictum Bart. si modo sit ser-
uandum nisi in illo casu inferretur ad per-
nitiem suæ patriæ, uel nisi aliter incidere-
48 mus in casu Bar. ubi suprà, quicquid † Do
ctores inaduertenter dicant generaliter
loquentes in crimine læsæ maiestatis. In-
telligitur tamen etiam hoc quando proba
ri potest, aliter non. ita Aret. in glo. *Che hai
tradito la patria.* Felin. in cap. de cætero. ad
fi. de re iudic. & in c. quantæ. de sent. excó.
Dec. in regula, culpa caret. de reg. iur & in
c. 1. de offi. deleg. Clau. in l. ut uim. ff. de iust.
& iur. col. 4. uer si. sed succedit. & duobus
seq. loquor de iure, in practica tamen non
obtineres, quando securum esset facinus:
quia diceretur, si reuelasses prohibuissem,
imò nec ét ante, & nullo secuto effectu ui-
di Barthol. Ferrar. ciuem Mediol. tempore
Gallorum hac ratione in frustra diuisum.
49 Et uerum † ꝙ etiã Doct. omni in casu lo-
quuntur de eo qui scit, sed pone ꝙ tantum
audiuerit, puta, fuit sibi dictũ in platea ꝙ
aliquis uult portam ciuitatis hosti aperire,
non credo talem incidere in tantã pœnam
si non reuelat, reuelare tamen debet, aliàs
meretur maximã reprehensionem. & quid
in coniunctis an teneantur sicut cæteri, ui
de Alex. in d. l. utrũ. Ang. Aret. ubi suprà, &
cæteros suprà allegatos, ac Sali. in d. l. quis
quis. quicquid sit de iure, nó credo ꝙ de fa
cto euaderét & si mihi cótingeret casus, ꝙ
filius meus uel frater mihi reuelaret ali-
quã coniurationé, omni uia inducerém eos,
ut mecũ reuelarent, quod ubi obtinere nó
possem cófestim fugã arriperé, monitis il-
lis, ut abstinerét aliter quod à me manife-
50 starétur, & in hac materia quãdo quis te-
neatur reuelare coniurationé, uel aliud de
lictũ cómittendũ cótra principé, uel priua
tũ, & quid in filio cótra patré, & é cótrà, &
quid perdatur ubi nó fiat, uide Affli. in tit.
quæ sit prim. caus. benefic. amit. §. præterea
si uasallus. col. 1 & seq. ubi latissimè. Quæ-
51 ro an † lex quisquis. & pœnæ eius habeant
locũ non solũ in Imperatore, & eius Sena
toribus, & assistéribus lateri eius, sed ét in
alio principe nó recognoscente, uel reco-
gnoscéte superioré. Breuiter quàuis Socc.
consi. 275. teneat ut nó habeat locũ in alio
principe, quã in Imperatore, ét quod non
recognoscat superioré, tamé cómunis uide
tur in contrariũ, ut si non recognoscit ha-
beat locum, si recognoscit crimen sit læsæ
maiest. simpliciter. ita Sali. in d. l. quisquis.
Lauden. in tract. de princip. in 1. uersi. Ang.
in uerbo *Che hai tradito la patria.* Feli. in c.
cũ non liceat. col. 7. de præscript. Alex. con
sil. 13. uol. 6. ubi consuluit ꝙ in recognoscé
te superiorem cómittitur crimen læsæ ma
iestatis, sed non sequitur pœna l. quisquis.
eandem opin. quod in non recognoscente
habeat locũ l. quisquis. satis uult Alex. in
d. l. quisquis. & ita uidetur tenendum, quic-
quid uelit Socci ubi suprà, & Pau. de Cast.
in l. 3. C. de episco. audi. & maximè quia ita
de consuetudine attestatur Cæpol. cósi. 17.
col 5. & Ang. in glos. qui iudex uidés quod
inquisiti non comparent. col. 7. & Paul. de
Cast. ubi suprà Magna tamen est auctori-
tas Socci. quia loquitur cũ fundamentis. &
Paul. de Cast. cum quibus etiam in effectu
tenet Deci. consi. 410. col. penul. loquendo
in terminis l. fin. ff. eo. & maximè quia etiã
sic tenet Bar. in extrauag. qui sint rebelles.
in uerbo, rebellando. in uersic. sed an hæc
constitutio. ubi Bart. decidit quod illa ex-

trauagans quæ loquitur de Cæsare. non habet locum in alio rege uel principe, siue habeat iurisdictionem à Cæsare, siue longa præscriptione, & sic loqui uidetur de his qui non recognoscũt ipsum Cæsarem, si casus contingeret sub principe offenso omnino seruaretur quòd haberet locum l. quisquis. si uerò casus disputaretur extra dominium illius principis in loco tuto, puta, in curia Cæsaris, uel dicto dominio recuperato postea à Cæsare, siue aliter ad eum deuoluto, arbitror quod seruaretur ut non haberet locum, & idem dico de l. fin. ff. eod. & de dicta extrauaganti, qui sint rebelles. quicquid etiam de ea dicat Cor. consil. 96. uol. 4. ubi ore aperto dicit quòd etiam procedit in alio quàm Cæsare etiã
52 superiorem recognoscente. Et † quod in inferiore habeat locum saltem rebellio, habes Corn. ubi suprà, col. 2. Alexand. in d. consil. 13. Lucam de Penna in leg. contra rempublicam. C de re militari. lib. 12. Caltan. consi. 51. col. 2. in fi. & Anchar. consil. 161. & ita etiam committeretur rebellio contra feudatarios per suos subditos, imò ipsi essent iudices, ut per Alex. in d. consil. loquor de iure. uerùm de consuetudine Senatus noster non patitur, ut procedant in tali casu, nec in alio in facto proprio quantum tamen ad rebellionem cõtra feu
53 datarium, † an dicatur rebellio, uide omnino Afflict. in titu. quæ sint regalia. in uersicu. & bona committentium crimen læsæ maiestatis. char. 3. uersicu. ex quibus infertur qui decidit quòd si ille feudatarius nõ habet mœrum, nec mixtum imperium ꝙ non incidit in crimen læsę maiestatis, aliàs secus, ubi tamen feudatarii persona offendatur, iuxta d. l. quisquis. & l. 1. ff. eod. ibi quo quis magistratus populi Romani, nec tamen filii hoc casu punientur, uide ibi omnino, & tenet Afflict. quod sit rebellio tanquam offensa sit persona principis recogniti à dicto feudatario, non habito respectu ad personam suam contra decisionem Bart. in uerbo, rebellando. in uersic. sed an hæc constitutio.

54 Dux † Mediolani recognoscit Cæsarem (quicquid dicat Alexand. consi. 30. uolum. 5. quia & si inuestiens esset persona infima, & inuestitus maxima, est tamen semper inuestiens maior inuestito, & dominus eius, ita rubrica, & nigrum in titu. de controuer. inuestitu. inter domi. & uasal. & in tit. de noua for. fideli. in fi. & Ias. in prælud. feud. char. 2. col. 1.) Et tamen in dominio suo est sicut Imperator in suo Imperio. Paul. de Cast. consil. 226. in fin. Angel. consilio 193. in causa accusationis. colu. 2. Curtius Iunior in tract. feud. char. 17. col. 1. Soccin. consil. 3. col. 6. & Ias. in l. ex hoc iure col. 4. ff. de iustit. & iur. & ratio est duplex, ut per Paul. de Cast. in dicto consi. sed prima eius ratio confunditur per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. propter consil. Anchara. 327. col. 4. ad quam confusionem per Felin. allegatur Abb. ut ibi, idẽ tamen tenet Felin. in cap. cùm nobis. colu. 3. de præscript. & idem latè Iacobinus de sancto Georgio. in tracta. feud. in 1. char. col. 1. & latè sic cõsuluit Corn. consil. 200.
55 col. 1. & eo ipso † quod est dux habet plenitudinem potestatis, etiam ꝙ superiorem recognoscat, & reuocare in dubium potestatem ducum, est reuangare mundum, ut uerbis Baldi utar, qui de Barnaboue uicecomite aliàs Mediolanensis Dominii principe loquitur consilio 83. recolo me consuluisse, & consilio. 223. quæ consilia allegat Corne. ubi suprà. E ideo dum
56 in superiori quæstione dixi, quod † in recognoscente superiorem non habet locum lex. quisquis. fallit in ducibus Mediolani & similibus, uerùm quicquid sit de iure, de consuetudine & de facto faciunt hoc seruari, & plerunque habent decreta etiam grauius disponentia, quàm lex. quisquis. ut nos Mediolani habemus decretum ducis Philippi etiam puniens usque ad quartum gradum, transuersales, super quo decreto consuluit Decius consilio 64. in morte Ducis Galeazii Sfortiæ qui occisus fuit à Ioan. Andrea Lampugnano, & nonnullis aliis in ecclesia sancti Stephani huius ciuitatis Mediolani in die ipso sancti Stephani, & ibi habet quod ua-
57 let tale decretum. Quæro † an lex fin. ff. eod. (quæ uult ut memoria defuncti possit damnari in hoc crimine quando quis animatur hostili animo cõtra principem, uel rempublicam, & non alio casu, & idem disponitur in leg. penultima. & fin. C. eodem) procedat solùm in Imperatore, uel etiam alio principe maximè superiorem

recogno-

recognoscente, in hoc uide breuiter Dec. in consil. 410. colu. penul. & fin. qui consuluit quod in duce Mediolani non habet locum, quia recognoscit superiorem, sicut etiam in recognoscente superiorem dixit Alex. consi. 13. uol. 6. col. 2. Et amplius uult Dec. ut etiam non habeat locum in non recognoscente superiorem. sed solùm in Imperatore. Tamen tene in omnibus, ut suprà dixi, in uersi. quæro an l. quisquis. & in uersi. sequenti dux Mediolani. & licet Ioã. Fab. in §. publica. Institu. de publi. iudi. dicat q hodie ampliatur. d. l. fin. ff. eod. per l. pen. & fin. C. eod. nihilominus uerum non est si bene uides, & cótradicit aliis Doctoribus, qui redigunt rem ad dictos duos casus de quibus suprà, ut etiam per Ang. consil. 223. casus talis est, & in apostil. ad Ang. in gloss. qui iudex uidens q inquisiti non comparent, & in sua contumacia persistũt, & per Docto. in §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. & ubi suprà. Est uerum quòd iudex debet diligenter considerare an etiam sit in altero, ex dictis casibus, ut etiam ponderat Deci. ubi suprà, ubi uide, id est, an uerum sit quod quis fuerit animatus contra ipsum principem, uel rempublicam, quæ uerba declarantur per gloss. in §. publica. Instit. de publi. iudi. quæ dicit animatus, id est, nixus ad malum, iuncto consi. Dec. ubi suprà, qui dicit contra principem, id est, personam principis latè concludendo q hæc qualitas debet esse probata, & satis hoc idem dicit Ang. in d. consil. 223. ubi dicit q fieri non potest, ut extra hos duos casus memoria possit damnari referendo primum, quã do quis animatur aduersus ipsum Cæsaré, insipidè igitur dicunt aliqui generaliter q in omni crimine læsæ maiestatis quando quis uenit contra dominium principis, memoria potest damnari. Nam solùm procedit quando contra personam principis, uel rempublicam Romanam, sed an etiam pro-

58 cedat illa lex fin. quando † quis animatur hostili animo contra aliam rempublicam, putà, Genuensem, uel Venetam, uel Florentinam, uel principem non recognoscentem superiorem, dic ut dixi in d. uersi. quæro an lex, quisquis. & sequenti dux Mediolani, & satis crederem quod quis ueniret contra personam principis, quando esset in exercitu hostium contra exercitũ sui principis in quo esset persona principis, uel esset in dicto exercitu hostium ad obsidionem ciuitatis, in qua reperiretur ipse princeps, non obstante quòd tales fortè non dicerentur esse in casu statuti, si quis fecerit insultum cótra personam principis, &c. per ea quæ dixi suprà in titu. de inquisitione. uersic. quare appponantur illa uerba mouendo se de loco ad locum, & faciendo insultum post quandam decisionem Bal. ibi allegatam in usib. feud. quia uerificantur illa uerba, quod nititur contra ipsum principem ad malum, sed dubi-

59 tatio mihi oritur non leuis, An † ille qui solùm secretò machinatur contra personam principis, iuxta d. l. quisquis. incidat etiam in d. l. fin. ff. eod. & in legibus penult. & fin. C. eo. & pone exemplum fortius, quã do solus tractatus interuenisset, & certè uidetur, ut non incidat, quia illa uerba animatus fuerit contra principem, uidentur significare ut saltem ad aliquem actum proximum deuentum fuerit, dum uellet exequi, Credo contrarium in præsentia, & ad hoc induco Angel. in dicto consil. 223. qui uult quòd sola machinatio faciat ut simus in d. l. fin. & ad hoc uidetur tex. in terminis in §. publica. Institu. de public. iudic. & reliqua in hac materia, uide in apostil. ubi suprà, ad Angel. Aretin. & per alios supra allegatos.

60 Dixi quid iuris sit † quando offenditur persona principis, modò quæro quando offenditur Cardinalis, in hoc uide text. terribilem in cap. felicis. de pœnis. in 6. ex quo potest intelligi quid à fortiori sit dicendum quando offenditur summus Pontifex, & uide etiam Aretin consil. 164. colum. 7. & penulti. & Calder. consil. ulti. de

61 accusat. Quæro etiam quando † eximitur è manibus familiæ confessus uel damnatus, iuxta leg. 3. ff. eodem. ad legem Iuliam maiesta. uide ibi Bartol & Alexand. Ias. in leg. 1. §. 1. colum. fin. ff. si quis ius dicen. non obtempe. ubi limitat. & in §. pœnales. colum. 17. uersicu. aduerte tamen ubi dubitat. Institu. de actio. & in l. sed eximendi §. 1. ff. ne quis eum qui. Nellus in tracta. bannitor. in 4. parte secundi temporis. quæstio. 29. & super hoc in dominio Mediolani habemus ordines particulares in

quolibet exemplo è manibus familiæ ex causa tam ciuili quàm criminali. Licet
62 † quis mulctetur pœna criminis læsæ maiestatis uel rebellionis, non tamen propterea dicitur incurrisse crimen læsæ maiestatis, uel rebellionis, quia talem non facit illa comminatio, sed opera, ut in dictis quatuor legibus. ff. eod. & in extrauan. qui
63 sint rebelles. Sed nec uidetur † quòd talis pœna uti nimis excessiua ualeat, iuxta dicta Bart. in tracta. bannitor. col. pen. circa fin. uersic. item quid si iudex. & dixi suprà quomodo procedatur per præcepta sub pœna confessi & conuicti criminis. Ad quod etiam uide Roma. consil. 59. in Christi nomine amé. ubi dicit quod potest princeps facere edictum ad hoc, ut ciuitas repleatur hominibus & ciuibus suis quod omnes reuertantur ad ciuitatem suam sub pœna mortis, & confiscationis bonorum, & non solùm princeps hoc facere potest, sed etiam Vicarius eius, est uerum quod loquitur in principe, uel habente ab eo authoritatem, & quemadmodum, ut dixi, opera rebellionis faciunt quem rebellem, & non pœna, uel comminatio pœnæ, ita etiã non omnis qui principi aduersatur dicitur tale crimen committere, nisi opus rebellionis faciat, ut aliquando dixi suprà, & declarat Deci. consil. 410. in fin. post Bald. consilio. 309. quæritur utrum si. uolum. 1.
64 Quando † quis occidit aliquem captum à familia. Bart in leg. 3. §. transfugas. ff. de sicar. dicit quòd est crimen læsæ maiestatis. & Felin. in cap. iuramento. extra, de homicid. & in cap. quæ in ecclesiarum. colu. 2. de constitut. Et quia habemus Mediolani statuta de turbantibus pacificum sta-
65 tum, Quæro † quis dicatur turbare pacificum statum, & quando status dicatur pacificus, uide Barba. consilio. 71. colum. 8. uersicu. capio alium articulum. uolu. 2. & dicit inter alia quòd tunc turbatur quando clauduntur apothecæ, & deuenitur ad arma, ut factum fuit his annis proximè præteris nostro malo fato in hac ciuitate Mediolani contra exercitum qui uictor posteà nos miserandum in modum oppressit, & ad extremam usque calamitatem re
66 degit. Ciuitas † non expellens rebelles alterius ciuitatis, an dicatur rebellis, & an teneatur illos urbe expellere, uide Bal. 5. uol. consil. 407. in fin. & ibi dicit non teneri si habet territorium liberum, nisi machinarentur aliquid contra aliam ciuitatem, quia tunc ibi possent puniri ratione delicti, sunt enim aliqui populi liberi, & franchi, aliqui non, ut ibi, & per Bartol. in leg. non dubito ff. de capt. & Bald. 4. uol. uolum. consil. 400. colu. penult. Bal. 3. uol. consil. 159. colum. penulti.

Suprà positum fuit an & quando quis in crimen læsæ maiestatis incidat, nunc est
67 † uidendum, quando quis dicatur rebellis, & an sit differentia inter unum & aliud, & utilitas uidetur esse, quia si unum differt ab altero, & non sit rebellis omnis ille qui incidit in crimen læsæ maiestatis, sequitur quòd dum dicimus rebellis est ipso iure, non intelligemus, nisi de eo qui uere erit rebellis, & cæteri qui aliter committẽt crimen læsæ maiestatis, non erunt ipso iure damnati, & ita extrauag. qui sint rebelles, quæ dicit quòd ipso iure sunt rebelles, erit præcipua in casu rebellium. & ita etiam. l. amissione §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. ad cuius declarationem facta est dicta extrauagans, nam §. qui deficiunt solùm loquitur in his quos dicta extrauagans appellat rebelles, iuxta nota per Bar. in dicta extrauag. in uerbo, tenore.
68 Breuiter dic † quòd rebellare idem est quòd resistere, & non obedire, ut declarat Bar. in dicta extrauag. in d. uerbo, tenore. Alex consil. 103. colum. 2. uersic præterea. in 1. uol. & Angel. in l. 2. §.. fiff. de iudic. & exempla resistentiæ tam faciendo quàm non obediendo, ponit Bar. in dicto uerbo, tenore. & sequitur dicta ibi Bar. Anchar. in clemen. pastoralis. de re iudic. & ideo cùm etiam quis incurrat crimen læsæ maiestatis, aliter ut potest uideri in dictis quatuor legibus differentia uidetur patere, & differentiam sentit esse Bar. ibi in uerbo, rebellando. in uersi. quid si aliquis homo de terris ecclesiæ. in fi. illius artic. dum dicit, & hoc de crimine læsæ maiestatis. An autẽ sit rebellis, ubi clarè facit differentiam, & clarius differentiam facit Bar. in dicta extrauag. in uerbo, machinantur. in fin. quia
99 declarat † quis dicatur machinari, in quo consistit crimen læsæ maiestatis. l. quisquis millies allegata, & dixi suprà, & tamen dicit ꝙ si ultra machinationem transit in inobedien-

obedientiam, & resistentiã dicitur rebellis: sed licet ita sit, quod rebellio consistat
70 in resistendo, & non obediendo, † tamen deficere dicitur omnis qui crimen læsæ maiestatis committit, & ideo in omni capite eius habet locum d. §. qui deficiunt. uerùm quando contra personam principis tentatur habent præter alia locum pœnæ l. quisquis. ita declarat Alexan. in d. l. quisquis super gloss. hoc dictum, & ideo etiam Ancha. in dicta clemen. pastoralis. colu. 7. uersi. quæro uideris. quærit quę pœnæ imponantur committenti crimen læsæ maiestatis, & dicit inter cæteras quod perdunt ea, quæ sunt iuris ciuilis. allegat l. amissione. §. qui deficiũt. & sæpe ita alibi reperies ꝙ §. qui deficiunt. allegabitur cum generaliter de pœna criminis læsæ maiestatis loquimur secundum ius antiquum, & re uera in omni exemplo posito in dictis quatuor legibus. ff. eod. ad crimen læsæ maiestatis conueniunt uerba dicti §. qui deficiunt. declarando ut suprà, in primo declaraui, quando fit in damnum & perniciem principis & eius dominii, quia uerum est ꝙ deficiunt, & in hostium numero se ponunt animo saltem, ut infrà dicam, & ipso iure amittunt ciuilitatem, ut ibi, unde dum dicta extrauag. dicit quòd rebellis dicitur ipso iure, bene dicit etiam secũdum dictum §. qui deficiunt. Addit tamen ꝙ ille text. qui solùm loquitur de faciente etiam procedat in non faciente quando non obedit. Addit quoque quòd hoc procedat etiam si occultè rebellet, quòd non dicebatur in illo text. & etiam quando quis esset fidelis dominio Imperatoris. tamen non uellet obedire personę ipsius Imperatoris. ita Bart. in dicto uerbo, tenore. in uerbo, declaramus, in uerbo, decernimus, & in uerbo, pronunciamus. & sequitur Anchara. ubi suprà, col. 2. & Corn. in consil. 96. col. 1. & 2. uolu. 4. uidetur tamen ꝙ in solo tractatu contra personam principis & sola scientia, & machinatione de quibus in d. l. quisquis. non possint accommodari uerba dicti §. qui deficiunt. imò nec tunc erant disposita ut uides, & ita potest defendi quod dicit Bartol. in dicto uerbo, machinantur. & prædicta opinio satis patet in extrauagan. antecedenti ad reprimendum, ubi Imperator modo utitur his uerbis crimine læsæ maiestatis modò rebellione, & hæc conueniunt etiam cõmuni usui loquendi, quia appellamus rebelles omnes eos qui commiserint crimen læsæ maiestatis. Est uerũ ꝙ prius in iure ciuili hoc nomen non erat inuentum, ut declarat Bar. in dicto uerbo, tenore. & Deci. in consil. 606. col. 2. & per Ancha. in d. clem. pastoralis. & alibi sæpe, sed inuentum est per d. extrauag. ac extrauag. precedentem ad reprimendum, sed potes etiam dicere ꝙ imò rebellis solùm ille est propriè loquendo, qui resistit & non obedit, ut declarat Bar. ubi suprà, & nemo discrepat, & Decius in dicto consilio 606. colum. 2. & in cap. sanè. in 4. notabi. *el secondo.* de offic. delega. ita ut etiam propriè non sit rebellis ille qui subditus est, & cum subditis corpore moratur: animo autem cum hostibus nunciando eis arcana, ut declarat Bart. in uerbo, rebellis. in d. extrauag. qui sint rebelles. & communiter quòd non potest dici rebellis, qui simpliciter incidit in crimẽ læsæ maiestatis. Ponamus enim quòd quis mittat amico suo rebelli, uel hosti pecuniam, quo casu incidit in crimen læsæ maiestatis. l. 4. ff. eo. certè iste non poterit dici resistere, siue non obedire, & consequẽter non erit rebellis, & sic de multis aliis exẽplis. Quæstio hæc, ubi absolutè in crimine læsæ maiestatis & rebellionis non sequeretur ipso iure priuatio esset profectò de lana caprina, prout tenet Paul. de Cast. in consilio 32. omisso ordine in fi. & sequitur Deci. in d. c. sanè. *el secondo.* in d. 4. notabi. sed cùm hoc sit falsum, quia non requiritur sententia, ut in dicta extrauag. & per Deci. in dicto consilio 606. & Corne. in consilio 96. uolum 4. & hoc uidetur præcipuè, locum habere in rebelle, uel deficiente, id est, eo qui expressè ponit se cum hostibus gerendo se pro hoste, dubitatio non est fatua. Concludo igitur quòd rebellis solùm est ille qui resistit, uel non obedit, & aliter non dicitur rebellis secundum prædicta, & ita indicat uis uocabuli, & ita declarat clarè text. in d. extrauaga. qui sint rebelles. ubi non sufficit ꝙ opera hostilia faciant, sed etiam debent rebellare. ita est text. apertus ibi, & in æternum aliter dici non potest. sed dico, quicquid senserit Bart in d. uerbo, tenore.

71 & in d.uerbo,rebellis ꝙ † tamen in effe-
ctu habita ratione ad animum, omnis qui
incurrit crimen læſæ maieſtatis dicitur
deficere,& ita ius ciuile ipſo iure amittet,
& ſic loquitur Alexan.in d.leg.quiſquis. &
Anchar.in d.clem.paſtoralis.ubi ſuprà, &
conſequenter omni caſu uerum eſt ꝙ ipſo
iure dicitur rebellis,uel reus criminis læ-
ſæ maieſtatis, & ita etiam erit in eo qui
committit tractatum ſolum,& ut in d.leg.
72 quiſquis. Eſt uerum † ꝙ requiritur decla
ratio ante apprehenſionem c.cùm ſecun-
dum (ꝙ fortius loquitur de rebellione in
Deum) de hæretic.in 6.& per Felin.in cap.
Rodulphus.in uerſi.ſed declaratoria. de re
ſcript.& probo ſecundum opin.Bar. ubi ſu
prà,qui dicit quòd dicta extrauag. eſt de-
claratoria iuris antiqui, quia ex hoc ſequi
tur ꝙ ſumus præciſè in regula quãdo quis
ipſo iure incurrit pœnam: quia tunc habet
locum declaratio,ut dixi.& idem in tribus
caſibus additis de quibus ſuprà, & in uer-
bo,tenore. quia additio regulatur ſecun-
dum ſuum principale. regu. acceſſorium.
de reg.iur.in 6. Cõfiſcatio uerò bonorum
non fit ipſo iure, quia bona ſunt non iuris
ciuilis,ſed gentium.unde Bar.in uerbo,re-
bellando.col.2.uerſic.ſed puto.dicit ꝙ iu-
dex debet ſententiam ferre ut ſequatur
bonorum confiſcatio,& hoc etiam ponde-
73 rat Alexan.conſil.13.col.2.uol. 6. & † ꝙ
in crimine læſę maieſtatis non fiat ipſo iu
re confiſcatio, ſed duntaxat interdicatur
adminiſtratio, docet Bald.in l.1. col. 2. C.
ne ex delicto defuncto. Bart. in l. Impera-
tor.ff.de iure fiſci.eſt tex.in l.pen.& fin.C.
ad leg. Iul.maieſta.& l.donationes in con-
cubinam.in fi.ff.de donat. Bartol.in l. poſt
contractum.col.penult.ff.de donatio. Sali.
Bald.Angel.Alberic.& Doct.in d l.fin. &
per Angel.in §.placet.col.4.uerſic.quartò
contrahens.ubi uide.Inſtit.de exceptio.&
hoc quicquid inaduertenter dixerint gloſ.
Gemin.Ioan.And.& Canoniſtæ in d. cap.
ſecundum.& per hæc Corne.in conſil.mil
74 lies allegato 96.col.4. qui latè tenet † ꝙ
rebellans principi ſuo, ipſo iure eſt rebel-
lis, & bona confiſcantur fortè non bene lo
quitur, nam dum uult ut ſit rebellis bene
dicit ut dixi, licet regulariter ſit contra-
rium, quia non dicimus homicidam niſi
declaratum, l.1.§.ſiquis dicatur.ff.de quæ-
ſtio.ubi Marſil. in ſuo repertorio, & dum
uult,& pro claro præſupponit, ut etiam ip
ſo iure ſequatur confiſcatio bonorum nõ
bene loquitur, in eundem errorem etiam
incidit Dec.in d.conſil 410.col. 2. Eſt ue-
75 rum † ꝙ ſtatuta & decreta ſæuientia in
omnibus locis contra committentes cri-
men læſæ maieſtatis tollunt hanc difficul-
cultatem, quia uolunt expreſsè ut ipſo iu-
re ſint publicata bona,quæ ſunt ſeruanda,
ut eſt tex.cum glo.in d.§. qui deficiunt. in
fi.& ibi Docto.quibus ſtatutis & decretis
etiam ſtantibus adhuc requiritur declara-
tio,aliter fiſcus non poteſt apponere ma-
num.d.c.cùm ſecundum.& per Felin. in d.
c.Rodulphus.in uerſi.ſed declaratoria. de
reſcript.ubi latiſsimè de dicta materia de-
claratoriæ.De qua etiã ſuper decreto no-
ſtro Mediolani generaliter diſponente in
omni delicto in quo uenit confiſcatio bo-
norum ſecundum ordines noſtros,ut à die
commiſſi criminis ipſo iure ſint publicata
bona,uide Curt.conſi.59.& Alex.conſil.6.
col.fi.uol.3.& Cur.conſi.30.& eſt paruum
conſi. Eſt tamen aduertendum in hoc cri-
76 mine læſæ maieſt. † dato ꝙ bona eſſent
ipſo iure publicata propter decretum du-
cis quod tamen de crimine debet cõſtare
in uita rebellis,non autem ſufficit, ut poſt
mortẽ hoc fiat,niſi in caſibus in quibus me
moria poteſt damnari.Dec.d.cõſi.410.col.
pen.& ita etiam ſentit in crimine læſæ ma
ieſtatis Card.in conſi.128.col.1 in princi.
ſeq.eſt uerum ꝙ Card.loquitur ſecundum
ius cõmune quo bona ipſo iure non ſunt
publicata in crimine læſæ maieſtatis ſen-
tiens contrariũ,ubi aliter eſſet:tamen hoc
etiam caſu dico idem, quia etiam decreta
noſtra uolunt ut quicquid ſit reſpectu bo-
norum,perſona ipſa debeat dãnari,& ut la
tè dicam infrà in tit.de pœn. uerſic. pœnæ
delictorum.& in tit.de ſententiis. uerſicu.
ſententiæ ad quæ loca te reiicio, ibi enim
ponam quid in crimine læſæ maieſtatis, &
quid in aliis delictis,in quibus ſequitur pu
blicatio bonorum ui decretorum noſtro-
rum ipſo iure,& decidit hanc quæſt.Curt.
in d.conſil.59.dux Philippus. Eſt etiam ad
77 uertendum † datò quod bona non ſint ip
ſo iure publicata,quod tamen,quia rebel-
lis à lege habetur pro hoſte. d.§. qui defi-
ciunt,poteſt occidi à quolibet priuato.l.3.
§.tranſ-

§.transfugas. ff. de sicar. & l. proditores. ff. de re mili. etiam ante declarationem sicut hostis & deprędari sicut hostis, & captiuus fieri, sicut seruus. ita Bar. in uerbo, rebellãdo. col. 2. & ita tã priuatus quàm fiscus iure priuati, & sicut quilibet alius possunt occupare bona, iuxta dictum Bart. in l. 1. in fi. C. de hæred. Instit. & quòd priuato liceat occidere etiam ante declarationem, uide quæ dixi suprà in tit. de defensio. reorum. & defensio. impugna. in uersic. erit etiam aduertendum, an occisus rebellis esset. & in tit. de hæret. in uers. facto processu dum tracto de pœna hæretici, & profectò ita ui
78 detur concludendum sicut ibi dixi, † ꝙ in solo trãsfuga procedat propter timorem reuelationis arcanorum, uel quando militat idem timor, tamen Bar. uidetur absolute dicitur quòd rebellis possit impunè occidi, allegando text. loquentes de transfugis quasi sentiat quòd rebellis, animo sit transfuga, iuxta dicta Bart. in dicta extrauagan. in uerbo, rebellis, quia cùm pro hostibus habeantur debent posse impunè occidi, etiam ante declarationem militante ratione eiusdem timoris. Est uerum ꝙ saltem quando amplius hostilia non fierent, & cessasset suspicio belli, & ille talis remaneret non purgatus eo casu uidetur quòd non posset occidi, & uide omnino Alberic. in 4. parte statutorum. quæst. 93. duo sunt statuta, ubi decidit stante statuto, ꝙ dans uulnus cum armis ipso facto sit bannitus, & alio quòd bannitus possit impunè occidi, quòd occidens eum qui cum armis uulnerauerit, etiam ante declarationem est absoluendus. sequitur Felin. in d. cap. Rodulphus. uersic. sed an declaratoria. colum 3. uersic. secundum prædicta. Felin. tamen uult illud dictum procedere quando notorium erat eum uulnerasse, & ideo facit contra Bar. qui loquitur in rebelle occulto, unde dic quòd Bart. in rebelle bene loquitur, declarando ut dixi, & iuxta ea quæ suprà dixi, quòd rebellis amittat ea quæ sunt iuris ciuilis, quærit Bartol. in uerbo, rebellando. colu. 2. uersi.
79 item quid in iurisdictionibus. An † etiam ipso iure amittat iurisdictionem tanquàm sit iurisdictio de iure ciuili, & dubium facit, quia Imperator expresse priuauit propter rebellionem regem Robertum etiam iurisdictionibus, ut in clement. pastoralis. de re iudic. quasi sentiret hoc esse necessarium. Tamen Bart. concludit non esse necessarium, & respondet ad dictam clement. duobus modis notabiliter ut per eum, & sequitur Anchar. ibi, in 9. notabili. ubi etiam uide de aliis dictis Bartol. in dicto uerbo, rebellando.

80 Et quia suprà latè dixi, an † & quando quis incidat in crimen læsæ maiestatis, & quando dicatur rebellis, scias quòd semper pro concesso habui illum esse subditum, quia non subditus non potest incidere in tale crimen, nec rebellis esse. Casus est in dicta clemen. pastoralis. de re iudic. Lauden. in tracta. de princip. in tit. de crimine læsæ maiestatis. uersic. 34. & Bald. in l. 2. C. de fals. mone. ubi tex. dicit quòd falsificans monetam principis est reus læsæ maiestatis illius principis. & Bald. ibi dicit uerum esse, si est subditus, aliter non, sequitur Alexand in d. l. quisquis. C. eodem. & uide etiam notabiliter Bald. in l. nihil. quæ est. l. 2. C. de uind. liber. col. qui dicit,
81 † neminem posse fieri rebellem, nisi subditus sit, sed hostes possunt esse de qualibet gente allegat notata in l. hostes. ff. de capti. & uide omnino Cardi. in d. cle. pastoralis in uerbo, rursus. in 2. notabili. & Bar. omnino in extrauag. qui sint rebelles. in uerbo, tenore. in fin. & Felin. in c. 1. de offi. deleg. col. 2. uersi. confirma hoc. & Alex. in dicta l. 1. ff. ad legem Iul. maies. Et per quẽ, & qualiter, & quando, uide per Socci. consil. 22. incip. sequendo ordinem. uide etiam Old. in cons. 43. incip. quęritur utrum. col.
82 3. ubi optimè ostendit rationem, † quare qui non est subditus, non potest committere hoc crimen. Hinc est, quòd dum diebus præteritis multi delati essent huius criminis lęsæ maiestatis, quia se contulerant ad hostes tempore quo Admiraltus Imperator exercitus Christianissimi regis Gallorum obsidebat ciuitatem Mediolani, fuerunt omnes liberati, quia præfatus capitaneus factus fuerat possessor eorum locorum, quorũ incolæ erant hi, qui arguebantur, & consequenter desierant esse subditi, quia quo ad exercendam iurisdictionem de proprietate iurisdictionis non est disputandum, cùm exercitia, lex, & canon cõcedant possessoribus, secũdum Bal. in rub. C.

de fruct.& lit.expen. & sic si etiā princeps legitimus desinat possidere, ciuitate occupata ab hostibus, non potest cognoscere. Ita etiam uidemus, ꝙ si patronus habet jus,& alius non, sed habet quasi possessio-
83 nem iuris patronatus,† quod officiū præsentandi spectat possessori,& non proprietario,ut per Ab.in c. cùm ecclesia. de cau. pos.& prop.col.fi.uers sed quid si. nec talis fructus præsentationis iam factæ debet restitui proprietario, qui dicitur cōsummatus,facta præsentatione.Inno. in c. in literis.in pri.de rest.spol.& uide Abb. cōsi.54. col.2.& quæ habentur per eundem in c.cōsultationib.de iur.pat.& ꝙ ea,quæ ad iurisdictionē attinent,non conferantur nisi per existētiam in quasi possessione iurisdictionis,latè ponit D. Anto. de Rosel. in tract. de potesta. Papæ & Imperat. de conciliis. char.5.col.2.& seq. Et ex prædictis sequi-
84 tur unū maximè singulare,ꝙ† si quis occidat aliquem uti rebellem ducis Mediolani,quia opus aliquod rebellionis cōtra eū ducem electum è prouincia Mediolanensi commisisset,nō bene occidit,quia uerè dicitur,ꝙ non erat rebellis,per prædicta: & consequenter cessat dictum Bar. in extrauag.qui sint rebel.in uer.rebellādo. col.2.
85 & 3.Et facit,† ꝙ pœnæ delictorū sunt fructus iurisdictionis,ut not.in l.fi.ff.sol. mat. inter alias pœnas,illa est,quòd rebellis efficitur. hæc Bar.ubi suprà, sed à possessore solùm percipiuntur fructus, ut de se patet: ergo,&c.tamen magis præcedentia urgēt.

Sequitur etiam ex conclusione prædicta,
86 † ut non subditus non committat crimen rebellionis,ꝙ clericus nō committit hoc crimen contra dominum suum laicū, quia non est ei subditus.c.per uenerabilem. de elec.& c.cùm nō ab homine.de iudi. & ita latè tenet Barb.consi.21.col.1. & pluribus seq.uol.3.Anchar.in d.cle.pastoralis. de re iudi.§.rursus.& ita non publicabūtur eius bona uigore legum & decretorum disponentium,ut in hoc crimine læsæ maiestatis bona publicentur. Et in terminis habes Abb.in c.cū laici.de iure pat.ꝙ l. quisquis. C.ad leg. Iul.maiest.non cōpræhendit clericos.& idem quod in consi. tenet Barb.in c.at si clerici.ad fi.princ.de iudi. Abb.uerò ibidem ad fi.prin.sentit aliter, ꝙ imò committat hoc crimen:sed uult, ut ecclesiasticus sit iudex, qui etiam quòd incorrigibilis nō sit,eum tradat curiæ seculari, prout in aliis atrocissimis delictis idē dicit.Et est opinio fauorabilis.ut delicta nō remaneāt punita,secundum Decium ibi.Communis tamen est in contrarium,ut ibi per eum,& in terminis nostris est text.in ca.felicis. de pœn.in 6.& sic etiam quòd delictū sit atrocissimum, & ex qualitate ipsius grauetur, tamen iudex est ecclesiasticus, etiam secūdum Abb. & non traditur curiæ seculari, imò habet locum dictum cap. cùm non ab homine.an sit incorrigibilis,uel non.Et in terminis est textus in ca.de Ligurib.23 q. 5.ubi loquitur de quibusdā episcopis, qui uerticem erigebant contra summum Pontificem,& tamen non degradabantur, nisi essent incorrigibiles: & in hoc casu nulli dubium,ꝙ est crimen læsæ maiestatis, sed difficultas est in casu, de quo est quæstio, quando clericus committit aliàs crimē rebellionis contra laicum dominum, an sit crimen læsæ maiestatis? Et uidetur non esse,secundum Barba. quia non est subditus. Tamen pro Abb.facit,ꝙ cle. pastoralis. §. denique.ponderat præcipuè,quòd habeat domicilium. Et ideo in quæstione nostra, licet non sit subditus ratione fori, tamen propter domicilium est subditus ratione fidelitatis, ita ut nō possit dici omnino nō subditus. Et hanc opinionem uidetur tenere Alexand.in d,l.quisquis.dum attingit quæstionem, an clericus committens crimen læsæ maiestatis, amittat beneficium, uel possit priuari: & distinguit, an committat in dominum laicum, uel ecclesiasticum. Et idem Bald.consi.133. uolum.4. & ibi dicit,quòd est priuatus ipso iure beneficio, tamen non aperit an loquatur de rebellione in dominum laicum, nisi etiam sint uerba Bal.illa, quæ sunt ante consiliū. Et facit etiam notabiliter consi.Oldra.17. ubi latè dicit, ꝙ ratione bonorum maximè emphyteuticorū,quæ tenet clericus à domino laico,dicitur quis subiectus domino laico:& ideo ipse cognoscet,uel saltem bona ad eum spectabunt, licet cognoscat episcopus.& ibi in fi.uult,ꝙ ubi ecclesiasticus condemnat clericum priuando eū bonis:bona non ecclesiastica pertinent ad dominum laicum.Ad quod ultimum faciunt not.per Bar.in l.cūctos populos.C.de sum.

Trin. quando fiscus & iurisdictiones sunt separatæ, ut ibi, & in d. consi. 17. Si clericus delinquit in una diœcesi, & in alia habet beneficium, quis sit iudex? Ego omnibus consideratis teneo, ꝙ clericus non possit committere crimen læsæ maiestatis, quia penitus est abdicata iurisdictio à domino laico, ita ut nec Imperator possit cognoscere, licet non consecretur. d. c. per uenerabilem. & d. c. cùm non ab homine. iudex tamen suus poterit eum punire secundũ qualitaté rei, ut in c. 1. & 2. de offi. ordi. ad quæ uide omnino Io. Bernard. Hispa. in sua pra
87 ctica canon. c. 110. Et ꝙ † clerici dicantur non subditi, apertè dicit Bald. in l. de quib. in uers. sextò quæritur. ff. de legi. Vidi tamen aliquando iudices seculares condemnare clericos & episcopos ob tale crimé: imò memini ꝙ eodem tempore ob maximam sæuitiam senatoris, qui amplius non est senator, clericus positus in carceribus præ nimia tortura in eis extremum diem obiit, in maximum præiudicium animæ ipsius & aliorũ iudicum, & beneficia, & episcopatus talium possidebantur per domi-
88 num laicum, licet † tamen clerici singulares non dicantur subditi, tamen generaliter ecclesia, quæ est in territorio domini laici, dicitur esse sub illius protectione: & ideo quod fit in ecclesia, non dicitur fieri extra territorium domini laici. Bal. in l. plerique. ff. de in ius uoc. & Bar. in d. l. cunctos populos. & hac ratione dicuntur largo modo subditi, sicut eos subditos appellat Anchar. cons. 60. incip. ista quæstio est parum dubia. Et ideo etiã clerici hac ratione non dicuntur forenses, Paul. de Cast. cósi. 296. ad primum. col. 1. Et ideo gaudent statutis fauorabilibus concedentibus fauorem in priuilegium, ut latè per Deci. consi. 114. col. 2. uersicu. sed tamen. Sequitur ex præ
89 dicta regula, † quòd non subditus non cómittit rebellioné, ut fœderatus, & qui adhæret, non possit dici incidisse in hoc crimé: quia fœderatus nihilominus remanet liber, & non est sub iurisdictione fœderati. text. est in l. non dubito. ff. de capt. & idé est in adhærente. c. ad Apostolicæ. cum ibi not. de re iudic. in 6. & qui sint fœderati, & qui adhærentes, uide Fel. in rub. de treuga & pace. colum. quinta. in c. olim. colum. 3. & seq. extrà, de accus. & per Iacob. de sancto Georgio in tracta. suo feudorum. in glo. de adhærentibus & fœderatis. & per Mart. Laud. in tractatu de princip. in titu. de confœderatis. & alibi sæpe. In hoc tamen est aduertendum ad formam fœderis, & quemadmodum adhæreant, quia etiam posset esse translata iurisdictio, ut tãdem ad eam se redigit Dec. in l. fin. ff de iurisdict. om. iudi. nam ibi per Ias. col. penult. alleguntur plura, ex quibus multum iuris acquiritur in istis locis fœderatis, & quæ adhærent, & ibi uide. & Dec. hæc confirmat colu. 3. & addit uidendam tamen esse formam contractuum & capitulorum. Est
90 uerum, † quòd etiam simpliciter tales nó possunt dici hostes. Ita Bar. in d. l. non dubito. in fi. quod perpetuò nota. In quo tamé uide quæ dicam infrà, dum ponam de pœna rebellium, col. 1. loquor tamen quo ad rebellionem principis fœderati, non quo ad rebellionem sui principis cum eo fœderati, iuxta not. per Bartol. in uerbo, rebellando. col. 1. & princip. seq. Et quia fit mentio de adhærentibus, hodie dubitatũ fuit
91 in Senatu, utrum † Cæsar, ad quem ob extinctam prolem ducum Mediolani deuolutum est hoc dominium, teneatur defendere ab oppressionibus (iuxta formam, qua adhærent) uasallos suos, qui quo tempore prouincia erat penes duces, facti erant eis adhærentes? Dicebatur non teneri de necessitate, quia soluitur status, & reuertitur ad Cæsarem liber ab omni obligatione contracta per ipsos duces. cap. 1. §. prætereà si quis maior. & §. calidis. de prohib. feu. alien per Feder. & latè per Iacob. de sancto Georgio in glo. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, char. 28. col. 3. & per Aluarot. in c. 1. §. qui ergo. circa finem & tex. ibi de inuestit. de re aliena facta. & per Feli. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. colu. 21. Et hæc non obstantibus his, quæ dixit Fel. in c. 1. de proba in prima colum. de contractibus
92 † summi Pontificis & Cæsaris, quos dicit obligare successores, loquendo in terminis capitulationum cum fœderatis & adhærentibus initarum. Et facit etiam quod quasi in terminis consuluit Roma. consil. 417. col. fin. Conclusum tamen fuit esse decens & laudabile, ut Cæsar illos protegat, sicut etiã laudatus fuit summus Póti-

sex in d.c.ad apostolicæ. quò l habuerit rationem suorum adhęrentium. Non obstat, quòd ineptum sit, ut uasallus Cæsaris sibi fœdere iungatur uel adhæreat, quia hoc non fit Cæsari uti supremo domino, sed uti principi huius dominii: quod dominium, sicut in cæteris omnibus retinuit formam, quam seruabant duces, & quo ad officia & priuilegia, & alia per duces concessa, ita conuenit, ut retineat etiam quo ad hos adhærentes. Concludendo etiam esse utile huic dominio, ut adsint tales fœderati & adhærentes, contra quos ius superioris adest, ut apparet in dictis locis, maximè in d.l.non dubito. addendo ꝙ bonum esset, ut Domini Gózaghæ & alii feudatarii Cæsaris adhærent huic dominio, & Imperatori, tanquam domino huius prouinciæ, & omnes postmodum dixerũt stultum fuisse dubitare an Cæsar dominus huius prouinciæ, & eius uices gerentes debeant tales protegere uti adhærentes. Et fuit etiam dictum, quòd superioribus diebus, dum euenisset casus in Dominis Millesimi loci Montisferrati, adhærentibus, ut suprà, quos opprimere uolebat Marchio Montis ferrati, uices gerens Cæsaris eos tutatus est, & cõsequenter ꝙ iam quæstio erat decisa. Videtur etiam ꝙ inferri possit ex regula, ut non subditus non committat

93 rebellionem, ꝙ bannitus † non possit postea committere hoc crimen: & consequẽter ꝙ Manfredus Pallauicinus, qui dũ bannitus esset, uenit contra hoc dominiũ, non fuerit rebellis: & tamen ea de causa fuit diuisus in frustra tempore Christianissimi regis Gallorum uti rebellis. Nam bãnitus habetur pro peregrino, forẽse, & penitus extraneo l.tutelas, in fi.ff.de ca.diminut.& Paul.de Cast.consi.30.in Christi nomine, omisso. & Alex. consi.75.colum. antepen.

94 uers.& cum.uolum.1.Item bannitus † dicitur hostis ciuitatis, secundum Bar. in extrauag.qui sint rebelles. ita uerbo, rebellando.col.fi.in tract.de ban.& in l.amissione.§.qui deficiunt ff.de ca. dimi. Sed aliud est.quòd quis sit hostis, aliud quòd sit rebellis, ut dixi suprà. Tene tamen contrarium, quando ante bannum sortiebatur forum ratione domicilii uel originis, quia adhuc remansit subditus in sui odium, & retinet forum. Alexand.in l.eius qui.§.Celsus ff.ad municip.sicut nec desinit esse ciuis in sui odium. Nel. in tractatu bannit in prima parte secundi temporis, quæst.5.& seq.ubi clarè dicit in princ. quòd subditus remanet. allegat l.rescripto.§.fi.ff.de mu. & honor.Roma.consi 73.Mar.Laud.in tractatu de princip.in tit.de fisco, conclu.60. & 226.& uide omnino Bar. in dicto tractatu bann.col 2.uersic.restat.Nellum ubi suprà, Alex.in dicto consi. Bal. & alios in l.1. C.de hære.Instit.Imò Bar.in dicto tractatu siue disputatione appellat bannitum rebellem, ut etiam per Bar.ubi suprà, in quibus locis etiam eum appellat transfugã, quod idem est. In quo tamẽ uide Nellum in prima parte secundi temporis, quæst.4. Corn.1.uol.consi.104 col.2. Alex.1. uolu. consi.23.col.6.& seq & consi.26. colu.1.& in 2.uolu.consilio 115.col.2.& seq.& 3.uolu.consi.88.colum.5.& Alex.in d.l.1. C.de hæred.Instit.& in l.ex facto.§. ex facto. ff. ad Trebel.Bal.2.uolu.consi.61. col. fin. Et quia suprà clarè pro concesso habui, quòd

95 † non tantum possit esse rebellis, qui sortitur forum ratione domicilii, sed etiam ille, qui solùm sortitur forum ratione originis. Quæro an hoc sit uerum? Dubium facit, quia qui sortitur forum ratione originis solùm, non dicitur propriè subditus.gl. est in clem.1.de fo.comp.in uer. subditos. quæ dicit proprie subditum esse, qui sortitur forum ratione domicilii: & est cómunis opinio, secundum Dec. in c. tertio. de appell.col.1.uersi. secundò not. quæ communis procedit, ut sit proprie subditus, qui sortitur forum ratione domicilii, etiã quo ad forum originis, nedum quo ad forum delicti. Ita Alex. in l. cùm quædam puella. col.3.ff.de iurisdictione omnium iudi.& in l.assumptio.§.filius. ff. ad municipal. post

96 Bartol.ibi.& ideo † potentius est ius domicilii, quàm originis. Bald. & Salicet. in l.si arrogator. ff. de adoptionibus. & ibi Ias. charta penul.col.1.uersic. secundò principaliter. Et hæc quicquid dicat Abbas in cap.proposuisti.de foro competen. in no-

97 tabil.facit ad prædicta, † ꝙ qui non sustinet onera in loco cum aliis, nõ dicitur propriè ibi subditus Bald.consi.445. colum.1. circa fin.& sequen.uolum 4.& hoc per l.1. ff.ad municipalem. tenet tamen, ꝙ etiam qui solùm sortitur forum ratione originis

nis, dicitur adeò subditus, ut si committat opus rebellionis, dicatur rebellis. Ita probat textus, si bene uides, in dicta clemétina pastoralis.uersiculo,rursus. & ideo glossa ibi in specie notat ex illo textu in uerbo,originem. hæc uerba not. pro foro originis sentiens expresse, quòd illud solum forum sufficiat. Et ita est ex mente Cardinal.& Anch. ibi, & Alber.in l. quisquis.ad fi.C.ad leg. Iul. maiest. si bene uides.Et pondera etiam in d.§.rursus.& ante
98 q† nó solùm ille dicitur subditus ad húc effectum,qui sortitur forum ratione domicilii in loco immediatè principi subiecto, sed etiam in loco ab ipso principe infeudato:& ubi uidebatur contrarium, ex quo locus nó erat amplius iurisdictionis suæ: sed id fortè procedit,quia etiam ibi originem ante infeudationem traxerat. loquitur tamen tex.in ipso feudatario, qui immediatum dominum habebat eum, à quo feudũ tenebat,qui ab alio conueniri nó poterat, quàm à suo domino,quemadmodum contigit in duce Mediolani, qui arguebatur crimine rebellionis à Cęsare,à quo fuerat inuestitus de hoc dominio:& non refricabatur in dubium,an rebellis esse posset, cùm domicilium haberet in Mediolanensi dominio,& non in imperio Cæsari immediatè subiecto,imò nec ex eo quod originarius dicti dominii non fuisset ante infeudationem,sed ex eo solùm,quòd habitaret in ciuitate Mediolani, ubi pater & auus originem traxerant, procedebatur ad probationes super crimine,& pro constanti habebatur,domicilium solum sufficere absq; origine maiorum suorum, prout uult text. in d.clem.pastoralis.in uerb.deniq;.& etiã ut dixi in.§. rursus. Sed quid in priuato,
99 † qui in loco dicti feudatarii sit subditus uel ratione domicilii,uel originis, an possit committere crimen contra primum dominum feudatarii sui dominum? Hæc quæstio fuit his diebus in Casalensibus, qui arma sumpserunt contra ducem Mantuæ infeudatum à Cæsare de Dominio Montisferrati,ac contra officiales & duces militum Cæsaris in pertinentibus ad dominiũ illud & imperium,iuxta text. in extrauag. qui sint rebelles. circa fi. & quæsiuit à me præses nostri Senatus, an incurrissent rebellionem,maximè aduersus Cæsarem:cui respondi, uideri eos non incurrisse, quia quo ad eum primum dominum subditus feudatarii est liber. Quibus uerbis in simili utitur Bar.in extrauag. qui sint rebelles. in uerbo,rebellando.colum.1.uers.quid si aliquis.ibi, nec eum tenetur uereri, sed quo ad eum liber est,unde dominus supremus nó potest cognoscere de causis inter eos saltem primis.Bal.in l.2.quæstio.43.ff. de rerum diuis.Ioan. Fab. Institut. de Atil.tut.§.fin.Curt.Iun.in tracta. feud.consi. 2.col.1.& 2.unde homo meus non est homo domini mei. Bartol. in l. si quis à liberis.§.si quis à libertis.ff.de lib. agnos.& nó potest cogi ab eo,ad infidelitatem sibi pręstandam,ut per Iacob.de sancto Georgio in tract. de homag. post tractatũ de feud. col pe.Fel.latè in cap.quæ in ecclesiarum. de constitut.col.21 uersi. sexta declaratio. Contrà tamen dicendum uidebatur, eos rebelles effectos fuisse,cùm non sit abdicatũ ius omne superioris, siue, ut ita dicã,superioritas omnis à supremo domino, quæ etiam reseruari solet in priuilegiis, secundum Martin.Laud.in ca.1.colum.fin.qual. uasal. iurare fidel. deb. & Præpositum ibi-
100 dem,quod ipse etiam attestor.&† ubi nó fieret reseruatio,intelligeretur tamen reseruata.Ang.in l.1.§.fi.ff. de officio eius.& Præposit.in tit.de capit.qui cur. uend. col. 7.nisi concessio esset facta ecclesiæ Romanæ, ut ibi, quia res de facili reuertitur ad naturam suam:imò quando expressè omne ius superioris abdicatum esset, quia princeps donasset dominium pleno iure,& omnem à se abdicaret iurisdictionem, nihil ualeret,ut per Iason.in prælu.feu.col.166. & seq.Alex.consi.24.colum. fi.uolum.5. & in l.filio,quem pater.colum.15.ff.de liber. & posth.& uide Bal.in tit. de cõtro. inuest. §.fi.in ult.quæst.qui dicit, quòd tamen dominus habet aliquod ius contra uasallum uasalli mei. In hac quæstione est uidendus Barr.in extrauag. qui sint rebelles. in uerbo,rebellando.colum. 1. & 2. in quæst. quid si aliquis homo de terris ecclesiæ.ubi format quæstionem de homine ex locis Papæ fœderati cum Imperatore committente rebellionem contra Imperatorem, & uult propter dictum fœdus & securitatem existẽtem inter eos, quia Papa habet Cæsarem fœderatum & fidelem, ut dica-

tur committere crimen læſæ maieſtatis in Papam, non in Imperatorem. Ex qua deciſione uidetur concludendum in quæſt. noſtra, quòd etſi offenſus eſt principaliter primus dominus, tamen rebellio dicitur commiſſa cõtra ſuum immediatum dominum: eſt notabilis determinatio, tamen non uidetur facere ad caſum noſtrum: quia in illa quæſtione homo ille non erat quoquomodo ſubiectus Imperatori, ſed hic aliter per prædicta: imò ſi talis offenſus adhæſiſ-
101 ſet primo domino, idem† eſſet, quia adhærendo non tribuit iuriſdictionem, ſed à uia facti defenſionem conſequitur, ut per Alexand. conſilio 13. columna quinta, uolumine ſexto. In hac igitur quæſtione, in qua admittitur ſubiectio reſpectu primi domini, non mirum ſi Ancharanus conſilio 161. uiſo diligenter tenore. pro abſoluto habet, quòd ſubditus feudatario poteſt committere hoc crimen contra primũ dominum: & ideo uult ut ipſe primus dominus poſſit remittere offenſionem ſibi factam non feudatario. Contra tamen hãc opinionem uidetur textus in dicto §. illud. in titu. de prohib. feudi alienat. per Federic. ubi ſi feudatarius ſecundus offenderit primum dominum, feudum perueniet ad dominum ſuum non offenſum: quia offenſio dicitur facta domino ſuo, propter amicitiam, quã habet cum ſuo auctore primo domino, ut ibi per Bald. & Doctores. Sed nihil obſtat, quia ibi nulla erat ſubiectio, niſi reſpectu ſeruitutis feudi: & ideo facit pro deciſione Bartol. in d. q. quid ſi aliquis homo, de qua dixi ſuprà, ſed magis pro opinione, quòd ſit rebellis primi domini, loquendo in terminis alicuius ex dominio Mediolanenſi, uel Montisferrati infeudatis ducibus ſuis, qui opus rebellionis committat contra Cæſarem, uel eius officiales, ſiue exercitum in his, quæ pertinent ad rempublicam, iuxta dictum text. in extrauag. qui ſint rebelles. in fine. uide Bald. in titu. de pace Conſtan §. fin. qui incipit, hæc ſunt notabilia. in princ. qui dicit, quòd homo meus non eſt homo domini mei, niſi ego alias habeam iuriſdictionem generalem. Quod etiam adaptari poteſt in homine alicuius feudatarii ducis Mediolani offendente ducem ipſum habentem iuriſdictionem generalem in toto dominio: & ideo non mirum ſi abſque dubio officiales ducum Mediolani ſemper proceſſerũt de rebellione aduerſus ſuos ſubditos non ſolùm immediatos, uerùm etiam mediatos: & cum his conſiderationibus Moronus uir armis togáque clariſſimus ſubditus immediatè duci Mediolani, qui arguebatur, quòd molitus eſſet multa in perniciem exercitus Cæſarei, iuſſu Cæſaris fuit captus, & nunquam audiui, quòd ſe excuſaret, quia non eſſet ſubditus, ſed potius an ubi adfuiſſet mandatum ducis, ut ita faceret, tale mandatum eum excuſaſſet, iuxta deciſionem Bald. in c. 1. §. iniuria. & §. fi. de pace iuramen. firman. & regulam l. non uidetur. *la tertia.* §. qui iuſſu. ff. de regul. iuris. in qua materia eſt uidendum repertorium Marſil in l. 1. in pri. col. penult. & fin. ff. de ſicar. & dicam infrà in materia mandati ad delicta. Concludo ſic, quòd ſi ſubditus uaſallo committit rebellionem contra ipſum uaſallum, animo ut ſolùm eum offendat, licet etiam ſequatur turbatio prouinciæ, in qua primus dominus habet directũ dominium & ciuilem poſſeſſionem, tamen non eſt rebellio contra primum dominũ. Ita Bartol. in dicta extrauag. in uerbo, rebellando. colum. 1. uerſ. ſed an hæc conſtitutio. qui clarè concludit quòd non habet locum illa extrauag. in caſu iſto, & uult, q̃ ſi etiam primus dominus eſſet Cæſar, tamen rebellio non eſſet in primum dominum. per text. in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & ad hoc Bal. conſi. 459. uolum. 2. & Bartol ſequitur Barb. conſi. 70. uolum 4. in litera x & Dec. conſilio 410. in fi. dicit tamen in dicto uerſic. ſed an hæc conſtitutio. quòd poſſet puniri ex commiſſis in ſuum immediatum dominum, ſecundum legem antiquam ſed ſi committat rebellionem contra utrunque, ad finem ut priuentur ambo utili & directo, dicitur cõmitti rebellio contra utrſque, ut clarè ſentit Anch. in conſi. 6 . pro hac opinione adduco Bart. in dicto uerſic. ſed an hæc conſtitutio. dum ponderat, quòd committitur rebellio contra dominum exercentem iuriſdictionem à ſe, & non propter aliũ, quando principaliter illum uoluit offendere: & idem ſi committeret contra eum primum dominum ſolùm. Hinc uidemus, quòd etiã ſola origo, dato quòd originarius habitet

in

in alio dominio, facit quem ad hunc effe-
ctum subditum, ut dixi, ad hoc allegando
text. in d. clem. pastoralis. §. denique. ubi so-
lùm ponderatur, quòd domicilium sit in
terra infeudata: & ita cóclusi præfato præ-
sidi, qui opinionem meam secutus est. Et
aduertendum est, cùm solam dubitationé
102 in hac quæstione faciat, † quia non ui-
detur iste primo domino subiectus, quòd
hoc fundamentum non uidetur bonum, ex
quo tales homines sentientes se opprimi à
domino suo, quotidie confugiunt ad supre
mum dominum, & iure quidem. c. transmis-
sa. de foro compe. cap. ex tenore. eod. titu.
c. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. c. cæterùm.
de iudic. cap. 1. in fi. de mil. uasal. qui con-
tu. est. & c. irrefragabili. de offic. ord. Item
103 supremus dominus † ex ordine & regula
habet iurisdictionem in secundis causis, ut
per Cur. consil. 2. colu. 1. & 2. post tractat.
Feud. & Ioan. Fab. §. fi. Institut. de Attil. tut.
& Bald. in l. 2. q. 43. ff. de rerum diuis. & ra-
104 tione iuris superioris, † quod tenet in
terris infeudatis, potest ipse, & eius dele-
gatus in eis immediatè citare. Aret. consi.
158. col. 2. Et eadem ratione summus Pon-
tifex, à quo imperium pendet, in terris im
perii. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in
uerbo, per ædictum. colum. 2. & Aretin. in
dicto consil. & patet hæc opinio in extra-
uag. qui sint rebel. iunctis ibi notatis per
Bart. dum ponit exemplum in machinanti
bus contra Cæsarem, & aliter tractanti-
bus contra eum, quando principes Italiæ
cum exercitu ueniunt contra Cæsarem,
non dubitans Bart. quin omnes uenientes
aduersus eum, Mantuani & Mediolanen-
ses, & alii aliorum locorum infeudatorum
sint rebelles. Sed cui applicantur bona,
105 quæ † confiscantur ex rebellione com-
missa contra primum dominum? Dic at-
tendendam esse formam priuilegii, ut per
Alexan. consi. 13. colum. 3. & 4. uolum. 6. &
ad hoc uide tex. in dicto §. 1. in titu. de pro
hib. feudi alien. per Federi. de quo suprà, &
dicam in materia confiscationis bonorũ,
in secunda parte principali præsentis ope-
ris. Hic enim sumus in prima, in qua so-
lùm de personis quæritur. Prosequendo
materiam, quòd non subditus non com-
mittit rebellionem, Dic etiam ex hoc se-
106 qui, ut † feudatarius dato quòd iuret fi-
delitatem domino suo, iuxta antiquam &
nouam formam fidelitatis, sine quo iura-
mento non consueuit fieri infeudatio: &
propterea dicitur à fide feudum. §. fi. in tit.
per quos fiat inuestit. & c. seq. quod præce
dere debeat, & seq. qualiter iurare debeat
uasallus domino fidelitatem. & seq. de for-
ma fidelitatis. & seq. de noua forma fideli-
tatis. Tamen si nó sit subditus aliter, quàm
ratione dicti iuraméti, non committit hoc
crimen. d. clem. pastoralis. §. rursus. & §. de
nique. & ita declaro Socci. consilio 272. co
lum. penult. uersi. secundo. dum dicit, quòd
feudatarius dicitur subditus: nam est subdi
tus ratione feudi solũ, ut possit agi ad pri
uationem feudi, non aliter. Et ita decla-
rat Cardin. in dicta clemen. pastoralis. in
dicto uersic. denique. colum. penult. uersic.
septimò quæro. & alii communiter ibi. &
probatur hoc, quòd requiratur fidelitas,
& subiectio in extrauagan. qui sint rebel-
107 les. Sed † quia subditus etiam iurat fide-
litatem domino suo, sicut uasallus inue-
stienti, ut per Bar. in extrauag. ad reprimé-
dum. in pri. in uer. totius fidelitatis. & Al-
ber. in dictionario in uerbo, fideles. & per
Iacob. de sancto Georgio in tractatu suo
feudali, in glo. qui quidem inuestiti præsti
terunt iuramentum fidelitatis, & Impera-
tor etiam iurat summo Pontifici. clement.
1. de iureiuran. & c. tibi domino. 64. distin.
& alibi sæpe. Quæro an ante iuramentum
fidelitatis subditus possit committere cri
men rebellionis? Video obseruari, ut ui-
deatur committere, eo ipso quòd princeps
est in possessione dominii illius, quam pos
sessionem non acquirit, eò quod faciat fateri
homines esse suos, & iurare sibi fidelitaté,
sed per exercitium iurisdictionis. Ita de-
clarat notabiliter Innocen. in cap. 2. de ca-
pel. monach. Bald. in l. nec si uolens. C. de
lib. cau. & in l. 2. C. de seruit. & aqua. char.
3. col. fi. ubi est uidendum. Vnde etiam iu-
ramentum fidelitatis præstitum feudata-
rio non facit quem rebellem, ut dixi: ex
quibus tamen actib. probetur iurisdictio,
& eius quasi possessio, uide infrà in mate-
ria turbatæ possessionis, sub rub. de pluri-
bus uiolétiis, remissiuè tamé. Quæro sicut
108 † occidens officialem Cæsaris incidit in
extrauag. qui sint rebelles. an etiam idem
sit, ubi occidat officialem Papæ? Bartol. in

uer.rebellando.col.1. decidit idem esse. & sequitur Alex.in consi.13. col. 2.uolum.6. Sed Bar.non bene se explicat: & ideo dic, quòd aut quærimus de subdito ecclesiæ: & tunc nulli dubium, iudicio meo, quod est crimen læsæ maiestatis uersus summum Pontificem, intelligendo quòd occiderit, ut perturbaret dominium Papæ, iuxta ea quæ dixi supra in princ. & comprælensus iste casus in dicta l.quisquis. quæ est cano nizata 5.quæst.1. ca.si qui militibus. iuxta glos.in c.felicis.& ibi Doctores, de pœnis. in 6.& in d. extraua.qui sint rebelles. quas leges ciuiles non dedignantur imitari sacri canones.c.1.& 2.de oper.noui nuntiat. est textus in c.felicis.de pœn. in 6. si bene uides, sed non est crimen læsæ maiestatis quo ad Imperatorem, cui non est subiectus, etiam ꝙ occidisset ipsum Imperatorem.d.clem.pastoralis.ubi est casus, aut loquimur de subiecto Imperatori offendente summum Pontificem uel suos, iuxta dictam extrauag. & d. l. quisquis. & uidetur tur crimen læsæ maiestatis quo ad Papã,
109 cuius subiacet imperio subditus saltem habitu, quia habitu iurisdictionem habet Papa in imperio, quod à Papa pendet, ut concludunt communiter Doctores in ca. nouit.de iudic. & hæc uidetur fuisse opinio Bar. in dicta extrauaganti in uerbo, rebellando. dicentis ꝙ incidit talis in illam legem, quia offendit prosperitatem imperii, quod est Imperatoris, dum allegat dictum c.1.de operis noui nuntiat. Et ob tale ius superioris, quod habet summus Pontifex in imperio, ut dixi suprà, potest ipse im
110 mediatè † citare, uel eius delegatus in terris imperii, ut Bar.in extrauag. ad reprimendũ.in uerbo, per ædictum. & per Aretin.ubi suprà consi.158.col.2. Visum est suprà, quando quis incidat in crimen læsæ maiestatis, & quis dicatur rebellis, & an omnes possint committere crimen læsæ maiestatis. Successiuè est uidendum quomodo probetur crimen hoc, & qui testes admittantur, & breuiter dicendum est,
111 † ꝙ omnis testis admittitur, nisi sit inimicus.l.in quæstionibus. & l. famosi. ff. ad leg.Iul.maiest.Ang.consi.317. in quæstione uertente.col.8.nam in hoc crimine omnium testium exæquata est conditio. l. de minore.in prin.ff.de quæst.& ibi Ang.dicit adhibitam fuisse fidem uni mulieri, quæ attestata est de coniuratione Catilinæ: & quo ad inquirendum sufficit sola suspicio, ut etiam dicimus in crimine hæresis, sicut dixi suprà in materia inquisitionis, ubi latissimè quale indicium requiratur ad inquirendum, ad hoc allegans Ant.de But.in c.cum oporteat.de accus.& Aretin. ibi, & ut dixi latius suprà in crimine hæresis in uers.secũdò si uis scire.ubi etiam dixi quæ probationes requirantur ad conuincendũ. Quo uerò ad torturam posui latè suprà in materia torturæ, in uers. circa ulti. partem.in 7.q.prin.ubi omnino uide, ita ꝙ nihil amplius uidetur superesse ad dicendũ in præsenti quæstione: tamen non omitto quod Bart.notabiliter dixit in d. l. in quæ-
112 stionibus. † ꝙ tunc admittuntur testes inhabiles ad probandum hoc crimen, quã do deponunt super ipso delicto: secus si deponant super adminiculis ad delictum. Idẽ Bald.in Auth.si dicatur. col. penult. & Salic. circa finem.C.de testi. & ideo Deci. in consi.189.colum.2.uersi. præterea. tenuit quòd tex.in c.1.de homic.in 6. qui uult ut mandatum ad assassinamentum probetur argumentis, solùm procedat in testibus deponentibus super ipso mandato, quod immediatè respicit homicidium, nõ super adminiculis: & sic non haberet locum ratione mandati, quod non fuisset immediata causa homicidii, quod est magnum uerbum, & allegat prædictas auctoritates. Fa-
113 cit, † ꝙ si statutum tollit probationes, non excludit tamen indirectas, sed solùm directas. Felin.in cap. nouit. de iudic.col. 6.& econtrà ad id, quod dicit Bart in dicta l.in quæstionibus.etiam facit, quòd in probando ipso delicto, siue eius indiciis requiritur ut sit omni ex parte maior: secus autem quo ad indicia remota ipsius delicti, quia fit probatio per argumenta & adminicula. Brun. in tract. de indi. & tor. char.1. col.2.in fi & dixi in materia torturæ. Et ex hac decisione Bart.comprobata, ut uides, etiam mihi uisum fuit aliquando inferre, ꝙ quamuis testes ad defensionem sufficiant, licet non integri, ut Moderni in l. ut uim.ff.de iustit. & iure. & dixi sæpe ta-
114 men † hoc procedere debeat in probãda defensione directa non indirecta: & ita generaliter dum tractatur de defendẽdo ali-

quo

quo in quolibet delicto, quia sufficiunt testes etiam minus idonei, ut per Anan. consilio 59. colum. 2. post Specul. & Put. in tractatu suo synd. char. 93. colum. 1. quæ incipit, ubi dixit. uers. & addas. & uide omnino Deci. in c. 1. de appel. colum. penul. uersic. sextò & ultimò. qui dicit iuxta statutum, quod delictum possit probari per famam: quòd hoc debet procedere in probando directè ipsum delictum, non in adminiculis ad delictum probandum, quia tunc requiri debet plena probatio, & multa allegat. Breuiter quo ad hanc illationem ut in probatione indirecta ad defensionem non sufficiát, sicut in directa minus idonei, Dico quod nihil ad rem facit doctrina Bart. quia loquitur Bart. ad offensionem, & text. in c. per tuas. allegatus per eum. Illatio uerò procedit in defensione, cuius fauore absolutè Doctores dicunt quòd sufficiunt minus idonei, imò de credulitate, ut per Dec. in d. l. ut uim & Bart. etiam in dicto suo ad offensionem recipit declarationem, quando illud adminiculū esset tale, sine quo delictū
115 patere non posset. † quia etiam tunc sufficiunt testes minus idonei. Ita declarat Feli. in d. c. per tuas in 5. notab. Et placet hæc opinio ratione, de qua ibi per Fel. obseruari etiam uideo, quando testes recipiuntur ad defensionem indirectam puta, ut probetur inimicitia testium ad offensionem, uel absentia à loco, quod tales, etiam si sint minus idonei, pro idoneis admittuntur: & quia dixi supra, quòd suspicio sufficit ad inquirendum
116 dum in hoc crimine, Scias quod † ubi quis est suspectus principi suo, & capitur ab hostibus principis, oritur suspicio contra eū, ne dolosè fecerit se capi. Ang. in l. pen. ubi omnino uide. C. de capt. & ibi etiam quando descendit ex progenie, quæ malè audiret: cum istis tamen suspicionibus non esset inquisitio formanda, sed inquirendum plus ultrà. Non omitto etiam in hac materia probationis istius criminis, quòd
117 † in probando tractatu contra principem uel patriam, licet uideantur sufficere testes singulares, tanquam resultet probatio ex diuersitate actuum, ut per Anchar. consi. 277. colum. 3. uersic. quoddam est factum. Bald in l. 1. qui nu. tute. Alber. in l. iustam. C. de probat. Angel. consi. 270. col. 3. quædam D. Margarita. Tamen non est quid singulare hoc casu, cùm in qualibet materia in probando quid in genere hoc sufficiat, ut per glo. in l. ob carmen. § fin. in uer. assistit. ff. de testi. & Felin. in c. licet ex quadam. extrà, de testibus. Nūc uideamus
118 de pœna rebellium, † & sequendo uestigia Bar. in uerb. rebellādo. col. 2. dic quòd quædam est pœna, quæ infligitur ipso iure, quia perdunt omnia, quæ sunt iuris ciuilis. l. amissione § qui deficiunt. ff. de cap. di. Et quod de rebellibus dico, idem dico de his, qui in aliquod crimen læsæ maiestatis incidūt, iuxta l. 1. 2. 3. & 4. ff. eodem. Ita Alex. in l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. & ideo Anchar. in clement. pastoralis. col. 7. uer. quæro uideatis. quærit quæ pœnæ imponantur committenti crimen læsæ maiestatis & dicit inter cæteras pœnas, quod perdunt ea, quæ iuris ciuilis sunt, & ut latè suprà dixi in uer. suprà positum fuit. ubi uide. Ex his miratur Bar. in dicta extraua. in uerbo, rebellando. quare Imperator in sententia lata contra regem Robertum expressè eū priuauerit iurisdictionibus, quæ iuris ciuilis sunt, uide eū & alios in d. cle. pastoralis. Hac ratione etiam priuantur tales priuilegiis, & consuetudinibus priuilegiatis. Bald. in tit. de pace Constan. in uerbo, habetis. c. 29. & ideo Veneti ob rebellionem etiā priuati essent priuilegio, quo possident Venetias, Bald. in c. sicut. de iure iuran. Mart. in tracta. suo de princip. in fine de crimine læsæ maiestatis. c. 51. Et quærit Bartol. in extrauag. an etiam priuentur obligationibus eis factis, & quid in promissionibus fidelitatis: quærit quoq; multùm considerare, an sicut priuantur iure ciuili, ita etiam priuentur iure canonico, considerando, quòd aliquādo ius illud est supra ius ciuile, aliquando infra ius ciuile, & aliquando est æquale, ibi uide, & in d. cle. pastoralis. Et sequitur ex prædictis, quod etiam banniti, contra quos statuta ciuitatū bellum indicant, tanquam hostes sint, & rebelles ciuitatis suæ, perdunt ea, quæ iuris ciuilis sunt, id est, suarum ciuitatum, non autem quæ sunt iuris communis. Sic Bar. ubi supra, & dicam infra in materia bannitorum, est materia l. 1. C. de hære. Instit. ubi Alex. & Ias. & per Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & quia quæ dicuntur de bannitis in dictis locis, applicātur ad præ-

sentem materiam: ideo uide quæ latè ponam, ubi suprà, requiritur tamen declaratio, ut dixi suprà in d. uersic. supra positum fuit. Alia est pœna, quæ non imponitur ipso iure, sed imponi potest à quolibet homi
119 ne, † quia possunt impunè occidi. l. 3. §. transfugas. ff. de sicar. Sic Barto. ubi suprà, quæ pœna quomodo intelligatur, uide quæ dixi suprà sub rub. de defen. reor. & defen. impu. in uer. erit etiam aduertendũ. & in rub. de hæret. in uers. in rebelle not. Bar. Communis est, posse occidi, ut uides in his locis: est tamen dubia ex his, quæ dixi, nisi uelis ꝙ sicut in transfuga nõ est dubium propter periculum reuelationis, ita etiam in quolibet alio rebelle, & reo criminis læsæ maiestatis, quia in effectu talis quolibet tempore animo moratur cũ hostibus, & militat timor reuelationis arcanorum. Et pro communi facit, quia tex. in d. §. transfugas. dicit, trãsfugas ut hostes licet interficere, habens pro absoluto, ꝙ hostes liceat occidere: sicut etiã latè dixi sub d. rub. de defen. reor. &c. uersic. si sumus in crimine homicidii. Sed omnis, qui cómittit rebellionem, uel crimen læsæ maiestatis, facit opus hostile, & est hostis, ergo &c. ꝙ sit hostis præter hoc, ꝙ de se pateat, uide Bart. in extrauag. qui sint rebelles, in uerbo, tenore. in fi. ubi uult ut hoc nomé,
120 hostis, † sit nomen generale, non autem nomen rebellis, sentiens clarè ꝙ hostile facinus rebellionis insit, & ꝙ omnis rebellis sit hostis. Sic etiam Bal. in l. 2. C. de uin. liber. toll. quod fundamẽtum multùm me mouet pro cõmuni. Et ex prædictis sequitur, ꝙ si non esset rebellis, nec hostis, qui opus hostile fecit, non posset occidi: exemplum in fœderato, in quem nõ cadit rebellio, quia non est subditus. l. non dubito. ff. de capti. nec nomen, hostis, quia prorsus forensis non est, & ideo dicit Bar. in d. l. nõ dubito. quòd contra talem non procederetur uti hosté, sed iure ordinario, prout fieret contra quemlibet, qui in eo dominio delinqueret. Sed dubito, ex quo qualitas fœderis magis grauat peccatum, ut de se patet. Alia etiam est pœna, quæ à quolibet
121 homine potest eis imponi, † quia possunt captiui detineri uti serui. l. transfugas. ff. de acquir. rer. dom. Sic Bart. ubi suprà. Ex
122 hoc sequitur, ꝙ † cùm pecunia dicta, quã taleam uocant, successerit loco seruitutis, ut per Salic. in l. si ab hostibus. in fi. C. de capt. Bar. in l. hostes. in fi. ff. de capt. talis pecunia erit militum, & poterunt dicere principi, qui rebellé uellet punire, noster est, & nostra est talea, uolumus eum in libertatem uindicare: & ita seruabatur in ciuitate Laudis Pompeiæ, anno 1528. in rebellib. ducis Mediolani captis ab eius militibus, quia per milites extorta talea dimittebantur. Ad quæ uide omnino D. Ant. de But. in c. olim. *el secondo*. uersic. ad quartum. extrà, de restit. spol. & Angel. Aretin. in §. serui. Instit. de iure perso. & Aret. in l. qui à latronibus. ff. de testam. intelligo tamen quando procederetur more bellico, ita etiam ꝙ bellum esset iustum, iuxta not. per D. Ant. & alios, ubi suprà, non quando procederetur pro executione iustitię aduersus rebelles, quia seruaretur modus traditus per ipsum principem, iuxta notata per D. Ant. de Butr. ubi suprà, & dixi latè de his & aliis circa hoc suprà in titu. de captura. uer. iuxta prædicta quæro. ubi omnino uide: quia in facto contigit, quo tempore Philippus Strozza Florẽtinus fuit captus à duce Florentiæ, quia milites eum uolebant, uel saltem à duce taleam, quam fecisset: sed dux opponebat, ꝙ erat rebellis suus, & quid secutum fuerit, nescio: unum scio, ꝙ Strozza ipse gladio sibiipsi mortem consciuit in carcere, certior prius factus, quòd dux uolebat ut moreretur. Ex his satis habes, quid fiat captis hostibus non rebellibus,
123 † quia efficiuntur serui, sequuntur iura captiuitatis, & habet locum postliminiũ. Bart. d. l. hostes. ff. de capt. col. 3. & ult. cum consideratione tamen, quomodo sit indictum bellum: sed non obseruatur secundũ eum, ut Christiani capti à Christianis efficiantur serui, sed tantummodo locum id habet quo ad res. l. si quid in bello. ff. eo. titu. ubi Alex. de quo etiam dixi, ubi suprà, in materia capturæ, & talibus captis imponitur talea, ut dixi, & ponit Bal. in l. nam & seruus. ff. de negot. gestis. per illum text. principalem in materia, ubi est uidédum.
124 Et talea † non debet esse nimis excessiua, nec captiui debent nimium tractari excessiuè, secundum prædictos: & quia, secundum Doctores, ubi suprà, bellum etiã debet esse iustum, ad cognoscendum hoc uide

uide in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Aretin. in l. 1. & 2. in princ. ff. de acqui. poss. & in dicta l. qui à latronibus. ff. de testament. Barbat consi. 138. in primo uolum. & Aretin. in consil. 14. qui dicit, quòd in dubio præsumitur iniustum, malè tamē
125 seruatur, ut † talea imponatur tantùm bello iusto, secundum Anan. consilio 11. circa primum. & secundum omnes usque ad cerdones nostro malo fato, nec seruatur quòd talea sit moderata, quia maiores quas possunt etiam adhibitis omnibus generibus tormentorum extorquent taleas. De latrunculis tamen loquor, non de nobilibus, & bonis militibus: & latrunculos eos omnes appello, qui talia audent, siue bellum sit iustum, siue iniustum. Et scias
126 etiam, † quòd ubi indicitur bellum alicui, licet ipse & bona eius possint capi, & etiam milites eius, nō tamen personæ, nec bona subditorum. Anton. in dicto ca. olim. col. 6. uers. sed est dubium. imò amplius uidetur uelle, ꝙ subditi qui quandoque fuerunt in castris. & deinde domum reuersi sunt, non possint molestari quo ad personam, nec etiam quo ad bona: Facit quia ciuitas capta non efficitur serua, sed subdita, & ciues retinent bona. Iacob. de Beluis. in Auth. de hæred. & Falcid. Bar. in l. diuus. ff. de iure fisci. Bal. in rubrica de treuga & pace. Laud. in tractatu de princip. in titu. de bello. in uers. 21. ubi uide. Si tamen indiceretur bellum ipsi ciuitati, quia esset rebellis, iuxta notata per Bar. in l. aut facta. in fi. ff. de pœn. aliud esset, ut per Barto. in dicto uerb. rebellando, quem uide colu. fi. nam tunc cuilibet priuato licet in ea ciuitate, & eius territorio capere, deprædari, & cōburere, ut ibi, ubi omnino uide, de his, & aliis circà pœnam ciuitatis rebellis, uel nō
127 rebellis, quæ capiatur. Quid si † captus fuit dimissus data fide redeūdi cum talea, uel ut militis perpetuò captiuus remaneat, an teneatur reuerti? uide Bar. in l. cōuentionum. ff. de pac. ubi dicit, quòd hosti à priuato non est seruanda fides. Ias. tamen ibi dicit post Fulgos. quòd armigeri nostri seruant contrarium. & uide latius Parid. de Put. de re mil. & Duell. char. 42. col. fi. cum seq. ubi in effectu dicit, quòd si bellum est illicitum, non tenetur seruare, licet consuetudo sit in contrarium: si licitum, tenetur: & postremò dicit, quòd quicquid sit de iure, tenetur reuerti ex generali cōsuetudine, aliter notatur ut proditor, & multa ei fiunt opprobriosa: & sic in effectu sentit cum Fulgo. & Iasone. Est uerum,
128 † quòd si reuertatur, cùm fuisset dimissus sub fide redeundi absque alio pacto nō poterit amplius in carcerem coniici, quia semel data fuit libertas: secus si fuit dimissus, ut reuertatur, & sit eius captiuus. Ita Paris, ubi suprà, char. 83. col. 1. cap. 1. Adde
129 ad præmissa, † quòd si bellum est illicitum, tenetur inferens de omni damno secuto & de omnibus homicidiis secutis etiam ex latere aduersarii. l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iul. de ui publica. Bar. in dicta l. hostes. col. 2. in ultimis uerbis. & Bald. in rub. C. quod metus cau. col. 6. Doctores in c. sicut dignum. de homici. & per Feli. in c. 1. colum. 13. de constitut. & per Bartol. in l. si quis ad se fundum. col. 11. circa finem. C. ad legem Iuliam de ui pub. & Innoc. in c. fin. quod metus causa. propter quod ex teipso potes coniicere, quo in discrimine uersentur animæ horū principum. Redeundo ad potestatem, quam
130 habent priuati contra rebelles, dic † si possunt eos occidere, multò magis eorum res capere. Sic Bar. ubi suprà, in dicto uerbo, rebellando. & nemo negat hanc consequentiam. Sed aduerte tamen, quòd si quis ingrederetur possessionem alicuius iurisdictionis possessæ per rebellē, uel alterius rei, quæ esset de iure ciuili, tunc quia rebellis iam his erat exutus & priuatus, per amissionem ipso iure omnium, quę sunt iuris ciuilis. d. §. qui deficiunt. hæc nō efficerentur capientis, cùm antè essent facta principis. Ita Bar. ibi col. fi. in uer. item an iurisdictio erit priuati capientis. Est uerum, ꝙ fiscus non potuisset manum apponere ad ea ante declarationem. c. cùm secūdum. de hæreticis. in 6. Tamen nec ob hoc sequitur quin essent facta principis: secus est in his, quæ fiūt occupantis, quia tūc priuatus non cedit fisco, iuxta notata per Doctores communiter in l. 1. C. de hæred. Instit. circa dictum Bar. ibi, in fine. Alia est
131 pœna rebellis, † siue eius, qui in crimen læsæ maiestatis incidit, quod capite punitur. Ita Bar. ubi suprà in d. uerb. rebellādo. col. 2. uers. tertia pœna. & l. 3. ff. eo. & cla-

rius in l.quisquis.C.eod. quæ lex loquitur in omni capite, & in §. publica autem iudicia. Institut.de public. iudic. ubi fortius text.dicit hæc uerba, cuius pœna animæ amissionem sustinet.per quæ uerba aliqui fatui, secundum Io. Fabri ibi, arbitrantur damnatos ad mortem, esse damnatos in anima: quod ridiculum est. cap. cùm te de pœnitent. & eod.titulo,cap.1. in clem. & ideo cùm quis ipso iure fit rebellis,ut in dicta extrauagan. & in dicto §. qui deficiunt.potest peti,ut declaretur talem esse rebellem,sicut econtrà, ipse potest etiam ciuiliter petere declarari se non esse rebellem,& hoc ut capite puniatur, uel non molestetur. Sic uoluit loqui Bart.alias obscurus.& hæc quo ad pœnam capitis ciuilis sine dubio procedunt.d.§.qui deficiunt. iuncto c.cùm secundũ.de hæret.in 6. Sed quo ad pœnam naturalem capitis, & confiscationem bonorum dubito:quia sicut requiritur condemnatio eius, qui commisit rebellionem, ut sequatur confiscatio bonorum,ut dicit Bar.in dicto loco,& explicitè Alex.consi 13.col.2.uol.6.idem uidetur dicendum quo ad pœnam capitis naturalis, imò multò magis,ut de se patet,& effectus erit iste,quia ratione pœnæ ciuilis secuta declaratione etiam fructus erunt fisci, usque à die commissi delicti,iuxta ea quę notat Fel.in c.Rodulphus.de rescrip.in uerb. declinatoria. Sed quo ad pœnas capitis naturalis,& confiscationis bonorum,erunt à die sententiæ condemnatoriæ, nisi aliter esset dicendum uirtute aliquorum Decretorũ,prout sunt in hoc dominio, etiam in genere quo ad omnia alia delicta.pro quibus ex forma Decretorum uenit confiscatio bonorum & profectò dispositum fuit, ut quis fit deficiens ipso iure, & rebellis, non ad alium finem, nisi ut perdat ciuilia, ut per Bar.in d uerbo,ex tenore. in uerbo, rebellando.& in d.§.qui deficiunt. Ille ergo eo ipso quòd est rebellis,amittit: & secut declaratione apparet sic essę & fuisse à die commissi delicti:tamen non sequitur pœna capitis naturalis,nec bonorum confiscatio,nisi fiat condemnatio.& tunc à die condemnationis,ut dictum est. Addo præ-
132 dictis, † quòd ciuitas siue alia uniuersitas non potest subiici aratro ob rebellionem,nisi præcedente declaratione principis. Ita Bar.in d.uerbo,rebellando. in fi. & sequitur Afflict.ubi suprà in 31.& ulti.spe-
133 ciali in hoc crimine. Dixi igitur,† quòd ultra pœnam, imò pœnas capitales etiam fit confiscatio bonorum, loquendo in omni capite criminis læsæ maiestatis, de quo est textus in l.penult & fi.C.eo. & in dicta l.quisquis.& ponit Afflict. in dicto uersic. & bona committentium crimen læsæ maiestatis.in pri.& dico quòd fit,quia non sequitur ipso iure,Alex.consi.13. col.2.uol.6.
134 Vnde succedit quæstio, † quid iuris sit quo ad legitimam, an reseruetur filiis, an uerò priuentur etiam ea? Et breuiter dic loquendo in omni capite:& siue simus in l. quisquis.C.eo.siue in legibus.ff.eod. priuari etiam legitima.l.eorum.ff. eod. iuncta l. fi.C.eodem. in quibus non seruētur nisi iura libertorum. Et ita Alex.consi. 13. col.2. uol.6.Cardin.in clemen.pastoralis. ad finē principii,de re iudicata. & Mart. Lauden. in tractatu de princip.in tit.de crimine læsæ maiestat.colum.2. circa fin. ubi allegat Cardinal.ubi suprà,& Ioan. de Lig.& hoc in filiis masculis. In fœminis uerò aliter est, quia debent dotari, dicta l. quisquis.§. ad filias. Angel.consi. 307. & Lauden. ubi suprà,cap.2.& ita etiam Afflict.ubi suprà, colum.1.non allegans prædicta, sed alia, & subdens quòd hoc fuit bene seruatum per regem Ferdinandum, qui honorificè matrimonio collocauit filias principis Rosani, qui notoriè commiserat crimen læsæ maiestatis contra ipsum. Et ex his sæpe uidi dubitari, quid fieri debeat in hoc dominio,in quo adest decretum quo ad legi-
135 timam,† quando bona confiscantur, ut illa semper intelligatur reseruata, nisi in crimine læsæ maiestatis: in quo crimine uult ut seruentur decreta, & ordines ubi adsint,sin minus ius commune. Verùm re bene considerata, cùm reperiam statutum in criminalibus cõfirmatum per principes inter alia statuta, quòd etiam in hoc crimine rebellionis reseruatur legitima filiis:Censeo quòd reseruetur in hoc districtu,imò in omni loco dominii, ubi similia statuta reperiantur, quia omnia nostra facimus,quibus auctoritatē nostram impartimur.l.1.§.omnia enim nostra.C.de ueteri iure enucle.Est uerũ, quod dubito quo ad bona extra territoriũ statuentium, in quo non

non adsit tale statutum, per notata à Bart. in l. 1. C. de summa Trinit. & fide cathol. & Alexand. in l. 1. colum. 1. C. de hæred. instituend. in uersi. & ideo tenet. Veruntamen in tali casu saltem darem alimenta, nisi precisè essemus in casu dictæ l. quisquis. Et ad
136 uertas, † quòd etiam si quis sit condemnatus in contumaciam pro rebellione, quod nihilominus de legitima est dicendum ut, dictum est, loquor in hoc dominio, non obstante dicto Bart. in l. cùm filius. ff. de uerborum obligat. & quæ latè dicuntur in illa materia per Felin. in cap. cùm Bertholdus. colum. 10. & sequen. de re iudic. Et fundamentum est, quia etiam decretum prædictum loquitur de contumaciter condemnatis: & tamen uult ut filii habeant & non habeant legitimam, sicut dixi. Quæro
137 † an in casu dictæ l. quisquis. quando defertur hæreditas uel legatum filiis rebellium, acquiratur fisco, qui auferat uti ab indignis, an debeatur uenientibus ab intestato? Vide Salicet. in dicta l. quisquis. uers. filiis uerò. colum. fin. uersic. quæro quintò. qui multùm subtiliter loquitur, & distinguit inter successionem ab intestato, & successionem ex testamento. Et refert & sequitur Socci. consi. 275. uersi. tertiò principaliter. qui tamen non aduertit ad textũ in l. 1. C. de hęredib. instituendis. iuncta cõmuni ibi, contra gloss. quæ offendit Salice. magna tamen est auctoritas Salic. & Soc-
138 ci. Dixi quòd † secundum statuta Mediolani, legitima reseruatur filiis in hoc crimine: Quæro, quando filius natus & cõceptus est post bannum, an ipsi detur hæc legitima? Bartol. tenet dari, in l. 1. ff. de bonis damnat. sed ratio Bart. nihil ualet, ut per Alexan. in l. ex facto. §. ex facto. in primo notabili. ff. ad Trebellian. est alia ratio, secundum Alexand. quòd dicuntur nasci ex alio homine. & ita Bart. met, & sic infertur, quòd non habent legitimam, & ita Bart. ibi in uersi. oppono, qui est in utero. & magis explicitè Bald. in l. quando quis. C. de bonis damnat. & Alber. in dicta l. 1. ff. de bo. damnat. & ita refert tenere Dyn. Iacob. & Oldrad. & sic hęc uidetur uerior & communior. Prædicti tamen omnes loquuntur in filiis post deportationem natis, nos post bannum, & bannitus non ita censetur nouus homo, ex quo non perdit iura communia, sicut deportatus, ideo Bartol. in dicta l. ex facto. ad finem, uult ut ille textus non procedat in bannito ratione, de qua proximè, & quòd tales faciant deficere conditionem. & dicit ibi Imola, quòd fortè hæc opinio uidetur uerior, & opinionem Bart. sequitur ibi Alexand. colum. pen. & fi. Quam uim habeant
139 hæc uerba, † sub pœna indignationis, Vide Bartol. in dicta extrauaganti, qui sint rebelles. in fine. Ias. in l. 1. colum. 2. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & Decium in cap. eam te. extrà, de rescript. Licet
140 quis sit punitus pœna rebellionis, † non tamen dicitur rebellis: quia rebellem non faciunt uerba, sed opera; in extrauaganti, qui sint rebelles. & in dictis quattuor legibus. ff. eodem. sed an ualeat hæc pœna, utputà. quando dicitur, quòd omnes reuertantur sub pœna rebellionis, uide Bar. in tractatu bannitorum, colum. penult. circa fin. uersicu. item quid si iudex. & omnino Rom. cons. 59. in Christi nomine amen.
141 An † in confiscatione bonorum in hoc crimine ueniat ius patronatus? Vide Ias. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebiti. in dicta colum. 10. Abb. in c.
142 ex literis. de iure patronat. Et † quid in feudo? Vide Laudens. in titu. de crimine læsæ maiestatis, quæstione 15. & quæstione 34. & per Alexand. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de damno infecto. Et in pręsentia sanè placet distinctio, utrum committatur in personam, uel non, ut latè consuluit Deci. in consi. 605. ubi omnino uide, & dicam infrà in secunda parte tractat. circa liquidationem bonorum confiscatorum. ubi cadit propriè hæc quæstio, Ex quo iudices ipsi maleficiorum simpliciter in sententia dicunt, quòd etiam confiscantur bona. Et fuit distinctio Saliceti in l. 2. C. de libertis & eorum liberis. Quid
143 in feudo ecclesiæ, † commissa rebellione contra principem secularem? Vide Laudens. in titulo ubi suprà, quæstione trigesimatertia, & titulo de fisco, quæstione tertia ubi etiam aliud ponit, de quo per Cardinalem in clem. 1. in uerbo, inquisitoribus. de hæreticis. quæstione septima. Alexand. ubi suprà, colum. 23. & sequen. & D. Anton. consilio 61. & Felin. plenè in cap. quantæ. colum. 2. in fine, de Iudæis.

& uide Anchar. in hac materia consi. 160.
144 Et adde, † quòd uulnerãs prælatum uel clericum, uel occidẽs, cadit a feudo, quod habet ab ecclesia. cap. in quibusdam. ubi Abb. de pœnis. Bar. consi 61. ad finem. Cæ-
145 tera in hoc crimine † uide per Afflictũ in titu. quæ sint regalia. in uerbo, & bona committentium crimen læsæ maiestatis. ubi enumerat omnia specialia huius criminis. & ponit omnes causas, quibus quis incidere dicitur in hoc crimen. & in substãtia facit tractatum huius criminis: multa tamen omittendo, & non considerando, ut suprà, uidere licet.

Tit. de Homicidio.

SVMMAE.

1 *Homicida punitur non solùm qui propriis manibus occiderit, sed etiam qui causam dederit homicidio.*

2 *Homicidio causam dans non compræhenditur in statuto Mediolani puniente homicidam.*

3 *Insultus cum uulnere animo occidendi facit quem homicidam de iure, etiam si non sequatur effectus.*

4 *Affectus homicidii non punitur, nisi effectus sequatur, ex consuetudine Italiæ.*

5 *Abortum dolo procurans, punitur pœna mortis, siue mater sit, siue tertius.*

6 *Homicidii pœna in statutis Mediolani non punitur qui abortum procurauerit.*

7 *Infantem exponens ante domum alicuius, ut moriatur, tenetur lege Cornelia de sicar.*

8 *Infantem exponens ante fores hospitalis, ut suscipiatur ab eius præfectis, si moriatur, uel à lupis lanietur, punitur extraordinariè.*

9 *Sterilitatem poculis procurans, uel ne mulier concipiat, quomodo puniatur.*

10 *Statutum loquens generaliter, si quis occiderit, non habet locum, nisi secuto homicidio.*

11 *Venenum dans, ut eum, cui datur, interimat, non punitur, nisi secuto homicidio.*

12 *Statutum puniens capite uenéficos habet locum secuto homicidio, non aliter.*

13 *Venenum quæ parauerat concubitori suo, ut eum interimeret quare capite mulctata sit, licet secutus non esset effectus.*

14 *Veneni propinatio non solùm habet in se animum occidendi deliberatissimum, sed etiam proditionem.*

15 *Affectus committendi homicidii deductus ad actum licet non sequatur effectus, punitur Mediolani per decreta.*

16 *Venenum emens, licet non dederit, iure communi punitur ad mortem.*

17 *Amatorium poculum dans sine dolo, damnatur in metallum, nisi sequatur mors, quia tunc est pœna ultimi supplicii.*

18 *Incantationibus & diuinationibus operam dantes, qua pœna puniantur.*

19 *Incantationes & experimenta, quæ fiunt ad furta inuenienda, non sufficiunt ad torturam.*

20 *Vulnerans ita ut sequatur homicidium, non tenetur, nisi dolus interuenerit, & animum occidendi habuerit.*

21 *Vulnerans aliquem non mortiferè, sed uulneratum mortiferè ab alio dicitur præstitisse auxilium mortiferè uulneranti, & punitur de homicidio stantibus etiam decretis Mediolani.*

22 *Assistens cum armis dicitur præstare auxilium, licet non utatur illis, imò etiam si ea deposuerit, dum tamen sub custodia sua habeat, & astet ad finem præstandi auxilium.*

23 *Inquisitio de auxilio quomodo & quando sit formanda.*

24 *Vulnerans aliquem non mortiferè, siue uulnerauerit antequàm ab alio mortiferè uulneraretur, siue pòst, tenetur de uulnere tantùm, non etiam de auxilio, nisi appareat quòd se collegit cum aliis ad alios coadiuuandos: secus si agatur lege Aquilia ciuiliter.*

25 *Homicidio quis præsumitur astare, uel ire cum homicida fortuitò, non scienter, nisi aliæ coniecturæ sint in contrarium.*

26 *Homicidii pœna absoluuntur omnes qui affuerunt homicidio, quando occisus unico uulnere interfectus est, uel etiam multa sunt uulnera sed plures sunt qui uulnerare potuerunt non à pœna pecuniaria.*

27 *Homicidii pœna absoluuntur omnes, quando uulnera occisi tot sunt, quot sunt qui interuenerũt homicidio, licet teneãtur ciuiliter.*

28 *Torqueri possunt omnes, sed suspectus in primis,*

mis, quando tot sunt uulnera occ̄ jo illata, quot sunt qui interuenerunt.

29 Indicium ad torturā in criminalibus facit illud, quod in ciuilibus facit probationem.

30 Testes contrarii dant materiam iudici inquirendi contra alterutrum, non ut ambo torqueantur.

31 Inquisitio dum quotidie formatur, quando plures interuenerunt homicidio, sed nescitur cuius ictu occisus perierit, cur uni tribuatur homicidium, alii pro auxiliatoribus ponantur.

32 Sententia contra plures, qui homicidio interuenerunt, & nescitur cuius ictu ille perierit, debet ferri æqualiter, ubi par pœna est imponenda, ubi uerò dispar est pœna, condemnantur omnes pœna pecuniaria.

33 Auxilium præstans quod det causam delicto, tenetur eadem pœna, qua maleficium committens & quid stante decreto Mediolani, & quid quando nescitur cuius ictu defunctus perierit.

34 Auxilium præstans post homicidium delinquenti, punitur Mediolani pœna exilii, uel pecuniaria, nisi nimis atrox esset delictum.

35 Auxilium præstans post delictum qua pœna iure communi puniatur.

36 Animus est de essentia peccati, & eo sublato omnis actus est indifferens.

37 Armorum qualitas aptorum ad occidendum facit præsumi animum occidendi in feriente.

38 Animus occidendi præsumitur in feriente, quando percutitur caput, & fit percussio eo deteriori modo quo fieri potest, etiam si instrumentum non sit aptum ad occidendum.

39 Cap. significasti. de homicid. quomodo intelligatur.

40 Animus occidendi non præsumitur, etiam si percussio fiat in capite, nisi fieret circa cerebrum.

41 Faciei & capitis eminentiæ.

42 Faciem alicuius uitro, cultello, uel nummo incidens quomodo puniatur.

43 Senatus Mediolani non tenetur seruare statuta, etiam si à principe sint approbata.

44 Animus occidendi cognoscitur, siue in rixa, siue extra rixam, & punitur lege Cornelia de sicar.

45 Animus deliberatus occidendi præsumitur in laruatis, qui baculo, uel sacco lapidibus pleno aliquem percutiunt.

46 Probandi onus incumbit percusso quòd percutiens animo occidendi illum percusserit.

47 Coniecturæ ex quibus cessat animus occidendi.

48 Affinis præsumitur casu, & culpa occisus.

49 Decretum Mediolani punit animum deliberatum occidendi etiam si non secutus sit effectus homicidii.

50 Deliberatè quis insultare dicitur, quando actum præmeditatus est.

51 Deliberatio animi cessat interueniente rixa.

52 Testes super quærela de animo deliberato formata deponentes debent clarè rixam excludere, quia animus deliberatus non præsumitur.

53 Deliberatè uel ex proposito factum non differt.

54 Deliberatio est quædam mediatio & interuallum ad actum.

55 Animus deliberatus uulnerandi & non occidendi quomodo cognoscatur.

56 Animus deliberatus interuenire dicitur, etiam si rixa interueniat quando quis rixam affectat ut ad homicidium deueniat.

57 Vox est mentis euidentissimum argumentum, & ubi sunt uerba non egemus interprete.

58 Animus deliberatus non est quando id quod fit non erat cogitatum tempore actus siue prouocatio facta sit ab offenso siue à tertio.

59 Prouocatus homicida quacunque prouocatione, siue offensi siue tertii debet mitius puniri, quia illa animum deliberatum excludit.

60 Iram continere maius est quàm miracula facere.

61 Deliberatio quomodo à iudice sit consideranda.

62 Ira dicitur quid factum, quando intra triginta dies à die ceptæ iracundiæ actum est.

63 Homicidium quando dicatur tractatum.

64 Iteratio uulnerum inducit animum deliberatum.

65 Inimicus obuiam factus inimico, & illum occidens præsumitur animo deliberato illum occidisse.

66 Homicidium nulla culpa, sed casu tantùm commissum non punitur.

67 *Culpa quando cessare dicatur.*

68 *Delictum culpa commissum punitur extra ordinem criminaliter pro modo culpæ.*

69 *Culpa leuissima punitur criminaliter in subsidium quando non habet delinquens unde satisfaciat.*

70 *Leuissima culpa damnum inferens non peccat in foro conscientiæ.*

71 *Delictum unius qualitatis uolens committere, & aliud committens tenetur de culpa pro commisso, nisi instrumentum, quo delictum committitur aptum esset ad homicidium.*

72 *Mandatum ad uulnerandum facit quem teneri de homicidio secus si sit ad cædendum baculo uel ad dandum colaphum.*

73 *Occidens unum uolens alium occidere an teneatur pœna ordinaria, uel extraordinaria?*

74 *Delictum committens est in dolo non solùm quo ad delictum quod principaliter intendebat facere, sed etiam quo ad ea quæ directo tendebat principale delictum etiam stante statuto si quis aliquem occiderit.*

75 *Delictum committens contra eum qui casu superuenit, uel erat à latere, punitur extra ordinariè, uel princeps consulitur.*

76 *Princeps etiam de honestate non tenetur seruare statuta.*

77 *Delinquere uolens circa unam rem, & delinquens circa aliam quomodo puniatur.*

78 *Homicidium factum ab eo qui non est in sano sensu, ut ab ebrio, furioso, & dormiente quomodo puniatur.*

79 *Minor, uel pupillus delinquens quomodo puniatur.*

80 *Occidens bannitum restitutum, sed in albo adhuc existentem uel habentem securitatem an puniatur, & quomodo*

81 *Occidere impunè alium quis possit & quando.*

82 *Homicidium ad necessariam defensionem factum est impunitum, & licet eam præsumptiuè probare.*

83 *Homicidium pro defensione necessaria contra iniuriam personalem est impunitum & uerè probandum est, quòd aliter non poterat euadere.*

84 *Mandans dari colaphum secuto homicidio non tenetur de homicidio, secus si mandaretur inferri uulnus.*

85 *Homicidium ad defensionem suorum, & etiã extranei interdum est impunitum, et etiam pro defensione honoris sui.*

86 *Iniuria uerbis affectus non potest uerbis & minus facto iniuriam referre, nisi respondendo secundum ueritatem mentiris.*

87 *Iniuria uerbis affectus non potest ex interuallo respondere, mentiris.*

88 *Insultu probato probata est necessaria defensio, & etiam si probatum sit quod quis se præparauerat ad insultum.*

89 *Occidens præsumitur in dubio impetum fecisse contra occisum, nisi tanta disparitas fuerit, ut iudici uideatur esse alienum à sana mente, ut occidens prius insultauerit.*

90 *Prouocatio per occisum facta non sufficit, ut præsumatur in dubio contra eum, ita ut occidens fecerit ad defensionem necessariam.*

91 *Prouocatus se defendens sine moderamine inculpatæ tutelæ mitius punitur.*

92 *Excedens moderamen inculpatæ tutelæ se defendendo tenetur pœna ultimi supplicii si potuit cogitare quòd homicidium sequeretur.*

93 *Illicitæ rei operam dans tenetur de secutis ex ea si uerisimiliter potuit præcogitare quæ secuta sunt.*

94 *Corrigentes personæ, quæ tenentur solùm de excessu, quæ sunt.*

95 *Homicidium est impunitum, quando princeps uel potens aliquis mandat priuato ut occidat aliquem, alioquin quòd occidet eum, & esset solitus talis princeps exequi minas.*

96 *Homicidium est impunitum quando princeps mandat iudici per uerba quibus uia iuris agere uideatur, ut exequatur sententiam corporalem iniustam si rescribit principi, & deinde expectat per triginta dies.*

97 *Iudex debet potius renuntiare officio quàm exequi sententiam iniustam.*

98 *Iudex dubius, an mandatum principis ut exequatur sententiam corporalem sit iustum uel iniustum excusatur, si exequatur quando conditio personæ contra quam executio fieri debet erat mala, aliàs debet rescribere?*

99 *Iudex rei innocentiam agnoscens debet rescribere principi.*

100 *Lex si uindicari. C. de pœn. materia.*

101 *Causa iusta præsumitur in principe.*



Oena legis Corneliæ, de sicariis, quæ multa capita habet, ut in l.3. in pri.ff.de sicar.& patet in l.1.& multis seq. eod.tit.& in §.item lex Cornelia.Instit.de publi.iudi. Principaliter punitur homicida,
1 † & non solùm qui propriis manibus occidit, sed & qui causam dat homicidio. l. nihil interest.ff.eod. Quod an compræhendatur in statuto dicente, si quis occiderit, &c. uide Alex.in 2.uol.consil.139.col.3.&
2 seq.& sine dubio † non compræhenditur in statuto Mediolani disponente quòd ille est homicida qui propriis manibus occidit, & non solùm punitur si sequatur homicidium, sed etiam si non sequatur. l. diuus
3 Adrianus. ff. eod. & ideo † solus insultus cum uulnere animo occidendi sufficit.d.l. 1.§.diuus.ff.eo. imò sine uulnere. l. is qui cum telo. C. de sicar. quod est uerum ubi animus deliberatus est, sed si non est deliberatus non uidetur quòd sufficiat, ut per Io.Fabri.in d.§.item lex Cornelia: in contrarium uidetur tex.in ea. l. diuus Adrianus.& communis mens Doctorum in ead. l.is qui cum telo. Quæstio hæc est parui
4 fructus, quia secundum statuta † & consuetudines Italiæ non punitur affectus homicidii, nisi homicidio secuto, ut per Bart.in d.§.diuus. quem alii sequuntur infrà relati, & si statutum esset ut solus affectus sufficeret, posset prætor mitigare pœnam. Bald.& Salic.in d.l.is qui cum telo. ꝙ tamen non patiuntur principes qui uolunt sibi reseruari ea, quæ gratiam continent, uel sapiunt, & uæ illi prætori in dominio Mediolani qui hoc tentaret.
5 Mulier † tamen quæ sibi dolo malo curauerit abortum facere, non uidetur teneri. d.l.Cornelia.sed in exilium damnanda.l. si mulierem.ff.de sicariis.& l.diuus.ff.de extraordin.crimi. etiam ꝙ partus esset animatus, iuxta dicta Bar.in d.l.diuus.& aliorum, ut per Alex.in l.quod dicitur.ff. de liberis & posthumis. Nec distinctio Feli.uidetur conuenire in cap.sicut. *lo ultimo.* extrà, de homicid. quod aut data opera percutitur mulier. & sequitur pœna mortis, aut non, & solùm est pœna exilii, quia in oppositum est tex.in d.l.si mulierem & in l.diuus.sic loquitur Alexan.ubi suprà, qui eos textus allegat, & alios, & quia sine dolo quis non incidit in leg. Corneliam, de sicariis.l.in lege Cornelia.ff.eodem. & loquuntur prædicta non solùm quo ad matrem ipsam, sed etiam quo ad alium qui prægnantem percutiat, loquendo tamen

quando adest dolus, sed si absit, tunc loquitur dictum c. sicut. quod uult ut clericus qui dedit causam abortioni, remoueatur ab officio altaris si erat animatus, sic etiá loquitur text. in leg. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. qui uult ut qui sine dolo dedit poculum prægnanti amoris causa quod tamen erat abortionis, puniatur citra mortem, contra tamen prædicta, est text. in d. §. qui abortionis. qui uult & fortius ut etiam sine dolo secuto abortu teneatur quis pœna mortis. sequitur. Anã. consi. 1. & si intelligatur secundum Cæpollam consi. 36. & seq. nulli dubium quod saltem dolo existente sequitur pœna mortis, non solùm secuto effectu, iuxta illum textum, sed etiam non secuto effectu, iuxta terminos dictæ legis Corneliæ. & rem ipsam uide tex. in l. 3. §. 1. uersic. sæd ex Senatuscósulto. ff. eo. & q̃ ubi adest dolus quis incidat in l. Corneliam, de sicariis. habes apertissimè Barbat. consi. 23. uolum. 2. in uersic. capio nunc secundum textum cum glos. in l. pen. C. eo. & sequuntur ibi Bald. & Angel. quos sequitur Felin. ubi suprà, & qui Feli. etiam allegat Alberic. ad hoc.
6 Veritas, iudicio meo, uidetur hæc esse † ut statutum loquens de homine occiso uel homicidio, non compræhendat hunc casum per fundamentum Alexand. & Baldi, quem sequitur Alexan. ipse, sed iure communi magis communis uidetur esse, ut pœna sit ultimi supplicii quando adest dolus, quæ opinio est contra dictas leges, si mulierem. &, diuus. Non obstat §. qui abortionis. quia loquitur in casu præcipuo, quando datur poculum propter malum exemplum, etiam q̃ non detur animo occidendi. sic etiam loquitur dictus uersicu. sed ex Senatusconsulto, qui idem dicit quando datur poculum gratia conceptionis, est alius casus de iure communi non compræhensus in statuto de homicidio, quando pecunia patratur scelus hoc, Bartol. in d. l. diuus. unde si casus eueniat defende amicũ, quia dicat lex, quicquid uelit, ad mortem damnari non poterit ex alio statuto quod nos hic Mediolani habemus per quod nemo punitur corporali pœna, nisi lege municipali caueatur. Quæro quid
7 iuris sit quo ad † eos qui infantes abiiciũt exponendo eos ante fores alicuius hospitalis, ut sæpè fit, ad hoc ut ab eius præfectis suscipiantur, uel exponendo eos alicubi, ut moriantur. Et quid de suffocãtibus partum, uide tex. gloss. & Bar. in l. necare. ff. de liber. agnoscen. & Anan. consil. 1. col. penul. in fine. & placet opinio, ut teneantur lege Cornelia, secundum Bartol. ibi, & Anan. ubi suprà, præterquàm in casu ho-
8 spitalis, † licet etiam sæpe lupi eos comedant uel sues, quia uerum est, quòd non est animus occidendi, & non multis abhinc diebus quendam Senatus puniuit extraordinarie, & est gloss. quam sequuntur Doctores in l. 2. C. de infantibus expositis
9 liberis. Sed quid dicẽdum est de his, † qui dant pocula ad inducendum sterilitatem, uel aliter faciunt ne mulier concipiat, uide text. in cap. si aliquis. extrà, de homicid. de quibus & aliis etiam uide in repertor. Hippolyt. in d. l. mulierem. ff. de sicar. Dixi quòd secundum statuta & consuetudines Italiæ quicquid uelit ius commune, non punitur animus occidendi, nisi secuto homicidio allegaui Bart. in d. §. diuus. Adde Alexan. consil. 15. colum. 3. uol. 1. & 2. uol. consil. 139. col. 2. Cæpollam consil. ulti. ad finem primæ col. Ias. in l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris. & Felin. in cap. 1. de præsumptionibus. & in tractatu de conatu. Addo
10 † quòd etiam statutum non clarè loquẽs, sed uerbis generalibus, si quis occiderit, etiam debet intelligi homicidio secuto. Bartol. in d. §. diuus. Deci. in dicta l. 1. §. fin. in fin. & Felin. in d. cap. 1. de præsumptionib. in 8. fallent. & alibi sæpe. Sequitur igi
11 tur † quòd etiam dans uenenum alicui, ut occidat, homicidio non secuto, licet iure communi teneatur de homicidio. l. 1. §. præterea. & l. 3. in princip. ff. de sicariis. Tamen non tenetur in effectu ex dicta gene-
12 rali consuetudine. sic in specie † in suo repertorio Marsil. in d. l. 3. in princip. & Cæpolla in eo consil. ulti. ubi addit quod stante statuto ut uenefici capite puniantur tamen intelligitur secuto homicidio secundum conclusionem quam proximè feci, allegando Bartol. Dec. & Felin. Heri ta-
13 men † Senatus condemnauit ad mortem concubinam magistri Petri Antonii Raudensis, quæ dederat uenenum in medicamentis, & ferculis ipsi Petro Antonio, ut eum morti traderet, licet homicidium non

non sit secutum. Causa huius Senatusconsulti fuit hæc, ut domini redderentur securi à seruis suis, iuxta l. 1. in prin. ff. ad Sylla. & ex arbitrio quòd habet princeps in pœnis, iuxta ea quæ dicam infrà in titu. de pœn. quia consuetudo puniendi tantummodo effectum solum faciebat dubitationem, sed in hoc dominio Mediolani animus occidendi deliberatus punitur iuxta d. l. is qui cùm telo. ita uult decretum. Et
14 † dans uenenum non solùm habet animum occidendi deliberatissimum, uerùm etiam proditor est ut de se patet, & not. Bald. consil. 210. in 4. uolumi. & Doctores ubi suprà. Hinc plus est hominem ueneno occidere quàm gladio l. 1. C. de malefic. & mathem. & hoc est ex mente omnium Doctorum, ut si d. l. is qui cùm telo. seruetur, etiam habeat locum ius commune in hoc casu, ut per Bal. in 3. uolum. consil. 443. &
15 Cępolla ubi suprà. Et † ꝙ solus affectus ad homicidium deductus ad actum, in hoc dominio sufficiat: patet non solùm ex allegato decreto puniente solùm animum deliberatum occidendi, sed etiam ex alio decreto, de mandante sine rixa homicidium committi, quod punit ad mortem etiam homicidio non secuto, & non solùm ex eo decreto punitur mandans, sed etiam ex alio mandatarius non secuto effectu, ac etiam patet in eo qui dicit testimonium falsum ut innocens damnetur ad mortem, iuxta l. 1. §. prætereà. ff. de sicar. quia morte punitur etiam non secuta condemnatione innocentis, & profectò si delictum de quo suprà, & similia non ita seuerę castigarentur, pauci essent salui in suis domibus propriis, ab insidiis seruorum, & domesticorum suorum. & ultra prædicta quo ad pœnam iuris communis, uide Bartol. in l. 1. in fi. ff. de parricid. qui loquitur de eo,
16 qui solùm emit uenenum, licet non dederit, & uult ut puniatur ad mortem, & tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de
17 pœnis. qui disponit, ut etiam † dans poculum amatorium sine dolo, quia res est mali exempli damnetur ad metallum, & ut ibi, & ratio est, quia in effectu est uenenatum, ut declarat Salic. in l. 1. col. 2. C. de sicar. hic uidemus ex tali poculo homines effici dementes & stupidos, & exsiccari, & sæpe ad mortem redigi, & si sequitur mors imponit pœnam ultimi supplicii ut ibi. Ad quod uide Anan. in consil. 1. col. 2. in fin. & omnino uide Salic. in l. 1. C. de malef. & mat. post Bar. in ea. lege. qui etiã loquitur de solo emente. Felin. in cap. 1. de præsumptio. in 5. fallen. ubi longa est apostilla impressa in qua etiam deciditur hæc quæstio, In hoc dominio quandc tollitur. l. is qui cum telo. & Felin. in tracta. quando conatus puniatur. colum. 3. in fin.
18 Quomodo puniantur † qui incantationibus, diuinationibus siue sortilegiis operam dant. uide l. nullus. C. de malefic. & mathemati. ubi imponitur pœna concremationis, de iure uerò canonico est pœna fustigationis, si sit uilis, aliàs perpetui carceris. cap. contra sacrilegos. 26. quæstio. 5. & Roman. singul. incip. tu scis. uide tamen Exod. 22. cap. ubi dicitur, Mathematicos non patieris super terram uiuere, & habetur etiam Leui. de istis incantationibus. 70. cap. & per Angel. in leg. uerbum. C. de
19 infamib. ubi ponit † de istis experimentis, quæ fiunt ad furta inuenienda, ut non ualeant ad torturam, ut etiam per Brun. in tracta, suo tortu. & alibi sæpe. & uide etiã Felin. in cap. significasti. *el secondo*. de homicid. in pri. ubi dicit notabiliter contra maleficos, qui ad expedienda maleficia, uel incantationes committunt furtum in eucharistia uel rebus sacris, quia istos lex ciuilis grauissimè punit, tradens eos igni, uel bestiis arbitrio iudicis, & omnino in hac materia uide Azo. in summa. C. de malefi. & mathema. & extrà, de sortilegiis. & Hostien. & Specular. in locis suis. & Alberic. C. eodem. ubi melius quàm alius ibi.
20 Dixi teneri l. Cornelia, de sicariis. † qui solùm uulnerauit animo occidendi, & magis teneri, qui etiam occidit sed tamen nõ semper tenetur ea lege etiam secuto homicidio nisi fuerit in dolo, & habuerit animum occidendi l. 1. §. diuus ff. eod. & l. diuus. ff. eod. sicut nec tenetur qui uulnerauit solùm: nisi, ut dixi, habuerit animum occidendi. d. §. diuus. ex quo sequitur id quod dicit tex. in l. fin. ff. de sicariis. Quod ubi in rixa plures percutiunt, non omnes tenentur de homicidio, sed ictus uniuscuiusque contemplari oportet, ut qui percusserunt animo occidendi teneantur illa lege, alii uerò qui non habuerunt eum ani

mum teneantur solùm de uulnere. Iuxta
21 quam legem quæro,† adest statutum, ut non puniatur quis de homicidio etiam si habuerit animum occidendi, nisi secuto homicidio, ubi animus non sit deliberatus secundum decretum huius domini, & in rixa unus periit multis uulneribus affectus, & certum est quis intulerit uulnus mortale, & qui alia non letalia intulerunt iuxta præcisè dictam legem finalem, quæ loquitur in casu claro, prout etiam ex gloss. manifestè apparet, quæ ideo quærit quid iuris quando sumus incerti, an uulnerantes possint puniri de homicidio pœna mortis, uidetur posse propter auxilium præstitum letaliter uulnerato, iuxta l. nihil interest. ff. de sicariis. Et decreta punientia pariter auxilium prestantes sicut principales. & ideo uidemus quotidie formari inquisitiones de homicidio contra homicidam, & de auxilio contra alios, in contrarium uidetur text. in d.l. fin. qui uult ut qui habuerunt animum occidendi, puniantur pœna leg. Corneliæ, de sicar. alii non, & ideo etiam si uidemus animum non sufficere, iuxta statutum uel cõsuetudinem, etiam uulnerans animo occidendi tenetur solùm de uulnere, & tamen dat auxilium mortiferè uulneranti, sed uide Bartol. in d.l.fi. uersicu. tamen aduerte. qui declarat text. ut loquatur quo ad delictum principale: sed quo ad auxilium dicit, uulnerantem solùm posse puniri tanquam præstiterit auxilium homicidæ assistendo ei ad maleficium committendum, ex hoc instruens iudices ad formandas in-
22 quisitiones. Breuiter ueritas est, † quòd non mortiferè uulnerantes dicentur prestitisse auxilium mortiferè uulneranti, cũ imò solùm armis assistentes dicantur præstitisse auxilium, licet non utantur armis, ut per Ias. in leg. cùm proponas. colum. 2. C. de transact. ubi etiam hoc idem dicit esse, dato quòd arma deposuisset, intelligendo tamen si adhuc erant sub eorum custodia, ut loquitur Alexand. allegatus per eum in 3. uolu. in ulti. consi. & hæc etiam per Cæpol. consil. 34 colum. 4. & alibi sæpe, intellige tamen si ibi aderant, ut auxilium præstarent, & ut habilius homicidium committi posset, aliàs non. ita Aret. in uerbo & dicto maleficio semper astitit. col. fi. uersic. & aduertas. & Felin. in c. sicut dignum. de homicid. col. 3. uersicu. & adde & ita loquitur decretum nostrum Mediolani puniens auxiliatores de quo dicam infrà, quia dicit si ad id assistebant, & ita Anchar. consil. 217. colum. fi. ubi est uidendum. Est uerum quòd etiam hoc potest contingere in rixa, quia in eo actu potuissent etiam se colligere simul, ut alter alteri daret auxilium. ita sentit Anchar. ubi suprà, & explicitè hoc dicit Alberic. in d.l. fin. colum. 2. uersicu. D. Cin. de Matarellis, sed an ibi essent ut homicidium committeretur colligitur ex coniecturis, ut habetur in d. cap. sicut dignum. & per Augustin. de Arim. ad Angel. in gloss. dictus Andreas auxiliator, & in gloss. dicto maleficio semper astitit, & quæ sint coniecturæ dicam infrà, in uersicu. quæro qua pœna puniatur auxilium præstans. & ex prædictis, & dicendis in dicta quæstione scies formare inquisitionem de auxilio.
23 Nam concurrentibus qualitatibus† quæ faciunt, ut de auxilio quis puniatur, de quibus proximè dixi, formanda est de auxilio sicut uult Bart. & omnes, & modum ultra Bart. in d. leg. fin. uide per eundem in l. qui seruo. §. si duo. ff. de fur. & Cæpol. cons. 1. & Bartol. in l. omnes. C. de agrico. & censit. lib. 11. Et qualitates in effectu sunt, quod ibi essent auxiliatores ad finem homicidii, ut dixi, sed si non concurrant, quia appareat quod fuerit mœra rixa, & quod unus non cogitauit de alio, tunc solum est formanda contra homicidam de homicidio, & contra alios de eorum ictibus. d.l.fi. in dubio quando nescitur, an dederint auxilium scienter, uidetur quia est præsumptio quod casu ibi essent, ut ponit Feli. in d c. sicut dignum. quod sit solùm formanda contra homicidam. contra uerò alios sit supersedendum, donec ex discussione inquisiti de homicidio, uel aliter apparuerit an fuerit auxilium cooperatiuum uel ne, & tunc ueritate comperta fiat quod ius requirit, & quomodo tales auxiliatores sint damnandi dicam in quæst. singulari paulò infrà.
24 Est tamen aduertendum quòd † Bart. in d.l. fin. col. 3. dum loquitur de pœna præstantis auxilium, ponit duos casus. Primus est quando qui prius uulnerauit mortiferè uulnerauit, aliis etiam postea uulnerantibus

tibus

tibus, & hoc casu habet pro absoluto ut alii teneantur pœna l. Corneliæ, non pro auxilio, sed pro homicidio per l. qua actione. §. si quis seruum ignotum ff. ad legem Aquil. & l. item uulneratus. in pri. ff. eod. & sic ꝙ omnes, & primus & alii teneantur eadem pœna. Secundus casus est quando qui primò uulnerarunt, non mortiferè uulnerarunt, secuto postea per alium uulnere mortali, & hoc casu uult ut procedat d. l. si. ut ictus uniuscuiusque, &c. nisi ꝙ primi possunt puniri de auxilio, & ita uidentur limitanda prædicta, dum concludo ꝙ Bart. loquitur nimis generaliter, ut secundum eum saltem passim puniantur eadem pœna, etiam qui nõ lętalia intulerunt, quãdo fuerunt posteriores eo, qui intulit uulnus mortale, & ratio est secundum Bartro. quia illud uulnus ꝙ per se non est mortale in homine sano, in iam uulnerato & debilitato efficitur mortale, imò amplius uidetur ut solùm isti teneantur & non primus, ut uidetur de hoc esse tex. clarus in l. item Mela §. Celsus ff. ad legem Aquil. hinc Andre. de Iser. in cap. 1. quibus modis feud. amit. dicit non esse delictum dimittere dominum feudi mortiferè uulneratum, sed est homicidium illum examinare, & datur exemplum serui, qui confecit Saul regem uulneratum mortaliter, ut scribitur 2. Regum, quem occidit Dauid, eò quia miserat manum in dominum suum qui etiam erat unctus domini, ut refert Opizo. in repetitio, leg filiusfamilia. §. diui. char. 15. col. 2. ff. de legat. 1. Veritas tamen est ꝙ omnes tenentur quando tamen ut dixi cõstat ꝙ primus lætaliter uulnerauit per d. l. ita uulneratus. ita Ias. latè in l. si ab hostibus. §. fi. ff. sol. matri. Non obstant notata per Bart. quia text. per eum allegati loquuntur quo ad l. Aquil. & sic quando agitur ciuiliter, quo casu quis ex præsumptionibus damnatur, sed in casu l. Corneliæ, de sicar. procedit d. l. si. quæ dicit ictus uniuscuiusque contemplari oportet, & ista est ueritas, utrunque sit, bene considera secundam solutionem Alex. ibi, qui dicit quod etiam illa iura non loquuntur quando uulnera non erant lætalia, & quæ consuluit Cæpol. consilio 42. colum. 1. & fin. ubi uide, & ita remanet defensa conclusio, quòd qui non mortiferè uulnerauit, solum tenetur de uulnere stante statuto, ut suprà, siue primus siue secundus fuerit, & non tenetur de auxilio, nisi appareat ꝙ se saltem collegerit eo tempore cum aliis ad alios coadiuuandos, & tunc de auxilio tenetur plus & minus, iuxta decretum nostrum, secundum qualitatem auxilii, de quo id est, quomodo sit considerandum auxilium, dicam infrà in quæstio. qua pœna puniatur pręstans auxilium, quando uerò ante se collegissent, tunc res non habet difficultatem, tum propter decretum nostrum puniens solum animum deliberatum, tum etiam stante consuetudine, uel statuto ꝙ solus effectus puniatur, quia tunc unusquisque uidetur dedisse auxiliũ alteri, ut per Felin. in cap. significasti. de homicid. & tex. & ibi notata per eundem in d. c. sicut. Dixi suprà, † quod in du-
25
bio quis præsumitur affuisse homicidio, uel fuisse cum homicida fortuito nõ scienter. Adde ultra Felin. & Angel. ubi suprà, Vital. in titu. de insultu. colum. penul. uersi. sed pone quæstionem Aretin. in ca. tertio loco. de probat. col. 5. uers. fateor tamen. ex aliquibus tamen coniecturis præsumitur aliter, & una est quando uulnerans, uel assistens postea comitatur delinquentem. Felin. in d. c. sicut dignum. colu. 2. datur enim intelligi ex actu sequenti qualis fuerit animus à principio. l. Pomponius. in fi. ff. de acquiren. rer. domin. Nellus in tracta. bannitor. in 3. parte secundi temporis. quæst. 24 & Deci. consi. 105. col. 5. similiter si illud prius dixisset, iuxta gloss. in leg. Fulcinius §. quid sit autem. in uerbo, animus. ff quib. ex caus. in poss. eatur. & ibi Bart. & omnino ad hoc uide Anchar. in d. consi. 217. circa has coniecturas, & aduerte, quia loquor quando rixa præcessit, tunc enim requiruntur coniecturæ. Rixa uerò non præcedente est aliud, nisi appareat quòd quamuis in unum fuissent collecti, quòd tamen ad aliud erant collecti, ut Angel. in d. leg. fin. & de hoc est text. in leg. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de ui publi. ubi qui author fuit uiolentiæ inferendæ tenetur etiam de eo quod non fecit, alii uerò non, sed tantummodo de uiolentia ad quam iuerunt, non autem de homicidio, de quo nihil sciebant, ut ibi per Bartol. & Salic. & Paul. de Cast. quer-

uide consilio 192. in causa incarceratorũ. col.2. Adde circa materiam, an & quando quis præsumatur astare scienter, an casu. Caccialup. in tracta. de debitore suspecto
26 de fuga.col.3.ubi uide. Sed pone † quòd nesciatur homicida, unico uulnere duntaxat existente mortifero quid iuris? uide glo.in d.l.h.& quæ latè ibi dicit Bar. referens glo.contrarias,& tandem tenens omnes damnari. Communis est omnes absolui à pœna l.Corneliæ.de sicariis.non à pœna pecuniaria, ut per Alex. in dicto consil. 15.uol.1.& consi.46.uol.4.& consi.14.col. 2.uol. 3. & planè procedit hæc communis quando unicum est uulnus, & etiam quando plura, sed tamen qui potuerunt uulnerare sunt plures uulneribus, quia omnes absoluuntur propter incertitudinem, & ita etiam Felin. in c. significasti. de homi-
27 cid. *el secondo*. Verùm † quando sunt tot uulnera quot ii, qui homicidio interuenerunt, tunc articulus est magis dubius, ex quo constat omnino omnes deliquisse, uel delinquere potuisse, ueritas tamen est omnes absolui à pœna l. Corneliæ, & teneri tantum ciuiliter, ut per Alex. in d. consilio 15.& fuit opinio Gandi. in tit. de homicidiariis.col.5. & latè Dec.in l. fauorabilio-
28 res.col.2.ff.de reg.iur.qui subdit † quod tamen ille qui reperitur malè audire inter illos qui homicidio interuenerunt, potest ad ueritatem eruendam torqueri, allegat Salic.l.fin.col.penult.uersic. quæro, an sufficiat. in fine quæstionis.C. de quæstio.sed certè Salic. loquitur quando solùm apparet unum ex pluribus deliquisse, sed non constat quis deliquerit, ut in quæstione formata per Doct.in d.c.significasti.quando in domo sunt quatuor, & per unum ex eis proiicitur lapis, qui hominem occidit, de qua quæstione etiam per Alex. in consil.50.uol.1.col.3.uersicu.ad prædictorum confirmationem, uel etiam quando unicum reperitur uulnus, aut etiam plura, uerùm pauciora rixantibus, quia tunc est præsumendum contra hominem malæ uocis, sed quando omnes deliquerunt non loquitur iudicio meo Salic. & eo casu uidetur absolutè dicendum, omnes esse torquendos, incipiendo tamen à magis suspecto, iuxta notata in repertorio Hippol. in l.1.in pri. ff. de quæst. & ad hoc etiam in-
29 duco † quod omnes possunt condemnari ciuiliter, ut dixi iuxta dictum Bar.in l.fi.ff.de in litem iuran.ut quod facit probationem in ciuilibus faciat indicium saltem ad torturam in criminalibus, quòd adde his quæ suprà dixi in materia torturæ in 3. quæst. principali. in uersic. aliud indicium ut suprà uidetur esse in homicidio, quando reperiuntur plures in una domo,& exemplũ quæstionis Doctorum in d. c. significasti. quando unus ex pluribus in domo existentibus proiecit, placet omnino: aliud uerò non prorsus, quia etiam quòd rixantes nõ uulnerauerint, saltem omnes rixati fuerunt ueniendo ad arma actum uetitũ exercentes, & talem actum ex quo potuit esse illatum uulnus à quocunque ex eis.
30 Et ideo in simili etiam † quando unus testis est alteri contrarius, non dicunt Doctores quòd ambo torqueantur, sed quòd datur materia iudici inquirendi contra alterutrum, ut per Ias. post Bald. ibi. in l.duobus.§.fin.ff.de iureiuran.& Alexan.consil. 34.col.3.uersic.ut probatur ex his. uol.3. & ratio est, quia non constat ambos deliquisse, uerùm torqueri posset ille qui malè audiret per prædicta. Ex his apparet
31 † quòd non est sine fundamento inquisitio, quæ quotidie formatur à iudicibus causa homicidii commissi in rixa à pluribus quando nescitur cuius ictu uulneratus perierit, dum unus ponitur pro homicida, & alii pro auxiliatoribus secuti practicam quam Angel.in d. l. fin. in fin. dicit fieri per iudices maleficiorum, quia si possunt torqueri multo magis inquiri, & loquitur Angel.etiam in casu fortiori, quando unicum apparebat uulnus, & in casu quo dixerat omnes fore absoluendos, & practica hæc est bona, quando pœna est par auxilii, & delicti principalis, ex quo errari omnino non potest, sed ubi est dispar pœna, ut in hoc dominio Mediolani, in quo adest decretum de quo infrà dicam disponens. ut auxilium debeat esse cooperatiuum, ueruntamen esse in arbitrio iudicis pœnam imponere usque ad mortem inclusiuè debet iudex præcisè scire, cui adscribat in inquisitione auxiliũ, & cui delictum principale, aliàs errat, & facit contra conscientiam secundum Angelum in dicta leg. fin. Sed difficultas est stante ista

practica

32 practica † quæ dicitur contra conscientiam quid faciet iudex tempore prolationis sententiæ, in hoc dicerem si iudex errauit in procedendo & inquirendo non debere errare in sententia, iuxta notata in l. 2. in pri. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ubi par pœna est imponenda, imponat considerando etiam decretum allegatum, an casus mereatur arbitrium usque ad mortem inclusiuè: ubi uerò sit aliter omnes sunt damnandi propter incertitudinem pecuniaria pœna iuxta communem conclusionem de qua suprà, non consideratis uerbis inquisitionis, alteri homicidium adscribentis, & alteri auxilium, & si iudex à se hæc non potest, faciat authoritate Senatus, uel principis, ut fit quotidie Mediolani, quando iudices in fine processuum criminalium referunt statum causæ Senatui, iuxta ordines huius dominii.

33 Quæro † qua pœna puniatur præstans auxilium, est necessaria quæstio ad prædicta, uide Bart. in l. is qui opem. ff. de furt. plenè Soccin. consilio 188. col. 3. & seq. Cæpol. consi. 27. col. 2. circa fi & seq. & consi. 34. col. 5. & seq. Angel. in gloss. dicto malefìcio semper astitit. col. 2. & ibi in addit. & omnino Salic. in l. unica. C. de rapt. uirg. in uersic. quæro ad declarationem prædictorum ubi per tres colu. & consideratè quidem Feli. in cap. sicut dignum. de homicid. col. 2. uersic. modo aduerte. & in c. 1. col. antepenul. de offic. deleg. uersic. limita primo. Et in effectu ex diuersitate iurium hoc casu communis fit conclusio teneri eadem pœna, si illud auxilium dedit causam delicto, alias non, & hoc per text. in d. c. sicut dignum. §. illi autem. de homicid. uide in dictis locis maximè in consil. Cæpol. & Soccin. quæ conclusio procedit etiam in auxilio remoto quando ut dixi, dedit causam scienter homicidio, ut per Soccin. in dicto consilio. & non consideratur an sit proximum auxilium, uel remotum, sicut quidam uoluerunt, sed ut dixi an dederit causam homicidio, uel dederit etiam cooperatiuè auxilium, sed non fuerit causa, ut in dictis locis, in quibus etiam maximè per Soccin. col. 5. dantur aliqua exempla quando auxilium dicatur dedisse causam, & ideo decretum de quo suprà sæpe mentionem feci de præstante auxilium homicidæ, uult pœnam esse arbitrariam iudici usque ad mortem inclusiuè nõ solùm quando præstatur auxilium secuto homicidio ad beneficium homicidæ, uerumetiam quando ante, & ex hoc decreto constat nedum de iure cõmuni quòd par non est pœna delicti principalis & auxilii, atque ideo quando non constat, cuius ictu perierit qui in rixa occisus est salua conscientia, secundum Angel. in l. fin. in fin. ff. de sicar. Iudices non possunt formare inquisitionem adscribendo ut homicidium, & aliis auxilium de quo dixi suprà latè: ueruntamen ubi forment docui suprà, quomodo tempore sententiæ iudices debeant se gerere, sed quando constat, tunc formanda est inquisitio contra illum de homicidio, & alios de auxilio: uel quando constat quòd auxilium fuit scienter ad homicidium, uel etiam in dubio ut ueritas sic perquiratur, & tunc puniri debent, prout suprà dixi secundum qualitatem auxilii. intellige tamen quòd qui dedit causam homicidio punitur eadem pœna, nisi qualitas plus in uno adsit quàm in alio. Bartol. in d. leg. is qui opem. & Doct. ubi suprà, & Feli. in d. cap. sicut dignum. & in c. 4. de offi. deleg. & quando assistentia maximè cum armis dicatur punibilis, dic quòd in dubio, quia præsumitur quis casu affuisse, non est punibilis, sed tamen ex coniecturis potest patere aliter secundum Felin. in d. c. sicut dignum. col. 3. & Augusti. de Arim. in gloss. & dictus Andreas armatus in prima addi. & coniecturæ sunt istæ quando causa astantis committitur homicidium, & astans delinquentem ibi conduxit, & cum eo recessit, & multò magis si in actu ipsemet astans ostenderet lætitiam tanquam causa honoris sui conseruandi illud esset factum, quæ omnia in casu arduo, quem nunc habeo in facto militant, & tamen multi, uel imperitia, uel dolo conantur uelle tueri astantem.

34 Dixi suprà, † quòd decretum nostrum etiam punit illos qui præstant auxilium post homicidium, & punit pari modo sicut præstantes auxilium ante, uerùm practica est in hac parte quando post homicidium præstatur auxilium, ut pœna sit exilii uel pecuniaria. Sic iudicauit Senatus in causa Balsami reprobato arbitrio ducis qui arbi

stratus fuerat in ære & uita loquor ex regula, quia posset esse tale auxilium, & in casu tã atroci maximè, ut euaderet ꝙ turpe esset non arbitrari etiam in ultimo supplicio, in nouis ordinibus est alteratum di
35 ctum decretum. De iure † quæ pœna imponatur præstantibus auxilium post delictum, uide in locis suprà allegatis in quibus etiam uide alia infinita de auxilio ad quælibet delicta, & principaliter de præstante auxilium post delictum, uide Bart. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. & in l. furtum. ff. eodem. Aretin. in glos. & dicto maleficio semper assitit. col. 5. & Cepol. consi. 28. columi. 2. & in locis ubi suprà. Et quia animus occidendi facit teneri, & non teneri, ubi non adsit pœna ordinaria. l. 1. §. diuus. & l. diuus. ff. de sicariis. & facit regula l. qui
36 iniuriæ. in pri. ff. de furtis. & hinc † est ꝙ dicitur esse animus de essentia peccati, & quod si tollatur de medio uoluntas omnis actus est indifferens. Baldus consi. 267. columna prima, uolumlne primo. & consilio 492. & 3. uolum. consilio 96. in fine. & Soccin. consilio 148. columna 3. circa finem. Ideò necessarium est uidere, quomodo cognoscatur animus occidendi, & quando non adsit, in quo ne bis idem repetam, uide quæ dixi suprà in materia inquisitionis, dum declaraui, quare in inquisitione apponantur hæc, seu similia uerba, armatus uno ense, seu pugnione, & quare etiam ponantur alia uerba scienter, &
37 dolosè in quibus locis † dixi quòd ex qualitate armorum ad occidendum aptorum, & non aptorum communiter depræhenditur talis animus per dictam legem primam. §. diuus. & dictum cap. significasti. in fine. de homicid. considerando tamẽ non solum instrumenta, sed loca percussionum, & locorum luca, & an iteratio ictus fieri potuerit, quibus addo quòd etiam quòd quis habeat solum animum uulnerandi, tamen si occidat tenetur de homicidio, ut dicam infrà hoc eodem tit. allegando maximè Bald. & Sali. in leg. cùm mandati. C. mãd. in fi. Aduerte etiam dum textus in dicto §. diuus. & Bart. ibi loquuntur de gladio, quòd si uolunt loqui de ense uel pugione res patet, sed si loquuntur de gladio paruo quo utimur ad panem incidendum uidetur textus non procedere, quia ex eo licet possit sequi homicidium, non tamen illo principaliter utimur ad occidendum, sicut etiam dicimus de claua, & cucuma uel baculo, nam ex istis etiam potest sequi homicidium, & tamen dicta ratione præsumitur abesse talis animus, sic consuluit Aretin. consilio 80. columna tertia & quarta, ubi est uidendum. In hoc tamen iudex debet esse bene oculatus, ne fraudulenter quis tali gladio uteretur.
38 Item † aduerte dum uolunt Doctores ut ex instrumentis, non cõmuniter aptis ad occidendum non præsumatur animus occidendi, sed tamen si percutiatur caput præsumatur, quòd hoc intelligo ubi cum instrumento percutitur eo deteriori modo quo fieri potest, aliàs credo cessare animum, exemplum patet in eo qui habet hastam cum ferro, & tamen percutit cum hastili etiam caput, quia si habuisset animum occidendi percussisset cum ferro, & punctim, & ita uult omnino gloss. in dicto §. diuus. in uerbo, percusserit. & expressius Bartol. ibi, qui dum loquitur de hasta cum ferro sine distinctione loci, tenet ꝙ si percutit sine ferro abest animus, Dum uerò loquitur de baculo cui ferrum annexum nõ est, tunc distinguit aliud esse quãdo super capite, & aliud quando super alia parte corporis sit percussio, ad quod faciunt quæ dixi in loco ubi suprà, de eo qui habet ensem, & tamen percutit cum fuste, uel baculo, & ideo inaduertenter loquutus est Angel. qui refert Barto. dicere contrarium in gloss. scienter. in ultima colum. ad finem. Nec in dicto cap. significasti. ubi suprà, uersicu. limita hæc omnia. est alterius sententiæ, quia loquitur de baculo, uel alio leui instrumento, ut etiam loquitur Angel. quem ipse allegat, & facit ratio Angel. in l. is qui cum telo & ita in facto sustinui pro domino Galeazio Rizolo Placentino, licet tamen mihi maximè aduersaretur dictum Angeli Aretiñ. ubi suprà, & ad hanc quæstionem etiam uide Aretin in dicto consilio ubi potius recitando, tenet hanc opinionem, & Aretin. in consilio 147. colum. penulti. & ibi allegat Salicet. in leg. prima de sicar. ubi uide, quem sic intelligo incipiendo à qualitate percutientis non incipiendo ab alia qualitate affinitatis, quia si incipiamus à

qualitate

litate affinitatis, quia si incipiamus à qualitate affinitatis non solùm erit sufficiens, quia percusserit sic, sed etiam requiritur affinitas, uel amicitia. Aduerte quoque
39 † ad textum in dicto cap. significasti in fine. dum ponit duas coniecturas, ex quibus præsumitur animus, qualitatem scilicet, instrumenti, quòd non est leue, & non solet inferre leuem plagam loquendo in ligone: & qualitatem loci percussi, & sic uult quòd licet instrumentum non sit ex illis quibus communiter homines utuntur ad occideneum, tamen si cum illo fiat percussio, etiam infrà caput præsumitur animus, si instrumentum sit admodum graue, & hoc quia est aptum ad occidédum, & ideo dum textus in secunda parte loquitur de percussione capitis, loquitur de baculo, uel alio l. ui instrumento, & exemplum potest poni in valido fuste, uel lapide magno & uide omnino quæ ponit Felinus in d. c. significasti. & maximè dum dicit ꝙ nec
40 indifferenter † quando percussio fit in capite præsumitur animus, nisi quando fit circa cerebrum, quia experientia secundum eũ uidemus quòd percussiones quæ fiunt in facie non sunt mortales, circa quam considerationem esset tamen ualde aduertendum quomodo uoluit percutere, quia sæpe contingit ut quis intendat unum agere, & aliud faciat, & circa emi-
41 nentias capitis, & faciei, uide ibi Felin. & in cap. cùm non liceat. columna prima, de præscript. & nota omnino textum in l. si quis in metallum. C. de pœnis. qui dicit quòd homo habet faciem figuratam ad figuram cælestis pulchritudinis, & propterea uult, & ibi glo. notat ut nemo debeat bullari in fronte, & eadem ratione quando casus contingit in Senatu nostro de iis,
42 qui † cum uitro, cultello, uel nummo incidunt facies mulierum fortè recusantiũ eis morem gerere, uel aliorum amoribus obsequentium, quamuis statuta ordinariè pro similibus non imponant pœnam corporalem, sed pecuniariam & leuem. Atta-
43 men Senatus † qui non seruat statuta, nec seruare tenetur, etiam de honestate tametsi fuerint approbata ab eo, uel à principe, ut suprà dixi, allegando dominum Rochum in tractatu consuetudi. fol. 34. colum. 1. cogit tales, ut personaliter ueniant in iudicium, & se constituant, perinde ac si ingereretur pœna sanguinis, nec eos dimitti patitur, absque pœna acri, nisi tamen succederet remissio partis, hoc
44 est regulare. Non omitto etiam † quòd prædictæ considerationes, an cum baculo, lapide, uel hasta sine ferro fiat percussio, locum habent ubi in rixa fit percussio, quo casu etiam consideratur animus occidendi, & habet locum lex Cornelia, qualitate rixæ non attenta, ut ostendit Bartol. in leg. fi. in tertia oppositione. ff. de sicar. Alexan. consilio 15. uolumine primo, columna secunda, uersicu. sed præmissis. & probat textus clarus, & gloss. ibi in dicta l. fin. ff. de sicariis. Aretin consilio 80. columna prima. Feli. in cap. cùm te. colum. 4. de re iudica. Sed si non sumus in rixa uidetur quòd omni casu sit animus occidendi in dubio, & ita uidetur expressè uelle Bartol. in dicto §. diuus. in fi. dum dicit, debemus enim prius inspicere propositum, & tunc passim uult ut puniatur leg. Cornelia, de sicar. posteà dicit quòd si in rixa tunc est distinguendum, an cum baculo, &c. sed certe hoc uerum non est, & sensus Bartol. fuit, si percutiens habuit animum occidendi, & ita proposuit, quod quomodocunque percutiat, uel baculo, uel aliter, uel super capite, uel infra puniatur. l. Cornelia, de sicariis. quia in claris non est opus coniecturis, sed si non cóstat de proposito, & animo occidendi, tunc distinguitur, ut dicit ibi Bartol. quo ad cognoscendum animum, & ita uult gloss. in dicto §. diuus. in uerbo, percusserit. relata ad tex. & dicitur constare de animo & proposito extra rixam, etiam quando illud uoce exprimeret dicendo, Nunc ades; nõ equidem effugies, uel quid simile, uel ex multitudine percussionum, iuxta ea quæ
45 dicam paulò infrà, & item † quando tempore carnisprivii, laruati portant baculos ferratos ad aliquem percutiendum, uel cum saccis plenis lapidibus, nam licet percutiant à capite infrà sine rixa præsumitur non solùm simplex animus, sed deliberatus, maximè concurrente quantitate percussionum, & inimicitia, & quia dixi si quis percutit cum hastili cum posset ferro percutere, quòd non præsumitur animus, est utile scire cui incumbat onus proban-

di, an percutienti, quod potuit ferro percutere, & non percussit, an percusso quod percutiens non potuit nisi eo modo percutere,
46 & uidetur † quod incumbat hoc onus percutienti, quia in delictis præsumptio est contra delinquentem. leg. 1. C. de sicariis. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. lega. Credo quòd incumbat percusso, quia minus malũ præsumitur, ut per Alexan. in 3 uol. consil. 115. circa medium. & Aretin. consilio. 31. colum. penulti. Et ex
47 † quibus coniecturis cessat animus occidendi, ultra prædicta uide quæ dixi suprà, sub rubrica de defensio. reorum, &c. uersi. quarto. siue confessus, & regulam Ias. in l.
48 1 ff. de legi. quod homicidium † factum ab affine præsumitur casu, & culpa euenisse, ad quod est uidendus Aretin. consil. 147. & de materia etiam suprà dixi in materia inquisitionis. uersi. secundò quæro, quare apponantur illa uerba scienter & dolosè, uide etiam Felin. in cap. fin. in fi. de homicid. & Aretin. consil. 80. col. penulti. & ulti. & decem præsumptiones Cæpol. consil. 31. Solus animus occidendi, non secuto effectu homicidii, ut sæpius dixi, sufficit de iure, ut quis puniatur. l. Cornelia de sicar. non de consuetudine, nec per statuta ubique uigentia. In hoc tamen dominio Mediolani adest laudabile decretum Ducum
49 nostrorum quod † si talis animus fuerit deliberatus punitur ille ad mortem, unà etiã cum auxiliatoribus, unde uidendum est quomodo cognoscatur talis deliberatio, ut hac cognitione habita minus uexentur suspecti huius delicti quam fieri possit, quia uideo quotidie formari inquisitiones de animo deliberato, absque eo quòd de
50 tali qualitate appareat, & † dic quòd dicitur deliberatè quis insultare, quando præmeditatus fuerat actum ad differentiam actus qui fit in rixa & impetu quodã. Tollunt enim rixa, & metus instantis periculi consilium deliberandi. Bald. in c. 1. §. si quis uerò. de pace tenen. Alex. consil. 109. colum. 4. uersicu. & id quod not. Bald. in 1 uolum. & dixit Bald. in leg. ut uim. ff. de iusti. & iur. quòd concitatus ex impetu animi non deliberat. ex his in hac ciuitate Mediolani, & dominio, in ore etiam cer
51 donum est, † quod si rixa interuenit cessat deliberatio, aliàs præsumitur. & ita Anchar. notabiliter consilio 217. colu. 3. ubi quomodo præsumatur, uel excludatur.
52 Nec sufficit † quòd testes dicant, talis insultauit Petrum, nil dicto de rixa, quia debent illam clarè excludere, ex quo est qualitas requisita à decreto. Et in dubio etiam, ut dixi suprà, circa animum occidendi præsumitur minus delictum, & adeò qualitas hæc à decreto requisita debet ostendi, ut etiam si naturaliter inesset nõ præsumeretur nisi probaretur. Cæpolla consi. 58. colu. 3. & ita non obstat quod dicit Bald. in proœm. Digestorum. uersicu. hæc autem omnia. ad fin. quia loquitur solum in animo, non in animo deliberato requisito à statuto, uel decreto.
53 † Nec fit differentia inter factum ex proposito, & deliberatè, ut patet in l. respiciendum §. delinquunt. & ibi Bar. & Doct. ff. de pœn. apparetque per Bald. in leg. data opera. C. qui accus. non poss. & per Angel. in uerbo, fecit insultum in quæstione de ebrio. ad fi. Verbum enim delibe-
54 rare † est quædam meditatio, & quoddam interuallum ad actum, quia posteà in animo destinatus & deliberatus sequitur toto titu. ff. & C. de iure deliber. Bald. in l. potuit. in 6. quæstio. C. de iure delib. & in leg. cum antiquioribus. colu. 1. C. eod. titu. & per ea quæ ponit Angel. in uerbo, apen-
55 satè. Potest tamen † esse animus deliberatus, uel dandi unum uulnus, uel faciendi cicatricem, & non occidendi quòd depræhenditur ex qualitate inimicitiæ loci uulneris, & potestate quam habuit uulnerans ad ictus iterandos, & aliter ex modo percutiendi, quòd cum in animo consistat, uerificatur ex præsumptionibus & circunstantiis, ex armorum qualitate, & ex modo quo facta fuit percussio, argumento eorum quæ dicuntur in dicta leg. 1. C. de sicariis. & in dicta leg. 1. §. diuus. ff. de sicariis. & in d. cap. significasti. Potest
56 etiam interuenire rixa, † & tamen erit animus deliberatus, ut in eo qui illam affectat, ad finem deueniendi ad homicidiũ, iuxta regul. l. ei, qui data opera. ff. ex quib. cau. maior. & ideo iudex debet in hoc esse ualde cautus, & considerare naturam uerborum talis prouocantis, & posset poni exemplum de eo qui uiso inimico ei dixit, Sceleste hic ades minando, & similia, uel sic,

sic, Euagina ensem si uis es; euaginando statim, si etiã diceret, uiso inimico statim,
57 occide occide, absque dubio non excluderetur præsumptio animi deliberati, quia uox est mentis euidentissimum argumentum, & ubi habemus sonum uerborum nõ egemus interprete. l. Labeo. in fi. ff. de supellect. lega. Ias. in l. 3. colum. 2. C. de liberis præterit. sed si uerba non sunt planè destinata ad id quod secutum fuit, cessat animus deliberatus, quia in summa non est animus deliberatus, quando id
58 † quòd fit non erat cogitatum tempore actus, sed processit ex uerbis uel factis tunc ortis, nec refert an offensus prouocauerit, uel tertius, hoc apparet ex dicto §. delinquunt. & ex his quæ dixi, ac ex dicto Roma. in l. cùm mulier. ff. soluto matrim. colum 23. uersic. aduerte tamen. num. 66. sequitur Felin. in dicto cap. dilecti filii. co-
59 lum. antepenult. in fi. ubi dicit, † quòd iudex potest homicidam prouocatum etiam mitius punire, dato quòd fuerit prouocatus facto tertii, & ideo si uideo fratrem meum rixantem cum alio, uel amicum, uel etiam ignotum, & stimulo defensionis proximi, nullis dictis uerbis alium insultem, & occidam non puniat pœna ordinaria licet errauerim, & minus pœna decreti mem[orati], quia non est animus deliberatus antè, imò tunc superuenit, & fuit actus impetu factus, & ita Bald. in leg. raptores. in secundo notab. C. de episco. & cleric. & Salic. in leg. Gracchus. C. de adulteriis. Bald. in leg. 1. in repetitio. C. unde ui. colum. penulti. Clau. in leg. ut uim. colum. 40. ff. de iustit. & iur. & Alexan. consi. 76. col. 20. uolum. 2. & Felin. in cap. Petrus. colum. 2. de homicid. Ad quæ tamen multum debet aduertere iudex cõsiderando inimicitias inter talem & occisum, & omnes circunstantias facti, & non solùm prouocatio etiam tertii, animum deliberatum excludit, sed quælibet alia, pone enim quòd impatiens & iracundus cespiter & pede lapidem feriat, & ita prouocatus nullis dictis uerbis uulneret aliquẽ apud eum astantem, quia fortè de eo ridere cœperit, non esset animus deliberatus,
60 sed impetu quodam. Est enim † difficilius iram continere, quam miracula facere, secundum Gregorium primo dialogo, & dicit Auicen. ꝙ homines cholerici non sunt homines integri, de quibus per Put. in tract. de re milit. & duel. char 4. colum. ult. circa medium. & facit ꝙ dicit Bald. in c. 1. §. 1. in fi. de pace iuramen. firm. Homo intenso dolore uel timore permotus non est in plenitudine intellectus. Aduertendum
61 tamen est, dum dixi † ꝙ deliberatio requirit interuallum, quia in hoc iudex debet esse multum circunspectus, pone enim quòd prouocatus ex homicidio socii mei incontinenti curram post homicidam qui se retrahat in domum munitam. Egoq[ue] cum amicis faciam impetum, ut ingrediar ad uindicandam necem socii, & duret obsidio hæc ad domum, & pugna siue prælium usque in diem sequentem, uel alios dies, & tandem ingrediar, & illum occidam, cessat deliberatio, quia non diuerti ad extraneos actus, & omni momento durabat, & crescebat calor, ad quod uide tex. in l. quod calore. ff. de regul. iur. & ibi
62 Deci. formantem quæstionem † infrà quantum tempus possit dici quòd delinquens ira à principio succensus adhuc dicatur ea ira delictum commisisse dicens hoc etiam dici posse infra triginta dies, & ita Senatus noster habuit pro uero annis abhinc circiter duobus in causa quorundam Laudensium, & in his casibus quando potissimè ponderatur, an calor iracundię duraret tempore delicti, & in terminis decreti nostri super statuto Bergomensi ꝙ similiter punit animum deliberatum occidendi, inuenio Albericum. in tractatu suo statutorum in 3. parte. quæstio.
63 64. qui dicit † ꝙ dicitur homicidium tractatum, quando præcessit consilium deliberatio. & tractatus allegat multa iura, postea arguit in contrarium. Concludendo tamen. prout uidit determinat Bergomi, ut homicidium dicatur tractatũ, si tractatus præcessit. Item ex qualitate & modo homicidii, & multitudine. & magnitudine uulnerum, & si inimicitiæ præcesserant, dicens ꝙ ex his & similibus præsumitur deliberatũ. Item si fiat de nocte. uel in uia publica, uel minis præcedentibus ab eo qui solebat exequi ꝙ minabatur. & dum dicit, ex multitudine uulnerum. adde glos.
64 in c. si quis iratus. 2. quæst. 3. quæ uult ꝙ iteratio inducat animum deliberatũ, & alia

lam glo. & Bal. in hoc propoſito refert & ſequitur Felin. in c. ſicut ex literis. colu. 2. de iureiuran. & loquitur Alberic. in dubio quando nulla apparet rixa uel prouocatio, quia tunc eius conſiderationes procedunt, & ſic habes quod & ſi teſtes ſuper indiciis nihil dicant de rixa, tamen poteſt eſſe præſumptio animi deliberati, ex conſiderationibus Alberici quod not. ad id quod dixi ſuprà, uerſi. nec ſufficit ꝙ teſtes dicant, &c. ubi uolui ut præſumatur animus ſine deliberatione, quãdo ſimpliciter teſtes dicũt ꝙ inſultauit nil dicto de rixa, quia præſumitur minus delictum, ſic etiã intellige quod dixi ante dictum uerſi. nec ſufficit ꝙ in ore etiam cerdonum eſt, ut ſi rixa interuenit ceſſet deliberatio, aliàs ſi non interuenit præſumatur: Nam datur alius caſus, quando non apparet utrum interuenerit, uel ne, quia tunc ambulando per conſiderationes Alberi. poteſt præſumi animus deliberatus, quibus ceſſantibus præſumetur minus delictum, & ſæpe uidi
65 dubitari † quando inimicus incidit ex improuiſo in inimicum, & illum occidit nil dicto, an præſumatur animus deliberatus? & uidetur non eſſe præſumendum ex quo non præceſſit deliberatio, ſed uiſo inimico ſtatim in illum impetum fecit, tamen ſeruatur contrarium ex quo iam erant inimici, & prẹſumptio eſt ꝙ haberet ante animum ita faciendi quãdocunque data fuiſſet occaſio, & maximè ex uulnerum qualitate poſteà ſecutorum, & in effectu habitis in conſideratione conſiderationibus Alberi. Tu igitur aduocate fiſci es inſtructus, an & quando concedere debeas iudicibus rerum criminalium, ut forment inquiſitionem de animo deliberato, iuxta decretum ducis Ludouici diſponens tales inquiſitiones formari non debere, niſi de conſenſu unius ex aduocatis fiſcalibus. Pariter etiam datur cognitio, an & quando princeps in dominio noſtro, qui nunquàm concedit gratias homicidiorum animo deliberato patratorum, illas concedere debeat. Item datur cognitio quo ad puniendum, quia poteſt imponi maior pœna his qui deliberatè committunt, quã aliis. Bal. in conſi. 387. in 3. uol. ſecundum impreſſionem ueterem, & Alex. in rubr. ff. ad leg. Iul. pecul. iuxta etiam notata per Felin. in c. cùm dilecti. de except. Animo
66 occidendi ceſſante, † aut nulla culpa interuenit, ſed ex puro & mœro caſu homicidium accidit, & tunc nulla pœna eſt imponenda. l. abſentem. in fi. ff. de pœnis. Bartol. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. ubi Alberic. declarat ibi ad hoc eſſe tex. & tex. in c. lator. ubi Doctores de homicid. glo. in c. 2. de conſtit. & in l. 1. ff. de legi. &
67 † quando ceſſet prorſus culpa uide Cardinalem & Felin. in dicto cap. lator. & Doctores in prædictis locis, & nouiſſimè Decium conſi. 9. Dixi ſuprà de defenſionibus reorum. uerſic. homicidium caſu factum. aut culpa interuenit, & tunc quamuis etiã ſit lata culpa quæ dolo comparatur. leg. quod Nerua. ff. depoſiti. tamen non punitur l. Cornelia, de ſicar. l. in lege Cornelia. ff. de ſicar. de qua lata culpa uide Iaſ. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & Hippo. in reperto. in d. l. in lege Cornelia, & in l. de minore. in pri. col. 6. & duabus ſequen. ff. de quæſti. & in dictis locis & mille aliis ponitur quod qui eſt in lata culpa regulariter non punitur corporali pœna. Et ꝙ
68 † ſtatuta etiam punientia corporaliter non uerificantur in eo qui eſt in lata culpa, & ideo ſi non puniuntur corporaliter qui in lata culpa exiſtunt, minus qui ſunt in leui & leuiſſima, & quomodo puniantur iſti rei culpẹ dicit Bartol. in d. §. delinquunt. quod puniuntur criminaliter extra ordinem approbatus in d. c. 3. de conſtitutio. & in d. l. 1. & puniuntur pro modo culpæ ſecundum eius magnitudinem, conſiderando an ſit lata, leuis uel leuiſſima. Ad
69 uertendo tamen † quod qui eſt in leuiſſima culpa punitur criminaliter in ſubſidiũ, quando nõ habet unde ſatisfaciat, ut not. Abb. in d. c. 2. declarando ut per Salic. in l. 1. in fine. C. de ſicar. & Dec. in d. cap. 2. &
70 etiam quòd in † foro conſcientiæ non peccat qui infert damnum ex leuisſima culpa. dicit Innoc. ſingulariter in c. ſicut dignum. de homicid. Abb. in d. cap. 2. & uide etiam circa materiam talium homicidiorum Cæpol. conſi. 42. col. 3. in fi. & ſeq. & conſi. ſeq. col. 2. & ſeq. & conſi. ſeq. col. 1. & Dec. in regula l. ferè. ff. de reg. iur. in fi. Ex
71 prædictis deciditur quæſt. † quando ille qui uoluit unũ delictũ cõmittere, cõmittit aliud. quamuis. n. fuerit in dolo quo ad delictum,

lictum, quod non commisit ratione eius quod commisit, in culpa est, & consequenter non tenetur pœna statuti, nec pœna l. Corneliæ, quæ requirit dolum. & ita in cōsilio Cæpol. 35. 36. & 37. & loquuntur illa consilia in terminis c. si. de homi. in 6. quādo ex mandato dato alicui ad uulnerandum, & non ad occidendum mandatarius ita uulnerauit ut occiderit uolens, ut dixi ꝙ teneatur mandatarius de homicid. propter culpam, & sic extra ordinem, & fundamentum principale est in d. c. si. ubi tex. uidetur factus ad hoc, & dicit talem esse in culpa. Teneo contrarium casu quo instrumentum cum quo uulnus illatum fuit, esset ad occidendum aptum, ut ensis, uel hasta, & ita ipse Cæpolla consuluit, in consilio trigesimoquarto, & consilio sequen. colum. penul. in fin, quia etiam quòd habuerit solùm animum uulnerandi: tamen cùm haberet instrumentum aptum ad hoc, perinde est ac si haberet animum occidendi, ut in terminis decidunt Bal. & Salicet. in l. cùm mandanti. circa fi. C. mand. & in effectu etiam non potest dici, quin habuerit animum occidendi, accipiendo tale instrumentum, sciens ꝙ certo & destinato modo uulnus dari non potest: & si aliter diceremus, res esset pessimi exempli, & infinita homicidia remanerent impunita:
72 † mandans etiam eadem ratione tenetur de homicidio, licet dederit mandatum solùm ad uulnerandum, cùm homicidium conueniat cum mandato, secundum dictam considerationem: secus si mandatum esset ad percutiendum baculo, uel ad dandum alapam, sicut in hoc ultimo loquitur dictum c. si. uide, & ita comperies. Et ita in effectu colligitur ex dictis Iaso. in l. 1. C. de serui fug. col 6. uers. tertiò ego limito & Alexan. in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauerit. ff. de acquir. hæred. Ex his patet solutio ad dictum cap. fin. & illos consulentes errasse. Deciditur etiam alia quæstio
73 † de eo, qui uoluit unum uulnerare, & alium uulnerauerit, & occidit, ꝙ non tenetur pœna ordinaria l. Corneliæ de sicar. ex quo non fuit in dolo, sed culpa, cùm nūquam de eo cogitauerit. Bart. tamen uidetur dicere contrarium, ex quo dabat operam rei illicitæ, ut l. respiciendum. §. delinquunt. in fi. ff. de pœn. Sed uide Iaso. in l. 1 ff. de legi. qui concludit col. 3. uersic. quid autem, esse in culpa solùm, & puniri extra ordinem, & allegat Angel. & Florian. ut per eum, subdens, ꝙ hæc opinio est tenenda: quia in dubiis opinionibus semper in delictis mitior pars est tenenda l. interpretatione. & l. sanctio legum. ff. de pœn. Ego tamen puto, si quis in genere haberet animum occidendi aliquem, ꝙ secuto homicidio teneretur, licet occidisset, quem offendere non putabat. Et hoc reiectis his apicibus iuris per Ias. adductis: quia sufficit, ꝙ adsit animus occidendi in genere, quamuis sit erratum in corpore, ut in terminis est decisio Bal. in l. si quis non dicā rapere. col. penult. C. de epis. & cleric. & allegat Io. And. in regula, cùm quis in ius. in Mercur. Quam decisionem post authoritatem Ang. & Floria. de quibus suprà, allegat in contrarium idem Ias. in l. si per errorem. col. 4. uersic in glos. in uerbo. ff. de iurisdict. omnium iudic. Et dum allegat hanc decisionem, dicit ꝙ fortè melius loquitur, quàm Ang. & Florian. Est uerum quod Iason dicit, ꝙ cum decisionibus Angel. & Flor. semel defendit unum à magno discrimine: de quibus uerbis si causa fuit apud iudices doctos & iustos, quod rarò euenit, curarem multùm. Concludendo tamen arbitror, quòd si casus eueniret, in quo homicida consideratè procedendo non potuisset à principio cogitare, quod posteà secutum fuit, tunc extraordinariè puniendus esset: secus autem ubi de hoc in genere saltem cogitasset. perinde est, ac si habuisset animum offendendi occisum ibi existentem, per id quod dixi in proxima quæstione post Bal. & Salicet in dicta l. cùm mandati. postquàm delictum, quod patrare uolebat homicida, apertè tendebat in id, quod secutum fuit. Cæterùm si non tendebat, dicetur casu magis quàm aliter homicidium secutum. Ad hęc etiam induco Bartol. in l. diuus. in fin. ff. de sicar. qui concludit in quæstione, quando
74 quis delinquit etiam incidendo in aliam delicti speciem, quò aut delictum, quod principaliter fit, tendit ad illum finem delicti secuti, & tenetur de illo, aliter nō: allegat inter cętera leg. quoniam multa facinora. C. ad legem Iuliam de ui publi. Quod dictum Bartol. sic intelligit Aretin.

consilio 34. in fine. est uerum quod Aret. consilio 147. columna penulti. aliter dicit, quod imò talis est in culpa quo ad delictum secutum: tamen allegat cap. si de homicid. in sexto. Ad quod patet responsum, ut suprà dixi. Item allegat quòd in terminis dictæ l. quoniam multa facinora. qui uim intulit fuit in culpa quo ad homicidia, secundum Salic. & alios ibi, & quod ideo non tenetur lege Cornelia de sicariis, ut ibi per eos: quod est uerum, habita ratione ad delictum, quod principaliter intendebat facere, sed propterea non sequitur, quin etiam quo ad subsecuta fuerit in dolo saltem in genere, ex quo tantùm primum delictum tendebat ad ea, quis enim potest excusare à dolo inuadentem cum exercitu in castrum alterius quo ad homicidia, quæ hincinde sequuntur? certè nemo. & ideo conclusio est, quando sumus in casu l. quoniam multa facinora, uel simili, in quo primum delictum tendit ad ea, quæ sequuntur, quod faciés dicitur quo ad omnia in dolo: in dolo tamen principaliter quo ad delictum quod facere intendebat, & successiuè quo ad alia, ad quæ directè tendebat principale delictum, & ita statutum puniens homicidas compræhendet tales sicut lex Cornelia. Non dico tamé ob hoc, quod in terminis l. quoniam multa facinora. homicidia lege Cornelia de sicariis puniantur. quia principaliter non agebatur illud, cùm attendatur id, quod principaliter non agebatur illud, cùm attendatur id, quod principaliter agitur. l. uerum. ff. de furtis, & propterea Aretinus in dicto consilio habet pro absoluto id, quod dicit bene Cæpolla in consilio 34. columna penulti. in fine, & sequenti clarè sentit hoc, dicens quòd ex quo ille, qui fuit uulneratus, non erat ibi, punitur occidens pœna extraordinaria. Cæterùm si ibi fuisset cum aliis, & sic principale delictum ad illud tetendisset, maxima esset dubitatio. Hæc tamen difficultas cessaret in hoc dominio, ubi adesset animus deliberatus occidendi, qui sufficit secundum decretum ducis, ut sæpe dictum est. Hæc uera puto sine dubio stante consuetudine solùm quòd affectus puniatur, nisi sequatur effectus, de qua suprà: quia effectus adest, & sic est satisfactum consuetudini. Item adest animus, & sic est satisfactum legi, iuxta dictum §. diuus. Sed stante statuto disponente, si quis aliquem occiderit, dubium facit, quòd dolus requiritur quo ad effectum: quia intelligitur, ut suprà dixi, si quis aliquem dolosè occiderit. Et decisio Bal. in dicta l. si quis non dicam rapere. columna penultima, dum dicit satis esse, quòd adsit animus in genere licet sit erratum in corpore, non uidetur posse conuenire cum uerbis statuti, scilicet ubi solùm adsit consuetudo. Arbitror tamen, quod quemadmodum is, qui occidit, cùm solùm haberet animum uulnerandi, tenetur de homicidio, ex quo uulnera non infliguntur, prout animo destinatum fuerit: & ita est, ac si habuisset animum occidendi, ut in superiore quæstione conclusi: ita etiá hoc casu idem sit, postquàm fecit ictum, qui etiam tendebat ad illum finem, arguédo de persona ad res, iuxta leg. uinum. ff. si certum petatur. quia sicut uulnera nó dantur ex perpendiculo, ut ita dicam, & mensura: ita nec ictus semper eos tangunt, contra quos dirigitur balista. Et ad hanc opinionem uide etiam Claud. in l. ut uim. ff. de iustitia & iur. in materia excessus, columna trigesimanona, uersic. sed conclusionem prædictam, & columna sequen. uersicu. quantum ad secundum. ubi determinat post Aretin. in dicto consilio 34. in fine, quòd excedens tenetur pœna ordinaria, quando fuit author rixæ, & initium factum uoluntariè tendebat re ipsa ad id, quod secutum fuit, † quia præsumitur in dolo: imò etiam ualde dubito de alio casu, Quando ictus non tendebat ad eum finem, ut puta, quando casu alius superuenit exiens e ianua, uel quando erat à latere, ex quo de animo constat, & quo ad effectum maius est delictum in personam illius, à quo nullam unquam recepit iniuriam, quàm fuisset in personam inimici, fortè ex causa legitima. Attamen sum cum opinione mitiori hoc casu: quia dolus nec directè, nec indirectè potest accommodari ad id, quod secutum est. Si tamen essem iudex, ipse consulerem principem, & stu-
76 derem eius authoritate, † qui non tenetur seruare statuta. etiam de honestate ut per dominum Roch. in tractatu consuetud. char. trigesimaquarta, colum. prima, in

In pri. ut talis, qui, ut dixi, magis deliquit, capite puniretur: quod etiam docent iura, ut in l. prima. §. si quis ultra. ff. de quæstionibus. l. diui fratres. ff. de pœnis. l. moris. §. iste fere. cum similibus. ff. eodem. Et quod dico de principe, idem dico de Senatu nostro, qui in hoc habet ex erectione Senatus eandem authoritatem, non tamen in cæteris, iuxta l. quominus. ff. de fluminibus. & l. non ambigitur. ff. de legib.

77 Dixi de eo, † qui uoluit facere unum delictum, & aliud commisit, tam in eandem personam, quàm in aliam. Quæ quæstio etiam cadit circa res: quia aliquando quis uult certo modo delinquere circa rem, & circa eandem rem magis delinquit: uel uult delinquere circa unam rem, & delinquit etiam circa alias res, de quibus uide Bartolum in dicta l. diuus. ff. de sicariis. & per Baldum in dicta l. si quis non dicam rapere. & Alexan. in dicta l. diuus & per Felinum in cap. quia uerò. de sententia excommunicationis. Successiuè hic esset ui

78 dendum † de homicidiis factis à personis, quæ non sunt in sano sensu, putà à dormientibus, de quo uide Bartol. in l. penultima. ff. ad legem Pompe. de parricid. Ias. in dicta l. 1. ff. de legibus. & in l. ut uim. columna quinta. ff. de iustitia iure. & in l. prima. §. 1. columna tertia. ff. de acquirenda possessione. Vel ab ebrio, de quo uide Bar. in d. l. respiciendum §. delinquunt. ff. de pœnis. & in repertorio Hippolyti in l. 1. ff. de sicariis. columna sexta & septima. ubi etiam de dormiente & furioso. Et quid

79 † quando delictum committitur per minores, maximè pupillos, doli tamen capaces? In quo uide Iasonem in l. more. in tertio notabili. ff. de acquiren. hæredi. & l. pupillum. ff. de regul. iuris. ubi uide Decium. & in l. ferè in omnibus. ff. eodem tit. de regul. iuris. & ibi dicit, quod tamen pœna debet mitigari. & ibi habes quid in minoribus uigintiquinque annis, an etiam pœna mitigetur, & quid in senio confectis: & nos Mediolani habemus statutum, quod minor quatuordecim annis corporaliter non possit puniri, de quo dixi suprà circa decretũ quando res habet originem à contractu.

80 Essetq; uidendum de illo, qui occidit † bãnitum restitutum adhuc in albo existentem, qui potius uidetur esse in culpa, quàm in dolo, de quo dicam infrà in materia præcipua bannitorum: tamen in præsentia uide Iaso. in l. si creditoris. C. de fideicommis. Et similiter esset uidendum de eo, qui occidit bannitum minus legitimè ignorãter. De quo etiã dicã in dicta materia: tamen modò uide Bartol in l. fin. ff. de adulter. & Felin. in cap. quæ in ecclesiarũ. de constitutionib. columna secunda. uersi. quintus casus. Et quid in occidente bannitum, qui habebat securitatem: de quo modo uide Bartol. in l. si finita. §. morte. columna duodecima. ff. de damno infecto. & ibi Ias. omnino. Item esset uidendum quid quando secularis exulare iussit clericum ignoranter, & ita bannitus occidatur. Quæ quæstio pendet ab ea, quando minus legitimè bannitum datum est. de qua uide Iason. in l. secunda. columna nona, uersic. iuxta hoc quæritur. ff. si quis in ius uocat. Cessat ergo pœna legis Corneliæ in homicidio culpa commisso, & nulla penitus pœna imponitur, quando homicidium est casu secutum: & in quibus aliis casibus quis impunè occidat, dixi suprà de defensionibus reorum. in uersic. si sumus in crimine homicidii. ibi de hoste, rebelle, hæretico, assasino, & aliis, an tales impunè occidere liceat. Adde licere occidere eum

81 qui † uult sibi uel suis ui stuprum inferre. l. prima. §. fi. ff. de sicariis. Gan. in titulo. de pœn. reorum. colum. prima. Sic etiam patri licet occidere adulterum filiæ nuptæ, inuentum cum ea in adulterio. leg. patri. cum duobus sequentibus. ff. de adulter. & ibi etiam de marito, ut ei liceat uxorem occidere & adulterium inuentos in adulterio, non tamen ad omnem excusationem, parentibus etiam & aliis licet occidere raptores. l. unica. §. primo. C. de rapt. uirginum. Et quid in patre, qui inuenit stupratorem cum filia? Vide Abbatem, qui tenet impunè posse occidere, in cap. ueniens. *el secondo.* columna fi. de sententia excommun. Angel. Areti. in uerbo, *Che hai adulterata.* in uers. septimò requiritur. tenet contrarium, cui credo, per textum in d. §. fin. in l. prima. ff. de sicariis. Et ratio est uidenda in textu in l. isti quidem. ff. quod metus causa. & in hac materia ultra Angelum in dicto uerbo, *Che hai adulterata.* uide Felinum in c. tertio. de senten.

excommunicat. colum. 1. & in repertorio Hippolyti in l. patre uel marito. ff. de quæstionibus. Et scias etiam adesse statutum Mediolani sub rubrica de homicidiis, per quod materia hæc est ampliata, ut liceat occidere tam uiro inuentum cum uxore, quam patri inuentum cum filia, & filio inuentum cum matre, & fratri cum sorore: nec per illud requiritur uiolentia, nec coitus ipse, sed solùm ut de nocte, & in actu turpi inuenti fuerint. Et loquitur statutum quo ad omnem impunitatem. Licet
82 † etiam occidere ad sui propriam defensionem. l. ut uim. ff. de iustit. & iure. cum similibus. In qua materia facio conclusioné, ꝙ etsi requiratur ut homicida ad hoc ut sit omnino tutus, illud fecerit ad sui necessariam defensionem, ut notatur in dicta l. ut uim. & in l. prima. C. unde ui. tamé sufficit talem necessariam defensioné probare præsumptiuè: & ideo sufficit, ut testes stes dicant, Titius insultauit Caium cum armis, & Caius eum occidit. Sic Bartolus in l. sed si quocunque. in principio. ff. ad legem Aquiliam. Est uerum, ꝙ Bartolus uult, ut testes dicant, quòd statim Caius post insultum occidit. Et ita referunt eum simpliciter, & sequuntur Doctores, ut Decius in Dicta l. ut uim. numero decimo. & Felin. in cap. significasti. *el secundo.* de homicidio columna penultima. tamen etiam sine uerbo statim sequitur probatio talis, quæ sufficit, ut colligitur ex doctrina Bartoli in l. non solùm. §. sciendum, ff. de operis noui nuntiatione. Et ita ibi ponderat Alexander in fine, & Claud. in dicta l. ut uim. charta septima, in principio. qui tamen declarando dicit, ꝙ quamuis testes asserant statim post insultum, &c. Tamen satis est, si ostendant, quòd eo tempore, quo Caius percussit, & occidit, præcessit insultus. quod est ualde
83 notandum. Et aduertendum est, † quòd non tantùm est omnino homicida tutus, si imminebat periculum uitæ, sed etiam si imminebat periculum alterius iniuriæ personalis. Ita declarat Bartolus, ubi est uidendum, in dicta leg. 1. columna secunda. C. unde ui. & hoc eò quia id licet pro defensione rerum, ut in dicta lege prima. & in dicta leg. ut uim. ergo magis pro iniuria personali. Et latè hanc conclusionem sequitur Ias. in dicta leg. ut uim colum. 2. & latius Decius ibidem, columna 6. Requiritur tamen ut probetur uerè, & non præsumptiuè: quod aliter non poteram effugere iniuriam personalem, & túc sum tutus: aliter non, nisi insultaret pugnis, probaremque me ita disparem esse, ut plus insultans posset pugnis. quàm ego armis, quia tunc sufficeret præsumpta, sicut suprà conclusi generaliter loquendo. Ita Baldus omnino uidendus est in repetitione dictæ l. primæ. C. unde ui. uersicu. sed pone, quidam insultum fecit cótra me sine aliquo genere armorum, uolens mihi infringere colaphum manu uacua, &c. & sequitur Alexan. in consilio 76. colum. 2. uersi. & ne stemus. uolum. 1. Requiritur etiam ad hoc, ut procedat supradicta conclusio, ut liceat occidere ad euitandam iniuriam personalem, quòd ex tali iniuria personali inferri possit ad periculum mortis, ut in cap. fin. de homici. in sexto. aliter secus uidetur, quia pro leui iniuria personali, non licet occidere, quia non esset defensio moderata. Ita mirabiliter tenet Decius in dicta l. ut uim columna sexta. per dictum c. fin. secundum cuius opinionem non esset uerum id, quod proximè dixi de occidente uolentem dare colaphum: quia ex eo non infertur ad homicidium, sicuti infertur ex uulnere, ut per Iasonem in l. prima. C. de seruis fugit. Cæpol. in consil. 33. colum. 2. & colum fi. & consil. sequen. columna quarta. & consilio 35. & tribus sequentibus, in istis locis comperies.
84 Quòd † mandans dari colaphum, secuto homicidio, non tenetur de eo: secus si mádaret dari uulnus solùm, quia ex uulnere potest inferri ad mortem, ut dixi suprà. Et ideo dico, ꝙ Decius malè loquitur, & contra communem opinionem, quæ procedit in qualibet iniuria personali maiori qualibet iniuria in bonis. In hoc tamen ex mente Doctorum est aduertendum per iudices, ad qualitatem personæ, cui iniuria erat inferenda, iuxta l. in seruorum. in §. fi
85 nali. ff. de pœnis. Adde, † ꝙ non solùm licet occidere ad defensionem suæ personæ, & suorum, sed etiam extranei, ut per Doctores in dicta leg. ut uim. imò etiam pro defensione rerum extranei. uide latissimè per Doctores ibi, maximè Claud.

Et

Et ibi etiam quid iuris sit, quando possessio esset iniusta. Sic etiam ratione hono
86 ris licet occidere, † & ideo insultatus quamuis possit omnino tutus aufugere: tamen quia fuga est ignominiosa. non tenetur, & ei licitum est insultantem occidere: & hæc est communis opinio, ut in dicta l. ut uim. non licet tamen ob sola uerba iniuriosa, alio uerbo iniurioso, & minus facto iniuriantem afficere, nisi respondendo secundum ueritatem, Mentiris: quia aliter esset uindicta. Hæc & alia per Claud. in ea.l. uersi. an pro conseruatione honoris. & in uersiculo sequē. item iuxta hanc. ubi uide, quia oculatius uidit, quàm Decius. Et ex his taceant homines militares, qui arbitrantur se posse referre quamlibet iniuriā eis illatam non solùm facto, sed etiam hoc solo uerbo, Mentiris, colaphum uel uulnus inferendo. Et quid si affectus uerbo in
87 iurioso dicat, † Mentiris, ex interuallo, an liceat? Credo non licere, quia hoc conceditur ratione defensionis, quæ ex interuallo non est licita, dicta l. ut uim. quod facit contra magnum uirum, qui affectus uerbo iniurioso ex interuallo super charta affixa locis publicis scripsit quòd aduersarius mentiebatur. Quare uereor, ne quid mali iubēte principe patiatur, ex quo præsertim controuersia eorum iam erat introducta coram ipso principe, qui curabat sedare eam, & etiam quia ordines huius dominii talia uetant atque alia, ex quibus sequi possit duellum: & etiā. quia uisum fuit sediciosum, quòd in urbe hac coram principe id positum fuerit pro rostris sine licē
88 tia ipsius principis, Dixi † quòd probato insultu contra me datis constat de defensione necessaria: & idem dico, si quis se preparabat ad insultum contra me. Bald. in l. in lege. ff. locati. in antiqua lectura, & in l. 1. C. unde ui. columna nona. in 7. quæst. ubi ita dicit etiam quo ad defensionem rerum, & sequitur Claud. in dicta l. ut uim. colum. 20. circa medium. & Ias. ibidem col. 2.
89 Sed quid in dubio, † quando non apparet quis primò euaginauerit, uel quis primò se præparauerit ad insultum, & unus alium occidit, & dicat homicida, quòd fecit ad sui defensionem, an ita sit præsumendum, saltem ubi occidens erat dispar ualde, tam ratione personæ, quàm armorum, & aliarum circunstantiarum. Nam in dubio præsumptio esset contra occidentem. l. 1. C. de sicar. & in l. si non conuitii. C. de iniur. Item ostendens non præsumitur defensor. Bald. in c. 1. in prin. in 3. col. uer. uitam suam defendendo. in tit. de pace tenē. & alibi. & Cæpol. consilio 28. colum. 2. In summa uide Cæpol. in consi. 29. ubi multas coniecturas adducit, ex quibus in dubio præsumptio est pro occidente. sic etiā Alexand. consi. 14. colum. penult. & ulti. in 3. uolum. & refert & sequitur Felin. in cap. dilecti filii. colum. pen. uersic. uoluit etiam Alexa. extrà, de excep. & res eò redigitur, quòd si iudici ex eorum dispari conditione uidetur quòd sit alienum à sana mente putare quòd occidens prius insultauerit, tunc præsumendum est, quicquid factum fuerit, prouenisse ob necessariam defensionem, aliàs secus, per regul. dictæ l. 1. & d. l. si non conuitii. & not. per Bart. in l. dolum. C. de dolo. Explicitè tamen si uis uidere ex quib. circunstantiis homicida præsumatur fecisse ad necessariam defensionem, uide in tract. præsumpt. Alciat. reg 3. præsumptione 39. nume. 6. ubi latè. Et
90 † an in casu proximo sufficiat prouocatio, ut præsumatur in dubio contra occisum primò prouocantem, uide Cæpol. in dicto consilio 29. colu. 2. & 3. & in effectu dicit, non sufficere. Sed ut proximè conclusi, multis consideratis, sic etiam sentit Cæpol. quia regula est, ꝙ non licet cōtra prouocantem uerbis uenire ad facta, ut dixi supra post Claud. in d. l. ut uim. col. 36. & Fel. in d. c. dilecti filii. col. 6. Dixi suprà, ꝙ si quis occidit ad sui necessariam defensionem, uel ad euitandam aliquam iniuriam personalem, omnino est tutus. Sed pone,
91 † quòd non sit necessaria defensio, quia interueniat excessus, dum se defendit, uel quia occiderit insultantem iam fugientē, uel etiam in ipso actu rixæ feriendo ense, cùm ille pugnis insultaret, uel cum posset euitare iniuriam personalem, uoluit tamē uulnerare, uel aliter, ita ut non sit defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta d. l. 1. C. unde ui. cum ibi notatis, an puniatur pœna ultimi supplicii, an mitius? Dic quòd punitur mitius, etiam si dolo commiserit. Ita Iason latè in dicta l. ut uim. col. 2. & 3. & Felin. in cap. significasti. *el secondo.*

uersic.tertia conclusio de homicid. ubi ponit plures declarationes. & ibi etiam quando exceditur modus in rerum defensione. Deci. tamen in dicta l.ut uim.num.8. allegat aliqua contra hanc communem conclusionem,& deinde componit opiniones, Quòd si habet animum occidēdi, ut quia percussit cum gladio,teneatur pœna ordinaria,aliàs secus,allegat l.1.§.diuus.ff.de sicariis.Quæ declaratio,bona eius uenia,est cōtra communem & mentem Doctorum, qui loquuntur semper, quando offendens habet animum occidendi, ut tamen se defendat:& uolunt,quòd si non excedit, sit securus ab omni pœna:si excedit, mitius teneatur.Nec obstat textus in dicto.§. diuus. quia non loquitur in excedente, sed in percutiente simpliciter:uide tamen Claud. in dicta l.ut uim. colum. 37. uersic. sed quia. qui latè tractat hanc materiam excessus, & tandem tenet opinionem Decii, quòd quando dolo quis excedit, tenetur in totum,per ea maximè quæ dicunt Cyn.& Salic.in l.Gracchus.C.de adulter. de iudice, qui torquendo quem immoderatè & dolosè tenetur de homicidio. quos etiam allegat Decius. Sed responsio est clara, quia Cyn. & Salicet. bene loquuntur in illo casu, quando iudex torquendo dolosè excedit,ex quo non prouocatus id facit, sed ex mœra malignitate: uerùm in hoc casu quis prouocatus facit excedendo tamen. Et propterea cessat hæc consideratio. Et ideo Claud. ad hoc animaduertens dicit, quòd posset poni casus in materia nostra, in quo teneretur in totum,quando debilis pugno percuteret uirū robustum,qui cùm non esset multùm iracundus, gladio eum occidit sine animi magna perturbatione, maximè si præcedebat inimicitia, uel aliæ cōiecturæ adessent animi dolosi,iuxta l.dolum.cum glo.C.de dolo. Quod exemplum nō admitto in dubio: quia quamuis sim inimicus illius, si tamen eum occidam prouocatus ab eo,dicor ob prouocationem facere, imò magis prouocor, quando est mihi inimicus:& licet nō sim natura iracundus, tamen fio repentè præcedente iniuria. Est uerum, quòd posset esse tanta patientia in homine, ut non aliter iudex posset iudicare, quàm quòd fecerit non iracundia prouocatus, sed ex mœra animi malignitate, quod rarò contingere potest, nisi reuiuisceret Iob. Non omitto tamen in hac
92 materia excessus, quòd si talis † excedens fuit auctor rixæ, tenetur ad omnem pœnam, si tamen uerisimiliter potuit cogitare, quòd posset sequi id, quod secutum fuit.Ita Aretin. consilio 34. colum. fin. & Claud.ubi suprà, colum. 40. & ita uidetur intelligendus idem Aretin. consilio 147. colum.penult.qui aliàs uidetur uelle op-
93 positum. Nam qui dat † operam rei illicitæ, & plus delinquit, quàm intendebat, tenetur de secutis, si id uerisimiliter debuit sequi. Sic Aretin. in d. consi. per doctrinam Bartol.in l.diuus.in fine. ff. de sicariis. Et ita est intelligenda conclusio, quam facit Ias. in l.1.ff de legi.de illo,qui dat operam rei illicitæ, & plus deliquit, ut teneatur: si tamen uerisimiliter, &c. Et quia in hac materia excessus incidit sæpe uidere de personis existentibus sub corre-
94 ctione alterius, † quia corrigentes solùm tenentur de excessu, & non de toto delicto, iuxta text. & notata ibi per Decium in primo notabili,in cap.3. de appel. & in l.2.§.dominorum. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. Ideo quæ sint tales personæ,& de hac materia uide Deci.in d.l.ut uim.num.21.& Claud.colu. 7. uersic. in ea glos.ubi uide.& ibi etiam habes, an liceat interdum talibus existentibus sub obediētia alterius, quando coercentur & repræhenduntur,resistere & se defendere. Licet
95 etiam occidere eum, quem princeps † iubet occidi debere, sic Gandin. in rub. de pœnis reorum.col. penul.ubi enumerat infinitos alios casus, in quibus homicidia sunt impunita,uel minus punita. Et circa hunc casum,quando præcessit iussus principis, dic ꝙ aut iubet priuato sic fieri aliter ꝙ occidet eum, & tūc mandatarius est prorsus excusatus ab homicidio, si exequatur,per regulam traditam in l.is damnum. §.eius uerò.ff.de regul.iuris. cuius regulæ uerba sunt hæc, Eius nulla est culpa, cui necesse est parere. Ex qua Deci. ibi infert ad casum nostrum, loquendo nō solùm in principe,sed in quolibet potente, qui allegat Bal.& alios in terminis,quod tamen intelligo,quando uerisimiliter debuit mandatarius dubitare de uita sua: aliter quando esset solitus sic minari, nec tamen exe-

qui

qui minas, non esset excusatus, iuxta notata per Abb. & Ioan. And. in cap. si. qui cle. uel nouen. per Alexand. consi. 16. col. pen. 3. uolum. Anchara. consilio 300. uisa supradicta facti narratione. ubi loquitur de præcepto domini Othonis, qui erat dominus Parmæ, & Angel. consilio 215. thema tale propositum est. col. fin. & late in cap. si. de appellat. & in regula, in omnibus causis. de regul. iur. & utrobique per Deci. quando præceptum iudicis uel regis inducat iustum metum. Et facit quòd Bal. fundat se in necessitate, & pariter Deci. quæ cessat
96 hoc casu. Aut† iubet per ea uerba, quibus non de facto, sed uia iuris agere uideatur, ut si scribat officiali, quòd exequatur aliquam sententiam condemnantem reum, uel suspendi, seu mori faciat: & in hoc uide Felin. in c. consanguinei. de re iudic. col 1. in fin. & prin. seq. qui dicit, quòd iudex ubi uidet sententiam corporalem iniustam, sic enim loquor, debet differre executionem, & consulere principem: subdens, quòd si princeps consultus rescribat sententiam omnino exequendam, tunc obediendum est, allegat Bart. in l. à diuo Pio. §. sententiã Romæ. col. 2. ff. de re iudica. Butr. & Imol. in cap. 1. de offi. ordin. addendo etiam quomodo in conscientia possit se tueri, quod fit secũdum Theologos, ubi muneri, quod habet, per eum renuntietur. Et, ne erres,
97 † scias ꝙ disputant, an iudex, quando uidet sententiam corporalem iniustam, debeat illam exequi, aut quid facere debeat: & hæc non est quæstio nostra, ex quo non agitur adhuc de mandato & iussu principis, sed est quæstio, quæ ponitur per Felin. principaliter in dicto cap. consanguinei. & Hippolyt in suo repertorio in l. 1. §. si quis ultrò. ubi est textus principalis de hoc articulo. ff. de quæstion. & per Decium in regula, & si nihil. ff. de regul. iuris. & alibi sæpe per Doctores. Alia est quæstio, quando princeps iniustè mandat, sicut proposui, & in hoc casu uide textum in l. si uindicari. C. de pœnis. qui in terminis dicit, quòd debet iudex differre usque ad triginta dies, & posteà est excusatus obediendo, qui textus est canonizatus in cap. cùm apud. 11. quæst. 3. & sic etiam in conscientia est excusatus: & intra dictos triginta dies. si emanat secunda iussio, licitè adhuc facit. c. si quando. de rescript. Cæpol. cautel. 7. & Iaso. in l. puniri. C. si contra ius uel utilit. public. & bonus textus est in ca. minister. 23. q. 5. & in ca. præcedenti. & ad hoc, & ꝙ debeat resistere iudex quantum potest, & ꝙ posteà non peccat, uide Angel. in d. l. si uindicari. & alii sequuntur. Si tamen iudex es-
98 set dubius, an iustè uel iniustè illud mandaret, mandatum excusaret. Sic intelligo Cyn. in l. rescripta C. si contra ius uel utilit. public. qui dicit, quòd si princeps mandat officiali, ut aliquem suspendat, sine peccato id fit per officialem. quod dictum latè tenet Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. colum. 18. uersic. limita nonò. & text. in dicta l si uindicari. hoc clarè sentit, & gloss. in d. cap. cùm apud. & Alexand. in l. debitoribus. in 3. colum ff. de re iudic. ubi etiam Ias. Et ad hanc opinionem etiã uide Curtium in cons. 49. in 21. colum. ubi loquitur etiam in quæstione nostra, & quãdo nõ apparet, quòd in principe desit causa, sed sumus in dubio. Intelligo tamen hanc conclusionem, quando iudex ipse bene considerando qualitatem personæ, & cætera omnia, magis inclinat ut mandatum sit iustum, quàm aliter, & hoc per textum in dicto cap. si quando. de rescriptis. quem bene uide. aliter arbitror, quòd debeat rescribere, uel differre, iuxta d. cap. si quando. & d. l. si uindicari. & debet inclinare, quòd mandatum sit iustum, quando est instructus, uirum esse malæ conditionis, & manu promptum: si uerò est integer uitæ, & nullo modo potest sibi in mentem uenire, ut mereatur mortem, debet inclinare animum suum, quòd mandatum sit iniustum. Et hæc colligo ex dictis Felin. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. in uersi. quinta declaratio. & in uersic. recipit. Ex prædictis fortè nõ malè egit dux Galeatius Sfortia, qui suspendi fecit prætorem Varisii, eò quia non fecerat statim suspendi quendam hominem quem dux ipse iusserat ei, ut suspendi faceret. Et uide ad prædicta omnino Alexan. in l. à diuo Pio. col. ulti. uersic.
99 ult. Angel ff. de re iudic. dicentem † quòd ueritas uidetur in foro conscientiæ, quando iudex uidet mandatum iniustum, ut scribat principi super innocentia: & ubi princeps nihil rescribat, potest exequi, imò tenetur, secundum eum. Sed Alex. nõ

loquitur in terminis quæstionis nostræ, quando mandat princeps, sed quando à se ipso uidet sententiam iniustam, & sic secundum materiam dictæ l. primæ. §. fin. ff. de quæstionibus. & not. per Felin. in dicto ca. consanguinei. & Deci. ubi suprà. De ipsa
100 † tamen quæstione & l. si uindicari. uide in dicto repertorio Hippol. in dicto. §. si quis ultrò. char. penultima, in secunda fallentia, & in repertorio Feli in uerbo, princeps. & Deci. in dicto ca. si quando. columna secunda, de rescript. Et quia etiam in glo. l. si relegati. ff. de pœnis. quæ uult, quod
101 causa † præsumatur in principe: circa dictam glossam uide Doctores in dicto cap. quæ in ecclesiarum. de constitutionib. Socc in. consil. 244. columna penulti. in fin. & Ias. in si. testamenta. C. de testament. ubi facit regulam & fallent. & Curt. in dicto consilio 49. in ultima charta primæ partis, in secunda fallentia. & omnino eundem in consil. antecedenti, colum. ult. ubi si agitur de crimine, non præsumitur causa in principe. Quod ultimum corroborat id, quod proximè dixi, ut iudex non simpliciter quando est dubius, debeat exequi, sed ulterius considerare qualitatem personæ, & negotii, & inclinare animum suum, ut rerum conditio requirit. Adde,
102 † quòd licet non sit parendum præcepto principis iniusto, tamen est parendum duci belli, dato quòd non parendo rem optimè gerat mandatarius, aliàs ei imponitur pœna capitis. l. secunda. §. in bello. ff. de re milit. quod apud Romanos seruauit Papyrius Dictator contra Fabium, ut refert Valerius Maximus in cap. de militari disciplina, libro secundo. & Floria. in l. 3 §. sed si quis. ff. finium regund. Vide etiam circa dictam l. si uindicari. Pute. in tractatu syndicat. char. 89. col. penult. uersi. mandauit. & seq. & in repertorio eiusdem Hippol. in l. 1. in pri. col. penult. & ulti. ff. de sicar. Impunè etiam occiditur à familia,
103 † qui non permisit se capi. l. 3. C. de his qui ad eccles. confug. de quo dixi suprà sub rubrica de captura, uersi. & quando oc
104 ciditur. Reliquos casus uide, † ut dixi, per Gandi. in tit. de pœnis reorum. colum. penultima & fin. & per Afflict. in tit. de pace tenen. in §. si quis hominem. ubi omnino uide. Quomodo autem inueniri possit homicida, percurre indicia tradita per Doctores ad præsumendum quòd quis fecerit homicidium: quæ longum esset enarrare, & de quibus ubique per Doctores, maximè in materia torturæ: in qua materia uide etiam quæ ipse dixi. Non omitto ta
105 men breuiter quæ † circa hoc in indiuiduo posui sub rubrica de delinquente, & plura singularia, quòd quis fuerit homicida, tradita per Afflict. in titu. de pace iuramento firman. §. iniuria punitur. in quarto notabili. ubi omnino uide, & inter cætera numero 62. dicit, quòd sanguis fluẽs è uulnere hominis occisi in præsentia aspicientis corpus, & non fluens post eius recessum, magnum, & sufficiens indicium est, ex experientia omnium magistra. Cui addo,
106 † quòd ad cognoscendum an infans fuerit suffocatus à nutrice fortè dormiente somno profundo, uel à solis linteaminib. aut aliter sine culpa nutricis, uel alterius fœminæ, datur iste infans in gremio fœminæ, & ubi cadauer ibi positum emittit ex nare uel ore sanguinem, magnum & sufficiens est indicium, quòd fuerit ab ea suffocatus, ubi non emittat sanguinem, cessat præsumptio culpæ contra eam: & semper usu compertum est, quòd exit sanguis, ubi ipsa fuerit, aliter non: & hoc experimentũ uidit uxor mea fieri in duabus puellis filiabus D. Herculis uicecomitis sororii mei, quarum altera fuerat suffocata à nutrice, & altera à solis linteaminibus: & cũ primùm suffocata à nutrice fuit in eius gremio, statim emisit sanguinem ex nare. Altera uerò in gremio alterius mulieris suspectæ, & aliarum etiam, nullum emisit: & compertum est, quòd hæc erat ueritas.

Quo uerò ad probandum ipsum homicidium, nihil singulare inuenio, nisi homicidium transiret in crimen rebellionis, quo casu quæ probationes sufficiant, dixi suprà sub rubrica de hæretic. & sub rubrica de crimine læsæ maiestatis, uel nisi homicidium fieret per assassinamentum: quo casu argumentum etiam demonstratur quo ad plenam fidem. cap. 1. de homicid. in sexto. de quo dixi suprà latè sub rubrica de conuictis. Sed circa defensionem in hoc crimine homicidii, qui testes sufficiant in probanda defensione directa siue indirecta, dixi sub dicta rubrica de crimine læsæ

ma-

maiestatis,uersic.uisum est suprà , quando quis.per duas columnas , ubi uide. & dicā inter fauores defensionis , de quibus infrà tractabo sub rubrica singulari. Quæro
107 modo,quæ† pœna sit committendi homicidium ? Et dic quòd qui dolo committit,punitur pœna legis Corneliæ de sicar.iuxta textum in l.3. §. legis Corneliæ. & in l.penult.ff.de sicar. ubi dicitur , quòd altiores deportantur, humiliores uerò capite puniuntur.& in summa olim erat pœna deportationis cum confiscatione bonorum,hodie uerò est ultimi supplicii, exceptis positis in honore, qui deportantur.Et
108 † si fuerit consiliarius , est prius consulendus princeps , nisi tumultus populi aliter sedari nō posset, quàm per mortem ipsius quo in casu dicitur potius morti traditus populi iudicio,quàm lege Cornelia de sicar. Hæc in dictis iuribus & earum glo. & in §.item lex Cornelia. Institut. de public.iudic.& ita Ang.in consilio 14. in primis uerbis , & secūdum dictas leges mors tradebatur subiiciendo tales in honore nō existentes bestiis ab eis deuorandos: qua pœna hodie cessante, sequitur capitis naturalis abscissio.Sic Ang. in dicta l.3. §.legis Corneliæ.qui etiam dicit,quòd deportatio in personis in dignitate existentibus cessat,& habet locum capitis abscissio: & ita in effectu pro homicidio imponitur pœna mortis naturalis . qđ clarè dicit textus in l.3.C de episcop.audien. qui dicit , Homicida quod fecit expectet, cum aliis allegatis per Gandi.sub rubrica de homicidiariis,colum 1.& 2. & est communis opinio
109 Doctorum, † ut omni iure tam humano , quàm diuino homicida mori debeat, ut apparet per Doctores , maximè per Felin. in rubrica de homicid. & per D. Rochum in cap.fin. de consuetud. charta.10. col. 2. uersic. secundò infertur.ubi etiam
110 dubitant an† ualerent statuta & consuetudines pœnam pecuniariam imponentes.
111 Non ualeret tamen † consuetudo , quæ permitteret filio uel consanguineis uindicare mortem patris uel cōsanguineorum, ut per D.Roch. ubi suprà. Quando tamen homicidium esset commissum iam supra decennium,minueretur pœna l. qui diutino.ff.de pœn. per D. Roch. in tracta. consuetudin.char. 5.col 3. circa fin. & dixi suprà sub rubr. quomodo procedatur per actionem in delictis.Et item quando homicida esset ualde disciplinatus in aliqua arte.l.ad bestias.ff.de pœn. & l. sed ut reprobari. ibi , ualde tamen disciplinatos . ff. de
112 excusat.tuto.Quod tamē fieri† debet cō sulto principe. d.l. ad bestias. & dixit Hostien.in c.de causis.de offi.deleg. quòd ubi esset alicui amputanda lingua uel manus, si esset ille egregius orator , uel poeta,uel pictor, fieret commutatio pœnæ . allegat text.in d.l.ad bestias. & quia hoc est generale in quolibet delicto , reseruo dicendū infrà sub rubr. de pœn. quemadmodum etiam facit Gandin. sub dicta rubrica de pœnis reorum. qui in genere ponit delicta impunita, & minus punita & de pœna homicidii culpa commissi dixi suprà : dixi etiam,quòd quando quis excedit se defendendo,mitius punitur. Non omitto tamen propriè ad pœnam homicidii duo: Primū,
113 † non minus puniri homicidam, qui occidit hominem malæ conditionis , quàm bonæ.l.1.§. 1. in fine. ff. de sicar. quamuis etiam aliquando in uno maior sit pœna, quàm in alio , consideratis aliis qualitatibus in persona occisi,ut in repertorio Hippolyt.in l.unica.C.de rapt.uirgin. char.10.
114 col.fi.Secundum, quòd † etsi hodie cesset bonorum confiscatio de iure communi,Authen.bona damnatorum. C. de bon. damnat. Tamen officiales nostri dominii inhærentes secūdum eos decretis ducum semper homicidas damnant in confiscatione bonorum,& malè: quia secundum ea decreta & statuta ciuitatis huius Mediolani confiscatio bonorum imponitur homicidis , quando damnantur in contumaciam, non autem quando præsentes damnantur: quia contenti fuerunt decretorum conditores abscissiones capitis. Et hæc est ueritas,& dicam infrà in secunda parte principali huius operis : per ordines tamen nouos passim fit confiscatio . Reliquum est
115 uidere in hac materia homicidii , † an quis præsumatur mortuus ex uulnere potius quàm ex mala cura uulneri adhibita: in quo uide Bar.in l.fin. columna penultimo & fi.ff.de sicariis. qui primò dicit quid iuris sit in dubio, id est, quando non cōstat uulnus fuisse mortale uel non, recurrendo ad glo.in l.1.C.de emend.seruor.& ad c.2.

de cler.percus. deinde quòd quando certò scitur an sit mortale uel non, standum est certo, iuxta regulam, quòd in claris non est opus coniecturis. l. continuus §. cùm ita. ff. de uerb. oblig. Subdens, quòd in hoc, scilicet, an præsumatur mortuus ex uulnere, secundum quæstionem propositam, uel ex negligentia: & circa cognitionem percussionum an sint mortiferæ uel non, statur medicis, etiam uni soli, si plures non adsint, iuxta cap. proposuisti. de probatio. Ex quibus uerbis colligo ueritatem negotii, quæ in effectu est, quòd iudex instruit animum suum à iudicio medicorum in arte peritorum. ad quod allegat Bar. text. in l. si semel. C. de re mili. lib. 12. & alias leges ac text. in terminis, in c. significasti. el secondo. de homici. ubi Doctores notant, & ponit Alex. consilio 148. in 1. col. uolum. 1. & in l. ab hostibus. colum. 4. in prin. ff. sol. matr. Præposit. in cap. si qua pœna. quinquagesima distinct. Cæpol. consi. 41. col. 5. & consi. 28. & consi. 62. per totum. Et ita practica seruat, quòd an sint uulnera mortalia, uel non, & an decesserit ex malo regimine, statur iudicio medicorum. Et in effectu ita etiã est, quando postquàm surrexit, & ambulauit, uel quando post interuallum decessit, quia totum relinquitur iudicio medicorum. Et ita explicitè in hoc ultimo Socci. post alios in consi. 178. col. 2. uer. circa pri-
116 mum. & si infra † paucos dies decedit, tunc regula est, quòd præsumitur decessisse ex uulnere, nisi probaretur negligētia, quæ in dubio non præsumitur, ut ibi per Socci. & clarius in hoc per Felin. in c. presbyterorum de homic. ubi uide: sed probata negligentia aliud est, ut per supradictos Doctores: omnia tamen, ut dixi, relinquuntur iudicio medicorum, ut etiam in tractatu B.r. si suus est, de percus. ex quibus moritur quis ex interuallo. col. 1. Si medici tamen interuenerunt in curatione uulnerati, aliàs adhuc pro percussore iudicandum est. Sic Felin. ubi suprà, & Soccin. in dicto consilio. Et aduerte, quia loquor quando
117 sumus in dubio, † an uulnus esset letale, uel non. quia aliàs staremus certo, ut dixi. Reliqua uide per Alexa. in consi. 109. col. 3. uolum 1. Anchara. consi 285. col. 3. Bal. consi. 136. 2. uolum. & consilio 237. & consil. 328. eodem uolum. & Cuman. 134. & per Bartol. in dicto tract. & per Angel. Aretin. in opere suo in gloss. & ex interuallo ex dictis uulneribus mortuus fuit.
118 Alia † multa in materia homicidii & quasi per modum tracta. ponit Afflict. in titu. de pace iuramen. firman. §. iniuria puni tur. in quarto notab. ubi uide. & uide etiã eundem in titu: de pace tenen. §. si quis hominem. ubi ponit casus, in quibus non liceat, & liceat occidere, & successiue de occidente aliquem in duello, & de materia ipsa duelli.

Tit. de Mandato ad homicidium, consilio, & instigatione.

SUMMAE.

1 *Homicidium multipliciter dicitur.*
2 *Mandans propriè non dicitur homicida.*
3 *Mandas, & mandatarius similiter puniuntur per decretum Mediolani.*
4 *Mandatum homicidii quomodo possit reuocari per decretum Mediolani.*
5 *Ratificans homicidium commissum non compræhenditur in decreto Mediolani contra mandantem homicidium.*
6 *Mandatum ad homicidium quando dicatur reuocatum de iure communi.*
7 *Mandans fieri homicidium, an compræhendatur in statuto loquente de homicida.*
8 *Ratificans an compræhendatur in statuto loquente de homicida, concesso quòd statutum compræhendat mandantem.*
9 *Statutum loquens in casu uero compræhendit etiam fictum, quando statutum loquitur secundum, uel præter ius commune.*
10 *Mandas inferri uulnus secuto homicidio, tenetur de homicidio. secus si mandet dari colaphum uel baculo quem percuti.*
11 *Mandatarius tenetur sicut mandans.*
12 *Mandatarius excusatur, quando mandatum est de genere permissorum.*
13 *Mandans fieri assassinamentum tenetur de homicidio, etiam non secuto effectu.*
14 *Assassini dicuntur, qui onus suscipiunt aliquem occidendi data pecunia, aut alia re, uel promissione facta.*

Pro-

15 *Promißio nuda alicuius rei, ut homicidium committeretur, uel quæ speciem haberet commodati, non sufficit ut dicatur mandatum assaßinamentum.*

16 *Assaßinamentum committitur, siue homicidium mandetur fieri per certum genus personarum siue per quemlibet.*

17 *Assaßinus qui in aliquo loco homicidium commiserit ubi poßit puniri.*

18 *Mandans & mandatarius homicidii an sint sub eodem iudice conueniendi?*

19 *Bannitus pro assaßinamento potest offendi extra territorium quando coram suo iudice post argumenta probabilia secuta eßet declaratio.*

20 *Bannum cum indiciis, quæ fuissent sufficientia ad inquisitionem, non satis est, sed requiritur testes idoneos parte citata legitimè examinatos esse. & probata uerisimilia argumenta in assaßinamēto, ut poßit offendi.*

21 *Sententia requiritur ad hoc, ut assaßinus poßit impunè offendi, & an sufficiat confeßio?*

22 *Assaßinamentum requirit ut Christianus fuerit occisus, & hæc qualitas probari debet.*

23 *Assaßinamentum, licet requirat ut pecunia factum sit, tamen non est necesse, ut mandatum sit.*

24 *Consilium pro reuerendißimo episcopo Papiensi Romæ detento.*

25 *Iniuria non solet inde nasci, unde iura procedunt.*

26 *Constitutio uoluntaria eius, qui delicti arguitur præstat argumentum innocentiæ.*

27 *Natura abhorret illud, quod uitam adimit.*

28 *Confeßio non præcedentibus indiciis emanans, extorta dicitur.*

29 *Ecclesia in dominio suo mandat etiam reos sanguinis defendi.*

30 *Testis non statim est torquendus, sed prius examinandus.*

31 *Tortura sæpius in teste repetenda non est.*

32 *Tortura moderatè adhibenda est.*

33 *Tortura indebitè data, sicut & detentio, facit ut sequentia nulla sint.*

34 *Metus durare dicitur durante semper eadem detentione.*

35 *Assaßinamentum requirit ut pecunia carnifici data sit ad immediatum finem interficiendi.*

39 *Assaßinamenti pœna non punitur quis, nisi secuto effectu uel saltem facto insultu.*

37 *Testis dictum contra mandantem non ualet, nisi expreßè contra mandatarium deponat.*

38 *Inimicitia satis probatur, si subsit causa & suspicio in genere.*

39 *Mandatum non præsumitur, etiam si domesticus uel coniunctus mihi occidat inimicum meum.*

40 *Metus iustißimus non ueniendi ad examen est quando uenientes iniustißimè tractati fuerunt.*

41 *Dolus & iudicis contemptus requiritur ad hoc, ut quis puniatur, quia examini se subtraxerit.*

42 *Episcopi Papiæ innocentia quot instrumentis probata fuerit*

43 *Producta omnia cēsentur quæ exhibita fuerunt, licet ea iudex noluerit acceptare.*

44 *Indicium contra reum tollitur per aliud, quod sit in eius fauorem.*

45 *Fama mala in specie tollitur per probationem bonæ famæ in specie.*

46 *Mandatarius qui dicit fecisse homicidium motu proprio non ex commißione alicuius, nō excusat mādantem, quando constat de mandato, maximè stante decreto Mediolani.*

47 *Homicida non excusatur, si dicat se de mandato alicuius fecisse.*

48 *Mandatum quando dicatur homicidium, & quæ sint uerba apta ad mandatum*

49 *Verba ad delictū expreßè tendere debent, ut mandatum dicatur præceßisse, aliàs in meliorem partem præsumitur.*

50 *Mandatum præcisse dicatur ad homicidium, si dominus dixit famulo, Fac ut sentiam aliquid noui, &c si præceßit inimicitia capitalis, licet homicidium non sit incontinenti secutum.*

51 *Mandatum ad homicidium non præsumitur, etiam si famulus meus, uel filius, uel consanguineus occidat inimicum meum.*

52 *Delictum à filio uel famulo factum in re concernenti patrem, præsumitur uoluntate eius factum.*

53 *Consilium in dubio præsumitur potius quàm mandatum, quando dominus dixit famulo in aurem, &c & inimici erant pariter famulus & dominus cum interfecto.*

54 *Mandatum quòd reus confessus fuit non potest posteà per declarationem uerborum eiusdem excludi.*

55 *Confessus mandatum secundum legis interpraetationem, non potest posteà illud declarare ita ut destruatur.*
56 *Declarans nihil dicitur de nouo inducere.*
57 *Mandans non potest puniri, quando de mandato per solam confessionem constat, siue secutus fuerit effectus, siue non, nisi mandarius attestaretur de mandato.*
58 *Mandati materia ubi per Afflictum tractetur.*
59 *Consilium dans alicui ut faciat maleficium, qui aliter non erat facturus, tenetur pari pœna cum faciente, nisi reuocasset consilium, & notificasset utrique reuocationem.*
60 *Consilium datum alicui in dubio bonum praesumitur.*
61 *Consilium persuasio, instigatio, instructio, & inflammatio idem sunt, & in quolibet uerba tantùm interueniunt, & ad utilitatem facientis.*
62 *Inquisitio formata de consilio procedit, etiam si probetur persuasio uel inflammatio.*
63 *Inflammationis uerbo pro consilio & instructione utuntur Doctores.*
64 *Persuasus quòd aliàs non fuisset facturus, probatur coniecturis.*
65 *Statutum puniens praestantem auxilium alicui ad certum actum non compraehendit consilium dantem, uel inflammantem: secus si simpliciter auxilium praestantem.*
66 *Consilium dans dicitur largè opem praestare.*
67 *Aduocatus potest patronari ad obtinendam iustitiam & gratiam pro bannito.*
68 *Consilium & persuasio largè dicuntur auxilium.*
69 *Auxilium praestantis ad homicidium uel ad alia delicta, materia ubi tractetur.*



Ixi de homicida, & quia etiam qui mandat fieri homicidium, dat causam homicidio, iuxta l. nihil interest. ff. de sicariis. & propterea dicitur homicida, ut ponit
1 Bald. uolum. 1. consilio 52. declarans † homicidam dici pluribus modis. Ideo in hac materia homicidii aliqua dicam de mandante fieri homicidium. Et primò scias, ꝙ talis mandans est plus quàm homicida, quia delinquit in se & in alium, quem corrumpit: qua ratione & si dicatur princeps delicti, tamen propriè non est homicida, sed per interpretationem: propriè uerò est homicida, qui propriis manibus cómittit homicidium: & hac † de causa mandans, quem proximè dixi delicti principé, dicitur accessorius, & sanguinem fundens dicitur principalis: & ideo faciens per se subsistit, sed mandans non l. si is, qui rem. §. si tu Titium. ff. de furtis. Hinc si procedatur contra mandantem, prius debet constare de mandatario, ut dixi suprà sub rubrica, de delicto, imò amplius sit testes deponant de mandante, nihil probant, nisi etiam deponant de homicida in specie. Haec in d. consi. 52. & in consi. 259. colum. 2. in fi. & principio sequen. uolumine 1. & latè dixi in dicto titulo. de delicto. ubi te reiicio. Secundò scias, ꝙ decretum huius
3 dominii, per quod mandans † punitur etiã non secuto effectu, & similiter mandatarius: Loquitur etiam in aliis delictis, &
4 uult tamen, † ꝙ mandans possit reuocare mandatum, dãdo formam, quomodo id facere possit. De iure uerò aut est secutum maleficium, aut non: primo casu tenetur mandans, sicut faciens. l. non solùm cum similibus. §. si mandato meo. ff. de iniuriis. ubi Bar. amplissimè in hac materia: aut non est secutum, & tunc punitur extra ordinẽ,
5 ut ibi. columna prima. Et sic † decretũ, cùm sit contra ius, non compraehendet ratificantem, per id, quod dicam in uersiculo, quartò quaeritur. & iure communi, an
6 † quando dicatur reuocatum mandatum, siue durare, uide Iasonem in §. sequens. columna sexta. de act. Areti. in l. Titio. §. idem respondent. ff. de uerb. oblig. Caepol. cautela ultima. Alex. ad Bart. in l. is, qui. §. unde quaeritur. ff. de manumissionibus. & in l. qui in aliena. §. is, qui putauit. ff. de acquirenda haeredita. & in l. post dotem. circa lecturam Dyni. ff. soluto matr. Tertiò scias,
7 † quòd quaeritur, an mandans fieri homicidium compraehendatur in statuto loquente de homicida? In quo articulo uide Iasonem in l. si quis id, quod. ff. de iurisdict. omnium iudicum. columna nona. & Iaso. in l. si is, qui pro emptore. char. 24. ff. de usuca.

Felin.

Felin. in cap. mulieres. columna secunda, de sentent. excommunicat. & in cap. nonnulli. in princip. colum. 21. de rescript. & Deci. nouissimè in regula, is damnum dat. ff. de regulis iuris. ubi ponit regulam & fallentias, & dicam infrà in titulo, de pœ-
8 nis. Quartò quæritur, an ubi † mandans compræhendatur in statuto de homicida, pari modo sit dicendum, si sequatur ratificatio eius, cuius nomine factum est? In quo articulo uide Aretin. in consilio antepenultimo. & Deci. nouissimè in regula, semper qui non prohibet. de regulis iuris. ubi amplè loquitur. & dum dicit, quòd ratificatio æquiparatur mandato, etiam quod requiratur speciale mandatum. Adde id esse, etiam quòd requiratur specialissimum mandatum. cap. 1. ad finem, de desponsat. impub. in sexto. ubi Perusin. notat. Et an decretum, de quo suprà, puniens mandantem etiam compræhendat ratificantem, difficultas pendet à quæstione,
9 utrum † lex uel statutum loquens in casu uero compræhendat fictum. Sed conclusio est quod compræhendit, si statutum loquitur secundum uel præter ius commune, aliàs secus. Alexand. consilio 82. colum 2. & 3. uersic. sed fideicommissarius. & uersicu. unde succedunt. uolum. 1. & in l. 1. §. de illo. colum. 1. ff. ad Trebellian. Quintò est
10 uidendum, † quando mandatarius excedit fines mandati, an mandans teneatur? uide text. in cap. fin. de homicid. in 6. Et conclusio est, sicut sæpe dixi, quòd si mandatur dari uulnus ita ut non occidatur: quia in uulneribus inferendis adhiberi certus modus & mensura non potest, tenetur mandans etiam de eo, in quo mandatarius excessit: secus si mandatur dari colaphus, uel percussio cum baculo. Felin. in cap. uniuersitati. col. 1. de sent. excom. & Ias. in l. 1. C. de seru. fug col. 6. & per Cæpol. consil. 34. Nec curo de eo, quod posteà dicit Cæpolla in consiliis sequentibus, quia hæc est cō-
11 munis. Sextò est uidendum, † an mandatarius, qui ita tenetur sicut mandans. l. non ideo minus. C. de accusat. & d. §. si mādato. in l. non solùm. aliquo casu excusetur propter mandatum? In hoc uide Decium in regula, is damnum. §. eius uerò. ff. de regulis iuris. ultra quem uide quæ suprà dixi, quando pirnceps uel potens, mandat alicui, ut aliquem occidat. & per Angel. in gloss. Sempronium mandato rem. uers. quatro quæro. Et unus casus est,
12 in quo † mandatarius est excusatus, quando sumus in his, quæ sunt de genere permissorum, ut quando conducitur operarius ad incidenda ligna, & bona fide incidit, credens fundum esse conducenti. glo. in l. rem. §. tignum. ff. de rei uendicat. ubi Bartol. & Bald. Et est communis opinio, ut per Alexan. in l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de ope. noui nunt. ubi etiam uide Iason. col. fi. qui dicit, quòd glos. in d. §. tignum. est ab omnibus approbata. Ad quod etiam uide Alex. consi. 36. uol. 1. ubi etiam limitat, & Bal. 1. uol. consi. 144. ubi in fi. dicit, quod nec mandans tenetur, si indubitāter locum illum non expressit, & alia uide circa dictam gloss. per Doctores in dicto. §. nuntiationem. Septimò est sciendum,
13 † quod mandans fieri homicidium per assassinamentum, tenetur etiam effectu nō secuto, quicquid sit in alia materia, iuxta id quod dixi suprà in uersic. secundò scias. Casus est in c. 1 de homici. in 6. & hoc propter enormitatem criminis, ut ibi in text.
14 & dicuntur † assassini, quando interuenit pecunia, ut in eo textu. & Gemin. ibi not. & Bart. in l. Cicero. ff. de pœn. & per Bal. consi. 383 in 5. uolu. Alex. in l. 1. §. hæc autem actio. ff. de eo per quem fac. erit & Bal. 1. uol consi. 98. & 2. uolu. consi. 256. Et nos Mediolani habemus de hoc statutum idem etiam disponens, ubi interuenit promissio: &, ut dixi, requiritur quòd pecunia interueniat: sic ubi suprà, & dicit Ang. in l. qui sepulchra. ff. de sepulc. uiola. & sunt propriè assassini illi, qui corrupti pecunia hoc faciunt. & ita uult secundum eum l. non solùm §. si mandato ff. de iniur. dum loquitur de conducente. & ideo Bar. ibi, uersic. uenio ad conductorem. ponit differentiam inter mandantem & conductorem: & uult, ut conductor sit ille, qui pecunia suscipit onus à te occidendi aliquem: & dicit quod grauius tales puniuntur, & dicuntur assassini: &, ut dixi, semper loquitur de pecunia. Est uerum, quòd non uidetur differentia, an actu detur, an solùm permittatur. Et ita explicitè Salicet. ubi uide in l. nō ideo minus. ad fin. C. de accusat. quia uerum est dicere, quod propter pecuniam fit: &

statutum, quod addit de promissione, non intendit tollere hanc difficultatem, sed augere ius commune: ut etiam quòd promissio sit facta de alia re, putà, equo, idem sit. Et ita Bald. in d. consi. 388. in 5. uol. quod est repertum in primo consi. 98 & ibi etiã
15 uide quibus uerbis fiat promissio,† quia non sufficeret nuda promissio, & quæ speciem haberet commodati, subdens, quòd cap. 1. de homicid. in 6. habet locum, sicut loquitur sine alia extensione, ex quo est odiosissimum, eandem opin. quòd non referat, an pecunia sit data, uel promissa, clarè tenet Aretin. in consi. 164. char. 5. colum. 1. uersic. tertio. & ibi etiam habes, quod cap. 1. est odiosum, & non extendendum ultra uerba eius. Et melius, quàm alibi, hoc tenet Corn. in consil. 249. col. 2. uolum. 1. ubi uide. & licet dubitetur an d. cap. 1. lo-
16 quatur † solùm in his, qui committunt homicidia certis generibus personarum, & non indifferenter per omnes: tamen cõmunis est opinio, ut absolutè loquatur, ut per Imol. Gemin. & alios in d. cap. 1. quicquid teneat Aretin. in consi. 164. col. 16. secutus Archid. & Io. Andr. dicentes tamen illud esse, nisi aliter se haberet consuetudo, prout se habet in contrarium: & quòd generaliter loquatur, sentiunt Doctores, ubi suprà, & Bar. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. col. penult. & Angel. in glos. Sempronium mãdatorem. in prin. & Ang. in d. consi. colu. fin. & sentit Salic. in l. non ideo minus. col. fi. C. de accusa. & Bal. in d. consi. 98. & ubi suprà: & uide Signor. consi. 211. colum. 2. circa fin. & Corn. primo uol. consil. 249. col 3. in princ. & in dictis locis ponitur, quòd etiam mandans non secuto homicidio tenetur poena ordinaria, ut etiã Felin in tract. cona. col. 3. in fi. & penult. in fi. & Gemin. in d. c. §. sacri, uersi. glo. in uerbo, mandauerit. & Corn. 1. uol. consil. 202. Corn. omnino in præallegato consil. 249. Augu. etiam tenet eandem opinionẽ consil. 14. colum. fin. Contrarium autem uult idem Ang. post Dyn. in l. etiam apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. quem sequitur Augu. de Arim. in uerbo, Sempronium mandatorem. colum. 4. & res est expedita. quando saltem deuentum est ad actum insultus uel uulnerum, ut ubi suprà,
17 maximè in dictis consiliis. An† autem assassinus possit ubique puniri: & an & quando liceat eum impunè occidere, & siue in uno loco, siue in alio: & quid quando quis est bannitus pro assassinamento, an etiam extra territorium possit puniri? uide de his omnibus suprà in rub. de for. compet. Et quando quis extra dominium existens mandat homicidium fieri in dominio, in quo loco sit procedendum? uide sub dicta rubrica, uersic. sed pone quòd habuit principium. post Marian. in c. proposuisti. de foro comp. & de similibus quæstionibus per Afflict. in titu. de pace iuram. firman. §. in-
18 iuria punitur. in quarto not. Et † an mandans & mandatarius sint conueniendi sub eodem iudice? uide etiam sub eadem rub. uersic. sed quid in mandante. Et circa dictam quæstionem de bannito pro assassi-
19 namento,† an possit offendi extra territorium? Videtur posse, per cap. 1. de homic. allegatum toties, quod procedit clarè, ubi constitisset corã suo iudice de delicto per argumenta saltem probabilia, & super ea probatione fuisset declaratum. Ita omnes
20 in dicto cap. 1. Sed difficultas est, an† bannum dicatur declaratio talis, ut sufficiat unà cum indiciis quæ fuissent sufficientia ad inquisitionem, & non ultra. Credo non dici, quia Docto. in d. c. 1. uolunt duo. Primum ut saltem sint probabilia argumenta quòd intelligi uidetur in probatione facta per testes qui plenè attestentur de assassinamento, & qui sint idonei testes, licet minus legitimè examinati lite non contestata, & sine partis citatione: habita tamen ratione ad personam diffamatam, & ad alias circunstantias. Gemin. in d. c. 1. §. fin. colum. 4. post Hostien. per eum allegatum. & ideo Alexand. consilio 166. colum. fin. uolum. 7. uult ut socio criminis non credatur per regulas communes in hoc assassinamenti delicto, sed ueritas est, quòd intelligitur probatum legitimè quando citata parte, & per testes idoneos etiam sunt probata indicia, & argumenta ita probabilia & uerisimilia sicut requirit dictum cap. ita est ex mente Doctorum ibi, & in specie Deci. consi. 189. colum. 2. Nam ibi primo disputat, an suspicio falsitatis habeatur pro plena probatione, eò quia tractatur de materia falsi. Secundò disputat an habeatur pro bona probatione

tione tanquam simus in assassinamento, & sic in c.1.de homici. in 6. & quia non est in casu, ideo uult non haberi sentiens clarè id quòd dixi, ad hoc induco text. in l.2.C. de hæretic. ubi habetur quòd leue argumentum sufficit ad damnandum hæreticū. Et tamen illud leue argumentum debet probari integrè sicut quodlibet aliud delictum,ut Felin.in c.litteras. colum. penult. de præsumpt. & ibi alii communiter. Fateor ꝙ etiam per testes alias idoneos examinatos non citata parte propter periculum, & deponentes non super argumentis nec indiciis,sed super ipso mandato, resultaret probatio: considerata tamen qualitate suspecti,quia posset esse talis quòd etiā non crederetur,iuxta cap.in fidei. de hæreti. in 6.& non est uerum quòd in hoc crimine socius criminis repellatur sicut sentit Alexand. in d. consi. ut latè per Angel. de malefic.in uerbo, Sempronium mandatorem.colum.2.& latius ibi per Augustin. de Arim.& potius Alex.in d. consil. uoluit illam probationem impugnare, eo ꝙ erat solus ille mandatarius quam aliter, licet allegēt dictas regulas communes,uide tamē Felin.circa dicta Hostien.& Gemin. in ca. 2.in 5.limitatio. de testibus. ubi reprobat, sed tamen non satisfacit cum consideratione quam proximè feci, ut sit differentia an tractetur de probando indicio, & tunc requiratur plena probatio, an de probando crimine ipso, & tunc si deponant de re omni præstent argumentum, &c. Sed plus est quod uoluit Felin.in 6.limitat.in d.c.2. de testib.dum declarat ꝙ duobus concurrentibus procedant dicta Hostien. & Gemin.aliter non:quod rarò contingit, ita ꝙ in effectu sumus in regula d.c.2.

21 Secundò requiritur † quòd per sententiam appareat probatum esse delictum, ut per eum,& dixi suprà in titu. de foro competen. & ibi allegaui Alexan. dicentem ꝙ hæc est communis opin.in d. cap. unico.in consi.166.colum.fi.uolum. 7. & uerè dicit quòd est communis,ut per Perusi. in eo.c. colum.3.& Gemin. ibi in §. sacri. col.4. & 5.& ita tene,licet Ang.de Areti. in uerbo, Sempronium mandatorem. in princ.aliter teneat. Angel.tamen in consi.14. sentit clarè ꝙ sufficiat confessio, cogita quo ad hoc ultimum. Et difficultas hæc pendet ab intellectu l. si confessus. ff. de custod. & exhib.reor.quæ uult ut confessus non habeatur pro iudicato, utrum etiam procedat in declaratoria uide ibi,& in c.cùm secundū. de hæreti.& per Felin.in c. Rodulphus. de rescript.in uerbo,declaratoria. Addo ꝙ ta-

22 men loquitur d. cap. quando † occiditur Christianus.& ita oportet capitulare & ꝓbare,sic Doct.in eo cap. & Feli. in c. auditis.de præscript.colum.penult.post med.& Corn.1. uolum. consi.202.colum. fin.& d. consi.249.col. 2. post med. & col.4. Adde

23 etiam † ꝙ & si occidentes pecunia dicantur assassini secundum glos.& omnes in d. d.c.unico.Tamen d.c.1.non uidetur loqui nisi in mandante.& ita Aret.in d. consi.antepen.assignat tamen rationem quam suprà dixi esse contra communem, & dicendum est absolutè, quòd uoluerit Pontifex punire etiam, imò multò magis propriis manibus assassinamentum committentes, & ita Bar.in l.non solùm.§.si mandato. col. 3.ff.de iniur. Salic. in l.non ideo minus in fi.C.de accusat.Ang.consi.14. maximè col. fin.& satis probatur in d.c.unico.dum etiā punit ea pœna receptantes tales & fautores dictorum assassinamentorum, & ideo ut dixi,magis ipsos assassinos, & ita seruarem.Et in hac materia assassinamentorum uide Dec. consil.189. columna 2. & 3. Et

24 † quia principaliter in materia assassinamenti requisitus pro reuerendissimo D. episcopo Papiensi detento in ciuitate Romæ non ita pridem consului. Ideo non ab re fuerit ad declarationem præcedentium & materiæ subiicere dictum consilium, in quo tamen multa not. uidentur in materia mandati simpliciter ad homicidium, & quando reus dat operam, ut testes edocti de negotio se subtrahant à deponendo, & quid operetur bona fama ad eludenda indicia,& in materia torturæ testium. Cùm

25 non † soleant nasci iniuriæ unde iura procedunt.c. nonnulli. in princ. de rescript.c. qualiter & quando *el primo.* in princ.de accusat.& l.meminerint.C. unde ui. incredibile existimo sic processum fuisse, prout tamen apparet factum in causa detentionis Reuerendissimi episcopi Papiensis, qui non fugiens captus est, sed uocatus ultrò se obtulit hilari fronte nihil sinistri cogitans,quia innocens erat,atque il-

26 lico detentus fuit,† quæ constitutio uoluntaria præstat argumentum innocétiæ, & de hoc ultra auctoritatem Veron. in cõsil.31.inter illas decé coniecturas de quibus per eum patet unicuique prudenti, cũ
27 † natura abhorreat illud quòd uitam adimit, reste Anch.consil 23. & Barbat.consi. 70.col.2. & seq. uolum. 4. nec posteà examinatus fuit episcopus, nisi post diem quadragesimum, ex quo conicio quod tempore retentionis & ante nihil erat aduersus eum, quo casu quicquid inde sequitur, malè & perperam secutum dicitur: ita
28 † ut etiam eius confessio, si secuta esset, diceretur extorta. Alex.ad Bart.in l. qui in aliena.§. Celsus. ff. de acquiren. hæredi. & consil.52.circa fin.uolum. 3. & quòd nihil tunc adesset, sed expost superuenerit eo etiam manifestius colligitur, quia iã elapso multo tempore postquàm in carcerem coniectus est in ciuitate Parmæ ad examé testium deuentum est super crimine mandati ad homicidium in personam Alexandri ex comitibus Languschi, & mortis inde secutæ, & quo ordine. Nam fuit primò capitaneus Alfonsus fune cum ferro pedibus annexo acerrimè tortus à summo usque ad imum, & tertia uice eleuatus antequàm interrogaretur.. Deinde iudices nõ memores eius quòd dixit Anch. in dicto consil. 23. dum inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando uia inquisitionis proce-
29 dunt maximè in dominio ecclesiæ † quæ mandat etiam reos sanguinis defendi. cap. reos.23.quæstio.5 & c. inter. de immunit. eccles. cœperunt episcopum interrogare de dicto scelere. Reperiturne qualiscunque esset persona, & qualecunque esset crimen de quo tractaretur, quòd hoc fieri debuerit? certe non. Nam quamuis testis interdum possit torqueri, & etiam de alijs interrogari, iuxta l.ex liberò.& Bart. ibi.ff.
30 de quæstionib. Prius tamen † debet examinari, quia fortè sine tortura interroganti satisfaciet, & tale quid deponet, ut cum examine aliorum per eum nominandorum cessare posset omnis tortura quo in casu testes non sunt torquendi, sed sequendi. Bald. in consil. 385. in quinto. & hoc Bartol. etiam sentit in d. l. ex libero. & text. in l. hoc carmen. §. si ea rei conditio.ff.de testibus. Hoc etiam patet, quia examinandæ sunt exceptiones aduersus criminibus notatos ante torturam. casus est in l.1.§.si quis dicatur. & ibi Bartol. ff. de quæstionibus. & ita seruat uniuersus mundus. Est aliud etiam ex quo apparet minus iure id factum fuisse, quia licet sint tales testes, qui torqueri possint, tamen prius præcedere debent indicia contra reum antequàm testes torqueantur. Casus est in l.1.in princip. & ibi Bartol. not. & existimat notandum.ff.de quęst.imò amplius idem Alfonsus in quinque examinibus ultra præcedens, in quo tam atrox tortura interuenit, repetitus semper tor-
31 mentis affectus fuit, † quòd etiam non fit nec fieri debet, si tortura debita fuisset à principio, ut not.in l.repeti.ff. de quæst. & maximè in teste in quo etiam Doctores disputant quo ad unicam torturam in d. l. ex libero.& si dicatur in primo examine, omisit quæ uerisimiliter sciebat, iuxta notata per Bal.in l.presbyteri. C. de episcop. & cleric. & in l. præscriptione. C. si contra ius.& in c.1. de crimi.falsi. Dico quòd hæc suspicio militare uidebatur in primo examine in quo fuit tortus, ut dixi acerrimè, & ideo satis fuit de illa tortura, imò nimis in teste qui ad conualidandum dictum suum, solet etiam torqueri leuiter, & maximè quia amplius repeti non poterat non superuenientibus indiciis alterius qualitatis & substantiæ, l. unius. §. reus.ff.de quæstionib.Salic.& Doct. in l.2.
32 C.de custod.reorum. Accedat † moderamen quod est in tortura adhibendum per l.quæstionis modum. cum similibus. ff. de quæstionib. & per id quod egregiè dixit Bald.circa torturam refrænandam in l.data opera.C.qui accusa.non poss.& alibi, ex his dicendum est quòd quamuis Alfonsus aggrauet episcopum in secundo, sexto, &
33 ultimo examine, tamen † nullã penitus fidem faciat, & præter retentionem indebitam, quæ operaretur ut sequentia essent nulla, etiam hoc operatur tortura indebita.l.1.C.de quæstionibus. præterea Alfonsus iste reperitur in pluribus uarietatibus, & ita nihil ei creditur, ultra hoc quòd punitur de falso.l.eos.ff.de falsis. l. qui uaria. ff.de testamen.& Felin.in cap. cùm in tua. de testibus. omitto multas qualitates eum repel-

repellentes maximè infamiæ propter crimen rebellionis quod eum sine sententia declarat rebellem, ut in extrauagan. qui sint rebelles. cùm præsertim repertus fuerit in flagranti crimine, iuxta l. ictus fustium. cum ibi nota. ff. de infamibus. est etiam particeps criminis, quia fassus est se fuisse nuntium ad delictum patrandum, iuxta l.quoniam liberi. C.de testib.cum similibus. Non obstat quòd simus in materia assassinamenti, quia hoc primo negatur, ut infra ostendam. Secundò posset procedere quando sola hæc macula militaret, sed hic militant aliæ plures: ergo nihil facit. Non obstat quòd coram alio iudice in septimo examine ratificauerit secundum examen, & in ultimo idem coram alio Romæ, quia ob hoc non tollitur tortura indebitè data à principio quæ operatur
34 † ut eo Alfonso semper sub eodem imperio in carcere retento durauerit idem metus, per notata à Bald. in l. 2. C. quod met. cau. & ad hoc uideatur si placet, consil. Dec. 468. & consil. eiusdem 498. in quibus loquitur de illis qui primo à duce metu se recognouerant, & successiuè nulla ui apparente ab aliis omnibus in dominio successoribus, & tamen consuluit Dec. ꝙ eadem causa metus durabat, iuxta notata per Bald. in d. l. 2. & hæc maximè procedunt in casu isto, tum quia à principio Romæ episcopus se spontè offerens fuit detrusus in carcerem, & deinde intra quadraginta dies nunquàm examinatus, & ut supra, tum quia in ultimo examine Alfonsi contra eum fuit sexies repetita tortura cótra ius & pium. Addo ad rem maximè ꝙ etiam dictum huius hominis, quando uerum esset, non continet assassinamentum, ut tam in prædictis quàm circa reliqua possit induci aliquod speciale propter criminis immanitatem, iuxta l. Cicero. ff. de pœnis. & l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. & utrobique Bartol. & iuxta c. 1. de homicid. in 6. quia dum loquitur de quatuor nummis aureis dandis Ioanni & Alexandrum interficeret, apparet quòd dati non fuerunt ad hunc immediatum finem, sed tantummodo ut super hospitio commoraretur, donec interficiendi Alexandrum sese offerret occasio, & textus in dicto cap. 1. & quotquot Doctores de hoc
35 loquuntur, semper dicunt † assassinamentum esse quando datur pecunia carnifici ad finem ut homicidium faciat, non obstat quòd interuenerit promissio quòd ei nunquàm defuisset, quia pars non fuit præsens, sed fuit quædam nuda pollicitatio in eius absentia quæ nec etiam fuit per Ioannem acceptata qui arbitratus est, ꝙ episcopus iocaretur secum sic Alfonsus, & ad hoc est decisio Baldi in terminis, in consilio 383. in 5. reperito in primo consilio 98. Addo quòd etiam uerbis generalibus dixit quòd ei non defuisset, quæ uerba non sunt obligatoria etiam stipulatione interueniente, & ideo non habentur in cósideratione, ut notatur in l. 1. §. si quæsita. ff. de uerborum obligat. & non fuit etiam explicitè facta promissio pecuniæ, prout uolunt iuxta textum in dicto cap. 1. Doctores loquentes de pecunia data, uel promissa, ut Salic. in l. non ideo minus. ad fin. C. de accusa. text. in d. l. Cicero. & in dicto §. si mandato. & Corn. clarè, uolum. 1. consil. 249. colum. 2. & ubi præcisè non sumus in terminis dicti cap. cessat illa rigida dispositio contra assassinos, ut not. in d. c. & in specie Bal. in dicto consi. & Corn. in allegato consil & Aretin. in consil. 164. charta penultima. non curo etiam de promissione uxoris dandæ Alfonso, quia text. & Doctores loquuntur de pecunia danda interfectori quod non est hoc casu. Item non est explicitè promissio pecuniæ. Item est quædam promissio alterius rei etiam non dependens à uoluntate promittentis, quæ etiam non apparet quòd fuerit acceptata per Alfonsum, utpote inaniter dicta, iuxta l. obligationum §. fin. ff. de actio. & obliga. Non prætereo ad intellectum prædictorum, quòd si etiam essemus in casu speciali in quo socius criminis admitteretur, ut in crimine læsæ maiestatis: tamen non sufficeret ad torturam, Alexan. pulchrè consil. 11. uolumine primo. quod tamen est superfluum postquam tot offendiculis in totum corruit dictum Alfonsi.
36 Ad prædicta dum dico † quod etiam Alfonsi dictum non continet assassinamentum est aduertendum quòd ex quo non secutum fuit homicidium opera dicti Alfonsi; nec Ioannis, ideò etiam non sumus in illo cap. quod loquitur saltem

quando insultus factus fuit. ad hoc uideatur tex. in dicto cap. in quo non habetur quòd solùm mandatum sufficiat, sed dicitur etiam quòd non secutus fuerit effectus homicidii. & ita Angel. & Dyn. in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniuriis. & Augustinus de Arimino in uerbo, Sempronium mandatorem. columna quarta. & per Corn. primo uolumine, consilio 202. & etiam in alio de quo suprà, ex quibus omnibus sumus extra difficultatem, an testes sine citatione partis in assassinamento examinati probent iuxta notanda uerba Gemin. & Hostien. in d cap. in §. 1. loquuntur tamen ubi aliàs sint idonei, quia ubi dubitatur quo ad unum, in cæteris existimatur adesse omnis habilitas. l. qui testamento. in princip. ff. de testamen. & in cap. 1. in fin. de ætat. & qualita. Sed quod plus est Gemin. & Hostien. reprobantur, & quoquomodo sit, ita declarantur quòd nullam offensionem faciunt, ad hoc uideatur Felin. in cap. 2. in 5. & 6. limitatione. de testibus. Nec coadiuuatur dictum huius Alfonsi eo quia aliqui deponant de quadam lite, quæ inter eos fuisse dicitur, & nescio quibusdam precibus porrectis in Senatu Mediolani, per Alexandrum contra hunc reuerendiss. episcopũ, & ex fama & equis episcopi cognitis sub interfectoribus inter quos dicitur quod erat unus ex eius seruis, & ꝙ fuerit captus quidam puer episcopi die patrati homicidii, & ꝙ nescio qui familiares episcopi abstulerint barbas quasdã quibus aspectus faciesq; immutatur antè, cuidam Antonio, & ultimo quòd opera consanguineorum & agentium pro episcopo, Bernardinus & nonnulli alii, qui de crimine debent esse edocti se absentes fecerunt, quia aduertendum est, ꝙ cessante prorsus dicto Alfonsi uti cessat non uideo quomodo ex prædictis de mandato possit procedi, ex quo in primis in eodem processu debet constare certissimè de ipsis mandatariis, non enim † ualet depositio testis cõtra mandantem, nisi etiam deponat contra mandatarium, l. is, qui rem. §. si tu Titium. ff. de furtis. ubi Bartol not. Bald. consil. 259. uolum. 1. ad finem. 2. colum. & sequen. & consil. 52. uolum. 1. Alexan. consil. 14. colum. 3. in 3. uolum. & consil. 15.

37

uolum: 1. & alibi sæpe per Doctores, & semper Doctores disputantes de pœna imponenda mandanti propter mãdatum pro concesso, habent quòd de mandatario nõ esset dubitatio, quin ipse rem patrasset. ad hoc uideantur Bald. & Moderni in l. 1. C. de seruis fugit. & in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquir. hæred. nec ex eo quòd unus cognouerit seruum episcopi super uenatione, & aliqui alii deponant de auditu quo ad alios seruos cognitos super uenatione, dicitur constare id quòd dicunt, & minus quod illi certè homicidium fecerint, & hæc ultra quòd nec super inimicitia, nec super aliis de quibus supra potest fieri fundamentum: nam præter qualitates repellentes testes quæ multæ sunt uti proponitur de inimicitia non constat, licet deponant de quadam lite & precibus porrectis contra episcopum, quia ob hoc aliter nõ constito quòd magni momenti causa esset, non oritur capitale odium, ut per Felin. in cap. cùm oporteat. de accusatio. & alibi. quòd solùm capitale odium in hoc casu ponderant Bald. & alii ad coniiciendum mandatum. in d. l. 1. & in d. §. pater Seio. & meritò quidem, quia ex leui lite potius est præsumendum contrarium, & si dicatur, preces erant iniuriosè, cuius exemplum reperitur, dico ꝙ nullibi constat quòd sit exemplum illius, nec etiam creditur fratri interfecti quòd illud inuenerit in scripturis fratris cui infensus est ob suspicionẽ homicidii ipsius fratris, ultra hoc quòd est pars. Nec obstat ad hoc quòd frater, imò fratres & uxor fecerint fidem ꝙ non suspiciantur, † quia satis est ad fundamentum inimicitiæ quòd subsit causa & suspicio in genere. Felin. in d. cap. cùm oporteat. & Deci. in l. 1. §. prætereà. ff. de quæstio. Fama etiam nihil obstat, quia dicunt testes ortam esse ex causa dictarum precum, & pueri inuenti illa die, ut suprà, quia super dictis precibus nõ potest fieri fundamentum, nisi attenta fide fratris dicti interfecti, & ita habet originem à maleuolis sicut suprà proximè deduxi cap. qualiter & quando. *el secondo.* in princip. de accusat. cum uulgaribus, & & minus obstat origo confessionis pueri, qui metu ne interficeretur, dixit ꝙ erat puer episcopi, ut apparet in processu.

38

Cessante

Cessante igitur actu, super quo iacet basis famę in hoc proposito nihil penitus obstat quod de fama dicitur Bart. in l. de minore. §. plurimum. in 3. & 4. quæstio. ff. de quæstio. & per Aretin. consil. 72. & hoc ultra ea quæ sunt contraria famæ de quibus ultimo dicam, ad elidendam etiam omnem suspicionem. Super aliis autem scilicet quòd inter interfectores habentes equos episcopi etiam adesset unus ex famulis eius, & ut suprà, non potest iuridicum fundamentum fieri, & hic tollo etiā aliter fundamentum odii & inimicitiæ.

39 Nam † ex eo quòd famulus meus occidat inimicum meum, uel filius meus, uel consanguineus, non propterea præsumitur mandatum. text. est cum gloss. in cap. cùm ad sedem. de restitutio. spoliator. in uerbo, interdictum. & in l. 3. §. cùm igitur. uersicu. nam cum familia. ff. de ui armata. Bal. consil. 383. colum. fin uolumine quinto. Anan. consi. 59. & ita sentiunt Bald. & alii in dicta l. prima. & Doctores in dicta l. si quis mihi bona. dum plura requirunt debere interuenire. Accedat secundum proposita quòd unus ex famulis episcopi habebat capitalem inimicitiam cum interfecto, & ideo etiam quod immediatè aliquid appareret de mandato, iuxta terminos quæstionum formatarum in d. l. 1. de ser. fugit. & in d. §. pater Scio. adhuc excluderetur mandatum, & potius præsumeretur consilium. Sic Bal. & Doct. in d. l. 1. & Brun. in tract. torturæ. char. 4. col. 2. & alibi sæpe, uerùm cùm non simus in talibus casibus, imò simus longè distantes non potest fieri fundamentum alicuius delicti aduersus episcopum, sed ꝙ ipse famulus à se ipso fecerit associatus etiam aliis conseruis inter quos solet esse maxima amicitia, qui alii conserui etiā potuerunt id peragere sine scientia domini fortè etiam cogitantes, rem gratam facere domino quòd sæpissimè euenit in his partibus.

Super est ut tollam fundamentum subtractionis examinis Bernardini & nonnullorum aliorum in qua difficultate non expedit recurrere ad cap. peruenit. el primo. de testib. cogen. & not. per Doct. ibi maximè allegatos per Felin. Nam testes isti si non uenerunt hactenus, ut examini se subiicerent, nec adhuc ueniunt, constat de iustissima causa quæ est ne tam impie tractentur, ut tractatus fuit Alfonsus, sic protestantur ipsi, & sic etiam credendum est, quia, ut dixi, de causa constat, iuxta nota. in l. quædam mulier. ff. de rei uendi. &

40 † quòd hæc causa in specie inducat iustissimum metum uideatur. Bartol. in l de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunt. & in l. interpositas. ubi etiam Bal. & alii. C. de transact. & ad hoc ut simus in casu quando quis seipsum, aut alios subtrahens à deponendo incidat in pœnas iuris,

41 † Requiritur dolus, & expressus iudicis contemptus. l. 3. in princip. ff. de crimi. stellio, & per Alexan. in l. argentarius. §. cùm autem. colum. 1. & seq. ff. de æden. & maximè ita credendum est, ut suprà: quia etiam dictus Bernardinus ex eadem causa sic tortus fuit, & ita meritò uerificatur in ipso uulgatissimum illud prouerbium, Canis aqua feruenti semiustus timet etiam frigidam, litteræ etiam quas fatetur episcopus per eum scriptas fratri, circa absentiam aliquorum ex eius famulis fundatæ super indebitis cruciatibus dicti Alfonsi, & aliorum: quia ut dixi apparet quàm iniustè tractatus fuerit, & de causa nihil officiunt. Et aduertendum est, quòd etiam reuerendissimus episcopus debuit cogitare, non tantùm super salute amicorum suorum, sed etiam & in primis super sua ipsiusmet, contra quem ex indebitis torturis, & acerbis cruciatibus potuissent extorqueri præter ueritatem aliqua à dictis familiaribus, quæ causam immortalem fecissent, ut ipse

42 etiam dicit in examine. Non omitto † ad elidendam omnem suspicionem, & tollendam omnem infamiam adesse instrumentum fidei oppidi Rozasachi super cuius territorio asseritur patratum homicidium quòd nō fuit fama in illo loco contra episcopum de homicidio Alexādri, sed quòd fuerit interfectus ab aliis suis inimicis, extare etiam protestationem eorum, qui essent offensi deponentium nunquam tale quid suspicatos de episcopo, extare etiam instrumentum ciuitatis Papiæ, cum litteris ad summum Pontificem in quibus fit attestatio de bona fama episcopi, & quod nunquàm fuit fama contra ipsum de hoc crimine, extat etiam fides capitanei iustitiæ generalis in toto dominio Me

diolanensi, quemadmodum diligenti opera usus est super morte dicti Alexandri mandato illustrissimi ducis, & nihil comperit, quinimò uidit quòd præfatus illustrissimus dux post mortem Alexandri episcopum benignè suscepit, & tractauit, extat fides etiam cleri Papiensis de bona fama episcopi, & de his omnibus extant instrumenta publica, & factæ essent fides in iudicio coram iudice inuestigante contra episcopum: sed recusauit illas recipere, prout de dicta recusatione extant duo
43 instrumenta apud acta, † & ita perinde est, ac si omnia in iudicio facta essent post quàm iudex noluit acceptare, ut c. si iustus metus. de appel. Si igitur & de contraria fama in specie, quòd ipse deliquit, & de bona fama, eo modo apparet, ut dictum
44 est, † nonne etiam si quod indicium resultaret ex obiectis contra episcopum tolleretur, & qui alias esset torquendus non torqueretur. Bart. in l. 1. §. penulti. ff. de re milit. Bald. in l. fin. col fi. C. de probat. Alexan. consi. 14. col. 13. uol. 3. Bar. & Moderni in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. Nam oritur talis opinio quod per eam tollitur uel eliditur indicium, non solùm per bonam famam, sed etiam per alium indicium ad fauorem rei. Ias. in l. 1. ad fi. C. cómu. de lega. & indicium maximum pro episcopo colligitur ex fide capitanei de qua
45 suprà. Et aduertendum est † quòd cum bona fama etiam sit in specie ꝗ non deliquerit in hoc casu, etiam tollitur mala fama in specie, iuxta ea quæ dicit Alex. consi. 70. in 1. uolum. & consil. 62. col. 2. uolum 3. & alibi sæpe. Hæc uolui dixisse, ut & si singula quando penitus sunt inualida non coniungantur, ut not in l. admonendi. ff. de iureiur. Attamen si modo aliquid amaritudinis resideret, siue de iure, siue extra ius in pectore iudicium cum his ultimis omnia sileant, Laus Deo, & uide semper circa specialia in assassinamento Ioan. Bernar. Hispa. in sua canonica practica criminali ca. 91. qui tamen non gustauit perfectè mate-
46 riam. Octauò esset quærendum † an mãdatarius excuset mandãtem, dicens ꝗ motu proprio fecit. & non de mandato alicuius, & uidetur non excusare per regulam l. quoniam liberi. C. de testibus. ubi uide Bald. in 1. colum. qui ex ea dicit quòd si sunt quattuor socii in rixa, & tres delictum fateantur, & excusent quartum nihil ualet excusatio militantibus indiciis aduersus eum, & ita Bal. in terminis in c. 1. §. iniuria. col. penult. uersic. quæro si Titius. de pace iur. firm. qui dicit quòd testimonium delinquentis nihil ualet sicut dixi, & quòd præsumptio est contra mandantem non existentibus probabilibus coniecturis in contrarium sequitur Alex. in l. fi. ff. de quæstio. in apostilla. incip. eruent ueritatem, & post eum Marsil. in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæst. Sed aduerte ne erres, quòd aut nullo modo constat de mandato, & tunc superflua est quæstio, aut constat, & dubitatio est pulchra, quia simul conuenit quòd mandauerim, & quòd tamen mandatarius fecerit ad sui ipsius uindictam, Dicendum tamen est, ut dixi, & maximè quia constito de mandato saltem per indicia uidetur in dubio factũ in eius executione, ut dixit Bal. ubi suprà, & facit glo. in l. quædam mulier. ff. de rei uendic. oportet in hoc iudicem esse circunspectum, & bene considerare quomodo casus acciderit, & an interuenerit rixa in actu homicidii, & an fuerit conuersatio post mandatum inter homicidam & occisum. Cessat tamen hæc consideratio per decretum nostrum de quo supra puniens solùm manda-
47 tum. Quid uerò † si occidens diceret qđ mandatum talis fecit an sibi credatur, & uidetur non esse credendum ex eisdem fundamentis, & uide Hippoly. in d. §. diuus Antoninus. ubi ad hoc allegat consil. Bald. & alia, & ad quęstionem principalem an mãdatarius excuset mandantem, uide ultra Bald. & alios ubi suprà, Vero. cautel. 76. uidimus quamplures & in consi. 61. post reditum. colum. 1. Nonò omittendum non
48 uidetur † quomodo cognosci possit mandatum, & quomodo oriatur. in quo articulo uide Bart. in l. non solùm. §. mandato. ff. de iniur. in 1. quæst. ubi dicit quòd consideratur substantia uerborum, & non sonus, & propterea licet non dicatur mando, sed proferantur talia uerba ex quibus æquipollens resultet, tamen dicitur mandatum, & bene dicit. Hinc Bartol. in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquiren. hæred. decidit quòd cum quidam nobilis, qui receperat iniuriam, di-

xisset famulo suo, nunquàm redeas domũ, nisi sentiam aliquid de hoc negotio, & postea famulus occidisset illum iniuriantem, quoniam ex illis uerbis resultabat mandatum, illi nobili fuit amputatum caput. sequitur Alex. in consi. 127. col. 2. uolu. 4. & consil. seq. in fi. & latè prædictam conclusionem ꝙ omnia uerba sufficiunt ad hoc, ut sit mandatum sequitur Ange. Aret. cum duabus glo. una antiqua, & altera recentiori. in uerbo, Sempronium mandatorem in primis uerbis. & ibidem in quæst. 21. & ibi latè in apostillis, imò non solùm ex uerbis resultat mandatum, sed etiam non interuenerunt uerba saltem quæ fuerint audita, iuxta dictum Bal. uulgatum in l. 1. C. de ser. fugiti. de illo qui posuit os ad aurem famuli qui famulus postea incontinenti occidit eius inimicum, ꝙ dictum latè ornat & declarat Ias. ibi ad hanc quæstionem. uide omnino Bald in d. l. 1. ubi posteaquã dixit quod mandatum fit per uerba Imperatiui modi, subdit ꝙ etiam oritur in eo qui rogando optat fieri de aliqua re uindictam, & etiam in eo qui ponit os ad aurẽ, &c. sicut proximè dixi, hãc conclusionem bene probat text. in d. §. pater Seio. ubi dicitur quòd iussus probatur per quæcunque uerba etiam enuntiatiua. & ideo Bar. ibi decidit per illũ §. quæstionem. de qua ibi, & quam retuli suprà, quando nobilis dixit famulo, nunquàm redeas domum, &c. & ita Ias. in d. §. quem legit pro uersiculo in §. sed quid si mandauit. col. penul. uersic. pondera. allegat etiam Ana. consi. 56. col. 3. Ad hoc etiam ponderant tex. Docto. ubi suprà, in c. ex literis, & ibi Abb. ad hoc in specie not. de excessi. prælat.

49 Aduerte † tamen quòd uerba debent expressè tendere ad delictum, aliàs fieret interpretatio in meliorem partem, ita Alexan. in consil. præalleg. 127. col. 3 in princ. & melius consil. sequen. col. 1. & sequen. & respondet ad decisionem famuli cui dicit Dominus, Fac ut sentiam aliquid noui, &c. quod iniuria præcedens parit talem præsumptionem, qua cessante nullo modo fieret talis mandanti interpretatio, & ita uoluit dicere Bald. in d. leg. 1. uersic. & nota. C. de ser. fugit. qui dicit quòd quando consilium potest uerisimiliter se habere ad bonum & malũ fit interpretatio in bonam partem, quod dictum Ias. ibi latè ostẽdit uerum esse. colum. Nam per uerbum, uerisimiliter. Bal. uoluit dicere ꝙ etsi uerba possint quoquomodo interpretari, ut non contineant malum: tamen si illud non est uerisimile, sed potius est uerisimile malum fieri debet interpretatio in malum, & nisi ita diceremus destrueretur omnino decisio suprà relata de famulo, tam in exẽplo eius dominus dixit, Fac quòd sentiam aliquid noui de tali negotio, quàm in alio quando dominus posuit os ad aurem famuli, & ita intellige gloss. & quæ ibi dicit Bald. in l. ob hæc uerba. ff. de infamib. Nã fateor quòd qui hortatur, non mandat, & sic de similibus, quia inter ista est differentia, ut omnes sciunt, sed tamen ex præcedentibus, & sequentibus, & natura rei aliud est coniiciendum, non habita aliqua ratione uerborum quemadmodum dixi, & dicit Bart. in d. leg. non solùm. §. si mandato. Et hoc est quod Bald. tandem dixit in d. l. 1 C. de ser. fugi. Nam postquàm de mandato latè locutus est, & quid sit mandatum, & quomodo oriatur, & similiter de consilio subdit in uersicu. ex personis. Ex personis denique, causis & moribus, ac animositate loquentium dicta pensemus, & hæc est ultima uerior que proculdubio sententia Et ita etiam uerificatur id quod dixi de illo qui optabat, ut se ulciscerentur, quòd adhuc mandatum oritur, intelligendo ex qualitate personarum, causarum existentium, morum, & efficacia uerborum. Ex hac declaratione potes decidere

50 omnes casus. & † apparet quòd omnino est uera decisio de famulo, cui nobilis dixit, si tamen præcessit inimicitia capitalis cum ipso domino, & est communis opin. declarando tamen eam, ut per Ias. in d. l. 1. C. de ser. fugiti. ueruntamen illa quinta declaratio quòd non solùm capitalis inimicitia debeat prçcedere, sed etiam sequi debeat homicidium incontinenti, est contra communem opinionem Doctorum, & ꝙ Ias. malè dicat, patet quia Bal. quem principaliter ponderat in d. l. 1. C. de ser. fugit. non loquitur de domino qui dixit, ut suprà, sed de domino qui posuit os ad aurẽ, inter quæ magna est differentia ut uides. Primũ enim inducit fortiorẽ præsumptionem quàm secundum, & ideo non mirũ si

requiritur in hoc secundo exemplo alia presumptio, ut scilicet incontinenti secutum fuerit, & si dicas, Bal. allegat Bar. ergo intelligit Bar. sicut ipse dicit. Respondeo ꝙ dum allegat Bar. in d. l. si quis mihi bona. illum uoluit allegare in fortioribus terminis, sed dum allegauit in d. §. si neutri. uoluit ibi Bartol. intelligere sicut dicebat, sic etiam respondeo ad consi. Ana. 63. col. 3. unum est ꝙ patet manifesta ratio diuersitatis, inter unum casum & alium, & omnes cum Bar. transeunt in d §. pater Seio. & Angel. Areti. in d uerbo, Semproniũ mandatorem. in 22. quæst. Si tamen inimicitia erat, & cum domino & famulo resultat consilium, secundum Bal. in d. l. 1. C. de ser. fugit. & latè Bru. in tract. suo torturę. char. 4. col. 2. ubi uide, & ita uoluit dicere Bar. in d. §. si uentri. & omnes qui Bar. ibi sequuntur, ut facit Hippol. in l. statuliber. col. 3. ff. de quæst. & Alex. ibi allegatus. Felin. in c. sicut dignum de homicid. col. pen. uersic. 3. Ang. in d. l. si uentri. & Felin. in c. 1. de offic. deleg. ubi pariter tractat materiam quam tractat in d. c. sicut dignum.

51 Ex prædictis etiam uides ex † eo ꝙ famu mulus meus occidat meum inimicum, uel filius, uel consanguineus, propterea non præsumi mandatum, sed alia requiri, & de hoc est tex. cum glo. in c. cùm ad sedem. de restitu. spoliat. in uerbo, interdictum. & in l. 3. § cùm igitur. uers. nam cùm familia. ff. de ui & ui arma. Bal. consi. 383. col. ult. uolum. 5. Anan. in d. consi. 59. & omnes ubi suprà, dum ponunt dicta exempla domini, qui dicit famulo, Fac ut sentiam, &c. uel qui posuit os, &c. & ita Bal. præcisè in d. l. 1. C. de ser. fugit. uersic. ex personis denique. ubi allegat d. c. cùm ad sedem. In contrarium uidetur facere text. in c. constitutus. el tertio de testib. & quod not. Bart. in l. 1. §. fi. ff. quod ui aut clàm. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 10. quæst. ff. de

52 oper. no. nuntia. In istis locis habes, † ꝙ delictum factum à filio, uel seruo in re cõcernente interesse patris uel domini præsumitur factum uoluntate patris uel domini, & satis diceretur uoluntate patris, uel domini factum quando esset ad uindictam iniuriæ illatæ patri uel domino, sed hæc loquuntur in causa ciuili, & quo ad præiudicium ciuile: tamen ego facio hanc illationem, ꝙ ubi esset talis præsumptio, quæ sufficeret ad condemnandum ciuiliter, sufficeret in criminali ad torturam, secundũ Bar. in l. fin. in fi. ff de in litem iuran. & ideo quando adesset aliqua alia præsumptio, et ꝙ non esset tam uiolenta, ut in dictis exẽplis, res non haberet difficultatem: quia cum dicta alia præsumptione, sine dubio præsumeretur mandatum in materia ciuili, ut per Alexan. in consil. 69. col. 2. uersic. fortificantur. uol. 2. Igitur in causa criminali oriretur, tunc indubitatum indicium ad torturam. Aduerte tamen dum dixi suprà, quòd quando cum utroque est inimi

53 citia † quòd præsumitur consilium in casu dubio, uidelicet, quando secretò dixit ad aurem, &c. quia illud intelligitur nisi inimicitia esset accessoriè in famulo ex inimicitia contracta cum domino aliter fatua esset decisio, & ideo Bald. in d. l. 1. dicit quando pariter essent inimici, & secus quando dispari modo, puta maior esset in uno quàm in alio, uel quando principaliter cum uno, & accessoriè cum alio. Sed

54 pone † quòd reus dicat uerum est quòd dixi, &c. uel prout dicunt testes in effectu fatendo mandatum, iuxta dicta suprà, an possit postea declarare dictum suum, ita ut in effectu excludat mandatum, & uidetur non posse, quia reus non potest perimere confessionem suam. c. cùm dilecti. de accusat. ubi Felin. post alios. Bald. in l. 2. C. de custo. & exhib. reor. in fi. Sic etiam Bald. in Authen. sed nouo iure. uers. item quid si confitetur. C. de ser. fugit. ubi Bald. uult ut uerba ambigua reus confessus possit declarare, clara non, ut ibi per eum, est materia l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. de qua per Alex. in l. diuortio, in prin. & alibi sæpe. ff. solu. matrimo. & ibi etiam Alexan. latè dicit quòd non potest recedere à recto sensu, ut ibi, sed difficultas est quando lex interpretatur mandatum se-

55 cundum terminos suprà declaratos, † an possit ipse in eo casu interpretari destruẽdo sensum præsumptum à lege. Nam si diceret erraui, uolo probare contrarium, audiretur etiam quòd expressè confessus fuisset homicidium, sed hæc est alia materia, ut declarat Felin. in d. cap. cùm dilecti. in 11. notabi. ubi uide, Credo non posse, & quòd paria sint, uel quòd quis explicitè confessus

confessus uelit perimere confessionem, uel implicitè secundum terminos suprà allegatos, ita ut resultet confessio delicti, & tamen posteà extra omnem uerisimilitudinem uelit exponendo tollere omnem sensum illorum uerborum. Ad hoc adduco Bal. in terminis si bene uides in d.l.1. C. de seru. fugit. in d. uersic. & not. quòd consiliũ ubi uult, ut ille qui dat consilium quòd uerisimiliter potest interpretari in bonam partem, possit illud in bonam partem interpretari. Igitur non uult, ut hoc omni casu liceat, sed tantum quando uerisimiliter cadit interpretatio boni, sed quando interpretatio est non uerisimilis, & nullus est, qui non diceret talia uerba, indicare expressam confessionem delicti, si admittatur hæc interpraetatio dicitur omnimoda peremptio, & extinctio confessionis improbata per d. ca. cùm dilecti. & ea quę suprà dixi, aliàs sequeretur quòd prędictæ omnes decisiones eluderentur, quia semper reus inueniendo aliquam expositionem euaderet. Nam ut dixi non requiritur aliqua probatio, sed tantùm quærimus an simplici uerbo possit reus exponere suum dictum, quòd esset ridiculum, & ubi posset declarare seipsum, crederem ut
56 etiam ex interuallo posset, † quia qui declarat, nihil de nouo inducit. l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de testamen. c. pastoralis. §. 1. & ibi Abb. de appella. Sic etiam in teste secundum Bartol. in l. 1. col. 2. ff. si cert. peta. Feli. in c. cùm olim. de re iudic. col. 3. & in c. licet causam. col. 12. extrà, de probatio. facit l. actorum. & ibi glo. & Do
57 cto. ff. de re iudic. Sed pone † quòd de mandato per solam confessionem mandantis constet an poterit puniri, uidetur non posse, per ea quæ posui suprà, sub rub. 1. de delicto. & hoc non uidetur habere difficultatem ubi de solo mandato non secuto effectu tractetur. Cæterùm si sit secutus effectus de quo constet èst maius dubium, & tantò magis, quia secuto effectu non tenetur mandans propter mandatum, sed propter delictum secutum, & ideo et debet apponi locus & tempus delicti consumati, secundũ Bar. in d. §. si mandato uers. quæro unde oritur obligatio. & Ang. Are. ubi suprà. Tamen concludo non teneri ex quo propter mandatum tenetur, ut per Bar. & Angel. ubi suprà, si tamen mandatarius attestaretur de mandato, arbitrarer quòd licet alias non credatur ei contra mandantem, tamẽ quo ad ipsum delictum probatio esset sufficiens, & hoc per ea ad quæ etiam me redigo in illa materia delicti, & facis de se hoc applaudit auribus cuiusque rectè sentientis, maximè quia talia mandata fiunt secretò, & de eis non potest constare per inspectionem, sicut de homi-
58 mine occiso. Aliqua alia † in materia mãdati uide per Afflict. in titu. de pace iura. firm. in §. iniuria punitur. in 4. notabili.

Quæro quid iuris sit in consulente fieri delictum, uide Bald. primo uol. consil. 250. col. 2. Bal. notabiliter in 4. uol. consil. 287. & Bald. not. 5. uolu. consil. 382. col. 2. & seq. Alex. consil. 103. col. 8. in 1. uolu. & Bartol. in l. in furti. §. ope. ff. de fur. & uide regul. & fallentias per Felin. in c. sicut dignum. col. 3. de homicid. & in c. 1. de offic. deleg. & communis conclusio est secun-
59 dum eum † quòd tenetur pari pœna sicut faciens si absque eo consilio non erat facturus, aliàs non tenetur eadem pœna, sed punitur mitius, & hoc nisi reuocasset dictum consilium, & reuocationem notificasset tam illi contra quem factum fuit consilium quàm ei cui dedit, ut per Felin. ubi suprà, qui etiam multas alias limitationes ponit, & ponit etiam quid ratione damni dati ex consilio, an consulẽs teneatur ad eius restitutionem, & quando, & quid in Doctoribus malè consulentibus, & consiliariis principum, uide etiam apostillam ad Ang. circa 22. quæst. in qua ponit materiam persuadentis, ubi allegant ur alia consilia, sed melius quàm alibi, & copiosius, & magis consideratè ponit nouissimè Deci. in regu. consilij non fraudulenti. de regul. iur. in 2. colum. maximè uersicu. 2. regula, non habet locum in delictis, ubi dicit communem esse illam quàm suprà dixi post Felin. & ita intelligit & declarat Bartol. in dicto §. si mandato. uersicu. quæro, utrum in persuadente. qui indistinctè tenet, ut consulens uel persuadens, teneatur siue faciens aliàs esset facturus, siue non uult enim ut procedat eius dictum quo ad eandem pœnam, si aliàs facturus non erat, sed mitius teneri, ubi etiam facturus fuisset, & subdit in col. sequen. uersic. & ad

prædicta.in dubio præsumi,aliàs non fuisse facturum, nisi coniecturæ aliud ostendant. Deinde ponit alia, & multa notanda
60 in hac materia consilii, & † quòd consilium debet esse malũ, & ita debet constare,quia in dubio præsumeretur bonum, & quod cõsiliũ debet præcedere delictum,& quãdo quis dicatur præbere consiliũ,& ꝙ effectus delicti debet esse secutus, & postquàm ibi tantus doctor nouissimè apposuit in hoc articulo manum aliud non dico,nec audeo dicere, & aduerte, quia non uidetur fieri differentia inter consilium & persuasionem,& ita expressè Bart. in d.§. si mandato.col.1. ibi istud non dicitur mandatum,sed dicitur persuasio siue cõsilium,
61 ubi declarat † ꝙ consilium siue persuasio est quando persuasio,uel consilium datur alicui ad eius persuasi utilitatem, ut per eum,& ideo Bart.etiam in d.§.non attingit aliam specificam quęstionem de consulente,sed in uersi.quæro utrum in persuadente.quærit de persuadente, & ibi simul miscet consilium, & persuasionem, & ideo Doct.illam doctrinam Bar. ibi etiam allegant in consilio,licet loquatur de persuasione,ut per Deci.ubi suprà,in d.uersisi.3. regula quem uersicu. uide usque ad alium uersi.seq.incip.sed dictum Bar. Sic etiam Bart.ibidem in uersicu.quæro an puniatur ibi persuadens, seu dans consilium, & in uersi.seq.ubi quærit quare ista persuasio, & istud consilium non possit reuocari, ita ut sufficiat simplex reuocatio ut per eum, sed quid plura? nónne Bar.in d.§. si mandato.in fi.in ulti.quæst. quærit in specie quæ sit differentia inter consilium, persuasionem,instigationem & instructionem, & dicit nullam esse differentiam, & quòd omni casu res consistit in uerbis, & ad utilitatem facientis. Et propterea potest dici consilium,uel persuasio,uel instructio,uel instigatio. & Bartol. ibi refert & sequitur Alexand.consil. 128.colum.1.uolum. 4. & Angel. in d.glos. Sempronium mandatorem.col.fin.in fi.nec in hoc est hæsitandũ, quia Bartol. allegat tex.expressum in leg. in furti.§.cõsilium.ff.de furt. sed quicquid etiam possit esse in modo ineundi, tamen quia in quolibet tenditur ad unum finem, & in quolibet tantum uerba interueniũt, & ad utilitatem facientis resultat eadem iuris dispositio, & hoc sine dubio uolunt
62 Bart.& communiter Docto. † & inquisitio sustinetur si sit ratione unius, & probetur aliud, quia illud aliud est idem in effectu secus si esset de mandato,quod fit gratia mandantis, & probaretur cõsilium uel
63 persuasio,uel instigatio, † uel inflammatio, quo uocabulo inflammationis etiam utuntur Docto. pro simili aliis prædictis, ut Angel. in consilio.22.columna.2. quod consuide omnino in hac materia,quia ibi ponit quis sit persuasor, & quis mandator, & quis ordinator siue author rei. Item ponit ꝙ non consistit differentia in uerbis quo ad cognitionem unius ab altero, sed tantum in subiecta materia, quia etiam si præcipiatur illi ad utilitatem suam, & sibi mandetur,tamen erit persuasio, ut etiam per Bar.in d.§.si mandato.in pri.facit lex.si olei.C.loca.& l.si uno.in princip.ff.loca.& quod inquisitio de instigatione etiam procedat in persuasione,consilio,inflammatione,& similibus,non sic in mandato, ostendit Bal.in l.hæc uerba.ff.de his,qui not. in fam.& Alex.in d,consil.128.col.1.& in consilio 127.col.2.eod. uol. & Ang. ubi suprà. & Alex.consil.69 in 1. uol. & facit regula l. habebat. ff. de instito. & quod ea omnia quæ dicunt Doctor. in consilio etiam habeant locum in persuadente, & inflammatore,uide tex.in d.c.sicut dignum. uersicu. qui uerò animum regis inflammarunt. extrà,de homicid. Nam ille tex. loquitur de persuasione & instigatione, & tamen Feli. ibi,& Doct.not.illum tex.in consilio, & super eo consilio posteà se extendunt, unde in hac materia persuasionis ibi omnino uide,& ubi suprà, & quia dixi suprà quòd
64 probatur ex coniecturis † quòd persuasus alias non fuisset facturus, quæ sint istæ coniecturæ, uide in Doctoribus allegatis per Dec.ubi suprà,in d.reg.col.3. uersi. & ad prædicta,& egregiè, & notabiliter per Ang.in d.consi.col.ult,ubi dicit quòd præsationes malefici hoc ostendunt.

65 Quæro † an statutum puniens præstantes auxilium uel opem, puniat istos consulentes uel instigãtes,siue inflammatores? Est necessaria quæstio, & uidetur non pure,quia impropriè est auxilium, licet auxilium sit,ita Bar. expresè in d. l. in furti §. ope.ff.de furt. in fi. & ibi est locus principalis,

66 palis, † quando quis dicatur præstare auxilium, & ibi an patrocinando pro t l. quo dicatur præstari auxilium, uel mutuando pecunias, & an petêdo gratiam, & aliis modis, ut ibi per eum? & ultimo quærit utrû ille qui dat consilium præstet opem, & dicitur præstare largè, non strictè, & ita probât iura quæ allegat, scilicet. l. sæpe. §. fi. ff. de uerb. signifi & tex. ibi, tamen ex doctrina Bar. in d. §. ope. col. 1. colligitur pulchra declaratio, ut scilicet statutum puniens auxilium non compræhendat dantem consilium, quando statutum punit auxiliarem ratione certi actus, ut si dicat, quicunque dederit auxilium ad committendum homicidium, uel aliud delictum: nam hoc casu requiritur, ut illud auxilium sit propriè auxilium, secus si punit auxiliarem non ratione certi actus, ut adsunt statuta ꝙ non præstetur auxilium bannitis, quia tunc talia statuta habent locum in quolibet iuuamine, pecuniarum mutuatarum, & associationis, & consilii, & sic habes in terminis statuti decisionem ibi per Bar. atque ita si statutum puniat auxilium dantem occidenti ad homicidium non compræhendet dantem consilium, ita Bar. ibi, & Bar. ibi refert & sequitur Angel. in gloss. Andream auxiliatorem. col. 1. in fi. & pri. seq. & ibi latè
67 maximè in apostillis. Quod † aduocatus & causidicus possunt patrocinari pro bannitis pro obtinenda iustitia & gratia, quia
68 officium aduocandi est publicum. Et † ꝙ consilium siue persuasio sit late & largè auxilium, uide latè & per fundamenta iuris Salic. in l. unica. C. de rapt. uirgin. in uersi. ex sexta parte. & est prima quæstio quam tangit ibi, & in effectu fundat se super iuribus Bar. & hanc opin. etiam tenet Ang. in glo. dicto maleficio semper astitit. col. penul. uersi. an autem quis persuadens. & ibi uide in apostillis, alias authoritates. Nec dicta Bar. in l. qui seruo. §. fin. in fi. obstant, dum dicit ꝙ si in inquisitione dicitur de consilio punitur de auxilio, licet non sit dictum, ut habilius prædicta possent committi, quia non uult propter hoc, ut propriè cõsilium sit auxilium ipsi homicidio. Et licet uelit ut puniatur, non uult ut puniatur de auxilio uerè, sed de consilio si interuenit. Et tunc uerum est, quòd erit punitus de auxilio saltem largè, ut latè per Cæpol. consil. 1. col. penult. & ult. & Ange. in d. gloss. dicto maleficio semper astitit. colu. 2. uersi aduertas tamen.

69 De præstantibus auxilium † ad homicidia, & alia delicta tempore delicti, & post ponit Feli. in d. c. sicut dignum. col. 2. de homicid. & in d. c. 1. de offic. delega. col. antepenult. & dixi suprà tit præcedenti. uers sic. quæro qua pœna. late declarando etiam decretum huius dominii in hac materia conditum quod tamen posteà reformatum fuit.

Tit. de Furtis.

SVMMAE.

1 *Auaritia est radix omnium malorum.*
2 *Furtum quomodo probetur.*
3 *Palàm & bona fide rem accipiens non dicitur furtum committere.*
4 *Fur dicitur qui palàm furatur, sed non dicitur manifestus nisi secuta post eum depræhensione, uel acclamatione.*
5 *Rapina committitur quando uis adhibetur, uel rapiens paratus est uim adhibere.*
6 *Furtum non committitur quando quis rapit rem quem putat sibi debitam, licet puniatur, quia propria authoritate facit.*
7 *Furtum non committitur quando quis non habuit animum furandi.*
8 *Furandi animus præsumitur fuisse in dubio ubi non appareat causa in contrarium.*
9 *Furtum an committatur quando res capitur quæ reperitur in platea, uel habetur pro derelicta, uel quamquis fateatur furto subtraxisse cùm tamen sua esset.*
10 *Fur an liberetur quando dominus rei subtractæ uenit ad iudicium & dicit factum fuisse se uolente?*
11 *Confessio quod res fuerit sublata se uolente facta reo absente an illi prosit?*
12 *Iusta causa crudelitatis quod res sit sua, an excuset à furto?*
13 *Conclusio in actione furti qualis esse debeat.*
14 *Furti accusatio an procedat non expressis rebus et quid si exprimatur æstimatio rei?*
15 *Furta alibi commissa & punita grauant et hic commissa*
16 *Statutum ut quis pro tribus furtis suspenda*

tur qualiter intelligatur, & quando dicantur tria furta.

17 Confessus fecisse plura furta diuersis temporibus intelligitur continuatis.

18 Fur Lugdunensis Mediolani repertus cum re subtracta, potest Mediolani puniri.

19 Iudex maleficiorum potest cognoscere de rebus subtractis in consequentiam.

20 Legatus captus & spoliatus in itinere an recuperet damna à principe eum mittente?

21 Furtum rei hæreditariæ dicitur furtũ largo modo, non propriè.

22 Furtum dicitur rei mobilis, non autem immobilis.

23 Statutum loquens in furto habet locum tam in crimine expilatæ hæreditatis, quàm rerum amotarum.

24 Furta domestica quomodo puniantur, & quid in furto domestico paruo uel magno.

25 Statutum de furto alterans pœnam iuris communis non habet locum in furto domestico, licet aliter sit seruatum.

26 Furti domestici iterati causa quomodo procedatur.

27 Furti domestici magni causa contra uxorem uel filium agi non potest, licet iudex per inquisitionem procedere possit, & eos punire.

28 Suspendi an quis possit pro tribus furtis domesticis?

29 Statutum dicens, Si quis fur an compræhendat fœminam.

30 Furis pœna iure digestorum erat dupli uel quadrupli & parti applicabatur, de iure C. & Authent. est criminalis & fisco applicatur.

31 Pœna corporalis in fure nec iure digestorum, nec Authen. erat inuenta.

32 Pœna furtis & Mediolani, & alibi per statuta est imposita.

33 Fur famosus quis, et quomodo puniatur per statutum Mediolani.

34 Fur depræhensus antequàm incipiat contrectare punitur extraordinariè.

35 Fur famosus & latro famosus differunt.

36 Fur famosus dicitur ex eo solùm quòd sit damnatus de furto uel rapina, & sic post sententiam.

37 Agi potest criminaliter & ciuiliter pro quolibet delicto & priuato, & publico.

38 Delictorum tam publicorum quàm priuatorum materia.

39 Fur pecuniæ principis, uel rerum ecclesiæ, aut religiosarum tenetur lege Iulia peculatus.

40 Abigeus quis.

41 Pœna l. Iuliæ de residuis tenetur qui retinet id quod superest illi ex pecunia ad usum publicum destinata.

42 Plagiarius dicitur subtrahens seruos uel filios seruorum

43 Fur si dicat quòd accepit animo restituendi an excusetur?

44 Fur dicitur qui subtrahit non solùm domino, sed etiam ei qui habet simplicem detentationem.

45 Depositarius per negationem solam rei depositæ dicitur furtum committere.

46 Contrectatio rei siue uerè, siue ex interpretatione fiat, committitur furtum.

47 Furti excusari non potest, uel saltem magnã præsumptionem contra se habet qui primo negauit depositum, & posteà dicit se non contrectasse animo furandi.

48 Furtum uel fur quomodo inueniatur.

49 Fur licet patiatur pœnam furti, ut quia fustigetur, tamen non dimittimur nisi rem subtractam restituat.

50 Furto subtractam rem emens, licet regulariter debeat sine prætio eam restituere, tamen aliqui sunt casus quibus debet habere prætium.

51 Emens rem ab hostibus per eos subtractam quando possit eam sine pretio habere secundum decreta Mediolani.

52 Furtum propter necessitatem quando sit licitum.

53 Furto subtrahens instrumentum compræhenditur in statuto dicente, Si quis furtum fecerit rei ascendentis.

54 Furto subtrahens testamentum incidit in falsum.

55 Furto per famulum commisso tenetur dominus quando deliquit in officio sibi per eum commisso secus si extra illud deliquerit.

56 Dominus per exhibitionem famuli qui furtum cõmiserit liberatur, si exerceat officiũ publicum secus si priuatum ut caupo.

57 Officialis in principio officii promittens communitati pro debitis per eius familiam cõtrahendis, & si posteà proclamari faciat, ut nemo cum eis contrahat non liberatur.

58 Pax

58 *Pax facta per offensum an impediat quominus fiscus possit procedere etiam in furto de iure communi, licet propter statutum Mediolani non possit?*

59 *Furtum non dicitur publicum crimen etiam si quis furcis pro illo suspendatur.*

60 *Furtum enorme dicitur etiam si sit modicum quando tamen ex eo tumultus sequeretur.*

61 *Pax sicut prodest in secundo furto ex forma statuti Mediolani, ita etiam in primo ex consuetudine.*

62 *Furti præsumptio an oriatur contra canponem quando bippopera deposita fuit apud eum & restituitur resignata.*

63 *Fur quomodo inueniatur. & de indiciis contra furem.*

64 *Furto facto, uicini possunt torqueri si suspicio est contra eos & malè audiant.*

65 *Furtum confessus potest interrogari de aliis furtis etiam in tortura.*

66 *Furtum an possit probari per probationes minus idoneas ex aliquo speciali?*

67 *Furtorum materia ubi & per quos tractetur.*

68 *Furta aliqua legum conditoribus speciali animaduersione digna uisa sunt, & propterea etiam tituli particulares de illis facti sunt.*



Requens est hæc materia furtorum propter
1 effrænatam † auaritiá, quæ est radix omnium malorum.§ considerauimus. colum. tertia in Authen. ut iud. sine quo quo suffrag. cap. bonorum. 40. distin. & in proœmio decretal. sed quia est uulgatissimum, ideo sine oridne addendo iam dictis rem ipsam percurram, & quoniam de furto in primis cõstare debet. ut dixi in principio operis. Practica est ut quærela par
2 tis hoc solùm demonstret † iure tamen datur modus probandi furtum per dicta Bartol. in leg. si quis ex argentariis. §. prętor ait. ff. de ædendo. ubi Bartol. non loquitur de indiciis contra furem, sed de probando ipso furto: nam ibi quis se defendebat per amissionem rei, dicendo quod erat sibi subtracta, nec habebat necesse probare contra furem, sed tantùm fuisse sibi rem subtractam, & sic factum furtum, & ponit aliquos modos, qui propriè tendunt ad probationem furti & delicti in genere, & inter eos quando famulus aufugit, quia fuga in genere etiam alterius qui non sit famulus, facit indicium contra furem, ut dixi suprà in materia torturæ, & ideo casus fugæ famuli non fuit positus ad alium finem nisi ad ostendendum non solùm delinquentem, sed etiam delictum quæ simul ostendit, licet non ita sit in aliis modis ibi dictis, & eandem considerationem etiam habuit Bartol. in leg. si quando. in fin. C. unde ui. Nam ibi non tractabatur de puniendo fure, sed alio propter ipsum delictum, & ideo tradit modũ probandi furtum, & propriè illa exempla tendunt ad hoc non ad indicium contra furem, & aduerte, quia etiam Bartol. in d. §. prætor ait. sentit ut deberet constare de rebus, ibi si uerò probatur rem, &c. ita etiam Bartol. in d. leg. si quando. in fi. non tamen requiritur probatio quantitatis explicitè, sed sufficit iuramentum secundum materiam d. leg. si quando. & c. fin. quod mer. cau. nisi quando contra tertium, ut per Bart. in d. leg. si quando. colu. fin. & alios ibidem. & in d. cap. fi. Iure tamen hæc probatio delicti non sufficit in criminalibus, ubi possit haberi plenior probatio, ut dixi in eo principio operis. Et adde quod dicit Ias. in d. §. prætor ait. quòd per acclamationem, *Da à li ladri.* non probatur furtum. Et quia furtum à furuo, idest, nigro, dicitur propterea quòd clàm, & obscurè, & plerunque noctu fit, & dicitur contrectatio fraudulenta, &c. ut in leg. 1. in princip. & §. fi. ff. de furt. Ideo
3 scias † quòd qui palàm & bona fide accipit, & non animo contrectandi, in hoc crimen non incidit, Bald. in 4. uolumi consilio 472. & 5. uolum. consil. 89. circa fin. & quando dicatur palàm fieri & quando occultè, uide Felin. in cap. consuluit de offic. de leg. in uerbo, occultum. colum. fi. & in cap. porrò. de senten. excom. in uerbo, itẽ instrumentum occultè. circa finem & tex. in leg. fin. ff. de ritu. nupt. qui dicit minorem suspicionem resultare quando fit palàm, quàm quando fit occultè. per Barba. consilio. 47. 15. columna. in 1. uolu. & eodem uolumine cõsil. 45. colum. 8. uidetur tamen posse fieri furtum palàm. leg. 2. &

tribus sequentibus.ff.de furt.& per Ias. in l.1.in princ.colum. 3. ff. de acquir. possess. quæ conclusio magis ostenditur ex diffinitione furti, quam ex dictis quatuor legibus,& not.in c.1.de præsumptionibus.Ni-
4 si ut dixi ét bona fide fieret & † ꝙ aliquis sit fur,licet palàm furetur, & omnibus uidentibus quamuis non possit dici manifestus,nisi secuta deprehensione, uel acclamatione post eum.dicit Bar. in l. si uendidero.§.cùm rapt.ff.de furtis, & patet quia etiam in rapina,quæ,ut dixi , ex sui natura fit apertè inest furtum, Instit. ui bonorum raptorum . in princ . & per hos terminos
5 ambulat Bartol.ubi suprà . Rapina † uerò fit ex sui natura palàm & ui , & etiam sine ui, ubi tamen eam committentes sint parati uim inferre . Alex.consilio 103.columna 3. uolu. 1. Et quando fit furtum gratia crediti sui,an talis puniatur de furto,& an possit se excusare,ex contractu præcedenti,à quo habuit originem maximè stãte decreto Mediolani , quando res habet originem à cõtractu,quòd non possit procedi criminaliter. uide Cæpol . consil. 26. col.3.& seq. & est illud uulgatum consiliũ Beneuenutæ, & per Roma. consil. 144. & dic , ut suprà dixi super decreto quando res habet originem à cõtractu. Non enim
6 est furtum † quando quis rapit rem,quam putat sibi debitam.Instit. ui bonor. rapt.§. quia tamen . punitur tamen quia propria authoritate,facit ut ibi.§. sequen. est tex. in l.pen.& fi.C.ad legem Iul.de ui publi.& priua.ubi dicitur ꝙ punitur illa lege,& ut dixi uide ubi suprà , & maximè an possit procedi criminaliter stante allegato decreto . Et consilium allegatum Beneuenutæ est etiam inter consilia Alexandri in 1.uol.
7 consil. 135. Et adde , † quòd quando quis non capit animo furandi , non committit furtum,etsi illicitè facit,per text. in leg.si quis uxori §. si quis asinam . ff. de fur . & Alexand.in dicto consi.colu. 4. & Roman. consi.150.& ubi sumus in dubio an habuerit animum furandi,uel non,ut quando furatur rem communem , tunc præsumitur fecisse ratione partis suæ tantùm: & sic nõ est furtum,textus est uulgatissimus in leg. meritò.ff pro socio. sed si constat contrarium,est furtum.l. si socius communis rei ff.de furtis.& ita Alex. consilio 137. colu. penult.& ultima,uolu. 4. Vltra quem circa dictam l. si socius communis rei . uide ibi Bar.& Angel.Institut.de obligat. quæ quæ ex delicto nascunt.§.1.col.2. Animus
8 † igitur furandi requiritur, qui præsumitur , ubi non appareat causa in contrariũ, iuxta notata in l.dolum.C.de dolo. & in l. 1.C.de sicar. sed an requiratur ut à principio fuerit , an etiam sufficiat ut superueniat?uide in hoc casum leg . in l. Pomponius.in fine.ff.de acquiren. rerum domin.
9 Quando † reperitur res in platea, & capitur,an sit furtum?uide l. falsus. §. qui alienum.ff.de furtis & ibi Bar.& Felin.in cap. cùm dilecti. colu. 8. de accusat. uersicu.in gloss.in uerbo,dilapidationem . Et quid in re , quæ habetur pro derelicta ? uide Roman . consilio 360. Et an possit dici furtum in re , quam quis fateatur furto subtraxisse,ubi appareat,quòd sua esset ? uide
10 Roman.consil.113. Et quid † quando dominus rei subtractæ dicit factum eo uolente,an fur liberetur? uide Bar. in l. inter omnes.§.rectè.ff de furt.Felin.in cap.nulli. col.2.uersi . item inquantum . de accusat.
11 Alex.in 2.uolu.consil.24.col.7.Et † an talis confessio facta reo absente prosit sibi? uide Alexan.in dicto consilio, col. penult. & uide Felin. in cap.1.de præsumpt. colu.
12 fin. Et generaliter † an iusta causa credulitatis,ꝙ res esset sua,uel quasi putaret dominum permissurum,excuset à furtò?uide Bar.in d §.rectè.& Bal.in 4.uol.consi.345. & Aret.in c.1.col 3.de accu.ubi tenet contra Bart.& Feli.in cap inquisitionis.§.quæ siuisti.col.3.de accu.& in c.2 col.2. uersic. in ea glo.de calum.& Ias.in l.quidam cùm filium.ff. de uerborum obligation . nume.
13 Qualiter † concludi debeat in actione furti.uide Angel.Areti.in uerbo , uestem
14 cælestem.& ubi suprà.An † procedat accusatio furti,non expressis uerbis,& quid si exprimatur æstimatio,& nõ res, & quid si dicatur tantæ æstimationis,saluo errore calculi?uide Bald.secundo uol. consi. 238. col.4.& qualis hoc casu debeat esse probatio pretii ipsius rei furto subtractæ, & qualiter exprimi debeat pretium in inquisitione , & an etiam debeat in specie poni, quòd ille, cui factum est furtum, esset dominus rei illius ? uide Soccin. consilio.8.
15 Furta † alibi commissa & punita an grauent

uent quæ hic commissa fuerint? uide Bar. in l. si cui. §. fi. in fi. ff. de accusat. Barbat. in cap. postulasti. in 31. colum. & in cap. fin. de fo. compet. Ias. in leg. si idem cum eodem. colum. 2. ff. de iur. om. iud. Aret. tamē dubitat de decisione Bar. ubi suprà, per illum textum in fin. qui tex. tamen non uidetur bene probare eius intentionem, quia non est bona consequentia. Talis debet legitima pœna puniri propter ultimum delictum, ergo non grauatur proter præcedentia delicta: quia si conceditur delictum grauatum, licet imponatur grauior pœna, tamen illa censetur legitima: quia nihil est quod repugnet, cùm delictum etiam sit grauatum: & uide Felin. in cap. sicut. colu. 2. de testi. uide etiam Aretin. in dicta glo. uestem cęlestem. colum. 3. Bal. quinto uol. consilio. 348. & Aretin. omnino consilio 164. colum. 2. Roman. singul. consilio 236. col. 1. & 2.

16 Statutum, † ut pro tribus furtis quis sit suspendendus, quomodo debeat intelligi, & qualiter dicantur tria furta? uide Bald. quinto uolum. consilio 247. & consilio 348. & not. Soccin. consilio 33. colum. 4. uersus fin. Hoc statutum est hic Mediolani, & fere in omni parte: & an unum magnum æquipararetur tribus? uide Iason. in l. 1. C. de precib. Imperat. offer. & in l. cùm seruus. C. de condi. cau. data.

17 Et † quando fur fatetur fecisse plura furta diuersis temporibus, intelligitur continuatis, ita ut non censeantur plura furta. Ias. in leg. fructus. ff. soluto matrim.

18 Quæro, † si fur Lugdunensis reperiatur cum re Lugduni subtracta in hac ciuitate Mediolani, an possit hic puniri? uide Bartol in leg. si dominium. ff. de furt. qui tenet posse. Articulus esset difficillimus. Afflict. dicit esse communem cum Bartol. in §. iniuria punitur. notabili tertio, de pace iuramento firman. ubi Afflictus ferè facit tractatum in hac materia furtorum, & Firmian. in uerbo, fur contrectans. dicit, quòd opinio Bartoli seruatur in usu: ueritas tamen est contra Bartol. ut colligo ex amplissimis dictis per Aug. de Arim. ad Aret. in gloss. uestem cælestem. qui copiosius loquitur quam alius, quem uiderim in hoc articulo: imò hodie communis est contra Bartol. ut etiam attestatur Cæpol. qui sequitur eandem opinioné in cons. 59. colum. pen. & fi. & ita feci diuersis ciuibus seruari in Senatu. Et hanc opinionem etiā sequitur Alexand. in dicta. l. si dominium. addens, quod tamé posset puniri crimine stellionatus, tanquam cęlans rem alienam. Qui tamen sequerentur opin. Bar. excusati essent in syndicatu, ut uolunt Doct. ubi suprà. Et contra Bar. etiam tenet Hipp. in in suo repert. l. fi. ff. de iur. om. iud. ad fi.

19 An iudex maleficiorum possit cognoscere de rebus subtractis in cōsequentiam? Dic posse, licet non principaliter. leg. interdum. §. qui furem. & ibi Bart. ff. de fur. Ias. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de offi. eius. Felin. in ca. cùm oporteat. col. pen. in prin. de ac. u. & in c. postulasti. de Iudæis. & Ang. in. d. glo. col. 7. & Bartol. consilio 107. & Paul. consilio. 346. in nouis, in princip & ibi in additionibus ad Angel. & uide etiam Soccin. consilio 62. circa fin.

20 Et † an legatus captus & spoliatus in itinere recuperet damna à domino eum mittente? Vide Bartol. in l. si seruus. §. quod uerò. ff. de furtis. Felin. in cap. fin. de testibus. columna 2. & Laudens. in tractatu de princip. titulo, de legat. conclusione sexta.

21 An rei † hæreditariæ committatur furtum? Dic non committi. l. hæreditariæ. ff. de furtis. & ibi Bartol. ponit rationem, aliam ponit Iason in l. prima colum. 3. C. de seruis fug. & aliam Aretin. Instit. de obligationib. quæ ex quasi delicto nascuntur. §. 1. colu. 2. ubi impugnat rationem Bart. est enim crimen expilatæ hæreditatis: toto titu. ff. & C. de crimine expilatæ hæreditatis. & dicitur furtum largo modo, & appellatur furtum magis improbum ad differentiam furti simplicis: sed rapina est improbissimum. glos. est notabilis, quam Bartol. ibi multùm commendat, in l. si re. in glossa secunda, in fine. C. de infamibus.

22 Et † cadit furtum in re mobili, non in immobili. Iason in l. rem, quæ nobis. ff. de acquirenda possess. numero 6. & 17. & in l. naturaliter. §. nihil commune. eodem titulo, numero sexto.

23 Et † an statutum loquens de furto habeat locum in hoc crimine, & in crimine rerum amotarum? Vide Angel. in d. gloss. col. fi. uersi. & prædicta non procedunt. & ibi in apostil. & licet diuersitatem horum terminorum int erdum allegauerim ad defensionem, tam en nunquam fui auditus.

Iaſ.in §.ex maleficiis.col.1.Inſtit.de actio.
36 Et † dicuntur famoſi ex eo ſolùm, ꝙ ſunt damnati de furto uel rapina poſt ſententiam. Alber.in l.ſacrilegii.§.ſi quis. ff. ad l. Iul.pecu.illa tamen regula Ang. eſt omni-
37 no notab.† ꝙ pro quolibet delicto poteſt agi criminaliter,& ciuiliter,& quando eſt publicum crimẽ,& quando eſt priuatum, pro qua eſt textus melior aliis in l. licitatio.§.quod illicitè.ff.de public. De qua ẽt
38 † materia tam priuatorum delictorum, quàm publicorum,uide etiam per eũdem Ang.in glo.nẽcnõ ad quærelam.uerſi.quæro an quilibet poſſit de crimine accuſare. & dixi ſuprà ſub rubr.quomodo procedatur per actionem in delictis.in princ & in
39 fi.Adde ad pœnã furis, ꝙ † qui furatur pecuniam principis,uel res eccleſiæ ut calices,uel res religioſas ut ornamẽta ſepulchrorũ,incidit in l.Iul.pecul.& capitalem §.lex Iulia peculatus. Inſti.de public.iud. & ſubtrahente pecuniam principis uel rei publicæ,uide Cæpol.conſil. 40. & de ſubtrahente res ſacras,dicam infrà in rub. de
40 ſacrileg.Adde etiam,† ꝙ fur,qui furatur pecudes è paſcuis, non ſolùm eſt fur, ſed abigeus,& punitur etiam capitali pœna.l. 1.in princ.& §.quanquàm. & §. ſeq. ff. de abig.& de hoc uide in tit.ff.& C.eod. Ille
41 etiam, qui † ex pecunia eroganda in uſũ publicum retinet ad uſum proprium quod ſupereſt,incidit. in crimen de reſiduis, & maximam pœnã patitur. §. ſunt prætereà. Inſtit.de pub.iud. quod ſæpe contingit in quæſtoribus militum propter facilitatem fraudum,quæ committi poſſunt, quando recenſentur milites, ut ſtipendia illis ex-
42 ſoluantur. Et † de ſubtrahente ſeruos uel filios alierũ uide in tit.de plagiariis, quos ſic lex appellat, ut infrà dicam. Quando
43 † fur dicit, Accepi animo reſtituendi, quid iuris ſit?uide Cæpol.conſ.40. dicitur aũt in diffinitione furti, ꝙ eſt cõtrectatio rei alienæ.&c. Et licet de iure ſufficiat, ꝙ
44 † agens furti habeat dominium, uel poſſeſſionem,uel uſumfructum, uel detentationem,ut per Hoſtiẽ. in ſumma de fur.& Azo. ſimiliter in ſumma ſua ſuper articulo,cui detur actio.& Aret.in d.gl.col. 7. & probat tex.in l.cuius.& l.ſeq.ff.de fur. Tamen ſcias.ꝙ qui detinet uel detentat,dicitur ẽt habere dominium,ut ſubtiliter ponit Bar.in l.ſi quis ui.§.differentia.ff.de acquir.poſ.& ita ſuſtinetur propietas geniti ui,rei alienæ,iuxta not.in rubr. ff. de oper. no.nunt. Et dum dicitur in diffinitione, ꝙ
45 † furtum eſt contrectatio,&c.id.eſt,motio de loco ad locum:ex hoc inferri uidetur,ꝙ licet depoſitarius ſimpliciter neget depoſitum, tamen quia non ſit contrectatio,inficiando non committit furtum.l. inficiando.in prin.ff. de furt. & ideo cautela eſt ad effugiẽdã hanc difficultatẽ, ut deponens probet rem depoſitã, fuiſſe poſitã in tali loco, & deinde imploret officiũ iudicis ad perquirendum an fuerit amota res. Sed tamẽ dic,ꝙ per ſolã negationẽ rei depoſitæ & petitæ interuertitur poſſeſſio, & interuenit cõtrectatio,& oritur conſequẽter furtũ.iſte eſt tex.in terminis in l. Põp. In fi.ff.de acq.rer.dom.& ita latè Alex.ponderans hunc tex.in l.3.§.ſi rem.colu. 1. & prin.ſeq.ff de acq.poſ.& ad l. inficiãdo.eſt reſpondendũ,uel ꝙ tantũ habuit in animo depoſitarius negationẽ, uel ẽt ꝙ negauit non petita re,ut etiam dicit gloſ.in d.l. Põponius & ita ẽt uoluit dicere Par.de Fur. in tracta.ſuò char.91.col.3.uerſi.an in cauſa pecuniaria.ubi in col.ſeq.in princ. dicit expreſsè, ꝙ negans depoſitum committit furtum. Et uide ẽt Alexand.in l.rem, quæ nobis.ff.de acquir.poſſeſ.& per Iaſ.ibi, &
46 in d.§.ſi rem. & † non refert,an contrectatio fiat uerè, uel ex interpretatione.l. falſus.§.ſi is.ff.de furtis. Angel.in glo. ubi ſuprà: cautela tamen prædicta tollit om-
47 nes difficultates. Excuſans ſe, † ꝙ non contrectauit animo furandi, ſi tamẽ prius negaſſet depoſitum,non audiretur,uel ſaltem eſſet magna preſumptio contra eum, ut per Cæpol.conſi.26.col.3.in fin. uerſi. item ꝙ fuerit.quod not.ad id,quòd dixi in uerſic.& quid quando dominus.& in uerſicu. & generaliter, an iuſta cauſa. & in uerſiculo, & quando ſit furtum gratia cre-
48 diti. Modum † inueniendi furtum & furem quando ſuſpicor, quòd res ſubtracta ſit in domo alicuius, uide in repertorio Hippol.in l.1.in prin.char.3.colum.1.ff.de quæſt.& per Firmian.in uerbo,furtum,circa fi. & Iac. de ſancto Georgio in leg. re-
49 quirendi.C.de ſer.fugi. Fur † licet patiatur pœnam furti,& fuſtigetur,tamen non dimittitur è carceribus, niſi facta reſtitu-

tione, uel solutione. Bal. in l. quod euitandi. in fine. C. de condic. ob turp. caus. & 2. uol. consi. 497. & dixi supra de carcerato
50 sub fideiussore dimittendo. Licet† emés ré furtiuá teneatur illam restituere sine pretio. l. 2. cum similibus. C. de furt. tamen fallit, quando illam emit animo restituendi domino, & ut gereret negotium eius, facta de hoc protestatione. Cæpol. post Hostien. cautel. 25. si quis emit. ubi dat ét aliam limitationem, quando quis emit à latrunculis uel hostibus: quia hoc casu ét debet dari pretium. l. mulier in opus. ff. de cap. Et dictam cautelam Cæpol. sequitur Ias. in l. si pretium C. de procura. sed eam non puto ueram in prima parte, dum loquitur de protestatone: quia cum tali protestatione esset auferre liberam rei uendicationem, quæ domino competit, contra reg. id quod nostrum est. ff. de regul. iur. imò arguit protestatio hęc dolum in emptore, qui præsumitur ex coniecturis, secundum glo. & Bar. in leg. inciuilem. C de fur. quia uidetur nimia diligétia, qua usus est emptor, iuxta glos. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit. & tunc emptor tenetur furti. d. l. inciuilem. & si aliter diceremus, esset aperta uia euitádi euictiones, Et facit regula, cùm quid uno modo prohibetur, &c. ff. de regul. iuris. Sed quamuis sit uera Cæpollæ opinio, tamen debuit esse facta publicè talis protestatio: ita ipse dicit per textum in cap. ut nostrum. §. fi. de electio. & l. non existimo. ff. de adminis. tut. Ista duo iura allegat Hostien. ex quibus Hostien. mens fuit, ut talis protestatio debeat publicari solénitér. Illud enim est publicum, quod omnibus patet, tex. & ibi Bar. in l. 1. §. penul. ff. de suspect. tut. & dicitur publicum quasi populicè. Feli. in ca. exceptionem. col. pen. de excep. & ibi constituit differentiam inter uerbum, palàm, & publicè: quia palàm dicitur fieri, quod fit coram duobus uel tribus, non autem publicè. & in hoc consistit tota uis decisionis Hostien. quam non bene gustauit Cæpol. & ad hoc adduco tex. apertum in l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. ubi loquitur de illo. qui inuenit rem, quam scit non esse derelictam: & dicit, ꝙ si uult euitare suspicionem furti, debet protestari se facere ut restituat: & intelligitur per cridas & proclamata. Ita glos. in c. quia frustra. de usu. & Feli. in c. cùm dilecti. col. 8. de accusat. Aliam notab. limitationem ponit Afflict. ad cautelam Cępol. & dictum Host. in §. receptatoribus. col. 2. de pace iuram. firm. ubi uide omnino. Et circa istos emptores erum subtractarum adest decretú in hoc dominio Mediolani disponens,
51 † ꝙ quando quis emit ab hostibus, qui rem retinuerunt per unam noctem, repeti non potest res ipsa: sed si a subdito ignoranter repeti potest, sed restituto pretio, nisi dolosè empta fuerit: quo casu debet restitui ét sine prætio. Et uide Alcia. in tracta. præsump. regu. 3. præsump. 29. num. 2. ubi pariter tenet contra dictam cautelam Cæpol. & ibi latè, an & quando emens teneatur ad prætium. Propter necessitatem
52 † licitum est furtum, non fornicatio, tex. & ibi glo. in c. 3. de furt. & facit tex. in l. 2. §. cum eadem. ff. ad leg. Rod. de iactu. cumulat ad hoc multa similia Fel. in c. quærelam. in penul. & ult. col. de iureiur. & in c. cùm accessissent. col 9. de constit. & Ias. in l. principalibus. col. 3. ff. si cert. peta. & sicut magna necessitas operatur, ita magna utilitas. Felin. in c. cùm super. in princ. de test. cog. Statutum, si quis † furtum fece
53 rit rei ascendentis, &c. an comprachendat eum, qui furatur instrumentum? non dubito quin eum compręhendat. l. qui tabulas. in princ. & per totum cum quinque seq. & in l. eum, qui emit. §. fi. ff. de fur. quæ iura iunge cú l. 1. ff. de fur. ibi, rei alienæ. ex his est furtum, & in his legibus ét non habetur cósideratio ad materiam, idest, ad chartam seu membranam, sed ad interesse par-
54 tis: † imò etiam talis incurrit in falsum, si est instrum. testam. l. Paul. ubi Bar. ff. de fals. non habita ratione chartę, sed interesse partis. & uide Ias. in l. sub prætextu. C.
55 de transac. nu. 6. Furtum † si fiat à famulo, an dominus teneatur? Vide Bar. in l. 1 §. familię. ff. de pub. & sic de aliis delictis, ubi dicit, quòd aut in officio, in quo est præpositus, illud facit, & tenetur dominus: aut extra officium, & non tenetur: ubi subdit, ꝙ tamen dominus liberatur per famuli exhibitionem: & declarat quomodo probetur quem esse famulum, & etiam quòd esset præpositus alicui officio, in qua materia uide latissimè Feli. in ca. Petrus. extrà, de

56 de homic. & ibi inter cętera dicitur, † q per exhibitionem bene liberantur domini habentes officium publicum, non priuatum, prout essent nautę & tabernarii, quia tales non liberarentur hoc modo, sed esset in electione passi damnum, contra quem uellet experiri: & satis etiam hoc uult Bart. ubi suprà, quia id quod dicit de exhibitione, ponit ad limitationem officialium, qui tenentur pro familia, sed liberantur per eius exhibitionem. & ultra Felinũ in dicto cap. uide in hac materia eundem in cap. nulli. cap. penult. de accusa. Roman. consi. 15. Barbat. consi. 18. col. 3. & sequen. uolum. 2. Roman. consi. 338. in secundo dubio & sequen. Imol. consilio. 51. in fin. Alexan. in l. 1. ff. ne quis eum, qui. Marti. in tractatu de princip. in titu. de milite. conclus. fin. Roman. consilio 433. in fin. Ang. consilio 237. Anan. consil. 2. col. 1. & 2. & consilio 228. in fine. & consilio 385. ubi plenè Soccin. consilio 244. colum. 2. Corn. 1. uolum. consilio 40. colum. 1. in fi. & sequen. & col. penult. & sequen. & uide quæ dicam infrà in titulo furti aduersus nautas, caupones, stabularios.

57 Quæro, quid si officialis † promittat in principio officii communitati pro debitis contrahendis per eius familiam, posteà proclamari faciat, ut nemo contrahat cũ eis, an excusetur? Vide Soccin. tenentem

58 non excusari, consi. 107. col. fi. Et † quia Mediolani habemus statutum, quo cauetur, ut pax eximat furem à pœna secundi furti: quod etiam ex interpretatione in primo furto procedit, ut infrà dicam, Quæro quid operetur de iure pax in furtis, & aliis delictis? Ad quod uide glos. Bar. & Doctores in l. transigere. C. de transactio. Nã licitum est transigere uel pacisci regulariter in omni crimine, tam priuato, quàm publico, ubi ingeritur pœna sanguinis. d. l. transigere. quæ transactio operatur inter alia, ut accusator amplius non audiatur uolens iterum accusare de eodem crimine, secundum Bar. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter. Auditur tamen alius exnouo processu, & similiter iudex ipse denuo potest inquirere. Ita Ias. in d. l. transigere. in primo notabili. & Felin. in cap. de his. col. 1 uersi. secundò limita. de accusar. unde effectus trãsactionis licitæ est, quòd retardatur processus. Et hæc, q alius possit iterum accusare, & pariter iudex inquirere, procedunt in criminibus publicis, in quibus quilibet admittitur ad accusandũ. Instit. de public. iudic. in pri. In priuatis uerò, in quibus nemo accusat, nisi ille, cuius interest pro sua iniuria. l. 3. ff. de priua. delictis. & l. 3. §. li is. ff. de sepulc. uiol. & latè Marian. ubi omnino est uidendum circa crimina publica & priuata in cap. ueniens. char. 3. col. 3. & seq. de accusat. non expedit hoc tractare, quia, ut dictum est, alii non admittuntur: & ubi non ingeritur pœna sanguinis in publicis criminibus, clarum est, quòd non licet transigere. d. l. transigere. In priuatis uerò pœnam sanguinis non ingerentibus an liceat trãsigere. distinguit, quòd si agatur ciuiliter, ualet pactum, uel transactio: secus si criminaliter. Iacob. Butrig tenet quòd etiam si agatur criminaliter, ualet, & præiudicat omnibus etiam iudici inquirenti, quando est permissum per statutum, q de quolibet delicto possit inquiri, ut est hic Mediolani, adducens inter cætera quòd est in facultate partis in criminibus priuatis facere, ut crimen non committatur, ut si iniuriam non reuocet ad animum. Et in furto, si non adsit uoluntas contradicendi: quia furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. Ad quod facit leg. inter omnes §. de furtis. Item adducit, quòd crimen publicum infert iniuriam cuilibet: ideo non est licita remissio: sed priuatum ipsi soli, cui infertur iniuria, meritò debet posse remittere. Et alia etiam adducit, Bartol. uerò tenet contrarium, ut non ualeat talis remissio: & loquitur, quando pœna applicatur fisco. & opinio Bartol. est etiam glos. in dicta leg. transigere. & communis: unde nec pręiudicabit ipsimet remittenti: & idem, si pœna est corporalis, non sanguinolenta, ut ibi per Salic. in 8. quæstio. ubi omnino uide. Et si occurrat casus, recurre ad eum, à quo etiam Doctores non discrepant cõmuniter. Adde quando transactio non tenet, quòd tunc licet sit regula, ut ipse non repellatur, tamen fallit in crimine adulterii, ut per Bartol. in dicto §. si negauerit. uersicu. quartò est uidendum. & Felin. in cap. de his. colum. 2. uersicu. secundò fallit. de accusa. & in cap. li-

ćet in beato.col.fi.eodem titu. Item adde prædictis, quod etsi in priuatis delictis quilibet non possit accusare, sicut dixi. Tamen ubi pœna est applicanda fisco, quilibet potest.glo.in rub.ff.de popu.act.& ibi Bar.& per Auguſ.de Arim.ad gloſ.Aretin.in uerbo, necnon ad querelam.in uerſic. quæro an quilibet. Et aduerte, quia quod decidit Bar.in l.tranſigere.uidelicet, quod in priuatis delictis remiſſio nihil ualeat, & non impediatur proceſſus, nec per eum, nec per iudicem, quominus poſſit inquirere, etiam clarè decidit Bart.in l.1.§.uſq; adeò. in prima quæſt.ff.de iniur.qui Bart. loquitur non ſolùm in pœna pecuniaria applicanda fiſco, ſed etiam quo ad pœnam corporalem, dum dicit, ſecus quo ad uindictã publicam.& clarius Angel.Aretin. in glo. contra uoluntatem dicti Titii. & loquitur Bartol.præcisè in priuatis delictis:quia loquitur in iniuria. & idem tenet Barbat. conſi 66.uol.1.quod eſt tenendum menti: quia quamuis in pœna pecuniaria hoc de plano procedat, eò quod quilibet poteſt accuſare:tamen in corporali, ſicut non licet alteri accuſare, ita nec iudici inquirere:quia inde inquirendo ſuccedit in locum partis, non tamen partis, cui facta eſt iniuria, ſecundum Bart..in l.inter omne.§.rectè.uerſiculo, iuxta hoc quæro.in fine.ff. de furtis & in l.2 §.ſi publico.uerſicu, ulterius quæro, cùm in inquiſitione ff.de adulter. Et ex prædictis etiam apparet deciſio quæſtionis, quando fur arguitur furti, & uenit dominus rei dicens furtum factum fuiſſe ex ſua uoluntate: quòd tamen non creditur ei, nec ob hoc fit præiudicium publico, id eſt, fiſco, nec quominus puniatur corporaliter, niſi appareat id, quod dicit fuiſſe uerum ex aliis coniecturis. Ita Bart. in dicta leg.inter omnes.§.rectè. in quæſtione proximè allegata.& opinio Bart. eſt communis. ſecundum Felin.in cap.nulli.colum.2. uerſic.item inquantum.de accuſat. per Felin.in cap. 1. col. fin.de præſumpt. & Alexan.ubi uide, conſi.24.uolum.2. col. 7. & conſi 1.in 3.uolum. colum.7.in fin. & ſequen. & aperias oculos, quòd ideo Barto. in dicta l.1. §. non uſque adeò. decidit in priuato delicto, pacem non impedire, quominus iudex poſſit inquirere, quia loquitur ſtante ſtatuto uel conſuetudine, ut pro omni delicto poſſit procedi per inquiſitionem, aliàs peſſimè loqueretur. Et ad hoc omnino uide Bartol. in dicto §. ſi publico.in dicto uerſic.in publico. res eſt expedita, ut dixi.ad quod eſt gloſ.in l.2.ff. ad Syllan.quam allegat Aretin.in dicta gloſſ. contra uoluntatem dicti Titii. ſentiens ut loquatur in publicis criminibus: & licet Bart.loquatur in dicto §. non uſque adeò. in iniuria, tamen etiam poteſt uerificari in publicis: quia ex iniuria etiam naſcuntur publica delictá, ut declarat Bar. in dicta l.tranſigere. col. fin. & dicam infrà in titu.de damno dato.& Bart. in d. §. rectè. dum uult ut iudex inquirat, non obſtante remiſſione partis, loquitur ſtante conſuetudine uel ſtatuto, ut pro omni delicto poſſit procedi per inquiſitionem. Et quid operetur, quod pars offenſa non ſolùm in furtis, ſed etiam in raptu mulieris & uulneribus excuſet? Vide Alexan. conſilio.24. colum. 7. uolu. 2. & alibi ſæpe. Et adde, quòd in furtis in hac ciuitate ex forma ſtatuti non poteſt procedi ex officio: & ita pax ſuperueniens impedit abſolutè omnem ulteriorem proceſſum, & ita ſeruatur. Et adde quod etſi pro furto, uel furtis quis ſit ſuſpen-
59 dendus,† tamen propter hoc non efficitur publicum crimẽ, ita ut quilibet ex populo admittatur ad accuſandum. Iaſ. in l. cùm ſeruus.nu. 4.ff. de condi. ob cauſam.
60 Dicitur tamen furtum enorme, etſi eſſet modicum, quando ex eo tumultus, & publicæ quietis perturbatio ſequeretur, ut per Iaſ. ubi ſuprà. Et de pace dicam infrà in titu.de remediis ex ſola clem. prin.& c. & ſeq. Non omitto tamen ſtatutum no-
61 ſtrum de pœna furis, dum uult † pacem prodeſſe, loqui de ſecundo furto: & proptereà in Senatu fuit dubitatum, an pax prodeſſet quo ad primum: & ſuper hoc quæſitum fuit diligenter à nòtariis de ſtylo, & inuentum quod etiam in practica obſeruabitur, quòd pax tollebat primum: & ita Senatus ordinauit in futurum eſſe
62 ſeruandum. Quando hippopera, † quam ualiſiam uulgo uocant, apud cauponem, uel alium deponitur, & reſtituitur reſignata, an ſit præſumptio contra depoſitarium & an poſſit iurari contra eum? Vide Bar. in leg.in actionibus.col.fi. ubi Alexand.& Iaſ.ff.de in litem iuran. Et quia ſuprà dixi, † quo-

63 † quomodo furtum ostendatur, in primis uerbis huius tituli, modò quæro quomodo demõstretur fur: qua in re percurre indicia contra furem, de quibus dixi suprà in titu. de delinquente. ponit Bartol. in l. fin. ff. de quæstio. ubi etiam de indiciis aliorum delictorum. & uide etiam suprà in tractatu torturæ, in tertia quęstione principali, dum discussi, quale indicium sit, quando reperitur res furtiua penes aliquem. Et quod dixi suprà in materia furti. uersi modum inueniendi furtum & furem. Nec ẽt obliuiscaris eorum, quæ dicit Ias. in leg. in actionibus. ff. de in litem iur. nume. 40.
64 quòd † furto facto, si est suspicio contra uicinos possunt torqueri, si malè audiunt. & in l. si quando num. 39. C. unde ui. Neq;
65 pariter sis immemor, quòd † confessus furtum potest interrogari de aliis furtis etiam in tortura: & etiam quando est positur ad torturam cum indiciis ad unum furtum, ut per Ang. in d. gloss. uestem cęlestem. ad fi. & Dec. in cap. tertio loco. in fi. de probat. & dixi suprà in materia. quod tamen procedit secundum consuetudinẽ, non de iure, ut per Alex. in. consil. 52. colu. 1. uersic. nec potest aggredi. uolu. 3. & qui sint torquendi pro furtis inueniendis, uide infrà in titu. furti aduersus nautas caupones. stabularios. & dixi in materia tortu-
66 ræ. Vltimò quæro, an † in furtis sit aliquid speciale circa probationem, ita ut etiam alias minus idoneæ probationes, uel minus idonei testes admittantur? Vide ad hoc in materia torturæ suprà in septima quæstione principali, maximè in uersi. quęro an furtum sit de his, in quibus testis alias inhabilis admittatur. Reli-
67 qua in materia furtorum, † & de prædictis uide per Ang. Aret. in d. glo. in uerbo, uestem cælestem. cum additionibus ibi, & in §. ex maleficiis. col. 1. 2. & 3. Inst. de act. Afflict. ubi suprà in §. iniuria punitur. in 3. notab. de pace iuramen. firm. & per Vital. in tit. de furibus, latronibus, & robatoribus, in tit. de furtis, robariis, & latrociniis. & Ias. in §. ex malefi. col. 1. & 2. ubi ẽt de furibus & latronibus famosis. & in repertorio repertorii Hipp. ubi plura. Dixi de furtis in genere, prout ẽt in genere loquũtur
68 leges, sub tit. de furt. Verũ † quia sicut aliqua furta uisa sũt legũ cõditoribus speciali animaduersione digna, & ita facti sunt titu. separati, adiectis etiam grauioribus pœnis, ut commemoraui suprà in uersic. & scias, ꝙ pro furto. in fin. & patet in tit. de tigno iniuncto. & in alio furto aduersus nautas. & in alio, si famil. fur. fecisse dicatur. Ideo etiam de furtis in specie (breuibus tamen) loquar.

Tit. de Rapinis.

SVMMAE.

1 *Pœna rapientis aliquam rem est quadrupli infra annum, simpli post annum, si actum sit ciuiliter.*

2 *Raptor non tenetur ui bonorum raptorum, nisi dolo rapuerit.*

3 *Raptorum societatem congregans tenetur, & pro damno quod ipse dedit; & pro damno per alios dato.*

4 *Raptor coadunatus tenetur pro damno à se dato in quadruplum infra annum, in simplum post annum, in foro contentioso quo ad conscientiam remittitur ad Canonistas.*

5 *Plures delinquentes simul an teneantur insolidum uel quilibet pro eo quod deliquit?*

6 *Furti agi non potest, nisi res asportetur.*

7 *Vi bonorum raptorum agi potest, etiam quòd res non asportetur, si tamen damnum sit hominibus ad illud coadunatis.*

8 *Rapta si cui per uim res fuerit, poterit agere criminaliter.*

9 *Rapinam committens punitur Mediolani ex forma statutorum, & nõ in quadruplũ.*

10 *Rapiens per uim potest etiam conueniri actione iniuriarum*

11 *Latrones publici & uiarum insessores quomodo puniantur.*

12 *Rapina an sit publicũ crimẽ, uel priuatum?*

13 *Publica crimina uel priuata quæ sint, et quomodo cognoscantur.*

14 *Publicum & priuatum crimẽ potest ex uno delicto nasci.*

15 *Receptatores furum uel latronum qua pœna puniantur. tam iure communi, quã per statuta & decreta Mediolani.*

16 *Receptator furis uel latronis non punitur, nisi scienter receperit.*

17 *Scientia in eo, qui receptat furem uel latrõ-*

nem quomodo probetur.

18 *Receptator uel occultans quando teneatur, & quis propriè dicatur receptator.*

19 *Furtiuam rem receptans, an puniatur de furto?*

20 *Receptator coactus non tenetur.*

21 *Receptator non punitur, nisi scienter & dolose receptarit.*

22 *Receptator ciuis sui sed banniti in ciuitate Metropolitana distante ultra duas dietas non punitur, secus si non distet ultra duas dietas, & hoc quamuis in ciuitate originis uel domicilii non sit publicatum bannum*

23 *Notorium toti ciuitati dicitur, ubi aliquid pro rostris in loco publico est propositum.*

24 *Notorium in tota prouincia dicitur, quòd publice in Metropolitana ciuitate factum sit.*

25 *Insientia probatur probata absentia à loco & ciuitate.*

26 *Ciuis præsumitur morari in ciuitate sua.*

27 *Vicina loca dicuntur, quæ non distant ultra duas dietas.*

28 *Bannum ut liget sufficit si in locis eminentioribus ciuitatis publicetur.*

29 *Decretum ducis Ludouici, quòd bannum ad hoc ut noceat, debeat esse positum in loco publico solitæ habitationis.*

30 *Scientia banni, quæ prouenit ex fama, licet sit sufficiens ad pœnam in receptatore, tamen potest ex gratia minui.*

31 *Fama banni est præsumptiua probatio contra receptatorem.*

32 *Ignorantiam allegans eius, quod est notoriũ dicitur esse in lata culpa.*

33 *Receptatoris materia ubi tractetur.*

34 *Caupo receptans bannitum ita tenetur sicut quilibet alius.*

35 *Receptatorum materia ubi per Afflictum.*

36 *Iuramentum defertur contra raptorem & furem præuia iudicis taxatione super quãtitate rerum subtractarum, quando difficultas est probationis.*

37 *Difficultas probandi rem subtractam est, quando res non extat.*

38 *Lex, si quando C. unde ui habet locum contra illum, qui conuenitur de auxilio & fauore.*

39 *Damnum emergens, & lucrum cessans considerratur in delictis.*

40 *Interesse in delictis probatur per iuramẽtũ.*

41 *Interesse in delictis debetur à die commissi delicti*

42 *Citari an debeat pars in delatione iuramenti, & taxatione in delictis?*

43 *Iuramentum, de quo in l. si quando. C. unde ui non potest refrenari uel taxari per iudicem.*

44 *Iuramentum, de quo in l. si quando. C. unde ui non potest deferri Iudæo contra Christianum.*

45 *Sententia lata delato iuramento secundum l. si quando non potest retractari prætextu instrumentorum de nouo repertorum.*

46 *Iurari potest contra iudicem, qui iniustè raptorem absoluit, quando dolus & difficultas probationis subest, sicut potest contra rapientem*

47 *Hæres furis & raptoris non tenetur de delicto defuncti nisi lis cum defuncto contestata fuisset, uel aliquid ad eum peruenisset, licet competat hæredi eius, qui rapinam uel furtum passus est.*



1 Quando † alicui in uia rapitur bos, uel alia res, potest is agere ciuiliter ui bonorum rapto. ad quadruplum infra annum, & ad simplum post, Institut. ui bonorum raptorum. & de actio. §. ex maleficiis. & §. omnes. & in titu. ff. & C. ui bonorum rapt. & illa pœna quadrupli, in qua inest res ipsa, applicatur parti, ut in dictis iuribus. quod patet, quia non diceretur agi ciuiliter, sed criminaliter, ut per Bar. in leg. prætor ait. in princ. ff. de sepul. uiol. & in l.
2 agraria. ff. de ter. moto. Et † licet agatur ciuiliter tamen requiritur dolus, aliter cessat hæc actio bonorum raptorum. §. quia tamen. Instit. ui bono. rap. & in l. 2. in pluribus locis. ff. eo. & ideo Alex. in consil. 103. uol. 1. ubi melius loquitur de his rapinis & de hoc remedio ui bonor. rap. quã alibi, & ubi omnino est uidendum, conatur ostendere, ꝙ ille raptor, de quo ibi, non fecerat id, pro quo agebatur, animo cõmittẽdi rapinã, sed uolẽs uti iure suo: & deinde ẽt nititur demõstrare, ꝙ quia erat minor, & miles excusabatur à dolo, ut per eum, tãdem concludendo ꝙ fuit in dolo, & ideo tenebatur actione ui bonorũ raptorum in quadruplum.

druplum.uide etiam de hoc remedio. Bal. 5.uolum.consi.88.circa fi.& per Roma. cõ sil.144.& consi.150. per Ang. cum additio. in glo.uestem cælestem. & ferè per omnes tractatus aliorum Doctorum, & plenè per eundem Angel. Aretin in d. §. ex maleficiis.ubi omnino uide. Iason.ad prædicta & alia in tertio notab.& in penultima char. col.2.& seq.& ibi col. 1. probabiliter ualde disputat, an furtum sit maius delictum, quàm rapina: quæ scire expedit propter statuta facientia de altero tantùm mentio
3 tionem. Et † quia dux & auctor, qui coadunauit societatem ad rapiendum,tenetur & pro damno,quod ipse dedit, & pro damno aliorum,& coadunatus solum tenetur pro damno,quod ipse dedit,ut per Bar.in l. quoniam.C.ad leg.Iul.de ui publ. & Alex.
4 in d.consi.103.uolum.1.col.2. Adde,† quòd si coadunatus solùm tenetur pro boue,quẽ abstulit,tenetur in quadruplum, uel in simplum, secundum distinctionem, quòd aut infra annum,aut post annum,loquor in foro contentioso:quo uerò ad conscientiam uide Inno. & Canonistas in c. sicut dignũ. de homic.& plenius de hac materia,Quan
5 do† plures delinquunt, an insolidum teneantur,an quilibet pro eo, quod abstulit, uel furto subtraxit,uel damnum dedit? Dicam infrà in titu.de pœnis, ubi propriè cadit: & modò uide Alexand.in d. consi. 103. col.2.traditur etiam in l.si quis id,quod.ff. de iurisdictio.omnium iud. Et ne ignores
6 terminos,scias quòd licet† furtum sit, quã do contrectatur res aliena, & aliter non, adeò ꝙ si daretur damnum,nec tamen aliquid asportaretur,non posset agi de furto. l.qui iniuriæ.in princ.ff. de fur.& l. uerum.
7 ff.eo.tamen † potest agi ui bonorum raptorum ad quadruplum uel simplum modo, quo dixi suprà.Si tamen ui datum sit & hominibus coadunatis ad illud, ita in l.2.§. homines. & §. si quis. & per totum.ff.ui bon.rapt. & per glos.in d.l.2.in prima glo. quæ ponit tria capita, quæ habet titu. ille, quæ capita & eorum differentias declarat & in secundo & tertio capite, quando quid raptum est cum turba,iuxta l. prætor ait. *la secunda*.§.1.& quando sine turba hominibus coadunatis,iuxta iura suprà. allegata,uenit damnum, in primo uerò capite
8 non.ut in d.glo. Potest etiam is,† cui per uim bos,uel alia res in uia rapta fuerit,agere criminaliter:quia est casus compræhensus in titu.ff.& C.ad leg. Iul.de ui publi. & priuata. & ita omnes dicunt: & non habet dubitationem,si uides leges dictorum titulorum:& est textus,ubi amplissimè Bartol. in l.2.§.1.ff.de ui bono.raptor. Ad quod respicientes statuentes nostri in criminalib.
9 † posuerunt sub rub. de pœna committentium robariam uel sachum extra ciuitatem,& terras,& domos,& sub rub. sequenti,de robaria & sacho commisso in domibus habitatis magnam pœnam talibus rapinis, & tunc delinquentes non puniuntur in quadruplum,iuxta terminos actionis ui bonorum raptorum,sed in simplum in consequentiam pœnæ criminalis, iuxta tit.de ui publi.& priuata.& notatur in l. interdũ. §. qui furem fur. sed an puniatur insolidũ,
10 reseruo dicendũ in tit.de pœnis.Item† potest agi iniuriarum,ut per. Alexan. in dicto consi.103.colum.4.uolum.1. Et de raptori
11 bus † publicis, siue latronibus publicis, qui per uim res in uiis publicis auferunt, uide text. in l.capitaliũ.§.famosos.de pœn. & per Ias.in §.ex maleficiis.col.1. Insti.de
12 actio.Et† an rapina sit publicum uel pri-
13 uatum crimen.Et † quæ sint publica uel priuata crimina, & quomodo cognoscantur?uide suprà sub rub. quomodo proceda tur per actionem in delictis,in 1. col. Qui
14 bus addo,† quòd ex uno delicto nasci potest crimen priuatum, & etiam publicum, patet in §.liberum.Instit. ad legem Aquil. & in l.prætor edixit.§. 1. de iniur. & fortè hæc est ratio,quare etiã titul. ui bon.rapt. ponatur in lib.47.Digestorum. Non omit
15 to tria † pertinentia ad rapinas & furta: Primum, qua pœna puniantur receptatores furum,latronũ,& similium, in hoc non recurras ad Bart. in l. in furti. §. ope.ff. de furt.quando præstatur auxilium post delictum,quia loquitur quo ad euadẽdum: sed ad titu.de recepta.loquentem generaliter, & statuta ac decreta ciuitatum, prout statutum est hic de receptatoribus scienter furtorum,robariarum, uel famosorum la-
16 tronum,& † decretum ducum contra receptantes bannitos,& eis auxilium præstã tes.Sed aduerte,quia talia statuta & decreta dicunt,scienter:& si ita non dicerent,sic intelligerentur.d.l.1.§.1.& ibi gl. & Bar.fi.

de recept.nec posset sequi condemnatio, nisi inquisitio ita diceret, ut ibi, & per Feli.ubi uide, in c.cùm uigesimum. col. 1. de offi.deleg.& per Ang.Aret.in gl. dicto maleficio semper astitit.ubi ponitur hæc ma-
17 teria, col.5.& seq.& uide omnino,† quòd debet probari scientia, & quòd præsumitur ignorantia, & qualiter probetur scientia. Aret.consi.22.& Feli. in c. cognoscentes.col.pen.de constit. & Nell. in tractatu bannit.in 3.par.2. temporis. ubi ferè facit
18 tractatum in hac materia. Et† qualiter, & quando teneatur receptator uel occultans: & quis propriè dicatur receptator, Vltra prædicta quo ad pœnam uide Bal.1. uolum.consi.250.colum.3.& sequen.& latè 5.uolum.consi.382.colum. 3. & sequen. & Gand.in titu. de furibus & latronibus.
19 col.6.uers & intelligas. Et† an receptator rei furtiuæ dicatur propriè fur, & puniri possit de furto, Vide l.eos.C. de fur. Ang. Areti.in uerbo, uestem cælestem.col.5.& in eius apostil.& Bald.3.uolum. consi. 48.
20 Et non† tenetur receptans coactè. Areti. in d.glo.& dicto maleficio semper astitit. & ibi in apostillis.& per Socci. consil.262.
21 colum.penult. Et quia† tota uis in hac materia consistit in ostendenda scientia, cùm receptare in se non sit delictum: quo casu dolus & scientia debet ostendi, iuxta doctrinam Bart.in l.dolum.C. de dolo. Ideo subiicio quæstionem, quam habui de fa-
22 cto,† quo tempore ciuitas Placentiæ possidebatur per regem Galliæ, Placentinus fuit bannitus in ciuitate Mediolani, & in ea in albo positus: quo casu in ciuitate Mediolani non uidetur dubitandum, quin scientia sit ex hoc ipso iure ostensa, ut per Areti.in dicto consil. 22. & Nell. & Doctores, ubi suprà. Sed an idem sit in ciuitate Placentiæ, ut etiam ibi receptator non possit allegare ignorantiam? & uidetur esse in probabili ignorantia: quia etiam in ciuitate Mediolani, ubi est bannitus, non uidetur quòd quis possit puniri de receptatione, nisi in eo uico ciuitatis, ubi re-
23 ptatur, sit† notorium. Ita Bart.in dicta l. 1.§.1.uers.sed qualiter probabitur. sed loquitur, ubi in illa ciuitate non est positus pro rostris in loco publico: quo casu tunc dicitur notorium toti ciuitati, iuxta l.sed etsi pupillus. §. de quo palàm. ff. de Iustitor.& Doct.ubi suprà. Sed ubi nuntius as-latus est in uico, in quo erat. Nos uerò loquimur, ubi inducitur notorium in tota ciuitate, ponendo nomen banniti, ut suprà dixi: quo casu res non habet difficultatem quo ad illam ciuitatem, sed quo ad alias ciuitates. Ista est quæstio nostra. Et uide pro declaratione uerborum Bart. in dicta l.1. §.1. Feli.in dicto cap.cognoscentes.col ulti.& ibi Deci.in fine, ubi dicunt, quòd bannum ad hoc ut liget, debet ire per totam ciuitatem, nisi sit publicatum in locis eminentioribus, quia tunc illam ex hoc solo ligat: sed an liget aliam, recurre ad materiã d.c.cognoscentes.& tex. in Auth. ut factæ nouæ cõstitutiones.& l.fi.de decret.ab or-
24 di. fac. An † publicatio legis fieri debeat in qualibet ciuitate, ad hoc ut dicatur unaquæque ciuitas scire? Et concluditur ꝙ in qualibet ciuitate Metropolitana debet fieri, ut innotescat omni prouinciæ, per text. in Auth.allegato habetur in d.c. cognoscẽtes.in c.1.de postul.prælat.& alibi sæpe. & sic sit si in ciuitate Mediolani, sufficit etiã quo ad alias ciuitates dominii Mediolani: tamen uidetur, ꝙ nullo modo Placentinus
25 possit puniri: quia † ad probandam insciẽtiam sufficit probare absentiam à loco & ciuitate tex.est, & ibi Bal. in l.planè. ff. de excus.tutor.& in c. cùm in tua. quod est c. fin.qui matri. accus. poss. ubi ponit plures modos probãdi istam inscientiam & ignorantiam Et ponit Roma.consi.59. ad discutiendum.in fi.& Dec.in c.2.in 1. lectura, in ultima col.de constit. Et ideo si ciuitas Placentiæ satis distat, ut est notissimum, à ciuitate Mediolani, nonne apparet ista absentia? Et in forma ostenditur hoc modo: quia
26 † ciuis præsumitur esse & manere in sua ciuitate.l.cùm quidam.*la grande.* in fi.ff.de legat.2.& Bar.in l. is potest. ubi etiã Alex. col.4 ff.de acqu.hæred. Et in d.l. is potest. Bar.tradit hanc materiam, quando præsumatur scientia, & quando ostendatur, uel præsumatur inscientia.& ibi Alex.& Ias.& Aret.consi.103. Et ideo ciuis Placentinus, qui arguitur de receptione Placentini bãniti Mediolani, potest dicere, Præsumptio est, quòd ego tempore banni & successiuè essem in ciuitate mea Placentina: & ideo sum in iusta ignorantia. Nisi dicas, quòd Doctores, Bart.& alii loquuntur quando

ciuitas

ciuitas est multùm remota: secus si satis propinqua, iuxta cap. quosdam. & in cap. quanto. de præsumpt. & Bart. & Docto. in d.l. is potest. & Aretin. ubi suprà, in d. consil. 103. colùm. 8. & per Roman. in dicto cō sil. 59. & dicit gloss. in cap. felicis. in uerbo, uicinorum. de pœnis. in sexto.. quòd
27 † dicuntur uicina loca, quando non distant ultra duas dietas: tradunt Doctores, maximè Moderni in dicto cap. 2. de consti tut. & in dicto c. quosdam. de præsumpt. & sic Placentia non diceretur remota, imò uicina, quæ non distat nisi quadraginta miliaribus: & sic non excedit duas dietas. L. 3. ff. si quis caution. Tertiò obstare ui-
28 detur, † quòd imò non possit puniri dictus receptator ex probabili ignorantia: quia dicunt Doctores, ut per Deci. in c. 2. in prima lectura, in ultima col. ad si quòd ad hoc ut bannum liget, requiritur ut toti ciuitati innotescat, sufficit tamen ut in locis eminentioribus publicetur. Si igitur ista solemnitas debet interuenire, ut liget ciuitatem. Cui dubium, quòd extra dictā ciuitatem non debet ligare, nisi dicas, ꝙ non loquuntur de ciuitate Metropolitana, dum sentiunt id, quod dixi: quia tunc si publicatio sit facta in Metropolitana, sufficit quo ad alias ciuitates, nec ullo pacto hoc negant Doctores. Et certè ista disputatio tolleretur, si seruaretur decretū impressum ducis Ludouici sub tit. de criminibus, uersic. item decernimus & sancimus.
29 ubi dicit inter cætera, † ꝙ bannum ultra hoc quòd debeat publicari in loco publico solito, & ibi poni in albo, quòd etiam debet poni nomen banniti, & banni titulus in loco solitæ habitationis: sed hoc nō obseruaretur, & si obseruaretur in casu nostro, Placentinus ciuis Placentiæ esset excusatus: ubi in ciuitate ipsa, in qua esset solitus habitare, non esset seruata hæc forma: seruaretur tamen in Senatu ꝙ talis receptator est excusatus, saltem pœna ordinaria: quia negari non potest, quin sit præsumptiua probatio: & ideò corporaliter nemo potest puniri, ut suprà sæpius dixi: imò etiam in ciuitate, ubi est bannitus, si ibi sit fama, ꝙ sit bannitus: quo casu nemo excusatur, ut per Bar. in d.l. 1. §. 1. & Doctores, ubi supra, post glo. & Bar. in d. §. 1. non uidetur ꝙ possit puniri ordinariè. cap. illud. de
30 cle. excom. ubi dicit, ꝙ quando † de scientia constat per famam, est licita causa minuendi pœnam. & illum textum allegat Feli. in c. cùm contingat. de officio deleg. colum 3. in principio. non tamen dicit, ꝙ iudex cogatur, imò sentit eum mereri eandem pœnam, sed ꝙ ex gratia potest ei minui, & glo. & textus in dicta l. 1. §. 1. de receptator. sentiunt clare, quòd scientia probata ex ista præsumptione, quia sit notoriū, uel adsit fama in ciuitat. sit sufficiens ad cōdemnandum omni pœna legis & statuti: & sic quando in albo positum bannum. Et ita allegat Felin. in dicto cap. cùm contingat. col. 2. de offi. deleg. ubi dicit, & ad incurrendam pœnam sufficit scientia per famam. Allegat glo. & Bar. ubi suprà, & Bar. clarè in l. omnes. C. de agricol. & censi. lib. 11. Et ponunt Nellus & Doctores, ubi suprà: & ita etiam per Hippolyt. in suo repertorio, in l. de minore. §. plurimum. colum. fin. ff. de quæst. Ego tamen non damnarem eos pœna corporali, si mihi casus contingeret, ubi accusati uel inquisiti di-
31 cerent, † quòd ignorabant eum esse damnatum & bannitum: quia negari non potest, quin sit præsumptiua probatio: & licet sit præsumptio iuris, tamen non est iuris, & de iure. l. si qui adulterii. C. de adulter. & quòd sit præsumptiua probatio apparet ex infinitis allegatis per Iasonem in l. si per errorem. col. 3. ff. de iurisdictione omnium iudic. ubi latè cumulat ad illam regulam de præsumpta scientia, quæ oritur ex notorio. Et probo, quòd etiam hoc est expresse ē mente Bar. & Doctorum, qui illum sequuntur. Nam Bar. in l. omnes. C. de agric. & censi. libro 11. dicit clarè & nitidè, quòd
32 † quando est notorium, est in lata culpa, si dicat quod ignorabat: si igitur est in lata culpa, non potest puniri pœna corporali. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Cornel.
33 de sicariis. In reliquis † uide in hac materia receptatoris in locis, ubi suprà, maximè per Ang. & apostillas ad eum, & Soccin. in consil. 262. columna penulti. uersic. uoluissem uidere. ubi dicit, quòd aliud est receptasse, aliud receptatum tenuisse: qđ nihil aliud est dicere, quàm quòd quis punitur, si receptat scilicet scienter, non si tenet aliquem receptatum ignoranter. Item uide in apostillis Alex. in d.l. 1. & 2. ff.

34 de recep.maximè dum dicit, † quòd caupo non tenetur, qui cibum & potum præbet bannito. Allegat l.Seiæ. §. idem quæsiit.ff.de fundo instruc. & hoc esset maximum priuilegium, quod haberent caupones, quorum genus tamen est improbum: & ideo prodita sunt multa remedia contra eos, ut l.1 ff. nautæ, caupon. stabularii. Et ideo uide Bart.in d.l. omnes. qui postquàm dixit caupones excusari, quando receptant bannitos, qui tamen erãt eis ignoti penitus, concludit idem esse in omnib. aliis: & quòd omnis ille, & caupo, & alius, qui penitus ignotum hospitatur, etiam ꝙ sit bannitus, non tenetur: & ideo si bene cõsideras, Bartol.ibi uult omnino quòd pariter teneatur caupo sicut alius, quando sciẽter receptat. & idem per Nell.ubi suprà, in tertia parte secundi temporis, quæstiones
35 20. & ita teneo Alia multa† & not. in materia horum receptatorum ponit Afflict. in §. receptatoribus. in titu. de pace iura-
36 men.firman.ubi uide. Secundum est, † ꝙ lex, si quando. C.unde ui.concedit his, quibus rapina facta est, iurandi facultatem super quantitate rerum ablatarum.& cap si. extrà, quod metus causa simile iuramentum concedit passis uim compulsiuam, & pariter in odium furis, constito de furto statur sacramento damnum passi super rebus furto subtractis. Ita Doctores communiter in dictis locis, & ita omni die practicatur. Non tamen simpliciter potest iurari in terminis dictorum iurium, sed præuia taxatione iudicis.d.l si quando.qui cõsiderare habet qualitatem personæ passæ damnum, an diues sit, uel non: & an sit uerisimile, quòd in eo loco tot res haberet. Ita glo.in dicta l.si quando in uerbo, qualitate. & Doctores ibidem, & requiritur difficultas probationis, ut ibidem in gloss. & per Doctores: quia si damnum posset leuiter probari, cessaret iuramentum. Et hæc difficultas plurimùm militat in direptoribus alicuius castri, ubi sunt infinita ad eius munitionem, ad quæ etiam homo non aduertit. Sed tamen nota perpetuò unum, per quod quasi semper uerum erit,
37 † quòd aderit difficultas probationum, quando res ad oculum non potest ostendi, ut quia sit perempta, uel quia non extet. Bartol.singulariter in l.in actionibus. ff.de in litem iuran. in princip. colum. ultima. ubi Ias.colum.5. in fi.uersic. in ea gloss. & est communis opinio, licet hoc apud me sit mirabile. Et an procedat dicta l.si quando. contra illum, qui conuenitur de auxi-
38 lio & fauore, uidetur nõ procedere, † per id, quod notat Bartol. in l.1 ff. quando ex facto tutor. & id, quod dicunt Bartol. & Doctores in quæstione de uilla in d. l. si quando. & in dicto c. si. Veritas est in contrarium: & ita superioribus diebus fuit determinatum, quia etiam iste conuenitur ex proprio delicto, & non alterius. Item quia l.si quando. non loquitur contra principalem tantùm, imò solùm considerat raptum & inuasionem rerum. Item quia dispositio est limitatoria: & ita ex quo ratio eadem est, fit extensio iuxta communem doctrinam Bar.& Doctorum in l.si constante.in 9.quæst. primæ partis principalis. ff. soluto matrim. & hic etiam dolus militat, & difficultas probationis, hinc Doctores in d l.si quando.uolunt ut etiam in contractibus militet dicta lex, dolo interueniẽte, ut ibi per Iason. col. penult. & Bart. in l.in actionibus.ad fin.ff.de in litem iuran.& apparet ex dictis Alexan.consi.103.uolum. 1.
39 Habui etiam in facto,† an sicut statur iuramẽto quo ad res perditas, & earum æstimationem: ita etiam statur quo ad damna. Exemplum, Fuerunt mihi ablatæ oues, dico quòd si non fuissent ablatæ, peperissent tot agnos: uel dico, quòd propter aliquod furtum oportuit me sub usuris accipere plures pecunias pro sustentatione familiæ: Et non est dubitandum, ꝙ habetur ratio damni emergentis in delictis. l. Iulianus.circa princip.& l. idem quæ in omnibus.ff.de actio.empti.& Bart.in l.unica.C. de sentent. quæ pro eo quod interest. col. 7.uersic .hoc præmisso. ubi uide omnino. Et dictam l. unicã interpretatus est Dec. sed quo ad lucrũ, & sic interesse lucri cessantis aliud est, ut per Bartol colum.8 uersic.uenio ad ultimam partem. Quando tamen habeatur ratio lucri cessantis, uide Bartol.ubi suprà, & Deci.& Iason. in l.3.§. fin.ff.de eo quod certo loco.& Feli.in cap. cùm uenerabilis.in 2.colum. extrà, de except.& communiter Canonistas in cap.si. de usur.ubi concludunt, quòd duobus concurrentibus habetur ratio, scilicet, quòd sit so-

sit solitus mercari, & quòd lucrum esset quasi certum, & de damno emergenti non est dubitandum· quia est casus legis apertus in cap. grauis. de restit. spol. ibi, quo ad plenariam restitutionem. imò dubitatur etiá, an ueniat pœna dupli, uel quadrupli, ut per Bartol. ubi supra, colum. 9 uersicu. quæro iuxta prædicta. Tamé aduerte, quia prius debet constare de interesse. hoc sentiunt omnes, & Alex. in consil. 141. colum.
40 1. uol. 5. & ideo dubium est, † an hoc casu propter odium delinquentis, & difficultatem probationis stetur iuramento damnũ passi. Et in terminis, ꝙ in casu nostro quo ad damna, fructus & interesse stetur iuramento, iuxta l. si quando. est consi Baldi solemne 119 col. 2. & 3. uol 2. & ita Bar. in d. l. unica. col. penul. uersic. modò restat uidere. ubi tradit modum probandi interesse, & regulariter probatur per testes, tam parte instante, quàm ex officio, & per coniecturas, ut ibi per eum dicentem, quòd fallit in doloso & delinquente, in quo sufficit iuramentum, per d. l. si quando. & c. fin. quod met. cau. & ita Abb. ibidem, col. 2. uersi. secũdò infert. & Gand. in tit. de uariis quæst. col. ult. & uide etiam Spec. in tit. de fructibus & interesse contra uiol. & delinq. §. uiso. col. fi. & ita sentiunt Doctores in eis locis, maximè Ias. in col. penul. uersi. extra autem casus prædictos. ubi quærit an extra casus prædictos interesse probetur solo iuramento. & uide quomodo probetur interesse etiam Ias. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de ædẽdo. Et in hac ciuitate Mediolani uigore statuti statur sacramento usq; ad certam summam in omnibus casibus, in quibus potest peti interesse de iure canonico. Nec in hac materia est disputan-
41 dum † à quo tempore debeatur interesse, cùm delinquens semper dicatur in mora. l. in re furtiua. §. fi. cum similib. ff. de condic. furt. & ita non sumus in l. uideamus. ff. de usuris. & in l. si filius. §. 1. ff. de uerborum obligat. & in l. ex diuerso. ff. de re iudic. & circa dictam l. si quando. uide omnino Alexan. in consilio 103. colum. 3. uolum. 1. ubi dicit, quòd procedit dicta lex, etiam quòd in damno nulla interuenerit uiolentia, & quòd est cõmunis, sicut dixi suprà in prin-
42 cipio. Et † an sit citanda pars in delatione iuramenti, & in taxatione iuramenti, uide in dictis locis, & per Ias. in l. admonendi. in penult. colum. & sequenti. in repetitione. ff. de iureiuran. Et pro declaratione d. l. si quando. uide Calcan. con
43 si. 92. post medium. Et † iuramentum, de quo in d. l. si quando. nullo modo potest taxari, nec refrænari per iudicem, sed standum est iuramento simpliciter. Ita singulariter Ang. in §. oportet. in Authen. de iudic. in 1. glo. uide in simili Ias. in d. l. admonendi. in 4. col. ubi etiam per Alex. & per eundem Alexan. in l. uideamus. §. si ff. de in lit. iuran. Et an possit probari contra iuramentum d. l. si quando. uide Abb. in c. cùm dilectus. col. antepe. de ord. cognit. & Ias. in d. l. si quando. & uide etiam ad d. l. si quã do. Bal. 2. uol. consi. 322. col. 2. & 3. uolum.
44 consilio 35. Et † an iuramentum, de quo in d. l. possit deferri Iudæo contra Christianum, Imola tenet non posse, consi. 2. & Ias. in repetitione dictæ l. admonendi. fol. 26. in 1. col. & ita sustinui in quadam causa Iudæi, quam mouerat contra Petrum Antonium Saccum Papiensem. Et an senten-
45 tia † lata delato iuramento secundum formam d. l. possit retractari per instrumenta de nouo reperta? Fel. tenet non posse in c. suborta. de re iud. col. pen. uersi. fallit quinto. & in ca. proposuisti. colum. 2. de proba. Quæro, iudex corruptus pecunia malè iudicat, atque ita ut uulgo dicimus, per barattariam absoluendo condemnandos fortè
46 bonorum inuasores: an contra eum † iuretur, sicuti iurari potuisset contra dictos inuasores? & uidetur posse iurari, concurrentibus illis duobus requisitis, difficultate probationis, & dolo, qui interuenit propter corruptelam siue barattariam, quæ sine dolo committitur. Ita probatur ex dictis Bar in quæstione de uilla in d. l. si quando. ubi luquitur de tertio: & tamen uult, ꝙ si interuenit dolus, defertur iuramentum: & est æqua opinio, quia nisi fecisset iniustitiam, uim passus habuisset beneficium iurandi. Et ita in Senatu Regio fuit iudicatum contra Prætorem Comi, & eius fideiussores, qui uolebant se excusare per dictam decisionem Bart. de uilla, & per text. & ibi Bart. in d. l. 1. ff. quando ex facto tut. sed non potuerunt, quia erant fideiussores de iudicato soluendo, iuxta not· ta per Bartol. in l. cùm filius. ff. de uerbor. obligat. &

uide circa d.l. Bald. 2. uolum. consil. 119. colum. 3. & non habet locum ubi uide de damno constat per solam contumaciam. Feli. in c. cùm Bertoldus. col. 10. de re iudic. & uide etiam circa d.l. Roma. cons. 76. col. 2. & Corn. primo uol. consil. 123. colu.
47 penult. Tertium † est quòd actio ui bonor. rapt. & furti datur hæredi eius qui rapinam uel furtum passus est, sicut ipsi passo furtum uel rapinam, & non datur sic contra hæredem furis uel raptoris, nisi quando lis iam erat contestata contra defunctum, uel quatenus res peruenit ad hæredem, text. est in §. non omnes. Institut. de perpet. & temp. actio. ubi est materia, & ad Angel. Aretin. ibi recurritur, & ponit Dec. in l. pupillum. §. in hæredes. ff. de regul. iur. & uide etiam omnino Decium in regu. toties. ff. de regul. iur. est materia an morte extinguatur delictum, in qua sit regú. cum fallentiis, ut per Deci. & Angel. in dictis locis. & Firmian. in tit. acta. de gabellis. in 4. lib. colum. penult. & fin. & per Angel. Aretin. in tractatu maleficiorum. in glo. qui iudex. uidens quòd inquisiti non comparent. colum 7. & omnino uide Aretin. in l. qui à latronibus. §. 1. col. 5. ff. de testamen. & dicam fortè aliquid in tit. de pœnis.

Titu. de Pluribus uiolentiis.

SUMMAE.

1 *Violentia multis modis committitur.*

2 *Vis expulsiua punitur ciuiliter interdicto unde ui, criminaliter. l. Iulia de ui publica uel priuata.*

3 *Vis compulsiua ciuiliter punitur actione quod met. cau. criminaliter l. Iulia de ui publica.*

4 *Vis turbata ciuiliter parit interdictum uti possidetis, criminaliter actionem legis Iuliæ de ui publica.*

5 *Interdictum unde ui intentans, & sic agens ciuiliter satis est si probet se possedisse uel fuisse spoliatum, & aduersarium nunc possidere secus si criminaliter agatur, quia debet constare de spolio.*

6 *Excusationes quæ prosunt in ciuili iudicio circa uim expulsiuam, multò magis prosunt in iudicio criminali.*

7 *Incontinenti fieri quandoque dicitur quod fit usque ad decem annos.*

8 *Spoliatus potest furtiuè, & per proditionem suum recuperare, uel alienum inuadere donec suum consequatur, quando requisito superiore non potuit iustitiam consequi.*

9 *Spoliatus potest quandocunque turbare, ut suum recuperet, licet spoliare non possit nisi incontinenti.*

10 *Ciuilem possessionem retinens potest quandocunq; recuperare naturalem in qua erat quando spoliator naturalem inuasit, secus si naturalis fuisset penes alium.*

11 *Turbare ciuilem dicitur, & habentem directum dominium qui emphyteutam expellit, & non uult dominum recognoscere, secus si uelit recognoscere.*

12 *Ciuilis possessio quanto tempore duret, ut possit recuperari naturalis.*

13 *Possessio recuperari potest per uim quando iustitia haberi non potest, uel furtiuè fit, uel grauamen infertur à superiore, uel mora periculum allatura esset.*

14 *Copia iudicis quando dicatur non posse haberi.*

15 *Spoliatus recuperans ex interuallo possessionem an perdat interdictum unde ui, & remedium. l. si quis in tantam?*

16 *Vi deiectus quando quis dicatur, ut deiiciens criminaliter possit puniri.*

17 *Recuperare qui potest per se an possit per alium, & an tale ius possit cedi?*

18 *Spolium purgatur, nec iudex potest criminaliter agere si spoliatus conuenit cum spoliatore, & renuntiauit illi omne ius suum.*

19 *Spoliatus an possit simul ciuiliter & criminaliter agere?*

20 *Pendente iudicio criminali ex officio iudicis intentato an pars possit ciuiliter agere?*

21 *Ciuiliter an agi possit ab una parte, & criminaliter ab alia ex eodem facto?*

22 *Cumulari an possit ciuilis & criminalis actio si non opponatur à parte?*

23 *Actio ciuilis ad uindictā an tollat criminalē.*

24 *Acta & sententia in iudicio ciuili an faciant fidem in criminali?*

25 *Sententia lata in iudicio ciuili descendente ex uiolentia an faciant fidem in criminali, uel econtrà?*

Exce-

sci, licet metu purgato.

107 *Metus rescindit contractum, quando est proxima causa ipsius, etiam si cum tertio contrahatur.*

108 *Metus reuerentialis quando purgetur.*

109 *Metus actu interueniens, an sicut metus reuerentialis purgetur præsentia iudicis & propinquorum?*

110 *Statutum an ualeat præsumens contractum etiam iuratum metu, uel dolo factum.*

111 *Metus accusationis criminis alicuius, & sic metus iustitiæ, an rescindat actum?*

112 *Metu iustitiæ, uel ut fieret delicti remissio pecunia data, aut promissa an repeti possit.*

113 *Ciuilis, & criminalis actio simul intentari non possunt, & quomodo intelligatur.*

114 *Carceratus simpliciter dimissus uidetur absolutus rebus stantibus, prout stant.*

115 *Absoluto reo rebus stantibus, quando idem accusator possit prosequi eandem accusationem.*

116 *Ratificatio non facit ut actus ratificatus plus contineat.*

117 *Acta facto in uno iudicio an fidem faciant in alio?*

118 *Acta facta in uno iudicio ciuiliter an eo non mutato, fidem faciant quo ad puniendum criminaliter?*

1 
N primis scias, † multis modis cõmitti uiolentiam siue uim. glo. in l. 1. C. qđ met. cau. & plenior in l. extat. ff. qđ met. cau. Et in præcedẽti titu. loquuti sumus de uiolentia ablatiua, sed quid in ex-
2 pulsiua? † ut quando quis expellitur è possessione castri, uel domus, uel alterius rei immobilis, & dic competere ciuiliter agẽdo interdictum unde ui, de quo uide per Angel. Aret. latissimè in §. quadrupli. Instit. de actio. ad quem semper recurre tanquàm ad tractatum in materia. Criminaliter uerò agitur sicut suprà dixi l. Iulia de ui publi. uel priua. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de ui publi. uel priua. §. recuperandum. Instit. de interdict. & l. 1. §. ne quid. qui est § 2. in illa l. ff. de ui & ui arma. & l. si de possessione. C. unde ui. & propterea etiam statutum nostrum in criminalibus de pœna committentis, uel committi faciẽtis spoliationem in re immobili acriter punit tales criminaliter. De compulsi-
3 ua † uerò uiolentia, iuxta d. glo. in d. l. 1. C. quod met. cau. & in d. l. extat. ff. eo. agitur ciuiliter actione quòd met. cau. iuxta suos titu. & ponit per modum tract. de ea actione Angel. in d. §. quadrupli. & Vital. in suo tracta. clau. char. 65. col. 1. & duabus seq. & Dec. nouissimè in regula in omnibus causis pro facto. ff. de regul. iur. Criminaliter uerò dicto remedio de ui publi. uel priua. uide in his legibus, quia ita comperies, & ideo etiam statuta nostra animaduertunt in tales sub rubr. de pœna illius, qui per metum fecerit aliquem redimere, & in statutis præcedentibus; & ubi cessarent
4 non deficit lex. De ui turbatiua † pro qua ciuiliter agẽdo competit interdictum uti possidetis uide amplissimè per eũdem Angel. Aret. in d. §. quadrupli. de actio. Pract. Papien. in forma libelli pro turba. posses. maximè super uerbo, hodie. tenet & possidet, & Alafr. qui etiam tractat materiã præcedentẽ interdicti unde ui. Orian. in tract. de cau poss. & propriet. ubi per sex col. cõpetit etiam iudicium criminale, ex l. Iul. de ui publi. & priua. ita Oldra. & Alberic. in l. in eadem lege. ff. ad legem Iuliam de ui publica. Alex in l. 1. ff. ad legem Iuliam de ui publica. & Bart. in l. qui cœtu. §. si de ui. eo. tit. ꝙ tamen intelligo ubi fit turbatio ui, iuxta tex. in l. 1. §. est igitur hoc interdictum. ff. uti posside. quia etiam potest fieri turbatio sine ui solo uerbo, & aliter, ut notabiliter declarat Fel. in c. modos turbationis possessionis in c. licet causam. de probat. col. 9 uersi. not. 12. & ponit Bal. in quæst. accusatus. de ui turbatiua. col. 2. & ideo nõ immerito etiam statuta nostra imponunt pœnam criminalem istis turbatoribus, quæ quotidie obseruantur, de hoc
5 tamen infrà dicam & apertius. Et † circa interdictum unde ui non omitto ꝙ ille qui uult in eo obtinere, uidetur ut debeat probare, ꝙ quando fuit spoliatus possidebat. l. 1. §. interdictum. ff. de ui & ui arma. & ita tenet Inno. in c. qualiter & quando. *el secondo*. de accusat. ad quod etiam allegatur glo. in c. consultatio. de offic. deleg. sed tamen non est necesse, quia sufficit probare ꝙ semel possidebat, quo casu semper

præsumitur possedisse, & sic satis adhuc dicitur probasse quòd tempore spoliationis possidebat prætiun.ptiuè, & ratio est, quia possessio fuit acquisita animo & corpore, & retenta saltem animo, est enim necesse, quod ad possessionis amissionem interuenerit mutatio uoluntatis, quæ est facti, & facta non præsumuntur, &c.ita Innoc.in c. ad audientiam de homicid. Abb.in c. cùm ad sidem.de restit. spoliat. & in c.accedentibus.de priuileg. ubi tamen dicit quòd debet allegari semper possedisse, sic etiam Alex facit hanc conclusionem consil. 133 in primo. & consil. 6. in secundo. & consil. 80.in secundo. Aret.consil.78.incip.excellens domine collateranee.ubi dicit non esse necessariam allegationem, & istam opin. uoluit etiam glo.in d.c. consultatio. idem clarè uult Abb.in c. cùm ecclesia Sutrina. in.3.col. de cau.possess.& propriet sic ergo satis est probare quòd semel possedi, imò amplius satis est probare me fuisse spoliatum, quia statim præsumor fuisse in possessione, secundum glo. in c. Pontificis.7. e.1.licet cõtrarium teneat glo. in d.c cùm ecclesia Sutrina. in uerbo, uocem. & conclusionem principalem quòd satis sit probare me semel possedisse. & nunc esse penes te possessionem ad probandum spolium, etiam tenet Socin.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poss.ubi amplissimè de remedio reintegrandæ magis fauorabili.

Hæc quo ad iudicium ciuile in quo sufficit hæc præsumptiua probatio spolii, non quo ad criminale, quia oportet clarè constare de spolio.l. sciant cuncti. C. de proba.iunctis notatis in c. afferrè mihi gladium. de

6 præsumpt. Excusationes † tamen sufficientes in ciuili iudicio interdicti unde ui, multò magis erunt ualidæ in criminali, in quo iudicio criminali etiam causæ iniustæ & adumbratæ sufficiunt, iuxta regu.l. si igitur.ff.de liber.cau.& dicta l.irè suprà, circa declarationem decreti, quando habet originem à contractu, & ideo si accusatus dicat quòd incontinenti recuperauit possessionem, qua ipse fuerat spoliatus repellit accusatorem.l 3.§.cùm igitur. ff.de ui & ui

7 arma.& † dicitur incõtinẽti etiã infra decẽ annos, si tamen animum habuit semper recuperandi faciendo debita præparamenta. Ias.in leg. clàm possidere.§.qui ad nundinas.col.8. & idem Socin.ibi, colum.2.ff. de acquir. poss. Alex.in l.si de eo.§.si fortè. ff. de acquiren.possess.Felin.in cap.1. de iudic. col.6.in fi.& seq. Aretin.in d.§.quadrupli.

8 17.col.Si etiam † dicat accusatus quòd id fecit, quia requisito superiore non potuit consequi iustitiam maximè si fecit furtiuè, & sine tumultu auditur.Paul.de Cast. consil.35. col.3. imò furtiuè & per proditionem absolutè licet & non tantùm suũ, sed etiam aliud donec habeat suum uel à superiore loco sui sibi adiudicetur.Bald.in repetit.l.2.C.de serui.& aqua.col.22.uersic sed nunquid per furtum & uersic.seq & Felin.in d.ca. 1. de iudic.col 6.in fi.& uide omnino Cœpol. consil.26.col.1.&.2. licet

9 etiam spoliato † & incontinenti, & semper turbare, licet non possit recuperare, nisi incontinenti. Bart. in l.1.§. fin.ff.uti possid in.1.colum.Ange.in dicto. §.quadrupli. colum.17.& Alexan.consil.36 colum.3.uo

10 lu.1. Item † ratione ciuilis retentæ, licet quancunque recuperare naturalem, quia dicitur continuare suam possessionem, & tollere id per quod sua possessio perturbatur quod semper licet. l si in rem.§.qui ad ianuam. ff. quod ui aut clàm.& l.quemadmodum.§.1.ff.ad legem Aquiliam. ita Barto.in l.1.§.interdictum. colum.2.ff.uti possidet.ubi omnino uide, & ita Alexan.consil. 5.in.3 col.uolumi.3. Aret.consil.81.in fi.& plenè & subtiliter Aret. in d.l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff.de acquir. possess.ubi etiam Alexan.col.2.& seq. Alexan. in l.naturaliter.§.nihil commune. col.x. ff. de acquiren. poss.ubi sequitur Bart. in d.§. interdictum. & est communis secundum Alexan.in l. quemadmodum. ff. de acquir. poss.Sed aduerte, quia hæc conclusio procedit, quando ciuili & naturali existente penes aliquem qui recedit, alius clam ingreditur possessionem, sed quid si solùm ciuilis erat in aliquo, & naturalis penes aliũ qui discedit alio ingrediente in ipsam naturalem. An habens † ciuilem possit eum

11 repellere uti turbatorem suæ ciuilis? Dic non posse, quia illa naturalis non dependebat à ciuili, & per se consistebat, & hoc si ille uelit habentem ciuilem & dominiũ directum recognoscere in dominum, sed si nolit dicitur turbare ciuilem, & sic potest recuperari, ita not.Bart.in.l.2.§.quod ait

ait prætor. uersic. sed hic dubitandũ. ff. uti possid. qui tamen uult quòd in naturali feudatarii, & emphyteutæ, etiam quod nõ dicat. Nolo te recognoscere, sed simpliciter expellat, eò ipso dicitur turbare, uide ibi omnino, & tene in memoria perpetuò glo. in leg. indebiti. §. sed si nummi. quam Bart. in eo. §. sed si nummi in fi. sequitur. ff. de condi. indeb. quæ uult, ut si tertius expellat emphyteutam, uel uasallum de possessione sua naturali, & dominus uelit contra eum agere rei uendicatione uel interdicto unde ui, poterit ipse ei opponere, Tua non interest, ex quo durat utile, & hoc donec duret ipsum utile, quæ glos. est communiter approbata, ut ibi per Alexan. & Ias. & Socin. in leg. 2. ff. de excep. rei iudic. & uide omnino Socin. in d. leg. 2. ad finem. quia dicit quòd si tertius spoliator uult dominum recognoscere & soluere canonem, cessat turbatio: nam fateor sicut dicit Bartol. in d. §. quod ait prætor. quod eo ipso turbatur dominus, tamen cessat si paratus est se recognoscere & soluere, sic cõpono hanc contrarietatem. Et quanto
12 † tempore duret ciuilis, ita ut possit naturalis recuperari, uide plenè Alexan. in d. leg. si de eo. §. si fortè. ff. de acquir. posses. & Socin. consil. 94 col. 4. & consil. 99.
13 col. penult. Dixi † quòd incontinenti licet recuperare possessionem rei suæ declarando quomodo intelligatur esse incontinenti, dixi etiam alios casus in quibus hoc licet propria authoritate, ut quando non potest consequi iustitiam, uel quando fit furtiue, & propter ciuilem, quæ turbatur. Addo quando non potest haberi copia iudicis, quòd etiam tunc licet. Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod ui aut clàm. & exemplum ponit in illis ciuitatibus quæ non recognoscunt superiorem, si una occupat per uim bona alterius; quia tunc iudicis non est copia. Item licet propter enorme damnum quod spoliatus pateretur. Bar. in d. §. bellissimè. in fi. & quando copia iudicis haberi non potest uide Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunctia. in fi. penult. col. & in ulti. col. & consil. 9. col penult. uol. 1. Bart. in l. hostes. ff de capt. in 2. col. D. Mart. in tract. de princip. tit. de bello. quæst. 5. Signorol. consil. 75. col. 6. ubi idem dicit, quando uerisimiliter non possum consequi ius meum uia iuris uel iudicii, licet etiam quando grauamen infertur à superiore. Bart. consil. 105. Isern. in proœm. feud. col. 5. in fi. & licet etiam ubi mora esset periculum allatura. Ancharan. consil. 278. circa penult. col. & ad prædicta uide Abb. in c. conquerente. colum. 2. in princip. de restit. spol. Paul. de Cast. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. col. 2. in
14 princ. Et † quomodo dicatur non haberi copia superioris, uide Bart. in tract repræsal. in 5. quæst. 2. quæstionis principalis. quando spoliatus ex interuallo recupe-
15 rat possessionem suam, † an perdat beneficium interdicti unde ui, & beneficii. leg. si quis in tantam. C. unde ui. & an perdat ius accusandi criminaliter spoliatorem suum? uide Bart. in leg. qui possessionẽ. ff. de ui & ui arma. Alex. in 3 uolu. cõsil. 6. col 5. Paul. de Cast. consil. 35. col. 2. & seq & Abb in c. fin. col. 4. de ordi. cogni. Bal. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de ui publi. col. fin. & ibi Bart. col. 3.
16 circa fin. Quando † quis dicatur ui deiectus uide Bart. notabiliter in leg. sequitur. §. si fundum. ff. de usucap. & in l. 1. §. siue autem. ff. de ui & ui arma. quem tex. uide omnino, & omnino Bald. in l. 1. in fi. C. quod metus causa. Abb consil. 23. in. 2. uolu. ubi loquitur de eo qui solutionem denegat, & Feli. in c. licet causam de proba. col. 6. in fi. & seq. & notabilem modum ponit Abb. in c. olim. *el primo.* in 4 col. de restit. spolii. quando colonus traderet uerè & realiter possessionẽ alteri, iuxtà l. fin. C, de acquiren. posses. & l. quamuis. §. 1. ff de acquiren. posses. qui tamen dicit, quod est spoliatio largo modo est considerandum quo ad puniendum criminaliter, & idem de aliis casibus in quibus large dicitur spolium. Non enim punitur criminaliter. nisi ille qui uerè uim infert, ut in titu. ff. & C. de ui publica & priuata. imò Bald. addit quòd debet esse atrox uis, ad hoc, ut propter eam possit procedi criminaliter in consilio 177. circa finem. uolum. 3. de quo ultimo loco in hac materia interdicti
17 unde ui, dicam ubi uide. An qui † potest recuperare per se possit per alium, & an tale ius possit cedi alteri? uide Bar. in l. cũ fundum. in prin. ff. de ui & ui arma. Felin.

in c.ad nostram. de proba. col. 2. Roma. consil. 484. & Bald. not. 3. uolum. consilio 436. col. penul. Bar. & Alex. in l. 1. §. usufructuarius autem. ff. de oper. no. nuntia.

18 Pone † quòd committens spolium, & qui potest sicut dixi accusari criminaliter se conuenit cum spoliato, & obtinet ab eo quòd ius omne sibi renuntiat: quo casu in profanis, quicquid sit in beneficialibus spolium purgatur secundum Abb. in cap. sollicitè. de restit. spol. Alexand. in consi. 93. in 5. uolum. & Socci. in l. rem quæ nobis. col. penulti. uersicu. postremò. ff. de acqui. possess. An nihilominus pro interesse fisci, instante ipso fisco possit iudex procedere criminaliter? uidetur eum posse per ea quæ dixi suprà sub rub. de furtis. in uersic. propter pacem. & in titu. de accusatio. In contrarium credo se habere ueritatem, quia sic tollitur crimen, & purgatur, ut dixi sicut dicimus quando sequitur matrimoniũ post raptum, iuxta c. fin. de raptor. & quæ dicam infra in titu. de raptu mulierum. & in hoc dominio cessaret hæc difficultas propter statutum numerans casus in quibus non obstante parte, iudex possit procedere & auferens facultatem in alijs, inter

19 quos non est præsens casus. Quia † dixi quòd agitur ciuiliter post spolium inter dicto unde ui, & etiam criminaliter, quæro an simul utrunque remedium possit intentari, Dic non posse. d. l. si quis ad se fundum. & ibi Bar. colum. 1. & si uis in genere scire, an ciuilis actio & criminalis simul intentari possint, & an una electa faciat aliam cessare, & quomodo uide in l. 1. Bartol. & alios. C. quando ciuil. act. crimi. præiudi. & Angel. Aret. in glo. necnon ad querelam, uersic. quæritur si actum fuerit. colum. illa, & seq. & est in char. 17. & eadem

20 char. colum. 3. An † pendente criminali iudicio per officium iudicis tantum possit pars intentare ciuilem ad suum interesse? & de materia uide Bald. in l. Lucius. in 5. notab. ff. de infami. ubi ponit quando criminalis suspendat ciuilem, & latè Abb. 2. uol. consi. 16. & Ancha. consi. 61. Alber. in l. satis apertè. ff. de falsis. Et ex eodem fa-

21 cto † an possit agi ciuiliter ab una parte, & criminaliter ab alia, uide Bartol. consil.

22 115. Et an † possit cumulari ciuilis & criminalis maximè si non opponatur, uide Cuman. consi. 42. in fi. & uide circa materiam Alexan. in l. 2. §. 1. in 1. apostilla. uersi. adde tamen. ff. ui bonor. raptor. & omnino Bartol. in d. §. 1. ubi est locus ordinarius, & ibi habes quid in actis etiam in uno iudicio an faciant fidem in alio, & quid in sententia, & omnino uide Bal. in l. 1. & 2. C. de appella. ubi dicit quòd quando summariè potest procedi, utraque potest cumulari, & uide omnino Bar. in l. prætor ædixit. §.

23 1. ff. de iniur. ubi actio † ciuilis ad uindictam tollit accusationem criminis publici, & dixi suprà in titu. quomodo procedatur per actionem in delictis. in fi. allegando ultra Bar. Angel. ibidem, & Cæpol. consil. 56. ubi est uidendum, & de his omnibus uide etiam quæ dicam ad fin. præsen-

24 tis tituli. An probationes † & acta in istis iudiciis ciuilibus descendentibus ex uiolentia & crimine faciant fidem quando posteà agitur criminaliter. Conclusio est non facere, Bart. in l. 2. §. 1. ff. ui bonor. rapto. Abb. & Doct. in c. at si clerici. in prin. de iudic. ubi uide Feli. & Dec. ponentes fallentias. Feli. in c. 1. col. 3. de except. loquuntur tamen Bar. & Doct. quo ad probationẽ in condemnando non in absoluendo. Item econtrà dicunt Bart. & Doctores secus esse, quia in criminali acta & probationes faciunt fidem in ciuili cessante ratione præcedentis conclusionis, quæ est quòd probationes debent esse luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probat.

25 Quid in sententia † an lata in his iudiciis faciat fidem dum criminaliter agitur, uide Bar. in d. §. 1. in l. 2. ff. ui bonor. rapto. & Fel. in c. de his. col. 3. uersi. sextò limit. de accusat. & in c. aduersario. col. 4. uersicu. soleo sequi. de except. & per Ias. in l. admonendi. in 9. char. in ult. col. in repetit. ff. de iureiu.

26 Quando agitur ciuiliter † uel criminaliter contra aliquem qui excipit dicens, Tu spoliasti me domo, nõ teneor tibi respõdere, an bene excipiat, & iudicium ciuile uel criminale sileat? uide tex. in c. 2. de ordi. cognit. qui dicit silere, & semper allegatur quòd exceptio spoliationis impedit actorem agentem mutuo uel alia actione donec sit probata exceptio spolii, qui text. etiam loquitur de agente interdicto unde ui. ita Dec. in consi. 200. uol. 2. post Abb. in c. bonæ. col. pen. de appellat. loquendo tamen

in exceptione spolii alterius rei, quia eo casu auditur & differt iudicium principale actoris, ut etiam dicit text. in cap. fin. de ordi. cognit. dum uult ut conuentus non auditur, nisi super alia quæstione spolia-
27 tionis, † quia super spoliatione ante facta eiusdem rei non auditur, ex quo ultimum spolium purgandum est. §. recuperandæ. Institut. de interdict. l. sed si ui armata. ff. de ui & ui arma. glo. & Bart. in l. 1. §. qui autem à me ui. eod. tit. D. Anto. in cap. in litteris. de restit. spoliat. in 3. opposit. & in cap. fin. de ordi. cogni. Aret. in d. §. quadrupli. colum. 13. & Pract. Papien. in forma libelli. spoli. possess. in uerbo, tantæ & possessæ. & Alex. consi. 6. colum. 4. uol. 3. Et pro intellectu d. cap. 2. de ordi. cogni.
28 Scias † quòd si est probata spoliatio in modum exceptionis, actor qui spoliauit non tenetur restituere: tamen non auditur nisi restituat, & ita cogitur per indirectum ad restituendum. sic uoluit dicere text. in §. sed quoniam. & in §. uerum. Scias etiam
29 † si non opponit reus, in terminis loquor d. c. 2. sed agit reconueniendo super alio spolio, quòd super utroque proceditur ut
30 in eo c. & uide † quòd exceptio spoliationis impediat processum. Socci. consilio. 12. col. 3. & duabus seq. & scias quod d. c. 2. loquitur quando reus opponit contra agentem
31 de spolio facto per eum. Sed † si opponat de spolio tertii dicens, Domine iudex spoliatus fui omnibus bonis meis, uel maiori parte bonorum meorum, sum nudus, non possum contendere, etiam probata tali exceptione infra quindecim dies sibi datos à iudice, debet audiri. iste est solemnis text. in c. frequens. in prin. de resti. spol. in 6. & Bar. in d. l. si quis ad se fundũ. in fi. loquitur tamen Bart. & text. præcisè quando agitur criminaliter, quia tunc reus sicut dixi potest impedire processum excipiẽdo de spolio, sed si agitur ciuiliter, nihil operatur hæc exceptio nisi ratione spolii facti ab ipso actore, iuxta d. c. 2. & c. fin. de ordi. cogni. & quæ suprà dixi per illa iura. Etiam
32 scias † quod non solùm agitur interdicto unde ui ad restitutionẽ possessionis, sed ẽt ad damna fructus & expensas, tex. est in d. l. si quis ad se fundum. & ibi Bar. col. 1. & 2. l. 1. §. qui autem ui deiectus est. & §. seq. qui incipit, si fundus. & §. non solum. ff. de ui & ui armata. & c. quamuis. de restit. spol. Et
33 hoc procedit † dato quòd qui uenerũt ut spoliarent non spoliauerint, sed solùm damna intulerint. tex. est expressus in d. c. 1. quẽ uide, intelligendo tamen ut per D. de Rota in tit. de restit. spol. decisio. 156. incip. nõ sufficit probare ubi uide. Et his diebus proximè præteritis in causa ardua inter Pontificem & Cæsarem, ad fauorem Cæsaris contra Pontificem & Placentiam, quæ non priuauerat nos possessione, sed uolens priuare damna intulerat, sic dixi allegando d. c. & omnes admirati sunt, & ita Ang. in d. l. si quis ad se fundum. col. 1. ubi etiam uide
34 Salic. col. pen. & † non dicitur purgatum spolium si non integrè usque ad unum obolum sit facta restitutio. sic probat tex. in d. l. si quis ad se fundum. loquendo etiam in solis damnis. & Abb. clarè in c. fin. col. 1. de ordi. cogni. & in c. accedens. 2. ut lit. non contest. quod nota perpetuò propter fauores datos spoliatis. Et quod debeat fieri plenaria restitutio, text. est in cap. grauis. de restit. spol. & in l. 1. §. qui autem. ff. de ui & ui arma. & ponit Socci. consi. 12. col. 5. uersi. secundo. ubi uide. allegatur etiam ad hoc tex. in l. si quis ad se fundum. ubi Bar. & alii C. ad legem Iul. de ui publica. & ita generaliter loquendo reperies hanc conclusionẽ in mille locis, & in præsentia uide Ias. consi. 172. sequendo commissionem. col. 1. uol 4. est tex. quòd spoliator debet plenè restitui in c. reintegranda. 1. q. 3. maximè in uerbo, funditus. & in c. seq. & in c. eiectis. & in c. si episcopus. & in c. cùm eccle-
35 sia. 2 q 3. quæ iura uide, & aduerte, † quia hæc conclusio est clara contra spoliatorem, contra quem competere potest interdictum unde ui, & ita loquitur c. grauis. & in effectu c. accedens. 2. ut lit. non cõtesta. ubi est text. quod uxor diuerterat à uiro eum spoliando possessione maritali, & uult tex. ut non audiatur in petitorio, nisi facta plenaria restitutione, & ita ibi not. Abb. sed contra alium ad quem peruenisset res, iuxta c. sæpe. de resti. spolia. & d. c. reintegrãda. hoc opus hic labor est. bene fateor si ago talibus remediis quòd non potest opponi de dominio, & differtur cognitio hæc. Et ista est cõmunis etiam cõtra bonæ fidei possessorem, in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. maximè per Iason. ibi, col. 4 &

per Rip. in c. cùm ad sedem. de restitu. spoliat. sed si agatur contra me in petitorio ante factam restitutionem perfectè, non uidetur quòd possim illud petitorium suspédere, excipiendo fui spoliatus à tali, & res in te peruenit & plenè non restituisti, per ea quæ ponit late & doctè Abb. omnino uidendus in c. 2 col. 3. de ordi. cogni. reprobato Anto. de But. & Calpe. ut ibi. Teneo contrarium in hoc casu, loquendo in eadé re qua fueram spoliatus. Abb. enim ibi, & si uideatur loqui generaliter tamen considera quòd solum loquitur in casu c. fi. de ordi. cognit. qui uult ut si agam reintegrãda contra me non admittatur concursus alterius causæ, nisi alterius spoliationis: nam loquitur si agam & agere possim interdicto unde ui, & sic cõtra spoliatorem, loquitur etiam in terminis d. c. 2. & c. frequens. eod. tit. in 6. quando agitur contra me de re alia, & ego excipio de spolio, quia non suspenditur nisi contra spoliatorem, uide bene Abb. quia sic loquitur, & maximè in fi. dum dicit, concludo nec etiam in petitorio, in eadem re potest agi qua ego sum spoliatus, quia deficit actio, id est rei uendicatio in eo qui possidet. c. examinata de iudic. & ita non est uerisimile ut loquatur hoc casu, maximè quia nihil loquitur de plenaria restitutione: quo in casu posset aliquando agi solum ad restitutionem, & consequenter loquitur in eo casu quo non posset agere, & uide Socin. in d. consil. 12. col. 5. uersi. secundo. & facit regula quòd spoliatus restituendus est plenariè antequàm audiatur super dominio, & loquitur propriè hoc casu, quando agitur in petitorio contra spoliatum, & spoliatus excipit ut suspendat, & loquitur in terminis c. reintegranda. quia inter alia iura illum text. pro principali allegat, & facit, quia si exceptio dominii non repellit, multò minus actio. tex. est in d. c. 2. de ordi. cognit. & ibi Anto. de Butr. & omnes, & aduerte quia etsi ex prædictis satis liqueat quòd hoc priuilegium suspensiuum detur spoliato non in odium spoliatoris, sed fauore restitutionis non retardandæ & sic causæ, & dictis remediis, maximè remedio c. reintegranda. quo casu procedit sine dubio opinio mea, ut dicit Soci. omnino uidendus in d. l. rem quæ nobis. in si. 6. q. tamen etiam de se patet & satis in d. l. 1. in prin. in uersic. etenim. cum glo. ff. de ui & ui arma. ubi apparet datum esse, ut postponatur cognitio dominii in priuilegium interdicto unde ui ad facilitandam restitutionem, & sic causæ atque ita omni remedio per id quòd dicit Socin. ibidem, sed in alia re ut in terminis c. 2. & c. frequens. & c. fin. de ordi. cogni. in qua dico loqui Abb, in d. c. 2. fortè adhuc communis opinio est contra Abb. & contra eum latè tenet Gemin. in d. c. reintegranda. & Imol. in d. c. 2. de ordi cogni. Calder. & Ant. de But. ut ibi per Abb. & licet multi tenuerunt pro eo uariarunt, ut per Abbatemmet & Gemin. ubi supra nec curo de capella Tholosana. quæst. 433. ubi uide quæ tenet contrarium & ibi latissimè in apostillis disputatur iste articulus, & melius quàm alibi: nam contra Abb. est tex. in d. c. cùm ecclesia 2. q. 3. ubi tex. non loquitur de eiecto, sed solùm quando res suæ non sua sponte detinẽtur. Item quando agitur ciuiliter contra eum, quia dicit non debet aliquid ille, & tamen uult ut omnia ei reintegranda sint, & Abb. in d. c. 2. de ordi. cognit. qui tenet illam opinionem iuxta clemen. 1. de cau. possess. & propriet. & c. pastoralis. de causa posses. & proprieta. se corrigit faciendo expressam mentionem de his quæ dixerat in c. 2. & in c. fi. de ordi. cognit. Est tamen difficile recedere ab opinione Abb. quia eam sequuntur Gemin. Francus, Ioan. & Anchar. in d. c. frequens. & Bald. in additionibus ad Specul. in titu. de petito. & capella Tholosana ubi suprà, & ita uidetur communis opinio. Est etiam æqua ut dicitur in apostillis ad dictam decisionem ubi uide. Et quamuis res in præcedenti dubio mea quidem sententia sit absque aliqua difficultate: tamen Senatus contrarium iudicauit, quia ubi agatur in petitorio, ut suprà cessat fauor restitutionis fiendæ spoliato, qui facit ut excipiens de dominio non audiatur ante restitutionem. Et ita militante solùm odio spoliatoris, non habet locum exceptio contra eùm ad quem peruenit res, iuxta c. reintegranda, & iura suprà allegata. Alia etiam ratione mouebantur nonnulli propter decisionem Abb. quam dicebant esse communem in d. c. frequens. non aduertens quòd ibi Doctores loquuntur

in casu d.c.frequēs.declarando illum text. Non aduertentes etiam quòd decisio capellæ Tholosanæ,sic etiam loquitur, & in terminis c.fi.de ordi. cogni. Non aduertētes postremò quòd omnes alii pro Abb. loquuntur clarè sic,& nulli in casu nostro, & ita etiam si calumniãdo diceretur Abb. loquitur generaliter,tamen alii præcipuo
36 in casu loquuntur. Ad prædicta adde † quòd solum uerbum, restituo.denotat plenariam restitutionem quo ad omnem cōmoditatem. Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posth.in col.ubi est numerus 68 .uersicu item adde d. Abb. Postremò ne decipiaris, scias uideri dicendum non requiri dolum in hoc interdicto un-
37 de ui. Nec † etiam cùm pro tali uiolenta expulsione agitur criminaliter, quia & si res sit mea, & esset à me ante possessa, sed fuerim spoliatus ex interuallo, si ui illam recupero, teneor utroque remedio ciuiliter & criminaliter.l.si quis ad se fundum suprà allegata. & l.qui cœtu. §. si de ui.ff. eod. tit. & pulchrè leges penult. & fin. ff. ad legem Iul.de ui publi. Sed in contrariū est text.in l.1.ff.de ui & ui arma.§.hoc interdictum. uersic. ad solam autem atrocē uim. & ibi glos. exponit quando uis dolo fit cum armis uel sine armis, & suprà allegaui Bald. consil. 167. circa finem. uol.3. qui dicit quòd sola uis atrox sufficit ad criminaliter agendum. Bart.tamen latè & notabiliter in l. sequitur. §. si fundum. ff. de usu cap. ubi omnino est uidendum. Conclusit transeundo per contraria quòd uidetur uiolenta possessio etiam sine dolo quo ad terminos interdicti unde ui, & possessionis recuperandæ, & inter alia exempla illud ponit, Quando quis spoliauit authoritate iudicis,iuxta latè tradita per Docto. in c. conquerente. de restitu. spoliat. per Felin. in c.ecclesia sanctæ Mariæ de constit.col.13.& in c.dilectus filius.col.1. & 2 de rescript. & in c.cùm causa.col.1.de offic. delega. & alibi sæpè per Doctores maximè in consiliis. Sed aduertendum est quod & si possessio ablata, & proprietas fuerit & sit spoliatoris: tamen uim intulit & dolo uim intulit, & ita omnia conueniunt. Verùm si talis putabat sibi licere, iuxta notata per Alex. in consi. 103.uol.1. cessat lex Iulia de ui publica & priuata.

sed non cessant aliæ leges quæ nolunt ut quis quoquomodo sibi dicat ius propria authoritate,& ita loquitur text.in.§. quia tamen.Insti.ui bonor. raptor. Et hoc colligo ex glo. etiam quæ est clara sicut Sol. in l,1.§.ne quid autem. in uerbo,constitutionibus.ff.de ui &ui arma.& aduerte quia etiam directum interdictum unde ui, non datur nisi ut suprà dixi pro attroci uiolentia & dolo commissa,licet succurratur remedio restitutionis possessionis etiam cessante atroci uiolentia,ubi tamen possit dici quòd uiolentia interuenerit, iuxta ea quæ dixi suprà in uersi. quando quis dica-
38 tur ui deiectus, † quia pluribus modis quis dicitur ui deiectus, etiam non interueniente atroci uiolentia, ut ibi dixi, &
39 ita defendo Bart. Aduerte tamen, † quia etiam pro uiolenta recuperatione iurisdictionis,& aliorum incorporalium datur interdictum unde ui saltem utile. Bart.in l. 1.§.unde ui.ff.de ui. & ui armata.& Socin. consil.287.col.penult.& pariter non dubito quin possit agi ex dicta lege de ui publi.& priua. quæ uim considerat,& non rē arreptā. Ideo solum præparamentum uiolentię considerat prohibendo teneri arma in domo l.1. ff.ad legem Iul.de ui publi.& ibi Bart.ad finem principii,imò in agro ut ibi in text. & per Abb.notabiliter in c. cū dilectus.col. 2.de ordi.cognit.ubi omnino uide de hac ui publica uel priuata. Cætera
40 in hac † materia interdicti unde ui, & reintegrationis possessionis, maximè an & quando possit opponi exceptio dominii, uide per Alex.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.possess.&per Firmiā. in uerbo, spoliatus.& per Doct.suprà allegatos, & alibi sæpe, & Corset. in suo tractatu: ubi ad regulam quòd spoliatus ante omnia,&c.ponit quinquaginta limitationes. Dixi satis, & fortè nimium de ui expulsiua. Circa uerò uim turbatiuam pro qua etiam agitur criminaliter,sicut tamen dicam infra: Scias uerum materiæ in hoc
41 consistere, † quòd si iustè possideo, & turbor,obtineo:si iniustè obtineo cōtra extraneum à quo nullam causam habeo,sed contra eum à quo habeo iniustè possessionem, ui clàm uel precario non obtineo. Primam partem quòd obtineo si iustè posdeo habes in l.1. ff.uti possidę. Secun-

sessio, & quomodo probetur quasi possessio iurisdictionis, uide Ias. in l.3. in princ. col.pen.& ult.ff.de acquir poss.in lectu.noua.Pau.de Leazar.in c.in literis.de restit.spol.colu.5.& uide ad prædictam materiã Soccin.consi.74.col.2.& 111.col.fi.& omnino uide Marian.Soc.in hac materia, ubi nihil omittit in c. cùm contingat. de foro
55 compe. Et † pro dilucidatione processus criminalis in hac materia subiicio quæstionem quam habuit in facto, Accuso aliquem ꝙ fuit cum plaustro per fundum meum de possessione turbata, probo requisita, opponit accusatus ꝙ licuit sibi, quia fuit multis uicibus in anno, iuxta tex.in l.1. quem uide §. hoc interdicto. ff. de itine.actuq; priua. Respódeo ego quod ob hoc nõ probat de triginta uicibus, nec ꝙ semper iuerit in uno anno, iuxta d.text. Ad quod ultimum replicat sibi satis esse ꝙ triginta uicibus etiam iuerit in quinq; annis, quia itum fuit gratia nemoris incidendi, iuxta l. diuortio.§. quod in anno ff. solu.matri. Dico etiam ꝙ non probat accusatus se iuisse me sciente, & patiente. Verùm respondet ꝙ hoc requiritur ad possessionem non ad facultatem eundi ad hoc, ut competat interdictum de itinere secundum Bartol.in d §.uersicu quæro ulterius. utrum habeam in quo ibi est uidendus. & item dico ꝙ accusatus deducit quasi possessionem.non illam facultatem, iuxta leg. qui habebat.ff.de insti. Item ꝙ accusatus non probat ꝙ iure seruitutis, tamen respondet hoc non procedere in probanda facultate, quod non est uerum, ut declarat Bar.in d.§.uersi.uenio ad sequentem. Item insisto non probat accusatus ꝙ non ui nec clàm, &c. ut ponit Alex.in consi. fi.uolu.1. sed respódet ꝙ in dubio hoc præsumitur, sed est error, ut declarat Bartol.in d.§.uersicu.alterius quæro qualiter probabitur. & loquitur etiam Bart. quando quis uult tantum se fundare super usu, & sic non potest dici ꝙ loquatur quo ad quasi possessionem & requisita dicti interdicti de itinere ponit Vero.in tit.de seruit.itin.uersi. ultimò principaliter. Dicit etiã accusatus ꝙ fuerunt coloni sui suo nomine. Respondo ego ꝙ sibi tamen non acquisiuerunt possessionem sine mandato uel ratificatione, quæ ratificatio etiam debet sequi re adhuc possessa per colonum. Rota decisio 150. Alex.consi.110.uol.1.col.2.tex. & ibi Bart.in d.l.1.§.is cuius.cum glo. ff. de itin. act. Alex.in l.quod meo.in prin.in 1.col.ff. de acquir.posses. Replicat accusatus ꝙ testes etiam deponunt de mandato, iuxta consi.Alex.88.col.2.uol.5. in qua materia etiam uide Alex.consi.200.col.2.uol.2. ubi distinguit, & quę dicam paulò infrà, in uersic.adde prædictis ꝙ sæpe. Dicit etiam accusatus ꝙ iuit me sciente, quia me colono sciente. Respondeo id non sufficere per dicta Bart.in l.si publicanus.§.de uectigalibus.ff.de public. Negat etiam accusatus dolum interuenisse. Ego uerò dico sufficere latam culpam, quod tamen falsum est, ut supra apparet ex consideratione facta de statuto quod requirit dolum. Et ideo si requiritur dolus dicit accusatus, licet non sit probata possessio uel quasi, licet etiam non sit probata facultas, ut in eo.§.dicitur per triginta uices, & per illas circunstantias de quibus ibi per Bar. Tamen uerum est ꝙ multoties ante iui, & consequenter ex eo debet oriri aliqua causa sufficiens ad me excusandum à dolo, ut ponit Bart.in d.§. 1. si quis testa. lib. Respondeo ꝙ illis uicibus quibus iuerat contradictum fuerat, & ita cessabat bona fides. l. 1. §. quid si ui.& seq.ff.quod ui aut clàm. & ita iudex
56 acquieuit. Sed pone † ꝙ reus excipiendo non dicat se esse in possessione eundi, uel ꝙ habeat iter uel uiam per præscriptionem, ut etiam loquitur Barto.in d.§. sed dicat ꝙ illa erat uia publica, quomodo debeat hoc probare? uide tex.in l. 1. §. uiam publicam.ff.ne quid in loco publico & Cępol.in tit.de seruit.uię.col.2.in uersi.& no
57 ta singulariter. Addo † ad statutum prędictum de puniendo turbantem in possessione ꝙ etsi sit pœnale, tamen etiam habet locũ in quasi possessione. Ias. in l. si is qui temporali.§.item si iurauero.in 5.notabi. ff. de iureiuran. Circa uerò uiolentiam
58 quãdo aliquid facis in meo, uel à me possesso prohibitus uel sciens te prohibendũ, quæ inducit remedium quod ui aut clàm, de quo uide Bartol.& Alex.col.2. in l.1.§. nunciatio.ff.de oper.no.nuntia. quomodo sit procedẽdum criminaliter, patet ex prædictis, & quomodo practicetur ciuiliter, patet in d.§.nunciatio.& in toto titu.quod

ui aut clàm.& sexta uiolentia de qua in d. glos.l 1.C.quod met.cau.& de aliis de quibus in l.extat.ff.quod met cau. uide in lo-
59 cis suis.& quot † sint species uiolentiarũ, etiam uide Ias.in l.si quando.C.unde ui.in pri.Abb.in c.ad audientiam.& in c. sacris. quod met.cau. ꝙ Alex. in l. Pomponius §. cũ quis.col.10.ff.de acqui.pos.Dec.in reg. quo tutela.§.ui factum.ff.de reg.iur.Adde
60 prædictis † ꝙ sæpe materia turbationis possessionis contingit in communitatibus quæ prætendunt se esse in possessione nemoris,uel aliquorum pascuorum. & ideo scias ꝙ licet testes eius dicant ꝙ uiderũt homines illius communitatis incidere ligna,& facere stramina non probant, quia debent dicere ꝙ mãdato cõmunitatis iuerunt.Cæpol in tract. serui. in titu. de iure pascen col.8.Corn.consi.46.col.3. Cuma. consi.158.col.ult.uide tamen quando longo tempore iuissent illi de communitate. Dec.consi.221. post Paul.de Cast. & Ang. in l.sicut.§.si quid.ff quod cuiusq; uni. qui eo casu tenet contrarium, uide quæ dixi suprà,uersi.& pro dilucidatione. infinitas alias uiolentias ponit l.Iul. de ui publi & priua.uide in legibus illius tit. & similiter statuta nostra criminalia per ea quæ & in d.legib.& præcipuè in tit.de priu.carce.ẽt punitur cõmittẽs priuatum carcerem. Et
61 † quando dicatur priuatus carcer, uide Bar.in l.capite quinto.ff.de adult.cui adde Dec. extendentem dicta Bart. consi. 100.
62 col.3.Adde ẽt † ꝙ si quis tenet inclusam meretricem gratia libidinis non cõmittit priuatum carcerem. Sali. in l.unica.col.1. C de rapt.uirgi. sub d. legib. Non omitto
63 † ꝙ ẽt continetur uiolentia quæ cõmittitur in stupro,adulterio, & alio coitu cum mulieribus,uel maribus,l.in eadem.§. eadem.ff.ad l.Iul.de ui publi. quæ lex etsi loquatur de stupro, tamen uoluit loqui de omni coitu, quia aliàs excluderet adulterium,incestũ,& sacrilegiũ, quæ sunt maiora.Est ẽt pœna capitis naturalis ex alia lege propter stuprũ uiolentũ,ut est tex. notab.ubi omnino uide Bar.in l.1.§. qui puero ff.de extraor.crim.& infrà dicã sub tit. de coitu damnato, & punibili dum loquar
64 de stupro. Hinc† statuentes nostri in criminalibus puniunt adulteria,& stupra uiolenta pœna capitis:loquuntur tamen de muliere honesta, & ideo quo ad mulierem inhonestã haberet locũ dispositio iuris cõmunis.uerba cuius statuti sũt hæc,Si quis per uim rapuerit mulierem honestã, & ipsam adulterauit seu stuprauerit capite puniatur, si uerò non per uim rapuerit, nec per uim adulterauerit,nec stuprauerit,sed alio quouis modo mulierẽ,dum non sit meretrix famosa,siue publica stuprauerit, puniatur in libris centũ terciolorum.Recito quia contingit sæpe dubitare, ut infrà ui-
65 debis de uerbis eius, & ideo † qui uolũt tueri accusatos de uiolento coito à pœna statuti,semper dicunt ꝙ mulier erat inhonesta,& licet partes accusatoris uel fisci essent probare qualitatem statuti in hoc,id est,honestatem, iuxta dicta Bar.in l.1 §.si quis neget.col.pen.uersi.ideo debent esse aduocati.ff. quemadmo.test.aper. Practica tamen est in contrarium,quia accusati semper capitulant inhonestatẽ sub eo fundamẽto ꝙ quilibet presumitur honestus. l.merito.ff.pro socio.& ita Cæpol.cõsi.58.
66 in fi.qui ideo ibi † dicit ꝙ per complices delicti, ẽt potest probari ista inhonestas, quia ex latere fisci honestas non est probata,nisi per præsumptionẽ.d.l. merito. quæ uerba sunt not. Addo tamen ꝙ fortè hæc probatio non procederet ubi illi cõplices attestarentur de coitu punibili,iuxta cõs. Alex.157.in prin.col.5. & facit circa probationẽ inhonestatis.gl.in c.uidua.24.dist.
67 quæ † dicit meretricẽ esse illã quæ admisit ultra uigintimillia hominum.de quo ui de Alber.in dictionar.suo,in uerbo, meretrix.& Bal.consi.465.col.2 uol.4.& Gene. c.38.post med.Facit ẽt ad d. probationem
68 inhonestatis,† ꝙ paupercula mulier presumitur facilè in corpus suum peccare.l. pen.C.de spect.lib.11.Item malè presumitur de muliere quæ mercimoniis publicis præest.Et de aliis quę habentur in l.humilem.C.de incest.nupt.præsumitur ẽt incõtinens cuius mater incontinens fuit, uel pater.56.dist.per totum.& per Io.Andr.in
69 c.semel malus.de reg.iur.in 6. Item † nõ præsumitur raptus quando aliàs cognita fuit mulier. Pau.de Cast.in consi.303.uiso dicto statuto,& per Marsil. in repet.suo. l. maritus.col.fi.ff.de quæst.Dicam latius in materia raptus ubi uide. Et quia iustæ & iniustę sępe probationes inhonestatis red-

debant

debant impunita hęc maleficia tam nefan da: Ideo factum fuit decretum per Christianiss. Regem, & aliud latius per ducē Frā ciscū secundū, per quæ inhonestas non po
70 terat probari, & † probata non releuabat quādo mulier habitabat cū patre uel matre, & aliis multis de quibus in eis, &
71 in fi. decreti ducis, ēt † talis coitus meretrices punitur ēt ultimo supplicio arbitrio iudicis, continetur ēt sub d. legib. portatio armorum, ut dixi suprà. Et an prætor
72 possit proclamari facere, † ut portans arma possit torqueri. uide Parid. char. 61. colu. ult. & in quibus casibus sit licita portatio armorū, uide ibidē char. 89. col. ulti. & seq. ubi de aliis, & per Doct. in c. 1. §. si quis rusticus. de pace tenē. maximè Afflict. qui quasi facit tracta. circa portationē armo-
73 rū. Addo † ꝙ in dubio dum de ui loqui-
74 mur præsumitur priuata, & † differētiam esse inter uiolentiā, & actum ui factū. Et
75 quod † ubi uiolentia est licita, licitū non est resistere, ponit Dec. in reg. hoc iure. ff. de reg. iur. Et ad prædicta ēt expedit scire
76 † quomodo probetur copula carnalis. in quo uide tex. ad hoc factum in c. propter reā de testi. ubi uide omnino, & tex. in c. literis. de præsump. ubi quando solus cū sola, & nudus cum nuda uisi sunt, sufficit, & late Dec. consi. 577. col. 2. intelligo tamen inter potentes iuris præsumptione. ita Abba. & Butr. in d. c. prætereà. si bene uides, naturalis enim præsumptio tollit præsumptionē iuris. l. diuus. ff. de restitu. in integ. & est glo. in c. si quis acceperit. 33. q. 1. & Hostien. in c. continebatur. de despon. impuber. in uerbo, firmauerit. & dixi suprà in tit. de delicto. ad fin. Et quia suprà in principio huius tit. col. 1. dixi de ui compulsiua, nō ab re fuerit aliqua exempla subiicere, quæ non ita pridē in facto euenerunt,
77 † & in primis ponam illud Zaffaroni Mediolanensis, cuius collo impositus fuit à quibusdam mercatoribus Vicentinis qui ab eo se deceptos, & omni substantia spoliatos asserebant, laqueus ferreus in Germania mira arte constructus ad nocendū, & clausus modo ita subtili, ut nemo artifex, in hac ingeniosissima Mediolani ciuitate, in qua mira sunt omnia, repertus fuerit aptus ad eum dissoluendum, & per mercatores posita fuit scriptura manibus Zaffaroni in qua monebatur, si uolebat liberari, mitteret in ciuitatem Vicentinam, sex mille nummos aureos in talem locum ubi reperiret clauem qua laqueus dissolueretur, Zaffaronus tamen præter opinionē illorum, qui quærebant eum afficere cruciatu, & pecunias extorquere, non aūt occidere, infra tres horas extremum diem obiit, eo quia laqueus collum arctius premebat. Hoc idem contingit cuidam mercatori in ciuitate Genuæ, qui decoxerat non fortunæ uitio, sed paupertatis simulatione, ut ad eius libitum creditores ēt inuiti cū eo de creditis transigerēt. Isti casus sunt cōpræhensi. ut dixi in l. Iul. de ui pub. & priua. ut ff. eo. tit. l. qui cœtu. in pri. & in specie de iniiciēte in collum laqueū iā dictū, uel quid simile, ad cruciandum, ut fiat extorsio, est tex. ibid. in l. Iul. *la secōda*. ibi, aut quid in collū iniecerit, ut torqueretur. ex quo tex. cōclude ꝙ nihil sit quod prius factum non fuerit, & tenentur ēt de homicidio secuto præter opinionē illi Vicentini, ut dicā paulò infra, & est materia l. diuus. ubi Bar. ff. de sicar. & dixi suprà lo-
78 co suo, in materia homicidii. Aliud † exēplū habes in militibus, siue, ut melius loquar, in latronibus qui mille modis homines captiuos cruciant maximè adstringendo genitalia, ut pecunias extorqueant ad mortem ēt eos deducendo, de quo & eius pœnis uide per Sali. in l. si ab hostibus. C. de capti. & dixi suprà in tit. de capt. Aliud exēplum pono in casu qui diebus proximè præteritis contigisse dicitur in iuuene, ut dicitur, depræhenso una nocte in lecto cū puella à fratribus puellæ, qui eum armis & minis coegerunt ad contrahendum matrimonium cum puella. Nam omnem obligationē extra contractum matrimonii lex
79 rescindit. d. l. qui cœtu. in princ. & † matrimonium ipsum reddit nullum ipso iure, ita ut cum alia possit liberè matrimoniū contrahere. c. significauit. & ibi Abb. not. de eo, qui duxit in matrim. & Abb. in c. cū locū. de sponsal. & matr. & licet plena securitas interuenire debeat in matrimonio, d.
80 c. cūm locū. tamen † hoc casu requiritur metus mortis, uel cruciatus corporis. cadentēs. quod sequitur d. c. cū locum. & ibi Abb. cōsideratur tamē qualitas psonæ, an sit timida, licet non interuenerit tātus me-

tus. Deci. in regula, in omnibus causis. de reg. iuris. & in c. si iustus metus. de appell. & in cap. causam matrimonii. col. 1. de offic. delegati. Et quando interuenit cruciatus ipse, res nullam habet difficultatem. l.
81 interpositas. C. de transactio. quando† uerò interuenit metus cruciatus & uerberũ adhuc idem. Bald. in d. l. interpositas. circa fi. & Alex. apertè ita consuluit cõsi. 43. col. 3. uersi. secundum. uol. 4. & est tex. in l. continet. in fi. ff. quod met. cau. & dum Alex. in d. l. interpositas. notat requiri metum mortis, clarè etiam loquitur de metu uerberũ, non de ipsis uerberibus: & est ueritas ipsa, & non solùm minæ mortis inferendæ, uel corporis cruciandi, hunc metũ ostendunt, sed etiam aliæ circunstantiæ: & ideo totũ
82 † hoc relinquitur arbitrio iudicis. gloss. & Bal. in d. l. interpositas. Alex. in d. consil. col. 3. & ibi uide Corn. consi. 41. uol. 2. & uide omnino Deci. in dicta reg. in omnibus causis. uersi. uenio ad secundum. & ibi habes, ꝙ ex indiciis & præsumptionibus iudex arbitratur an interuenerit. & in apo-
83 stilla ibi apparet etiã,† ꝙ uerificatur probando potentiam & malam consuetudinẽ hominis, ex qualitate etiam facti non apparentibus aliter minis, nec ex alio actu extrinseco de uiolentia ipsa, actus dicitur factus metu mortis, ut in casu, de quo su-
84 prà. In quo † etsi nõ appareret de minis, nec de aliqua uiolentia, nec de aliquibus armis præsentibus: Tamen si fuit factum matrimonium in actu, quo fuit depræhensus cum puella, dicitur factum metu mortis inferendæ de facto. Casus est in l. nec timorem. ff. quod met. causa. in uer. proinde *la secunda*. quem tex. omnino not. Et armis & minis interuenientibus non minus iure optimo fratres puellæ essent plectendi de ui publica uel priua. quàm iuuenis de stupro, si tamẽ uirgo erat. d. l. qui cœtu. in prin. & d. l. lege Iulia. cum similibus. Dixi, ꝙ ex præsumptionibus & qualitate fa-
85 cti præsumitur metus. Addo,† ꝙ ubi præsumptio est contra illum, qui allegat metum ratione loci, ut purà, quia illatus dicatur in ciuitate Mediolani, uel in aliis ciuitatibus eius dominii, in quibus Senatus seuerè procedit cõtra facinorosos, & gubernaculum iustitiæ tenet rectum, uel militet præsumptio alia ratione, tunc requirũtur clariores probationes. l. non est uerisimile. in prin. ff. quod met. cau. & ibi Barto. ex quo habes notare, ꝙ quamuis simus in materia difficilis probationis, ubi aliàs coniecturæ sufficiunt, ut in hac materia, sicut dixi suprà, & per Com. consi. 68. in præsenti quæstione. Si tamen militet præsumptio
86 iuris in contrarium, † requiruntur probationes luce meridiana clariores, sicut in criminalibus. Quam conclusionẽ etiam ponit Bar. in l. sciendum. col. pe. circa prin. ubi allegat d. l. nõ est uerisimile. ff. de uer. obli. est tex. in l. si extraneus. ff. de condict. ob caus. Alex. post glo. in l. transactionem, quæ dominii. C. de transact. & consil. 131. in casu prædicto. in 2. col. uol. 3. Abb. consi. 11. in 2. col. Abb. & Feli. in c. quia uerisimile. de præsump. Doct. in d. l. si extraneus. & Alex. consi. 99. 3. uolu. circa fin. Et facit dictum Specul. in tit. de probat. §. fi. uers. not.
87 ulti. ubi dicit,† ꝙ tali casu debet probatio fieri per tres idoneos testes uel duos omnino excellentes. Et licet dederim exẽplum, in quo iuris præsumptio est contra allegantem metum, quando actus, puta cõtractus esset celebratus in ciuitate, ut suprà, tamen etiam ratione personę talis præsumptio militat, ut in clerico, qui diceret fecisse metu, iuxta gl. de non alien. aut permut. in §. œconomum. in uerbo, dege-
88 nerari. quæ dicit, † ꝙ genus clericorum audax debet esse, cũ defendatur lege Dei, quæ dicit, Nolite tangere Christos meos; id est, sacerdotes, unde securi sunt ex hoc §. sanctæ. Instit. de rer. diuis. & multò ma-
89 gis militat in principe: quia ubi † in loco est princeps, non præsumitur metus. l. 1. & ibi Bal. C. de his qui per me iud. Item nõ
90 † præsumitur dolus, ubi est princeps. Bal. in l. rescripta, col. 3. C. de præcib. Imper.
91 offer. Alex. 4. uol. consi. 54. col. 2. Item† nec dolus, nec metus præsumitur in præsentia iudicis. Bar. in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10. Bal. in l. pacta nouissima. C. de pactis. In
92 quo † & quãdo interuenit præsentia propinquorum, uide Ias. in §. quadrupli. Insti. de act. & Deci. in d. regu. Doctores in l. trãsactionem. C. de transact. Paul. de Cast. omnino consi. 275. Alciat. in tractatu præsum. char. 378. & char. 380. nec præsentia cuiuslibet iudicis facit cessare metum, ut per Ias. in tit. qui feu. da. pos. col. 3. Addo.

† quòd

93 † quòd ubi est copia honestarum personarum, ibi non cadit præsumptio metus. Angel. in leg. quæro. §. seruum. ff. de ædilit. edicto. Et facit etiam, † quòd si te-
94 stis deponat super non uerisimili, non probat, nisi assignet etiam non interrogatus rationem. cap. super hoc. de renuntiation. & ibi D. Anto. & Aret. in cap. tertio loco. col. 3. uers. pro quo facit. de proba. Et quo
95 modo † purgetur metus, ponit Decius
96 in dicta regula, in omnibus. Addo, q † solutio facta cessante metu: iuxta l. 2. C. quod metus cau. non purgat, quando ille soluit metu periurii in contractu adhibiti, secundum Bartol. & alios in dicta l. 2. & Ias. in leg. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. caus. ubi latè de metu loquitur in tertia limitatione, quando arctante statuto soluitur: & de arctato à iuramento ponit in specie Aret. consi. 14. col. penult. uersi. sed restat.
97 & † iuramentum in ipso contractu interueniens non ualet, sicut nec ualet contractus ipse, ut ibi char. penulti. & fin. Nec
98 obstat clausula, quòd † sponte & non metu, etiam q esset iurata, ut per Aretin. ibi-
99 dem. Et † ad hoc ostendendum quando adest causa non consentiendi, quòd non dicatur quis consentire, & ratificare.

Formo quæstionem, quam habui in fa-
100 cto, † Quidam in feudum accepit castrum suum à principe per metum, deinde ei inseruiuit, & fuit fidelis ac bonus uasallus iusta iuramentum fidelitatis, de quo in titu. de forma fidelit. & sequen. de noua for. fidelit. & iuxta tit. in quibus causis amit. feud. in fin. inuestiturasq; accepit siue mortuo domino infra annum, siue fuerit successor uasalli infra alium annũ, iuxta text. quæ fuer. caus. benefi. amit. §. 1. & 2. dicebam, quòd per ea non approbauerat contractum feudi metu factum per prædicta: nec ponderabat quòd causa metus durasset quinimò dicebat, quòd etsi cessasset, tamen non uidebatur consessisse, sed ea fecisse, ut minus sibi obesset, & ne perderet feudum: & q ita loquitur Barto. & Alex. in d. l. 2. Nam uolunt, ut solutio ex interuallo tollat metum, nisi duret causa metus: deinde q etsi cesset, tamen non sequatur approbatio, ubi possit alia coniectura capi, & causa considerari. Aderat etiam aliud in casu, de quo suprà, quòd feudatarius uolens de feudo in filiam fœminam disponere, impetrauerat concessionem à principe: ad quam respõdebam idem in effectu: & præcisè dicebam, q ita fecerat, ne dominus insistens, q esset uerè feudum & legitimè contractum, ipsum feudo priuasset. Et uerum, q Paulus de Castro in dicta l. 2. dicit, q causa debet esse probabilis: nec quiescit animus, q esset probabilis, ex quo secutæ erant plures recognitiones, nõ solùm sub duce Philippo, qui metum intulerat, sed etiam sub aliis Sfortianis ducibus, & successiuè sub Rege Gallorum: conuerto me tamen ad causam metus, quæ durabat sub omnibus, quod tollit omnem difficultatem, & maximè sub Rege, qui non tolerasset allegari ducem Philippum, non fuisse uerum ducem, & metũ intulisse, quia prætendebat ipse nescio quod ius in dominio Mediolani ex persona Valentinæ sororis ducis Philippi, propter obitum ipsius ducis absque filiis masculis. Et ad fauorem Pallauicinorum, qui donati erant pleno iure ab Imperatoribus, tamen metu se recognouerant à ducibus Sfortianis tituli feudi in forma, Et successiuè fecerant cum omnibus ducibus, quæ solet feudatatarii facere cum dominis suis, ut per ea nõ diceretur purgatus metus, consuluit Decius latè consi. 468. & consil. 498. ubi uide. Et dicebam in ea quæstione, q etsi hincinde aliqua dici possent probabiliter, tamen erat capienda coniectura, quòd ideo se recognouerant, & alia, ut suprà, fecerant, ne etiam feudum ipsum ponerent in magno discrimine, & sic amitterent non solũ plenum ius, sed etiam utile, redeundo iterum ad notata per Bar. Alexand. & Paulum de
101 Castro in dicta leg. 2. Et aduerte, † quia in donatione est facultatis donatarii se recognoscere in feudum, & ita seruitutem imponere in re sua: quia in ea quilibet est moderator & arbiter, etiam in abutendo, iuribus uulgaribus, sed in feudo attenditur prima inuestitura, ut per Curtium Iuniorem in tractatu feud. char. 19 colum. 2. uersic. septimo. & alibi sæpe. Aduerte etiã,
102 † quia in donatione, secutò posteà contractu feudali, per impressionem etiam attenditur donatio, & non inuestitura, nec sequentes, ut per Iacob. in tract. suo feud.

char.41.colu.1. uersicu. item in materia.& Deci.ubi supra. Dixi quomodo purgetur
103 metus, Quaero † quomodo ratificetur actus meticulosus ex non contradictione perseuerando post cessatum metũ,& quãtum tempus requiratur, uide Abbat.in c. 1.quod metus causa.colum. fin. Et in effectu tempus illud est iudici arbitrarium, ut ibi,& per Alex.consi.47 & 48.uolum.4. & Corn.consi.41 in 2.uolum.& uidi rescindi in Senatu uenditiones metu & per impressionem extortas, post quas etiam secutae erant liberationes,& cridae de bonis,quibus non contradixerat extortus, quia durabat timor, ne in manus impii iterum caderet. Ad quod facit tex.in l.1.§.si quis ultrò.ff.de quaestio. quia aderat causa,quare non cõtradicebat,quae erat, ut dixi, ne iterum caderet in manus uiri illius, iuxta dicta supra post Bar.Alex.& alios in d.l.1.C. quod met.cau.& dicta Bar.in l. 1.§. si quid tamen.ff.quod ui aut clàm. & ea,quae ponit Bald. in suo diuino consilio schismatis. Non alienum esset ab hac materia loqui
104 de crimine priuati carceris,† quod cõpraehenditur in d.l.Iulia.de ui publ.& priua.si uides illas leges: sed quia dixi in materia capturae, ideo consultò nunc praeter
105 mittam:operaepretium etiam † esset loqui de cõtractibus factis cũ detentis, iuxta l.qui in carcerẽ.ff.quod met.causa.Sed, ut me expediam citò, uide Bart.ibi,& not. in l.qui à latronibus. maximè per Aret. ff. de testa.Sign.consi.176.Cuma.consi. 157. Fulgo consi.5.col.4.circa fi.& consi.176. Cuma consi.168.col.3.Abb.in c.accedens. de procu.& in c.2.quod met.cau. & Aret. consi.14.col.14.in fi.& seq.Cur.consi.137. colum.1.& 2.& alibi saepe. Et semper not.
106 † ꝙ etsi purgaretur metus, tamen pro interesse fisci posset iudex inquirere de crimine, iuxta late dicta per me in tit. supra,de furtis.ubi omnino uide:& uide etiã
107 si cum tertio contrahatur,† quando metus est proxima causa contractus,quae dixi suprà in tit.de captura. Diximus metum purgari praesentia iudicis & propinquorũ:
108 quod † clarum est,in metu reuerentiali. & ita loquuntur Doctores in d.l. transactionem. ut ibi per Rimin. & Ias. Sic etiã Ias.in d.§ quadrupli.char. ulti colum. 1. Sed in metu ipso actu interueniente aliud
109 uidetur:† quia si inferẽtur minae & uerbera, illa tollerent praesumptionem iudicis & propinquorum quia in claris, & c.l. continuus.§.cùm ita.ff.de uerb.oblig. imò etiam metus reuerentialis non cessat,quãdo contraheretur cum tyranno quia militat maior praesumptio,ut per eos in d.leg. transactionem.Faciunt tamen dicta Deci. in contrarium in d.regu. in omnibus causis.col.2.uersic. & in ista. Iuridicè tamen loquendo uerum est, quòd haec praesentia nihil operatur, ubi appareret ex maioribus probationibus & coniecturis metum interuenisse, iuxta dicta suprà: & ideo secundum Dec. praesentia tollit metum,si etiam concurrant plures testes,qui deponant de libera uoluntate, & de matrimonio metu contracto,uide Alexand.in consi 47.uolu. 4.& consilio praecedenti, Decium 219. & consilio 690. Corneum consil.41. uolum. 2.& de metu reuerentiali, maximè in matrimonio,uide Decium in cap. causam matrimoni. de officio delegati, & Iason. in d.
110 §.quadrupli. An ualeat statutum † praesumens contractum etiam iuratum metu uel dolo factum fuisse: Bartol. tenet ualere,& tolli iuramentum,in l. omnes populi.col.10.ff.de iusti.& iure.Alex.in 6.uolu. consi.196.col.2.Bald.3.uolu.consi.487. & 4.uolum.consi.483. & consi.213.in 2. uol. Ias. in auth.sacramenta puberum. colu. fi. C. si Aduer.uen. qui tamẽ pessimè allegat consilia, & dicunt plerique Doctores illustres ita seruari,ut refert Corn.in d.Authen.licet ipse aliter teneat, prout etiam facit Caccialup.in d.l.omnes populi.Satis etiam sequitur Deci. consi. 532.in fine. licet dicat ꝙ possent dici multa super hoc. Imol. in d.cap.cùm contingat. de iureiuran. tenet contrarium. & sequitur Feli in cap.2.colum.11.de sponsal.qui dicit communiter teneri distinctionem Imol.ibi,& uix aliter in practica posset sustineri. Est tamen aduertendum, quòd q. loquitur, ubi statutum praesumit super contractu: sed si praesumeret super iuramento, ut est statutum Romae, super quo non ita pridẽ consuluimus D. Sfondratus doctor admodum excellens, nũcque meritissimus Cardinalis, & ego in causa maxima, tunc res esset clara, quòd non ualeret statutum. Abb. in cap. ecclesia sanctae Mariae.de constitutionib.

stitutionib. uersicu. septimus casus. quod tamen non considerauit Decius in dicto consil o Est tamen aduertendum, an seruetur de facto, & an sit confirmatum per Pontificem, iuxta consilium Aretini octauum, & alibi sæpe. Addo quæstionem quotidianam in materia metus, Mulier
111 quædam † renuntiauerat iuribus suis dotalibus in manibus fratris: quia frater minabatur uelle eam accusare de crimine capitali: & apparebat, quòd hac causa renuntiauerat, unde petebat rescisionem transactionis superinde factæ, Quæro an rectè peteret? de hoc est casus in l. accusationis. C. quod metus causa. quæ clarè uult, ut timor accusationis factæ uel fiendæ non faciat actionem quod metus causa competere ad rescindendum contractum: & ratio est, quia timor à iustitia prouenit, ex quo pendet omne periculum à iudice, de quo lex confidit, ut declarat Paulus de Castro ibi, in principio, usque ad uersiculum, quid si accusatio. & in eo uersiculo, quid si accusatio. etiam ampliat Paul. de Castro, ut procedat, dato q accusatio esset iniusta siue calumniosa, ut purà, quia crimẽ non commisisset mulier, uel non potuisset procedi: ueruntamen uult, ut si accusatio esset calumniosa, datum possit repeti, per leg. in summa. in principio. ff. de condictione indeb. ubi casus, qui tamen loquitur de manifesta calumnia. Item procedit hoc, dato q transactio sit facta in casu licito, iuxta l. transigere. C. de transact. ita glos. in leg. si quidem. C. de contrahenda & commit. stip. & glo.
112 in d. leg. accusationis. & alibi. Et an † & quãdo pecunia data uel dimissa causa transactionis timore, ut suprà, siue ut fieret remissio alicuius delicti, possit repeti, Vide Salic. in leg. transigere. in penul. quæst. C. de transaction. qui uult ponens quæstionem in reo promittente, non in dante, ut possit accusator petere promissa, ubi licitè facta fuerit transactio. Quod quando fit, est casus ibi in dicta leg. transigere ergo magis dicendum est non posse à reo repeti: dicit tamen Salicet. quòd nihilominus accusator incidit in pœnam Turpiliani, & turpiter facit desistendo, per dictam leg. si quidem. cum gloss. C. ad Turpilianũ. Nam in eo textu ponitur primò casus, secundum quem non potest repeti datum, siue potest agi ad promissum, deinde alius, secundum quem potest repeti datum. & glossa intelligit primum casum, quando transactio facta est in casu licito: Secundum uerò, quando est facta in casu illicito: Sic etiã quando sumus in casu non licitæ transactionis, accusator, qui pecunias hac de causa accepit, punitur l. Imperatores. ff. de iure fisci. aliàs secus, ut notatur in dicta l. transigere & uide ad hoc omnino gloss. in dicta l. accusationis. quo in effectu uult, si sumus in casu licitæ transactionis, & accusatio non sit calumniosa, ut pecunia non possit repeti, nisi accusator contrauenirer transactioni, quia nihilominus non desisteret à procedendo contra eum. Vide etiam Bart. in l. athletas. §. fin. ff. de his qui notantur infa. qui uoluit ita loqui, quia allegat glos. in dicta l. accusationis. & re ipsa Bartol. uoluit dicere, q qui dat pecunias, ne quis prosequatur crimen contra eum, omni casu infamis efficitur, & illicite facit, non tamen potest repeti datum. Allegat d. gloss. in dicta leg. accusationis. & hoc est, quod uoluit dicere Salicet. in dicta penultima quæstione in leg. transigere. Vbi tamen quis pecuniã acciperet ad solam emendationem iniuriæ, non ilicitè acciperet, secundum Baldum in leg. fin. ff. de condictione ob turpem causam. Verùm supradicta intelligo, quando accipitur: uel generaliter, ut desistatur ab accusatione, uel propter remissionem odii & indignationis. Et uide etiam ad prædicta l. 4. in pri. §. si ubi. ff. de cõdictione ob turpem cau. Dixi etiam suprà remissiuè, quãdo quis egit ciuiliter interdicto unde ui, uel alio remedio, an de
113 sinat posse agere criminaliter: Et an † & quando simul utraque uia possit intentari? In qua materia dic regulam esse, ut simul non possint intentari principaliter, imò una electa per offensum, supersedere habet in alia. de hoc est textus in l. unica. C quando ciuil. actio crimi. præiudicet. l. interdictum. ff. de public. iudic. & in l. 2. §. 1. ff. ui bonorũ rapt. & si aliter pars faciat, & iudex, nõ absoluto primo iudicio, determinet secundum intentatum, potest appellari l. 1. C. de appellation. ubi est uidẽdus Bald. Et supersedere habet, qui intentauit

primò iudicium ciuile, uel criminale, donec illud ſit terminatū.l.damus. C. de falſ. & dicta l.1.C. de appellation. nec ſufficit, ut ſit lata ſententia, niſi etiam illa tranſiuiſſet in rem iudicatam. Ita ſentiunt omnes, & patet ratione: quia ratio prædictæ regulæ eſt, ſecundum Bar. in dicta l.2.§.1.col.2. & Docto. in dicta l. unica. & per Imol. in dicta l. interdum. quia poteſt ſequi abſolutio, quæ pareret exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, à quo propterea ſuperſedetur. Quæ ratio concludit, quando uirtus ſententiæ pendet per appellationem. Imò Ang. in l.ꝙ Senatus. ff. de iniuriis. ſentit non tantùm condemnationem, quæ trāſiuerit in rem iudicatam, ſed exactionem. Bar. etiā & omnes in dicto §.1. loquuntur quando primum iudicium eſt finitum. Et notabilis quæſtio nunc pendet in hac materia, Egit quis de falſo contra ſuum negotiorum geſtorem, & quidem criminaliter, & indiciis præcedentibus, illū fecit in carceres coniici & examinari: deinde uitio probationum, quę debent eſſe clariſſimæ, iuxta l. ſciant cuncti. C. de probation. ciuiliter illum fecit condemnari ob præſumptiones, iuxta not. in l. iubemus. C. de probation. & quæ dixi ſuprà ſub rubrica, quo modo procedatur per actionē in delictis. circa fin. quod tamen non potuit facere: quia ſententia debet eſſe conformis libello, niſi fuiſſet princepes uel Senatus, cap. licet Heli. & ibi Feli. de ſimon. reſeruato tamen iure fiſco agendi criminaliter, & parte accuſante emologante ſententiam, condemnato uerò appellante: Modò quæritur, an etiam competat ius accuſandi criminaliter damnatum: & clarum eſt non competere in terminis quæſtionis propoſitæ, ex quo adhuc ciuilis pendet per appellationem, ſicut dixi, niſi paratus eſſet renuntiare dictæ ſententiæ: Tunc non uiderem, quare non poſſem proſequi primam accuſationem, uel ſecundam inſtituere: ſi etiam proſequeretur appellationem, & ſuccomberet, ita ut abſolueretur reus, an adhuc poſſit criminalis intentari, in hoc recurre ad Bartol. in dicto §. 1. & Doctores ubi ſuprà, An ſententia ciuilis feratur ſuper facto, & non poſſet: aut quia non eſt probatum, & poſſet, ut ibi plenius per Bartol & alios, ubi ſuprà. Si uerò obtineret, & remaneret damnatus reus, an poſſet adhuc criminaliter agere? hoc opus, hic labor eſt. Videtur quòd poſſet ex dictis Bar. in dicto §.1. dum concludit paſſim, quòd ſi ciuiliter damnatur, poteſt criminaliter agi contra eum. & ita etiam Doctores in dicta l. unica. ſecus ſi abſoluitur: quia diſtinguitur, ut ſupra. Sed contrà uidetur non poſſe, quia egit prius criminaliter: & dum iudex, parte inſtante, tranſit ad ciuile iudicium, uidetur abſoluere à criminali reum uitio probationum: quem-
114 admodum dicimus, quando † in carcerem poſitus dimittitur: quia uidetur abſolui, rebus ſtantibus, prout ſtant, iuxta ea, quæ dicam infrà ſub titu. de ſententiis: uerſic. abſolutio. num. 64. Et conſequenter tunc ſumus in caſu, an de eodem delicto ſępius quæri poſſit, maxime inſtante eodem accuſatore, de quo infrà dicam in dicto uerſic. abſolutio. Et practica eſt in hoc
115 dominio Mediolani, † ut poſſit idem accuſator proſequi eandem accuſationem, non ex ueteribus indiciis, ſed ex nouis & ſuperuenientibus. In caſu tamen propoſiſito, ex quo propter emologationem ſententiæ, in qua ſolùm ius fiſco uidetur reſeruatum, accuſator acquieuiſſe uidetur condemnationi ciuili: potius inclinarem, ut non poſſet proſequi amplius criminaliter cauſam, niſi dicas quòd acquieuit in his. quæ directè erant in ſententia, uidelicet, condemnationi ciuili, & reſeruationi fiſci: non autem quin poſſet, rediret ad criminalem ex indiciis ſuperuenientibus, quod erat remedium ſibi à lege, ſiue conſuetudine datum, & intelligebatur acquieſcere rebus ſtantibus, uti ſtabant, aliter non: quia nec aliter diſponebat ſententia interpretata eo modo, quo dixi. Nam ra-
116 tificatio † non facit ut actus ratificatus plus contineat. Soc. conſi.159. col. penul. circa finem, & ſequen. & ubi ſentētia fuiſſet reuocata, quia reus abſolutus fuiſſet, & conſequenter actus emologationis uanus reditus eſſet abſque dubio, ſicut etiam ſuprà dixi, poſſet criminalem intentare ſiue proſequi ex nouis tamen indiciis: quia renuntiatio, quam uidetur feciſſe, non habuiſſet effectum, per leg. ſi iure. ff. de lega. 3. per quem textum ita dicunt generaliter loquendo Imol. & Roma. in l. natural itr.

turaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. relati ibi per Iaso. col. x. Et quia pro concesso posui, quòd sit in facultate actoris eligere ciuilem vel criminalem à principio, Dic quantum ad hoc, quòd si ciuili actione velit agere ad rem familiarem, id est, ad interesse priuatum, Verum est quod posui, & omnes ita dicunt. Sed si agere intendat ciuiliter ad vindictam, vt in actione iniuriarum, quando quis dicit, Aestimo iniuriam mihi illatam mille aureis, iuxta dicta Bart. in l. prætor edixit. §. i. ff. de iniuriis. Tunc est dubium, an possit eligere talem modum agendi, ex quo paratur magnum præiudicium fisco, cùm sententia siue absolutoria siue condemnatoria posteà faciat præiudiciũ in vno iudicio criminali, ex quo vtroq; modo agitur ad eundem finem. vnde Angel. in d. l. vnica. tenuit iudicẽ debere impedire actorem eligentem ciuilem ad vindictam, allegans dictum §. i. in l. prætor edixit. Tamen Barto. aliter tenet in dicta l. ii. §. ait prætor. col. fi. ff. vi bonor. rapt. & in dicta l. prætor edixit. §. i. & Angel. in l. quod Senatus. ff. de iniuriis. & in dicto §. i. qui illum textum intelligunt continere singularem casum, quando potest agi ad vindictam ciuiliter, & etiam lege Cornelia de sicariis, ne homicidia remaneant impunita. Nec tamen textus in dicto §. i. vult vt passus iniuriam non possit eligere ciuilem ad vindictã: Sed si eligit, vult vt prætor non debeat ei illud permittere, & sic omni casu videtur licere agenti eligere. Vnde cautio est ad fiscum fraudandum, vt ita fiat, quòd prætor non impediat agentem: Sicque vbi sumus in lege Cornelia de sicariis, vel in aliis delictis fieri poterit electio actionis ad vindictã. Et ad hæc vide omnino Sal. in l. iii. C. ad legem Aquil. & Cępol. cautela lvj. Et aduerte, quia Sal. in dicta l. iii. videtur hunc singularem casum restringere ad hominem occisum: & consequenter dum dicimus, ne legi Cornelię de siccariis fiat pręiudicium: quòd hoc sit intelligendum non in omni capite ipsius legis Corneliæ, sed solùm vbi de occiso loquitur. Bartol. verò & Ang. absolutè intelligunt in omni capite legis Corneliæ. & hæc est verior opinio: quia tex. in dicto §. i. ponit tria exempla legis Corneliæ. Primum, in homine occiso, secundum, in homine venenato, vt occideretur: tertium in homine percusso in capite. & ita glo. ibi explicat, procedit tamen hæc materia, ut simul non possit intentari actio ciuilis, & accusatio, quando hoc ab eodẽ fieri uellet, & ita semper loquutus sum, secus si à diuersis. Sal. in dicta l. 3. & ideo etiam iudice inquirente, potest pars offensa agere pro suo interesse ciuiliter. Sic Bald. in l. i. C. de appella. & Ang. de malefi. in glo. nécnon ad querelam. versicu. quærit hic etiam. & habetur in additionibus ibidẽ. Nec obliuiscaris, quòd etsi quando agitur ciuiliter, & sequitur absolutio, tunc fit aut non fit præiudicium criminali actioni, secundum modum, quo reus condemnatus est, vt tradit Bart. in d. §. i. l. ii. vi bon. raptorum. Tamen quando sequitur condemnatio, semper illa fauet accusationi. Sal. in d. l. iii & Barto. in d. §. i. col. iii. ibi, si verò sequitur sententia condem-

117 natoria. Et an acta † facta in uno iudicio faciant fidem in aliõ? Dic acta facta in causa ciuili non facere fidem in criminali. Bar. in dicto §. i. quia, secundum eũ, probationes in criminalibus requiruntur luce, & c. l. fin. C. de probationib. quæ regula procedit etiam in sententia, quæ quamuis faciat notorium. c. fi. de cohabitat. cleri. tamen eius virtute non posset quis puniri. Ita Abb. in cap at si clerici. de iudic. in pri. & Innoc. in cap. qualiter & quando. *el secondo.* de accus. ad fin. versi. respondeo ad obiectum. dicens quòd facit notorium quo ad illum actum, super quo lata est, faciunt tamen indicium ad torturam Angel. in l. iii. §. si quis dolo. ff. de tabu. exhib. Sic sentit Bar. in dicto §. i. dum allegat l. capite quinto. & Abb. in eo loco allegando dictam l. si quis dolo. Sed non procedit hæc conclusio in confessione: ita communiter tenetur, ut dicit Are. in dicto cap. qualiter & quãdo. licet Soc. consilio viii. teneat oppo. quam opinionem Soci. etiam videtur tenere Bar. in l. j. ff. de offic. procon. Et faciet fidem confessio in alio iudicio criminali, licet sit facta in iudicio summario. Fel. in cap. causam. *el primo.* de testib. & etiam quòd sit facta incidenter, Are. in dicto cap. at si

clerici.ad fi. & etiā Abb. vbi omnino Vide, in c 2. in 3. col. de cōfes. & Felin. in c. j. in quarta colum. de exceptio. nisi esset ficta, quia tunc nec in iudicio summario, nec plenario, nec principaliter facit in iudicio criminali fidem. Bartol. in l. eius qui delatorem. ad fin. ff. de iure fisci. Roman. singulari incipien. si confessus. 7. charta. & per Mode. in l. 2. C. de ædē. Secūdò principalis conclusio non procedit, vbi oriretur infamia ex prima sententia, quia hoc casu posset iudex in alio iudicio punire hunc infamem qualibet in re, qua puniri quis solet ratione infamiæ, putà, cum repellendo a testimonio, iuxta cap. testimonium. de testi. & priuādo eum dignitate, iuxta l. 2. C. de dignit. libro 12. & l. iudices. eodem titu. ita Abb. in dicto cap. at si clerici. & ratio est, quia infamia sequitur infamem, sicut lepra leprosum, sic etiam excommunicatio sequitur excommunicatū, vt licet aliò proficiscatur, nihilominus debeat euitari. cap. ad reprimendum. de offic. ordin. Tertiò prædicta conclusio non procederet, vbi ferretur sentētia absolutoria. Ita Bart. in dicto §. 1. in quo vide Abbat. distinguentem in c. de his. de accusat. Quartò prædicta conclusio nō procedit econtrariò, quando sentētia esset prolata in criminali. Ita Bart. in dicto § i. qui ita videtur velle, non considerata distinctione, an ad eūdem finē vel alium. Dec. in l. 2. C de æden. col. penult. tenet cum eadem distinctione, an ad eundē finem, & faciunt fidem, aliàs non, & ostendit sic velle Barto. in dicto §. 1. Alex. verò & Ias. in d. l. 2. volunt vt aliud non sit cōsiderandum, nisi an causa ita se habeat ad aliam, vt sententia lata in vna faciat fidē in alia. Sic etiā Feli in c. causam quæ. col. 2. de probat. versi. declara tertiò. Quintò prędicta conclusio non procedit quo ad imponendam pœnitentiam. Ita Abb. in d. c. at si clerici. col. 1. & idem etiam D. Anto de But. in quo vide Felin. in c. causam. el primo. de testib. col. 7. Vltimò posset limitari a cessante ratione, quando in iudicio ciuili essent factæ liqdissimæ ꝓbationes, & adhibita ea diligentia, quæ adhiberi solet in criminibus. Et prædicta
218 locum habent, quando quærimus, † an acta facta in iudicio ciuili, faciant fidē in secundo criminali, & econtrà. Sed quid in eodē iudicio, putà agitur ciuiliter pro crimine, fiunt probationes, iudex vult postea punire reum criminaliter, nō mutato iudicio, in causis, in quibus potest, vt si sit princeps, qui non habet rationē regulę c. licet Heli. de simo. An possit ex eisdem probationibus, & in iudice priuato. qui tenetur seruare regulam d. cap. licet Heli. Abb tenet idem, ac si essem' in alio iudicio, tum ex ratione l. sciant cuncti. C de prob. tum quia iudex nō potest ferre sententiam. d. c. licet Heli. & idē in confessione. c. 1. de excep. vide Dec. Fel. & Aret. in d c. at si clerici & Felin. in d. c. licet Heli. & Fel. in c. 1. de accusa. ad fin.

Tit. de Raptu mulieris.

SVMMAE.

1 *Raptus mulieris acrius per legem punitur, quā alia violentia priuata vel publica, et qua pœna raptor puniatur.*

2 *Rapiens monialem, vel solùm tentans qua pœna puniatur iure communi, & cum ea rem habens, per decreta Mediolani pœna capitis punitur.*

3 *Raptus requirit amotionem de loco ad locum.*

4 *Raptus, & violentia in muliere eadem pœna punitur per decreta Mediolani.*

5 *Rapiens mulierem punitur pœna statuti Mediolani, si vim illi intulerit: secus si volentem rapuerit, licet vim parentibus intulerit.*

6 *Rapiens mulierem uolentem non punitur corporali pœna Mediolani.*

7 *Rapiens mulierem volentem præsumitur eam solicitasse donis & artibus: & licet negatiuam probaret, scilicet, non solicitasse, & propterea puniri non posset lege vel statuto, tamen castigandus esset.*

8 *Rapiens per vim mulierem, licet vi non stuprauerit, vel etiam probauerit libertatē, quòd poterat ire, et quòd aperta erant ostia, tamen cōprahenditur in statuto Mediolani punienre raptorem & stupratorem, licet ad impetrandam gratiam talis probatio prodesset.*

9 *Inhonestas qūo probetur in muliere.*

10 *Rapiens per vim vel stuprans mulierem, quæ adulterium, vel stuprum iam commisisset, caute, & non meretricio more punitur pœna capitis*

pitis per statutum Mediolani.

11 Meretrix quomodo cognoscatur, & quæ sint signa.

12 Adulterium quomodo probetur.

13 Adulterii præludia quæ sint.

14 Raptus de iure communi punitur pœna mortis secundum communem opinionem.

15 Rapi dicitur mulier de iure communi etiam volens, licet qui donis eam solicitauerit, non puniatur pœna statuti Mediolani de rapiente mulierem.

16 Violentia dicitur illata mulieri etiam volenti, & consensus extortus dicitur.

17 Rapiens mulierem gratia contrahendi matrimonii, & non libidinis, vt quia præcesserat tractatus, non videtur posse puniri, nec pœna iuris communis, nec statuti.

18 Matrimonium cũ raptore contractum ita demum valet, et tollit pœnam iuris ciuilis, si rapta parentibus fuerit restituta, & vnà cum parentibus consentiat matrimonio.

19 Raptus causa criminalis non suspenditur, donec per iudicem ecclesiasticum fuerit cognitum super causa matrimonii.

20 Raptus licitus ẽ, quãdo matrimoniũ præcessit.

21 Raptori & raptæ creditur quòd ante matrimonium contraxerint, nisi signa in contrariũ appareant.

22 Raptus materia per quem tradatur.



Q*VIA* propter immanitatem, & frequentiam eorũ, qui mulieres rapiunt, lex non fuit contenta seueritate posita in titulis, ad legẽ Iul. de vi. publi. & priua. Sed †acri⁹
1 valde eos puniẽdo edidit legẽ præcipuã. § item lex Iulia. vbi vide, Institut. de publ. iud. Ideo principaliter de ea materia aliqua dicã, vide ante oĩa l. vnicã C. de rapt. vir. vbi Imperator seuerè multũ punit raptores quarũlibet fœminarũ, nisi sint meretrices, præsertim disponens, vt possint interfici inuenti in ipsa rapina a parentibus, & earũ consanguineis, bona amittãt, quæ eis fœminis applicẽtur, & nõ possint raptores contrahere matrimoniũ cũ eis, & imponit magnam pœnã parẽtibus remittẽtibus iniuriam. vide ẽt §. fin aũt per vim. Insti. de pub. iud. & l. raptores virginum. C. de epis. & cle. propter quam non fuit superflua d. l. vnica. ob multa, quæ ad
2 dit, vt ẽt i gl. d. l. vnicæ. vide ẽt †quo ad raptores monialiũ l. si quis nõ dicã rapere C. de epis. & cle. vbi ẽt punitur solus conatus, & de coitu monialis dicã infrà, maxime quia i hoc dominio habemus decretum puniens pœna capitis habentes rem cum monialibus, propter quod tempore Christianissimi regis vidi quẽdã laqueo
3 suspendi. Et ne terminos ignores, †dic q raptus reqrit amotionẽ de loco ad locũ. Bal i l. sed eximendi i princ. vbi Alex. ff. ne quis eum qui. Pau. de Cast. i d. l raptores virginũ vbi allegat Gãd. & Alb. i d. l. vnica. ad fin. & Comens. consi. 95. Vnde si fit violentia i lecto, vbi reperitur, non est
4 raptus, sed †violentia i mulierẽ, quæ punitur iure cõi, ut supra dixi, lege Iulia de vi publica vel priuata, vel secundum statuta, quæ cõiter disponunt circa hoc, & ex statuto nostro eadẽ est pœna raptus, & talis violentiæ. Ad quod statutum ad-
5 uerte, †quia dicit. Si quis per vim rapuerit mulierẽ honestam, & licet verbũ, rapere, non possit verificari nisi cũ vi. d. l. sed eximẽdi. vbi Alex. tamen adhuc dicit statutũ. Per vim rapuerit, atq; ita vt aliquid operetur, debet denotare, vt ẽt ipsa violentia extrinsecus necessaria sit, non solũ contra ipsam mulierẽ, sed ẽt cõtra parentes, iuxta tex. i d. l. vnica. col. vlt. versic. & huic pœnæ. & d. l. raptores, quæ volunt vt ẽt raptus cõmittatur volente muliere. Et hęc videtur veritas ẽt ex proprio significatu verbi, rapere, quod ita intelligi debet i statuto, vt Pau. de Cast. i terminis in d. l. sed eximendi. Et magis hoc est dicendum propter verbum, per vim. Et scias, quòd raptus cõmittĩ quo ad ipsam mulierem, & quo ad parentes simul, vt i eis legibus. & itẽ quo ad parentes tantum, vt i eisdem. & quo ad ipsam mulierẽ tãtùm c. de raptoribus. xxxvj. q. j. Et hanc considerationẽ ẽt habuit Mathesilanus notab. 98. Et ideo si fiat quo ad eam tantùm, res non habet difficultatem, quia congruunt verba statuti. Si etiam quo ad vtrunque, res est minus dubia, sed si quo ad parẽtes tantũ, volente ipsa, suasionibus & donis, &, vt i dictis legibus, hoc opus, hic labor est. Et cùm non sit propriè mulierem ra-

pere, vt dicunt Doctores, vt suprà, statutum non compræhendit hunc casum. Et est decisio clara Paul. de Castro & Ang. in dicta l. sed eximẽdi. Sequitur ex hoc,
6 † quòd si adsit statutum, prout habemus hîc Mediolani, vt nemo puniatur corporaliter, nisi lege municipali caueatur, ꝙ stante voluntate mulieris non poterit puniri corporali pœna, sed alia arbitraria, &
7 ita video seruari. Et † quando mulier nõ ducitur artibus, imò sua libera volũtate: & hoc posset ostendi, licet sit difficile, videtur omnino quòd quamuis parentes fuerint resistẽtes, nihilominus iste raptus puniri nõ possit ex lege, & multò minus ex statuto. Et ita Bald. in dicta l. vnica. in verbo, vlterius oppono. C. de raptu virginũ. Et hoc casu cessare videtur ratio dictæ legis vnicæ. Sed difficile esset probare hanc negatiuã, quòd non habuerit dona, & quòd non fuerit solicitata, nisi per confessionem suã, iuxta glos. in l. penult. C. de fideiussoribus. cui fortè staretᷓ, nisi esset præsumptio in contrarium, vt dicũt Doctores circa dictam gl. & dicam infrà. Vide quandam apostillam impressam ad Bald. ad dictũ versi. vlterius oppono. quæ impugnat Bal. eò maximè, quia lex videtur præsumere artes & suasiões, vt in dictis legibus: & consequenter etiã non crederetur ei, & hu9 ego sum sentẽtiæ: imò amplius dico, quòd quamuis essem cert9 mulierem nullis suasionibus, inuitis tamẽ parentibus recessisse è domo cum amatore, nihilominus illum castigarem acri pœna extraordinariè secundum qualitatem domus & familiæ talium parentũ. Et circa dictum statutũ puniens, vt dixi, raptũ
8 & violentiam mulierum, aduerte, † quia vult duo, vt rapta sit per vim, & stuprata: vel saltem vt sit vi stuprata. Sed operæprecium est perquirere, an etiã illud stuprum debeat esse violentum: ita vt si non sit violentum, nõ simus in casu statuti puniẽtis raptum: & videtur ꝙ etiam debeat interuenire vis: quia copula, &, ibi, & ipsam adulterauerit, vel stuprauerit, licet non repetat, & per vim: tamen repetit tacitè qualitates ꝓcedentes. l. Scio. §. Caio ff. de fundo instructo. Alexan. quinto volum. consi. clxx. col. penult. circa principium. Idem suadet alternatiua, vel, in secunda parte ibi, vel etiã per vim adulterauerit, vel stuprauerit, cuius natura est sic declarare primam partem. l. j. ff. de rebus dubijs. & per Iason. in l. iiij. §. Cato. in j. col & seq. ff. de verbo. oblig. Idem denotat implicatiua, etiam, ibi, vel etiã per vim adulterauerit, vt per Aretin. notabiliter consil. clviij. colũ. penult. & ita semel vidi ferri sententiam cum istis subtilitatibus, quæ nulli9 sunt momẽti: quia donec est sub potestate raptoris, dicitur ei illata vis, etiam in copula, per notata in l. ij. C. quod metus causa. & ita Barbat. consilio lxxj. colum. j. ij. & pluribus sequentibus, volum. j. & Caccialup. in l. si qua illustris. charta 35. columna 3. C. ad Orficianum. nisi in casu, vt ibi per eum. Facit l. nouissimè. ff. quod falso auth. tutor. & ita habuie pro constanti statutum, vnde oporteret probare, quòd etsi erat penes eum tẽpore copulæ, tamen libertatẽ habebat eundi & redeundi quò vellet, ianua & ostijs patentibus: & in domo commorabatur, non secus ac si fuisset eius vxor propria. Aduerte tamen, quia statutum est contra ius commune, quo solus raptus sufficit sine copula. d. l. vnica. & d. l. raptores. & ideò statutum debet intelligi de copula etiam sine vi, vt minus lædat ius commune, vt per Felin. in c. causam quę. in versic. ad illud brocardicũ. extrà, de rescrip. & sum in hac opinione ex hoc fundamẽto, videlicet, quòd etiam probata libertate ante copulam, & tẽpore copulæ, tamẽ casus sit compræhensus in dicto statuto: verumtamen est, quòd posset multùm iuuare probatio libertatis, saltẽ vt facilius
9 grã à principe obtineretur. Quæro † circa statutum prædictum, dum dicit, Siquis rapuerit mulierem honestam. Quando mulier dicatur inhonesta? In hoc vide quæ dixi suprà immediatè ante hunc titulũ, de raptu mulieris, vltra quæ vide Bal. iiij. vol. consi. ccvj. vbi dicit, quòd etiã est inhonesta, & nõ casta, ex sola turpi coniunctione, etiã sine copula. & vide Ang. de Aret. in suo testamen. in materia quando relinquitur legatum vxori, donec castè & honestè vixerit, vbi multa. & Alber. in dictionario suo in verbo, castè, & in verbo, castitas. & Ang. in l. ij. C. quã. mul. tut. offic. & ibi ẽt de verbo pudicè & Bar. in l.

in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & Cuman. consi. 22. circa fi. omnino Ang. in §. cùm igitur. in Auth. de nō elig. secū. nub. & Bar. i l. fi. C. de indi. uid. tol. Albe. in verbo, honesta persona. & in uerbo, honor. & per totum tit. extrà, de uita & hone. cler. Sed tamen licet inhone
10 stas generetur uarijs modis, uidetur † q̄ in casu nostro tātum intelligatur statutū loqui de inhonestate meretricia, quia in fi. dicit, dum non sit meretrix. & ita videtur tex. in materia nostra, iuncta glo. in d. l. vnica. ibi, uirgines honestarum. quæ dicit, secus est in meretrice. Sic Paul. de Ca. in d. l. raptores. in j. q. ubi etiā distinguit: secundum quam distinctionem non semper raptus meretricis est extra nodos p̄dictarum legum. Bal. Alb. & alij communiter in d. l. vnica. ubi uide & Gand. in tit. de aliquibus quęst. varijs col. 2. & ita non sufficeret ad inhonestatē probādam quo ad terminos nostros stuprum vel adulterium, uel incestus, sed quòd esset meretrix. In contrarium tamē est in terminis consi. Pau. de Ca. 303. incip. uiso dicto statuto. ubi præcisè loquitur in statuto, sicut est nostrum de uerbo ad uerbum, & tamē consulit, quòd quia prius permiserat se stuprari, non cōmissus est raptus, de quo in statuto, per l. stuprum. in fi. ff. de ritu nupt. & illud consi. ēt al. gat in suo repert. Hip. in l. maritus. col. pe. ff. de quæst. Alci. in trac. præsump. reg. 2. p̄sump. 9. nu. 2. Et profectò consideratio suprà facta uerborum statuti in fine, dum non sit meretrix, nihil ad rem facere uidetur, quia loquitur statutum ibi circa alium casum, quando cognoscitur sine vi quęlibet mulier præter meretricem, quo casu vult ut habeat locum quędam pœna pecuniaria, & sic etiam quòd passa fuisset stuprū uel adulterium, quia non est tanti momenti dicta pœna, quemadmodum si imponeretur pœna capitis, ut in primo casu, & propterea nō mirum si in primo casu illa honestas ita intelligitur ut mulier nō sit cōtaminata voluntariè prius. Tamen gl. ordi. in d. l. vnica. & Institu. de publ. iud. & Doct. ibi eas sequentes faciunt me multū dubitare, adhiberem hoc temperamētū, quòd etsi probatum esset stuprum, uel, ut suprà, si tamen cautè illud factum esset, & non more meretricio, nec publicè, & mulier in numero honestarum haberetur, tunc talis raptus esset punibilis ultimo supplicio, & compræhensus in statuto, aliter seruarem decisionem Pauli de Castr. uidelicet casu quo mulier facinus, quod commisisse diceretur, sine uerecundia fecisset, & impudica haberetur, quia dici posset, quòd arti meretriciæ initium dedisset, etsi absolutè diceremus, secundum Paul. de Ca. res esset malę consequētiæ, quia iamiam omnis mulier posset apparere inhonesta, & ita sequi frequentissimus raptus, & uiolentia in mulieres, duobus testibus dicētibus cognouisse eā, iuxta modum per me traditum suprà inhonestatis probandæ per consil. Cepol. 58 in fi. & hoc est etiam ex mente decreti, de quo suprà, dum etiam vult posse puniri raptus in meretrices ultimo supplicio. Et ita dum in Senatu habitus fuit sermo de hoc, nunquam audiui fieri fundamentum super tali inhonestate, sicut pōderat Paul. de Ca. sed super parētibus malis moribus denotantibus meretriciam vitam. Et ita est intelligendum statutū nostrum, ut clausula in fine referatur ad oīa propter dictam glo. & Doct. ubi suprà, & alia generalia, uel melius ut referantur ad proxima, Veruntamē quòd in prima parte nō excludatur dispō iuris communis. Nec obstat, quod inferat aliud in prima parte, quia id fateor casu quo esset meretrix famosa uel publica, sicut loquit̄ hæc extrema pars, aliter non. Ita intelligo Paul. de Cast. & Affl. in titu. quæ sint regalia. in uerbo, condemnatorum. colū. 3. uersi. sed an raptus. ubi ultra Paul. allegat Alb. de Rosa Super modo tamen probandi inhonestatem mulieris circa dictū statutum ad tollendas multas difficultates fuere ædita dicta duo decreta regis & ducis, de quibus suprà mentionem feci immediatè ante hanc materiam raptus mu-
11 lieris. Quæ etiam † dicatur meretrix, vltra supradicta, & quæ probent mulierē esse meretricem, uide Bald. in l. neque natales. C. de prob. ubi dicit, quòd cognoscitur per signa. & in l. 2. C. de collus. deteg. & l. non ignorat. C. qui accu. nō pos. Bar. in l. capite quinto. ubi Alexan. ff. de adult. Abb. in cap. præterea. col. fi. in fi. de

testib. ubi Feli.col.2. Alexā.v.vol.consil. 156.col.fi. in fi. Bald. in 2.uol.consi 445. col.j. & 3. uolu.consil.299.& notabiliter Lapus alleg.54. ubi uide omnino. Et in di
12 ctis locis etiam habes. † quomodo probetur adulterium, de quo etiam uide Are. in d.c.preterea.& Anan.in c.maritis.col.
13 pen.extrà,de adult. & quæ † sint præludia adulterij, uide gl.in l. quod ait lex.ff. de adulter. Nota, dum suprà dixi, raptum
14 de iure † communi puniri pœna mortis, quamuis non sit secuta copula carnalis, quia in contrarium est decisio Anan.in c.cùm causa in fi.extrà,de raptor. & Cœpol.ultra alios per eum allegatos con.57. col.2. Nihilominus uerior uidetur suprà dicta opinio, ut per Doct. in d l.raptores. & in d.l.vnica.& probatur in dictámet l. raptores. Et dum in Co. Petro Scotto Placentino casus iste contigisset. & allegarem ego Anan.& Cœpo.ubi suprà, pro ipso Comite, Iason, qui fuit in eo casu requisitus, consulendo dixit, quòd communis erat in contrarium. Sed hæc disputatio, ut dixi, cessat per statutum nostrum.
15 Nota etiam, dum dixi, † quòd de iure cōmuni etiam rapi dicitur mulier uolens. Nā ad hoc tex.in d l.vnica.uersi. & huic pœnæ.allegat mirabilē rationem, & quæ concludit, quòd etiam uiolentia dicitur fieri, dum quis pertrahit animum mulieris ad uotum suum donis & solicitationibus, & ideo dixit Ang.in auth.de lœnoc. in fi.quòd mulier, quæ inducitur ad adulterium, dato sibi auro, licet contenta fuerit, tamen inuita habetur, & ille, qui aurū dedit, secundum Ang. punitur pœna statuti, quæ imponitur adulterium committenti cum muliere inuita. Et facit.l.j.§. persuadere.ff.de ser.corrup. refert & sequitur Dec.consi.170.col. 2.in princ. & ideo etiam comprænderetur is in nostro statuto, quod etiam punit non solū rapientem per uim, sed etiam adulterium ui committentem. Mali tamen mores hodierni plus possent quàm ius ī hoc casu, & facerent ut hoc obtineri nō posset. Et ut etiam uerum fatear, hoc est falsum. per ea quæ suprà dixi circa dictum statutum, allegando Paul. & Ang. in l. sed eximendi.ff.ne quis eum qui. Et facit l.j.ff. de ui & ui arma.§.hoc interdictùm.uer.ad solam autem atrocem uim. & quod dixit Bal.3. uol.consi.177.circa fin. quòd uim tantùm atrocem criminaliter punimus. Et si aliter diceremus, posset capite puniri uniuersus ferè mundus. Et facit ad rē ualde, quòd talis uoluntas coacta siue uiolentia, dicitur aliqua uiolentia, nō uiolentia ipsa.tex. est in l.j.§.fi.& ibi Bar.sic declarat.ff.de extraord.crim.& uide Rip. etiam in l.rem quæ nobis.col.j.ff.de acq. poss.dum sequitur Paul. de Ca.in d.l.sed eximendi. Sequendo principale propositum uide Doct. in c.cùm causa. de rapt. ubi Abb.col.2.uersi. in gl.2.declarat tex. in d.l.vnica.in d.uer.& huic pœnę.dicēs,
16 † quòd quantuncunque puella consentiat raptui, si uiolentia infertur parentibus, raptus committitur.allegat etiam c.de raptoribus.36.q.vj.& dicit hoc procedere, (& in hoc consistit uirtus suę declarationis) etiam. quòd parentes ignorauerint, uel non fuissent superstites, quia mulier non potest se committere raptui, nec membra sua exponere.l.liber homo.ff.ad leg.Aquil.Itē dicit, quòd puella semper præsumitur coacta & decepta, unde ille consensus dicitur extortus. Et hæc etiam fuit consideratio d.l.vnicæ. Hæc adde ad ea, quæ dixi suprà circa hanc uoluntatē mulieris. Intellige tamen, quòd raptus est punibilis iuxta ius commune ac statutum prællegatū, ubi fit gratia libidinis,
17 sec⁹ † si fit gratia matrimonij, quia prius præcesserit tractatus matrimonij, quo in casu uidetur fieri gratia matrimonij, iuxta not.in l.multum interest.C.si quis alt. uel sibi.per Bald. & Sal. & de hoc, quòd ubi præcessit iste tractatus, & allegetur gratia matrimonij esse commissum raptū, euiteī pœna raptus, est tex.in c.cùm causa.allegato sæpe, extrà, de rap.& loquitur tex. quando eam iam desponsauerat, & quando interuenit uoluntas mulieris in ipso raptu, & quando secutum postea fuit matrimonium. Tamen super hoc ultimo tex.non se fundat, sed super sponsalibus & uoluntate mulieris. Nec Doctor. communiter in eo cap.faciunt fundamentum super hoc, & fundamentum, quod facit de matrimonio tex.facit ad finem reuocandi illam è monasterio: est uerum, quòd ubi sequitur matrimonium, hoc solùm

lùm facit dubitare Doctores an tollatur pœna raptus, ut dicam, & uide Paul. de Ca. in d. l. raptores. in uer. item quæro an habeat locum in sponsa. ubi dicit, quòd in ea propter tractatum matrimonij, & uoluntatem eius non habet locum dicta pœna. sed si tantùm aderat tractatus sine uoluntate, quia ipsa, non obstantibus sponsalibus asserebat uelle ingredi monasterium, est difficultas, & remittit se Paul. ut per eum, de quo ultimo latissimè uide per Barb. consi. 71. uol. 2. col. j. ij. & usque ad 7. inclusiuè, ubi cōcludit, quòd requiritur tractatus prius, & consensus mulieris, & sine eius consensu nihil prosunt tractatus & sponsalia. De quo ultimo uide Corn. uol. 2 consil. 80. & ideo in hoc corrigitur ius ciuile, scilicet l. vnica. C. de rapt. uir. uersi. quibus connumerauimus. quæ vult, ut nec liceat rapere spō sam, nisi dicas quòd tex. ibi loquitur ipsa nolente, sed non satisfacit, quia posteà tex. col. seq. in fi. dicit, quòd etiā consentiētibus mulieribus dicitur raptus, loquēdo de illis, de quibus loquutus fuerat, & sic potius corrigitur in hoc ius ciuile, & de eo, quòd suprà dixi dubitare Doctor. quando post raptum sequitur matrimonium, an sit uerè matrimonium, & tollaẽ pœna raptus, uide tex. d. l. vnicæ. colū. 2. ubi dicit, quòd non potest contrahi matrimonium, & contractum nihil ualet, & sic iure ciuili res est clara, quòd matrimoniū non debet haberi in aliqua consideratione, sed de iure canonico matrimonium tenet. c. fi. & d. c. cùm causa de rap. Sed intellige hoc, sicut dicit tex. Si prius dissensio posteà transeat in consensum. ita d. c. fin. quod uide, & diligenter. & ideo donec
18 † permaneat sub potestate raptoris. non uideo quomodo possit dici matrimoniū nisi uiolentum quia durat eadē ratio metus, iuxta l. 2. C. qđ met. cau. & ideo Paul. de Ca. in d. l raptores. uersi. item quæro si raptor. concludit in hoc attendi ius canonicum, quod potuit mitigare pœnam, & quòd matrimonium omnem pœnam tollit: si tamen rapta & parentes consenserint: subdens, quòd ita consuluit, & propter cōsilium suum exemit unū à morte. & Paul de Cast. ideo requirit consensum parētum, ut sic cesset omnis præsumptio metus, ut latius declarat Barb. in d. consi. 71. in uersi. capio modò alia duo sequentia. usque ad fi. ita intelligens tex. d. c. fin. dū dicit, quòd debet prius dissensus transire in consensum, & debent etiam interuenire legitimæ personæ. Sed etiam aliud uult Barba ad hoc, ut dicaẽ dissensus transiuisse in consensum, quòd etiā prius fuerit restituta puella parentibus, uel suis, & reintegrata pristinæ libertati, & ideo hoc casu posteà matrimonium cum consensu parentū est uerum, & sine aliquo metu, & proptereà non immeritò nobilis quidam huius ciuitatis amisit nobilissimam ex primaria familia præfatæ ciuitatis, & diuitē multùm, quia postquàm fuit restituta, dixit fecisse metu, & quòd etiā requiraẽ cōsensus parētum, ut matrimonium secutū tollat pœnā, uide Cœpol. cō. 57. per totū, maximè in fi. Et dū his diebus præteritis quidā se uellet defendere a pœna raptus pp matrimoniū posteà uerè secutum, ele
19 uatus fuit articulus, † an prius hoc esset cognoscendum & terminandum per ecclesiasticū, iuxta no. ī l. Titia. maximè per Alex. ff sol. mat. Tamen in Senatu fuit cōclusum fieri non debere, & quòd capitaneus iustitiæ in causa procederet, qa ex processu corā eo facto, ac qualitate uiri, qui erat ad omne facinus audax, & dicto mulieris, quæ perseuerabat in negatiua, quòd non consenserat, & alijs, apparebat de calumnia raptoris, quo casu tunc non erat supersedendum propter causam matrimonialem, ut per Alex. in d. l. Titia. Dicebatur etiam pro fisco, quòd regula, de qua ibi per Alex. non procedit, quando ī causa criminali incidit ista matrimonialis, quia non est supersedendum, allegando Bal. ī l. quoties. C. de iud. qui dicit ita ex consuetudine seruari. & Ang. Aret. in
20 uerbo, *che hai adulterato*. Et scias, † ꝙ licet circa spōsalia ꝑcedētia dubiteẽ, ut uides, Tamē quādo præcessit matrimoniū, tunc omni iure est licitus raptus. Bal. & Doct. in d. l. vnica, & d. l. raptores. & ideo succedit pulchra disputatio, & necessaria, An
21 credatur † rapto & raptæ, ꝙ antea contraxerāt matrimoniū. gl. ī l. pen. C. de fideiuss. i uerbo, hoc cōfessus, vult ut credatur. quā sequitur Ang. ī d. gl. *che hai adulterato*. col. 7. uers. pone quòd quidā iuuenis.

post Bal. & alios ibi per eum relatos, nisi signa in contrariū appareant, vt quia inuenta sit plorans: vnde in stupro simplici in dubio prodesset ista protestatio, nō in rapina mulieris, ipsa dissentiēte & clamā
22 te: &, vt latè per Barbat. vbi suprà, † & Cæpol consi. 57. & in apostil. ad Ang. vbi etiam allegatur Alexand in consilijs. In reliquis in hac materia rapt⁹ vide per repertoria, maximè in repertorio Hippol. in d.l. vnica. C. de raptu virg.

Tit. de Coitu damnato & punibili.

S V M M AE.

1 *Coitus à lege damnatus & punibilis, et coitus a lege simpliciter non approbatus.*

2 *Coitus cum masculo vel cum fœmina, per quem sequitur adulterium cum incestu, vel nefario coitu, punitur pœna mortis iure canonico, licet iure ciuili pœna sit detrusionis in monasterium, quando est cum fœmina.*

3 *Transigere non licet in causa adulterii.*

4 *Incestus, qui fit sine colore matrimonij, punitur sicut adulterium, si verò sub colore matrimonij fiat, punitur variis modis*

5 *Incestus fit inter coniunctos ex linea transuersali, at nefarius coitus inter ascendentes, & descendentes.*

6 *Coitus nefarius punitur sicut incestus.*

7 *Pater rem habens cum filia morte punitur, vel igne, vel furcis.*

8 *Coitus cum moniali professa punitur morte.*

9 *Coitus cum moniali appellatur nefarius.*

10 *Coitus sacerdotis, vel constituti in sacris cum virgine, nupta, vidua, consanguinea, vel cum soluta, qualiter punitur.*

11 *Coitus an sit accusabilis, & punibilis circa suasiones, consideratur secundum leges ciuiles non canonicas.*

12 *Coitus episcopi vel religiosi cum muliere, dū modo non sit vidua, honesta, virgo, nupta, vel consanguinea, non est damnabilis & punibilis, ita vt filius ex ea natus dicatur adulterinus, & priuetur successione.*

13 *Mulier laica rem habens cum constituto in sacris, an possit puniri à iudice seculari, vel ab ecclesiastico?*

14 *Coitus quando sit punibilis iure ciuili, vel canonico, & qua pœna.*

15 *Coitus mulieris solutæ cum presbytero, qui aliàs esset simplex fornicatio, an sit sacrilegiū punibile etiam a iudice seculari, & tollat successionem?*

16 *Coitus solutæ cum presbytero est simplex fornicatio non punibilis in aliquo foro seculari nec ecclesiastico.*

17 *Coitus presbyteri cum muliere, ex quo iure ciuili adulterium vel stuprum committeretur, punitur in vtroque foro, & iudex laicus punit habentem rem cum moniali.*

18 *Concubinæ clericorum secretæ puniēdæ sunt per ecclesiasticum iudicem, publicæ vero & notoriæ etiam per secularem.*

19 *Stupri violenti pœna est mors naturalis, non violenti est varia secundum diuersitatē qualitatis personæ.*

20 *Iudæus miscens se Christianæ mulieri punitur stupri, vel adulterii, secundum qualitatem delicti, vel pœna statuti super eo disponentis, uel etiam augeri posset pœna, quando qualitas adesset delictum aggrauans.*

21 *Iudæus rem habens cū Christiana male uitæ, ita ut non esset adulterium, uel stuprum, punitur pœna arbitraria in pecunia, sed quando esset qualificatum delictum, posset augeri etiam pœna statuti attenta, uel iteratione delicti, uel publica peccandi occasione inde proueniente.*

22 *Coitus vxorati cū concubina soluta in domo cū vxore retenta est accusabilis & punibilis.*

23 *Coitus uxorati cum concubina soluta extra domum habitante dicitur propriè stuprum, & adulterium largè, nisi esset meretrix, uel fuisset, & esse desiisset, quia tunc nec stuprum esset.*

24 *Coitus uxorati cum meretrice nupta, uel quæ fuerit meretrix, et esse desiisset, dicitur adulterium.*

25 *Coitus uxorati cum soluta, quæ est vilis persona, ut serua propria, uel quæ fuit meretrix, uel ministra cauponis, non dicitur stuprum, nisi retineretur ut concubina.*

26 *Bononienses tenent seruas pro concubinis.*

27 *Coitus uxorati cum ancilla aliena libera, quā probaretur esse honestam ex persona sua & dominæ, dicitur stuprum, licet uilis esset.*

28 *Coitus uxorati cum ancilla propria non est stuprum, nec punitur.*

29 *Ancillæ & serua sunt meretrices.*

30 *Coitus uxorati cum concubina soluta et vili, ex qua*

ex qua filius nascatur, dicitur damnatus & punibilis, quando concubina sciebat illum esse vxoratum, secus si ignorasset, quod præsumitur in dubio.

31 Coitus cũ cõcubina alterius legitima, vel etiã cum ea, quæ retinetur libidinis gratia, non vt legitima concubina, est stuprum & accusabile, nisi illa sæpius cum aliis se commisceret.

32 Coitus sine vi cum soluta, quæ non sit meretrix famosa vel publica, licet sit vilis, & cognita fuerit ab alio, punitur criminaliter per statutum Mediolani, sed consuetudine non seruatur, nisi quo ad soluendam dotem secundum ius canonicum.

33 Non vsus sufficit ad interpretationem legis, licet ad abrogationem requiratur etiam actus contrarius.

34 Concubinas plures tenens accusari non potest, sicut & qui vxorem & concubinam domi retinet.

35 Stuprum vnicum commissum dicitur, quando virgo stuprata tanto tempore retinetur ad vsum carnalem, vt non ex primo coitu, sed ex vlterioribus filius nascatur, nisi ea in veram concubinam accepta esset, quia tunc stuprum tollitur.

36 Stuprum non dicitur cõmissum, quando quis ad virginem violatam ex interuallo reuertitur, & multò minus quando post violationem vilis & famula effecta est.

37 Coitus damnati, & accusabiles vbi enumerentur.

38 Successio ab intestato non habet locum in nato ex damnato & accusabili coitu lege municipali, non diuina & canonica.

39 Coitus punibilis in matre tantùm priuat successione ab intestato natum ex ea.

40 Officialis rem habens cum carcerata, grauiter punitur, etiam si esset meretrix.

41 Coitus cum commatre etiam in officiali, & tutoris cum pupilla, quo puniatur, & quando tutor cum pupilla contraxit matrimoniũ, qua pœna sit punitus Mediolani.

42 Stuprum etiam voluntarium in muliere non est impunitum.

43 Adulterium per quos accusetur, & de materia adulteris.

44 Adulterium, vel fornicatio denigrat totam familiam.

45 Castitas maior requiritur in muliere, quàm in viro.

46 Adulterium magis affligit virum, quàm mors filij.

47 Carnalia delicta quomodo differant.

48 Adulterium sæpius cum vna & eadem committens an puniatur vna pœna vel pluribus?

49 Adultera filia, vel vxor quãdo possit a patre, vel marito occidi.

50 Occidi non potest dominus à vasallo quando cum vxore eius depræhensus est, licet dominus possit vasallum occidere depræhensum cũ vxore sua.

51 Filius natus ex adultera dicitur filius viri, nec matris confessio illi nocet, & an habeat locum si adultera non habitaret cum viro?

52 Occidere filiam, vel vxorem an liceat patri, vel marito in foro conscientiæ, licet ex statuto id permitteretur?

53 Accusans aliquem vt capite puniatur, an in foro conscientiæ sit tutus?

54 Adultera perdit dotem, donationem propter nuptias, & bona paraphernalia.

55 Vidua stuprum committens, an perdat dotem?

56 Adultera quando non perdat dotem.

57 Adulterii præparatoria quando faciant vxorem priuari dote.

58 Adulterasse aliquam, vel cum ea iacuisse paria sint.

59 Adulterium quomodo probetur.

60 Hæredes mariti an possint de adulterio opponere maximè quando maritus in vita conquestus est?

61 Statutum Mediolani minuens pœnam iuris communis in adulterio perpetrato non violenter, an comprahendat adulterium cum incestu, vt euitetur pœna mortis?

62 Adulterii materia per quos clarè tractetur.

63 Stupri materia malè practicatur Mediolani, & per quos clarè tractetur.

64 Stuprum in puerum sine vi, & in puellam vi interueniente, licet per l. Iuliam de vi. non puniatur pœna capitali, tamen alia lege punitur ea pœna.

65 Vnum factum interdum pluribus legibus punitur.

66 Stuprum violentum dicitur, etiam si non interuenit omnino violentia, sed interpellatio et persuasio tantum, licet quo ad pœnam statuti Mediolani secus sit.

67 Stuprator virginis nondum viripotentis, probata desloratione & vi, punitur capite, & si vis non interuenerit, in metallũ damnatur, vel relegatur, vel in exilium mittitur secundum qualitatem personæ.

68 *Stuprator uirginis doli nō capacis, ut quæ sextum vel septimum annum agat punitur pœna capitis, & dicitur vis interuenisse: si verò tentauerit solùm, nec stuprum perfecerit mitius punitur.*
69 *Viripotens uirgo quando dicatur.*
70 *Virginem tenens, & oscula rapiens, vel aliter, non perfecto flagitio punitur citra mortē.*
71 *Incestus sub colore matrimonij commissus, vel sine colore, vel secuto matrimonio quomodo puniatur.*
72 *Incestuosus non est salutādus nec osculandus.*
73 *Incestum cōmittere dicitur, qui cognoscit affinem vxoris suæ, licet secus si cognosceret affinem concubinæ suæ.*
74 *Coitus illicitus licet impediat matrimonium non tamen inducit pœnam incestus.*
75 *Incestus nefarius inter ascendentes et descendentes.*
76 *Concubinatus an sit iure ciuili reprobatus habito respectum ad ius canonicum.*
77 *Filius præsumitur naturalis potius quàm spurius.*
78 *Vxores duas vel plures ducens punitur pœna stupri, et fustigatur Mediolani iussu Senatus, & de gratia quam Carolus Galliarum rex fecit condemnato qui quatuor vxores duxerat ob lepidum responsum.*
79 *Monialem cognoscens siue virgo fuerit, siue alias cognita punitur pœna capitis naturalis.*
80 *Coitus nefarius dicitur, qui est cum sacrata vel sacrato.*
81 *Decretum puniens pœna capitis habentem rem cum moniali, intelligitur de pœna capitis naturalis, & Mediolani id exprimit decretum.*
82 *Pœnæ interpretatio fit in deterius quoties agitur de grauissimo delicto.*

1 
LIQVI coitus † à lege sunt damnati & puniuntur, aliqui etiam simpliciter à lege nō approbantur. Bart. in l. fi. in 1. col. quem vide ad declarationem terminorum. ff. de his quib. ut indign. & adulterio non est dubi-
2 tandum, quin sit punibile. Nam † in masculo est pœna mortis. §. item lex. Instit. de pub. iudic. & in l. transigere. vbi Iaso. no. C. de transactio. In fœmina est pœna detrusionis in monasterium. authen. sed hodie. C de adul. Caccialup. in l. si quailustris. vbi materia. C. ad Orfic. chart. 2. col. 2. & ibi ponit quid de iure canonico, & quòd etiam in fœmina sit pœna mortis vbi commiserit adulterium cum incestu, vel nefario coitu, & adeo lex abhorret adulterium propter honorem matri-
3 monii cui multum fauet, † ut etiam uelit non esse licitam transactionem. d. l. transigere. & ibi Ias. etiam not. De incestu ēt
4 non est dubitandum, † punitur etenim sicut adulterium quando fit inter solutos, & sine colore matrimonii, si uerò cum colore matrimonii, tunc variis modis punitur, vt in ead. col. per Caccialup. Et simi-
5 liter † non est dubitandum de coitu nefario. Nam incestus fit inter cōiunctos ex linea trāsuersali, nefarius verò coitus inter ascendentes & descendētes, vt in Authen. de incest. nupt. & §. ergo non oēs. Insti. de nup. & habetur 35. q 3. de incest.
6 Et † punitur hic nefarius coitus sicut incestus, & aliquando parentes propter coitum habitum cum eorum filiabus, fuerūt igne cōbusti, vel furcis suspensi iussu
8 Senatus. non est etiam dubitādū † de coitu cū moniali professa, quia punitur pœna capitis naturalis. l. si quis non dicā rapere. C. de epi. & cle. & de hoc habemus
9 decretum, prout infrà dicam, & † appellatur etiam nefarius coitus cum moniali. Caccialu. ibi, char. 1. col. ult. in fin. Quo-
10 modo † autem puniantur sacerdotes, uel cōstituti in sacris, vel monachi professi habentes rē cum mulieribus, vide in c. at si clerici. in pri. de iud. Nam quando cognoscūt nuptā vel virginem res patet, vt dicam infrà, & idem qñ consanguineam, sed dubium est qñ habent rem cum soluta nō virgine, & ea cū qua alias dicit simplex fornicatio, & tūc cōis est, quod clericus simplicem comittit fornicationem, & non patitur depositionē, ut per Fel. in d. c. & alios Moderniores & Abb. ibidē. Fallit in ēpo, fallit ī religioso, & in fornicatione cōmissa cū filia spirituali q̄ ēt dicitur qñ est ex eius parochia, vt in d. c. p Moderniores & Abb. 1 c. fi. ad fi. de purg. cano. Fallit in ea q̄ occasionem peccandi aliis pbet, vt ibi Abb. & Doct. d cūt, & dū
11 dixi de virgine, Adde idē † de vidua, honesta tñ vt ibidem. & aduertendū est, quòd

& si

& si circa successiones cõsideretur an coitus sit accusabilis & punibilis, tamen hoc consideratur secundũ leges, id est, an leges puniant, nõ secundũ ius canonicum. ita Soc. in l. Gallus. §. quod si is. colũ. si ff. de lib. & posth. & ideo & si hoc commertium secundũ leges sit improbatum l. cũ qui probabilẽ. C. de episc. & cler. nihilominus non videtur punitum, & nũquàm vidi has concubinas presbyterorũ puniri in foro nostro. Et ideo † vt in prę-
12 sentia sentio, nisi talis esset cõsanguinea, nupta, virgo, vel vidua honesta nõ videretur ponendus hic coitus inter dãnatos & punibiles, etiam i episcopo & religioso, vt dixi i fallentijs, loquor quo ad effectũ successionis, & ad hoc ẽt vide Caccialup. i d. l. char. 1. col. vlt. dum tractat an filij istorũ sint adulterini, vel sacrilegi, & magis iclinat non esse, vide ad hanc dubitationẽ, id
13 est, an † mulier laica commiscens se cũ constituto in sacris possit puniri per iudicem secularem, Anchar. distinguentẽ cõsil. 197. colũ 2. & sequen. & Feder. consil. 167. vbi ẽt an possit puniri à iudice ecclesiastico. & vide Felin. i c. cùm sit generale. de foro compe. & ibidem Feli. colũ. 7.
14 versus fin. & † quando coitus sit punibilis iure ciuili, vide Soc. consil. 148. col. 2. & seq. & Cuman. plenè cons. 154. vbi etiã quid de iure canonico, & qua pœna, &
15 Feder. vbi suprà vult, vt † ex sola fornicatione cum presbytero non sequatur aliqua pœna i personam mulieris à seculari iudice, & idem ẽt not. valde vult Ancha. i d. consi. 197. nisi esset concubina notoria presbyteri propter publicam offensionem, & vt ibi Are. i c. cum sit generale. de foro comp tenet absolutè, vt mulier rem habens cum sacerdote non possit puniri à iudice seculari. & ita Feli. vbi supra, i fi. & Gemin vt refert Feli. i d. c. cùm contingat. col. 8. vbi vide, Feli. videtur tandẽ velle vt sit vtriusq; fori, & clarius hãc opin. tenet Maria. ibi col. 8 habens pro absoluto quòd committat talis fornicatrix sacrilegiũ, & ita quod ratione sacrilegij ẽt iudex secularis possit punire, & cõsequẽter coitus etiam simpliciter i soluta non honesta erit damnatus, accusabilis, & punibilis iure ciuili, & ita cessabit successio, sicut dicam infrà, vide etiã Caccialup. in d. l. char. 4. col. fin. versicu. & dictis suprà adde, quærentem an presbyteri facientes, vt suprà dicantur committere simplicem fornicationem, an etiam adulterium, sacrilegium, & incestum, & in monacho profitente castitatem non dubitat quin omnia committat, quo ad presbyteros tenet contrarium. Et vult esse simplicem fornicationem, & ostendit hanc esse communem. Deinde subdit tales cõcubinas clericorum posse puniri per iudicem ecclesiasticum de sacrilegio, quia committunt sacrilegium, iuxta not. in d. c. cùm contingat. vbi vide eum. Breuiter
16 ita censeo † quòd quando committitur hoc crimen luxuriæ per presbyterum cum soluta cum qua non cõmittitur stuprum, & ideo oritur solum fornicatio secundum communem nisi in limitationibus suprà expressis, casus iste non sit punibilis iure ciuili etiam quo ad personã fœminæ, & consequenter sit superfluum dubitare, an etiam hoc crimen sit de foro seculari, iuxta nota. in d. c. cum sit generale. est verum quòd secundũ opinionem illorum, qui tenentes contra cõmunem, volunt vt imò oriatur sacrilegium, quòd q. succederet, sed vt dixi est contra
17 communem. Aut verò † committitur stuprum etiam iure ciuili, vel adulterium, vel incestus, vel similia, & tunc est de vtroque foro, & vtraque lex & ciuilis, & canonica punit, & ita Maria. vbi suprà, & idem credo in limitationibus suprà datis ad dictam communem. Et ideò videmus quotidie laicos habentes rem cum monialibus puniri à secularibus, licet fecerint delictum in ecclesiasticam, cõtra gl. in cap. eos. xxxii. distin. super qua se fundant tenentes quòd ista crimina cum ecclesiasticis sint mœrè ecclesiastica, & dũ Abba. in cap. vt clericorum. de vita & ho-
18 nestat. clerico. dicit † quòd concubinæ clericorum sunt puniendæ per ecclesiasticum, intelligo de secretis, & non de patentibus. De stupro etiam non est dubi-
19 tandum. Nam pœna † stupri si interueniat violentia, est mors naturalis. §. item lex Iulia. Institu. de publi. iudi. no. in l. i. & ibi Bart. ff. de extraord. crim. si non interueniat, & persona stuprans nõ sit abiecta & vilis, est confiscatio dimidiæ partis bonorum,

bonorũ, si verò sit vilis vel infamis de iure vel de facto: tunc cùm relegatione potest fustigari. §. sed & eadẽ lege Iulia. Instit. de publi. iudi. Hæc Caccialup. dicta char. 2. col. 3. De coitu in masculos min⁹ est dubitandum. l. cum vir nubit in fœminas viris porrecturas. C. de adult. & quæ sit pœna de iure canonico stupri vide Caccialup. dicta char. col. vlt. Ibi† etiam vide

30 de Iudæo commiscẽte se cũ Christiana, & si est stuprum non est dubitandũ, quia punitur de stupro, si adulteriũ pro adulterio, & sic de similibus, imò grauius, quia qualitas Iudaica grauat ex conuersatione. c. in nonnullis. extrà, de Iudæis. idem dico si adsit statutum in ciuitate puniens talem coitum quòd pœna statuti est puniendus. Nam sicut alligatur iure Romano. l. in Dei. C. de Iudæis. Abb. in c. j. de constit. col. 3. qđ tamen intelligitur cessante lege Mosaica, vt ibi per Felin. ita statuo. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Sic Alex. cons. 99. vol. 6. & cõs. 13. vol. 7. Barba. cõsil. 73. vol. 4. & alibi sæpe, posset tamen augeri pœna sicut etiam in Christiana quando adderetur qualitas aggrauãs, iuxta not. in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Tamen cessante

21 nomine adulterij & stupri, quia † esset coitus cum muliere malæ vitæ res esset arbitraria in pecunia. ita Doct. vbi suprà, & maximè Oldra. in consil. vlt. vbi tamẽ dicit quod cuidam in tali casu fuerũt abscissa virilia, & ideo si essem iudex, & eẽt adulterium vel stuprũ, quia dicũtur qualificata delicta ratione pſonæ Iudæi, iuxta notata per Abb. in d. c. at si clerici. ad fi. prin. de iudic. aggrauarem pœnam statuti vel iuris communis, iuxta nota. per Abb. in d. c. facit. l. ad bestias. ff. de pœn. & ridiculum esset aliter dicere, quòd tãtò magis est dicẽdum, quando non semel tantùm, sed sæpe & sæpius & palàm, & non modico tempore Iudæus simul vixisset cum ea, & secum se gessisset, prout facit vir cum vxore propter maximam peccãdi occasionem quam aliis præbet. Et † qđ

22 de coitu vxorati cum cõcubina, an sit reprobatus, accusabilis, & punibilis, vide Caccialup. ibidem char. 3. col. 2. qui cõcludit esse: loquitur tamen quando eam tenet pro concubina, & sic in domo cũ vxore, ita loquitur. l. j. C. de concub. sic Mathes. qui allegatur per Caccialup. sic Ange. in §. nouissimè. Instit. ad Orfic. & ideo Dec. qui aliter loquitur in consil. 306. inaduertenter loquitur, & ita iudicauit Senatus

23 me referente. Cæterum† vbi ad eam accederet extra domum, vt sæpe amatores ad amicas suas accedere solent, tũc esset stuprum si concurrerẽt qualitates stupri, iuxta l. inter liberas. § j. ff. de adult. Caccialup. dicta char. 3. col. 2. & magis seq. in versic. item esset absurdissimum. & colũ. seq. in versic. colligo. & ita Dec. quẽ bene vide in d. consil. 306. & Soc. consil. 148. col. 3. versic. intelligendus tamẽ est, & ita esset coit⁹ accusabilis & punibilis, loquor ne erres quando vxoratus habet rem cũ soluta, iuxta l. j. C. de adult. quo casu non est adulterium. l. j. C. de adult. saltem propriè, vt per Caccialup. in d. l. char. 36. col. j. versicu. colligo. sed est stuprum vt ibi, & col. præcedẽtibus, nisi esset meretrix secũdum glos. in l. si ea quæ. C. de adult. licet Doct. ibi dubitent quo ad adulteriũ,

24 † quãdo talis meretrix esset nupta, & in l. si vxor. in princ. ff. de adult. & in l. quæ adulterium. C. de adulter. imò si fuit meretrix, & amplius non sit, tamen adhuc stuprum non est. Sali. in d. l. si ea. quo verò ad adulterium quando erat nupta dixi dubitari p Doct. & placet opin. Salic. in d. l. si ea. quòd matrimonium facit esse adulterium, si eo tempore meretriciam artem non exercebat, & sequitur Ias. i l. ad egregias. col. pen. in fi. & princ. seq. ff. de iureiur. & fuit opi. glos. & Bart. i d. l. si vxor. quam sequitur Pau. de Cast. consil.

25 183. col. j Sed ad rem redeundo, † quãdo vxoratus cognoscit solutam, quamuis sit stuprum, vt dixi, tamen ẽt sæpe cessat, & coitus non est accusabilis & punibilis ꝓpter vilitatem personæ mulieris. ita Soc. in d. consi. 148. in vers. intell gẽdus tamen est. & vers. 3. & p Caccialup. in d. l. char. 2. col. 3. vers. stuprum autẽ. vbi ponit quãdo sit stuprum, & quando cesset, & ponit ꝙ cessat quando sunt viles famulæ vel similes quasi vulgares, vilitas tamen hæc non consideratur quando eã teneret pro cõcubina. Caccialu. char. 4. col. j. vers. idem puto. allegat Soc. ad illud ꝙ cessat stuprũ ꝓpter vilitatẽ personæ l. quæ adulteriũ. C. de

C. de adul. quæ loquitur in ministra cauponis, quia vt plurimũ sunt meretrices, & omnibus hospitantibus morem gerũt. item allegat Bar. in l. si vxor. ad fi. princi. ff. de adulte. qui loquitur in muliere, quæ fuit meretrix, quia etsi nunc non sit, tamen stuprum non committitur propter vilitatem personæ. sic etiam Sal. in l. si ea C. de adul. allegat etiam Ange. in d. l. si vxor. qui loquitur de istis qui rem habent
26 cum seruis† quas Bononienses tenẽt ꝓ concubinis. & ita loquitur ubi erant uiles, quia erant prostitutæ sicut loquitur Barto. & dictæ leges, sed si non apparet
27 † quòd esset prostituta, licet esset vilis conditionis, & fortè ancilla, an tunc propter illam vilitatem cesset stuprum, certè hoc non videtur mihi esse ex mente Doctorum, & ideo vide Caccialup. car. 4. col. 1. vbi quærit de vxorato cognoscente ancillam solutam, & tandem cõcludit stuprum esse in ancilla aliena, nulla habita ratione illius vilitatis famulatus. Est
28 verum† quòd aliter tenet in propria ancilla dicens, nõ reperire legem, quę damnet criminaliter dominum etiam vxoratum cognoscentem ancillam propriam, & quòd ita consuluit Soci. & Bal. de Bertolinis. sed dic quòd Soci. quem uoluit allegare in d. consi. loquitur in serua propria in qua non cadit stuprum. l. inter liberas. in princip. ff. de adult. & habetur in l. serui. C. de adul. & ita etiam ille Bertolinus in suo consi. quòd ponitur post illud in eodem casu, & ideo in ancilla libera, quare non debemus dicere quòd committatur stuprum? Si casus mihi eueniret non me multum fundarem super his considerationibus; & hoc propter vilitatem personæ & potestatẽ domini, & id quod communiter faciunt tales mulierculæ, iuxta ea quæ suprà latè dixi in tit. præcedẽti ad probandam inhonestatem mulierũ, & quæ ponit Corn. in d. l. si qua illustris.
29 vbi dicit † quod ancillæ & famulæ sunt meretrices, & ideo capitularem de honestate mulieris, deducendo illam, tum ob mores suos, tum ob mores dominæ suæ, & aliter, & tunc res redderetur valde dubia. & placerent in eo casu mihi meæ cõsiderationes. Aduerte dum dixi suprà
30 †quòd vxoratus habens filium ex soluta concubina, habet ex coitu damnato & punibili etiam quòd persona esset uilis, & in qua non caderet stuprum, quia intelligitur vbi sciret mulier illum esse vxoratum, aliàs non. ita Caccialup. chart. 3. col. 4. ad fin. & in prin. & præsumitur iusta ignorãtia. xxxiiii. q. ii. c. in lectum. c. i. de eo qui dux. in matri. glo. in l. mariti. §. penul. ff. de adult. vide etiam ad prædicta dum loquutus sum de coitu cum mulieribus vilibus & solutis Caccialu. chart. 2. colũ. j. vbi circa fin. format quæstionem,
31 quando quis† cognoscit concubinã legitimam alterius, vel illegitimam ut sunt istæ ancillæ quas multi tenent libidinis causa non vti cõcubinas, prout etiam nõ sunt, & primo casu coitus est accusabilis sine dubio. Secundo casu etiam idem tenet, nisi essent admodum viles, & quæ licet non cum omnibus tamen saltem cũ aliquibus se commiscerent, & loquitur in non legitimis concubinis, ex quibus patet quòd uilitas consideratur propter uitium corporis, imò amplius quòd etiam non sufficit talis uilitas quandocunque ubi tanquam cõcubina alterius se habet, licet non sit propriè concubina quod est notandum. Sed semper aduertẽdum est,
32 quia †Mediolani habemus statutũ quod suprà recitaui ad literam de pœna rapientis mulierem honestam, per quod etiam sine ui punitur criminaliter habens rem cum muliere soluta, dummodo non sit meretrix famosa, uel publica, per quod uidentur tolli omnia prædicta, de uilibus, & alijs solutis etiam cognitis ab aliquibus, sed dic illud statutum non seruari saltem quo ad stuprum impropriè, prout nos loquimur, imò nec unquàm uidi aliquem puniri pro stupro proprio nisi ad soluendam mulieri dotem, iuxta dispositionem iuris canonici quod non consideratur in hac materia. Soc. in l. Gallus. § quod si ii. col. fi. ff. de lib. & posth. & dũ interrogassem notarios criminalium in hac urbe Mediolani de obseruantia allegati statuti, responderunt quòd de anno 1536. quidam fuit dãnatus de adulterio, iuxta dictum statutum ad officium capitanei iustitiæ. Addo quòd uxor Io. Petri de Meda etiã ibidem fuit damnata de adulterio, de stupro proprio. Dixerunt quòd ali quando

quando delata fuit quærela ad officiū capitanei stupri commissi in personam filiæ cuiusdam Carcani, & non fuisse ad damnationem deuentum. De stupro uerò largè, quòd committitur cum qualibet muliere etiam inhonesta. l. stuprum. ff. de ritu nupt. dixerunt. Si deferretur quærela de hoc nobis admodum res noua uideretur, & ex his dico quòd statutum hoc intelligendum est de stupro propriè, & exceptionem esse minus aptam, ut in simili dicit Io. Fab. in §. item lex Iulia de adulter. de publi. iudic. & ita esse interpretatū ex non usu, qui non usus sufficit etiam quòd non sit secutus actus contrarius statuto, quia non sumus in abrogatione legis, iuxta dicta Felin. in cap. i. de treuga &
33 pace. sed † in interpretatione legis in qua satis est dicere homines, ita dicunt Bart. in l. Labeo. in fi. ff. de supel. leg. & licet nō ita dicerent cùm non utantur, nec unquā usi fuerint, & quotidie contingant tales coitus satis dicere dicuntur, & hoc in Senatu istis diebus in causa successionis quæ uertebatur inter supremum cancellarium, & quosdam de Porris habitū fuit
34 pro uero. Et quando † quis tenet duas concubinas, uel plures, nō est coitus iste accusabilis. Bar. in l. fi. uersi. quæro an succedat. ff. de his quibus ut indign. & sequitur Alex. con. 174. col. fi. vol. 5. quicquid uelit Ang. Areti. Instit. ad Orfic. §. quòd uulgò. & Deci. post Mathesil. consi. 306. col. pe. siue fin. & ideo uidetur quòd etiā uxoratus tenens unicam concubinam in domo, iuxta. l. i. C. de concubi. non committat delictum punibile & accusabile, cuius contrarium suprà conclusi, quia magis est abhominabile tenere duas concubinas quàm habere uxorem, & tenere cōcubinam. ut reperies in materia, si uolue-
35 ris laborem suscipere. Non † omitto etiam quòd si per aliquem stupratur uirgo, cùm qua posteà rem habere perseueret, & tanto tempore, ut non ex primo coitu per quē stuprum commissum fuit concipiatur filius, sed ex vlterioribus, tamen omnes illi cohitus habebuntur pro
36 uno, & pro stupro † nisi eam in ueram concubinam accepisset, quia tūc tollitur stuprum, ita l. stuprum. ff. de adulter. & l. in cōcubinatu. ff. de concubi. secus tamē si ex interuallo, stupro cōmisso, ad uomitum cum ea reuersus esset per decisionē Bar. in l. nunquam plura. col. penul. uersi. uenio ad aliquas quæstiones. ff. de priua. deli. & per ea quæ dicit Bal. in l. ubicunque. C. de ser. fugi. & ita est intelligendus Io. Fab. qui dubitat in d. §. item lex Iulia. de adult. & minus esset stuprum considerato principio quando interim mulier esset facta vilis, & famula, iuxta dicta suprà, & no. per Corn. in d. l. si qua illustris. col. i. & per alios ibidem. Reliquos casus dā-
37 nati † coitus & accusabiles, vide per Alexā in l. si adulterium cum incestu. in prin. ff. de adult. & in l. si vxor. in prin. ff. eo. & per Ange. cum eius additio. in verbo, *che hai adulterato la mia donna.* & in d. l. si qua illustris. & per tract. in materia legitimationum & successionum, nam in materia successionum sequitur hoc, quòd si coitus est damnatus accusabilis & punibilis. l. tēporali. non dico diuina uel canonica, Fi-
38 filii † nō succedunt ab intestato aliqua in re patri, nec matri, nec ascendentibus, nec econtrà, ut per Bart. in d. l. fi. col. i. & Doct. in l. si qua illustris. maximè Caccialup. char. 7. col. 2. uersic. sexta conclusio. & per Soci. in d. § quod si is. in fi. in l. Gal-
39 lus. & pondera Bar. in d. l. fi. uelle † quòd sufficiat ut mater possit puniri lege seculari, quod dico pp ea quę dixi suprà de cōcubitu clericorū, & religiosarū psonarū.
40 Et uide † de pœna officialis coeuntis cū muliere existente in carceribus. Put. in tract. syndic. char. 23. col. 3. uersi. adulterium & in seq. col. ubi uult grauiter puniri etiam si esset meretrix, & ibi etiam po-
41 nit † de coitu cum comatre maximè quādo officialis illam cognoscit, & hoc exemplo tutoris stuprantis pupillam quam habet sub protectione, iuxta gl. Insti. de public. iudic. in §. item lex Iulia. de adulter. ut ibi per Io. Fab. quam uide, & sunt pauci dies quòd Senatus quendam tutorem qui matrimonium contraxerat cum pupilla fecit poni ad cathenam & fustigari. Non omitto circa prædicta quòd secundum Afflict. in tit. quæ sint regalia. in uer
42 bo, condemnatorum. col. 2. stuprum † uoluntarium in muliere est impunitum. qui dicit quòd dictum Ang. Aret. huic cōtrarium est falsum, & ibi etiam uerum esset, nihilomi-

nihilominus, si uirgo uoluntariè stuprata non detulit querelam intra annos quinque, cuius temporis præscriptio tollit stuprum secundum gl. Instit. de publ. iud. §. item lex Iulia. de adulter. in gl. si. coitus dicetur impunibilis quo ad successionẽ, quia attenditur tempus mortis matris. sed corruit hoc dictum, quia illud Ang. est uerum. ut apparet ex dictis Caccialu. ubi suprà, dum ponit stuprum, ibi tamen Afflict. tradit cautelam quòd stupro non obstante succedatur ibi vide.

43 Successiuè circa materiam adulterii, † quomodo, & per quem uel quos intendatur accusatio eius & defensio, & amplissimè de materia, uide per Aret. in gl. ubi suprà, per Roma consil 167. & notabiliter per Bart. in consi. 113 Dec. in c. at si clerici. §. i. col. i. de iudic. & Feder. consil. 167. Dec. etiam ponit multa in materia, in tit. de regul. iur & Iason. similiter in lecturis suis, perquire in eorum repertorijs ne frustra chartas, occupẽ. Addo quòd Roma dicit con. 451. col. 2. & Bald. 3. uol. cõ.

44 337. col. 2. quòd † adulterium siue fornicatio totam cognationẽ denigrat. Addo

45 etiam † quòd maior castitas requiritur in muliere quàm in uiris. Guliel. Cin. & Ang. in l. si filiam. C. de inoffic. testa. Alex. 2. uol. con. 24 col 13. & Albe. i dictionario

46 suo, in uerbo, castitas. Item adulteriũ † maiori dolore affligit uirum, quàm mors filij Bal. 5. uol. cõsi. 277. & ideo non mirũ si in rubr. ff. de adulter. Barto. dicit quòd crimen adulterij est grauius alijs delictis, quia omne crimen cõmittitur extra corpus, fornicatio uerò in corpus, ut per eũ, sed loquitur respectu aliorum quæ ad ue

47 nerem nun attinent. Verum † respectu uenereorum quantum differat unum ab alio, uide tex. in l. inter stuprũ. ff. de uerbo. signi. & not i c. at si clerici §. j. maximè per Dec. de iudic. Adde Genes. 26. ca. ubi dicitur quòd qui tetigerit hominis huius uxorem morte moriatur. & Genes. 16. cap. ubi Sarra cùm filios habere non posset, dixit Abraham, ut coiret cum ancilla sua. Idem fecit Rachel quæ eadẽ ratione, idem dixit Iacob, & idem Lia, Genes 30 ca. & tamen in hoc nec Abraham. nec Iacob peccauit. 32. q. 4 cap recurrat. Item Leuit. cap. 19. Si quis mœchatus fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit, morte moriatur, & mœchus & adultera. Vide Bar. consi. 222. ubi quando statutum ponit pœnam pro

48 adulterio, & † quis sæpius cum vna cõmisit adulterium an puniatur una pœna

49 uel pluribus, & † quando liceat occidere patri uel uiro, filiam vel uxorem repertas in adulterio, uide Fel. in cap. 3. colum. prima uersi. quando licitum sit. de sentẽ. excom. Ang. Aret. in d. glo. cum additionibus. & dixi suprà in materia homicidij.

50 Quibus addo † quòd dominus non potest occidi a vasallo, qui eum reperit cum uxore sua adulterium committentẽ, econtra uasallus potest occidi à domino. Afflict. decisio. 265. colum. 3. uersi. septima

51 fallentia. Addo quòd † licet probetur uxorem commisisse adulterium uiro habitante cum ea, tamen filius qui nascitur præsumitur filius mariti. l. miles. §. defuncto ff. de adulter. per Hipdoly. in repertorio suo, in l prima. §. j. ff de quæstio. colum. ultima ubi dicit quòd non admittitur probatio in contaarium, nec matris confessio nocet filio, & hoc etiam quòd extra domum mariti cohabitasset, ut per Barbat. consi. 58. colum. 2. uol. 2. & Abb. qui aliter tenet, de probatio. in cap. per tuas. uide Dec. in dicto cap. per tuas. col.

52 2. ubi distinguit quatuor casus, & † an in foro conscientiæ liceat patri occidere filiam repertam in adulterio, uel marito, ubi liceret ei ex uirtute alicuius statuti, uti fas est in hac ciuitate, uide Fel. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. in 3. & 4.

53 colum. & similiter potest quæri † de illis qui aliquem accusant ut eum faciant capite puniri. Item uide in repertorio Hippoly. in l. patre uel marito. colum. prima & sequen. ff. de quæstio. Non omitto

54 † quòd mulier propter adulterium etiã amittit dotem & donationem propter nuptias. l. cõsensu. C. de repud. Item perdit bona paraphernalia glos. in cap. plerun-

55 que. de dona. inter uir. & uxor. Et † quid de uidua, uide Paul. de Cast. consi. 121. reuocatur in dubium. Iaso. in l 2. in 2. col. ff. solu. matr. Alex in l. cũ mulier. ff. solu. matri. & de consil. Paul. de Castro uide Dec. in cap. pastoralis. i penult colum. de iud. & uide in apostillis ad Felyn. in eo cap.

c.post Feli.& in apostillis ad Abb. ad d.c. plerunque. & vide limitationē ad d.c. plerũque.in reperto. Hippol.in d.l.patre vel
56 marito.col.iij.& se.videlicet quãdo † maritus tenet & ipse concubinã,vel frequẽter adulterium committit.& de hac materia vide latissimè Ripam in rubr.extrà, de iudi.& ponit Ial.in rub.C.de iudi. vide etiam Dec.in rubr.C.de edē.col.j. vbi declarat,qũo intelligatur d.dictũ Bal.quòd
57 † pparatoria adulterij faciũt priuari vxorem dote sicut adulterium. vide etiam de materia in reperto. Hippol. in l.vnica C.
58 de rapt.virgi.Addo † quòd aliquam adulterasse,vel cũ ea iacuisse paria sunt. Alex.
59 in cõsil. lxxvij.nu.2.vol.vij. & per † quæ probetur adulterium , vide Alex. consil.
60 clxxxix. num.1.volu.vj. Et † an hæredes mariti possint opponere de adulterio maximè quando maritus cõquestus fuit in vita. Alexan.eod.vol. consil.clxxxix. per
61 totum,vbi vide etiam alia. Et † an statutũ nostrum de eo qui cognoscit mulierem per vim vel sine vi,stuprando,vel adulterando dum minuit pœnam iuris communis,vi non interueniente, comprehẽdat
62 adulteriũ cum incestu , † ita vt euitetur pœna mortis. vide Corn. vol. iiij. consil. xix.& vide omnino Hosti. & Azo.in eorum summis, qui clarè & magno ordine ponunt materiam adulterij. Successiuè etiam multa essent dicẽda in materia stu
63 pri,tamẽ † quia in hac ciuitate malè practicatur pœna eius , tam iuris communis quã statuti,vt supra late dixit:Ideo te reiicio vltra ea quæ ponuntur per Aret.in d. glo.cum eius additionib.ad Afflict. in tit. quæ sint regalia.in verbo, condemnatorum.vbi amplissimè. Non.omitto tamen vltra eum quòd adest tex. in l. in eadẽ.§. eadem lege.ff. ad legem Iul. de vi publi.
64 qui dicit † quòd stuprum commissum in puerum , vel fœminam punitur pœna illius legis , quæ in se non est capitalis, & tamẽ pro stupro in puerum sine vi imponitur pœna capitalissima.l.cùm vir. C.de adulter.& in puellam vi est pariter pœna capitalis.l.j.§. fin.ff. de extraordi. crimi. quem tex.uide,quia pulcherrim° est, sed dic quòd lex Iulia de vi publi.solũ habuit rationem ad vim,& non ad flagitiũ vi cõ-
65 missum, vel dic nõ † esse mirum quòd ex vno facto quis incidat in plures leges & plura delicta.l. nunquàm plura.ff. de priua.delic.& melius per Bart.in l. si adulterium cum incestu. in princ. colũ.ii.ff. de adult.& in l.i.§.vnde quæritur.ff. de publi. vbi est locus ordinarius, & dicã infrà
66 in titu de pœnis. Et aduerte † quia etiam quo ad puniendum capitali pœna stuprũ violentum,iuxta d.§.fi.non est necessaria tota omnino vis, siue violentia, imò sufficit aliqua violentia, etiam per solã interpellationem,& suasionẽ, casus est in d.§. fi.& ibi Bart.not.iuxta tex. etiã in d.l.vnica.C.de rapt. virg. & in l raptores. C. de episcop.& cler.in fi.& ponitur in apostil. ad Ang.in d.glo.*che me hai adulterato*.char. 5.versi.sed aduerte. est uerum ꝙ arbitrarer hæc non sufficere stante statuto nr̃o puniente stupratorem vi capitaliter per ea quæ dixi suprà circa dictum statutum, & licet etiam multæ subtilitates ad hoc adduci possent,tamen in practica nõ obtinerentur,& si obtinerentur omne stuprum esset violentum , & statutum nr̃m esset elusorium in distinctione quã facit. Non omitto etiam secundum quęstionẽ
67 quã habui in facto † qua pœna teneatur stuprator virginis nondum viripotentis vbi probaretur defloratio quę non fuit probata in casu quem de facto habui , & propter quod secuta fuit absolutio. Io. Fab.in §.item lex Iulia.de adult. col.ii.in fi.de public.iudic.dicit quòd ex consuetudine talis suspenditur . idem Bald. in d.l. raptores. in fi & ad hoc fecit d.l.i.in fi.ff. de extraordin.cognitio. cum declaratione de qua suprà quòd ibi interuenit aliqua uiolentia, prout etiam intelligit Caccialup.in d.l.si qua illustris.char.2.col.iii. Sed si nulla vis interuenit habet locũ.l.si quis aliquid.§.qui nondum.ff. de pœnis. allegata per Bald. ibi quem vide, & non est pœna mortis glos.l. si seruos seruum. § si oliuam.ad legẽ Aquil. & ibi Florian. Et si in viripotente, stuprum punitur capite quando interuenit vis , vt vult Bald. & Bart.& ita concludit Caccialup.vbi suprà,magis hoc procedit in nondum viripotente, & ideo Vital. non bene dixit in titu.de raptor.vbi intelligit text.in §. qui nondum in raptoribus,& nõ bene. Nam vbi interuenit violentia res patet quòd

tenetur

tenetur pœna capitis, ut dixi suprà, quicquid dixerit Commen. in consi.95. & Gãdin. per eum allegatus qui dicunt quòd vbi committitur stuprum vi succedit pœna stupri simplicis, scilicet publicationis bonorũ, & iuxta §. item lex Iulia de adulterijs. Dicũt enim expressè cõtra casum in d. §. item lex Iulia de adulterijs. qui loquitur in stupro sine vi, & contra istos etiam vide distinctionem Ang. in d. glo. versi. quæro quæ sit pœna stupri. vbi Augusti. de Arimin. conatur tueri Comen.

68 Et ex his dico † quòd si sit impubes, tamen habuit cõsensum, quia erat doli capax, procedit distinctio de vi & sine vi, sed si nõ sit doli capax, & sit in sexto, vel septimo anno vti erat casus quẽ in facto habui, non potest dici sine vi, qa consensus non adest, & natura repugnat quòd in talem personã id tentetur, & tũc passim posset capite puniri pfecto flagitio, sed non perfecto mitior deberet esse pœna. d. l. j in fi. & Comen. vbi suprà, & vide omnino Bald. in d. l. raptores. col. j. in fi. & priu. seq. vbi in effectu reducit ad magnam facilitatem hanc probationem violentiæ in illa distinctione, An præcesserit voluntas mulieris, qa esset amore capta vel non, & vt in effectu dixi suprà post Bart. declarando. d. §. fi. & vide etiam de intellectu. d. l. j. in fi. Doctor. maximè Alber. & Bald. in d. l. vnica. in fi. C. de rapt. virg. & in d. l. raptores. & vbi suprà, per Ang. Aret. & Alex. vol. 7. consi 65. col. j.

69 Et † quando virgo dicatur viripotens. vide tex. Instit. de nupt. in prin. & in c. puberes. de sponsali. Ex prædictis etiam

70 habes decisum casum † quãdo aliquis vi tentat virginem rapiendo osculũ vel aliter, quòd non perfectò flagitio punitur pœna citra mortẽ §. deportationis. iuxta d. §. j. in l. j ff. de extraord. crim. & maximè ita dicendum est in hac ciuitate vbi adest statutũ quòd nullus puniatur corporaliter, &c. cùm cesset statutũ vel decretum super hoc, & dicã de hac quæstione infrà in tit. de extraord. crim. vbi vide. De materia incestus quomodo

71 puniatur † quando committitur sine colore matrimonij, & quando sub colore matrimonij, & quando excusatio sequatur matrimonio interueniente, vide latè Bart. in d. l. si adulterium cum incestu. & Angel. Aret. in d. gl. charta penult. col. 3. & sequen. & ibi reassumuntur oĩa dicta Bar. & dixi de intellectu d. l. si adulteriũ. suprà super decreto, quando delictũ habet originem à cõtractu, & vide qualiter puniatur incestus. Bald. 5. volu. cõsi. 429. & Salic. in d. l. si qua illustris. & quando committitur sub colore matrimonij. vide Anchara. consi. 392. & Signor. consil. 25. vbi ponit de contrahente matrimonium in gradu prohibito à iure canonico, & aliàs permisso de iure ciuili, an puniatur de incestu. Et de incestu sub colore matrimonij, vide Afflict. ĩ tit. quę sint regalia. ĩ verbo, contrahentium incestas

72 nuptias. Et adde † quòd isti exercentes incestuosum coitum non sunt osculãdi, nec salutandi. c. incestuosi 25. quæst. 8. vide ẽt amplè de hac materia ĩ d. l. si qua illustris. per Caccialup. char. 2. col. 2. & c. j. & 2. de eo qui cogno. cõsangui. vxor. suæ. & ibi Abb. Et incestuosus coitus est

73 ẽt † si cognosco affinẽ vxoris meæ, sed si cognosco affinem eius cùm qua rem habueram puta sororem, licet per illicitum coitum esset contracta affinitas, nõ tamen sequitur pœna incestus iuris ciui-

74 lis, † sed cum ea prohibeor contrahere matrimonium d. c. j. & 2. ita Ancha. in d. consi. 392. videtur prima facie. ubi cõcludit esse necessarium, ut matrimoniũ uerum præcesserit, & uide ẽt ad prædicta Bar. in l. si. ff. de adulter. & Soc. in cõ. 12. col. fin. & Cuman. ubi suprà, consi. 54. Et

75 de † incestu nefario inter ascendentes & descendentes, uide Cœpol. consil. 69.

76 De concubinatu † an sit reprobatus de iure ciuili habito respectu ad ius canonicum quod ius ciuile sequitur ĩ materia peccati, uide Caccialup. ĩ d. l. si qua illustris. & Aret. in c. cùm sit generale. ĩ fi. de foro cõpe. & per omnes tractatus legitimationum. Et scias ĩ materia concubina

77 tus † quòd filius præsumitur naturalis & non spurius. ita Bald. in consi. 448. in 3. quęsito. in j. volu. & sic natus ex non damnato coitu, & uide de concubinarijs maximè clericis per Io. Bernard. Hispa. ĩ practica criminali canonica. c. 23. Quæ

78 ro † in quam pœnam incidat habens duas uxores, & dic quòd in pœnam stu-

pri.l.eum qui duas. vbi gl. & Salic.C.de adulte. Aret.vbi suprà. & Caccialup. vbi suprà,& ita consuluit Alexand. in consi. 165.col. j.volu.7. Senatus tamen noster aliquando tales fecit fustigari, & semel & sæpius,prout etiam de pluribus argue bantur in vicinijs vbi habitāt vxores, & memor sum itellexisse à Præposito Tholosano Senatore regio, quemadmodum contigerat i Gallia casus in hac materia satis facetus, ducebatur enim ad locum supplicij condemnatus eo quòd matrimonium contraxisset cum quatuor mulieribus, & incidit in regem Carolū. qui iussit illum ad se vocari, petijtq; causam condemnationis, quam ei breuiter exposuit,tuncq; rex ad eum, An tu quatuor vxores accepisti, & ego rex sum vnicā habeo,nec plures reperirem, & illa etiā mihi satis superq; est. cui reus illicò respondit, Decreueram ego etiam vnicam habere,bonam tamen:at cùm primā duxissem,malam sum expertus, propterea secundam accepi: quam cùm primæ similem inuenissem accepi tertiam, & eadem rōne quartā duxi cæteris lōgè peiorem, quare oino statueram à ducendis vxoribus non cessare donec vnam inuenissem quæ bona esset.quo lepido responso per regem audito statim ei gratiam liberè cōcessit.
79 Coitus cum † moniali, vt suprà dixi,etiam nefarius dicitur,& pro eo imponitur pœna capitis naturalis.l.si quis non dicam rapere.C.de epis. & cler. quæ lex etiam solū loquitur i delicto tentato, vt ibi etiam Salic.Paul. de Cast.& Alber. tenent quicqd sentiat Bald. & velit Cyn. ibi, & probat text. in c. si quis rapuerit. 27.q.j. dū æquiparat raptores,& coëuntes & tentantes, & sumptus est à §. si qs rapuerit.in Authē.de san.epis. Sed quæro modo an quando monacha non esset virgo vti loquuntur leges & doctores, Idem esset dicendum, commiscēt enim se interdū cum alijs, licet moniales sint, maximè cū presbyteris & religiosis personis.tex.& Doctores vt dixi loquentes de sacratissimis virginibus dubitationem faciunt,quæ dubitatio tamē videtur tolli per tex. in c.si quis rapuerit.suprà allegato.& c.si quis episcopus.& cap. si qua monacharum. vbi suprà. Item adulter plectitur pœna mortis naturalis, & similiter incestuosus, & iste de quo agimus est talis. glo.in c. virginibus.27. quæst.j. & Abb.in c.at si clerici. de iudic.in prin. col.13. Nec impudicitia i hoc obstat nisi quando meretrix nupta pateretur adulterium,non quando non est meretrix,ēt quòd non sit honesta, sic text. in l. quæ adulterium.C.de adulte.& dixi suprà, & licet essemus i meretrice,& cessaret adulterium non cessaret incestus. Salic. i d.l. ea quæ.& Caccialup. in l.si qua illustris. char. 2.col.j.qui incestus, vt dixi, cōmittitur etiam iuxta glo. in d.c. virginibus. imò amplius non solùm sumus i incestu,
80 sed etiam in nefario coitu, qui†est quādo cum sacrata vel sacrato,vt per Caccialup.ibidem. Quo casu sine aliqua distinctione punitur grauiore pœna, & de hoc est casus expressus, si bene vides, in
81 d.c.si quis rapuerit. Hinc †decretū nostrum uet' (quia nouum factum fuit his diebus ꝓximè præteritis illud declarās) quòd punit habentem rem cum moniali pœna capitis,intelligitur de pœna naturali, & sic secundum ius commune. ita Felin. in c. qualiter. *el secondo*. colum.penult.de accusatio.qui etiam allegat Marian.sic etiam Ang. Aret. in uerbo,& caput à spatulis.col.6. & Imol. in l.2.ff. de
82 publ.iud. Item †cùm agitur de grauissimo delicto interpretatio fit in deterius. Abb.in c. at si cler.ad fin.principij. de iudic. & operabitur hoc decretum ꝓpter statutū existens, ut nullus puniatur pœna corporali nisi lege municipali caueatur, quod dico propter opinionē Riminaldi in l.transigere. col.4. C. de trāsact. & ideo Doctores relati ibi per Ias.in artic. quomodo intelligamus pœnam capitalem quorum aliqui sequuntur regulā quòd intelligitur de exilio, licet ponant exemplum in statuto super homicidio, uel falsa moneta in quibus criminib' uenit de iure pœna mortis naturalis, inaduertenter loquuntur, confirmatur opinio mea, quia decretū æditum fuit propter atrocitatem delicti,ut in procem.patet, igitur noluit diminuere pœnam iuris communis.l.legata inutiliter.ff.de lega j.sed si ut dixi iure cōi ēt ex sola tētatione imponi ur̄ pœna capitis naturalis,

vt

vt dixi, & indicat uerbum feriatur in d.l. si quis non dicam rapere. & vult glo. ibi sup verbo, capitali. multò magis fuit hoc intentionis principis in eo decreto, & ita in causa Referendarij Papiæ, hoc mane in Senatu fuit conclusum, emanauit tamen posteà, tunc decretum nouum tollens difficultatem, & disponens ut habés rem cum moniali plectatur pœna capitis naturalis, vult tamen decretum ut sit pro fessa sicut etiam vult ius commune secundum Caccialup. in dicta l. si qua illustris. & patet quia propriè religiosi sunt qui profitentur, tria castitaté, obedientiá, & paupertatem. Abb. in cap. dilecta. de maiorita. & obedien. patet etiam, quia dispositio mœrè odiosa loqués de monacho non habet locum in conuersis. Abb. in cap. non dubium. de senten. excom.

Tit. de Stupro detestabili in masculos.

S V M M A E.

1 *Stuprum in masculos quàm sit uitium detestabile, & quot delicta in se contineat.*

2 *Stuprum in masculos committens, an possit facere testamentum?*


3 *Stupri in masculos commißi non habetur ratio post mortem delinquentis quo ad procedendum contra eum, etiam stante decreto, ut bona ipso iure sint confiscata.*

4 *Sodomiticum uitium habuit originem à mulieribus.*

5 *Stuprum in masculos committens non debet per aliquem defendi.*

6 *Sodomiticum vitium tentatum erga vxoré, an sit sufficiens causa thori separandi?*

7 *Stuprum passus facit indicium ad torturam, scilicet contra stuprantem.*

1 
Q Vam † sit vitium hoc abominabile, ostendit primò lex, cùm vir. C. de adult. q eru bescés hac de re verba facere, ædeò obscurè loquitur, vt vix intelligi possit, & deinde descendendo ad impositionem pœnæ his verbis sæuerissimis vtitur, iubemus insurgere leges, armarique iura gladio vltore ut exquisitis pœnis subdantur infames qui sunt, & qui futuri sunt rei. Secundò hoc ostendunt verba Bart. ibidem. qui dicit quòd illa lex non cõ uenit legi, quia de ea loqui non est honestum. Est enim luxuria ferina non humana secundum Philosophum, Secundo Ethicorum quem refert sanctus Thomas in iiij. sentẽtiarum. distin. lxj. q. j. articu. iiij. post med. & in hoc peccato deordinatur ordinatio Dei & naturæ. c. adulterij. & c. flagitia. xxxii. quest. vii & in eo c. flagitia. dicitur quòd societas quæ cum Deo esse nobis debet violatur cum natura cuius ipse est author libidinis peruersitate polluitur, & adeò est abominabile, ut etiã apud gentiles esset detestabile. d. c. flagitia. & maius est hoc peccatum quam cum propria matre peccare. d. c. adulterii. Hinc est quod dicit text in c. offerebat. eadem causa & quæstione. Quòd Loth obtulit stuprandas suas filias, ut detestandũ hoc peccatum in aliis impediret, & legitur q propter hoc crimen ira Dei uenit in filios diffidentiæ. c. clerici. de exces. prælat. quia non sic homines fecit Deus, ut se illo uterentur modo d. c. flagitia. & d. c. clerici. & hoc uitium, ut ait Augustinus in sermonibus suis de Sodom. & Gomor. est illa turpitudo quam immundiciã Apostolus uocat, dicens, q ab immundicia & miseria angeli fugiunt, & dæmones oculos claudunt, & uide consilium Anastasii Plati quod est ultimum inter consilia Barb. in j. uol. ubi multa dicit de abhominatione hac, & q transcendit incestum, & omne crimen carnis. dicto cap. adulterij. & c. vsus. eadem causa & quæstione.
2 & tandem concludit † quòd testamentũ talis non valet, licet moriatur non damnatus per notata à Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defun. sequitur Dec. in l. si qua mulier. col. 3. C. de secun. nupt. & ibi secundum Soc. non est propriè vitium hoc cũ muliere, quod tamen reprobat, sequitur & Platum Alciatus in l. inter stuprum. ff. de verbor. signific. Contrarium videtur tenere Anton. de Butr. consil. 58. & Firmia. post Specular. ĩ verbo, Sodomita &

intelligo quòd fuit iudicatum cōtrarium eius quod consuluit D. Anastasius, & ꝙ hoc etiam obiiciebatur testamento comitis Vitaliani, sed tamen non fuit obtentum, sunt enim quædam crimina in quibus post mortem procedi etiam potest, secundum decretum nostrum ducis Ludo uici impressum in titu. de ordi. proced.
3 in criminib. & præter illa † nullo casu potest, vt notum est, & ideo etiam stante decreto, vt bona ipso iure sint publicata, prout adest in hoc dominio, post mortē, de hoc quæri non potest, propter dictum decretum, & de iure, vt per Cur. consi. lx. & per ea quæ dixi suprà in crimine læsæ maiestatis, in hoc articulo, an post mortem possit rebellis damnari stante text. quòd rebellis sit quis ipso iure, extrauag. qui sint rebelles, & ita circa publicationem bonorum obtinui tempore regi pro bonis D Baptistę Sabadini. Dicit etiam Augusti. vbi suprà quòd adeo hoc scelus abominabile est, vt sanctus Ioseph posthabito honore domus, & amore sanguinis suos fratres incusare patri non timuerit de hoc pessimo crimine, quòd vltra eum habetur Genes. 37. cap. & 18. Item secundum Aug. vbi suprà, vxor Loth cōuersa fuit in statuam salis, quia Sodomi-
4 tis non procurauit resistere, & subdit † ꝙ principium tanti criminis in illis ciuitatibus, quę igne Dei consumptę sunt, ortū est à mulieribus, & homines post modū, ipsæ docuere, vnde exclamat contra eas dicens, ô mulieres luxuriæ matres, nonne sufficiebat vobis primum hominē decepisse, initium tamen huius morbi fuit ante diluuium propter quòd & propter idolatriam Deus destruxit hominem, sic diuus Ambrosius exponendo epistolam primam Pauli ad Roma. dum dicit, Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturā, similiter masculi relicto naturali vsu fœminæ exarserunt in desideriis suis inuicem, vide etiam Barba. consi. suo. immediatè ante dictum consil. Plati. vbi ad hæc multa dicit, & inter cętera quòd Deus propter huiusmodi delictum adducit pestes humano generi, tempestates & afflictiones. allegat Authenti. ut non luxur. contra natur. & alia, & deinde ibidem. & column. sequen. ponit multa specialia in
5 hoc crimine, & inter cætera dicit † quòd posset dari bestiis comedendus, & quòd nemo pro talibus debet præstare patrocinium, & consuluit principaliter Barba.
6 ibi. An † debeat fieri separatio inter virū & vxorem, quia maritus voluerit eam inducere ad illud vitium committendum, & de multiplici modo peccandi contra naturam, vide per Aug. de Arim. super gl. prædicta. *che me hai adulterato la donna mia.* Propter etiam criminis immanitatem stu-
7 prum passus † facit indicium ad torturā, vt tenui in materia torturæ, & quomodo in hoc vitio constet de delicto, dixi in tit. de delicto. & per hæc sit finis his coitibus nefandissimis.

Tit. de Falsis.

SVMMAE.

1 *Falsitas instrumenti continentis testamentum, vel contractum per quot testes probetur, & an esse debeant omni exceptione maiores?*

2 *Falsitas instrumenti vel verius suspicio resultat si vnus testis contradicat instrumento, siue dicat se non interfuisse, siue rem aliter fuisse gestam, & ibi ponitur ratio.* & *nu. 9. 25 & 27.*

3 *Falsitas vel suspicio testamenti an resultet, si testis vnus dicat se non vidisse testatorem in facie, stāte statuto vt testes cognoscere debeāt testatorem? & vide qđ habetur nu. 93.*

4 *Falsitas vel suspicio instrumenti an resultet, si testis vnus dicat se non intellexisse quod agebatur? & latius nu. 9. 10. 11 & 49.*

5 *Suspicio ī materia falsitatis, an habeatur pro plena probatione in ciuilibus? num. 13 et 14 & 79. & in tit. de partu supposito. nu. 32.*

6 *Suspicio etiam magna non tollit fidem instrumento, nisi vitium sit visibile. & nu. 14.*

7 *Suspicio instrumenti prouenit etiam ex qualitate personæ conficientis illud. & ex qualitate etiam personæ quæ illud producit.*

8 *Instrumentum publicum, vel scriptura priuata, si negetur cui incumbat onus probandi.*

9 *Instrumentū redditur nullum, si testis instrumentarius directè ipsi instrumēto cōtradicat, et quid si dicat,* Interfui, *sed non intellexi.*

10 Falsi-

10 Falsitas instrumenti non præsumitur, si dicãt testes, se non intellexisse, scilicet quo ad conuincendum notarium de falso, sed potius præsumitur error. & nu. 13.
11 Testes si dicant se non recordari, an minuant fidem testamenti?
12 Falsitas instrumenti non resultat ex eo quòd notarius qui de illo fuit rogatus, asserat ipsum esse falsum. nu. 95. 98. & 99.
13 Falsitas instrumenti an probetur per testes qui deponant cum iuramento, an verò etiam sine iuramento?
14 Suspicio falsi an habeatur pro falsitate in criminalibus, & quid si de crimine agatur ciuiliter?
15 Falsitas vel suspicio quæ resultat ex vno teste, qui contradicit instrumento, requirit vt teste sit ex necessarijs, & ibi ponitur ratio.
16 Notarius & testis si contradicant cui magis sit credendum, siue ciuiliter agatur, siue criminaliter. & nu. 17. & 33.
17 Probationem faciens in ciuilibus, sufficit ad torturam in criminalibus.
18 Notarius & testis si inuicem contradicant, neuter punitur de falso .. vide quod habetur numero 42.
19 Testis vnus si contradicat alteri, neuter punitur de falso.
20 Testes multi si contradicant æquè multis nullus eorum punitur de falso.
21 Testes aliqui si contradicant aliis testibus, non incidunt in falsum si actus sit reiterabilis.
22 Testis vnus si contradicat duobus, vel pluribus an puniatur de falso?
23 Testes qui dixerunt contra Susannam, an puniti fuerint, quia propriè dixerint falsum?
24 Testis vnus si contradicat aliis, an omnes possint torqueri?
25 Testis unus ex necessarijs quomodo reddat instrumentum suspectum?
26 Testis vnus ex descriptis in priuata scriptura, si contradicat scripturæ, an reddat illam suspectam?
27 Testis vnus instrumentarius si contradicat, an per coniecturas, & alia adminicula possit elidi talis contradictio? & nu. 30.
28 Testis unus contra notarium an sit sufficiens ad inquirendum?
29 Suspicio proueniens ex contradictione vnius testis an sit sufficiens causa ad detentionem personalem?
30 Suspicio proueniens ex contradictione unius testis instrumentarij, quibus modis euacuari. & nume. 31.
31 Testes coadiuuantes instrumentum si tot sint, quot sunt testes impugnantes, sustinetur instrumentum.
32 Falsitas instrumenti resultat si duo testes instrumentarij contradicant instrumento directè vel per indirectum.
33 Notarij fides maior est, quàm vnius testis.
34 Instrumentum, vel saltem contractus in eo descriptus, sustinetur si duo testes deponant de ipso contractu, licet testes centum dicant se non interfuisse.
35 Instrumentum an reprobetur per testes verbis merè negatiuis vtentes, & quot modis id possit contingere?
36 Testes volentes probare negatiuam quomodo debeant deponere.
37 Testis vnus deponens pro instrumento, cum fide notarij, an euacuet depositionem duorum testium, qui dicunt aduersus instrumentum.
38 Testes plures an requirantur ad voluntatem probandam, vel reprobandam, quam ad solennitatem? & nu. 48.
39 Instrumentum per quot testes superuacuos reprobetur.
40 Notarius ad hoc vt possit puniri de falso, quot & quales testes esse debeant qui contradicũt instrumento. & nu. 43.
41 Notarius an semper possit puniri de falso, vbicunque instrumentum censetur falsum?
42 Notarius & testis inuicem contradicentes, si torqueantur, & vterque perseueret in dicto suo, cui ex eis magis sit credendum. & supra nume. 18.
43 Testes reprobantes instrumentum an esse debeant omni exceptione maiores? & nu. 47. & suprà num. 14.
44 Testes an sit necesse vt sint rogati in contractibus vel in testamentis?
45 Testis qui fuit rogatus a testatore, an possit postea repelli propter aliquam exceptionem? & nu. 46. & 47.
46 Testes rogati per testatorẽ, vel per cõtrahẽtes an possint repelli per notariũ si sint inhabiles?
47 Testes reprobantes instrumentum, quando requirantur omni exceptione maiores, an opus sit, ut probetur talis qualitas?
48 Testamentum cui contradicunt duo testes ex septem illis qui sunt in eo descripti an possit sustineri, in uim codicillorum, uel alterius ultimæ uoluntatis?

92 Notarius

92 Notarius vel hæres institutus, an puniatur de falso, quando pars aduersa asserit quòd tempore confecti testamenti, testator iam erat mortuus?

93 Notarius an puniatur de falso, si fatetur se non vidisse testatorem in facie? Vide quod habetur suprà nu. 3.

94 Notarius non debet scribere nisi ea, quæ vidit & cognouit.

95 Notarius si fateatur instrumentum esse falsum, an eius dictum noceat parti? & nu. 98. 99. & suprà nu. 12.

96 Iudices duo si dicant se corruptos pecunia, protulisse sententiam, an noceant parti?

97 Confessio ficta, non nocet alteri.

98 Notarii duo si dicant instrumentum esse falsum, an præiudicent parti, si iam expletũ est instrumentum?

99 Notarius uel testis, vel iudex, dicentes se commisisse falsum, an præiudicẽt parti, si id dicãt extraiudicialiter? & quid si dicant in iudicio.

100 Notarius actorum si sciens recipiat scripturã, quæ aliquid plus contineat, quàm debeat continere, an puniendus sit de falso, an verò is qui eam defert?

101 Notarius asserens in testamẽto aliquem fuisse sanæ mentis, cũ non sit, an dicatur falsarius?

102 Testis deponens extra iudicium non potest puniri de falso.

103 Iudices omnes coram quibus committitur falsum, an possint punire de falso?

104 Falsi pœna extraordinaria punitus adhuc poterit puniri pœna ordinaria, & ea pœna extraordinaria poterit esse colaphus.

105 Falsi an possint accusari testes falsum deponẽtes pendente causa in qua deposuerunt, an verò expectandus sit finis eius?

106 Falsum si testis committat coram latrunculatore, tam ipse iudex, quàm alius ordinarius competens poterit contra eum procedere, & locus erit præuentioni.

107 Falsum si dicat coram ecclesiastico testis laicus in causa ecclesiastica, poterit puniri à iudice laico pœna ordinaria.

108 Falsi crimen commissum in re ecclesiastica, puta, in literis apostolicis est mixtum.

109 Interrogationes, an quis velit uti testibus productis, vel instrumentis fieri non possunt coram iudice ecclesiastico, quando tractatur de periculo falsi?

110 Clericus cõmittens falsum coram laico iudice, non efficitur ex foro laici secundũ communẽ.

111 Falsi testis iudicium, an suspendat causam, in qua examinatus fuit?

112 Vendens rem duobus an incidat in falsum?

113 Ascribens sibi aliquid in testamento, an incidat in pœnam falsi? & infrà in tit. de his qui sibi ascrib. nu. 5.

114 Heres scribens testamẽtum, & tradens illud notario qui de eo rogatur, non incidit in falsum. & infrà in ti. de his, qui sibi ascrib n. 4.

115 Falsitas instrumenti potest puniri ex triplici capite.

116 Producens instrumentum falsum an possit deinde abstinere impunè ab eius vsu? & idem ibi ponitur de producente testes. & nu 154.

117 Testis deponens falsum super facto proprio præsumitur scienter deponere. Vide etiam quod habetur nu 154.

118 Statutum Mediolani disponens, ut in certis casibus quis non teneatur respondere, an velit uti testibus, non procedit, quando scienter deposuerunt falsum? & nu 153.

119 Interrogatus, an uelit uti testibus, vel instrumentis, an possit respondere cautè aliquo modo? Latius nu. 155 156 cum seq.

120 Procurator si producat falsos testes, an dominus teneatur?

121 Capitula si contineant falsum, an possit quis impunè abstinere ab vsu testium? Vide etiam quod habetur nu. 154.

122 Falsum dicere, & falsò dicere, differunt.

123 Interrogatus utrum velit uti, an possit respondere se velle uti si appareat uerũ? & n. 355.

124 Uti testibus vel instrumento, & testes, vel instrumenta solùm ostendere, multum differunt in materia falsi.

125 Testium dictis an quis possit uti in una parte, & aliam omittere?

126 Producens falsum instrumentum præsumitur author falsitatis.

127 Interrogatus si respondeat se non uelle, uti an tũc possit fiscus nihilominus uti, scilicet, instrumẽtis uel testib? Vide ẽt quod habetur n. 161.

128 Iuramenti delatio non admittitur in criminalibus ad præiudicium fisci.

129 Notarius, vel aduocatus, vel procurator, qui instrumenta vnius partis ostendat alteri, vel testes non publicatos, tenetur de falso.

130 Medici, vel obstetrices, & alii periti, si non fideliter referant, an teneantur de falso?

131 Doctorem vel notarium se asserens, cùm non sit, tenetur de falso.

132 Allegãs leges abrogatas, vel statuta, an teneatur

Quæro



VAERO in materia falsi, † quot testes reprobēt instrumentū contractus vel testamenti, & an requiratur vt sint omni exceptione maiores, & quomodo intelligatur, materia hæc tractatur in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmodum testamen. aperian. per Bartol. Imol. & alios, & in cap. cùm Ioannes. de fide instru. per Feli. præcipuè ad quem semper recurritur. Materia est confusa, attamen reddam eam, vt opinor, satis claram. Prima conclusio sit
2 hæc, Vnus † testis contradicens instrumēto, reddit illud suspectum adeò vt fidem non faciat, text. & glos. in dicto § si quis neget. vbi Bart. colū j. & 3. & Imol. col. j. & sequen. & alij ibi, & ī d. cap. cùm Ioannes. & loquitur tex. quando testis negat sigillum, siue dicit, Non interfui. Testes enim omnes debent sigillare testamentū iure cōmuni, Institut. de testamē. in principip. & ideo si vnus negat sigillasse, deficit solemnitas, & consequenter testamentū est nullum. & ista est ratio Bar. communiter Doctorū, & quòd hæc sit ratio, quando vnus solus contradicit, quòd testamēto non detur fides ex defectu solemnitatis, ponit Feli. post Imol. in dicto cap. cū Ioannes. col. antepenult. versi. hanc ampliationem. & Soc. in consil. 229. colū. 3. Secus ergo videtur, quādo testis diceret rem aliter gestā, quia cessare videtur dicta ratio. Sed dic esse idem in vtroq; casu, vt per Imol. post Calderin. in d. cap. colum 6. versic. secundo casu. & ibi, quādo est ex necessarijs testibus in instrumēto, prout loquor, Non refert an neget se præsentē fuisse, an verò dicat rem aliter gestam: licet tamen, secundum Imol. ibi, multa possent dici, & idem Feli. in d. cap. cùm Ioannes. vbi ostendit etiam verum esse testamentum remanere sine solennitate, quando dicitur rem aliter gestam, & verè dicit, quia appositus fuit pro teste ad narrata in testamento: igitur si aliter dicit, cessat eius testimonium. Sic ēt Soc. in d. consil. 229. col. 3. Et ad declarationem huius primæ conclusionis, scias
3 † quòd cùm extet statutū in ciuitate Mediolani, vt omnes testes, vel maior pars, debeant esse noti, & cognitores testatoris, & in testamento quodā notarius dixisset, Præsentibus testib⁹ notis & cognitoribus. & vnus examinat⁹ in iudicio dixisset non potuisse videre testatorē, quia habebat faciem sub linteaminibus, non propterea videbatur testamentum reddi suspectum, quia alij, qui mortui reperiebantur, fortè erant noti. & cognoscebāt testatorē, & sic nō deficiebat ex necessitate solemnitas: quia, vt dictū est, statutū requirit, non omnes, sed maiorem partem. Attamen veritas videtur in contrarium, quòd imò deficit solēnitas, & corruit testamentum, quia vltra illam solemnitatem requisitā à statuto, vt testes cognoscere debeant testatorem, etiā aliud requiritur à lege. l. si non speciali. & l. si vnus. C. de testamentis, vt testes debeāt videre testatorem: & in hoc omnes sunt necessarij. alioquin cæcus posset esse testis, quod esset ridiculum. Vnde cùm dixerit quòd non tantùm nō cognouit, sed etiam non vidit: Dubium non videtur, quin deficiat solemnitas. & ita factus arbiter inter magnificum dominum Barbauariam ex vna tenentem aliam opinionem, & magnificos D. Porrū & Arrigonum, omnes Senatores, & viros excelsos. Ita respondi acquiescente prædicto domino Barbauaria: vnde non tantū dicitur contradicere testis instrumento, quādo negat sigillum, & quando negat se fuisse præsentem, & quando dicit aliter rem gestam, vt suprà dixi, & dicunt omnes: sed etiam quando dicit, Fui præsens, sed testatorem non cognoui. & hoc casu quo ad solemnitatem, talis cognitio est necessaria: quia verum est, quòd deficit in effectu ille testis, & consequenter solemnitas: quia, vt dicunt Doctores assignantes, cur vnius contradictio eneruat fidem: ratio illa est, quia adhibentur testes in testamento, vt solēne reddant instrumentum, & per eos detur fides. Et ideo videtur, vt eodem modo sit dicen-
4 dum, quando † instrumentum dicit, Præsentibus testibus & intelligentibus. & vnus interrogatus si intellexit, respondeat non intellexisse. & ita clarè sentit Decius in consilio 201. charta 76. col. j.

vbi

vbi vide. Et fortè in fortioribus terminis hoc idem videtur dicendum, quando simpliciter notarius diceret, Præsentibus testibus, siue verbo, intelligentibus, ex quo intelligentia videtur necessariò subaudiēda, secundum Paul. de Cast. in consi 214. ad primum quæsitum breuiter dicendum videtur. & Bar. in l. diem proferre §. si coram. ff. de arbitr. Ias. in l. 2. § si. col. antepenulti. ff. soluto matrimon. & Aret. in §. itē verborum. col. 2. Institu de inutil. stipulatio. Et plus videtur idem dicendum in casu principali, de quo suprà, quando testis dicit, Non vidi testatorē. Cùm enim notarius testes adhibuerit, tanquam vidissent, & intellexissent, si deinde dicant se non vidisse testatorem, remouetur solēnitas, & si quispiam vellet opponere, ꝙ his casibus non simus in teste contradicente instrumento, & in § si quis neget. & vbi suprà, saltē negari posse nō videtur, quin simus in materia l. iubemus C. de probationib. quòd scripturis suspectis fi-
5 des non est adhibenda, quia † suspicio in materia falsitatis habetur in ciuilibus pro plena probatione, vt concludit Dec. in consi. 189. col. prima. & in cap. porrecta. in tertio notabili, de confirmatione vtili vel inutili. & allegat Alex. consi 77. volumi. primo, col. penultima. & Ioā. de Anan. consi. 49. dubium, de quo quærit.
6 & alia, vt per eum. Sed dic, † quòd non omnis suspicio tollit fidem instrumento, imò nec magna suspicio, nisi vitium sit visibile, iuxta cap. inter dilectos. de fide instrumentorum. col. 3. & cap. ex literis. eo. tit. & tex. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollen. & gl. ibi in verbo, vitiatum. Et ista est decisio Innocen. in cap. primo extrà, de fide instrumen. colum. penultima in verbo, obijcies. vbi ita declarat l. iubemus. C de probation. & sequitur apertè Abb ibidem, colum. penulti. versic. vlterius. & etiam alij ibi cum eo transeunt, & miror quòd Decius non aduerterit ad hanc decisionem, quæ tamen non erat in loco remoto. Et dicta Innocē. sequitur Paul. de Castro in dicta l. iubemus. vbi vide, quia dicit suspectum esse instrumentum in terminis illius legis quæ non admittit eo in casu fidem sibi dari, quando peccat in sui forma, ut quia abrasum est in loco suspecto, iuxta notata in l. si vnus. C. de testa. & in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollen. vel quia non continet cōsuetam formam vel solemnitatem. l. iubemus. in fine. C. de testamen. Item dicit,
7 † quòd redditur suspectum ex persona conficientis illud, vt si consueuit facere falsa instrumenta. Cui vltimo addo glossam in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edendo. vbi vide Doctores, & Bald. consilio. 402. volumine quinto. vbi, quid si notarius est infamis. Et vide ad confirmationem horum Bar. not. in l. pri-
8 ma C. de iuram. calum. ubi not. tangit, † quando negatur instrumentum, cui incūbat probatio, & dicit, quòd aut negatur scriptura priuata, & producenti incumbit probatio, & idē si negetur exemplar instrumenti, secus si producitur instrumentum publicum authenticū, quia tunc statur instrumento, nisi probetur aliud, nisi esset aliqua suspicio, vel quia abrasum esset, vel ratione personæ producentis, quæ esset assueta facere similia, per notata in d. l. si quis ex argentarijs. vbi omnino vide Bar. qui dicit, quòd licet nō valeat instrumentum vti instrumentum, loquendo in terminis glossæ, quādo persona est suspecta, tamen illud instrumentum sumit effectum ex subscriptionibus testium non in vim instrumenti, sed in vim probationis ex instrumento resultātis, de qua materia uide Iasonem ibi. vide ad hoc vltimum, quando persona notarij est solita conficere instrumenta falsa, vel producens est solitus saltem tales scripturas suspectas producere, & quæ reddant instrumētum suspectum. & quid possit opponi contra instrumenta publica. Alb. in d. l. iubemus. & Fulgo. in l. 2. ff. de fide instrum. Contra prædictam meā opinionem obstat maximè quod dicunt Doctores in hac materia. § si quis ne-
9 get & c. cùm Ioannes. quòd † ad hoc vt testis instrumentarius reddat instrumentum nullum contradicendo instrumento, est necesse, vt directè contradicat ipsi instro, uel dicendo, Non interfui, uel, Interfui, sed ita non fuit dictum, ut per Fel. in dict. cap. cùm Ioannes. col. antepenulti. & per Doctores in dicto §. si quis neget. Sed testis, qui dicit, Interfui,

fui, sed non intellexi, non directè videtur contradicere, imò nō solū quando vnus, sed etiam quando plures testes instrumētarij sic dicunt, præsumitur error ad excusandum notarium, secundum Paul. de Castro in l. prima. C. de errore aduoc. Et si aliter diceremus, infinita instrumenta destruerentur, quia vtplurimum testes non aduertunt, notario tamen existente in bona fide, si tamen omnes dicerent nō intellexisse, oriretur suspicio contra notarium, quæ fortè esset sufficiens cum aliqua alia coniectura ad torturam. Et ex his idem dico, quando testis, vel aliqui testes dicunt, non vidi testatorem, quia ob hoc non contradicunt magis directè, quàm quando dicunt, Fuimus præsentes, sed non intelleximus. & licet vtroque casu præsentia inducere videatur intelligentiam & visum, vt etiam in visu dicit Bald. in dicta l. si non speciali. in prima columna. C. de testamen. qui propter hoc dicit, testes, qui non viderunt, debere cauere, ne asserant etiam se fuisse præsentes, tamen non contradicitur directè, Asserit enim notarius duo, præsentiam testium, & rem ita gestam, Si alterum horum negetur, sumus in regu-
20 la, Si † verò negetur intelligentia uel visus, non contradicitur directè, imò notarius excusatur, vt i errore fecerit. nisi tamen essemus in casu, de quo suprà. Non quiescit adhuc animus, quāuis prædicta videantur plana, quia dato, quòd notarius excusetur à falso, tamen verum est deficere solemnitatem, quia si septem testes requiruntur, qui viderint & intellexerint, & vnus non viderit nec intellexerit, nónne est idem, ac si loco eius interuenisset lapis? ergo deficit solemnitas, & magis hoc dicendum est, quando plures essent. Adhibentur enim testes in instrumento, vt ei fides per eos habeatur. §. si verò. in Authent. de fide instrument. Bartol. in dicto §. si quis neget. columna secunda versicu. præterea. Fateor, quòd Doctores in dicto §. si quis neget. & in cap. cum Ioannes. dant exemplum, quando contradicit, vt suprà, directè. Sed tamen videtur, vt in hoc casu militet eadem ratio, quòd deficit solemnitas, corroboro dubitationem per textum in l. hęredes palàm. in princip. ff. de testamen. ibi enim textus vult, vt in testamento testes debeant palàm intelligere nominationem hęredis. Et dicit tex. quòd si testes deponant non intellexisse, deficit solemnitas, nisi solemnis numerus testium dicat audiuisse. Et ita illum textum notant omnes ibi.
21 Fateor, † quòd si dicant non recordari, non offendunt testamentum Bartol. in dicto §. si quis neget. colum. penulti. in verbo, quæro quid si testes. & Felin. in dicto cap. cùm Ioannes. colum. penulti. versic. ex prædictis ampliationibus. Si verò dicant, Recordamur, quòd eramus præsentes, & non intelleximus talem nominationem, uel non uidimus testatoris faciem, iuxta dictam l. si non speciali. certè videtur solemnitatem deficere, nisi adiuuetur, iuxta l. iubemus. & l. hæredes palàm, quæ uidetur in terminis, potest dici, quòd quando testis est vocatus ad testimonium, & ita scribitur pro teste, si posteà interrogatus affirmet se interfuisse pro teste, & non intellexisse, non deficit solemnitas, quia isti non creditur, sicut creditur, quando dicit, Non interfui. & quando dicit, Res non fuit sic gesta, quia primo casu seipsum notat, non alijs casibus, hæc argumento l. quoniam libe-
22 ri. C. de testib. Et ideo si notarius † etiā dicat falsum esse instrumentum, quod ipse rogauit, non creditur ad annullandum instrumentum. Paul. de Castro in l. Seia. ff. ad Velleian. & Iason. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. colum. antepenulti. ff. de iureiurā. Sed si dicat, quòd non fuerit vocatus pro teste, verùm, quòd præsens fuit, sed non intellexit, tunc deficit solemnitas, ubi est testis ex numero, text. est in l. hæredes palàm. in princip. in uersicu. & si testes plures. vbi Bartol. & alij notant. ff. de testa. & tunc plures etiam magis nocerent, & hoc sine dubio, non obstante dubitatione Ias. in dicto §. procurator. dum videtur velle, vt duo iudices eneruent fidem instrumenti, non duo testes, quia
23 † ibi loquitur de testibus, qui deposuerant prius cum iuramento, posteà reuocarant dictum suum, hic de his, de quorum primo dicto nihil apparet, nec

nec tacitè, nec expressè, Quo casu secundum prędicta etiam vnus solus necessarius facit cessare solennitatem. Quinimò in præcedenti casu, quando tacitè prius usus est testificari, adhuc uidetur, quòd duobus magis sit credēdum, quàm in casu Ias. quia in suo casu cum iuramento deposuerat expressè, hic sine iuramento tacitè. est uerum, quòd quantum ad conuincendum notariū de falso, potius præsumeretur error, ut dixi, nisi omnes ita deponerent. Et ex prædictis liquet, quando vnus testis dicitur contradicere testamento, ita ut ei tollatur fides, & etiā quādo dicatur suspecta scriptura, dato quòd non appareat uitium in ea, quia tametsi non appareat ex scriptura, tamen si appareat deficere solemnitatem per examen testium, deficit fides instrumenti. Sic declaro Innoc. in d c.j. de fide instrum. & Abbat. ibi, & Pau. de Cas. in d l. iubemus. & Doctores ubi suprà, & ad prædicta uide Bal. in l. si non speciali col. j. C. de testam. dum dicit, Caueant testes, ubi nō viderint, ne deponāt se fuisse præsentes, inferens clare, si posteà dicant contrarium, uel appareat cōtrarium, quòd sunt in discrimine, & ideo nō mirum, si posteà non creditur eis dicentibus contrarium, & quòd falsum deposuerint. Vnde, dum suprà dixi, quòd deficit solēnitas, si vnus ex necessarijs dicat, Nō audiui, non vidi, bene dixi, ubi sumus i casu, in quo ei credatur. Et ubi non sumus in casu, ut quando sunt inter duas depositiones contrarias, fortè duo probant, ex consideratio-nibus suprà adductis, diuersum faciendo casum Iasonis ab istis terminis. Vides igitur ex prēmissis malæ dici, quòd suspicio falsi in ciuilibus habetur pro ueritate, & annullat instrumentum, nisi simus in suspicione visibili, iuxta dicta Innoc. in d. c.j de fide instru. & Paul. de Ca. & aliorū in l. iubemus. C. de probat. & Innoc. in d. c. j. ibi sequuntur Abb. Hostien. Anto. de Butrio, & alij Doctores ut dixi. Et aduerte, quia originale dictum in hac materia, quod facit difficultatem est Archidiac. in cap. memoriam. 19. distinct. dum dicit,

14 † quòd in crimine falsi est speciale, ut suspicio habeatur pro falsitate, quod dictum Dec. & Alex. per eum allegatus intelligunt in criminalibus in procedendo, & in ciuilibus, sed certè nec Archidiac. dicit, quòd suspicio habeatur pro veritate, nisi secundum l. iubemus. C. de proba. & consequenter quando vitium est visibile, quia ita procedit lex. Nec Dec. nec Alex dicunt, quòd sola suspicio in genere loquendo reddat instrumentum nullum, sed sequuntur Archidiac. qui loquitur secundum l. iubemus. & si aliter dicerent, esset contra glo. communiter approbatam in l. iurisgentium. §. quod ferè ff. de pact nisi quando apparēs est suspicio. Intellige tamen quo ad impugnandum instrumētum, Sed vbi aliter ageretur de aliqua falsitate, ciuiliter tamen, vt de partu supposito, iuxta l. j. C. de fals. tunc præsumptiones sufficerent, per ea, quæ tradit generaliter loquendo in omni materia Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. col. 3. ff. de ędendo. & loquitur iuxta dicta Bar. ibi in furto, & alijs delictis clandestinis. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunciat. & in l. in illa. ff. de verbo. obliga. & Hippol. in rubr. de proba. amplis. & vide omnino infrà in tit. de partu supposito. vbi latè, quòd falsitas ciuiliter agendo probetur coniecturis & præsumptionibus, maximè in fin. Conclusionem suprà

15 factam, vt vnus testis † contradicens instrumento reddat illud suspectum, ita vt fidem nō faciat, Intellige, sicut dixi, quādo est ex necessarijs, aliàs non. Ita Bar. & alij in d. §. si quis neget. post glo. fi. ibi, quia hoc casu remanet, sicut dixi, sine solēnitate debita, vnde quando non requiritur alia solēnitas, vt in actis, tūc magis

16 † statur scripturæ & tabellioni, quàm testi, nisi quo ad criminale iudiciū, quia criminaliter loquendo non statur notario contra testem, nec econtrà, ita Imol. in d. c. cùm Ioannes. col. vj. in prin. versi. idem si sit scriptura. & in d. §. si quis neget. col. pen. versi. item adde, quòd tāgit Iacob. de Aret. & hoc vt in ciuilibus stetur quo ad credēdum, limitat Imol. duobus modis in d. §. si quis neget. sed quo ad falsum, quòd neutri credatur, Aduerte, quia decisiones loquuntur, quantum sit ad puniendum, Sed tamen videtur, quòd testis possit torqueri, ex quo authorit as

thoritas notarij præualet, qui habet vim duorum, vt per Doctores suprà in hac materia. Et facit regula notabilis, Quòd
17 † illa probatio, quæ in ciuilibus sufficit, in criminalibus saltem potens est ad torquendum. Ita Bar. in l. fi. in fin. ff. de in litem iurã. Sed in ciuilibus præualet tabellio, igitur, &c. Est mirabile fundamẽtum, iudicio meo, tamen nunquam vidi hoc seruari, quod aliquãdo cõtingit propter imperitiam iudicum, & vide ad hoc, quãdo testis dicit, Non sic dixi, per Fel. omnino in c. ad audientiam. colũ. 3. de præscrip. & Ias. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiu. & ibi Ias. ita loqui voluit hoc casu, aliter insipidè loqueretur, nam dicit, quòd si testes instrumentarij contradicunt contentis in testamento, nemo potest puniri de falso, nec notarius, nec testes. Decisiones enim allegatæ loquuntur in actis, quando testis dicit aliter se dixisse, & tũc procedit illa conclusio, sicut etiam dixi suprà, Sed in instrumentis diceret Iaso. mœrã falsitatem, quia imò in instrumẽtis, in quibus requiruntur testes duo instrumentarij, & tertius non instrumentarius, reddunt instrumentum falsum, & faciunt quòd notarius potest de falso puniri, vt dicam infrà suo loco. Aduerte tamẽ dum dixi quo ad ciuile iudicium præualere authoritatem notarij: quia aliud est, si plures testes hoc dicerẽt, videlicet, se ita non dixisse, sicut scriptũ est, vt per Alex. consi. 207. col. 3. vol. 2. & Fel. in ca. ad audientiam. col. 3. quod not. quia sunt
18 singulares. Item aduerte, † quia criminaliter loquendo, quando testis contradicit scripturæ, quia dicit, Non sic dixi. & notarius affirmat eum ita dixisse, neuter pu-
19 nitur de falso, † ita quando vnus testis
20 alteri contradicit, vel quãdo plures † testes contradicunt paribus, nemo punitur de falso, vt per Alex. in d. l. duobus. §. fin. versi. subdit D. Alex. possunt tamen omnes inquiri, secundum Bald. ibi allegatũ per Iaso. in l. testium. in v. col. in j. quæst. C. de testibus. & refert & sequitur Alex. cõsi. 34. in 3. vol. col. 3. Tamẽ Aret. in cõs. 71. in v. col. videtur tenere, quòd omnes puniantur de falso, & dicit vnum magnũ verbum, quòd ista est communis opinio. Sed quòd neuter puniatur de falso, tenet Bart. in l. j. §. j. ff. de bonorum possess. secund. tabu. & notabiliter Alex. consi. 65. col. 3. vol. 2. vbi vide in versic. & per hoc patet. & ita clarè Aret. in consi. 13. chart. 3. col. 2. & ita intelligo Bart. in l. eos. in fi. ff. de falsis. dum vult, & semper allegatur, quòd illa lex, eos. locum habet in eodem teste, non in pluribus se inuicẽ repugnã-
21 tibus, † quia illud procedit, vbi pares cũ paribus, vel quando inuicem possunt cõciliari, vt si loquantur de actu reiterabili, vel aliter, & ad hoc satis te instruunt Bal. Alex. & Ias. in d. §. fi. qui loquuntur,
22 quando † vnus contradicit alteri, quòd neuter punitur de falso: & sic quando vnus contradiceret duobus vel pluribus, aliter esset. Nec Aret. in d. consi. 71. aliter intellexit, si eum recto oculo aspicies, nã voluit dicere, quòd sunt contrarij, & quod alter confundit alium, & ita se habet cõmunis opinio, non autem quòd vterque de falso puniatur, & si aliter voluit dicere, malè dixit, nec gl. in c. nihilominus. 3. quæst. 9. vult contrarium, si eam bene vi-
23 des. Nec † illi testes Susannæ, quorum alter dixit sub vna arbore, & alter sub alia, ex hoc solo fuerunt puniti de falso, sed ob id deuentum est ad cognitionem veritatis, quòd falsum commisissent: & ideo patefacta veritate fuerunt puniti, vnde bene dicitur, quòd datur materia iudici ad inquirendum. Sed tamen videtur,
24 † quòd cùm omnino alter dixerit falsum, omnes possint torqueri, per ea quæ dicunt Doctores in pluribus homicidij suspectis, quando certum est aliquos ex eis illud cõmisisse, & nescitur certò quis fuerit, vt dixi in materia torturæ, & infrà ponam in fauoribus defensionis, & hoc præsertim, quando sunt viles, & deploratæ personæ, vel malæ conditionis, vt etiam intelligitur dictum, de quo modo dixi, & dicam etiam in dictis fauoribus defensionis. & ita video practicari, & maximè etiam quando apparet vel in depositionibus, quæ inuicem fiunt, vel aliter in discussione rei, esse varios, & vacillare, vel trepidare, iuxta l. de minore. §. tortura. ff. de quæstionib. nec fortè Bal. in d. l. testium colum. quinta. C. de testib. quẽ suprà allegaui ad hoc, quòd possunt inquiri, aliter voluit loqui dicendo quòd datur

datur materia iudici ad inquirendum, scilicet per viam torturæ. Et aduerte, † quod conclusio suprà facta, quòd vnus testis ex necessarijs reddit instrumentum suspectum, procedit in instrumento, quod innititur proprijs viribus, iuxta l.cū precibus. C.de probatio. scilicet confecto à notario. Nam tale instrumentum, etiam quòd omnes testes essent mortui, valeret propter authoritatem notarij, secundum glossam & Doctores in l.2.ff. quémadmodmodum testamen.aperian. & Ias. in l.2.col.2. versic.capio glo. C. de bonorū possessio. secūd.tabul.vbi latè, & † in tali instrumento vnus solus instrumentarius contradicens reddit tantùm instrumentum suspectum: sed in alia scriptura priuata, quæ sumit vires ex recognitione testium vnus solus facit, vt non probet. Ita est text.in dicto §.si quis neget. secundum vnum intellectum, vt ibi per Imol. col.2. & in dicto c.cùm Ioannes. col.6.versic.tu autem in hoc membro, & si sunt mortui, scriptura remanet nuda, & non probat. gloss.in.l.1. & 2. de testament. & Fulgos. consil.79. colum.penulti.& vlt.& in dicto consilio habes notabiliter circa casum, quando † Vnus testis necessarius cōtradixit, quomodo ex adminiculis adhuc sustineatur. Nam ibi notari⁹ erat vir legalis, qui deponebat pro instrumento, & erat lapsum tempus viginti annorum à die, quo confectū erat, & testes erant mortui omnes excepto vno contradicente: vnde quia impugnās post tantum tempus videbatur consultò expectasse, vt alij morerentur, ne veritas detegeretur: & quia testis de facto alieno, non videbatur uerisimiliter retinuisse memoria, quæ deponebat. Consuluit Fulgos. pro testamento, non obstante contradictione testis necessarij. Item vnus testis necessarius reddit tantū instrumentum suspectum, nec illud reprobat, nisi tamen probaretur quod dicit, quia tunc penitus reprobatur. Ita Imol. in dicto §. si quis neget. colum.4. & Feli. in dicto cap.cùm Ioannes. colum. antepenult. versicu.amplia tertiò. Et quo ad materiam criminalem quæro primò, † an unus testis sufficiat ad inquirendū contra notarium, de quo uide Iasonem in l.duobus. §.si.in fi. post Bald. ff. de iureiuran. vbi dicit, quòd datur materia iudici ad inquirendum: sed Ias.non se firmat. Item non dicit ad formandā inquisitionem, ut superius dixi. Item non loquitur in instrumēto, quod requirat testium solemnitatem, sed in actis: tamen quòd detur materia iudici ueritatem inuestigandi, & ad examina aliorum testiū deueniendi, non dico formandi inquisitionem, tenet Imol. in dicto §. colum 2. uersic. fateor. & loquitur etiam si uera esset opinio, ꝙ unus testis non eneruaret fidem instrumenti. Et in eisdem terminis idem Imol. post Calde. in dicto cap. col.6. uersic.primo casu. & ideo Bald.in l.in exercendis. colum. penult. in fin.C. de fide instrumen.dicit, ꝙ aut non statur scripturæ, aut inquiritur ueritas. & uide latè Comen. disputantem hoc, de quo quæro, in consil.135. ad primum. & ibi allegat Innoc. quod sufficit ad inquirendum: posteà aliter tenet col.ult. uersicu. nec obstat dictum Innoc. ubi respondet quòd loquitur quo ad effectum ciuilem, & dicit etiam quòd loquitur quo ad criminalem, non tamen quo ad formandā inquisitionem specialem, sed quo ad deueniendum ad specialem. Sed responde melius quòd Innocen. loquitur in plurali, quando plures contradicunt: sed tamen licet Innocent. nihil faciat, Comensis tenet quòd unus testis maximè instrumentarius, sufficit ad inquirendū: & loquitur fortius, etiam quòd esset præter numerum requisitum, ut in columna penult.uersicu. præterea cùm constet.& circa fi. uersic. sed posito, quia etiam sola fama sufficit, ut ibi colum.2.uersicu. si enim fama publica sufficit. quod fundamentum non reprobat, ubi testis arguit falsitatem dolosam, ita ut non possit excusari errore. Cæterùm si posset excusari, fatetur Comensis colum.penul.in uersic. nec obstat, qd' dicebatur, quòd p̄sumeretur error, per regulā Bar. in l.quoties.uersi.sed si non in corpore.ff. de hæred.insti. & si non sufficeret hoc casu ad inquirendum, sed sufficeret ubi deponeret de falsitate inexcusabili: tñ ibi decidit contrariū, & ꝓpter bonam famā notarij, & quia non est instrumentarius, & quia

quia alius adiuuabat, & quia ille testis patiebatur exceptionem, qui cōtradicebat, & quia præteritum erat diuturnum tempus, est profectò pulchrum consilium in hac materia. Vnum tamen videtur clarū,
29 † quòd talis suspicio contracta ex contradictione solius testis, quæ tamen non oritur, nisi sit ex necessarijs, vt suprà dixi, sufficit ad capiendum. ita probat clarè tex. in l. iubemus. C. de prob. Vidimus igitur quid operetur contradictio vnius,
30 videamus etiam † quomodo eneruetur ista suspicio, quia Doctores suprà dicūt, quòd debet coadiuuari instrumentū, & quòd tunc cessat suspicio, allegant dictā l. iubemus. sed difficultas est intelligere, quis sit modus coadiuuandi, & vbi testis est superuacaneus, instrumentum satis est coadiuuatum per se, quia restat sufficiens numerus, sed tamen quando non sunt mortui. debent examinari ad indagādam veritatē, vt dixi suprà post Imol. in d. c. col. 6. versi. j casu. Sed si est necessarius, debet coadiuuari, vel per testes descriptos, vel per alios etiam non rogatos: quod est notabile. Ita Bal. in d. l. in exercendis. colum. vlti. Tamen non dicit Bal. per quot testes, & qualiter deponere debeant in hoc articulo notabili, vide Sali. ibi, col. pen. versi. quæro quintò. & ibi dicit idem quod Bal. itē ponit quot testes debeant esse coadiuuantes, & quomodo deponere debeant, & quo ad numerum coadiuuantium in versic. & ideo. col. fin.
31 dicit, † quòd si tot sunt coadiuuantes, quot impugnantes, præualet instrumentum propter authoritatem notarij. dicta l. in exercendis si etiā coadiuuantes sunt plures, adhuc res clarior redditur, & si pares sunt, adhuc idem, quia vna confundit aliam, & remanet instrumentum sine labe, & cui perinde standum est ac si non esset appositū, ita notabiliter ibi & egregiè. Sed si impugnātes sunt plures, quàm coadiuuantes, vacillaret instrumentum, vt ibi, quia hoc casu confunditur authoritas notarij, quæ non remanet confusa, vbi totidem sunt ex vtraque parte. & vide notabiliter Imol. in d. §. col. 3. uersic. secundò principaliter adde. vbi post Angel. similiter concludit, considerando tamen alia, an testes pauciores coadiuuantes, sint digniores, & magis veridici; quàm plures impugnantes, ut tunc magis credatur paucioribus coadiuuātibus, iuxta not. in l. hoc carmen. §. fi. ff. de testib. & in c. in nostra. de testib. Reducendo tamen rem ex mente Ang. ibi, multū ad arbitrium iudicis, qui consideret dignitatem, authoritatem testium, & verisimiliora, iuxta no. in dictis locis. Et ex istis habes, quòd si vnus solus contradicit, etiam vnus solus coadiuuat, nā vnus solus contradicens inducit suspicionem, quæ etiam tollitur ex alio, quia vna tollit aliam. l. diuus. ff. de in integr. restit. tamen Innoc. uidetur uelle contrarium in d. c. col. 2. versi. uerumtamen si per duos, ubi videtur uelle, quòd requirantur hoc casu duo uel tres. Sed ueritas est, quam dixi, & Innoc. potest intelligi in scriptura priuata testamenti, quia tunc unus solus facit testamentum nullum, ut suprà dixi, & ideo requiritur plena probatio in
32 oppositum. Quęro, † quando duo instrumentarij contradicunt? Dic breuiter, siue directè contra tenorem, siue indirectè quòd non fuerunt præsentes, instrumentum remanere falsum. Ita Bar. in d. §. col. pen. uersi. quid si duo. & uersi. quęro quid si testes. & Imol. ibi col. 2. uersi. secūdò principaliter, vbi idem, & Fel. in d. c. cū Ioannes. & hoc nisi coadiuuetur, secundum Doctores, ubi suprà, & coadiuuantes debent esse totidem uel plures, ut suprà dixi, & dicuntur etiam esse plures, si vnus tantùm adiuuaret, existentibus duobus impugnantibus, quia cum teste
33 adiuuante concurrit fides notarij, † quæ habet maiorē uim, quàm vnus testis. Ita Imol. i d. c. cū Ioan. col. pen. & Alex. cōs. 93. col. pe. i fi. vol. v. & Dec. cōs. 101. col. fi. & sequitur etiā Fel. in d. c. cū Ioā. char. 4 col. 2. uersi. 4. declara. vbi etiam allegat Abb. ibi, sed credo, quòd loquantur isti patres, ubi notarius expressè examinatus adiuuat, iuxta ea quæ dixi suprà in versi. uidimus igitur. Itē dicit Fel. post Imol. ꝙ solus notarius examinatus nō sufficeret
34 contra vnū, ut ibi per eū. Sed aduerte, † quia si impugnātes essent centū et descripti in instrumento, & dicerent se non interfuisse, non tamen destruerent instrumētum duobus attestantibus de actu rei, quia

quia saltem probarent contractum, licet instrumentum remaneret falsum. Ita Innocē. in d.c.col.2.versi. si autem plures. & sic in hoc casu plures impugnātes nō
35 præferuntur. & ita limita prædicta. Et † alio casu etiam maior numerus impugnā tium non confundit instrumentum, quādo simpliciter impugnant vtendo verbis mœrè negatiuis, secus si negarēt dicēdo se non interfuisse, vel narrādo rem, quomodo fuit, & negando instrumentū, quia tunc conclusio suprà facta procederet, quod maior numerus vinceret, sed in casu præmisso, quando simpliciter negarent, crederetur magis duob⁹ affirmātibus, quàm alijs multis negantibus. Ita D. Ant. in d. c. char. 2. col. vlt. versi. si verò instrumentum à duobus. & ibi, quia fortè non fuerunt aduertentes, vt sæpe contingit, sed quādo narrāt seriem facti, apparet quòd aduerterunt, & ideo tunc maior numerus attēditur. Et ita Fel. in d. c. in versicu. sed hanc limitationem. nec est differētia tunc inter testes affirmantes & negātes,
36 † vnde debent deponere aliter esse non potuisse, quin ipsi audiuissent, secundum gl. & clarius Aug. in §. hinc no bis. in fin. in Authen. de hæred. & Falci. Alex. cōsi. 42. col. 4. vol. j. & Dec. in consi. 101. colū. 2. & Bald. in l. fi. in fin. C. de bonorum possessio. secund. tabul. & Fel. in d. c. cùm Io. versi. tertiò declara. & Corn. omino cōsi. 261 col. v. vol. 4. vbi etiam dicit, quòd nō probat testis dicens aliquid non lectum fuisse in instrumēto, quia ipse propinqu⁹ erat testatori, & attentus ad eius verba nihil audiuit, & propterea certò credit nihil dictum fuisse, & quòd si alij audiuissent, etiam ipse audiuisset. Vide tamē de modo probandi negatiuam, Fel. in cap. in nostra, de testib. col. 2. & Aret. & Fel. in c. tertiò loco. de probat. & per Socin. cōsil. 226. col. 3. circa. fin. & ibi facit differentiam inter negatiuam facti proprij, & negatiuam facti alieni, & vide Aretin. omnino in cap. in nostra. extrà, de testib. & in c. cum causam. eo tit. & Aret. in l. hæredes palàm in princ. col. 2. versi. secundò arguit. ff. de testamen. & dixi suprà latè de probatione negatiuæ in titu. de defensionib. reorum. & defen. impug.
37 Vides igitur, † quòd duo impugnantes reprobant instrumentum, & duo adiuuātes sustinent, imò vnus cum fide notarij. & hoc clarè procedit, vbi duo sufficiunt in illo actu, cæterū si quinque, vel septem vt in codicillis vel testamento, hoc opus, hic labor est. & breuiter credo, quòd debeant esse tot numero, quot sufficiunt in illo actu, & si sunt in minori numero, quòd non sufficiant. Ita Fel. in d. ca. colū. vlti. versi 3 intellige. vbi dicit ita velle Innoc. & alios ibi, & dicit Fel. hoc procede
38 re, quando voluntatis est quæstio, † quia duo vel plures contradicentes dicunt nō sic actum, nam requiruntur septem vel quinque ad probandam voluntatem, secus si tantum solēnitas est in controuersia, quia duo dicunt se non fuisse præsentes, nam tunc alij duo contrarium dicentes sufficiunt. l. 2. C. de secund. tabul. quæ opinio non videtur posse sustineri, quia suprà diximus post Salicet. in d. l. in exercendis. & Imol. in d. §. si quis neget. col. 3. post Angel. per eum allegatum, quòd quando tot sunt adiuuantes, quot impugnantes, sustinetur instrumentum. Pro decisione dico, quòd quando alter alterū non destruit, procedit opinio Felini, quia saltem quo ad probandum actum siue voluntatem requiruntur in numero sufficienti ad actum, sed quando inuicem repugnant, & voluntas est illa, quæ in dubium refricatur, etiam requiruntur in numero sufficienti, sicut dicit Fel. sed tamen totidem adiuuantes excusant a falso. Ita concilio Doctores, qui videbantur esse contrarij. & ita Socin. in terminis cōsil. 28 in tertio vol. colū. j. Et si voluntas non ponatur in controuersia, sed tantū agatur de solemnitate, quia duo dicant, Non fuimus præsentes. procedit liquido quod dicit Fel. in d. c. col. fi. vers. 3. Et hāc opinionem Felini sequitur Cynus in d. l. in exercendis. & Paul. de Castro consil. 207. secundum antiquam impressionem. & ita tene, licet dominus Francisc. Curtius Senator & præceptor meus esset in alia opinione in Senatu, & allegabat pro se ad sustinendum testamētū. l. si pars. ff. de inofficioso testamen. & l. lege Iulia. ff. de manumis. & Bartol. in d. §. si quis neget. colum. penul. uersi. quid si testes dicant. quæ nihil faciunt ad causam, & alia opinio

opinio est communis, imò nemo contradicit, si bene cõsideras, quia possunt Imola, Salicetus, & Angelus loqui vel in contractu, uel quo ad euitandum falsum, & ideo opinio distinguentis est tenenda, iuribus vulgaribus. Sed tamen dum dixi, quòd solemnitas probatur per duos testes, quomodo intelligatur, uide in dicta l.2. aliàs nõ intelligeres. Dixi suprà, quòd vnus tantùm ex necessarijs sufficit ad reddendum instrumentum suspectum, secus
39 † si sit superuacuus. Sed pone, quòd duo vel plures sint superuacui, videtur dicendum omnino instrumentum reprobari. & ita Fel. in d. c. cùm Ioannes. charta penul. col.2. in fi. uersi. amplia primo. & col.3. versi. amplia secundò. Sed cõtrarium dicit Bartol. in l. cùm tabulæ. ff. de secund. tabul. vbi dicit, quòd imò remanente sufficienti numero, remanet validum instrumentum. & ita Dec. cons. 101. col.2. versi.3. considerandum est. ubi allegat Alex. in consi. 93. volu. v. col. vltima, & alios vt ibi. Sed intelligo, quando alij omnes coadiuuãt, & sunt in numero sufficienti, aliter remaneret falsum instrumentum, sicut suprà dixi. & ita Fel. in d. c. in uersi. amplia primo. & uersi. amplia secundò. & Bartol. in dicto §. si quis neget. versic. quæro quid si duo ex testibus assumptis. Vidistis igitur, quòd duo impugnantes reprobant testamentum, sed
40 an † faciãt vt notarius possit puniri de falso? Et primò quæro de duobus descriptis in instrumento, qui tantùm negent se præsentes fuisse, quia si in casu isto erunt sufficientes, fortius erunt quando deponent non sic actum. Et in hac positione casus, communis est conclusio, non esse singulares, sed esse contestes, ut in d. cap. per Felin. chart. pen. col 3. uersic. secundò limita. & consequenter videtur, quòd instrumentum sit falsum. Et ita Bartol. tenet esse falsum, in d. §. colum. 3 versic. quæro quid si duo ex testibus. & column.2. versi. ad cuius declarationem. ibi, & si uolo probare instrumentum esse falsum, & Imo. in d. §. colum.3. post Ang. per l. optimam. C. de contrahenda & cõmitten. stipul. & ita tene instrumentum remanere falsum, licet Fel. innuat in dicto cap. charta penult.. colum. 3. uersicu. secundò limita. deficere tantùm in solẽnitate, vnde, vt dixi, si ita deponentes reddunt falsum instrumentum, multò magis quando deponunt non ita actum, sed an sufficiant tales testes instrumentarij ad condemnandum de falso, quando sunt duo tantùm, Dubium mihi facit quod Felinus in dicto cap. in penultima charta, col. 2. in testibus nõ descriptis tenet post Salic. quòd requirãtur tres aut quatuor, & duo sufficiant ad torturam. & ita aliter sentit in descriptis, vt imò duo sufficiant, & sic etiam sentit in secunda materia de testibus descriptis, vt duo sufficiãt, vt ibi, amplia secundò. Et hoc probat conclusio suprà facta, quòd remanet instru-
41 mentum falsum. Nam si est † falsum, quid aliud est, nisi quòd notarius puniri potest de falso? Et ita hos terminos ostẽdit Socin. consil.28 colum prima, versic. omnino vide Salicet. tamẽ in d. l. in exercendis. in versi. quæro iuxta quæstionem præcedentem. idem cõcludit in fin. quæstionis. idem etiam concludit in testibus instrumentarijs, vt tres ad minus requirãtur quo ad pœnam falsi, & ad torturam duo, & ita omnes concilia. Non recedas ab opinione Salic. quæ in terminis loquitur. Nam notarius plurimæ fidei est, & ideo duo non dilucidant ita rem, vt ad pœnam falsi possit deueniri, iuxta l. fi. C. de prob. Et facit quod dixi suprà in materia defensionis, & offensionis iuxta dictã l. fi. qñ reus conuictus ex duobus testib. habet vnum testem pro se, quòd non põt puniri, Sed tamen videtur, vt imò vnus solus sufficiat ad torturam, etiam redundans in numero requisito. Ita Bald. cons. 166. in secundo volu. repetito in quinto
42 vol. consi. 79. & ibi dicit, quòd † notarius & testis debent torqueri, & ambobus perseuerãtibus magis creditur tabellioni. Istud dictum non videtur verum, quia notarius habet vim duorum testiũ. d. l. in exercendis. & Docto. vbi suprà, in dicto §. & in dicto cap. & licet sit probatio præsumptiua, & quæ miraculi instar habet, vt per Felin. in dicto cap. in versi. prima conclusio. tamẽ habet vim saltem vnius integri, & ideo vnus non facit indicium contra alium, secundum Baldum & Alex. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiurando.

Item aliter se habet communis, vt vidistis. Nota tamē aliqua multùm vtilia. Pri
43 mò † testes debere esse omni exceptione maiores, quando tractatur, vt per eos reprobetur instrumentum. Ita Felin. ī d. c. cùm Ioannes. charta penult. colum. 2. versic. 5. & loquitur in testibus nō instrumentarijs, sic etiam dicit Bar. in d. § si qs neget. & similiter loquitur in non instrumentarijs. Sic etiam Bal. & Doctores in l. in non exercendis. C. de fide instrumē. & ratio diuersitatis pōt esse, quia in instrumentarijs testes videntur approbati à cōtrahentibus, & testatore. & ideo cōtra eos nihil debet posse obijci, per glo. i § licet. in verbo, supplicijs. in Authen. de
44 testibus. Et licet † in contractibus nō sit necesse, vt testes sint rogati, secus in testamentis, vt est text. in Auth. rogati. C. de testi. & in l. hac consultissima. in prin. vbi Ias. col. 1. C. de testa. & Ias. in l. 1. colum. penul. C. eodem titu. de testam. Ta-
45 men loquor, vbi † in contractibus rogantur, quod potest fieri. Sed aduertendum est, ꝙ in testamentis quamuis testis rogetur à testatore, non tamen hoc operatur, quin possit repelli, etiam si qualitas inesset tempore testamenti, & tunc nota esset, propter maximum timorem falsitatum, vt notabiliter declarat Areti. in l. qui testamento. §. quæcunque. circa fin. ff. de testam. & fuit etiā hæc opinio Ias. in d. l. 2. in vlt. opi. C. de testa. Sed in contractibus cadit hæc dubitatio, vbi testis rogatus fuit. Est verum, quòd etiam fuit opinio Innoc. & Ant. de But. in c. ex literis. de in integ. restitut. quòd tamen non tollatur nisi inhabilitas respectu solēnitatis contractus, sed non tollatur respectu probationis, vbi refricaretur in dubium contractus, & contingeret eos examinari, & quæ opinio seruaretur in practica, vt dicit Aret. in d. §. quæcunque. colū. 2. vbi etiam ad hoc ponderat optimū tex. in d. §. licet. & quæ opinio maximè esset seruanda, quando ageretur ad pœnā falsi. Tamen euidentia rationis, vt etiā dicit Aret. patitur distinctionē, de qua ibi, quæ in effectu est, vt tollatur inhabilitas tunc existens. Et nota, vt etiam sentiūt Doctores in dicta l. 1. qui non curant de distinctione Innocen. & Ant. illos tamen non allegantes. Sed quicquid sit, difficultas
46 tamen hæc, † quia rogatus testis fuerit, non videtur cadere quo ad notariū, sed tantùm quo ad partes, quia notari⁹ posset opponere de inhabilitate, non obstāte ꝙ rogatus testis fuisset. Ita Alex. con si. 70. vol. 1. & Cæpol. consi. 21. colum. 4. quicquid dixerit Curtius consi. 55 colū. 3. vbi aliter tenet, & inaduertenter. Sciēdum tamen est, ꝙ supradicta procedunt, vbi inhabilitas est in persona, putà, quia esset infamis, vel domesticus, non autem si in dicto quādo examinatur, quia vltra hoc, quod est qualitas superueniens, in qua nemo dubitat, etiam tangit dictum, & eo casu Doctores omnes nolūt, vt dicta gloss. in verbo, supplicijs, procedat, si illos videre volueris allegatos in locis, vbi suprà: item, vt dixi, cessat in testamentis: item in contractibus, etiā quo ad probandum. In practica seruaretur opinio Innoc. & Butr. maximè, vt dixi, quo ad puniendū: & facit ad conclusionē, quòd non procedat in testamentis. l. nemo potest. ff. de legat. 1. & ita non decipieris à Felino & alijs, qui videntur, vt dixi, aliter
47 sentire, scilicet † quòd in instrumentarijs non sit necesse vt sint omni exceptione maiores. Et an quando id est necesse, pariter etiam sit necessarium, vt probetur ista qualitas, quòd sint omni exceptione maiores. vide Aretin. in cap. cum causa. *el primo.* colum. 7. de test. Curtium consi. 55. col. 4 Alexand. primo vol. consi. 82. colum. 3. Barbat. consi. 32. columna antepenult. volum. 1. Cæpol. consil. 58. col. 3. Socin. consil. 274. col. antepenult. Corn. consilio. 232. columna. 4. volum. 1. Decium consil. 37. colum. 4. in fine. & cō si. 101. Barbat. consi. 45. in 3. colum. eod. vol. & consi. 47. colum. 12. vol. 1. & consi. 54. in 4. col. eod. volum. & Imol. omnino post Bart. in d. §. si quis neget. Secundò
48 aduerte, dum suprà dixi, si † in testamento requiruntur septem testes, & duo cōtradicunt, quòd coadiuuantes debēt esse septem, iuxta opinionem Feli. post Innoc. & alios in d. c. colum. fi. in versicu. 3. quia etiam quinque sufficiunt, vt testamentum valeat in vim codicilli, virtute clausulæ codicillaris, vel etiam vt testamentum valeat in vim testamenti sine scriptura

scriptura stante statuto, quod etiam sine scriptura possit fieri cum quinque testibus, vel etiam in vim testamenti, in quo venientes ab intestato sint instituti, quo casu quinque sufficiunt. l. hac consultissima. §. si quis auté. C. de testa & ista opinio satis seipsam ostendit ex natura rei: quia in talibus casibus quinq; sufficiunt. Sed vide Soc. in consi. 28. vol. 3. colum. 3. vbi latè. Et an dictus §. si quis autem habeat locum, si aliqui, & non omnes sunt instituti ex venientibus ab intestato? Vide Corn. ibi, & Cuman. omnino, & Aretin. in l. si filius. ff. de liber. & posthumis. Socin. omnino consi. 229. col. 3 versi. nec huic. vbi tenet omnes debere esse institutos. Sic etiam tenet Cuman. & ad hoc facit ratio, quòd ideo sufficiunt quinque, quia res reducitur ad ius commune, & causam intestati. Bart. in l. omnes populi. colum. 12. uersi. iuxta prędicta. ff. de iustit. & iur. & Felin. in c. cùm accessissent. col. 3. de constitut. & Deci. ibi, colum. 3. in fine. uersic. non habet. Vbi igitur unus est exclusus, non reducitur res ad ius commune nec ad causam intestati. & de illo §. uide Roman. consi. 316 & Alexan. consil. 145. uersic. postremò non obstat. in 2. uolum. & Bartol. in l. si ex duobus. §. si prius. in fine. ff. de contratab. & Alexan. in dicto §. si quis autem. & Alex. in d. l. si

49 filius. col. 3. Tertiò nota, † quòd ad hoc ut testes reprobent instrumentum, debent necessariò concludere esse falsum, sm gl. in l. iurisgetium. §. quod fere ff. de pact. ubi Ias. deci. in terminis in ista materia in dicto consi. 101 col 1. & ideo Deci. ibi non habet rationem aliquorum testium non instrumentariorum, qui deponebant nihil intellexisse de contentis in instrumento, quia dicit ipse, quòd non erant ex rogatis & positis in eo: unde licet ipsi nō aduerterint, sufficit ut alij descripti audiuerint. Et aduerte, quia Deci. expressè sentit, quòd si isti testes fuissent instrumentarij, & ex rogatis in instrumento, satis esset, si dixissent, Non audiuimus ad destruendum dictum instrumentum, in quo dic, ut suprà dixi, in prima conclusione, ubi latissimè. Si etiā

50 † testes expressè loquātur de tempore instrumenti præsumuntur loqui de alio actu. Ita Abb. in cap. tertio loco col 2. in notabilibus, de probat. Deci. vbi suprà, col. 2. & Fel. in. d. c col. 2. versi. secundo.

51 sic etiam oportet, † vt appareat esse illòsmet, qui sunt in instrumento descripti, aliàs hoc non constito, si dicant non interfuisse, nihil esset. Abb. & Fel. vbi suprà, col. fi & Deci. vbi suprà. Et idem de

52 adiuuantibus, † quia debent necessariò adiuuare, quia potest esse sic actum, & nō sic confectum. & hæc Sal. in l. in exercendis. col. penul in fi. de fide instrum. & Fel. in d. c. col. fi. & dicam latius infrà in vers. adde etiam in ista materia circa. d. glos. §. quod fere. & eius materiam. Et

53 supra dicta procedunt, † quando potest probari contra instrumentum: sed si nō potest probari, putà, dicit statutum, non possit probari contra instrumentum, nisi per aliam scripturam: vel non admittatur probatio, nisi per aliam scripturam, tunc quomodo possit probari & quæ exceptio possit opponi, vide Felin. in d. c. cum Ioannes. in. 3. char. col. vlti. ver. prima conclusio. & seq. Circa prædicta etiā

54 quæro de quæstione notabili, † Tu scis testatorem debere ore proprio nominare hæredem, aliter testamētum esse nullum l. iubemus. C. de testamen. l. hęredes palàm. in princip. vbi glos. & Bar. ff. de testamen. & ita statutum nostrum Mediolani. Pone modò, quòd notarius scribat testamentum, & sic etiam nomen hæredis, & legat illud testatori, interrogando eum, vt fit, Si placet ita facere, & ipse respondeat placere, & in ipso instrumento testamenti contineatur, qualiter ipse testator ore proprio nominauit eū, quem tamen aliter non nominauit, nisi modo quo suprà, an dicatur falsarius? Et videtur dici, quia falsum est immutatio veritatis, secūdum Azonē in summa in tit. de falsis. & Host. in summa extrà,

55 de crim. falsi. sed † ista est imutatio veritatis, quia nō est verū, q ore pprio testatoris sit nominatus, sed solū scriptꝰ p notariū, & deinde ratificatus p testatorem. Verū aduerte ad duo, Primò, an simus in casu, in quo testamētū sustineret modo quo suprà: An ēt simus in casu, i quo nō posset sustineri Nā cōis est cōclusio, q licet lex ita loquatur, vt ore pprio nomē

 hęredis

hæredis sit nominandum, tamen testamentum modo quo suprà valeat: ita communem esse attestatur Ias. in d. l. iubem⁹. col. penul. & vbi examinat hunc articulum. & Soc. in 3. volum. consilio. 92. in 3. charta, col. 1. & seq. in eod. vol. consi. 28. col. pen. & in 2. cōsil. 230 col. 4 & 5. & ita etiam esset tenendum stante statuto nostro, & statutum satis operatur in reliqs, & ita fuit iudicatum per D. Gregoriū Panigarolam ex venerando nostro collegio, sicuti habeo à viro probo, & doctore optimo D. Ioanne Naua. Sed limitatur vno modo, vt non valeat, quādo articulatè loqui testator non posset, secundum omnes in dictis locis, de quibus suprà. Item limitatur vt nō valeat, quando notarius à semetipso illud scripsit absq; consensu testatoris, maximè quādo erat turbatus valde ob infirmitatē, vt per Ias. in d. l. iubemus. & Cor. ibidem. vnde dico, si sumus in casu, in quo testamētum sustinetur, non est dubitandum, ꝙ non potest puniri de falso ex actu non falso, imò valido, quia non dicitur immutatio veritatis: sed si sumus in casu, in quo testamentum nihil valeret, videtur tunc immutatio veritatis: quia non est verum hoc casu ipsum testatorem illum nominasse, sed ita dixisse notarium, vt testamentum, quod non valebat, sortiretur effectum: & hoc sine dubio procederet, quando constaret ipsum notariū sciuisse conclusiones iuris, de quibus suprà. Et ꝙ requirebatur expressa noīatio, quæ facta non fuit, sed nihilominus sic fuit scriptum. Verū in dubio præsumptio

56 videtur pro notario, † vt notarius poti⁹ errore quàm malitiosè illud fecerit, per reg. Bart. in l. quoties. §. sed si. ff. de hered. instit. quæ est, ꝙ si vnum fuit dictum per contrahentes, & aliud scriptum per notarium, non præsumitur dolosè, imò errore factum, nisi ex alijs circunstātijs aliud appareret, secundum Bart. in d. §. sed si non. quæ circunstantiæ inter cęteras videntur illæ, quas paulò ante dixi, quando appareret de scientia illius, & ꝙ tamen ita scripsit, licet nō expressum fuerit nomen per testatorem, ad quam reg. ꝙ i dubio præsumitur error in notario, vide vltra latè suprà cōgesta in ista materia falsitatis in prin. Dec. in l. si librarius. in fi. ff. de reg. iur. vbi allegat multa consilia, & ibi etiam in apostillis multæ aliæ authoritates allegantur. Quid dicē-

57 dum in dubio. † an præsumatur falsitas vel non? Putarem si examinatus notarius diceret fuisse ore proprio nominatum hęredem à testatore, & appareret contrarium, ꝙ ex hoc mendacio argui posset falsitas. c. literas. de præsumpt. & l. vnius. §. iudex. ff. de quæst. & posset poni ad torturam, iuxta dictum Bar. in l. fi. col. 2. ff. de quęst. & per Feli. in d. c. literas. col 2. & Alex. consi 77 vol. 1. & Ro. consi. 8 & Anch. consi. 288. & alibi sæpe. Sed si examinatus fateretur ingenuè rē, prout dixi, ꝙ ipse scripsit, & testator respondit ad interrogationem eius sibi placere, approbando illud, sed ꝙ tamen errore ita scripsit cogitans idem esse: hoc opus, hic labor est. Et licet pro notario præsumatur, vt dixi, tamen dicit Bald. in d. l. quoties. vbi suprà. ff. de hęr. Instit. ꝙ contra notarium debet pręsumi ratione sui officij, in quo debet esse diligens, per ea, quę habentur in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de æden. & vt ibi. Sed tamen verior est sententia, secundum Bald. &

58 Imol. in d. l. quoties. ꝙ cōsiderāda † est qualitas personæ, quia si aliàs fuit bon⁹, pręsumitur pro eo: si verò malus, est præsumptio ꝙ illud dolosè fecerit, per not. in d. l. si quis ex argentarijs. §. 2. & in l. iubemus. C. de proba. & in l. non omnes. §. à barbaricis. ff. de re mil. & maximè quādo aliàs fuisset malus, suspicarer contra

59 eum, † quoniam notarius præsumitur scire leges, præsertim vulgatas, secundū Angel. in d. l. iubemus. C. de testa. & maximè illas, quæ respiciunt suum officiū, & quæ dant formam actui, quem confecit, secundum Paul. de Castro ibidē. Turpe enim est cuiq; ignorare id, quod est ex suo officio, & in quo quotidie versatur, secundum Cin. & Sal. ibidem. vnde dicit ibi tex. in d. l. iubemus. in fi. vbi vide, ꝙ si omittatur aliqua solemnitas, vel forma, de qua ibi, poti⁹ præsumitur falsitas, quàm iuris ignorantia, & ideo punitur falso, & est præsumptio iuris & de iure contra notariū, vt ibi in tex. & Doct. ita not. maximè Corn. ibi, quē vide col. 3. i fi. & princ.

& princ. seq. & ideo tollitur illud, quod suprà dixi. ad quæ etiam vide Imol. in l. j. §. in fundo. ff. de hær. Instit. vbi dicit, ꝙ notarius præsumitur literatus, non illiteratus. & hoc sine dubio procedit, ꝙ probata scientia conclusionum iuris in notario, contra eum esset suspicio. Ista igitur est conclusio, si examinatus notarius dicat ipsum testatorem ore proprio, &c. & conuincatur de mendacio, præsumitur falsitas, si verò veritatem dicat allegando errorem, si aliàs fuit malus, nõ creditur, & actus & testamentum corruit, si bonus creditur. Sed tamen hoc vlt. adhuc simsimpliciter non existimo verum. Pone. n.
60 quòd probaretur in iudicio † quòd iste notarius alia fecit instrumenta testamenti, & semper cum vulgari sermone ea legeret, faciebat vt testator ore proprio nominaret hæredem, vt quasi omnes in hac ciuitate facere consueuerunt, certè hoc casu etiam suspicarer contra eum, qui ex consuetudine sua solebat operari, vt testator ore proprio, &c. & in hoc casu id non fecit, qui enim recedit à solito, suspectus est. gl. in l. 4. ff. de cond. Instit. Item consuetudo patrisfamil. attendenda est. l. certi condictio. §. quoniam. Vbi Moder. latissimè. ff. si cer. pet. & hoc est quod dicit Bart. in d. l. quoties. in §. sed si non ibi, nisi ex alijs circunstantijs, aliud appareat quartũ exẽplũ poni potest sicut dixi suprà post Bal. & Imol. ibi, & quando aliàs fuit malus, & etiam quando consueuit interpretari illa verba ore proprio ad literam, & augetur suspicio, quia loquor, vt suprà dixi in casibus in quibus testamentum non valet, ut quando balbutiens est testator uel notarius sine eius commissione illud scripsit, & vt suprà, in quibus casibus plurimum laborat suspicio contra
61 notarium. Nam † quando testamentũ est validũ esto ꝙ notari⁹ malè fecerit scribẽdo sic, quia tamen cõstat de veritate, & mente testatoris valet, & ei nihil adscribitur, sed quando est inualidum non cõstat de veritate, quia in balbutiẽte semper remanet mẽs dubia, & p̃sumptio falsitatis. Item etiam quando ipse notarius absque cõmissione illud scripsit. sed tamen aduer
62 tas, † quia text. in d. l. iubemus. in fi. videtur ponere gladium ad radicem d. ̃spo-

nens puniri de falso notarium talem, ita vt non posset contrariũ probari. Cur igit tam lõga disputatio? Sed dic ꝙ illa lex loquitur in omittente solemnitatem testamenti, vel formam ibi traditam. Nos loquimur in scribente illud quòd non est, quòd tamen videbatur æquipollens. Nã
63 † pluribus modis committitur falsum, & scribendo & loquendo, & tacendo, & vt latè per Hostien. in summa huius tit. de falsis. in §. qualiter committatur. per totũ, & per Hippo. in reperto. suo in rub. ff. de fals. col. 3. vers. modo. sed licet ita loquatur tex. præcisè, tamen videtur etiam omnino decidere quæstionem. Nam si in omittendo est pœna falsi propter præsumptionẽ iuris & de iure quòd sit in dolo notarius, ut ibi est text. i terminis, multò magis est pœna falsi, quando ore proprio non est nominatus hæres, & tamen notarius scripsit nominatum fuisse, nam hoc casu est verè & propriè falsum & priore casu est præsumptum, quinimò aduertas, quia ſm opinionem Ricar. Malũ. & Bal. ille tex. in d. l. iubemus. tantùm loquitur in hoc casu, uidelicet quando nõ interuenit forma vel solemnitas, sed tamẽ notarius expressit eam interuenisse, sed quia iste intellectus non congruit literæ, & etiam quia res non haberet dubium cõmuniter intelligitur in notario omittente, ut per Alex ibi col. 2. uersi. & intelligit qui ita attestatur. quam opinionem etiã sequitur Corn. ibi. Apparet igitur ꝙ in faciente & scribente illud quod non est, res procedit absque minore dubio, quàm si omittatur solùm, & vide omnino Corn ibi, col. 2. qui dicit ꝙ in se est verus intellectus, Ricard. & Bald. & ideo est dicendum in quæstione nostra quòd notarius in casibus in quibus Doctores concludunt debere exprimi nomen à testatore, si id non fit, & tamen notarius ita eẽ attestetur, puniatur de falso, & de hoc uidetur decisio Bal. in l. si post diuisionẽ. C. de iur. & fact. ignor. colũ. 2. in uersic. tertio casu. ubi dicit quòd quando notarius scribit testamentum de eo quod est sibi prohibitum, propterea quòd veritas posset de facil. mutari, vel in ueritate errari, tunc illud instrumentum habetur ꝓ falso, & dat Bald. exemplum, ut si scribat

nomen hæredis quòd testator non voce, sed nutu declarauerat, vt d.l.iubem⁹.col. 2.in verbo, tñ est verum quòd Bald.ponit exemplum quando nutu testator declarat, quem velit hæredem sibi esse, sed idem est quando aliter id facit, & non exprimit ore proprio nomen, vt in d.l.iubemus. & licet in casu quæstionis nostræ communiter valeat testamentum, tamen in aliquibus casibus non valet, vt suprà dixi, & in illis uerum est quòd nõ est seruata forma, & ideo non valet testamentum, & notarius punitur de falso, sed tamen subtiliter aduerte quamuis hæc opi. in dubio sustineri possit, vt sit præsumptio falsi, & per dictum Bal.& Alexã. & quia dictus intellectus nõ reprobatur ad tex.eò quòd non sit verus, tamẽ quo ad se excusandum, minus cadit error in d.l. iubemus. in fi. & sic in omittẽte quàm in scribente, loquor in casu nostræ quæstionis, quia si solemnitas, & vel forma non interuenerit, vel interuenit, & notarius illam omiserit, videtur sine dubio illud fecisse dolosè, & ex certa scientia. Turpe enim est ignorare id quod est ex suo officio, vt suprà. Ideo hoc casu tex. vult vt error non possit allegari, sed in scribente quòd testator nominauit, licet tantùm ratificauerit, potest cadere probabilis error, quia potest dicere postquam testator contentus erat, & apparebat de eius voluntate, putabam quòd idem esset, ac si ipsemet nominasset, v patet ad sensum, & ideo si allegetur error, dic vt suprà dixi, aut fuit malus, & tunc malè contra eũ præsumitur, aut bonus, & tunc aduertendum est, vt dixi ad consuetudinem notarij, qua stãte, vt suprà præsumo malum, licet tamen ex alijs coniecturis possit ꝓbari contrarium. Et respondeo ad consi. Anch.287.in Christi nomine. Amen.tria principaliter, vbi dicit quòd quando notarius peruertit suum consuetum, non

64 propterea est suspectus de falso,† quando ille ordo non erat de substantia, nã in casu nostro erat de substantia, sed tamen potest probari contrarium quando faciẽdo id euenit, non quando omittendo, vnde si allegetur error res remanet clara, ex prædicta distinctione, sed quando non allegatur error, imò dicitur quòd testator ore aperto nominauit hæredem, & quòd ipse scripsit sicut testator dixit, & postea apparet contrarium ex testibus instrumentarijs vel alijs, dixi suprà quòd propter hoc mendacium ponitur ad torturam. sed clarius dic & notabilius quòd si perseueret in hac opinione affirmãdo se scripsisse, sicut dixit, est falsarius, quia apparet nitidè quòd sciebat qualis esset forma, & illam omisit, sed tamen scripsit interuenisse. loquor vt sæpius dixi, quando testamentum non valet secundum limitationes suprà allegatas, vel etiam in terminis statuti nostri, quia non decido vtrũ communis procedat stante dicto statuto, licet suprà dixerim ita fuisse iudicatum. Verum est enim quòd notarius scripsit illud quòd non interuenit, & quæ scriptura facit ex nullo validum, & ex nigro album, & ideo non requiritur tortura, quæ non datur, nisi in subsidium. Ve-

65 rùm si videns se conuictum diceret, † quòd errore ita fecit in casu in quo hoc posset, iuxta quæst. Gãdi. in tit. de defen. à reo facien. col. pe. versi. sed pone & per Fel. in c.pastoralis.col.v. de except. & in c.cũ dilecti.col.v.de accus.& per Bald.& Doctores in Authen.contra qui propriã

66 C.de non numer.pecu.de illo,†qui simpliciter negauit maleficium, postea conuictus dixit fecisse ad sui defensionẽ, vtrũ audiatur? Hoc casu ego haberem eũ pro conuicto, nisi elideret parumper illã probationem contra eum resultantẽ, quo in casu eũ torquerẽ ad eruẽdã veritatẽ, sed si aliter nõ elideretur de subtilitate iuris posset condẽnari per notata per Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. & in l.fi. C.de proba. tamen si essem iudex cũ agat de vita hominis potius ponerem eum ad torturã, vt intelligeretur an dolosè illud fecisset, uel non. & vide omnino in præcedenti artic. Corn. in consi. 261.vol.4.col. J.& col.7.& seq. vers. nec obstat. nam ibi

67 facit conclusionem, † quòd si notarius omittat solemnitatẽ in testamẽto præsumitur falsum instrumentum, & ideo cũ debuerit esse nominatũ ore proprio hæredis nomen, & hoc non sit factum, notarius puniri debet de falso, & hoc colũ.j. postea in col.7.& seq. sustinet hoc, quia cõis est conclusio quòd testamentũ valeat ex

bearet ex approbatione testatoris, q prius rogasset. vult igitur quòd si cessaret ista cōis, vt in casu limitationum, vel in casu statuti nostri, vbi illud tolleret ius cōmune, omnino incurreret in falsum, qđ est clarum in omittēte, sed vbi notarius scriberet id quod non est etiam ſm Bal. i d. l. si post diuisionem. est idem, imò videtur multò magis ita dicendum, vt superius deduxi arguendo de præsumpto ad verū falsum, tamen dic vt suprà dixi. Sed aduerte quòd hoc clarè videtur procedere in terminis statuti nostri, posito quòd illud tollat ius commune, & hoc propter maximum dubium articuli, sed vbi essemus in terminis fallentiarum, quia esset balbutiens, vel testator prius non rogasset notarium, & maximè si testator erat multum grauatus esset magna suspicio contra quemlibet notarium maximè per decisionem Bal. in d. l. si post diuisionem. quæ in hoc proposito mirabiliter facit, si bene aduertis, & ideo plus mali adhuc esset contra notarium, si probaretur consuetudo de qua suprà, & idē quod Corn. dicit Alex. consi. 73. col. 2. vol. j. Sed dic, vt dixi suprà, vide etiam infrà in versicu. scias etiam quòd notarius qui confecit instrumentum minus solemne, &c. Et qa
68 dixi † quòd i notario præsumitur error de hac regula & conclusione quæ multū reddit notarios audaces in falsitatibus cōmittendis, vide Ias. in l. errore. colū. 2. C. de testam. Fel. i c. ex literis. de fide istru. col. 2. versi. tertia cōclusio. Barba. i reperto. rub. de fide īstru. col. 3. Ias. i l. qui accusare. col. j. C. de ædē. & i l. singularia. post Bar. i. j. q ff. si cer. pet. & oīno Soc. cō. 277.
69 col. j. & 2. An notarius † si præter testatoris mentē testamētū in publicā formā redegerit possit argui de falso, vid. Alex. i cōsi 74. i. j. vol. viso testō. vbi alia multa adducit in materia falsitatis notariorū. & Paul. de Ca. i cōs. 421 viso & examinato. col. j. versi. sed i casu nostro. i 2. vol. vbi dicit non esse in arbitrio notarij omittere il
70 la, † quæ necessariò sunt ponēda, vel de iure, vel de facto, vel ex cōsuetudine, sicut nec i arbitrio partiū, quomin⁹ omissa vitient per gl. ī c. de causis. de officio dele
71 ga. l. j § j. ff. de ferijs. Et † si notarius omittat aliquid i istro quod noceat parti, tenetur de damnis & interesse, & de dānis statur iuramento partis. primum probatur per tex. ī l. fi. C. de magistr. conuenien. & ibi Bar. & alij. Secūdū dicit Alex. post Bal. i l. qui accusare. C. de æden. qđ tamen procedit si notarius dolosè illud omisit, sed si culpa, interesse debet plenè probari, secundū Bal. i l. fi. i pen. col. C. de æden. i quibus vide latè Ias. & scribentes
72 i d. l. errore. col. j. & 2. C. de testa. Et † in hoc crimine falsi, quod est grauissimum, & quod magis quam aliud crimē vituperat famā & statū hoīs, vt dixit Pau. de Ca. cōsi. 151 videtur dicendū post prin. multa sunt spālia, vt per Hipp. ī suo reperto. i rubr. ff. de falsis. col. 3. & seq. Et dū dicit
73 inter cætera † quòd licet confirmatio operetur supplementum vitij existentis i confirmato, tamen si priuilegiū confirmatum etiam cū clausula, Ex certa scia. reperitur falsum nihil operatur, & non tollit falsitatem, allegando Abb. Fel. & alios de quibus ibi, col. 4. versi. & facit etiā vide quę dicam infrà i materia confirmationis priuilegiorum sub titu. de pricipe.
74 & adde aliud speciale, quòd † sententia lata prætextu falsorum instrumentorum quandocunque retractatur ostensa falsitate instrumentorum, etiam absque eo ꝙ appelletur uel appellatum sit l. fi. C. si ex fals. instrumen. quod tamen procedit in falso propriè & expresè, quia notarius apposuisset illud quòd non erat dictū nō. in præsumpto, etiam tali præsumptione quæ esset iuris, & de iure, iuxta l. iubemus. in fin. C. de testamen. vbi est tex.
75 quòd † si notarius omittit formam, & solemnitatem testamenti, de qua ibi, tenetur pœna falsi, tanquam dolosè egerit, ita ut non posset allegari error, quia est præsumptio iuris & de iure, ut ibi omnes Doctores notant. Nam hoc in casu quando esset præsumpta falsitas, non posset reuocari sententia, siue transactio prætextu instrumenti talis, quia omissa esset forma vel solēnitas, ita Bar. egregiè l. si post. C. de iur. & fact. igno. ubi omnino uide. & Alexand. in dicta l. iubemus. columna secunda uersicu. & circa & sequitur Alexand consi. 73 colum. 2. uolumi. j. Est aliud speciale secundum
76 Hipoly. quod † mutua compensatione

non tollitur hoc crimen, imò vtrunque punitur, cui addo Fel. in cap. dilecti filij.
77 extrà, pe except. vbi vide. Est aliud † quod non requiritur appositio loci & temporis in inquisitione, sed tenui contrarium suprà in materia inquisitionis post Aret. per l. libellorum. ff. de accusat. vbi etiam tex. loquitur de adulterio, & sic de crimine secreto, & tamen requiritur talis so-
78 lemnitas, vt ibi. Item est aliud † quòd licet publicatis attestationibus nõ liceat probare super directò contrarijs capitulis. Authen. qui semel. C. de proba. & ca. fraternitatis. de testi. Tamen agendo de falso potest ita deduci & probari quemadmodum etiam non obstante re iudicata põt agi. l. j. C. si ex fals. instru. ita Dec. in c. causam. de probat. char. antepenulti. col. 3. vbi vide, dicam infrà in materia publicationis testium, circa princ. & ad eũ locũ te reijcio. Aliud est speciale † quòd
79 suspicio falsi habetur pro veritate cõtra l. absentem. ff. de pœn. Hippol. vbi suprà, col. 3. versic. adde etiam prædictis. quod in criminalibus quomodo intelligatur, ponit Dec. consi. 186. in j. col. & in c. porrecta. de confirm. vti. vel inuti. & in ciuilibus dixi suprà latissimè in princip. huius
80 materię. Statutum nostrum † Mediolani quod incipit, Falsum committens, & disponit quòd vbi lex municipalis nõ punit falsum, illud puniri debeat in ære vel in persona arbitrio iudicis, intelligitur de falso propriè per quod quis incidit in aliquod caput l. Corneliæ de falsis. Bar. in l. quid sit falsum ff de falsis. Crepol. cõsi. 22. col. 3. & con. 24. col. 2 & Alexand.
81 consi. 73. col. 3. vol. j. Falsificans † scripturam priuatam an puniatur de falso, dic puniri. l. j. §. qui in rationibus. ff. de falsis. l. si quis decurio. l. qui veluti. & l. damus. C. eod. & ideo Ang. in d. l. qui velu-
82 ti. vult † vt etiam si in schedula mea faciam te debitorem teneat pœna falsi. gl. tamen communiter approbata in d. l. da-
83 mus. vult † vt talis scriptura debeat esse apta ad nocendũ quoquomodo, & ideo Barto. ibi dicit quod saltem debet facere indicium. idem in §. qui in rationibus. & in l. si quis legatum. col. 2. ff de falsis exẽplum ponit quando talis scriptura esset apta ad faciẽdam de ea comparationem, ut quando habet tres testes. vnde Paul. de Cast. in l. fi. in fi. C de fide instru. requirit subscriptionem trium testium in tali scriptura priuata falsificata ad hoc vt sit falsum, & nõ solùm consideratur actuale damnum, id est, quod re vera noceat, sed etiam quod habitu & potentia possit nocere secundum Bal. in l. si falsos C. de fal. sequitur Soc. consi. 104. colũ. j. per quod non video quomodo in exemplo schedulæ de quo suprà possit verificari ista conclusio. bene posset verificari in apocha, literis & libro rationum, & in alia scriptura subscripta tribus testibus uti loquuntur dictæ leges si illas vides. De apocha, literis, & libro quòd sint apta ad nocendum habes in l. admonendi. per Barto. & alios. de iureiur. de scriptura subscripta tribus testibus habes etiam in d. gloss. l. damus. & in l. comparatione. C. de fide instru. Non etiam posset verificari falsitas nocibilis, si tertius faciat scripturam falsam, in qua Titius donet causa mortis
84 ancillæ suæ prædium, quæ scriptura † sit subscripta per quinque testes qui dicant eam esse falsam, quia talis scriptura ex se nõ probat nec facit indicium, & tota vis consistit in testibus probantibus dictam donationem, iuxta dicta Bar. in d. l. admonendi. col. antepenul. Aliud esset in scripturis priuatis, quæ aliam solemnitatem non requirunt, vt in prædictis, quia uel nocent re vera, vel sunt aptæ ad nocen-
85 dum modo quo suprà, punitur † tamen talis pœna stellionatus. Soc. in d. consi. in fi. & consi. 62. & consi. 186. Anch. consil. 23. col. 2. Sali. in l. j. col. pe. C. de sepul. viola. quicquid teneat Paul. de Cast. consil.
86 151. col. j. & pœna † hæc est pecuniaria, sm Soc in d. consi. 104 post Gandi. & August. de Arim. in verbo, falsario, sed videtur quod sit relegationis. l. fi. cũ alijs. in d. tit. ff de crimi. stelliona. Tamẽ ex §. solẽt in l. 3. eo. tit. de crimi. stellio. non imponitur necessariò pœna relegationis. & aduerte,
87. † quia cum statuta ac ordines locorum recipiãt interpretationẽ à iure cõi. l. 2. C. de noxal. cum similib. si puniunt falsum in scripturis etiam intelliguntur de priuatis, quæ tamẽ nocent, siue ad nocendum aptæ sunt, quod procedit multò magis quãdo statutũ nominaret, non scripturã simpli-

simpliciter, sed aliquam scripturā, prout facit decretum nostrum Mediolani. Te-
88 stis an † puniatur de falso si dolosè falsum dixit, & eius depositio nulla est, vel non nocet. Hippol. in l. j. §. prętereà. col. 4. ff de quæstio. latè concludit extraordinariè puniri, arbitror, esse recurrendum ad decisionem Bart. in l. si quis legatum. col. 2. versicu. iuxta hoc quæro. ff. de falsis, vbi quando est falsus, & dictum est nullum distinguit vtrū testis habeat suā formam, vel nō, vt primo casu puniatur, secundo non, sed difficultas est quando dicatur habere formam. Item Bart. non declarat, an ordinariè vel extraordinariè puniatur, vnde vide Bald. in l. iusiurandi. ad fin. C. de testib. qui vtranque dubitationem decidit, loquitur tamen Bart. & Bal quando dictum testis est nullum, in quo semper vide ibi. sed quando non est nocibile absolutè sentio cum Hipp. per ea quæ allegat, & secundum ista declaro Felin, in ca. j. de præsumpt. versic. primò
89 fallit. Quæro † quando promissio vel legatum essent inualida, vel quodlibet aliud in instrumento contentum, putà, si donaretur vel legaretur concubinæ quæ esset nupta, & sic coitus esset punibilis, quo casu non valet donatio vel legatum, vt per Ias. in l. miles. ita in fi. principij. ff. de re iudica. Dic breuiter puniri notariū de falso, quia notarius fecit quantum in eo fuit, vt res haberet effectum, & in eo quod erat officij sui non defecit, quia apposuit omnem solemnitatem requisitam
90 in tali instrumento, secus † si in dicta solemnitate defecisset, & ex hac ratione instrumentum nullum esset, quia si contineret falsitatem non puniretur pœna legis Corneliæ de falsis. quia non fecit quicquid potuit, vt haberet effectum falsitas, nam falsitati resistit. ita declarat Bart. in d. l. si quis legatum. col. j & ij. & Soci. consil. 62. & habetur in l. j. C. de sepul. viol. & quid quando notarius fecit instrumentū nullum an de falso possit puniri, vide vltra Bart. in d. l si quis legatum. text. Alex. & Doct. in l. iubemus. C. de testa. Alex j. volu. consil. 73. & sequen. Bald. 5. volum. consil. 92. & j. consil. 106. circa fin. & per Angel. in glo. in verbo, falsario. & Gandin. in titu. de falsis, & alibi sæpe, & vide quæ dixi suprà in versic. quæro an falsificans scripturam priuatam. vbi latè, quando scriptura falsa non est nocibilis, quomodo puniatur, & in effectu cōclusio est, quòd requiritur vt falsitas sit nocibilis ad hoc, vt possit puniri de falso pœna legis Corneliæ. l. damus. & ibi glo. & Doct. C. de falsis. vt etiam per Angel, in dicto verbo, falsario. & alios in plerisque locis, punitur tamen extraordinariè, vt dixi in d. versic. & vide Curt. etiam consil. 55. col. 9. in versic. & consequenter. & Ang. in l. si falsus. in fi. C. de falsis. Habui hoc in fa-
91 cto, † Quidam accusauerat notarium de confectione instrumenti falsi, & non minor erat præsumptio in eo quam esset in notario, & ideo dicebatur ita esse torquendum accusatorem sicut reum, & allegabatur tex. in terminis in l. vbi. C de falsis. obstupui & dixi quod dicta lex procedebat secundum terminos l. fi. C. de accusatione calumniæ & pœnæ talionis quæ hodie cessat: tamen posteà cognoui ꝙ etiam hodie procedebat illa opinio torquendi ita accusatorem sicut accusatum, & pone exemplum sicuti tūc obuenerat, habet instrumentum Titius in quo sunt plura quàm in matrice, vtitur illo, pars contradicit instrumento, dicens, quòd si inspiciatur matrix non est ipse obligatus vigore dicti instrumenti: secus si inspiciatur exemplar contra eum productū, quare Titius quærelat de falso notariū quòd veram matricem subrepserit & aliam supposuerit, quęrelās facit examinari testes, qui erant præsentes rogationi instrumenti, qui dicunt talia verba fuisse postea posita, & sic resultat indicium contra notarium. Notarius ex aduerso facit examinari alios qui contrarium dicunt, & consequenter est suspicio, an notarius veram matricem occultauerit, an quærelans verba addiderit stantibus probationibus paribus, vterque est torquendus, sic loquitur d. l. vbi. quam vide, & ita ibi Bald. & clarius & apertius Salic. quæ not. Da-
92 tur † quærela de falso contra notarium, & hæredem in testamento institutum rogato per dictum notarium, & narratur ꝙ testator, tunc erat mortuus, & quòd hæresmet loco testatoris supposuerat se in lecto, & fecerat testamentum, examina-

tur

tur dictus notarius, & in effectu non fatetur id quod continetur in quęrela. Tamē fatetur tale quid propter quòd testamen-
93 tum esset falsum. Nam † dicit quo tempore rogauit dictum instrumentum se testatorem non vidisse, & hoc quia habebat faciem sub stragula, ita vt videri non posset, & ideo cùm debuit illum vidisse. l. si non speciali. C. de testamen. maximè, quia ipsemet notarius hoc in testamento attestatur, quòd illum nouit & cognouit dicitur falsum scripsisse. Insuper quia iste notarius rogauerat dictum instrumētum cum alio notario insolidum, ille alter fuit vocatus, & cùm noluerit venire ad iudicium fuit damnatus de falso, Quæritur an propter hoc notarius debeat puniri de falso, Et an instrumentum ob hoc dicatur reprobatum? quo ad notarium nō habeo difficultatē quòd est vti falsarius
94 puniendus, & maximè † quia non debet scribere, nisi ea quæ vidit & cognouit, iuxta dicta Bal. in rubr. C. de fide instru-
95 men. Quo ad instrumentum † & sic quo ad partem videtur non debere dici reprobatum, quia licet notarius dicat tale instrumentum esse falsum: tamen non nocet parti. ista est decisio Paul. de Cast. in l. Seia. ff. ad Velleia. & in simil. Bart. in l. si quis in graui. §. j ff. ad Syllania. & hoc credo verū, vbi est solus notarius, quia quo ad partem verum est dicere quòd est singularis, secus si sunt duo notarij, prout etiam Ang. in l. errore. C. de testamen. in
96 lectura Perusina. Idem † dicit in duobus iudicibus qui assererent se pecunia fuisse corruptos ad sententiam proferendam: quem in effectu sequitur Ias. l. iusiurandum. §. procurator. col. ix. de iureiuran. intelligendo tamen quòd ambo essent examinati in iudicio, & citata dicta parte iuxta cap. 2. de testib. & verè confessi essent, secus si fictè, vt contigit in hoc casu, in quo, vt dixi, alter contumax, & consequenter habitus pro confesso, & conui-
97 cto fuit damnatus, † quia ficta confessio non nocet alteri, iuxta dictum Bart. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & prædicta clara sunt, si isti notarij ita attestarentur nondum expleto instrumento testamenti, prout intellexit hoc dictum Ias. in d. §. procurator, Cæterùm si expleto & iure acquisito parti, ità attestaren-
98 tur, † tunc maius dubium videretur per text. in c. sicut in fi. de testib. vbi non creditur pluribus testibus dicentibus se fuisse corruptos ad infringendam senteutiā super dicto eorum latam. Ias. tamen idem etiam tenet vbi suprà, quæ opinio omnino esset seruanda in casu quem nunc habeo in facto, quia etiam alij duo testes cō probant dictum notariorum, adsuntq; multæ aliæ coniecturæ ad idem. Et ad-
99 uerte vlterius † quòd Doctores suprà loquuntur in notario, vel teste, vel iudice qui extraiudicialiter, putà, in articulo mortis moti conscientia dicerent confecisse, vel dixisse, vel protulisse falsum instrumentum, falsum testimonium, & falsam sententiam propter pecuniā, & ideo non mirum si non infringitur dictum instrumentum, vel sententia, & ita etiam præcisè tex. loquitur in c. sicut. de testibus. & ideo si in iudicio hoc asserant, & citata parte cui dubium quin sit credendum magis ipsis quàm alijs, iuxta ca. fin. de testib. cogen. & quod ibi dicit Feli. Est verum quòd etiam prædicti Doctores & & text. in d. c. sicut. loquuntur, quo ad interesse partis tantum. Et ideo si tractaretur de pœna ex eorum dicto alicui imponenda aliud esset, & tunc recurreretur ad vim testium. & l. sciant cuncti. C. de probat. & consideraretur, an essent socij criminis vel varij, & an alias paterentur exceptiones. Non etiam obliuiscaris eorum. quæ dicit Bart. in l. siquis obrepse-
100 rit. ff. de falsis. quando † defertur scienter schedula notario ad illam ponendam in actis, quæ continet aliquid plus quàm debeat, & sic falsum, quia dicit quòd non tenetur ille quasi fecerit falsum cùm non ponat in actis, sed notarius, qui nec ipse tenetur, quia bona fide facit, sed dicit Bartol. quòd tenetur deferens schedulam eo quòd obrepsit Præsidi falsum per d. l. si quis obrepserit. secus si faciat illam scribi à notario, & scienter aliquid omittat est pulchra determinatio, & sæpe occurrit. circa quam vide Imol. consil. 104. & Bart. consilio 199. & Bald. notabiliter in rubr. C. res inter alios acta. col. fin. in fi:
101 Non omitto etiam † si notarius quid falsum asserat in instrumento à seipso & non

non rogatus, vt sæpe facit maximè in testamentis, dum dicit talis sanę mentis, iuxta notata per Bald. in l. 2. ff de testamen. & in rubr. C. de fide instrum. col. 4. per Aret. in d. l. 2. colum. j. & 2. non propterea est falsarius, quia facit vt priuata persona & non vt notarius, ita Bald. in l. ex his verbis. col. 2. in princ. vbi vide. C. de testa. milit. Alex. in d. l. si quis obrepserit. in glo. quæ incipit, quædam pars. & Feli. in ca. si cautio. colum. 17. versicu. & vnum perpetuò nota. de fide instrum. & latissimè Corn. in 4. volu. consil. 261. vbi vide. & est hoc dictum maioris momenti quàm dictum Bal. in l. vnica. C. de confes. col. 10. versi. hoc breuiter. vbi dicit in hoc casu quòd si furor erat latens excusatur, aliter secus videtur dicere, cuius contrarium tene propter prędictas authoritates & ratioñe, nisi dicas quòd loquitur quo ad crimen stellionatus, & hoc potes perpendere ex dictis Bal. in l. iusiurandi. in fi. C. de testib. Et ad principalem conclusionem vide etiam Tindarid. in suo dialogo de contrarietate testium, in illa quæstione quando testis dicit sine causa, & posteà contrarium cum causa an puniatur de falso? char. 4. col. 3. & fin. & seq. col. vbi tenet in casu de quo agimus non incidere in falsum. Facit etiam quòd dicit Bart. in l. siquis legatum. ff. de falsis. in quæst. de teste. qui dixit non iuratus, vel
102 alio modo nulliter, † qùia in effectu vult, vt si non deposuerit in forma iudicij non teneatur, & facit communis conclusio quæ habetur contra dictum Bart. in l. eos. in fi. ff. de falsis. quòd depositionis extra iudicium nō habetur ratio, quo ad hoc vt sit falsus. Cùm igitur à pari procedant testis & notarius, vt per Soc. consil. 143. col. 3. ergo, &c. placet tamen illa opinio, vt teneatur pœna stellionatus.
103 An quilibet † iudex coram quo committatur falsitas possit punire de falso, vide Bar. tenentem non posse in l. diuus. ff. de falsis. nisi aliàs esset latrunculator, cōtrarium videtur tenere. idem Bart. in l. nullum. C. de testibus. Tamen non est cōtrarius, quia loquitur de pœna extraordinaria, & vult tamen quòd iudex competens possit eum punire ordinariè, & ita intellige Bart. in l. hoc iure. § aqua ff. de aqua quotid. & æstiua. & in l. penult. C. si aduer. lib. & ita Fulgo. in l. j. §. qui mandatum. ff. de offic. eius. & Ang. in l. quærela. in vlt. col. C. de fals. & ita probat text. in d. l. diuus. & ita Abb. in c. j. ad fin. de crimi. falsi. In delegato verò aliter tenet, & est communis opinio Doctorum ibi. Et in delegato latissimè Ias. in d. §. qui mandatum. col. penul. & fin. idem tenet quod dixi in ordinario, & non allegat Abb. hāc opin. in ordinario tenet Aret. in ca. cùm literis. de testi. col. 2. vbi etiam addit, & ita ibi Felin. col. 2. quod punitur sine processu extraordinariè, quod voluit etiam glos. in d. cap. j. & communiter Doctor. ibi, & ita intellige Anchar. consi. 172. col. fin. & alios qui sequuntur Bartol. in d. l. diuus. & est opinio glos. in d. l. nullum. quam ibi sequitur Bart. & ita etiam intellige Aretin. in dicto verbo, falsario. col. 6. versic. quæro an quilibet. Et aduerten-
104 dum est, † quia Doct. communiter volunt, vt etiam punitus tali pœna extraordinaria, adhuc possit accusari pœna ordinaria l. Corneliæ de falsis. & si ita non esset frequenter nimium fierent falsitates testium, quia illius pœnæ extraordinariæ exemplum ponitur in colapho secundū Io. Andr. Ant. de Butr. & communiter a-
105 lios in d. ca. j. Sed an † finita duntaxat instātia, in qua sunt examinati testes possint accusari, an verò & iam illa pendente prima facie videtur dicendum, vt finita instantia tantùm liceat, prout explicitè glo. dicit in c. j. & multi alij tam ibi quam alibi: tamen aduertendum est, quia illud dicitur habita ratione ad pœnam extraordinariam, quæ non nisi pendente iudicio ex officio, etiam potest imponi, vt declarat Abb. in d ca. j. col. 2. quia in ordinaria & finita lite potest imponi, intentata accusatione; tūc & antè, ita optimè vult Abb. ibi, vbi vide cum diligentia, quia sic inuenies. Et cui dubiū quin etiā pendente iudicio ciuili possit accusari testis de falso? & ideo disputatur, an durante discussione falsitatis sit supersedendum in ciuili, vt dicam paulò infrà. potest igitur accusari & pendente iudicio sicuti mox dicam, & eo finito ad retractationem sententię, iuxta tit. si ex fals. instru. C. & not. in l. diuus. ff. de re iudic. Sic ergo quando iudex corā quo

quo examinatur, non est latrunculator, & ita non habet mœrum & mixtum imperium, solum punit extraordinariè cum colapho, de quo suprà, ad pœnam verò ordinariam ex nouo processu procedit Capitaneus iustitię, vel alius officialis rerũ criminalium. Et si ipse est latrunculator, poterit etiam ipse procedere ad pœnam ordinariam. ita Abb. & Docto. in d. ca. j. Et
106 † si tam iudex coram quo examinatur testis, & falsum dicit, quàm alius sint iudices competentes in criminalibus, vt prętor & capitaneus iustitiæ in hac ciuitate Mediolani, vterque potest procedere. ita Bald. in d. l. nullum. versicu. & non solùm iudex. vbi vide. & ideo erit locus præuentioni, iuxta nota suprà in tit. de foro compet. in materia præuentionis. Ex prædictis habes ꝙ pœna illa extraordinaria nõ tollit ordinariam, contrarium tenet Bar. in d. l. nullum. per l. Senatus. ff. de accusa. Bald. verò ibidem hoc tenet quando non fuit punitus integra pœna, & hæc opin. Bald. est approbata communiter ibi, & in d. c. j. de crimi. fal. vbi vltra alios, vide Ana. colum. 3. versic. sed potest dubitari. & ibi pro ratione dicit vnum pro hac cõmuni quod agitur de diuersis delictis, & ideo pœna vnius nõ tollit aliud, & quod agatur de diuersis delictis, & sit separatum delictum id de quo in l. nullum. à delicto criminis falsi, de quo in d. l. Cornelia de falsis. ostendit ipse, & ponit quatuor differentias, & quando tractaretur de pœna imposita à iudice ecclesiastico, an illa deberet esse contentus iudex secularis, Est sine dubio dicendum non debere nec ecõtrà. Felin. in ca. super his. in 13. limita. de accus. Et ex prædictis habes clarè decisum id, de quo nunc dubitatur in Senatu,
107 An † testis laicus qui dixit falsum in causa matrimoniali coram ecclesiastico possit puniri ordinariè ad pœnam falsi à capitaneo iustitiæ, quia potest puniri: & causa matrimoniali finita, & pendente per prædicta, & maximè, quia iudex ecclesiasticus non vult cognoscere de dicta falsitate, nec potest iuxta c. sententiam sanguinis. ne cleri. vel monac. nec etiam vult punire extra ordinem, quo casu cessant omnia. Nec obstat quòd iudex causæ principalis, scilicet iudex ecclesiasticus sit iudex causę incidentis. l. quoties. C. de iudi. quia non efficitur iudex causæ falsitatis, nisi quo ad extraordinariè puniendum. sicut dictum est per nota. in d. c. j & in d. l. nullum. Si esset ordinarius puta episcopus, fateor quòd & ipse posset procedere ad ordinariam pœnam secundum ius canonicũ, sed cùm sit delegatus firma remanent & solida quę suprà dicta sunt, & idem etiam procederet, si esset ordinarius non habens mœrum & mixtum imperium. Et ideo hoc mane ita fuit stabilitum, vt scilicet dictus testis falsus puniatur pœna falsi à capitaneo iustitiæ. Et retulit reuerendiss. D. episcopus Nouariẽsis in suo casu Romæ pariter fuisse seruatum, quia cùm quidam in causa beneficiali agens contra eum ad beneficij priuationem adduxisset quatuor testes falso deponentes quòd mandauerat fieri quoddam homicidium, & ipse eos coram gubernatore vrbis accusasset de falso, & falsitatem detexisset, omnes fuerunt infami pœna ab eo puniti. Sic etiam sæpissimè in hac ciuitate fuit seruatum, & seruari debet, quia aliter malè consultum esset bono publico. & ad prædicta facit,
108 quia crimen falsi † cõmissum in re ecclesiastica, purà, in literis Apostolicis crimen mixtũ, quod potest puniri à iudice ecclesiastico & seculari. ita Abb. & Doct. in c. cùm sit generale. de foro compet. & per Ana. in cap. ad falsariorum. de crimi.
109 falsi. Scias autem † ꝙ vbi etiam secularis non posset cognoscere, nihilominus posset interrogare, purà, si pars vult vti testibus coram ecclesiastico examinatis, ita Bal. l. vbicũque. C. de interrog. actio. Ias. d. l. quoties. col. 2. Et hęc not. quia ipse iudex ecclesiasticus nõ vult admittere has interrogationes, timẽs ne fiat irregularis, iuxta c. sententiam sanguinis. de cleri. vel mona. Est tamen aduertendũ ad prædicta
110 † ꝙ etsi testis laicus efficiatur ex foro iudicis laici qui eũ examinat quo ad pœnam extraordinariè imponendã, tamẽ clericus non efficitur. ista est cõmunis opinio in locis de quibus suprà, & ita attestatur Io. Bernar. Hispanus in sua practica criminali canonica. ca. 87. ad fin. pro quo etiã vide decis. Neapol. 230. quę adhęret
111 huic opinioni. Et † q̃ dixi suprà testè posse ac-

se accusari de falso pendente iudicio, & esse dubium an suspendatur iudiciũ principale, in hoc vide Bald. in l si quis testibus. col. pen. C. de testib. Alex. in l. 2. § 1. in 1. apostil. ff. vi bono. raptor. Salic. in l. si docueris. C. de falsis. & ante eos Cin. in l 1. col. pen. & vlt. C. qui accusa. non pos. Et conclusio est vt differatur, & licet res sit iter alios, scilicet inter reum vel actorem & testes, & non inter ipsas partes, quo casu non videtur, vt acta in eo iudicio faciant fidem in primo contra producentem, iuxta notata per Bart. per illum tex. in l. Lucius. ff. de his qui notã. infam. Tamen reddunt dubiam probationẽ ex quo non potest sequi condemnatio. ita Salic. not. in d. l si docuerit. in fi. & sequitur Barba. consi. 43. vol. 1. col. 8. Et licet Sal. loquatur accusato accusante testes, tamen idem videtur quando tertius accusaret, putà, frater, vel coniunctus accusati, nam militat eadem ratio. & Cy. etiã in d. l. 1. ĩ quæstione quam format, iuxta quam verba facit Salic. atque alij apertè loquitur, siue accuset pars, siue tertius, si tamen aliàs dicta testium non nocerent illi contra quem essent producta, vt quia repleti essent maculis, vel verisimilia nõ deponerent, vel aliter non probarent. Non video quare esset differendũ, quia frustra expectatur tempus, cuius euẽtus non operatur. l. aliquãdo in fi ff. ad Velleian. & ideo cùm ratione loquũtur Doctores in accusato testibus conuicto, & ita etiam in fortioribus terminis est decis. Neapoli. 229. vbi latissimè de hac quęstione dum concludit, quãdo decisio causæ non pendet à falsitatis dilucidatione non supersederi, si etiam accusatio test. ũ esset facta corã alio iudice maximè per fiscum vel tertium, & pars contra quam fuissent examinati acquiesceret, vt causa finem acciperet, etiam nõ dilucidata falsitate secundum acta & probata in causa non video quare esset differendum, quia Doctores loquuntur siue saltem expressè sentiunt, vt procedat dicta conclusio ad fauorem conuicti, nisi dicas quòd tamen oporteret partẽ ita esse cõtentam, vt etiam renuntiaret omni maculæ falsitatis, aliàs militarent rationes Salic. pro sua opinione. Et hoc vbi ex actis cõstaret quòd causa falsitatis penderet, aliàs posset iudex causæ, instante eo, contra quem producti sunt testes ignorantiam prætendere & determinare causam secũ
112 dum allegata & probata. Quãdo † vẽdens rem duobus incidat in falsum, iuxta l. qui duobus ff. de falsis. vide ibi per Hippolyt. & per Aret. in glo. in verbo, falsario. col. 6. & in apostillis nouis & nouissimis. & Cuma. consi. 173. col 2. in fi. Et qd si hoc facit procurator, vel syndicus an incidat in hanc pœnã? vide Angel. in cõsil. 43. & quid in muliere vendente duobus, & quid si vendatur secundo scienti primam venditionem, & quid si primus posteà ratificauerit, vide Bald. 2. volum. consi. 240. Et adde quòd si eadẽ res vendatur à duobus repræsentantibus eandẽ personam non incurritur pœna de qua hîc Signorol. consil. 207. & si vẽdatur dimidia pro indiuiso posteà aliqua pars in specie, tunc videtur incidere in falsum, quia primus emptor in qualibet minima parte habet partem. l. Mæuius. §. duob[9]. & ibi Bar ff. de leg. 2. Bart. in l. 2. C. qũo & quan. quar. pars. deb. lib. 11. & in l. 2. §. incerti. ff. de acquir. poss. & ita videtur bene probare tex. in l. si consenserit. §. fi. ff. qui potio. in pigno. habe. Tamen considera, quòd licet reperiatur deceptio re ipsa, iuxta l. qui cum aliter. ff. de verbor. oblig. tamen non fuit in dolo ex proposito venditor, quia est præsumendũ quòd ex quo sciebat se habere dimidiam non considerata subtilitate. d §. duobus. crediderit se posse vendere particulam alterius dimidiæ etiam in specie, vbi tamen hoc allegetur, iuxta text. in l. si adulteriũ cum incestu. §. idem Polioni. ff de adult. Nam quælibet causa excusat à dolo, & licet in dubio sit præsumptio contra cũ, iuxta doctrinam Ang. in l. plagij C. ad l. Iul. de plagia. & dixi suprà circa decretum, quando res habet originem à contractu, tamen cùm iuramẽto, & datis aliquibus præsumptionibus procedit quod dixi, & præsumptio est vt nõ sit in dolo, quia propter hoc non consequitur duplex pretium eiusdem rei, vt considerat
113 text. in l. qui duobus, & † quod etiã ille qui sibi aliquid adscribit ĩ testamẽto incidat in pœnam falsi, est text. in l. 1. §. ex illa

illa quoque. ff. de falsis. Adde Bal. v. volu. consi. 92. Cuman. consi. 78 col. 2. & Salic. in l. j. C. de his qui sibi adscrib. col. 3. in fi.
114 Et † quando hæres scribit testamentũ, & illud tradit notario à quo rogatur, vide Bar. in d. §. ex illa. & Alex. in 3. vo. consil. 50. & vide quæ not. Fulg. cõsi. 124. col. 2. & Roman cõsi 145. versus finem. & in
115 apostil. Angel. & Angelum in ẽt. Scias † etiam quòd pro instrumento falso potest quis puniri ex triplici capite, quia fieri fecerit, & quia illo vsus fuerit scienter. primis duob⁹ modis quis punitur pœna l. Corneliæ, iuxta l j §. fi ff. de falsis. Tertio casu non punitur ordinariè, sed relegatione ad tẽpus. ita Salic. in l. si veteris. col. 3 in princ. C. de fide instru. & dicit quòd hæc est communis opin. & ita intelligis Bal. in l. iubemus §. sanè. col. fi. in versi. extrà quæro. C. de sacrosan eccl. allegat gl. quæ tamen dicit aliter in producente literas principis, & ita etiam gl. in d. l. si veteris. & vbique, vt dicit ibi Salic. & vide latè apostillas ad Abb. in cap. præsentium. de testib. Tamen per statutum nostrum in criminalibus imponitur eadem pœna illi, qui scienter producit falsum instrumentum, vel testes sciẽter.
116 Sed aduerte, † quia differentia est inter primos duos casus & istũ, quia in primis casibus non prodest abstinere ab vsu, in isto autem prodest. l. si falsos. C. de fal. & ibi per Bar. & Doct. in l. diuus. ff. de fals. & potest producens abstinere vsque ad sententiam, vt habetur in d. l. si falsos. Et ideo vt tollatur hæc facultas interrogat statim facta publicatione, si vult vti testibus, ut per Bar. in d. l. diuus. vbi vide, & maximè interrogatur, quia statutum nostrum dicit quòd si aliter de scientia non constat, postquàm fuerit interrogatus si voluerit vti, & responderit velle, dicitur eo ipso de scientia constare, & sic statutũ videtur dare hanc practicam, maximè ut tollatur onus probandi scientiam, de qua etiam potest constare aliter, vt etiam
117 sentit statutum Et † in dubio præsumitur quando scriptura est super facto proprio, ut not. per Aret. & Fel. ubi vide omnino de ista materia, & in d. c. præsentiũ.
118 & hoc not. in casu † in quo producens non teneatur respondere, iuxta statuta nostra Mediolani in ciuilibus in quibus cauetur, vt aliquibus casibus non teneat respondere, qui nihilominus tenetur si aliter constat quòd scienter vsus fuerit. Et aduerte. quia nec semper producens est inexcusatus si perseuerat. Vsq; ad sententiam, quia si verisimiliter nõ sciat, nõ tenetur vt in facto alieno, vt per Docto.
119 vbi suprà. Et † modum respondendi quando quis interrogatur ne faciat se suspectum quod falsum commiserit. ponit Bal. in l. fi. in fi. C. si ex fals. instru. & debet etiam respondere clarè & apertè, vt ponunt Doct. vbi suprà, & Bal. consi. 58. in v. lib. secũdum antiquam impressionẽ, vbi tenet quòd si dicit uelle vti in passibus & punctis, &c. quod est perinde ac si nihil responderet, & ponit etiam statutũ nostrum in ciuilibus. Item modum interrogandi vide per Aret. & Fel. vbi suprà, & vltra prædicta in hac materia vide Ange. in d. l. verbo, falsario. col. penult. & ibi in apostillis. & gl. & Bar. & Docto. in l. 3. C. de fide instru. Ange. in §. appellantur. Instit. de except. colum. 3. versic. & est sciẽ-
120 dum. Et † quando procurator producit falsos testes, an dominus teneatur? vide Paul. de Cast. in l. si quis iniquum. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. Et si quis vtitur scienter per alium, an teneatur pœna statuti de vsu, vide Roma. consi. 106. &
121 Alex. in d. l. si falsos. Et † quando capitulum est falsum, an abstinens hoc casu sit excusatus? vide Bar. tenentem nõ esse in d. l. diuus. ff. de falsis. Ang. de Aretin. in d. verbo, falsario. latè & notabiliter distinguentem, Aret. & Fel. in d. c. præsentium.
122 Et † ubi capitulum est verum, & testes falsi, dicuntur isti dicere falso, non falsum, & extra ordinem puniuntur. Fel. in c. fraternitatis. i fi. de hæreti. post Anch. ibi per eum allegatum Socin. consi. 103. circa fi. & consi. seq. & Bal. consi. 304. vo
123 lu. j. Et † an quis possit respondere se velle vti si appareat testes verum dixisse? vide Bar. in d. l. diuus. & Aret. & Fel. vbi suprà, & dicam infrà latissimè sub ista rubrica. Et profectò credo quòd illa disputatio cesset per statuta nostra quibus cauetur, vt clarè & nitidè debeat responderi, per quæ statuta etiam datur terminus ad deliberandũ quo casu cessat difficul-

difficultas, si dicatur non est certus, & vi de Lap. allegatio. 119. & Fulgo. consi. 177.
124 & not etiam ad intellectum statuti, † quod aliud est ostendere, aliud est vti. Bal. in l. eo quod à multis, ad fi. C. si cer. pet. Item
125 nota † quòd per statuta nostra cautum est, vt etiam quis possit respondere velle vti in parte, dummodo clarè respondeat pro qua, & sic seruatur, quod etiam dicto testis quis poterit vti in vna parte in alia non, subaudiendo etiam vnum verbum, & declarando illam partem, dummodo
126 apertè & clarè loquatur. Item nota † quod ille qui producit instrumentum falsum præsumitur illud fecisse vel fieri fecisse. d. l maiorem. & ibi Bal. Alex. cósi 77. colú. 3. vol j. Ana. in c. ad falsariorum. col. v. de crimi. fals. nisi ostendat à quo habuit, vel quis fieri fecit, vt in dictis iuribus &
127 loc s. Et † an si dicatur nolo vti, fiscus ipse possit vti, videtur posse, & quod hoc decidat Bart. in quæst. quæ incipit, iudex maleficiorum col. 3. in prin. & colú. fi. & facit quòd licet accusator renuntiet testibus non valet, quia videtur concludere cum accusato, & quia non debet posse præiudicare fisco. Aret. i c. cùm venissēt. de testib. col. 4. versi. 3. verum. & Fel. ibidē col. 3. Et ideo nec valet delatio iuramen-
128 ti, † quam facit accusator reo super crimine, quo ad præiudicium fisci. Ias. in l. ait prætor. *la prima* in prin. col. fi. versi. secunda principalis. ff. de iureiur. Iudex tamen vbi videret nó adesse collusionem, & testes de falso suspectos malè facere,
129 si per eos vexaret partem. Tenetur † pœna falsi notarius vel aduocatus, vel causidicus qui instrumenta vnius partis ostendit alteri. l. j. §. is qui. vbi Bart ff. de fals. Ang. Aret. vbi suprà, in verbo, falsario, & dicam infrà in tit. de preuaricat. Et
130 † quid si testes non publicatos, vide Feli. in c. pen. de testib. colú. 2. circa fin. Et quid de Medicis & obstetricibus qui nó fideliter referunt, vide Fel. in c. proposuisti. col. 4 de proba. & eo. tit. ca. quoniam contra. col. 24. & Ias. in rubr. ff. de iureiu.
131 & Dec. in d. c. proposuisti. Ille, † qui se facit doctorem, & non est, tenetur de falso. l. eos. §. fi. vbi Bar. ff. de fals. & vide Alexan. consi. 50. in 3. vol. & Fel. in ca. tertio loco. de proba. & idem in notario qui vti notarius cōficit instrumenta, & non est, quia tenetur pœna falsi, secus si erat & fuit depositus. Fel. in c. super literis. de rescript. col. 18. Sic etiam qui non merebatur dignitatem propter vilem eius conditionem, & tamen tacita vilitate illam tanquàm nobilis impetrauit punitur pœna falsi, ita in l. vnica. C. ad. l. Visel. quā vide, & licet illa lex sit correcta i casu suo secundum not. ibi, tamen non est correcta ratio legis, sup qua est fundata l. eos.
132 §. fi. quæ non est correcta. Quæro † de eo q allegat leges abrogatas, & statuta, an sit falsarius? vide Bart. in l. fi. ff. de falsis. & Fel. plenè in c. j. de const. col. v. & in cap. fraternitatis. in princip. de hæret. Ad
133 de † etiam in hac materia falsi quo ad excusandum à falsitate vnam notab. conclusionem, quòd possibili veritate in esse posita, nulla sequitur necessaria falsitas. ita Bal. i c. j. in §. notandum. de not. feud. refert & sequitur Alex. in l. quid tum i §. si arbitrer. ff. de arbit. Ad quod est gl. in l. iurisgentium §. quod ferè. ff. de pact. &
134 ibi Ias. latè de qua dixi suprà. Et ideo † sufficit vt quis habeat aliquam præsumptionem pro se ad excusandum a falso. Bal. in l. fi. col. 12. circa med. C. de ædicto
135 diui Adr. tollen. Et † consuetudo etiā excusat à falsitate. Cœpol. consi. 13. in antepen. colú. vnde etiam testis defenditur qui primo dixit nescire vel non recordari, & posteà dixit scire vel recordari, ut p Alex. vbi suprà intelligendo, vt per Are. cōsi. 71. col. 2. est materia Bar. Alexan. & Dect in l. qui bona. §. si quis stipulatus. vbi vide Alex. col. 2. ff. de dam. infec. Similiter ecōtrà, si primo dicat scire vel recordari, posteà nescire vel non recordari, defenditur vt per Aret. in c. cùm causa colum. 2. de testi. nisi tñ esset nimiū euidēs cōtrarietas p notata à Bal. i prima cō stit. C. §. quibus. & vide ēt Ias. i l. ait prætor. *la prima* . §. iurari. col. penu. & vlt. ff. de iureiur. & Dec. cōs. 100. col. 3 & Alex. in l. stipulatio habere licet. § hæc quoq;. col. 2. ff. de verb. obli. & Bal. i l. j. col. pen.
136 C. de cōfes. vbi † qñ qs primò dixit credere, posteà nō credere, nō est piurus, & semel habui i sco, qp testis primò narrauit rē asserēdo ita eē, posteà i repetitione forte vidēs se conuinci, dixit credere qp ita esset,

eſſet, & videtur quòd ſit falſus per dictũ Paul. de Caſtr. in l. dolo. C. de dolo. vbi ſi quis aſſerat illud de quo non eſt certus præſumitur in dolo. Videtur enim poſteà ita dicere ſubornatus, vt per Felin. in ca. prętereà col fi. de teſti. cog. Dolus enim probatur ex coniecturis. d. l. dolo. ſed tamen vide Aret. conſil. 44. colum. vlti. vbi dicit quòd ſi teſtis dicat primò ſcire, poſteà credere, non eſt falſus: quia etiã credere poſſumus id quod ſcimus, eſt materia cap. quoties. extrà, de teſtib. & conſi. Aret. procedit in dubio, vnde quãdo expreſsè apparet in ſecundo dicto quòd teſtis non habebat certitudinem in primo, res videtur admodum clara quod ſit falſus, ſed in dubio fateor non eſſe falſum maximè per dictum Bartol. in l. de ętate. char. 2. col. prima verſi. ſed quid. ff. de minor. & Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. qui allegatur a Moder. in locis vbi ſuprà, tamẽ circa dictum Pau. de Caſ. in d. l. dolo. vide Fel. in cap. ſinautem. col. prima de reſcript. & Alex. in l. dolum. C. de dolo. & in l. 2. colũ. 3. ff. quod quiſque iur. & de prædictis etiã ſuprà dixi in materia torturæ teſtium, & dicam infrà ſub
137 rub. de publi. proceſſus circa fi. Et † ad hæc etiam adde quo ad excuſandum quẽ à falſo, quòd licet teſtis rei veritate ſit falſus, tamen ſi iuſta credulitate illud falſum dixit, excuſatur à falſo, vt per Hipp. in rubr. ff. de falſ. col. j. & 2. Ex iſtis habes quòd falſitas debet neceſſariò concludere. quod procedit vbi agitur ad pœnam, ſecus ſi agatur ad reſciſſionem inſtrumẽti. Iaſ. in l. licet Imperator. ff. de lega. j & in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.
138 ff. de æden. Item adde quòd † dicens falſum teſtimonium in cauſa capitali punitur l. Cornelia de ſica. l. j. §. prætereà. ff. de ſicar. & ibi per Hippol. quem vide. qui præter alia dicit quod hoc ad offenſionẽ procedit, non ad defenſionem, quia tũc tantũ de periurio punitur. Et facit quòd minus peccat delinquens defendendo quàm offendendo ſecundum Bald. in cõſil. 515. in fin volu. v. ſecundum impreſſionem Mediolani, & quibus modis teſtis dicat, vel dicere poſſit falſum teſtimoniũ, uide Bal. ſolemniter, & aliter non intelliges in l. data opera. C. qui accuſ. nõ poſſ.
139 col. 7. vbi per plures col. Adde † etiam quòd ita committitur falſum tacendo ſicut dicendo. cap. j de crimi. falſi. & l. præſcriptionem. C. ſi contra ius. ſed an compræhendatur teſtis tacens veritatẽ in ſtatuto puniente, dicentem falſum teſtimonium? Et eſt pulcher articulus. quia ſi non compræhenditur non punitur pœna corporali propter aliud ſtatutum, quòd nullus puniatur pœna corporali, niſi lege municipali caueatur, & videtur quòd qui tacet veritatem dicat falſum, & ſic compræhẽdatur in ſtatuto. c. cùm dilecti. extrà, de accuſ. in verſicu. quia verò iuncto verſi. cùm ſecundum. Tamen hoc eſt propter verbum plenam ibi poſitum in iuramento, vt gl. ibi, in verbo, plenam. ſecus ſi iuramentum tantum eſſet hoc modo, Iuro dicere veritatem, vt ſit hic Mediolani & non aliter, tunc non debet admiſcere falſitatem, vt glo. ibi, in verbo, mœram. Tamen ſi tacet verum, nõ dicitur falſum dicere etiam quòd mœram iuret dicere veritatem. ita gl. ibi, in verbo, mœram. iũcta dicta alia gl. in verbo, plenam. vnde video obſeruari in Senatu vt minus puniatur, & non, ſecundum rigorem ſtatuti, facit quod dicit Bar. in l. ea quæ. ff. de contrahen. emptio. vbi ait quòd tacens veritatem punitur tanquàm falſus. & ſic impropriè. Tamen aduerte quòd tex. in d. c. cùm dilecti. loquitur in parte quæ tenetur reſpondere ſicuti promiſit & iurauit. Non in teſte cuius officium eſt veritatem dicere & plenam veritatem, ſecundũ gl. in l. Lucius. ff. de his qui notã. infam. Bal. in c. fraternitatis. i fi. de teſtib. vnde Imo. in cap. ſuper literis. de reſcript. reprobat Abb. in cap. j. de crimi. falſi. & D. Anto. de Butr. in eo. c. ſuper literis. qui faciebãt
140 differentiam † quando teſtis tacuit veritatem, an iuraſſet modo quo in d. ca. cũ dilecti. plenam & mœram veritatem dicere, & tunc volunt vt ſit falſarius, an ad interrogata reſpondere, & tunc ſecus, quia dicit Imo. quod imò in teſte ſemper hoc procedit quod debet dicere plenam veritatem, & ſic etiam quòd iuraſſet ad interrogata reſpondere, ſi doloſè tacet veritatem debet puniri, & ita tenet Fel. in cap. j. de teſti. cog. col. j. & allegat etiã Ana. in d. c. j. de crimi. falſi. per Imol. & adducit

Felin.

Fel. rationem, quia forma iuramenti non est illa quæ faciat testem incidere in falsum, ut per eum, adde Bart. in l. si quis le gatũ. col. 2. & seq. ff. de falsis. vbi testis qui non iurauit ẽt punitur de falso. imo dili-
141 gentius aduerte, †quia nec Abb. in d. c. j. nec D. Ant. in d. c. super literis. nec Ias. eos referens in d. l. præscr. in 3. lim. faciũt dñiam in teste, an iuret dicere ueritatem plenam, an simpliciter iuret, & ideo saltẽ isto casu qñ iurat dicere ueritatẽ simplr̃ vr̃ tenendum in teste, ꝙ tacendo ueritatem cõmittat falsum. Sed aduerte, quia nulli dubium quin hoc casu falsum committatur, quia hoc ẽt tenent qui sentiũt contra Imol. s. Ias. Abb. & Butr. Item ẽt qñ tm̃ ad interrogata iurat respondere secundum veram opin. Imol. Ana. & Fel. imo etiam qñ non iurat ut uides, sed tñ non vñr dicere falsum, ẽt quod iurassent testes plenam veritatem dicere. Nam fateor ꝙ plenam non dicunt ubi tacent ueritatem, ita loquitur gl. ibi, sed non ualet consequentia, igitur falsum dicunt, quia non est uerum ꝙ dicant, sed omitũt. Sed dic quòd ex quo testis dixit cum iuramẽto velle dicere plenã veritatẽ, si aliter facit, quia omittat aliqua, dr̃ falsum dicere non omittendo solum, sed iuncto eius dicto, quia dixit velle unum facere, & aliud fecit, & sic dixit falsum, & tenendo cum Imol. Ana & Fel. si simpliciter iurat non dicit falsum, & minus qñ dicit uelle rñdere ad interrogata: nam fateor quòd punitur, & in hoc cũ eis teneo quòd est falsarius, quia perfectè debuit dicere, sed tñ non dixit falsum, bene omisit illud quod non erat officii sui omittere: tñ non verificatur, ut dixerit falsum testimonium, & ideo practica cõuenit cũ lege, & pro hac opinione qñ aliud non haberemus stringit quod Bart. supra, & alij Doct. dicunt, ut in d. l. præscriptione & Hipp. in suo reperto. in l. j §. sed & si quis. ff. de falsis. & Doct. ubi supra, qui tractantes hanc materiam semper per uerba impropria uo-
142 lunt ut sit falsarius. Testis †dicens testimonium pecunia, uel ex promissione, ẽt ut uerum dicat, an sit falsus? vide l. j. in prin. & ibi in d. reperto. ff. de falsis. Abb. in c. j. de testib. Sal. in l. si quis testib. col. fi. C. de testib. & Bal. in c. fi. in 3. col. de appel. ubi fit dñia, an pecunia fuerit data palam, vel secreto, & qñ aliter non poterat habere testimonium, ut ibi qui ẽt loquitur in iudice. & uide Fel. in c. licet causam. col. 4. circa fi. & seq. de proba. & ibi Aret col. 5. in 12. notab. & col. 18. & seq. & Fel. in c. pen. col. 2. de testi. cogen. & in ca. fi. col.
143 2. eod ubi dr̃ †quòd corrumpẽs testem punitur eadẽ pœna qua punitur testis fal
144 sus: & †quibus pœnis possit puniri falsus testis vltra dicta in d. reperto. in § præterea. in l. j. ff. de sicariis. vide notabiliter Fel. & Aret. in c. sicut. in 3. notabi. de testib.
145 Adde prædictis † quòd falsum tollit viginti annis. l. querelam. C. de falsis. de cuius materia dixi supra, sub rubr. quõ procedatur per actionem in delictis & dũ tetigi an currat ignoranti cõmissam falsitatem, dic rẽ pẽdere a quæst. Bart. in l. Labeo. ff. si qs testam. lib. esse ius. fue. vbi an ignorantia sicut a pœna excusat, ita cõseruet ius alicui, & ab his quæ latissime dixit ibi Alex. ẽt in l. fi. vbi vide. C. de dolo. & uide de hoc consi. Pau. de Cast. 183. 2. uol. & iure canonico crimina pręscriptione non tolluntur, vt per Dec. in c. licet causam. char. 4. col. 3. uersi. postremo notandum. de prob. vbi vide, & per Doct. in
146 c. venerabilis. de excep. Testis †dicẽs falsum testimonium super generalibus punitur extraordinarie. Iac. Butr. in l. Lucius. ff. de infami. Ang. in consi. 194. uisis processibus causæ in fi. col. 2. Hipp. in l. j. §. pręterea. ff. de sica. col. 6. Ias. in l. si duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiura. col. fi. & in l. j. col. x. & seq. ff. de off. eius. Bar. in 2. lectura & ibi Iaso. in l. si ex falsis. C. de
147 transact. Est materia, †an falsus in uno sit falsus in oĩbus, & cõis est esse. ita Gandin. in tit. de falsis. col. 5. uersi. quæstio utilis. Alex. in l. j § si quis simplr̃. ff. de verbo. obl. & in consi. 45. colum. 2. vol. 2 & eod. vol. consi. 134. col. 3. quod procedit qñ dixit falsum super negotio, uel negotij pertinẽtibus, tũc est periurus. ita Bal. in l. si ex falsis. & ibi Ale. dicit cõem esse cum Bal. ibi, & procedit etiam siue scienter committat falsum, siue ignoranter. Innoc. in c. fraternitatis. de hæret. Alex. in d. consi. xlv. quod vltimum intellige vt per Alex. in d. l. si ex falsis. in ult. colum. uersic. inquantum. & dicit quòd quando

testis scit sibi non liquere, tunc est falsus, secus vbi probabiliter ignoraret, ut in facto antiquo, & hoc modo rem intelligis. Item dicitur aliquid pertinere quādo quoquomodo facit ad causam Aret. consi. lxxj. col. 2. versicu. secundò. Ista conclusio limitatur quando circa omnino impertinentia esset falsus, quia propter hoc non est in alijs falsus. Bald. in d. l. si ex falsis. in fin. Aret. in d. consil. col. 2. & consi. 60. versic. non obstat quòd. & Alex. consi. 88. colum. v. in v. volu. Sed tamen si iurasset dicere veritatē super omnibus de quibus esset interrogatus non probaret super omnibus. ita Bal. in rub. de controuer. inuestit. Fel. in d. c. fraternitatis. & Cur. i trac. de testib. vers. quin-
148 ta conclusio. Et aduerte† quòd ratio, quare si quis mentitur super generalibus nō incidat in falsum, ita vt puniatur pœna propriè. l. Corneliæ, sed extraordinariè pœna stellionatus, est, quia non est periurus, nam iurauit dicere veritatē super negotio, sed hoc non est de negotio, nec de pertinentibus ad negotium, licet sit, de pertinentibus ad fidem, & consequenter non est falsarius, meritò non punitur pœna falsi: tamen quia mentitur, punitur extra ordinem. Hoc modo est fundata decisio Iac. Butr. quando mētitur, & vbi est talis attinentia, quæ repellat omnino testem, non creditur ei, non ratione periurij, quia non est periurus, sed ratione illius attinentiæ. ita loquitur, & loqui vult Cepol. in consil. iij. col. 2. qui simpliciter dicit in hoc casu, quòd non creditur, licet contrarium sentiant Doct. dicentes, falsus in vno non est falsus in alijs, quando est falsus super aliquo incidenti non pertinenti. Et de varietate testiū etiam rusticorum, & idiotarum, vide Alcia. in tracta. præsumpt. reg. xxxj. et quomodo possit declarare se, idē in eo tractatu regu. ij. præsumptione
149 xxix. Scias † quoque quòd sicut pro quolibet delicto tam priuato quàm publico potest agi, & ciuiliter & criminaliter, vt dixi suprà in tit. quomodo procedatur per actionem in delictis. in prin. & in fi. ita in hoc crimine falsi, imò pro hac reg. quo ad delictum publicum in genere allegatur tex. qui loquitur in crimine falsi in l. quæ nomine. ff. de falsis. & per illum tex. sic generaliter not. Bart. ibi, & ita poterit agi contra testes falsos etiam ciuiliter actione in factum per illum tex. & ponit Dec. in c. licet causam. de prob. char. penul. col. j. in fi. vers. secundo dum dicitur. Subdit tamen consideratè multum quòd procedit hoc, vbi apparet de interesse agentis, aliàs contra testes falsos agi non potest, secundum Anchar. consi. 23. visa inquisitione in 2. dubio. & est actio in factum, quæ datur pro omni crimine publico. Bar. in l. datur. in princ.
150 ff. ad legem Iul. repet. Falsitas† quando emergit in aliquo iudicio ciuili, vel etiam criminali, putà, quando obijcitur testes esse falsos, an impediat procedi super negotio principali, donec sit determinatum super falsitate, in effectu conclusio est impedire, si animo calumniandi non opponitur, & ad hoc an calumniosè opponatur, vel non quotidie animaduertit Senatus, faciendo videri indicia falsitatis ab aliquo fiscali, vel statuendo breuem terminum accusatori ad illa examinanda, & dictam conclusionem facit Alex. in l. prætor ait. §. hoc edicto. in prima apostilla. ff. vi bonor. rapt. & latius Barbat. vbi omnino vide in consi. 43. col.
151 7. & sequen. vol. j. & ibi ponit † quando opponitur exceptio falsitatis contra sententiam an impediat executionem eius. de quo vide Feli. in cap. de cætero. de re iudi. col. 3. vbi latè, & not. & vide etiam Felin. in c. quærēti. de offic. de leg. col. 2. in versic. sunt certi casus. vbi in sententia criminali loquitur, & ponit in vltimo casu quando accusantur testes de falso, & vide omnino c. accepimus. de fide instrumen. ibi est text. quòd si sententia sit obtenta vigore falsi instrumenti: tamen interim statur sententię donec sit cognitum, & ibi Felin. in summario, & colum. 3. vbi allegat Bald. in l. fin. C. si ex falsis instrumentis. colum. 3. versic. vltimo. quæ conclusio tamen non discrepat à prædictis, si rectè intelligatur. Falsum
152 etiam † committitur quando quis propter vtilitatem non mœretur dignitatem, se facit nobilem, & ideo cōsequitur illam, & hoc est quod disponit lex Viscellia, vt C. ad legem Viscelliam. l. vnica.

ea.dixi suprà in versi.ille qui se facit doctorem, & non est iuxta l.eos.§.fin.ff. de falsis. Tetigi suprà i versi. scias etiá, quòd pro instrumento falso, & de vsu falsorũ testium, per duas vel tres colũnas, & ibi
153 inter cætera dixi, † quòd potest constare de scientia producentis falsos testes aliter quàm per practicam statuti nostri interrogandi producentem, an velit vti testibus, etiam ex mente dicti statuti, ꝙ est valde notandum, maximè quia non semper admittitur interrogatio, vt ibi dixi. Sed qui sint modi probandi scientiá, traditur per Aret.& Fel.in c.præsentiam. de testi. Et producens excusatur,& se liberat dicendo nolle vti vt ibidé dixi per l.si falsos. C. de fals.& notata per Bart.& Docto. in l. diuus. ff. de fal. Fel. tamen & Aret.vbi supra, declarando Bart.in d.l.si
154 falsos. dicunt in effectu, quòd † si omnino clarum est, quòd producens scienter produxerit falsum capitulum, putà in facto proprio ita recẽti, vel eius naturæ, vt nullo modo posit cogitari ignorátia, tunc si inducat testes ad deponédum super eo, qui ex necessitate falsum dicunt, & quidem producente sciente, si bene rẽ cõsideras, hoc casu non uti eis, nihil ꝓdest, quia talis tenetur vt falsi machinator, iuxta d.l.si falsos. & ita præcisè loquitur Bart.in d.l.si falsos. & adeò clarè, vt interprete non egeat.& ita etiá Bart. in l.3.in fi. C.de fide instru. Sed si est præsumptio ignorantiæ pro producente, ut si sumus in facto alieno vel proprio in casu, in quo præsumitur ignorantia, tũc nõ vti prodest, quia sine dolo falsum non cõmittitur, Aut verò producens falsum capitulum producit illud in casu, quo pót esse & non esse, quòd sciuerit illud falsum esse, vt in facto proprio, sed non tali, in quo non posit cadere error, vt sæpe numero contingit: Tunc etsi regula sit contra eum, tamen si interrogatur, an velit uti, & ipse respondeat non velle, allegando quòd errauit in capituli confectione, excusatur, sed si non allegat errorem, non excusatur, nec etiam excusatur, si perseueret, vtendo vsque ad finem, & nec excusatur, si ipse absque interrogatione dixerit se nolle vti, secundum Aretin. ibi, qui tamen vtitur verbo, fortè. Et volunt Aretinus, & Felin. ibi, quòd Bal.ita intelligatur in l. fi.in fi.C.si ex fal. instrumen. qui loquitur in producente falsum articulum: & tamen si non vtatur, prodest. qui Bald. certè loquitur in eo, qui erat in bona fide, tamen potest intelligi secundum prædictas considerationes, & apertè conuenit cum Bartol. qui loquitur in casu claro falsitatis, quando scienter producit falsos testes. quod est, quando scienter producit falsum articulum, vt dixi, sunt enim correlatiua, & Baldus aperuit ibi oculos Felino & Aretino, qui tamen ex inspectione solius Bart. satis aperiebantur. Dixi etiam in dicto versic.
155 † scias etiam, statutum in effectu tollere illam responsionem, quam sæpe facit interrogatus, si vult vti testibus, quæ est, quòd intendit vti, quatenus appareát vera dicta, aliàs non, de iure, concludit Felin. in dicto cap.præsentium. in versi. tertia conclusio. per Aret.ibi, qui clarius & apertius loquitur, admitti hanc respõsionem: tamen ad instantiam interrogantis potest ei statui terminus præcisè ad respondendum: & tunc etiam secundum Aretin. admittitur cum dicta protestatione, si verisimiliter non potuit esse edoctus de veritate. Et licet hæc disputatio, vt dixi, cesset stante statuto Mediolani, tamen obseruatio videtur admittere, vt interrogatus posit respondere se velle vti testibus in concernẽtibus ipsum negotium & fidem testium, & subditur in dicta responsione secundũ practicá, q̃d in reliquis nõ facientibus ad causam ceditur eorũ vsui. Sed aduerte, quia etiá absque dicto statuto videtur ꝙ imò clarè & sine subterfugio debeat respondere. Ita Bar.in l.diuus.ff.de fals. q dicit, ꝙ statuto termino ipsi interrogato ad respondendũ debet ille respõdere clarè & nitidè absq; aliqua protestatione. Est verũ.ꝙ Aret.& Fel.aliter dicunt, vbi verisimiliter non potuit esse edoctus: regulariter tamen ita & ipsi volunt. Aduerte etiã, quia solus Aret. hoc vult, quãdo est statutus terminus, vt adhuc si verisimiliter nõ est istructus, &c. vnde qñ est statutus terminus, habes Bar. qui præcisè loquitur, quẽ sequitur Salic. in l.si falsos. C.de fals. Est verũ, ꝙ Salic.

ibi intelligit hanc opinionem Bar. quando iam esset instructus interrogatus de falsitate, uel eius culpa non esset, ut quia non adiuit aduocatos & causidicos. & Bartol etiam sequitur Ang. Aret. in uerbo, falsario. col. antepe. uersi. & scias. ubi intelligit Bar. & Sali. quòd dato termino clare & aperte debet fieri responsio. & bene intelligit. & ita etiam dicit D. Ant. de But. in c. imputari. de fide instr. Et est cõis opinio, quòd statuto termino debet clare respondere. & Bald. in l. si aduersarius. C. de fide instru. in fine, qui uult talé protestationem prodesse, non loquitur statuto termino, & sic conuenit cũ alijs, solum discrepat Specul in tit. de instrum. ædit. § uidendum. uersi. si uelit. allegatus per Aret in d. c. præsentium. Sic igitur uides quòd etiam de iure cõi debet statuto termino responderi clare absq; conditione, & alia adiectione secũdũ magis communem. Et ita ẽt Bal. in consi. 96. uolu. j. secundum impressionem Mediolani, ubi loquitur de eo, qui respondet velle uti in passibus & punctis pro eo facientibus, & non aliter, & dicit quòd nihil respondet. & ita refert Aug. de Arim. ad Ang. ubi supra, in d glo. falsario. corruptè tñ, sed recte illud refert Cœpolla cautel. 53. inci. cõiter in causis. Ergo stante statuto, ut suprà, quòd clarè debeat responderi, res non habet difficultatem, attamen, vt dictum est, usus videtur approbare prædictam responsionem in concernentibus substantiam negotij, & fidem testis, quia satis potest dici clara responsio. Sic etiã
156 si dicatur, † declarando, intelligẽdo, cõcordando, distinguendo, limitãdo, & supplendo eorum dicta, ex natura & qualitate facti antiqui, & qualitate personarũ, Nam omnes uel pro maiori parte sunt rustici, qui deposuerunt, videtur clara responsio, quia istæ sunt considerationes iuris, quod est certum l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg & eodem modo, quando dicitur, & vti etiam intendunt cum additionibus, supplerionibus, limitationibus, intelligentijs, & concordantiis, quæ in iure quomodolibet fiunt & fieri possunt circa istos testes, & capitula, tam pro concordia testium, quàm aliter, satis dicitur clara responsio, quia ius est certum, quod concordat, limitat, intelligit, supplet. d. l. ornamentorum. & vltra fundamentum. d. l. ornamentorum. ad sustinendas in iure dictas responsiones, addo quòd interrogatio dicit, ut respondeat an uelit vti in toto uel in parte, & in qua parte, & ita etiam statutum permittit vt respondeat in parte. Ideo cùm eæ responsiones tendant ad partem, quia dicunt in concernentibus substantiã, &c. admittuntur. Est verum, quòd vnum verbum positum in quadam responsione, quam nunc habeo in facto, reddit difficultatem, quia dicit in concernentibus substantiam necessariam, nisi dicas quòd
157 † omne id, quod est ex substantia, dicitur necessarium. Et quæ sint ex necessariis in teste, ponit Iaso. in l. 2. C. de sec. tab & in l. admonendi. char. 20. in j. col. ff. de iureiur. Et quid sit ex concernentibus substantiam negotij, & fidem testiũ, vide Bald. in rub. de controuer. inuest. & dum dixi, quòd ideo responsio sic admittitur ratione partis in effectu, quia etiam interrogatio in parte admittit similem responsionem. Facit quod dicit Bart. & alij post eum in l. j. in princ. col. 2. ff. de vulg. & pup. quòd etsi responsio ad positioné debeat esse simplex, tamen si interroga-
158 tio † continet sermonem duplicem, talis etiam admittitur responsio. Facit etiã ad sustinendum talem respõsionẽ, quòd satis clarê dicor respondere, si respõdeo, Volo uti in substantialibus, & ut suprà relatum est, quia neque conditionaliter respondetur, putà, si dicerem, Volo uti, si apparebunt ueri, aliter non neque dupliciter, putà, in eodem exemplo, & notabiliter ꝑ Bar. & alios in d. l. j ff de vulg. & pup. maximè per Alex. & Ias. Sed dicor simpliciter & clarê respondere, quia dico, Volo vti in hac parte, & in alia non. Nec curandum est, ꝙ aliquis ignarus, & rudis nesciat intelligere responsionẽ, qa satis est, quòd expertus & sciens illã intelligat, & hoc est, quod voluit statutum nostrũ, disponẽs ut clarè debeat rñdere, an in toto uel pro parte, & sic nõ cõditionaliter uel dupliciter. Sustinetur igiť hęc practica etiam de iure. Et ad confirmationem prædictæ opinionis, adde quòd
159 † si quis respõderet clarè velle vti sine dictis

dictis verbis, de quibus suprà, & tamen testis deposuisset falsum circa extranea, nõ teneretur, secundum Bart. in l. eos. col. 2. ff. de falsis & Ias. in d. l. 1. C. de sec. tab. & in l. penul. C. de transact. igitur expressit id, quod tacitè inerat dicendo, volo vti in substantialibus. Et vidi etiam, quòd dum D. Azo. Landrianus doctor admirandi collegij Mediolanensis tulisset sententiã non habita ratione testium, quibus pars responderat velle vti in concernentibus substantiam negotij tantùm, fuit commissum Abbatibus notariorum, & D. Cæsari Guascho, vt viderent an mereretur illa sententia retractationem. Erat enim lata in causa cridarum, quo casu prohibita est appellatio, & dum rẽ Senatui retulissent, narrarunt difficultatem, quæ erat, quòd iuramentum erat indiuiduũ, & quòd pars nõ poterat rñdere velle vti i parte & i pte non, ad quod respondebatur, vt suprà, quòd statutum hoc admittebat, & ita interrogatio erat facta, vt suprà dictum est, & tandem retulerũt, quòd vti nulla, erat retractanda. Vidi etiam aliam responsionẽ in alia materia, quæ est similis supradictæ, & in qua etiam adest verbum, substãtiam necessariam. Etiam vidi duas aliàs, in quibus non est verbum, necessaria. Et breuiter sine verbo, necessaria, res videtur planè procedere, cũ illo verbo insurgunt difficultates, tamen adhuc sustinetur, vt vides, circa alia verba, videlicet, supplendo, limitando secundũ ius & qualitatem facti & personarum non fit difficultas. Nec huic conclusioni obstat communis opinio, de qua suprà dixi, quia loquitur in casu, in quo responsio erat conditionalis & perplexa, quo casu res est clarissima, vtcunque sit, adhuc Aret. respondet tenendo eam opinionem. Non obstat consi. Bal. 96. volu. j. quia nimium generaliter loquitur, scilicet in facientibus ad victoriam, non autem magis præcisè in concernentibus substantiam & fidem, quæ ad victoriam prosunt. Tamen multùm viget dictum Bal. maximè in responsione quam nunc habeo in facto, qa etsi dicat in concernentibus substãtiam, tamen declarat se, quòd voluit dicere in concernentibus victoriam, dum posteà dicit, in cæteris verò quæ non cõcernũt substantiam siue victoriam, &c. vnde est necesse respondere, quòd illud consilium non militat stante statuto nostro, per qđ admittitur responsio pro parte, quo casu admittitur etiam ista responsio, sed in casu Baldi non admittitur, quia interroga-
160 tio fuit facta quo ad totum. Igitur† qa iuramentum est indiuiduum, non potest acceptari in parte, & in parte non, quòd autem iuramẽtum sit indiuiduum, dicunt Bar. & Doct. in l. si ex falsis. C. de transa. & Fel. post alios in c. fraternitatis. de testib. Sed alia est responsio, quia in dicto Bald. responsio erat, quòd volebat vti in punctis fauorabilibus siue facientibus in eius fauorem, in alijs non, quæ respõsio erat omnino, quòd volebat vti pro se, nõ autem contra se. Et ideo non immeritò sic non valet, quia in actis iudicij, prout sunt depositiones testium, quis non potest dicere, Volo vti, quatenus concernat meum fauorem, secundum Bald. in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. & Fel. in c. cùm venerabilis. col. v. & vj. in v. casu, de except. Sed in casu nostro est aliud, quia si bene vides, non ita dicitur, sed in effectu, dicitur, quatenus concernat substantiam, & substantialia sunt ea, quæ ad victoriã pertinent, & sic noluit dicere, quatenus sint pro me, sed circa ipsam substantiam, vel circa ipsam victoriam causę, non pro se, sed in genere pro vtroque, vnde non differt ab illa simplici respõsione, quatenus concernant substantiam, quæ toleratur secundum practicam, & de iure sustinetur, vt dixi. Non enim confert ad victoriam id, quod non facit ad causam, & sine dubio nunquam fuit mens talis respõdentis velle dicere, quatenus sint ad victoriam suam, vel, quatenus concernant suum fauorem. Sic etiam admittitur illa responsio, quatenus appareant vera, sed quatenus appareant falsa: non, secũdum Aret. & Fel. in d. cap. pręsentium. versic. tertia conclusio. & suprà dixi declarando, vt ibi. Et secundum statutum nostrũ Mediolani, de quo suprà, si respondens clarè non diceretur respondisse, haberet ac si dixisset, Nolo vti. Sed tunc quæ-
161 ro, † an in causa criminali posset facere fundamentũ super eis ipsemet eo modo respondens, putà, ad arguendos testes

aduersæ partis de falso, & partem producentem illos de vsu falsorum testium, videtur non posse. d.l. si aduersarius. C. de fide instru. & ita videtur velle Bar. in d. l. diuus. dum dicit, quòd nolens vti, nunquam amplius potest vti. Fateor, si adhibeatur modus in respondendo, iuxta dicta Bal. in d.l. fi. in° fi. C. si ex fals. instru. ꝗ euitatur suspicio falsi, sed tamen non fit propterea: vt vnquã credatur. & ita Salic. & Bal. apertè in d.l. si aduersarius. qui volunt, ꝗ protestatio facit, vt non sit suspicio falsi, in eo: sed nõ fit ꝗ credatur, si dixit nolle vti, negans falsitatem Et ita etiam sentit Gand. in titu. de falsa. col. 2. versi. & nota etiam. vbi dicit, quòd talis scriptura penitus caret viribus, per d.l. si aduersarius. & ita credo, ꝗ nunquam ille possit vti: quia cum videatur ipsemet fateri illud non esse verum, sed falsum, quomodo debet eo vti posse, vel in illo iudicio, vel in alio? verùm vbi illud non esset reuocatũ in dubiũ: quia sine interrogatione renuntiasset vsui, vel etiam cũ interrogatione: quæ tamen non dicebat, ꝗ vellet arguere de falso, vbi, &c. Tunc licet in illo iudicio non possit vti, in alio tamen posset. Et ita clarè Bar. iuris lucerna in dicta. l. si. aduersarius. Ad instantiam tamen fisci hoc posset fieri, secundum Bart. in quæstione, iudex maleficiorum col. 3. in princip. & in fine quęstionis, & dixi suprà in dicto vers. scias etiam ꝗ pro instrumẽto falso, &c. Dixi suprà, quando pars

162 non vult vti testibus, † an fiscus ipse possit vti illis, sed quid de eius aduersario, an possit super illis facere fundamentum? Dic vt per Salicet. in l. si quis testibus. C. de testibus. col 3. versi. quæro secundò. & per Feli. in c. de testibus. col. fi. extrà, de testibus. & dicam infrà in tit. de publicat. testium.

163 Quæro, † quando testis se subtrahit à perhibendo testimonio, qua pœna puniatur, & an incidat in falsum? Dic puniri crimine stellionatus criminaliter, & ciuiliter teneri parti actione de dolo. Bal. in l. presbyteri. col. penult. C. de episcop. & cleri. versi quid in eo, & hoc, quia adhuc non assumpsit officium testificandi: secus si iam assumpsisset, siue iurasset, siue non. Sic colligo ex dictis Ias. in l. præscriptione. col. 2. C. si contra ius vel vtil. public. & clarius ex dictis Alexãdri tangentis rem magis apertè in l. argẽtarius. § cùm autem col. j & sequenti. ff. de ędem. & ideo dum Bar. etiam dicit in l. Paulus. per illum text. ff. de falsis. quòd quando quis aliquid facit, vt occultet veritatem, incidit in falsum, quãtum ad præsentẽ casum, sic, vt dixi, intellige: & ideo si postquàm deposuit parte non citata, & citatus ad repetendum se subtrahit, nulli dubium, quòd incidit in falsum. Et hanc opinionem, quòd qui se subtrahit, ne dicat testimonium, non incidit in falsum, tenet etiam Tindar. in tractatu suo contrarietatis testium, charta. 4. colũ. j. vbi allegat glossam notabilem de hoc & Bal. in l. data opera. col. 2. C. qui accusare nõ poss. & vide omnino Bart. in l. j. § j. qui incipit, sed & si quis. ff. de falsis. qui vult, vt si tamen testis accepisset pecuniam ne diceret, eo casu esset falsus, & ideo dat cautelam, quando non vult comparere, quid facere habeat iudex, Senatus tamen, etiã si testes non assumpserint officium testificandi, iubet illos citari sub pœna falsi, & ita condemnantur. quod non existimo iuridicum. Nam propter contumaciam est recurrẽdum ad l. vnicam. ff. si quis ius dicenti non obtemper. propter delictum verò non est pœna falsitatis, vt dixi.

Et quid de eo, per quem fit, vt testes oc-

164 cultentur, † an ipse incidat in falsum? Dic non incidere ex prædictis. Et facit in fortioribus terminis quod decidit Alexand in l. j. ff. de his, qui si. mortem consci. quando reus per mendacium respondet cum iuramento inquisitioni, quòd tamen non est falsus, & quòd iste non incidat in falsum, patet, quia principalis scilicet testis nõ incidit, vt dixi, ergo nec mãdans. l. si is, qui rem. §. si tu Titium. & ibi Bar. ff. de fur. & ita Bal. in c. peruenit. *el primo*. de testibus cogend. qui dicit non reperiri lege cautum, vt puniatur pœna falsi, sed tanquam contemptor iudicis debet mulctari, & sequitur Felin. ibi, & ibi vide, An ẽt amittat causam. Et cõclusio est non amittere, vbi aliàs ostendat se ius fouere, licet sit præsumptio contra eum. Sic Felin. ibi post alios, & hæc mala præsumptio sumitur ex. l. si de possessione. C. de probat. per quem text. ibi Bal.

&

& Doctores notant, quòd qui subtrahit instrumentum, præsumitur habere malam causam, & idem probatur in cap. peruenit. allegato, quem vide. Et ad prædicta vide omnino Abb. consideratissimè loquentem. & quem sequitur etiam Felin. ibi in cap. cùm causam. col. antepe. de testib. versi. quæro quia tex. mandat. vbi distinguit, an simus in causa ciuili, an in criminali, & in criminali vult, vt si pars subtrahat, vel subtrahi faciat testes illos corrumpendo, vel cum eis simulatam, aut de industria inimicitiam contrahendo, tales testes habeantur pro productis. & loquitur quando clarum est, quòd pars subtrahit, vel subtrahi fecit. Cæterùm si est tantùm præsumptio, tūc secus, per regulam l. sciant cuncti. C. de prob. Non vult tamen, etiam si sit clarum, quòd propterea amittatur causa, imò nec in ciuili vult, vt perdatur ex hoc crimine, vt ibi in primo membro, licet velit, vt habeatur pro producto, etiam si non sit clarum ipsum subtraxisse, vt ibi notatur per eum. Et ex præ-
165 dictis sequitur, quòd † si vnus testis in criminalibus subtrahatur à reo, vel eius opera, erit sufficiens indicium ad torturam contra eum, vbi tamen aliàs esset omni exceptione maior, & sic intelligis quod dixi suprà, subtractionem hanc facere præsumptionem contra eum. Et ꝙ testes habeantur pro productis in casibus, de quibus suprà, tenet etiam Fel. in d. c. peruenit. *el primo.* per glos. in d. cap. cùm causam. in verbo, compellas. & qui contradicunt, vt Ioan. And. & alij ante Abb. quos refert Fel idem tamen in effectu volunt, saltem addito iuramento, secundum quam opinionem in criminalibus omnino non esset verū, quod dixi, vt vnus testis omni exceptione maior aliàs sufficeret ad torturam, sed requireretur aliquod aliud adminiculum. Et huius vltimæ opinionis sum, quòd si subtrahatur à reo testis etiam omni exceptione maior, tamen sine aliquo adminiculo non posset reus torqueri, quia negari nō potest, quin propter nō examen aliquid desit, putà, quia nō plenè deposuisset, & ꝙ pars subtrahēs posset puniri extra ordinē, dicit Abb. in d. c. Reliqua
166 in materia eorū, qui † celant veritatem, uel subtrahendo instrumeta, uel comburendo, uide in d. l. Paulus de fals per Fel. in c. sicut. de re iudi. col. vij & in c. accepimus. col. iiij de fide instru. & in c. cum olim. *el secondo.* de of. deleg. per Anch. consi. clxxij. in 1. char. Anan. cōsi. xij ubi etiam quid de occultante acta. Bal. quar-
167 to uol. cons. cccxxiij. ubi etiam, † an cōburēs possit torqueri, & uide glossam & Ang. in l. instrum. C. ad exhiben. Et quid de eo, qui deleuit, uide Bal. ij uolu. consil cccxxx. & Alex. in l. qui accusare. C.
168 de æden. Testis, † qui habuit pecuniā; vt testificaretur secundum ueritatem, tenetur pœna falsi l. j in princ. & ibi glo. & Bar. ff. de falsis. Ias. in l. ij quam legit pro prima, col. j ff. de cond. ob turpem cau. ubi etiam dicit hoc procedere in statuto puniente testes falsos, quia propriè falsi sunt, ut per eum, & ideo nescio quid dicat Decius in consi. lxxxix. col. vj. uersic. item dicitur. ubi tenet communem opinionem esse, ut non sequatur, est corruptus testis, ergo falsum deposuit, allegando Ioan. Andr. & Doctores in cap. licet causam. de probat. subdens ꝙ licet teneatur de falso, hoc tamen est, quia iurauit; quòd non prece nec pretio, &c. iuxta gl. in c. fraternitatis. de testib. Est uerum quòd etiam Bar. animaduertit ad hoc, in d. l. j. in princ. dum dicit, quòd Innoc. in cap. licet causam. tenet contrarium. sed ꝙ intelligitur, ut loquatur secundum notata in l. diuus. ff. de re iud. qui Bar. in dicta l. diuus uers. quæro quid si propono: tenet idem quod in dicta l. j imò magis clarè, quia non solum dicit, ꝙ testis punitur falso, sed ꝙ falsum cōmittit, licet Innoc. dicat contrarium in dicto cap. licet causam. sustinet tamen dictum Innoce. quando testis corruptus est aliter quàm pecunia. Credo opinionem Bart. procedere ante sniām, sed post, quo ad retractādum illā, non, ut per Orian in cap. quū cōtra falsam. in uerbo, testium. de prob. col. xxv. & per Fel. in d. c. licet cām. col. 5. uers. nonō no. & in 18. col. in uers. secūda cōclusio. absolutè tamē quo ad ipsum testem puniendū non dubito quin sicut uerè falsus, & procedāt d. Ias. in d. l. 2. Sed hoc locum nō habet, ubi palā darentur,

pecuniæ. Bal.in cap. fi.de appella.& Deci.vbi suprà in dicto consi. & vide etiam ad prædicta Ias.in dicta l.diuus. Et aduer
169 te, †quia si deponat falsum in causa publici criminis & capitali, tenetur eadem pœna, sicut in alia causa pœna falsi. Sal. in l.2.C.de rebus creditis.& probatur in l.j. in.§.j ff. de sicar. iuncta dicta l.j. in princip.ff.de fals.& vide omnino glos.in dicto §.j. quæ ponderat, vt text.loquatur in crimine publico, & capitali, & aliter non habeat locum textus. Ang. tamen ibi simpliciter per illum textum loquitur in causa capitali, sed plus etiam Doctores loquuntur in causa criminali, vt Ias.in l.etsi legibus.ad fi. C. si contra ius vel vtil. public. vbi multas authoritates allegat ad hoc, quòd testis dicens falsum in causa criminali puniatur eadem pœna. Et easdem etiam authoritates allegat idem Ias. in l. diuus. ff. de re iudic. & Alex in.d.l.j.ff.de sicar.§.primo. Sed dicant quicquid, velint Doctores inaduertenter, tu tene quod dicit Salic.vt loquatur ille text. in publico crimine & capitali, vt ponderat glos. ibidem, & ita clarè, & cum pulchra distinctione Alberic.in dicto.§.j. qui ponit quando est falsus testis, & in causa criminis publici capitalis, & non capitalis, & in causa ciuili, & in contractibus, & de periuris etiam dicam infrà in titulo ad hoc præcipuo. Vnum tamen non ignores, quòd si testis diceret falsum testimonium in crimine publico & capitali, non vt innocentem suffocaret, sed solùm accipiendo pecunias, vt tamen verum diceret, iuxta dicta in præcedenti versiculo, tunc non puniretur pœna de sicar. sed pœna falsi, sic patet in dicto.§.j.& in l.j in prin.ff.de falsis, & hoc clarissimum est, quia lex Cornelia de sicar. animaduertit contra homicidas, dico homicidas vel gladio, vel testimonio, vel iniqua sententia iudicis, qui vendat iustitiam pecunia, vt in dicto §.j. & ibi Ang. quem vide. Non omit
170 to, †quòd testis, qui dicit scire id, quod audiuit ab homine bonæ famæ non potest de falso puniri. Ias. in.l.j ff. de eo per quem fact. erit.& in l. non solum.§. morte. ff.de oper. noui nuntiat. col.5. & vide omnino in hac materia falsi, quando quis incidat in falsum. Alberic.in rubri.ff. eod.de fals.vbi attingit omnes ca-
171 sus remissiuè, & in fine dicit, quòd† milites recipientes stipendia pro pluribus equis vel militibus, quàm habeant, incurrunt pœnam falsi. Quod volui commemorare, quia casus frequens est, & dum non ita pridem de hoc accusatus fuisset magnus vir apud Cæsarem, comperto quòd accusatio fuerat calumniosa, accusator ille morte mulctatus fuit.
172 Si falsum mandatum † vel syndicatum faciat notarius, & illud ratificet dominus, vel vniuersitas, an liberetur notarius à crimine falsi? Vide Luc. de Penna notabiliter declarantem & distinguentem in.l.j.C. vt nemo ad suum patrocin. libr.11.col. antepenult. vers.quid
173 si procurator etiam † qui falsò se asserit procuratorem, cùm non sit, falsus est. l. si procurator falsò.ff. de condict. ob caus.& not.in.c. ex parte decani. de re-
174 scrip.& † punitur hæc falsitas extraordinariè iuxta qualitatem rei. Bonif.in titu.de falsis.col 2. Et an ratificatio tollat hoc delictum? vide Lucam vbi suprà, & Bal.in l.l.falsus.col.2.C.de furt. Ias.in l. licet.col.fin.C.de procurat. Felin in cap. nonnulli.§. sunt & alij de rescript. col. 3.versi.amplia tertiò.& col.seq. ibi enim tangit articulum, quando quis impetrat à principe nomine meo, qui non dedi aliquod mandatum, verum ratificatio tollat crimen: & vult, vt etsi Bal. distinguat in dicta l.falsus. an impetratio sit facta à principe vel inferiore, nihilominus passim valida reddantur, quæ gesta fuerint per talem procuratorem, secundum cōmunem opinionem, sic ibi in ea.col.3. & sequen. circa fin.& ibidem etiam per Felin. numero 44. ponitur quando quis nomine capituli mittit literas Papæ, cùm tamen non consenserit maior pars capituli, qua pœna puniatur: & qua pœna pu
175 niatur, qui † scribit canonicos consensisse, si non consenserint, & in effectu vult, vt pœna non sit ordinaria falsi, sed extraordinaria. vide ibi omnino.

Tit.

Tit. de His, qui sibi ascribunt in testamento.

SVMMAE.

1 *Falsum, & quasi falsum quid inter se differant. Vide etiam quod habetur suprà in titulo de falsis, numero 55. & numero 80.*

2 *Titulus de his qui sibi ascribunt, an habeat locum non solùm in testamentis in scriptis, sed etiam in nuncupatiuis.*

3 *Falsitas, de qua in hoc titulo, non habet locum, nisi scriptura sit talis, quæ faciat fidem.*

4 *Hæres institutus scribens testamentum manu propria, & tradens illud notario, qui illud rogat, non incidit in falsum. Et suprà tit. de fals. nu. 110.*

5 *Ascribens sibi aliquid in testamento, quando incidat in falsum. Et suprà in tit. de fals. nu. 113.*

6 *Falsitas non committitur, si ab initio scriptura non faciebat fidem, licet postea conualidetur.*



DIxi suprà in titulo precedenti de falso propriè, de quo per Bar. in l. quid sit falsum. ff. eo. & in l. nec exemplum C. eod. Curtius consi. 55. colũ. 5. & dixi suprà in versi. item adde
1 † quòd statutum nostrum Mediolani: verùm etiam, quia habemus quasi falsum, in quo non est immutatio veritatis cum dolo, tamen propter malum exemplum punitur pœna falsi. Ideo de hoc etiam dicam, sed vnico verbo: hoc enim quasi falsum cõmittitur, quando quis sibi ascribit relictum in testamento, & punitur per Senatusconsultum Libonianũ, de quo in secunda parte rubricæ. ff. de falsis. & in l. Senatuscõsultum. C. de his, qui sibi in testamento ascribunt. Sic declarat Alberic. in rubr. ff. de falsis. in princip. & patet in l. diuus. in principio. ff. eodem. ibi, ac si cõmisisset in l. Cornelia. & melius in dicta l. Senatusconsulto. & vide Salic. in d. l. j. in primis verbis, qui dicit hanc prohibitionem fecisse Senatusconsultum, vt euitentur falsitates. Et ad
2 uerte, quia † loquuntur leges de testaméto in scriptis, quod sumit vires à scriptura ipsa, & cuius effectum ignorant testes, quia tunc facilè scribens posset falsum committere, & sibi ascribere contra voluntatem testatoris: Et ideo Doctores dubitant, an idem sit in testamento nuncupatiuo, quia tunc fit palàm, &
3 coram testibus, † tamen communis est opinio, vt sit idem propter facilem obliuionem testium in l. prima. §. ex illa. ff. de fals. loquuntur tamen, quando scri-
4 ptura facit fidem. Et ideo † si hæres manu sua scribit testamentum, & eum tradit notario, qui illud rogat, non incidit in falsum. Bar. ibi & Alex. in tertio volumine, consil. 50. de quo per Baldum quinto volum. consilio 92. & Cuman. consil. 78 colum. 2. Salicet. & alios in dicta l. prima. C. de his, qui sibi ascrib. Et
5 breuiter, † si vis scire, an & quando notarius sibi ascribens, vel alius incidat in hanc pœnam, & quando non, ac etiam quando quod sibi relictum est, debeatur, & quando excusetur, vide Ang. & Alber. in d. l. j. & semper ponderatur, quòd
6 scriptura † faceret fidem, adeò vt si etiam à principio non fecisset fidem, & tamen posteà ex alio statuto superuenien te faceret, cessaret pœna hæc, Bar. in dicto § ex illa versi. quæro hęres. Ange. & alij cõmuniter in dicta l. j. Circa hoc tamen vt scriptura debeat a se facere fidem, ad hoc vt possit committi pœna, vide Roman. consil. 185 versus fin. & Fulgos. consil. 124. col. 2. & vide in prædicta materia dictam. l. j. §. ad testamenta. cum duobus §§. sequentib. & l. si quis legatum sibi ascripserit ff. eodem & l. Senatus pœnam. ff. eodem. & d l. diuus. per totum. & l. filius emancipatus per totum. ff. eodem. & in alijs multis legibus dicti tituli, adeò vt non mirum sit, si hoc quasi falsum punitum ab eo Senatuscon sulto Liboniano continet secundam partem tituli de falsis.

Tit.

Tit. de His, qui prohibent aliquem testari.

SVMMAE.

1 *Prohibēs aliquem testari, qua pœna puniatur & nume. 3.*

2 *Prohibitio testandi, & metus illatus, vel coactio, quomodo probentur latè. & nu. 6.*

3 *Prohibens aliquem testari quomodo conueniatur, an ciuiliter, an uero criminaliter?*

4 *Hæres institutus per metum, an perdat hæreditatem indistinctè, etiam si ipse ignorauerit metum?*

5 *Testamentum metu factum, an ipso iure ualeat?*

6 *Prohibens aliquem testari per indirectum, puta, clamando, an sit puniendus? & suprà nume. 2.*



IDETVR quòd prohibens aliquens testari, sit puniēdus pœna falsi tanquam veritatis occultator, iuxta l. Paulus. ff. de falsis. & l. præscriptione. cum ibi notatis. C. si cōtra ius vel vtil. public. Quod
1 † tamen declaratur ex his, quæ dixi suprà in titu. de falsis. in ea materia, quando testis se subtrahit à deponendo, & veritas est eum puniri criminaliter, sed pœna est extraordinaria determinanda iudicis arbitrio. l. j. cum gl. vbi Bar. Alex. & alij cōmuniter. C. si quis aliquem testa. prohib. Aduertendo tamen an interueniat vis publica vel priuata, quia tunc pœna est certa. l. qui dolo. §. fi. ff. ad leg. Iul. de vi publi. & l. j. ff. ad leg. Iul. de vi priua. Ita Alexā. i d. l. j. vbi vult vt ꝓcedat tantū d. l. j. in
2 teruenīēte solo metu. Et † qūo ꝓbeī ꝓhibitio testandi, vide Corn. consi. 84. col. j. vsque in fin. volu. j. & in eod. casu in eod. vol. consi. 56. maximè in fin. Et casus est clarus, quando impeditur notarius ingredi, vel testes. Item quando impeditur, ne aliud necessarium interueniat. Itē casus est clarus, quando immediatè impeditur ipse testator ne testetur, quia oritur metus, sicut declarat Bar. in l. fi. ff. si quis aliquem test. prohib. in primo casu. Et ita Corn. in d. consil. 56. in fin. Sed quando verba nō diriguntur ad hoc in eorū sensu, sed fit tātus clamor versus testatorē, illum fortè increpando, vt non sequatur testamentum hoc opus, hic labor est. Et dicerem, vbi clarū esset, quòd ad finē perturbandi, & testamentū impediendi proferetur, satis talis diceretur impediuisse. Verùm in dubio, vbi maxime essemus in quarto & vltio casu Bar. in d. l. fi. dicerē ꝓ testamēto. l. si pars. cū similib⁹. ff. de inof. testamē. intelligendo quod dixi, quando est clarū fieri ad finē turbandi, Si tamen etiā clarum est, quòd testator volebat testari. l. j. i pri. ff. eo. & Bar i d. l. fi. vers. q̄ro qualiter. imò nulla prohibitio habetur in cōsideratione, si hoc nō constat. Et ideo cōsuluit Cor. i d. cōsi. 84. col. j. & per totū, quòd etsi remoueantur notarius & testes, tamen nihil est, si non constabat, ꝙ vellet ille testari, & ibi erat uocatus notarius, sed non apparebat quòd à testatore, nec notarius attestabatur, quòd testator aliquid sibi dixisset. Et dicit ēt Corn. in eo consil. quòd veniētes ab intestato, si instant contra alios instituēdos, ne infirmū turbent, male non faciunt, imò bonū opus: adeo ꝙ nec in culpa sunt, nedū in dolo, & quòd possunt ēt infirmū à testando remouere. l. fi. ff. & C. eo. tit. vt ibi notabiliter per eū. Et vide ēt quid sit probandū cōtra eū, qui testari ꝓhibuit. Ias. ī consi. 31. vol. j. col. 2. versi. nunquid sit ꝓbata ꝓhibitio confectionis testamenti. Et in eo, qui uult probare, quòd talis fuit coactè institutus, res de plano procedit, vt debeat probare talē metū incussum, sicut dicit Bar. i d. l. fi. i. j. col. vers. q̄ro, quæ coactio. & ita propriè Bar. loquit hoc casu, qn̄ hæres fuit metu institutus. Et ad probandū metum recurre ad Ias. ī l. interpositas. C. de transac. & Dec. in regula, in oībus. ff. de reg. iur. & Alex. cōsil. 48. qm̄ vol. 4. & sufficiunt coniecturæ, vt ibi. In eo verò, q vult probare prohibitionē, sufficit probare impedimētū. l. si scriptis. ff. de his, quib. vt indig. & in l. 2. C. si quis aliquē, &c. Et exēplum est, qn̄ quis non patitur vt ingrediatur notari⁹ vel testes, vel aliud necessariū non interueniat, iuxta ea, quæ modò dixi, vel quando expelluntur

luntur è cubili notarius vel testes, secundum Bald.in l. testamenti.C.de inofficio testamen. Et magis, quãdo prohibitio fit directe contra infirmum, iuxta Bar.in d. versi quæro, quæ coactio. Est etiam, vt suprà dixi, aliud probandum, quòd vellet testari.l.j.in prin.ff.si quis aliquem, &c. & ideo rubrica etiã dicit, Si quis aliquẽ testari prohibuerit. & hoc non apparente, vt dixi, cessat omnis violentia quo ad materiam istã, vt ponit Corn. vbi suprà. & hæc quo ad fiscum, quo verò ad partẽ læsam, est necesse vt probet quòd volebat testari, & quòd volebat eum instituere. Bar.in d.l.fin.col.j. quod etiã replicat Bar. infrà per verbũ, constaret.sic Bald. etiam loquitur.C.eo. per verbũ, constaret,& replicat sæpius. Hoc ponderat etiã Corneus in l.j.C. si quis aliquẽ. & vide oĩno Socin in 3.vol.consi. 105. vbi dicit, quòd testes debent concludere de prohibitione tẽpore testamenti, & quando facturus erat testamentũ, quòd tunc prohibebatur, aliter nõ probãt, de quo est textus in l.j in prin.ff.si quis aliquẽ. Itẽ multa alia in eo consil. ad materiã dicuntur, & in consilio Cornei 209. in 2.volu. ubi pulchrè & latissimè Et aduerte, † dũ Barto.reducit ad practicã hanc materiam in d.l.fi. col.j.& 2 & dicit, quòd primo prohibens accusandus est criminaliter, & puniendus posteà ciuiliter per fiscum, agendum est petitione hæreditatis, & q sententia criminalis habeat effectum publicandorum bonorum. Nam hoc intelligitur, vbi fiscus agere potest criminaliter. Sed pone quòd non possit vigore alicuius statuti, an eo casu possit agi ciuiliter? Videtur non posse, quia Bar.vult, vt prius sit agendũ criminaliter. Dic cõtrarium, vt per Alex.in consi.172.volu.v.& satis probat textus i l j C vbi causæ fisc. in fin. quẽ allegat ad hoc Alex. i eo cõs. Practica etiã illa procedit quo ad fiscum, quia non agit ad bona, nisi prius agat cõtra personam vsq; ad sniam, sed quo ad lęsum, qui non fuit institutus, uel qui nõ potuit institui, qui potest agere etiam ad duplũ, vt per Bar.in d.l.fi.col.j.versi.sin autẽ & col.2.versi.ita intelligas.& col.4. versi. hoc semper intelligas, quid prohibet, quin possit ipse agere ciuiliter ad sua damna contra prohibentẽ? probãdo prohibitionem, & quòd volebat eũ instituere, iuxta dictã.l.j.in prin.ff.si quis aliquẽ. & Bar.col.4. in d.l.fi.versi. quæro qualiter. Et nulli dubium est, quòd etiã potest sicut fiscus agere criminaliter, iuxta notata in d.l.j. C.eod.& in consequentiam ad damna, iuxta l.interdum.§.qui furem ff. de furtis.& hoc quòd etiã ipse possit agere ad crimen, satis probat tex.in d.l.j.iuncta declaratione Bar.ibi, item potest intelligi.quẽ sequitur Corn.ibi.Sed tamen aduerte, quia etsi Bar.ponat pro absoluto, imò expresse velit in d.l.fi. quòd termini l.in cognitiõe.ff. ad Syllania.sint pares nostris, & sic quòd in materia nostra, sicut ibi, prius sit agendũ criminaliter, Tamen non videntur ad rem, quia ibi agitur ad bona ob aliud factum principale, meritò prius de principali debet costare ita procedit d.l.in cognitione.quæ loquitur de confiscatione contra hæredẽ prouenienτe à facto principali occisorũ, & ita loquitur d.l.j.C.vbi causæ fisc. In materia verò nostra agitur, & est agẽdum & ciuiliter, & criminaliter contra eundẽ, ideo etiã fiscus debet posse agere ciuiliter sine hoc ordine, & pariter pars lęsa. Fateor, quòd fauorabiliꝰ est fisco & parti primò criminaliter agere, vt de se patet. & ita optimè declarat Alex.si eum bene vides, in d.consi.172. vol.v.versi. cõprobantur. Addo, quòd hanc difficultatem mouet Corn.in d.consi.209. uolumi.2.& colum. 4.firmat meam opinionem.tamen in col. fi.tenet quòd Bartol. in d l.fi. & Doctores loquantur de ordine necessario, nihil tamen allegat, & ideo mihi magis placet opinio mea. Non omitto communem

4 opinionem esse, † quòd aliquis institutus metu, alterius perdit hæreditatem, iuxta secundum casum, Bartol.in dicta l. fin.& ita Bartol.ibi,& sic attestatur Alexand.C eodem.in illis legibus, quas omnes pro una legit. Sic apparet ex dictis Barto. in l.2 C. eod.& Cornei ibi in l j. quam legit cum secunda in fine. & uide Iaso.ibi, qui hanc opinionem intelligit, ubi institutus erat uolens uel sciens, nõ in ignorante. Alij non sic distinguunt, sed simpliciter dicunt, quòd etiam in tertio instituto habet locum edictum. Et ra-

Et ratio est, quia quando metus est causa immediata acquisitionis illius etiam mi-
5 litat in ignorante. Addo etiam quòd † testamentum sic metu factum mœro iure valet, vt latissimè per Aret. in l. j. colũ. j. ff. de testamen. ubi est materia. Adde ēt circa dicta Bar. in d. l. fi. versi quæro qualiter probabitur prohibitio, si impediat notarius vel testis introire, quod Sali. C. eo addit, vel si impediatur aliud requisitũ à statuto, vt testam: ntũ valeat quod no-
6 ta. Sed pone, † quòd nihil horum prohibeatur, tamen quia desiderabat, vt non fieret testamentum, clamabat contra testatorem, increpando eum, An propterea non secuto testamento simus in edicto, de quo in dictis legibus? Videtur vt non simus, quia debet interuenire timor mortis, vel cruciatus corporis, vel talis timor reuerentialis, qui pareret restitutionem in integrum, ut declarat Bart. in d. versi. quæro quæ coactio. Tamen quod dicit Bart. non quadrat, nisi secundũ terminos Bart. ibi, qui loquitur in eo, qui cogitur instituere, tunc quilibet metus non sufficit. Sed vbi loquamur, quando prohibetur testari, vel mutare testamentum, tunc modus est ille, quem dicit Bar. in d. versi. quæro qualiter, prohibendo notarium ingredi uel testes, vbi tamen nihil deficeret, & omnia essent parata coram volente testari, tamen nolens ut testaret directè prohiberet dicendo, Nolo vt testeris, vel tantùm contra eum non clamaret, vt perturbatus desisteret, crederem idem, quia prohibet uoluntatem testatoris, quę est magis necessaria, vt in diffinitione testamẽti patet in l. j. ff. de testam. & est hoc magis proximum actui, quàm impedimentum ingressus notarij, vel testium. satis est enim, quòd vel directè vel indirectè quis impediatur. quod probat tex in l. 2. C. eo. & in l. si scriptis. ff. de his, quibus ut indignis. & dic vt dixi supra in prin. in versi. & dicerẽ. & de materia vide etiam Socinum in cõsi. 55. colum. 2. circa medium. & Butrig. cõsi. 78. Anchar. cõsi. 339. maximè colum. 3. versic. ad hoc. ubi dicit, quòd duo testes sufficiunt in probanda prohibitione, & Corn. & Butrig. ubi suprà.

Tit. de Mutatione nominis.

SVMMAE.

1 *Nomen licet vnicuique sibi mutare, dummodo id fiat citra fraudem.*

1  VTATIO † nominis in fraudem, vti sæpe faciũt falsi testes, & criminibus notati, ne detegantur, pœnæ falsi punit, quæ fraude cessante, cessat. l. j. C. de mutatione nominis. & l. falsi nominis ff. de falsis & ibi Bar. Socin cõsi. 62. col. 3. versi ad vltimã. Fel. in salu. 990. colũ 15. versi. 3. cõclusio. & omnino quo ad mutationem nominis ac agnationis suæ, & assumptionẽ alterius, maximè testatoris, vide p Guhel. Benedictum in c. Rainutius. extrà, de testam. super verbo, Rainutius de Chera. numero 47. & multis & multis seq.

Tit. de Partu supposito.

SVMMAE.

1 *Partus suppositi crimen, est crimen falsi, & capitale.*

2 *Crimen partus suppositi an tollatur tempore viginti annorum?*

3 *Crimẽ partus suppositi, an possit tractari post mortem delinquentis?*

4 *Crimen partus suppositi, an differendum sit in tempus pubertatis?*

5 *Carbonianum edictum quid sit, & in quibus casibus, & quomodo procedat late.*

6 *Sequestrum an & quando transferat possessionem? & numero 23.*

7 *Sententia diffinitiua de partu supposito cõtra matrem, quando actum fuit criminaliter, an præiudicium faciat ipsi filio? & nume. 12*

8 *Partum non fuisse suppositum, sed eum esse verũ et legitimũ partũ quõ probetur. et nu 9.*

9 *Filiatio an probetur ex tractatu, vt saltẽ trãsferat onus probandi in aduersarium? & nu. 11. 22. & 27.*

10 *Ventrem esse prægnãtem quomodo probetur.*

11 *Filiatio an probetur per assertionem parentum*

tum. & nu. 12.

12 *Præsumptiones multum sunt inspiciendæ in materia probandæ filiationis & nu. 30.*

13 *Probatio per præsumptiones & coniecturas admittitur in crimine falsi, cum agitur ciuiliter, & in quocunque alio crimine difficilis probationis. & nu. 31 32. & 33.*

14 *Probationes concludentes requiruntur, vbi agitur criminaliter, etiam si agatur de crimine falsi, vel furto.*

15 *Mulier excedēs 40. annos an possit concipere?*

16 *Simulatio alicuius actus quomodo probetur, & quòd in probanda simulatione requiratur causa, propter quã verisimiliter fiat simulatio*

17 *Confessio facta cum aliqua qualitate potest acceptari, reiecta qualitate, si is, qui cõfitetur, habeat præsumptionem iuris contra se.*

18 *Testium dictis an magis credatur, si deponunt cum tortura, quàm sine tortura?*

19 *Testibus varijs, & qui non fuerunt torti, nulla est adhibenda fides.*

20 *Fama sola an sit sufficiens probatio in ijs, quæ sunt probationis difficilis?*

21 *Fama ad hoc vt probet, an necesse sit vt habuerit originem ante litem motam?*

22 *Matri dicenti aliquem non esse filium suum, an sit credendum?*

23 *Acta in vno iudicio non nocent in alio, si etiã sententia non nocet.*

24 *Possessio feudi stare debet apud dominum superiorem, cùm disputatur de causa status, seu de qualitate personæ alicuius vassalli.*

25 *Possessio vitiosa non operatur; vt posidens habeat fundatam intentionem.*

26 *Notorium non requirit aliquem ordinem iudici rium, & potest quis etiam sine sẽtẽtia priuari possessione.*

27 *Filiatio an probetur ex eo, quòd quis fuerit à parentibus tractatus vt filius scilicet, in iudicio petitorio? Et vide quod habetur suprà nume 9. & 11.*

28 *Dominium probatur per possessionem, quando tractatur de eo incidenter.*

29 *Exceptio dominij an possit opponi contra remedium reintegrandæ?*

30 *Filium aliquem esse, vel non esse potest etiã ostendi per præsumptiones & nu. 12.*

31 *Præsumptiones an sufficiant in ijs, quæ sunt difficilis probationis, quando agitur ciuiliter? & nu. 13. & 14.*

32 *Præsumptiones an sufficiant in crimine falsi, quando agitur ciuiliter? & nu 13. & 14.*

33 *Præsumptiones quæ admittantur in his quæ sunt difficilis probationis quales esse debeant.*

34 *Præsumptio legis, & præsumptio hominis quid sint, & quomodo inter se differant.*

35 *Dolus quomodo probetur.*

36 *Præsumptiones singulæ debent probari saltim per duos testes.*

37 *Iudex vel Senatus, quando iudicare debet secundum conscientiam suam, an possit attendere etiam conscientiam suam informatam, dum esset in minoribus?*

38 *Partus suppositi crimen, licet publicam accusationem non habeat, sicut nec adulterium, tamen crimen publicum est sicut adulterium, & secundum statuta Mediolani in eo crimine ex officio absque partis instantia procedi potest: imò etiam de iure communi, ut ibi.*

39 *Accusandi ius tollitur ex receptione satisfactionis simpliciter sine remissione, etiam in crimine publico, ne dum in priuato.*



VAESTIO maxima nunc pendet partus suppositi inter comitem Hieronymum Ruscam parte vna, & comitẽ Franchinum Ruscam ex alia. Et breuiter in facto res ita se habet, Decessit comes Hercules Rusca, qui etsi esset naturalis, tamen fuerat legitimatus etiam ad feuda deficiẽte prole legitima, relicto dicto comite Franchino legitimo & naturali, ac relictis comitibus Eleutherio, & Galeatio fratribus ipsius Herculis legitimis & naturalibus. Deinde decessit Galeatius sine liberis masculis, & ita omnia feudalia bona & alia peruenerunt in comitem Eleutherium, decessit deinde is comes Eleutherius. Verùm prætendit præfatus Franchinus, quòd ad fraudãdũ eũ adhuc minorem, magnifica D. Eleonora Corrigia vxor præfati comitis Eleutherij cum scientia, & consensu præfati Eleutherij finxerit se grauidam, & supposuerit sibi dictum Hieronymum. Econtra prætẽdit ipse Hieronymus, siue comes Hieronymus, se esse filium verum comitis Eleutherij & Eleonoræ iugalium. Et quia bona relicta per eum comitem Eleutheriũ, in quem, ut dixi, omnia peruenerant maximè

ximè feudalia sunt maximi pretij. Ideo super hoc partu supposito acerrimè disceptatum hactenus fuit, & adhuc disceptatur. Et primò criminaliter instante fisco contra ipsam D. Eleonoram matrem factus fuit maximus processus, ac contra
1 cõplices. Est † enim crimẽ hoc crimẽ falsi & capitale, tex. est in l. j. C. de fals. & l. cum suppositi. C. eo. tit. l. j. §. fi. l. qui falsam. §. j. & l. lege. §. j ff. de fals. & in d. l. q
2 falsam. § j. habes crimen † hoc non tolli annis viginti, iuxta l. quærelam. C. de fal.
3 imò nullo tempore, vt ibi. Item † habes quòd etiam si mater, quæ fecit delictum, decesserit, tamen non extinguitur delictum, contra reg. quòd morte delinquentis extinguitur delictũ. l. defuncto. ff. de pub. iud. Hippol. ibi dicit, quòd est speciale, prout alij plures casus, vt in gl. in d. l. defuncto. & alibi sæpe. & ꝓ eo est Alb. in rub. ff. de fal. circa fi. j. col. in versi. de accusatione. Errãt tamen, quia nullibi hoc reperitur, & loquitur d. § j. quo ad puniẽdos complices. & ita gl. ibi declarat, & vide de partu supposito, quæ ibi ponuntur in repert. Hippo. & quia tex. in d. l. j. C. de fal. dicit, quòd si obijciatur hoc crimẽ
4 matri, hæc quæstio † non debet differri in tẽpus pubertatis pueri, quia cùm causa sit capitalis, non est verisimile eam nõ defensuram, & gl. ibi dicit, quòd si sequatur sententia pro vel contra matrem, nõ prodest, nec nocet partui. & Bar. ibi eam
5 sequitur. Vt hæc intelligas † scire debes, quòd ex quo mortuo patre, relictis filijs impuberibus, agnati, qui eos defendere deberent, curãt eos priuare successione, & mouent quæstiones aduersus eos, ꝙ nõ sunt filij, & vt in d. tit. de Carbo. edic. ff. & C. & quia in ea ætate non possunt se defendere, statuit Carbonianũ edictum, vt differatur hæc quęstio, donec efficiantur puberes, & ponantur in possessione interim ex eo edicto, vt possint se tueri. Ias. post alios i rub. C. de Carb. edic. col. j. Et hanc rationem uide in d. l. j. §. fi. ff. de Car. edi. Requiritur tamen, vt præsumptiuè ex summaria cognitione appareat eos esse filios, Ias. ibidem, aliàs si mouẽs quæstionem probaret clarè eos non esse filios, denegaretur ei Carbonianum edictum, & quòd sufficiat præsumptiua, & qualisqualis fides filiationis, tenet Ias. in l. j. col. 3. C. eo. versi. & propterea. & ibi, quis petat beneficium Carbon. edicti, & ita differatur quæstio, & deinde differat apprehensionẽ possessionis veniente pubertate, sustinebit partes actoris, & sibi erit necesse ostendere se esse filiũ. Casus est in l. quæritur. ff. de Carb. edic. Si verò apprehendit possessionẽ veniente pubertate, an tũc fungatur officio rei ita vt sit necesse mouenti qõnẽ ostendere illũ nõ esse filium, vide text. not. in l. de bonis. §. post. ff. de Carb. edi. & cõpetit Carbonianũ edictũ, non solũ quando mouetur qõ ab agnatis, sed etiam quando à fisco, vt fuit in qõne, de qua suprà, Ruscarũ, text. est in d. l. j. §. sed si quis. versic. quod etsi. quia incepit criminaliter vexare matrẽ. & procedebatur per capturas & torturã iuxta qualitatẽ criminis, ipso Hieronymo dicente se esse in quasi possessione filiationis, & petente differri qõnẽ in tempus pubertatis, & intereà confirmari in possessione, & nõ solũ beneficium edicti Carboniani locum habet, quando quis petit mitti in possessionem, sed etiã quãdo iam immissus, iuxta l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. vel decretũ cõtinuandi hæredes in possessione defuncti, iuxta l. cũ hæredes. & ibi per Modernos ff. de acq. poss. petit se cõfirmari, mota sibi qõne status l. j. C. de Carbo. edic. & cõpetit etiã pro bonis feudalibus. Ias. & Dec. i rub. C. eo. & ideo in quæst. præmissa, dum ageretur criminaliter cõtra matrem & complices, Hieronymus in effectu perseuerauit in possessione. Est verũ, quòd relato processu in curia Christianissimi regis tunc tenentis dominiũ Mediolani, per præsidem Tholosanum iudicẽ causæ ita visum fuit partum suppositũ omni ex parte patere, vt possessio bonorũ fuerit posita i seque-
6 strum apud regiam camerã, & † cum fuerit sequestrũ, & non diffinitiua sẽtẽtia, non fuit translata possessio in regẽ & cameram, sed remansit apud comitem Hieronymũ. Bar. in l. interesse. ff. de acq. pos. etsi etiã fuit trãslata, iuxta id quod dicit idem Bar. in d. l. interesse. non tamen sequestrũ transtulit uim possessionis, adeò vt qui fuit possessor in effectu, non sit, & transtulerit onus probãdi in aduersariũ, vt no-

ut notāt Doctores in c.j.& 2.de seq.poss. & fruct.ubi per Abb.& Abb.in c.examinata.[ubi est locus, extrà, de iudicijs. & ideo cum mortua matre, causa, quæ per multos annos sopita remanserat, iterum fuerit suscitata,& nunc pendeat ciuiliter inter præfatos comites Franchinum, & Hieronymum, onus erit comitis Franchini contra comitem Hieronymum in effectu reum,ostendere partum esse suppositum,ex quo id, quod fuit iudicatum per regem, non nocet partui supposito, iuxta gl.& Bar.in d.l.j C. de falsis.& consequenter nec acta.Bart. in l.2.ff.iudicatum solui.& infrà latius dicam, & ita capitulauit,& conatur ostendere. Et † si sequestrum fuisset sententia diffinitiua, & ita iudicatum fuisset partum esse suppositum in iudicio criminali, An esset probatio probata contra filium,ita ut non esset opus vlteriori disputatione.gl.& Bartol. vbi suprà,dicunt non facere fidē contra filium. Sic gl.in d.l.j.§.fi.ff.eod. Textus tamen in d.§.fi.videtur expressus in oppositum.& ita Salic. tenet per illum tex. in d.l j.Opinionē Bar.& gl.sequitur Anto.de Butr.in c. pen. in versic.sextus casus de re iud.& dicit,quòd non nocet filio quo ad abdicanda bona ab eo, & ita intelligit gl.& Barto.& Cin.in d.l.j.C.de falsis.& satis in simili hanc opinionem tenet Alex. in l. sæpe.ff.de re iudicata. in 28.col.in vers.ex his infert.ubi latè disputat, An sententia inter patrem & matrē quo ad matrimonium, utrum legitimum esset,noceat filijs, & concludit non nocere.Et aduerte, qa D. Ant.vult, ꝙ si est in possessione filius impubes, sententia contra matrem nō aufert bona,si nō est, sentit nocere ei.hoc intellige, vt noceat quo ad hoc,ut posteà habeat necesse plenè ostendere se esse filium.& ita Cin.ī d. l.j.in 2. quæst. Et quòd simpliciter sententia talis non præiudicet,post argumēta hinc inde tenet Cin. in d.l.j. & idem quod tenet. Cin.in d.l.j.C.eod.ut noceat quo ad transferendū onus,&c.Dicit Alberic.in d.l.j.Est verum,quòd tamen nec Cin.ibi,nec Alber.se firmant, eos tamen sequitur Iason ibi,col.pen.vers.in secūda.& allegat etiam ibi Fulg.dicens aliter non posse euitari tex.in d.§.fin. Est pulchra cōclusio & concordia, vt dicamus quòd si filius est in possessione, propter hoc non auferuntur ei bona, si non est, nō sufficit præsumptio filiationis,de qua, suprà, & ī l.3.§.causæ.ff.de Carboniano edicto.sed requiritur plena probatio, & ideo dum tex.in d.§.fin.dicit quod tunc actiones hæreditariæ denegantur, & ꝙ perinde est,ac si nō esset scriptus hæres, intelligiī hoc modo, ut licet sit scriptus. & ita in possessione filiationis, tamen nō audiatur nisi plenè, &c. & tantò magis sentio contra Salic.in d.l.j. C.de falsis.qa contrarium tenet idem Salic. in d.l.j.C. de Carbon. vbi vult absolutè,ut non noceat. Dum conferrem quæstionem cum D.Francisco Sfondrato Senatore & Doctore maximo,núncq; meritissimo Cardinali ambo deuenimus in infrascriptam sententiam, quòd sententia contra matrem non noceat filio. Sic Bartol.& glo. volunt quo ad plenum præiudicium, sed quo ad Carbonianam bonorū possessionem noceat, vt si non est in possessione, non sit ponendus,ex quo calumniosè petit. Et si est in possessione,& petat se cōfirmari, iuxta dictam l.j.C. de Carbon. quòd adhuc non cōfirmetur. Salic.in d. l.j.C. de falsis. vbi vide, in fin. & vide ad hoc textum & ibi Bart.in l.j.§.si cui.ff.de uentre inspi. custodiendoq; partu.Dixi, quòd capitulauit comes Franchinus, & vt intelligas quemadmodū res se haberet, scias,† quòd comes Hieronymus capitulauerat comitem Eleutherium,& comitissam Eleonoram fuisse legitimos iugales, ad hoc ut magis ipse præsumeretur filius ab eis tractatus pro filio legitimo,tam in eorum testamentis,in quibus hęres fuerat institutus, quàm aliter. Itē ꝙ anno millesimo quingentesimo decimoseptimo effecta fuerat prægnans ipsa comitissa, & ꝙ habebat vētrē durū,ꝙ cessabāt mēstrua eo tpe,& alia patiebatur: quæ accidere solent prægnātibus,quòd de anno millesimo quīgētesimo decimooctauo peperit ipsum comitē Hieronymū, cùm esset in suburbano,quod lōgius aberat mille passibus ab hac ciuitate Mediolani, ꝙ comitissa habebat lac.ī mamillis, passa fuit febrē tūc,& alia signa incōmodæ valetudinis,ꝙ pręfati iugales tenebant

7 (margin, left column: "si sequestrum") · 8 (margin, right column: "scias")

bant eum comitem Hieronymum pro eo rũ filio legitimo, & pro tali ab aliis tenebatur, quòd fama fuit à die natiuitatis vsque ad litẽ inchoatam, ꝙ esset talis, & postremò quòd præfati vir & vxor erãt bonæ vocis, conditionis, & famæ. Capitulauit igitur comes Franchinus in effectu, quòd comitissa finxit & simulauit se grauidã super imponendo vẽtri aliquid, quo sic appareret, quòd infantẽ alterius sibi supposuit, quòd simulatè & fraudulenter tractatus fuit ab eis pro filio, & denique totum contrarium eius, quod capitulauerat aduersarius, & vtrinque examinati fuere infiniti testes. Et si verum dicerent testes comitis Hieronymi, cessaret omnis dubitatio, an esset partus suppositus, quia stante vera prægnatione, & magis uero partu, & quòd emiserit lac,
9 cui dubium, † quòd esset determinandũ eum uerum filium esse, imò solus tractatus transfert onus probandi in aduersarium. Bart. in l. non nudis. C. de probationibus. Dec. in consi. 54. & per Doctores, maximè Fel. in cap. per tuas. de probationibus. Sed tamen an concludant, uel uerum dixerint, in primis consideretur in specie, quomodo probetur mulierẽ esse prægnantem. quod ponit textus in l. j. ff. de uentre inspicien. in pri. & versi. hoc in
10 terdictum. ubi † vult, vt multæ requirantur obstetrices fidei & artis approbatæ, quæ mulierem etiam nudam, & simul inspiciant, atque ita debent esse contestes. quod etiam ad alium finem dicitur, quia si una dicat, Est grauida, potest alia dicere contrarium. Veruntamen quando re discussa, prægnantem esse concludunt, magis est credendum, & in effectu est potius deliberatio quædam facta in cõsilio istarum obstetricum, quàm dictũ testiũ, vt etiam inferunt ibidem Doctores, maximè Alber. nec mirum, si tot requirunt, quia iudicium obstetricum est fallax. ca. nec aliqua 27. quæst. j. & Aret. cons. 143. uersi. uenio ad quartum. & bene probat in d. l. j. in prin. de ventre inspicien. dum vult, vt si illæ obstetrices reperiantur errasse, possit agi contra virum de calumnia. Item facilius esset eas decipere, vbi obstetrices non essent, sed aliæ mulieres, maximè quando illa, quæ se prægnantẽ asereret, potens esset, & fœminæ viles vt per te potes considerare, quia nõ audent similes personę plus vltrà tangere, uel manu progredi, quàm uelit matrona. Et si dicis, quòd ille tex. procedit quo ad effectum, vt habeat locum edictum de ventre in posses. mittendo. vt per glos. & Doctores in l. edictum. eo. titu. non autẽ propterea impeditur, quin possit aliter ꝑ testes probare quis mulierem esse grauidam, admitto illud dici ad eum finem. Tamen est aduertendum, quia ex dicta solẽnitate aliquid requiritur ex parte mulieris, vt est, quòd debeat denuntiare bis ad finem inspiciendi, & tertiò ad finem custodiendi, & quartò ad finem videndi eã parere. Alia est solemnitas factis denuntiationibus, vt certò sciatur an esset prægnans uerè, quam lex tradidit, ut cognoscatur veritas in re, in qua de facili potest fieri fraus, prima tendit ad illum finem, solum illius edicti: sed secunda in genere quomodo sit credendum quod esset prægnans, & saltem negari non potest, quin etsi aliter possit testibus probari, tamen testes debeant esse periti in arte, integri, sine suspicione & contestes. Et ideo dum multi in hoc casu concludunt fuisse prægnantem ea ratione: quia uiderunt & tetigerunt uentrem durum, & tumefactum, cùm tamen multæ ex aliqua infirmitate sic habeant, quæ nõ sunt prægnantes. Et cùm etiã testes tali visu & tactu corpore tecto ueste, vel etiam in terula, non considerarint quòd mulier potuit aliquo super imposito reddere vẽtrem suum tumidiorem apparet eos esse malè expertos & temerariè iudicare, & nihil eis credendum esse. Quod eò maximè dicendum est, quia etiam vnus testis deponit quodam die vidisse decidere culcitram quandam paruam ei comitissæ, quo tempore asserebat se grauidam, & deponit etiam ipsam comitissam veritam ne testis aduertisset, eum respexisse toruis oculis. Ex istis igitur tametsi aliquæ mulieres deposuissent, dum tetigerunt sensisse puerum in vtero, non crederem eis, cessante peritia, & stante quòd tactus factus fuit suprà vestes, & maximè, qa si matrona uoluit fingere se grauidã, potuit etiam tunc trahendo spiritum mouere

uere ventrem, & ita mouendo dicere mulieri tangenti, Sentis? & eam inducere ad credulitatem, & minus esset credendum, quando iste tactus esset factus instante ipsa matrona, & minus etiam quando appareret ex processu fuisse solicitā circa hoc, scilicet, vt tāgeretur: quia in effectu quod obiicitur ei, nihil aliud est quam ꝙ finxerit & simulauerit se grauidam. Et consequenter est à cautis, & prudētibus credendum quòd dum volebat tangi, etiam tunc parasset artes ad inducendum tangentes vt crederent. Ex istis etiam dico quatenus fieret fundamentum quòd pater & mater tractassent eum pro filio, & consequenter diceretur quòd esset præsumendus filius, donec probatum esset contrarium, vt dixi suprà quòd ineptè fieret, quia ad augendam fidem figmento ꝙ esset filius, sic erat faciendum, & aliter simulatio fuisset admodum insipidè recta, & nihil aliud esset dicendum quam quòd crederetur suspectis de fraude & dolo.

11 Et ad hęc accedit † quòd hic agitur principaliter de filiatione, & consequēter nō operatur tractatus. Bar. in d. l. non nudis. in lectura non impressa. Ias. in d. l. neque professio. C. de testamentis. Alcia. in tractatu, de pręsumpt. regula 3. pręsumptione 38. versic. dicit tamen Bald. Addo insequendo prædictam considerationem, vt non sit credendum parentibus circa tractatum filiationis, ꝙ etiam testibus dicentibus. Audiui à comitissa, quòd erat grauida, ac etiam à comite, & vidi quòd tanquam grauida ex comite lamentabatur: quia dolore, vel alio malo affecta esset, non est credendum, tum quia de auditu loquuntur, tum etiam quia in his in quibus creditur debent audiuisse non à suspectis, sed ab hominibus bonæ qualitatis. casus est in cap. licet ex quadam. de testib. & ibi dicitur quòd etiam debent illud audiuisse ante litem motam, quod nota. Et si dicas, suprà dictam conclusionē, vt non credatur parentibus in eo quòd concernit filiationem, esse contra notata in d. l. non nudis. C. de probationibus. vbi, vt dixi, solus tractatus sufficit ad faciendum, vt in effectu consequatur tanquàm filius id quod consequitur filius, & contra notata maximè per Felinum in dicto c. per tuas. de probationib. & in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & Alcia. vbi suprà, Respondeo me loqui, vbi ipsi parentes principaliter arguuntur de suppositione partus, & consequēter principaliter tractatur de filiatione: nam tunc non creditur, & hoc per ea quæ modo dixi post Bartol. Ias. & Alcia. Item loquor

12 † vbi etiam non principaliter tractatur de filiatione, sed in consequentiam crimine partus suppositi obiecto parentibus, militantibus maioribus præsumptionibus, vt sit suppositus, quàm quod sit filius: quia vna præsumptio maximè maior tollit aliam. l. diuus. ff. de in integr. restitut. & Bald in l. non ignorat. colum. ij. C. qui accusare non possunt. Et quòd præsumptio maior tollat hunc tractatum in specie, patet quia sententia contra matrem in hoc crimine saltem facit tantam præsumptionem quòd non sit filius, vt tollat præsumptionem filiationis quæ oritur ex filiationis quasi possessione, & sic ex tractatu filiationis, & consequēter impedit Carbon. bonorum possessionem sicut dixi suprà, circa principiū huius materiæ post Salice. in l. i. C. de falsis. & facit sicut ibi dixi l. j §. si cui. & quod ibi dixi. ff. de ventre inspiciendo, custodiēdoq; partu. & ita volui dicere paulò suprà, imò sola confessio matris plenum præiudiciū facit filio, iuncta cum fama vel aliis præsumptionibus, secundum Bald. in d. l. filiū diffinimus. in prima lectura, circa med. & dicam infrà. Et ita videtur esse in quæstione prædicta, quia comitissa ista fuerat sterilis vsque ad annum ætatis suæ quadragesimumprimum, & cùm esset magna matrona habitans Mediolani, vbi est mira copia rerum, voluit tamen eo die sero, quo dixit peperisse recedere in rheda, & ire ad suburbanum distans vltra miliare à ciuitate, & non præparatis obstetricibus, nec aliis ornamentis circa puerperium, quod admodum mirum videtur: maximè, quia erat in horrido mense Ianuarii, recessit etiam associata duabus duntaxat ancillis, cùm tamen soleret secum multò plures ducere, posteà fuit ad illud subutbanum conducta quædam obstetrix dum comitissa diceret, se parere velle, vilis multum & abiecta habitans ad

quoddam Molendinum, quæ tamen non superuenit dum pareret, sed infante existente inter eius femora, dicente matrona, se tunc eum peperisse. Additur etiam quòd comes ipse erat infirmus multum, & podagra laborans, & quòd comitissa etiam ante dixerat sensisse dolores partus, propter quod minus est credendum, vt voluerit se exponendo tanto periculo ponere in Rheda, & nulla re præparata accedere ad locum solitarium ad pariendum, præsertim cùm esset matrona delicatissima, ditissima, iam ætate prouecta, & primipara. Accedat etiam quòd præter ancillas quas domi reliquit propriam etiam matrem dimisit. Et vt se ab his excusaret dixit se iuisse animo redeundi vocatam à marito, qui ægrotabat. quæ excusatio non videtur admittenda, eò quia secum duxit in rheda lectum, & lecti operimentum. Accedat quoque quod ex duabus ancillis quas secum duxit vnam remisit statim retenta chariore, & de qua magis confidere solebat. Adducitur alia coniectura quòd è latere comitissæ probatum est, ipsam laborasse ex doloribus spacio duarum horarum, & partum stetisse orto capite spacio mediæ horæ, & tamen non fuerunt interim vocatæ aliæ obstetrices peritæ, quæ potuissent vocari & venire in tanto temporis spacio etiam ex quauis parte remota Mediolani, sed solùm fuit vocata quędam muliercula de qua suprà vicina viridario, quæ adeò festinauit, vt caligas non posuerit quò accederet celerius, & tamen, vt suprà dictum fuit, non venit nisi nato puero, & propter has coniecturas & suspiciones, & infinita alia quæ oriuntur ex processu, & de quibus infrà, Possessio feudorum fuit sequestrata apud regiam cameram: quapropter si pro concesso habeatur deficere probationem veritatis è latere comitis Hieronymi, prout habetur, tum ex considerationibus præmissis, tũ quia quo ad partum ipsum, Diamanta & alia muliercula solæ de eo deponunt, & sunt directò contrariæ in multis, quæ substantiam rei tangunt, & quo ad lac conuincuntur de falso, qui de eo deponunt ex dictómet comitissæ, & aliis, Sicq; militante solùm pro comite Hieronymo tractatu filiationis qui nihil prodest: quia agitur principaliter de ea, vel quia agitur de partu supposito pro quo tot suspiciones, & præsumptiones adsunt, ita vt propter eas tandem etiam fuerit per sententiam reposita possessio penes cameram, vt dixi. quæ repositio, vt etiam dictum est, facit præsumptionem contra filium, videtur posse iudicari, & quidem recto iudicio partum fuisse suppositum. Ad quod demonstrandum iure medio.

13 Dico, † quòd in probandis simulatis actibus & fraudulentis sufficit probatio per præsumptiones & coniecturas. ita Bartol. in l. post contractum. columna j. ij & iij. ff. de donationib. & Ias. in l. cum ea. columna secunda, post Paul. de Cast. in duobus consilijs & infinita alia. C. de transactionibus. Item in crimine falsi in specie vbi ciuiliter agitur, & in quolibet alio crimine difficili ad probandum sufficit talis probatio, ita Bartol. in l. si quis ex argentariis. §. & an hæredi. ff. de ædendo. vbi Ias. amplè. Decius consilio 189. columna prima & secunda, & in ca. porrecta. de confirmatione vtili, vel inutili. & est text. quasi in terminis loquens de suppositione partus. in cap. afferte. extrà, de præsumptionibus. vbi agebatur de filio mortuo cuiusdam mulieris supposito per eam alteri mulieri à qua viuum subtraxerat, & sic agebatur de partu non sibi supposito, sed alteri, propterea loquutus sum per verbum, quasi. quia nos loquimur de partu sibi supposito, qpod idem tamen est quo ad effectũ. Item agebatur de crimine furti quod trãsit in crimen abigeatus, scilicet de subtractione hominis, iuxta capitulo primo de furtis. & dicam infrà in titu. de abigeis. Et quia ciuiliter agebatur in istis criminibus difficilis probationis Salomon, & per eum summus Pontifex iudicarunt ex sola præsumptione, & ideo magis vbi militassent infinitæ, vt in casu

14 isto, iudicassent. Vbi verò † agitur criminaliter etiam in crimine falsi & furti requiruntur probationes concludentes, iuxta l. sciant cuncti. de probationibus. ita glo. ordinaria, & ibi Doct. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Dec. vbi suprà, & cap. literas. de præsumptionibus.

bus. & quòd ſufficiant præſumptiones, validæ tamen ad declarandum quem non eſſe filium talis, eſt cõſilium Fulgoſ. 214. vbi vide & ibi col. penult. circa medium.
15 etiam dicit, † quòd ſi mulier excedit annos quadraginta, quòd etſi cõcipere poſſit, tamen non præſumitur, quia frigeſcit ſemen. & ibi etiam dicit quòd ceſſat præſumptio filiationis quæ oritur ex contractu, concurrentibus præſumptionibus in cõtrarium de quibus ibi, & ſcias quòd non conſideratur in hac materia quòd potuerit mulier concipere, ſed an veriſimiliter conceperit, ita ſolemniter Socin. conſil. lxv. col. j. & ij in iij volumi. Eſt materia l. Gallus. in princip. ff. de liberis & poſthumis. Et aduertendum eſt circa dicta Bart. in d. l. poſt contractum. quo ad probandam ſimulationem, & in conſilio ſexageſimoſexto. & conſilio ſexageſimo-
16 octauo, dum concluditur † quòd tempore ſimulationis debet ſubeſſe cauſa, quare id fiat, ad hoc vt operētur præſumptiones, vt ponit Aretin. conſilio ſexageſimoquinto. colum. 4 & conſil. clx. in tertio dubio. Alexand. conſil. lvij. volum. v. quod hoc caſu militabat euidens cauſa, quæ erat ne feuda decedentibus comitibus ſine filijs maſculis, tranſirent in fiſcũ, prout veriſimiliter timor erat in eis, eò quòd conſtituti reperiebantur propter ætatem, infirmitatem, & longam ſterilitatem in eo vitæ ſtatu, vt ferè nõ supereſſet ſpes, tunc & minus in futurum ſuſcipiendæ prolis, imò amplius apparet ex proceſſu, quòd timor ille inuaſerat eos, quia eo tempore comes fecerat componi preces per aduocatum ſuum porrigendas Chriſtianiſsimo regi, vt gratioſè ſecum diſpenſaret, quòd de feudis diſponere poſſet deficientibus ſibi filijs in eos quos elegiſſet, voluitq; etiam comes dare operã, vt Iacobus Triuultius vir illuſtris & maximæ apud præfatum regem authoritatis, poſſet emere bona ſua feudalia. Addo quòd non ſolùm conſtat de cauſa, & ꝙ haberet comes vnde timeret, imò conſtat de delicto, quia quo die fuit dictum comitiſſam peperiſſe qui fuit dies decimus Ianuarij M D X V I I I. vnus infans natus ex quadam Vrſina fuit ſtatim, vt natus fuerat traditus in ciſta nobili cuidam, cuius frater adeo erat amicitia coniunctus cum comitiſſa, vt nihil magis, & fuit traditus per horam, vel circa antequàm pareret comitiſſa. quæ hora cõtinet ſolũ tempus quo potuiſſet iri à domo matris dicti pueri ad illud ſuburbanũ de quo ſuprà, & licet dictus nobilis qui confitetur habuiſſe dictum puerum illa die & hora excuſet ſe, quòd alia cauſa illum acceperit. Tamen non creditur ſibi illam excuſationem allegãti, ad ſe exonerandum, ex quo fuiſſet particeps criminis ſuppoſiti partus, & conſequenter incidiſſet in crimen falſi, iuxta d. l. j. cum ſi-
17 milib. C. de falſ. Et † quòd non credatur ei confitenti cum qualitate excuſante, allego dictum Bar. vulgatum in l. Aurelius §. idem quęſiuit. ff. de lib. lega. vbi vult, vt ſi quis confiteatur cum qualitate, tametſi acceptanda ſit regulariter confeſſio cum qualitate, nihilominus ſi confitens habeat præſumptionem iuris contra ſe, poſſit acceptari quod confitetur, reiecta qualitate. Quod autem præſumeretur contra eum liquet ex prædictis: nec quic-
18 quàm facit † quòd tortus perſeuerauerit in excuſatione quo ad tertium, quia magis ſtatur dicto ſine tortura quàm cũ tortura, quando interrogatur de ſe, & de alio. Bartol in l. j. §. qui quæſtioni. ff. de actio. Item fuit minus legitimè tortus conſideratis indicijs & qualitate delicti, & quòd plus eſt non animaduerſum fuit in eum de crimine plagiarij, de quo ſaltem erat confeſſus, iuxta cap. j. de furtis. & toto tit. ff & C. de crimi. plag. quãuis mulier quædam paupercula quæ interuenerat in emptione dicti infantis fuerit fuſtigata, iuxta illud,

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

Et vltra prædicta inferuntur etiam aliæ præſumptiones, quod eſſet partus ſuppoſitus ex contrarietatibus infinitis teſtium ipſius comitis inter vnum & alium, ac in
19 dictiſmet eorum. Et additur † quòd cum iudices haberent amplam authoritatem procedendi, ſeruata & non ſeruata forma iuris & ſtatutorum, & teſtes manifeſtè varios non torſerint, imò ſtatim dimiſerint non poteſt ſuper eis fieri fundamentum, vt not. in l. ex libero. ff. de quęſtionibus, & in l. ob carmē. §. ſi ea rei

conditio.ff.de testibus: & facit glos. in l. Lucius.ff. de his qui notantur infamia. Non omittitur etiam quòd fama probatur vehemẽtissima quòd erat partus sup
20 positus, † & sufficit sola fama in his, quæ sunt difficilis probationis, vt per Iasonem in l.si quis ex argentariis.§.an verò hæredi.ff.de ædendo. & in dicta l. cùm ea. columna fin. C. de transactionibus. & alibi sæpe. Respondetur tamen ad hoc
21 testes non dicere † quòd habuerit ortum ante litem motam, quo casu non habetur in cõsideratione secundum Abba. in cap. licet ex quadam col.2. de testib. sed dic quòd etsi Abb. id dicat, tamen veritas est quòd potest oriri fama quæ habeat omne robur famæ, & tempore maleficii, & posteà etiam ex interuallo post litem motã quando manifestatur aliquid, ex quo populus deducitur in opinionẽ, secus si solùm fundamentum famæ esset in personis à quibus auditum esset. pone enim quòd res sit facta secretè, & post quàm incepit iudex indagare, propalatũ est aliquid in facto, vt scilicet in casu isto quòd eodem die partus suppositi fuerit infans emptus, qui tunc etiam erat natus & emptus à familiari matris, & vt suprà, certè si oriatur fama ab hoc actu, vel alio etiam fama idonea est, ita Bart. in l. de minore. §.plurimũ in 4. quæst.ff. de quæstio. & Areti.not.in d.c. licet ex quadam. & alibi sępe, & cùm iste actus & alij produxerint hanc famam creditur, & vtcunque sit etiam ante litem motam habuit initium, vt apparet ex processu. Vnum
22 est † quòd videtur tollere omnes amaritudines, quia videtur probatum Comitissam, & Diamantam confessas fuisse, quòd erat partus suppositus, nec dicatur non stari dicto matris quod talis non sit filius secundum Bart. in l.diffinimus.ff. de his qui sunt sui, vel alien.iur.& not.in dicto c. per tuas.de probat.& maximè quia non constat eam iudicialiter dixisse: nam respondetur quòd iunctis prædictis aliis coniecturis standum est, ita Alcia. in terminis in suo tracta. præsumptio.in reg.3. 37. præsumptio. num. 9. & col. sequen. & vide Bald. in d.l. filium diffinimus. vbi vult quòd dictum matris cum fama sufficiat, nec est curandum quòd dictum matris esset extraiudicialiter prolatum, quia de hoc non curant Doctores in d.l.filiũ. loquentes quando extraiudicialiter id asserit, & etiam de solo dicto matris, hic verò etiam adesse dicitur dictum Diamantæ. Non obstat quod comitissa nominauerit eum filium in fine dierum suorum in suo testamento in quo etiam eum instituit, & ita quòd magis est standum dicto primo, & vltimò quàm medio maximè extraiudiciali, quia respondetur solùm colligi ex processu in quo apparet quòd quando detexit partum suppositum fuisse in suo chirographo rogauit D. Vicecomitem sui studiosissimum, vt dictum chirographum, & confessionem Diamãtæ nemini reuelaret, præterquàm Christianissimo regi, & hoc ob honorẽ suum & multorum nobilium qui deposuerant in causa pro ea, ne sic eos perderet, vnde cum vellet comitissa hæc secretò agi cum rege, non mirum si posteà voluit perseuerare in primò negatis, & ꝙ confessa fuerit vltra hoc quòd plenè cõstat, etiam demostrat effectus secutus priuationis commodi possessionis bonorum feudalium. Item demonstratur, quia ex processu constat quòd postquàm intellexit regem noluisse ratam habere quandam conuentionem factam cum D. Vicecomite timens ipsa ne propter cõfessionem per eam factam caperetur, & puniretur cùm iam esset detecta, aufugit à ciuitate Mediolani. Addo aliam rationem quare instituerit filium, & sic perseuerauerit, quia pro partu supposito videtur ꝙ possit procedi contra memoriam defuncti, vt dixi suprà, licet ego reprobauerim, & ideo potuit verisimiliter timere ne procederetur, ipsa mortua. Et si dicat co-
23 mes † Hieronymus quòd factum fuit contra matrem meam, mihi non nocet, nisi quo ad priuationem beneficii Carboniani, vt suprà dixi in pri.& si non nocet sententia, nec acta, iuxta notata per Bartol. in l.ij.ff. iudicatum solui. & in l. si mater. §. item si in rem.ff. de exceptio. rei iudica. Alexand. consil.141. in 7. vol. & Roman. consil.111.in secunda colum. & per Deci. in l.ij.C. de æden. & consequenter nec confessio facta in illo processu, nec testes. Cum igitur omne fundamentum

damentum è latere comitis Franchini ſit ſuper dicta ordinatione, & teſtibus in illo iudicio criminali examinatis contra matrem ad oſtendendum partum ſuppoſitum eſſe, ſequitur vt nihil ſit pro eo in hoc iudicio quod nunc agitur ciuiliter inter ipſum comitem Hieronymum, & Franchinum. ſi nihil, ergo cùm comes Hieronymus ſit in poſſeſsione, quia ſequeſtrum non priuauit eum poſſeſsione, vt dixi ſuprà, circa princip. debet abſolui per regulam. l. qui accuſare. C. de ædendo. & l. fin. C. de rei vendica. vbi dicitur quòd poſsidens etiam vitioſè non debet repelli niſi ab eo qui fundauit ſuam intentionem, & faciunt notabiliter circa hoc dicta per Decium in d. l. qui accuſare. Ad hoc reſpondetur, quòd ſi eſſet ſequeſtrũ, res eſſet dubia an eſſet priuatus poſſeſsione, quia ſequeſtrum non fuit voluntariũ, iuxta doctrinam Bartoli in d. l. intereſſe. ff. de acquiren. poſſeſsio. & Abb. in dicto cap. examinata de iudicijs. vbi etiã Felin. & Aretin. & per Iaſonem in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur. per Abba. in ca. ij. de ſequeſtratio. poſſeſsio. & fructuum. & Curt. in tractatu ſuo de ſequeſtris. ſed non fuit ſequeſtrum, verũ mœra priuatio poſſeſsionis, nec de ſe-
24 queſtro verbum aliquod, † ſed quòd rex ordinauit poſſeſsionem eſſe reducendam ad manum regiam, & ſic ad dominũ apud quem ſtare debet poſſeſsio donec diſputatur cauſa ſtatus, iuxta glo. in cap. i. ſi de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. in pri. vbi glo. vult, vt ſi oriatur mortuo vaſallo quęſtio ſtatus inter dominum & agnatum vaſalli, quia dominus neget eum ſuccedere poſſe, tunc debeat poſſeſsio ſtare penes dominum, & loquitur in feudalibus. In alijs verò, iuxta l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. vult contrarium. & Afflict. ibi latè hanc opin. tenet, ſcilicet quòd non ſufficiat aliqua probatio filiationis, nec eius quaſi poſſeſsio, iuxta cõſilium Dec. 54. 272. & 153. col. 2. Sed debeat plenè probari filiatio, ſic etiã vult gloſ. ibi ſi intelligatur, quia dum mẽtionem facit l. fi. C de edict. diui Adria. tollen loquitur de inſtituto, & ſic de exiſtente in quaſi poſſeſsione filiationis, ſi de filio intelligamus, & tamen vult, vt aliud ſit eo caſu. Et licet hæc opinio poſſet habere difficultatem propter opinionem l. oct. relatorum per Afflict. ibi, tamen in hoc caſu nullam habet, quia quaſi poſſeſsio deſcendit ex tractatu facto à patre & matre, quibus crimen hoc imputatur, & ſuſpectiſſimis, imò conuicta matre per confeſsionem, vt ſuprà dixi, & fa-
25 cit quòd † vitioſa poſſeſsio non operatur, vt qui in ea eſt habeat fundatam intẽtionem. text. eſt vbi Bald. & alij in l. vis eius. C. de proba & Bald. in l. j. C de ordi. cogni. vbi vide, habetur in l. ſi prius ff. de oper. no. nuntia. quare igitur rex non debuit priuare puerum poſſeſsione rerum feudalium? Addo quòd tractatus iſte ortus à patre & matre oritur ab his qui nullo modo poſſunt diſponere de rebus feudalibus, iuxta text. in cap. j. § j de ſucceſſ. feud. ergo non eſt eis credendum, aliâs per indirectum diſponere poſſent de re feudali. Sic ceſſat oppoſitio, quia apparet quòd rex priuauit eum poſſeſsione & iure quidem, & conſequenter ceſſat. d. l. fin. C. de rei vendic. Et vlterius inſiſto, quòd rex priuare iure debuerit eum poſſeſsione, prout priuauit, quia fundamentum poſſeſsionis fuit ſuper eo quòd mater tutrix dixerit eum filium, & ſuper tractatu parentum, & patefactum fuerat, ꝙ proueniebat à parentibus ſuſpectiſſimis anhelantibus ad prouidendum ne bona reuerterentur in cameram, & ita declarat in ſpecie Corn. in conſil. 245. colum. penult. & fi. vbi vide, volum j. Item patefactum fuerat ex dicto matris, Diamantæ & alijs infinitis, de quibus ſuprà tollentibus omnem præſumptionem, ſi quę, erat pro filio, imò facientibus rem notoriam quo caſu etiam ſic ex abrupto po-
26 tuit priuari poſſeſsione, † quia in notorijs aliquis ordo non eſt attendendus, vt dixi ſuprà ſub rubr. quomodo procedatur in crimine notorio, & poteſt etiam ſine ſententia priuari quis poſſeſsione. c. ſi conſtiterit. vbi Abb. de accuſ. Si igitur ita iure fieri debuit, cur non eſt præſumendum ita facere voluiſſe? & maximè quia rex etiã interpoſuit in eo ſuam abſolutam àuthoritatem, quod fuiſſet ineptũ ſi ſolùm gratia cuſtodię poſuiſſet poſſeſsionem penes cameram. Ceſſat igitur. ſ-

sumptum, quòd actore non probante contra possessorem, &c. Sed vbi etiã adesset possessio penes eum cùm appareat, tum ex processu nouo inter eos, tum ex processu criminali inter matrem & fiscũ quòd non est filius, debet obtinere Franchinus, quia apparet nullum ius competere Hieronymo, maximè coram Senatu qui iudicat, vt Deus, & qui non debet attendere ad illam subtilitatem quòd magna pars fundamenti, vt non sit filius appareat ex processu criminali, non cum eo facto, & sic res inter alios acta sit. Et aduertatur quòd comes Franchinus habet fundatam intentionem ex eo quòd est filius comitis Herculis legitimati & habilitati à principe, & ideo si comes Hieronymus non probet verè se filium debet succumbere, & restituere possessionem bonorum si eam habet. ita in terminis Ang. in l. liberorum. in pri. ff. de infami. vbi omnino vide, sed hoc non probauit, quinimò comes Franchinus probauit cõtrarium ergo, &c. Et licet tractatus iste
27 non esset suspectus, tamen † adhuc non posset obtinere deficiente probatione filiationis, non dico ex eo quòd principaliter tractetur de filiatione, quia fortè nõ est verum, quicquid dixerim suprà, sed ex eo quia sumus in decisione petitorij, quo casu non sufficit, sic omnes in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Bald. in duobus locis. sic Iason. in l. neque professio. Deci. consil. 321. colum. 4. Sic alij relati per Alcia. in tracta. præsumptio. regu. 3. præsumptione 38. num 6. & seq. vbi ostendit quod Dec. in consil 54 malè dicit, qui tenet oppositum, & dicit communem esse in contrarium: allegando tamen in terminis solum Anto. de Butr. nõ tamen me firmo in hac opinione Alciat. quòd in decisione petitorij non sufficiat tractatus, quando tractatus est nitidus, & non agitur de crimine vel commodo
28 ipsorum parentum, † quia imò sufficit quando incidit de dominio tractari, iuxta dicta Bart. in l. quidam in suo. ff de constit. instit. & credo quòd in practica præualeret hæc opinio. Pro opinione tamen Alcia. optimè facit quod dicit Bart. in l. j. quorum bonorum. col. ij. circa fin. vbi dicit quòd in petitione hæreditatis requiruntur veræ & liquidæ probationes, In interdicto verò possessione de quo ibi sufficiunt præsumptiuæ, & faciunt dicta per Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, summariè. vtcunque sit in casu isto euitatur optimè consil. Dec. 54. qui loquitur quando saltem apparebat ꝙ erat filius matris, & ideo tunc sufficere debet probatio tractatus propter probationis difficultatem, sed nos loquimur quando etiam dubium erat de matre. Ordo fuit iste in hoc iudicio, Comes Hieronymus agit remedio reintegrandæ, quia petit contra cameram sibi restitui possessionem, vel commoditatem eius, tertius se opponit, scilicet comes Franchinus, & opponit de dominio suo vigore priuilegiorum suorum tanquàm quod sit filius comitis Herculis, & sic agnatus proxi-
29 mior, † quòd dominium & ius potuit opponi contra remedium reintegrandæ. l. bona fides. ff. deposi. & in fal. fi. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. vbi ait quòd tertius auditur, allegans dominium suum contra agẽtem remedio reintegrandæ. Respondet comes Hieronymus quòd ipse est filius qui excludit agnatos, replicat comes Frãchinus non esse verum quòd sit filius, & ideo super hac filiatione incidenter contenditur. & crederem in practica esse seruandum, vt solus tractatus deberet sufficere ipsi comiti Hieronymo, quicquid dicat Alcia. & credo quòd ita semper fuerit seruatum, sed cùm iste tractatus sit suspectus, & militent tot præsumptiones
30 contra filiationem † potest sanè iudicari ipsum non esse filium, ad quod ostendendum sufficiunt præsumptiones, vt not. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Corn. in d. consil. 245. colum. fin. volum. j. & hoc non habet difficultatem, cùm non tractetur quo ad comitem Hieronymum de crimine, nec criminaliter, nec ciuiliter qui errare non potuit, & ideo fatuum est ingredi illam
31 difficultatem, An † in crimine difficilis probationis sufficiãt præsumptiones quãdo ciuiliter agitur. In qua tamen verum est quòd sufficiunt per ea quæ dixi suprà, dum allegaui Bart. in l. si quis ex argentarijs. § j. ff. de æden. & cap. afferte. de

de præsumpt. & Alciat. Addo quòd hæc est ratio, quare etiam adulterium probetur coniecturis ciuiliter agendo, secundum Bart. in l. capite quinto. ff. de adulter. & Feli. in cap. præterea. de testibus. Ad hæc etiam Bar & Doctores in l. post contractum. ff. de donatio. vbi volunt vt præsumptionibus iudicetur talem alienationem factam fuisse in fraudem, & tamen agi etiam potest criminaliter ob crimen stellionatus, vt in illo tit. de crimi. stellio. & dixi suprà hoc, eod. titu. Addo quoque quòd metus punitur criminaliter per titu. de l. Iulia de vi publi. & priua. & dixi suprà in tit. de pluribus violentijs, & tamen coniecturis probatur. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori ff de noui oper. nuntia. Bart. & Doct. in l. interpositas. C. de transact. & in crimine fal-

31 si, quòd † sufficiăt præsumptiones, quădo ciuiliter agitur latè concludit Dec. consil. 189. colum j & primo seq. vbi ad hoc allegat plura consi. Alex. & aliorum. Est verùm quòd vbi agitur de falsitate instrumenti suspiciones debent oriri ex inspectione instrumenti, vt declaraui suprà in crimine falsi, circa pri. per notata à Paul. de Cast. in l. iubemus. C. de prob. Abb. & Innoc. in ca. j. de fide instrumen. sed vbi non agitur de falsitate instrumenti suspiciones & pręsumptiones sufficiũt. sic vult Dec. qui loquitur in falsitate testium in d. consil. sic etiam voluit Alex & alij ibi relati, imò vbi agitur criminaliter videtur idem dicendum per allegata à Dec. pro prima opinione quam ad hoc approbat Felin. in c. afferte de præsump. versic. tertio limita. & ad hoc etiam vide Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. in penult. colum. vbi loquitur de falsitate testis, & dicit quòd iudex loquendo in criminalibus debet se temperare in pœna, & illam non aggrauare, quia suspicio solùm militabat clarè volens, vt omnem pœnam imponere debeat, vbi militĕt claræ præsumptiones, & hanc decisionem sequitur idem Felin. in d. ca. afferte. col. j. Non recedo tamen ab opinione Decij, quòd quando agitur criminaliter nõ sufficiunt, nisi tamen secundum terminos l. fin ff. de probatio. quando præsumptiones essent indubitatæ, vel pręsumptiones essent approbatæ à lege, secundum ea quæ ponit Felin. in d. c. afferte. versicu. sed ista limita. vel etiam violentissimæ, iuxta ea quæ ponit Felin. ibi, versic. quartò limita. vel etiam quando essent violentæ mitigata pœna, iuxta ea quæ ponit Abb. not. in d. c. afferte. & Felin. in versi. not. quartò. imò ex quo est crimen difficilis probationis, minor præsumptio in hoc delicto debet existimari violenta, tametsi ita non fiat in alijs, & vide quæ latè dixi suprà in titu. de conuictis. de illis

33 præsumptionibus. Dixi quòd † in probando actu difficilis probationis si agatur ciuiliter sufficiunt præsumptiones siue criminaliter agi posset, siue non. Sed hic quæro an istæ præsumptiones debeant esse approbatæ à lege, & videtur debere per glos. in l. absentem. ff de pœn. Bald. in l. ciues. C. de appellat. & in l. licet. in pri. ff. de legat. j. & ibi Alexan. &

34 latius Ias. Sed † dic contrarium: nam alia est præsumptio legis, alia hominis, vt declarat not. Abb. in capit. accedens. colum. 2. de accusatio. & Bal. not. & consideratè admodum in l. ea quidem. col. 2. C. de accusat. pręsumptio legis est quando lex præsumit sic esse, vt quod contractus sit vsurarius si interuenit pactum de retrouendendo, & adsit modicitas pretij, & persona sit solita fœnerari, iuxta ca. ad nostram. de empt. & vendi. & tunc talis præsumptio dicitur liquidissima probatio, & non solùm præsumptio, sed etiam quælibet coniectura approbata à lege facit liquidissimam probationem, sic loquũtur not. in d. l. licet Imperator. Præsumptio verò hominis est quando iudex suspicatur ex diuersis actibus ita esse, & tunc lex non requirit hanc approbationem legis, & ita Felin. in d. c. afferte mihi gladium. vbi loquitur de præsumptione hominis. Et si consideres quæ dicuntur à Doctoribus allegatis suprà, circa actus simulatos, & fraudulentos, cui dubium quòd ipsi non requirunt, vt omnis præsumptio sit approbata à lege, sed solùm considerant id quod dicit tex in l. dolum.

35 C. de dolo. quòd † dolus cognoscitur ex insidijs perspicuis. & in c. 2. de renuntia in vj. vbi idem. & vide glos in l. dolum dum ponit exemplum Hispanorum, qui

ebrios reddiderunt mercatores ad perpetrãdum dolum, quòd exemplum inducit præsumptionem hominis non legis, & ideo Alexan.consil.58.ad fin.volu.ij.dicit quòd ad probandum dolum sufficiunt coniecturæ. quæ probatio arbitrio iudicis committitur, sic etiam Socin. consil. 92. column.4. volum 4. percurrit plures coniecturas ex quibus probatur dolus, quæ tamen non sunt à iure approbatæ, & dicit Corn.in consil.178.colum.v. volumi.2. quod coniectura extrinseca facit præsumi dolum, & vt ibi. Et ad hæc facit tex. in d.c.2. de renuntiationib. in vi. & Deci.consil.245. Est tamen aduertendum

36 † quòd de his præsumptionibus saltem constet per duos testes pro vnaquaque earum, iuxta glo.in l.fin.C.famil.erciscun.& not.in l. ad nonendi.ff.de iureiuran. & dixi suprà in materia torturæ latissimè. Et in hoc casu etiam aduertatur ad ea quæ voluit Abb.& Felin.in d.c. afferte. vbi dicunt quòd etiam ex præsumptionibus extrà processum, Iudex potest informare animum suum ad sententiam. Item aduertatur dum dixi quòd debet constare per duos testes de vnaquaque præsumptione, quia quo ad indicium est verum, secus quo ad præsumptionem, quæ etiam potest oriri ab vno solo, & manifestam differentiam inter præsumptionem & indicium facit glo.in l.2.ff. de excusa.tutor.in prin. in verbo, legitimis. & Bald. in d.l. ea quidem. colum.2. Item

37 aduertatur † quòd si istæ coniecturæ ponuntur in arbitrio cuiuslibet iudicis, multò magis debent poni arbitrio principis vel Senatus, qui iudicant ex conscientia sua. Bart.in l.j.in fi.C.vt quæ desunt aduo.etiam quòd de ea re scientiam haberent antequàm dignitates suas consequerentur. Dec.in consi.463. ad finem. Hęc sunt quæ possunt adduci in hoc casu, & cùm hæc & alia essent reuoluta longo tẽpore in Senatu, Tandem deuenit in eam opinionem Senatus, vt partus esset suppositus, & ita iudicauit. Et ad id quòd dixi principem vel Senatum iudicare, ex conscientia sua etiam quòd scientiam haberent ante adeptas dignitates, Adde ꝙ superioribus mensibus summus Põtifex Paulus tertius damnauit magnum virum, quasi mandasset fieri homicidium, quia id ei Pontifici dum Cardinalis esset falsus fuerat, & eum priuauit amplissimo sacerdotio, & magnis redditibus. Addo etiam

38 circa partum suppositum † quòd hoc est crimen publicum, licet publicam accusationem non contineat, sed tantùm accusatio spectet parentibus, & his de quorum interesse agitur. text. est in d.l. lege.§.de partu.ff.de fals. idem est etiã in crimine adulterij, quia est publicum, & tamen accusatio non competit nisi viro & coniunctis.l quamuis.C.de adulterijs. ex quibus colligi potest quod non valet consequentia. Quilibet non potest accusare, ergo non est publicum, sicut etiam econtrà non valet consequẽtia, Quilibet potest accusare, ergo est publicum. & ita declarat Bart. in l.j. in vltima quæstio.ff. de public. iudic. Addo quoque quòd per statutum quartum huius ciuitatis in criminalibus ponens omnes casus in quibus ex officio procedi potest, inter quos est casus falsi, siue falsitatis sub verbo, falsarios. posset etiam ex officio nulla parte instante procedi, licet secus in adulterio, de quo in eo statuto nulla est facta mentio, & ideo mulier quædam quæ renuntiauit iuribus dotalibus per instrumentũ transactionis in manibus fratris, & nunc petit transactionem rescindi, quia allegat se fecisse metu fratris qui dicebat vbi ita non fecisset, velle eam accusare de partu supposito, quòd crimen reuera commiserat, malè petit cùm metus fuerit iustitiæ l.accusationis. C.quod met.cau. & ibi Paul.de Cast.in pri. & si dicatur quod ante transactionem erat remissa iniuria ab eis ad quos attinebat res, quo casu saltẽ, remissum debet posse repeti, ex quo accusatio comminata erat calumniosa, iuxta l.in summa.in pri.ff.de condi.indebi glo. in d.l.accusationis. & in l. si quidem.C. de contrahen. & concip. stipul. Respondetur quòd illa remissio non impediebat fiscum posse instare iudicem, vt ex officio pro interesse publico & fisci procederet, & ipse iudex potuisset procedere ex officio per dictum statutum, quòd non solùm enumerat crimina publica in quibus ex officio potest procedi, sed etiã infinita priuata delicta, vt ex eo legi potest, &

sine

sine illo statuto malè res fisci & iustitia gubernarentur. Et dum dixi quòd statutum nostrum comprehendit falsarios, & consequenter etiam crimen partus suppositi. hoc satis est clarum, eò quia crimen hoc, est crimen falsi, & ex comprehensis in capitibus l. Corneliæ de falsis. vt est text. in dicta l prima. C. de falsis. & in alijs legibus suprà in pri. allegatis iunctis quę dicit Barto. in l. quid sit falsum. ff. de falsis. & quia etiam dixi quòd est crimen publicum huic non obstat quòd secundum statuta nostra est alterata pœna in omni falsitate præterquàm in casibus expressis per statuta, iuxta statutũ, quod incipit falsum committens, quia hæc alteratio pœnæ non facit quin sit publicum, secundum Barto. in dicta l. prima columna penultima & pri. sequen. ff. de publi. iudic. & Fulgo. consil. 72. columna secunda & quod in crimine partus suppositi iudex possit ex officio procedere, dato quòd certis personis sit concessum accusare. tenet Angel. l. falsi. in fin. C. de falsis. motus bonis rationibus. & ita est etiam in crimine adulterij, vt ibi. & aduerte quia in multis delictis in quibus passim, omnibus non licet accusare, iuxta titu. qui accusa. non pos. & nota. per Aret. in gloss. nécnon ad querelam. tamen iudici licet inquirere secundum regulas traditas per Barto. in l. secunda. §. si publico. ff. de adulterijs. est † verùm quòd circa hæc communiter per statuta & consuetudines prouidetur, quę dant modum, quando ex officio, & per inquisitionem possit procedi, & in quibus non, vt in hac ciuitate Mediolani, & illi ad quos spectaret hæreditas, si recipe rent satisfactionem simpliciter à matre propalante partum absque alia remissione, amplius eis non pateret ius accusandi, sicut & in quolibet alio publico delicto, de priuato non est dubium, ex quo facilè posset mulier pœnam euadere, quia alius non poterit accusare, nec fortè iudex inquiret. ita Angel. in l. vnica. colum. fi. C. quan. ciui. act. præiud. crim. quòd nunquàm obliuiscaris.

39

Tit. de Falsa moneta.

SVMMAE.

1 *Monetarum falsarum excusores. & eis præstantes auxilium, vel eas expendentes, qua pœna puniantur.*

2 *Moneta dicitur falsa etiam si in se sit bona, sed fiat à non habente authoritatem.*

3 *Monetam falsam expendens an excusetur, si doceat à quo eam habuerit?*

4 *Monetæ appellatione in statutis non venit minima.*

5 *Alchimista an peccet?*

6 *Monetam falsam sui principis vel alterius falsificans an incidat in crimen læsæ maiestatis?*

7 *Indicium ad torturam est reperire instrumenta ad cudẽdam falsam monetam in domo alicuius etiam non demonstrata sciẽtia domini.*

8 *Torqueri debent plures fratres in eadem domo existẽtes, in qua reperta essent instrumenta ad monetam si essent malæ vitæ.*

9 *Monetam tondentes et tangentes cum ferro, vel minuentes cum aquis, & simili modo, qua pœna puniantur.*




QVIA excusor falsæ monetę incidit in l. Corneliam de falsis l. qui falsam. ff. de falsis. ideo hic necessariò esset tractandum de materia falsæ monetæ. Verùm quia plenè habetur in repert. Hipp. in d. l. q fal sam. in prin. in antepenul. char. colũ 3. & seq. & per Afflict. in tit. quæ sint regalia. in uerbo, monetæ. in quibus locis habetur amplus tractatus i materia, Ideo paucis ero contentus, & circa pœnam tã cudentium, quàm expendentium, & tondẽtium, etiam bonas monetas, & auxilium præstantium talibus delinquentibus, arbitror ꝙ in quolibet dominio superinde sint ędita statuta, & decreta clara, prout & in hoc dominio adsunt, ideo non est
1 opus alia disputatione. Concremantur † enim secundum decreta nostra excusores falsarum monetarum, & eis præstantes auxilium, & idem de expendentibus falsas monetas, sed in tondentibus est alia

alia pœna, quo tamen ad expendentes, & ſi in procedendo fiat indagatio, iuxta qualitatem pœnæ, tamen poſteà in fine volétibus ipſis componitur res pecunia, vel alia pœna non corporali, & uide in materia Cœpol. in conſil.78. vbi confirmat dicta Bar. in d l. qui falſam, quòd li-
2 cet † moneta in ſe fiat bona, ſi tamen nó fit ab habente authoritatem, dicitur falſa, & adulterina, & alia dicit ut per eum etiam quando expéditur falſa moneta, iuxta mirabilem diſtinctionem Bart. in l. lege Cornelia. ff. de falſ. an pecunia talis ſit plumbea vel alterius generis in qua materia maximè expendentis omnino vide Barba. in 3. uol. conſi. 51. col. v. & ſeq. ubi ponit quomodo debeant eſſe num-
3 mi, & de ſcientia expendentis, † & quãdo talis docet à quo pecunias habuerit nam tunc ſecundum eum eſt excuſatus per deciſionem Ang. poſt Iac. Butri. in l. maiorem. C. de falſis. Sed credo eum malè dicere ſtantibus ſtatutis & decretis de quibus ſuprà, nam fateor eum excuſari ab illa præſumptione quòd non fecerit fieri, ſed non excuſatur ab vſu, quem ſolum ſtatutum conſiderauit, vt colligitur clarè ex dictis Salicet. in d. l. maiorem. & probatur in l. ſi falſos. eod. titu. & alibi ſæpe, & ita quotidie practicatur. In materia etiam vide Alexand. conſil. 104. colũ.
4 2. uolu. j. vbi tenet † quòd ſtatutum loquens in moneta non habeat locum in minima, licet Cœpol. vbi ſuprà loquatur in eadem moneta, per quod conſiliũ non ita pridem exemi à morte duos qui in viridario magno caſtri portæ Iouis cude-
5 bant quadrantes. De † alchimiſta an peccet? uide Abb. in cap. 2. de ſortilegis poſt Oldra. per eum allegatum, & in apoſtillis ad eum, uide etiam in materia. Cœpol. conſi. 17. col. v. verſic. & idem vult Bald.
6 ubi dicit, † quòd falſificans monetam ſui principis incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſecus ſi extranei, quia eius ſubditus non eſt allegat text. in l. ſi quis nummos. & ibi Bald. C. de falſa mone. Adde ad materiam Albe. de Roſa. in dictionario ſuo. in verbo, moneta. vbi inter alia dicit ꝙ illi triginta nummi argentei quibus proditus fuit dominus noſter, fuerunt primæ pecuniæ quæ fuerunt in mundo confe-
7 ctæ, de quo ſto à veritate. Scias autem † quòd reperire inſtrumenta ad cudendam monetam apta in domo alicuius, eſt indicium ad torturam in homine malæ famæ, vt per Hipopl. in dicta l. qui falſam. in colum. antepenul. & penulti. vbi vide. ſed ſecundũ decreta noſtra antiqua erat pœna mortis, verùm ex nouis conſtitutionibus imponitur pœna confiſcationis bonorum, & alia etiam corporalis arbitrio Senatus, qua pœna contentæ fuerunt dictæ nouæ conſtitutiones, quia in effectu licet antequàm ęderentur abſolutè eſſet pœna mortis, tamen illa nemo vnquàm affici ſolebat, ſed res componebatur. Aduertendum tamen eſt ad hos noſtros ordines, quia loquuntur ubi quis habuerit in domo ſua dicta inſtrumenta, quæ uerba denotant ſcientiam, ut de ſe patet, prout etiam dicimus in receptatore, quòd tenetur eadem pœna quando ſcienter receptat. Nec quis dicitur receptare niſi ſcienter l. prima & ibi not. ff. de recept. & ideo non demonſtrata ſcientia, nec etiam ignorantia ſequendo ius commune, deueniendum eſſet ad torturam, iuxta dicta per Hippol.
8 Et † ſi plures fratres habitarent in eadem domo omnes torquerem, ſi omnes eſſent malæ uitæ, uel eum ſolum qui malè audiret, aliàs nullum, & minus damnarem, quia minus apparet de ſcientia quàm ſi vnus ſolus eſſet, & hæc conſideratio heri fuit habita in Senatu. Et vide omnino Salic. in l. j. ij. & 3. C. eo. & ibi
9 ponit de † excuſſoribus tõdétibus & tangentibus iam formatam, ut in malis aurificibus & campſoribus, & dicit ibi quòd cum aquis aliqui minuũt pecunias, & ponit de pœnis taliũ, vide etiã Angel. i uerbo, falſario. col. 6. verſi. quæro an ille qui expendit. & ibi in additionibus nouis & nouiſſimis. u de etiã Vitali. in tit. de pœna falſæ monetæ. ubi ponit ſpecialia in hac materia, reliqua uide per Afflic. ubi ſuprà, & dicam infrà dum tractabo de regalijs & eorum materia.

Tit. de Incendiariis.

SVMMAE.

1 *Incendiarii qua pœna puniantur.*

1 

OENA † incendiarij est capitalis, vide Bart. latè distinguentem tamen, in l. j. ff. de offic. præfecti vigil. Alberic. in l. si. ff. de incēd. ruina naufra. & Docto. maximè Salicet. in l. dati. C. qui accusa. non possunt. ubi etiam in omnibus casibus cōsiderat quid iuris sit quo ad emendationem damni, & punitur etiam incēdiarius in capitulis l. Corneliæ de sicarijs. l. j. in pri. ff. de sicarijs. & ibi amplissimè in repertorio Hippol. in vltima char. col. j. & duabus sequētib. & de hac materia uide etiam Angel. Aret. in verbo, incendiario. & in additionibus, & hic Mediolani habemus statutum tales puniens.

Tit. de Damno dato.

SVMMAE.

1 *Damnum dare, censetur esse maleficium.*

2 *Percussus, vel aliter iniuria affectus, ab aliquo potest agere ciuiliter & criminaliter.*

3 *Incisores vitium qua pœna puniantur.*

4 *Damnum arboris incisæ, vel domus dirutæ quomodo consideretur.*

5 *Statutum vt villa tenentur pro damno dato in territorio suo quomodo intelligatur.*


6 *Custodes an possint torqueri pro eruendis veritate damni dati, vel furti commissi?*

7 *Domini an teneatur ex delicto suorum familiarium?*

8 *Repræsalijs concessis ex facto vnius, si alius fuerit captus, potest repetere omne damnum, quod passus est, & ibi limitat duobus modis.*

9 *Statutum loquens de damno an habeat locū in furto? & suprà tit. de captura, nu 43.*

10 *Damnum si det animal in meo prato, et illud inueniam, an possim de iure retinere?*

1 

VIA † damnum dare est etiam maleficium. l. ex maleficio. ff. de act. & obliga. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. in pri. Ideo etiam non sunt prætereūda duo verba ad cognitionem materiæ. uide titulos. ff. si quadrup. paupe. fecisse dica. De noxalibus ad legē Aquiliam. & titu. ff. de his qui eiecerunt uel effuderunt. in quibus de damno dato ab animalibus, & damno dato, tam à seruis quàm à liberis personis, & tam in seruos quàm liberas personas & bruta animalia & alia, non omittendo tamē quod ubi interuenit furtum cessat Aquilia. l. si seruus. §. si quis. de manumis. & §. si quis oliuam. ff. ad legem Aquiliam & per Ias. in l. si familia. col. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & vbi fit homicidium etiam quòd habeat locum l. Cornelia, de sicarijs. l. ex morte. C. eod. & §. liberum. Instit. de lege Aquilia. erit tamen Aquiliæ locus non solùm si fiat homicidium serui, sed etiam si liberæ personæ, & hoc ad damna non ad corporis æstimationem. l. qua actione. in pri. & §. si quis in colluctatione. vbi gloss. ff. eod. & Floria. l. liber homo in pri. ff. eod. & per Azo. in summa. C. eo. colum. 3. Est quoque uidēdus tit. de iniurijs. tanquàm satis pertinens ad præsentem materiam, & propterea Specul. simul de iniurijs & damno dato tractauit, vbi omnino uide quòd ante etiam fecerat summus Pontifex in tit. de iniur. & damno dato. ubi vide capitula breuia situata sub dicta rubr. per quæ compræhenduntur omnes species damni, & volens Abb. in paucis declarare terminos in cap. j. sub dicta rubri. de iniur. & damno dato. in fi. dum text.

2 prouidet † percusso, circa repetitionem impensarum factarum in medicis, & operarum deperditarum, quærit an alio remedio talis percussus, & iniuria affectus agere possit, nam egerat in illo text. ad mœrum damnum per l. Aquiliam. & respondet Abb. etiam posse agere actione iniuriarum criminaliter ad pœnam arbitrariam applicandam fisco, & ciuiliter æstimata iniuria per iuramentum taxatione præmissa, ad pœnam sibi applicandam, quæ uerba docent multum materiam, uide etiam text. in §. ex maleficijs. Institutio. de actio. & Doctores ibi declarantes prædictos titulos, sumpta occasione quòd dictus §. loquatur de actione l. Aquil. & maximè ibi uide ad terminorum declarationem Ioannes de Plat. & Aretinus uide etiam Vital. in tra-

tractatu suo, in titu. de dãno dato. vbi materiam prosequitur per v. col. integras, & multa in materia damni dati, vide per Iaso. & vt paucis me expediam in suo reperto. in verbo, damnum. & alibi sæpe, & Mediolani statuta præcipua habemus formã dantia, & pœnã imponentia in rebus dãnorum datorum, adé stque etiam officiũ damnorum datorum, & quia damna data vt plurimum versantur in arboribus, ideo facio finem. vide tamen circa damna arborum præcipuum titulum. ff. arbo. furtim cæsar. vbi in l. j. dicitur quod arbores cęsæ furtim compræ henduntur quo ad pœnam non solum in l. duodecim tabularum. per illum titulum, sed etiam in
3 l. Aquilia. & l. 2. dicitur, quòd † qui vites cæciderint, tanquàm latrones puniendi sunt, addens gl. quòd latrones furcis suspenduntur, & deinde bestijs subijciũtur. tex. tamen etiam loquitur de alijs arboribus, sed maius delictum legislatori uidetur in vitibus, hæc tamẽ pœna videtur mirabilis Alberico de Rosate. ibi. vnum est quod secundum statuta de damno dato, pœna est pecuniaria in genere loquendo de qualibet arbore, est verum quòd Senatus quo ad hos incisores vitium obseruat vt processus fiat in carcere, ac si ageretur de pœna sanguinis, & pœnam imponit grauiorem pœna statutaria, & vide Barto. in l. facienda. ff. arbo. furtim cæsa.
4 qui dicit per illum tex. quòd † damnum Non est totum pretium arboris incisæ, vel domus dirutæ, sed illud quod superest deducto pretio rei & materiæ. de quo vide omnino Alexã. in l. in singulis. C. de pact. pri. lib. 11. & vide in l. cùm prætor. §. fi. ff de dam. infec. & adde tex consimilẽ in l. si duo. in fi. ff. uti possi. & Bar. in simili, in l. pretia rerum. ad legem falcid. Vnũ tamen multùm practicabile in hac mate-
5 ria est, † quomodo intelligatur statutum quod vbique videt, vt villa teneatur pro damnis datis in territorio suo, in qua materia vide quæ amplissimè dixi suprà, sub tit. de captura & de iure, an dominus territorij teneatur de damno dato in suo territorio, & quid de villa, & qualiter ꝓbetur damnum, & qualiter sit imponenda collecta pro solutione condemnationis quæ sequeretur, & an quilibet teneaẽ insolidum, vide Bart. in l. ne quid. ff de in
6 cend. ruina naufrag. Et † quando in loco fuit datum damnum, vel furtum factum, An hi quibus custodia credita erat, possint torqueri, vide notabiliter Cœpol. qui tenet posse, consi. 18. col. 6 & in effectu de iure sic videtur dici debere, quòd si communitas sciuit, & prohibere potuit teneatur, aliter non. Bar. ibi, & Angel. Iacob. de Belui. in §. quoniam verò. in Authent. vt nulli iudic. D. Ant. Abb. & Imo. in ca. j. de restit. spolia. & Dec. vbi vide, & quem sequor in reg. culpa caret. col. 2. in pri. ff. de reg. iur. & vide de villa an teneatur, &c. loquendo de iure Bal. in l. si quis in hoc genus. circa fi. C. de episc. & cler. Bald. 4. vol. consi. 445. post pri. Signorol. cõsi. 144 col 2. plenè Cuman. consi. 151. col. j. & 2. & Corn j. vol. consi. 123. col. 2. & dum Bar. in d. l. ne quid. dicit quọd vniuersitas dicitur scire delictum, quãdo est factum palàm, Adde Angel. in l. 2. C. de noxa. & Roma. consi. 7. col. 2 & sequẽ. & Barba. consi 17. in 2. uol. vbi etiam ponit quando dicatur factum occultum. Item dũ Barto. quærit quando uilla tenetur, utrum quilibet teneatur insolidum, Adde notabiliter Bald. in l. j. C. de conditio. furt. & 4. uol. consi. 329. & dum Barto. in
7 princ. ibi dicit, quòd † domini non tenẽtur ex delicto suorum familiarium; nisi quando delinquunt in ministerio in quo eorum opera vtebatur dominus. Dic vt dixi suprà in titu. de furtis. Adde Ias. in l. age cum Geminiano. colum. prima. C. de transac. & Fel. in c. cùm ordinem. colũ. 3. de rescript. Scias etiam in hac materia damni, quòd qui causam damni dat damnum dedisse videtur, & ideo tenetur ad damnum. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquiliam. & ca. fi. in fi. de iniurijs & damno dato. & glo. notabilis atque optima, quæ allegat multos tex. in utranque
8 partem in cap. sicut. de testibus. Et † ideo captus pro repræsalijs concessis ex facto alterius potest repetere illud quod soluit ab eo cuius causa repræsaliæ sunt concessæ. Bartolus in l. secunda §. item si in facto. ff. de verborum obligatio. ubi Alexand & hoc est verum quando iustè fuerunt concessæ, sed si iniustè, & tunc idem si non procurauit, vt non concederentur

cederentur, sed si procurauit, & monuit nó potest vexari, sic Soci. in d. §. item si in facto. col. 3. Est alius casus quando nó interuenit factum, sed negligentia eius, cuius facto fuerunt concessæ. Et in hoc communis est, si non fuit procuratum, vt suprà quòd teneatur. vide Socin. vbi suprà. Et quid iuris, quando in rebus conductoris datur damnum propter inimicitias locatoris, uide textum in l. si merces §. culpa. ff. locati. Alexã. in d. l. 2. §. item si in facto. & Aretinum ibidem Cor. consil. xij. col. 4. & consi. 28. uol. 2. & Alex. in vj. uolu. consil. 84. & dicam infrà in 2. parte tracta. in materia remissionum quæ fiunt conductoribus. Et quid differat damnũ à
9 furto. Et an † statutum loquens de damno, putà, quòd credatur damnũ passo, ét habeat locum in damno dato, cum asportatione rei, & sic in furto, vide clarè Iasonem, vt paucis agam, in l. si familia. col. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & vide Hostien. in materia damni. in tit. de damno dato. in summa post alium titulum, de iniurijs & damno dato. Scias etiã
10 † quòd animal inuentum in meo prato, nó possum retinere, si scio cuius sit, aliàs secus, donec sim satisfactus. Bart. l. ratis. de incendio ruina naufragio. & in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dãno infecto. Speculat. in tit. de actionibus. §. j. uersi. sed pone inuenio. de quo etiam per Abba. in c. si læserit. de iniurijs & damno dato. & cõmuniter tenetur à Doctoribus sicut dixi. Verùm statutis locorum, vt plurimũ contrarium disponitur, quia retinetur donec sequatur satisfactio.

Tit. de Iniuriis.

SVMMAE.

1 *Iniuriarum agi potest tam ciuiliter quàm criminaliter & nu. 12.*

2 *Iniuriæ illatæ æstimatio quõo sit facienda.*

3 *Iniuria an cẽseatur committi per conuitium, cuius patefactio concernit bonum publicum, vel si conuitium qualecunque sit, contineat veritatem?*

4 *Aduocato vel iudici an possit obijci conuitiũ quatenus poscit vtilitas causæ?*

5 *Iniuria an censeatur committi, si vnus ex duobus existentibus in cubili, vel domo principis, & imprudenter contendentibus, dicat alteri, quòd nunquàm dicit verum, & alter postea ex interuallo, & extra atrium principis mentiatur illum.?*

6 *Iniuria semper censetur minor ex parte illius, qui est prouocatus.*

7 *Iniuria apud Italos non censetur committi si dicatur, Tu mentiris.*

8 *Iniuria inuicem inter duos illata, an tollatur per compensationem, maximè quando non apparet quis incœperit?*

9 *Duellum an sit licitum propter iniuriam illatam?*

10 *Iniuriosa verba quæ dicantur.*

11 *Iniuria an censeatur committi per id quòd fit ex præcepto iudicis?*

12 *Iniuria agi potest criminaliter, & ciuiliter, & agitur ciuiliter duobus modis, & an sententia lata in vno iudicio præiudicet in alio?*

13 *Iniuriarum actio an requirat dolum, & quæ causa excuset à tali dolo?*

14 *Iniuria non fit volenti. Et hoc nisi de fraude agatur. nu. 19.*

15 *Iniuria aboletur dissimulatione.*

16 *Iniuria an possit remitti in testamento vel aliter in absentia partis?*

17 *Iniuria si sit remissa an deinde possit pro ea agi criminaliter?*

18 *Iniuria quando à principio fit volenti, cessat etiam fisco ius agendi, secus quando superuenit remissio.*

20 *Iniuriam passus si dicat voluntate sua sibi factam iniuriam, an ei credatur?*

21 *Iniuriarum actione an teneatur qui excipiẽdo in iudicio, opponit crimẽ contra partem vel testes?*

22 *Iniuriam qui infert, si reuocet eam dicendo fecisse calore iracundiæ an cesset actio iniuriarum?*

23 *Iniuriarum actio quanto tempore duret.*

24 *Anni viginti quibus excluditur ius agendi criminaliter contra maleficium, iuxta l. querelam. an incipiãt à die scientiæ, an vero sint continui?*

25 *Tempus in dubio est continuum.*

26 *Tempus quando sit vtile initio sui, & posteà continuum.*

27 *Præscriptione tutus criminali iudicio an possit vexari ex confessione sua?*

2: *Præscriptio in criminalibus quõo interrũpitur.*

Delictum

29 *Delictum quando continuetur ultra tempus praescriptionis.*
30 *Iniuriae poena est arbitraria, sed an iudex usque ad mortem possit arbitrari?*
31 *Iniuriae crimen an possit ex officio vindicari?*
32 *Iniuria licet sit crimen priuatum, tamen quilibet potest agere ad poenam pecuniariam fisco applicandam.*
33 *Iniuria si fiat clerico, famulo, vel similibus, an competat episcopo, domino, vel similibus?*
34 *Iniuria principē afficiens quomodo puniatur.*
35 *Decreti Mediolanensis interpretatio, quo punitur afficiens doctorem iniuria*
36 *Repraesaliae an possint extendi contra personas ecclesiasticas, quando ab ipsis prouenit iniuria?*
37 *Repraesaliae an possint per Senatum Mediolani concedi contra clericos ob iniustitiam factam Mediolanensi à summo Pontifice?*
38 *Iniuria, quae fit officiali in syndicatu accusando eum iniustè, punitur aliquando poena mortis. Et an idē procedat durante officio? nu. 39.*



IN hac materia quę, vt dixi suprà, in praecedenti titulo multū attinet ad materiam damnorum datorum, adeò vt Bar. dubitauerit, an esset differentia inter actionem legis Aquiliae, & actionem iniuriarum, in l. praetor edixit. §. j. in fi. ff. de iniur. habemus statutum in criminalibus de poena facientis iniuriam dicto, facto, vel scripto, dispon̄es vt quicunque fecerit iniuriam alicui personę dicto, facto, vel scripto, puniatur arbitrio iudicis secundum qualitatem iniuriae, personarum, loci, & temporis procedendo summariè, & cum sacramento iniuriati cum vnico teste idoneo & fide di-
1 gno. De iure pro iniuria † agitur tam ciuiliter quàm criminaliter. §. in summa. Instit. de iniur. l. praetor edixit. §. j. & l. fi.
2 ff. de iniur. Si † ciuiliter agitur, aestimatur iniuria. § poena. Instit. eo. & d. §. in summa. quae aestimatio potest habere relationem, vel ad lucrum, vel ad damnum, quia vel possumus dicere, Nollem esse lucratus tantū, & talem iniuriam pati. vel possumus dicere, Vellem potiùs tātū amisisse, & talem iniuriam mihi illatam non fuisse. Iason. vt paucis agam. Institutio. de actio. in princ. colum. 8. in versi. in ea. glo. ibi licet. Et an fieri debeat haec aestimatio iniuriae interueniente iuramento partis, an arbitrio iudicis, Et quid si est facta ꝓbatio aestimationis iniuriae, vide copiosè p Soc. cōs. 146. viso processu. ver. circa quartam, & ultimam quaestionem. cum seq. uersic. & ibi in effectu redigit rem ad arbitrium iudicis, qui absolutè debet sequi probata per testes circa aestimationem iniuriae, ubi plenè probent, & si non plenè, potest deferre iuramentum parti in supplementum probationis, & probatione cessante, uult ut per iuramentum partis faciat fieri probationem, moderamine tamen adhibito per eum, uel à seipso taxando ex officio consideratis circunstantijs. & uide de forma libelli & aestimationis iniuriae, & an sit exprimenda certa quantitas, uide Fel. in c. cùm te. col. pen. de re iud. & dictum statutum nostrum puniens iniuriosum non se extendit ad patrem, qui filium, nec ad maritū, qui uxorem iniuria afficiant. Aret. consi. 131. & de materia uide omnino Fel. in d. c. cùm te. col. pen. & in locis allegatis suprà in tit. de inquisit. dum declaro, quare in inquisitione apponantur uerba contumeliosa. Agitur etiam, ut dixi, criminaliter, & tunc poena extraordinaria, applicanda fisco imponitur d. § in summa. &
3 l. fi. ff. eodem titu. Et quid quando † aliquis dixit alteri conuitium, cuius patefactio concerneret bonum publicum, an si uerum diceret, teneatur actione iniuriarum? Exemplum, si dicatur alicui, Tu fuisti condemnatus de falso, & uirgis caesus, uel es spurius, quia interest reipublicae, ut infamia illius manifestetur, ne admittatur ad testimonium, & ne spurius admittatur ad dignitates. tex. in l. eum, qui nocentem. in pri. ff. eod. innuit non teneri actione iniuriarum, ubi conuitium sit uerū. Bar. ibi nihil determinat, uide Fel. in c. dilecti. col. 8. extrà, de excep. Et de alio iniuriā dicēte, qui uerū dicat, an ꝓpterea eximatur ab actione iniuriarum? Dic nō eximi, quia ad hoc ut eximatur quis, qñ uerū dicit, etiā requiritur, ut illud nō dicat animo conuitij, & in dubio praesumit animo cōuitij dixisse. l. si nō cōuitij. C. de iniur.

iniur. ita Abb. in d. c. cũ te. col. fi. per textum in l. 2. C. de officio rectoris. ibi, nam si veræ voces sint, nec ad libidinem effusę, ideo puniendi essent multi, qui hoc tẽpore obloquũtur de officialibus, tametsi verum dicerent, quia animo peruerso loquuntur, & vt iniuria afficiant, ac diffament. Et hanc conclusionem etiam facit Fel. ibi, qui limitat quando quis conuitiũ verum dicit in iudicio, quia tunc non tenetur. & idem Roman. consi. 96. colũ. 2. Secundò fallit dicta conclusio, quando etiam extra iudicium verum dicit cũ causa, quia non tenetur, quælibet enim causa etiam iniusta excusat ab animo conuitij inferendi. l. item apud Labeonem. §. si quis Astrologus. ff. de iniur. & ibi gl. parua in verbo, si quis. & est regula generalis in omni materia, quòd causa etiam iniusta facit ut absit animus committendi delictum. l. igitur. ff. de liber. causa. Vnde non immeritò dixit tex. in l. quisquis. C. de postul. & ibi gl. in verbo, vtilitas. Ad-
4 uocatum † posse obijcere conuitia in alteram partem, quantum poscit vtilitas causæ. & vide quod ibi dicit gl. Vnde etiã si iudex tulit sententiam falsam vel iniustam contra me, possum ire ad iudicẽ superiorẽ: & illud ei enarrare, ad hoc vt ille alter castigetur, & non teneor iniuriarum, quia non facio animo iniurię inferendæ, sed vt puniatur, & eius pœna trãseat in exemplũ cæteris. Ita notabiliter Roman. consi. vt suprà, col. 2. ubi omnino vide. & res est clara, quãdo exprimo, vt puniatur. Item etiam quando dicerẽ, vt retractaretur sententia, & nihil dicerẽ de pœna, tunc enim apparet etiã de causa, & essemus i terminis Romani ibi. Sed pone, quòd tantùm referam vitium sentẽtiæ, an præsumatur causa? Videtur nõ præsumi, per d. l. si non cõuitij. & ibi Bal. Sed contrarium videtur. quia audiui superiorem, & coram eo conuitium dixi, & ideo non uideor dixisse alia causa, nisi vt castigetur. Et istam declarationem sequitur, quando cum causa. Abb. vbi suprà, non tamẽ ita clarè, nec allegat. §. si quis Astrologus. & facit etiam optimè textus in l. illud. §. fi. & l. seq. ff. de iniur. ubi licet factum sit malum, tamen quia fit sine animo iniuriæ, non tenetur faciens iniuriarum, quando uerò factum est sine causa cõuitium, tenetur etiam si sit uerum, per illum text. & ita Roman. ibi latè colũ. 3. Et aduerte ad casum Romani, super quo consuluit, nam in precibus reus partem vel iudicem iniurijs affecerat, & hoc, ut facilius consequeretur q̃ petebat. & ideo consuluit Roman. id factum fuisse ex causa, & quòd cessabat animus iniuriæ. Nec obstat. l. j. C. de famos. libell. vbi dicitur, quòd si etiam quis verum dicat in famoso libello, tamen tenetur. & ita Roman. & omnes, ubi suprà. Sed dic, quòd adire iudicem, & petere iustitiam, non est facere famosum libellum, licet porrigat preces, uel accuset, vt i dicta l. j. vbi casus ad literam. In reliquis vide Fel. in d. c. cùm te. ad finem. Sed aduerte, quia, vt vides, quando in iudicio quis obijcit, licet si verum sit, non teneatur, quia videtur facere animo se defendendi. & ita Doctores in l. si ff. quod quisque iur. tamen debet probari illud esse verum. Ita ibi Alexan. & loquuntur Doctores, quãdo quis obijcit in iudicio testi, quòd est infamis crimine notatus, &c. Iason tamen refert Doctores tenere contrarium, sed credo quòd erret, &, vt dixi, quòd debeat probari, tenet Abb. & Roman. ubi suprà. Istã opinionem tenet etiam. Fel. ubi est uidendũ, in d. c. cùm te. vbi facit regulã, quòd ueritas conuitij non eximit quem ab iniuria, & pòst dicit, fallit in iudicio, & limitatio debet esse de regula. Ita etiam tenet Fel. in cap. j. in fine, de excep. & ibi allegat ita tenere Bald. & Alexã. in dicta l. fin. & sic contra Iaso. qui allegat Doctor. tenere oppositum. & uide omnino in dicto cap. fina. & ita etiam tenet Fel. in cap. dilecti in sexta colum. de except. in uerbo primo dummodo dicens, Mẽtiris, dicat uerum. & ibi allegat multa, & facit quòd vult Alexand. consilio xj. uolum. j. col. 2. ubi dicit, quòd accusans alium de aliquo crimine, & non probãs potest cõueniri iniuriarum actione. Limita tamen quod dictum est, ut quando quis obiicit alicui in iudicio, quòd est, &c. Si nõ probet, teneatur non procedere, si fuisset deceptus à testibus, qui promisissent ei dicere ueritatem, uel si fuisset impeditus potentia aduersarij, uel etiam alia iusta causa

sta causa non posset probari. Ita Angel. Aret. in tractatu malefic. in gl. nécnon ad quærelam. col. 2. vbi allegat Ang. & Ioã. Andr. & sequitur Fel. in d. c. j. de except. in fi. Sed contra prædicta videtur obstare, quia ego nõ teneor actione iniuriarũ, si non habui animum iniuriam faciendi. l. quod reipublicæ. cum similibus. ff. de iniurijs. & causa non solùm iusta facit, ut non habeam talem animum, sed etiam iniusta, vt dixi, per optima iura. & tenet Roman. ubi suprà, col. 3. Ergo non debet considerari, an sit verum uel non, uel an probem, vel non, quia satis debet esse, ꝙ non habui animum faciendi iniuriam. Sicut etiam non consideratur an bonum vel malum faciam, vel dicam, quando nõ habui animum faciendi iniuriam, d. §. si quis Astrologus. & d. l. illud. §. fin. & l. sequenti. Facit pro hac opinione, quia maior est iniuria facti, quàm verbi, vt ꝑ Aretin. not. consi. 34. col. j. & sequenti. Sed si fit facto, licet illud factum sit omnino reprobatum, tamen faciens non tenetur, ꝑ leges suprà allegatas, ergo &c. Et ideo fortè Iason in d. l. fi. dicit ueritatem, nisi dicas, quòd licet causa aliqua faciat præsumi, ut non animo, &c. tamen quando postea contingit, & apparet non esse verum, illa præsumptio tollitur per istam aliam præsumptionẽ, siue per veritatẽ. l. diuus. ff. de in integr. restitut. tamen non satisfacit, quia vt dixi, siue bene, siue malè agam, non teneor iniuriarum, quando aderat causa etiam iniusta iniuriæ non faciendæ. & de ista materia vide omnino Socin. plenè consi. 118. incip. visis narratis puncti. versi. sed huic non obstãtibus. & consi. 146. circa prin. in 6. col. Vide etiã quod dicit Alex ad d. l. eum, qui nocentem. ff. de iniur. Communis est, quòd tenetur, si in probatione deficit, etiam facta protestatione, quòd non dicit animo conuitij, vt ex suprà allegatis ostenditur. & ad hoc omnino vide Soci. in d. consil. 118. & ibi not. An vnus testis excuset, & an excusetur, si probet, licet testes reprobentur, & alia circa excusationem. Aduerte tamen, dũ dixi, ꝙ quando libellus porrigitur in iudicio, nõ est libellus diffamatorius, & allegaui d. l. vnicam. C. de lib. famos. quia hoc non est verum, vt patet ibi in tex. & gl. nisi ꝑ solemnẽ accusationẽ aliquis voluerit instare coram iudice, vt ille puniretur, vt ibi in gl. & quòd hoc casu si probet, non puniatur, ponit Abb. in c. fi. de iniur. Sed certè credo, quòd vbi in iudicio quis porrigat etiam libellũ cõtinentem diffamationem, adhuc non puniatur, ita intelligunt Abb. & Docto. d. l. vnica. in d. ca. cùm te. quia in membro, quando sumus in iudicio, non ponunt de libello diffamatorio, sed in secundo membro, quando extrà iudicium, bene dicũt, quòd quis propter talem libellum punitur, etiam quòd probet esse verum. ita ẽt Roman. in d. consil. nec reperio aliquem contradicentem, volunt ergo, quòd vbi in iudicio, quis vel agendo, vel excipiendo etiam in libello dicat cõuitium, nõ teneatur probando esse verum, quia id facit vtendo iure suo. Ita etiam tenet Ang. in d. l. vnica. dum dicit, nisi probet quod deduxit in libello deducto in iudicio. & ista videtur intentio iurium. Tamen in cõtrarium est directè text. in d. l. vnica. ibi, ore proprio. vbi dicit, quòd si non vult incidere in illam legem, debet in iudicio ore proprio profiteri nomen rei. Sed põt dici, quòd qñ uado ad iudicem, & accuso aliquem, uel quærelam defero dicendo quòd commisit homicidium, hoc facio, vt delicta puniantur, uel causa alicuius iuris mei conseruandi, vnde quia dicor uti iure meo, non teneor, ut in iuribus allegatis per Docto. in conclusione de iudicio. & ita procedat quod dicit Abb. in d. c. fi. de iniurijs. & quod dicunt Rom. ubi suprà: & Docto. in d. c. cum te. Sed certè tex. ibi, ore proprio, multum obstat, & cõsidera, an per preces porrectas principi dicendo sententiam iniustam, & petendo remedium, simus in iudicio, iuxta. l. item apud Labeonem. §. si quis libello. ff. de iniur. & d. per Abb. in c. examinata. col. 2. de iudic.
5 Si † in cubili vel domo principis duobus imprudenter contẽdentibus, & non considerantibus in quo loco sint super causa & lite, quam inuicem habẽt, alter dicat alteri, quòd nunquam dicit uerum, altero respondente ex interuallo extra atrium principis, quòd mentitur, an vterque sit puniendus, si demus etiã, quòd qui dicit alteri, quòd nunquam dicit

est verum, posteà reuocet illam qualitatem, nunquam. Et quo ad primum dicebat quidam non exiguę authoritatis, hāc esse atrocem iniuriam, considerato loco, cui non est habitus respectus, iuxta §. atrox. Institut. de iniur. & l. prætor edixit § atrocem. ff. eo. & consequenter illum esse plectendum, iuxta l. si ff. de iniur. distinguentem in hoc inter honestas & humiles personas: & benedicebat habita ratione ad personam affecti iniuria, qui egisset actione iniuriarum, vtpotè magis propter locum illatæ sibi iniuriæ: & ita loquuntur iura per eum allegata, & l. quæ omnia. §. j. ff. de procur. & sic quo ad actionē iniuriarum competentem illi, cui conuitium dictum sit, sed quo ad iniuriam principis læsi ob non præstitam ei condignā reuerentiam, quam ille ponderare videbatur, minus videbatur bene considerasse dicta iura: quia tunc, etiam si desisteret agere is, qui iniuria affectus fuerat, quamuis pro iniuria remissa fiscus non posset agere, ratione iniuriæ principis, potest tamē ille plecti pœna aliqua arbitraria, eò ꝙ inciderit saltem in crimen stellionatus. Ad quod facit text. in l j. C. de domest. & protect. lib. 12. ibi, pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificentia nō deferatur qui contingere nostram purpuram digni æstimati sunt. Et dicit tex. in eo lib. in tit. de silent. in l. j. quòd princeps adorandus est. quod glos. ibi ponderans dicit, princeps adorandus, alij salutandi, & l. primicerium. C. de fabric. lib. 11 Et euaginātes arma in præsentia vel domo principis vidi sæpius puniri acriter. Et in dominio nostro adsunt ordines, similiter intellexi, ꝙ quidam acriter fuit castigatus tempore ducis Galeatij Sforciæ, eò quòd in eius præsentiā pepedisset, risu deinde post crepitum subsecuto. Et memor sum etiam legisse, quòd habita fuit magna consideratio per Senatum Romanum, eius amplitudinis neglectæ, dum quidam orator ante ora patrum verba faciens, nimis altè oscitasset, & propterea quodam modo visus fuisset Senatum ipsum contemnere: quapropter nisi aduocatus iureiurando affirmasset se laborare morbo, ex quo grauior illa oscitatio proueniret, magna pœna fuisset mulctatus. Est tamen ponderandum, siue loquamur de iniuria contra priuatum, siue cōtra principem, quòd
6 † qui prouocatus illam intulit, minus est puniendus, vt per Deci. in regula, quicquid calore. ff. de regul. iur. & Feli. in cap. dilecti. col. 6. vbi amplissimè extrà, de except. Item est aduertendum, † ꝙ secun-
7 dum Italos ille, qui alteri dicit, Veru non dicis, non intendit dicere, Tu mentiris, quicquid sit secundum Gallos: tamen est iniuria, vt paret ex declaratione verbi, conuitium, siue verbis, Contumeliosum, in locis vt infrà & latissimè per Afflict. in titu. de pace iuramē. firman. §. iniuria punitur. & vbi etiam multa in materia. Item est aduertendum, an retractatio, quæ fuit facta in casu suprascripto illius verbi, nunquam, legitimè facta fuerit, ita vt fuerit notificata parti, vt l. si non conuitij. vbi Angelus. C. de iniur. & Felin. in d ēto ca. dilecti. col. fin. vbi omnino vide. Quo ad secundum, dato quòd potuisset dicere in continenti, secundum veritatem tamen, Tu mentiris: quia hoc non erat cōuitiari, sed negare quòd esset mendax, vt notat Felin. in dicto ca. dilecti. col. 6. Claud. Ias. & Deci. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. non tamen interuallo licuit, quia incōtinenti tantùm licet iniuriam repellere. l. 3. §. igitur. ff. de vi & vi armata. & dicta l. vt vim. & hoc colligitur ex ratione Doctorum ad dictum, de quo paulò suprà, quòd possit responderi, Tu mentiris, & non per aliud conuitium. Et not. omnino
8 in hac materia, quòd † duobus se inuicè verbis iniuriosis afficientibus, licet vterque puniatur, & compensatione non tollatur delictum: Tamen quando non apparet quis incœperit, vel quando simul ambo incœperint, vterque est absoluendus. Felin. in d. cap. dilecti. col. fin. Secus si contendissent armis, vt ibi. Hæc tamen sint dicta circa actionem iniuriarum secūdum terminos legales, non circa honorē, quem tantum ponderant milites & nobiles, maximè nostri temporis: in quo recurre ad tractatum de duello, & materiā
9 † in locis vulgatiss.. traditā, & qua pœna puniatur prouocans quem ad duellum, & acceptans, & qua pœna puniatur victus in duello, & alia infinita de duello, vide per Afflict. in §. si quis hominem, de pace

Ff tenen.

tenen. & in tracta. de duello, maximè in
10 tractatu Alciati. Et † quod dicatur verbum iniuriosum, vide Bar. in l. item apud §. ait prętor. ff. de iniur. & Roman. consilio 378. Bartol. consilio 108. Anan. consilio 41. & Socin. in dicto consilio 146. colum. j. & ij. omnino Afflict. vbi suprà. Et quando dicitur alicui, Tu mentiris. Bar. vbi suprà. Bald. v. volu. consil. 351. col. 2. & sequen. Et quando additur, Saluo honore tuo. Socin. consilio 118. columna
11 quarta. Et † quando quid fit ex præcepto iudicis, an cadat in iniuriam? Dic non cadere l. iniuriarum. §. is, qui iure. ff. eodem Cæpol. cautela 54. & 289. & plenè Fulgos. consilio 236. columna 3. & sequenti & Cæpol. consilio 71. columna 4. Aduerte tamen, dum suprà dixi, quòd actione iniuriarum agitur ciuiliter, facta
12 æstimatione. & vt suprà, † quia etiam sic agendo ciuiliter aliquando agitur ad vindictam publicam, aliquando ad rem familiarem, ex quo sequitur quod sententia in iudicio ciuili ad vindictam præiudicat posteà accusationi criminali. Hæc per Bartol. notabiliter, & Angel. ibi in dicta l. prætor edixit. § j ff. eodem. Alexand. consil. 211. visis. columna secunda volumine secundo Deci. in cap. de causis. columna penult. de offic. deleg & dixi suprà sub rubrica. Quomodo procedatur per actionem in delictis, & quòd ideo sic ad vindictam non debet agi nolente iudice, vbi fit præiudicium legi Corneliæ de sicarijs. Quod vltra ibi dicta sequitur Angel. in l. j. C. vbi causæ fiscal.
13 Et † an in actione iniuriarum requiratur dolus, & quæ causa excuset à tali dolo, vel actione iniuriarum? Vide Cæpollam consilio 71. columna quarta & seq. & Bald. consilio 277. volumine quinto.
14 Et † quando fit iniuria volenti, non est iniuria. l. j. §. vsque adeò. de iniur. & l. nemo fraudare videtur. de regul. iuris. Si tamen quis pateretur se percuti sine causa, agere posset iniuriarum. argumento l. liber homo. *la prima*. ad leg. Aquil. & per Bart. distinguentem in dicto §. vsque adeò & Alex l. quamuis. col 2. vbi etiam
15 Bar. ff. de in ius vocan. Aboletur † etiam dissimulatione hęc actio iniuriarū, & ideo qui iniuria affectus fuit, vel debet statim dicere, Reuoco iniuriam ad animum vel remanere iratus. tex. & glos. not. in §. fin. Institu. de iniur. & not. illam gl. quę vult,
16 vt † possit fieri in testamento, & sic in absentia partis. quod non est verum in foro iudiciali. Imola l. 4. §. Cato. de verb. oblig. & Aretin. in l. pro hærede. §. fi. col. penult. de acquir. hęre. vbi vide omnino, & sentit dicta glo. quòd etiam remissio facta sacerdoti in confessione sufficiat. in quo etiam errat, vt per Ias. l. si tibi. §. j.
17 de pact. quem omnino vide. & † quando remittitur iniuria alicui, an adhuc possit ille accusari criminaliter, vel à iudice inquiri, quo ad pœnam fisco applicandam? Bart. tenet posse, in dicto §. vsque adeò. & Barbat. consilio 66. volumine j.
18 Sed hoc non procedit, † quando a principio iniuria facta esset volenti, quia tunc cessaret actio quo ad omnes, secundum Bartol. in dicto §. vsque adeò. & Salicet. quem vide in l. si non cōuitij. C. de iniur. col. fin. versic. quæro ad declarationem. Dico, quando à principio esset illata ex consensu eius, qui iniuriam passus esset, & consensus duraret tempore iniurię: secus si amplius non duraret exemplum ponitur in rustico, qui cōuenit cum nobili, vt si amplius eum reperiret in vinea sua, verberaret, quia tempore verberum sine dubio cessabat voluntas. Sic etiam Bart. & Salicet. vbi suprà, & per Ang. de Malefic. in tract. suo in glo. cōtra voluntatem dicti Titij. & per Barbat consi. 66. volu. j. & per Alex. d. l. quamuis. col. 2. Et an valeat talis conuentio, vltra Bar. vbi suprà, vide Felin. ca. contingit. *il primo*. in primo notabili. de sentent. excommunicat. & Deci. in regula, nemo fraudare. de regul. iuris. Et ex prædictis an à principio interuenerit consensus, vel ex post, vt primo casu tollatur iniuria, etiam ad damnū fisci, apparet non bene ponderasse Deci. dicta Bart. in dicto §. vsque adeò. in ea regula, nemo fraudare videtur. in fi. maximè dum contra ea opponit, dicens, quòd ex quo videtur remissa iniuria, non videtur vt etiam Reipublicę ius aliquod quęratur, quia Bart. loquitur quando superuenit remissio. & vide omnino in hac materia Dec. in d. reg. nemo fraudare. quæ
19 allegatur, ꝙ † volenti nō fit iniuria, qui dum

dum limitat nisi agatur de fraude, Addo ego exemplum ad eam limitationem in pulchro casu, qui his diebus contigit, Dixit quidam ad socium, dum essent in taberna diuersoria, Nisi te digito auriculari eleuauero à terra, si te ligatum prosternas, volo perdere prandium, & si te eleuauero, tu perdes decem solidos. Cui socius consentit. Vnde cùm ille alligasset funiculo testiculos prostrati in terra, & per funiculum ad eum digitum alligatum traheret in altum, & tractus præ dolore testiculorum se tolleret à terra, dixit is, qui dolum fecerat, Vici. Et quia iniuria hæc facta fuit in consentientem fraude, quam vides, non mirum si ille posteà infra decẽ horas, fuit occisus ab eo, cui iniuriam fe-
20 cerat. Quæro, † an credatur ei, cui iniuria facta est, dicenti, De voluntate mea mihi dedit ille colaphum, vel verbum iniuriosum dixit contra me? Vide Salicet. in d.l. si non conuitij. col. fin. & ibi tenet credi cum suo iuramento, etiam ad præiudicium fisci. In quo tamen dic, vt in simili voluit Bartol. qui considerat ius loquutus est in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur-
21 tis. Quæro, † an si quis in iudicio excipiendo opponat crimen contra partem, vel testes, & nõ probet, an teneatur actione iniuriarum? Est materia l. fin. ff. quod quisq; iuris. vbi Iason & Dec. post alios. Communis est teneri, limitando tamẽ vt ibi per eos, & latè in additionibus ad de-
22 cisionem Tholosanã 409. Quando † qui intulit iniuriam, reuocat eam, & dicit fecisse calore iracundiæ, an cesset actio iniuriarum? Decisio Tholosana, de qua suprà. 409. dicit non eximi ab actione iniuriarum. in additionib. ibi additur Salicet. in d.l. si non conuitij. colum. 2. versic. oppono, quòd dicta. qui concludit, si palàm, publicè, & statim reuocet, quasi esse satisfactum, & leuiter esse puniendum: aliàs si perseueret, grauius puniri debere, etiã si posteà reuocauerit. Et licet contrariũ velit Felin. in cap. dilecti filij. de except. ad finem, vbi allegat etiam Angel. & Lanfranc Orian. in cap. quoniam contra. de probationib. §. confessiones. tamen magis placet opinio, de qua in ea decisione, per rationes ibi adductas, & deinde distinctio Saliceti, quam etiam non vult Dec. in l. quod calore. ff. de reg. iuris. qui post Lucam de Penna vult, vt possit reuocari infra triginta dies. Aug. etiam in l. si non conuitij, quem allegat Felinus, nihil dicit in libro meo. Et in Senatu hæc opinio Saliceti demulsit aures omnium in casu
23 arduo Quæro, † quanto tempore duret actio iniuriarum? Dic anno l. si non conuitij. C. de iniurijs. & Salicet. ibi dicit annum illum esse continuum, ita vt currat etiam ignoranti: de quo potest exemplum poni, quando iniuria esset facta in
24 absentia, iuxta dicta suprà. Et † quid in casu l. querelam. C. de falsis. an illi viginti anni, de quibus ibi, currant ignoranti? Est quæstio ardua, Senatus quotidie sentit currere, dum absolutè liberat delinquentes lapsis viginti annis. Bartol. in l. fin. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit. format quæstionem in crimine falsi, quod fit occultè (vt videri potest) & quòd remanet occultum aliquando per viginti annos, & vltrà, & relinquit indecisam. Alexand. latè ibi ponit Paul. de Castro consilio 17. incipiente, potestas. distinguit notabiliter, & in effectu facit differentiã inter crimen falsi & alia. Veritas videtur illa, quam seruat Senatus, vt colligitur ex dictis Alexandri, vbi omnino vide in l. fin. C. de dolo. & sic vt currat ignoranti. Et loquitur Alexander etiam in crimine falsi, vt apparet ex allegatis per eum, maximè quia citat Bartol. in dicta l. fin. qui loquitur, vt dixi, in crimine falsi. & vide in omni materia, an tempus currat ignoranti. Bald. Salicet. & Alexand. in l quãdiu. C. qui admitti. & ibi Deci. remissiuè. & omnino aduertas ad fundamenta Saliceti in d. l. si non conuit j. in actione iniu-
25 riarũ, ꝙ sumus in pœnalibus, & † quod in dubio tempus est continuum: de quo vltimo est glossa penult. in l j. ff. de diuer. & temp. præscriptione. & ponit Orian. in cap. quoniam contra. in versic. dilationes. colum. 3. de probationibus. & alibi
26 sæpe. Et † quando in alijs materijs tempus initio sui sit vtile, & ex post continuum, vide Feli. in cap. quærenti. col. j. de
27 offic. deleg. & Dec. consil. 36 Et an † ex confessione rei, qui est in tuto propter lapsum tẽporis possit procedi? Vide Alex. in d. l. fin. C. de dolo. & ibi etiã habes, an

competat restitutio in integrum ex capite ignorātiæ, de quo etiam per Iasonem
28 in l. quandiu. C. qui admitti. Et † quomodo interrumpatur præscriptio in criminalibus? Vide Felin. in cap. illud. columna vj de præscript. & Iason. in § pœnales. Institut. de actionib. colum. penul
29 tima. Et † quando delictum continuatur vltra tempus præscriptionis, vide Ancharan. consil. 4. Bartol. & Doctores in l. eum, qui in popularibus. ff. de iureiur. Butrigar. in cap. 2. de consanguinit. & affinit. & Angel. in l. inficiando. §. infans. ff.
30 de furtis. Quæro, † an pro iniuria possit iudex vsque ad mortem naturalem arbitrari, quo ad pœnam pecuniariam, & circa suspensionem, vel priuationem officij, res nullam habet dubitationem: quia pro qualitate personarum & iniuriæ potest altera ex illis imponi l. fin. ff. de iniurijs. Sed difficultas est ratione pœnæ mortis. & in hoc recurrendum ad glos. in §. in summa. Institut. de iniur. quæ est trita. & quotidie allegatur pro parte affirmatiua, vt possit imponi, & propriè loquitur text. in crimine iniuriarum. Et ex dictis ibi per Aretin. veritas videtur esse, vt vbi sit iniuria enormis, possit extendi arbitrium vsque ad mortē inclusiuè. Ias. in genere loquendo in l. etsi legibus. C. si contra ius vel vtilitatem public. tenet aliter, dicens quòd in iudicando opinio cōtra glossam in dicto §. in summa. obseruaretur, in effectu puto, quando iniuria esset enormis, & quæ in facto consisteret, non in solo verbo, quod de plano sustineretur etiam in practica, vt posset imponi pœna mortis, vt quando prætori vel alteri magno officiali daretur colaphus, vel aliter verberaretur, iuxta dictum Baldi in cap. primo § iniuria. de pace iuramen. firman. & ita Felinus & clarius Decius in cap. ex literis. de constitut. aliàs non. Pro famoso etiam libello punitur quis capitali pœna l. j. C. de famos. libel. & pro iniuria etiam verbo dicta in officialem tempore syndicatus. §. ex diuerso. & ibi glossa in Authen. vt iudices sine quoquo suffrag. & dixi suprà proximè. Est tamen aduertendum, quòd in hac ciuitate Mediolani non imponeretur pœna mortis vigore statuti dicentis, vt suprà, quòd quicunque fecerit iniuriam, dicto, facto, vel scripto, puniatur arbitrio iudicis secundum qualitatem iniuriæ, personarum, loci, & temporis, procedendo summariè, & cum sacramento iniuriati, cum vnico teste idoneo & fide digno. per quæ vltima verba, statutum nunquam voluit loqui de pœna mortis, imò nec corporali: quia absurdum nimis fuisset, vt cum vno teste quis capite truncaretur, vel alia pœna corporali afficeretur, imponeretur tamen à Principe vel Senatu, qui statuta & leges, maxmè in pœnis, transgrediuntur. Et vide ad prædicta infrà in titu. de pœnis. versiculo, quarta declaratio. quem tamen Dec. ibi
31 mordet. An † ex officio pro iniuria possit agi? Videtur non posse, quia est crimen priuatum, in quo non agitur nisi parte instante, dicto §. in summa. & ibi Ang. Aret. notabilis est textus in §. iniuriarum actio. C. de iniurijs. Est verum, quòd si ex ea iniuria natum esset publicū crimen, iuxta l. prætor edixit §. primo. de iniurijs. & ex eo ageretur, prout agi potest, dicto §. j. aliud esset. Dic quòd ad pœ
32 nam † pecuniariam fisco applicandam quilibet potest agere, & ex officio potest procedi, iuxta glossam in rubrica. ff. de popul. actio. Et idem quando ex consuetudine pro quolibet delicto etiam priuato potest agi ex officio, quo ad pœnam corporalem, hæc habes latissimè per me in titulo de furt. versiculo. & quia Mediolani. & idem quando iniuria esset remissa ab eo, cui facta est. Bartol. in l. j. §. vsque adeò. ff. de iniurijs. Et recurre in hoc ad dicta per me in dicto versiculo. & suprà hoc eodem titulo. versicu. & an in actione iniuriarum. & videbis an ea fuerint considerata ab Afflicto, qui tangit quæstionem. in §. iniuria. columna 2. & ita non expedit ingredi materiam, quādo iniuria videatur remissa, iuxta §. fin. Institut. de iniurijs. & dicta per me suprà, & Afflict. in dicto §. iniuria. colum. penultima & fin. nisi quo ad actionem competentem illi, cui facta est iniuria.
33 Et † si fiat iniuria clerico, famulo, vasallo, vel subdito, an actio ininriarum competet episcopo, domino, vel principi? Bartol. in l. j. §. finali. ff. de iniur. tenet

tenet non competere, nisi agatur crimi-
naliter pro interesse suo. vide Mart. in tra
ctatu de princip. in j. rubr. conclus. 264.
Felin. in c. licet causam. col. 8. in vlt. nota-
bili, de probat. Oldrad consil. 206. col. 3.
Aretin. in cap illa præpositorum. de accu
sat. col. 3. Et si fiat monacho, vel religio-
so, vide Areti. consi. 139. circa finem. Et si
fiat vni ex agnatione, non tamen actio cō
petit illis, qui sunt eiusdem agnationis.
Aretin. in cap. de cętero de testib. ad finē.
Bart. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniu-
34 rijs. Iniuria principem afficiens, † an
teneatur, sicuti teneretur, si afficeret a-
lium? In hoc est l. vnica. C. si quis Impe-
rat. maledixer. quæ secundum verum in-
tellectum vult, vt iudex non puniat, sed
quærat an conuitium dixerit. quo cogni-
to iudex refert principi, & ipse iudicat an
ex leuitate vel iniuria dixerit, & dimitti-
tur absolutè, si ex leuitate verba illa pro-
tulit: si verò ex iniuria, vel parcit, prout
communiter faciunt boni principes, vel
punit æstimādo iniuriam, iuxta terminos
materiæ; & aliquando contra terminos:
& non sunt multi dies, ꝙ modum prædi-
ctum seruauit Senatus, me audito, cùm
quidam in Marchionem vasti huius domi
nij æquissimum moderatorem cōuitium
protulisset. Non omitto etiam, ꝙ Docto-
35 res † nostri venerandi collegij obtinue-
runt decretum particulare imponens pœ
nam pecuniariā & corporalem ijs, à qui-
bus iniuria afficiantur, quod vidi seruari:
Sic etiam causidici aliud decretum specia
le, quo ad ipsos obtinuerunt. Et adde etiā
adesse statutum in criminalibus puniens
afficientes iniuria prætorem Mediolani,
& eius familiam, & circa dictum decretū
puniens inferentes iniuriam Doctoribus
collegij, Nunc cadit quæstio, An quidā,
qui dixit Doctori Sgamberlono Gambi-
cono, & in absentia eius, sit in casu decre-
ti? Duplex est dubitatio: prima, quia Do
ctor ille erat tibiarum mirę longitudinis:
secunda, quia non erat præsens. Quo ad
primam quæstionem tenetur, etsi dixerit
verum. Bart. in l. eum, qui nocentem. in
princip. ff. de iniur. & vbi suprà. Circa se-
cūdam pariter est decisio Saliceti, vt etiā
in absentia sit iniuria, & habeat locū sta-
tutum puniens proferentem iniuriam in
doctorem. Salic. in l. vnica. C. si quis Im-
perat. maledix. Circa tamen hanc dubita
tionem videtur decretum nostrum loqui
in præsentia, quia vult vt credatur docto
ri cum vno teste fide digno. Sed nihil
hoc obstat, quia non excluditur alia pro-
batio, si affectus iniuria voluerit in se assu
mere onus, ex quo decretum concernit
fauorem eius, iuxta regulam l. quod fauo
re. C. de legib. nisi dicas, ꝙ tamē licet in-
telligere hanc fuisse intentionem, & ma
ximè quia decretū dicit, Si quis non pro-
uocatus, ꝙ intelligitur de prouocatione
in eo actu, aliàs redderetur decretum elu
sorium, si bene consideras. Et vbi aliter di
ceremus, quia pro iniuria illata doctori in
absentia incurreretur pœna decreti, nihil
magis apud iudices ageretur, quàm de
huiusmodi causis. Fateor ꝙ possit agi a-
ctione iniuriarum. l. item apud Labeonē.
§ conuitium. ff. de iniur. vbi casus ad lite-
ram, sed non ad plenam decreti. Et facit,
ꝙ in priuilegijs, in quibus nos sumus, fit
stricta interpretatio. Bart. in l. j. in fi. C. de
iuris & facti ignorant. Et hoc mane, me
adducente hoc, Senatus sic interpretatus
fuit decretum, ꝙ scilicet loquatur de cō-
uitio dicto pręsente doctore. Quæ opinio
est optima: quia quotidie contingit, vt in
domibus, & per plateas multa de docto-
ribus absentibus detrahendi causa male-
dicè contumelioseq; dicantur. Fuit etiam
dictum, hoc decretum loqui, quando dici
tur cōuitium doctori circa aduocationis
exercitium, & hoc clarè dicit decretum.
Vltimò esset tractandum de repræsalijs,
quæ in effectu inferunt iniuriam vni, pro
iniuria facta alteri: & quæ materia ideo
ponitur ī tit. de iniur. & dam. da. & de his
vide Bar. in tract. repræsal. & Doct. in d.
ca. j. maximè Io. de Canibus repetentem
illum tex & Io. de Lig. in tract. de bello &
36 repræsal. Et nunc habeo in facto, † an
repræsaliæ, quæ sunt prohibitæ contra
personas ecclesiasticas, & eorum bona d.
c. j. sint licitæ, vbi iniuria prouenit à perso
nis ecclesiasticis. Io. de Canib. dicit non
esse licitas, & ita tenent Canonistę, quic-
quid dicat Bart. in suo tracta. Io. de Ligu.
in suo tract. c. 137. dicit vanam esse dubi-
tationem, & non esse licitas, etiam eo in
casu. & ita Franc. post Archi. reprobato

Ancha.in d.ca.j col.pen.Bart.etiam in d. tract quamuis teneat contrarium, tamen subscribit sententiæ Canonistarum. Et ideo hæc opinio, vt d.c.j. absolutè procedat, est communis. Et quomodo sint licitæ repræsaliæ, breuibus posuit Corne.2. volu.consi.160.col.2.& in consil.62.in 3. vol. & consil.177.in 4.vol. & in quæstione proposita, quãdo à clericis denegatur iustitia, Aduerte quia Doctores dubitãt, an iudex ecclesiasticus possit contra clericũ concedere repræsalias, cùm non possit adiri superior suus, quia fortè sit schismaticus: sed an laicus possit, nemo dubitat, quia secularis nullam habet potestatem contra clericum.cap.2.de foro compe.vide Io.de Canib.& Franc.vbi suprà, quia sic inuenies. & hoc animaduertit Io.de Lig. quem vide. Vnde in quæstione, quæ est in facto, cum tractetur, an Se-
37 natus † possit concedere repræsalias cõtra clericos ob iniustitiam factam Romæ à summo Pontifice, cessat omnis dubitatio. Est tamen durum, vt aliqua ratione indemnitati nostræ non consulatur. Non
38 omitto in hac materia iniuriarum, † ꝙ etsi regulariter pœna iniuriarum agendo criminaliter sit extraordinaria, iuxta iura suprà allegata, tamen quando iniuria fit officiali, qui est in syndicatu accusando eum, quòd sit tyrannus, & iustitiam venalem habeat, & similia, & non probatur, tenetur talis pœna mortis.§. ex diuerso. & ibi gl.in Auth vt iud.sine quoquo suffrag. & Put.in tract. synd.char.41.versi iniuria officialis, & hæc pœna imponitur eo ipso, ꝙ nõ probet saltem semiplenè, vt per Put. vbi suprà post Ang.in l.item apud.§. si quis libellos.ff.de iniur. & de inferente iniuriam magistratui & officialibus, vide ibi per Paridem omnino, & hoc remediũ agendi ad iniuriam est tutius, & pinguius prouidet, quàm si ageretur de calumnia, ad similitudinem supplicij, si esset crimen publicum, quod esset obiectũ vel ad pœnam extraordinariã, si aliud crimen, iuxta l.fi.C.de accusa. & l. & in priuatis.ff. ad Turpil. ita notabiliter Socin. consil.128.
39 col.penul.& fin.vbi vide. Ne tamen † putes hanc eandem pœnam imponi, si officialis exercens suum officium iniuria afficiatur, quia text.in d.§. ex diuerso, ideo loquitur in syndicatu, quoniam pro paruo furto crudelissimè sæuit contra officialem, & ideo visum est etiã conueniens, vt econtra sæuiatur contra accusatores, & eum iniuria afficientes in syndicatu. Quapropter etiam Doctores, qui ponũt exemplum, quando colapho percutitur prætor, vt tunc sit pœna capitalis, inferũt expressè, quòd si solùm afficeretur verbo iniurioso, non esset pœna mortis, loquentes Doctores, non quando percutitur in syndicatu, sed durante officio. Et latè de materia iniuriarum. vide per Luc. de Penna in l.2.C.de pecu. lib.12. & per Parid.in dicta charta, versic. si contra.

Tit. de Sacrilegiis.

SVMMAE.

1 *Sacrilegium quomodo committatur tam de iure ciuili, quàm canonico.*

2 *Monumentorum ornamenta furari an sit sacrilegium?*

3 *Sacrilegium committitur, etiam si maculentur imagines sacratissimæ virginis Mariæ.*

4 *Statutum puniens furtum an compræhendat sacrilegium?*

5 *Sacrilegij appellatione in statutis an intelligatur sacrilegium secundum ius ciuile, vel secundum ius canonicum?*

6 *Sacrilegus qua pœna puniatur.*

7 *Sacrilegij crimen est mixtum, ideoque potest in vtroque foro puniri.*



SACRILEGIVM
1 committitur † de iure ciuili, quando res est sacra, & aufertur è loco sacro, sed de iure canonico sufficit vel rem esse sacram, vel auferri è loco sacro. Sic gl.in l.si nondum. C.de furt. & ibi Bal.& communiter Docto.& glo.& communiter Doct.post Bar.in l.diuus.ff. ad leg.Iul.pe.loquor de rebus subtractis, quia etiã alijs modis cõmittitur sacrilegiũ, vt si quis clericum verberet, vel religiosam personã, vel rem habeat cũ moniali, vel violentur immunitates ecclesię, vt notabiliter per Bald.vbi suprà, in d.l.si nondum.

2 nondum. quem vide. Et † an spoliare siue furari ornamenta monumentorũ sit sacrilegiũ? gl. Instit. de pub. iudic. in §. lex Iulia pecula. sentit esse in verbo, religiosam. volens vt ornamenta sepulchrorũ dicantur religiosa, iuxta tit. de reli. & sump. fu. Credo contrariũ, quia sepulchra ipsa non dicuntur religiosa, nisi authoritate Pontificis sint cõstituta. c. ad hæc. de reli. domib. Et iura ciuilia aliter dicẽtia correcta sunt. Feli. in c. quanto. in fi. de iud. Si igitur religiosa non sunt sepulchra, minus res illæ tanquã dicatæ rei religiosæ, dicuntur religiosæ. iuxta tex. & not. in d. l. si nondũ. & de his vide Rip. in l j. ff. de interdic. col. j. & vide omnino qñ dicatur sacrilegium, Firmi. in verbo, sacrilegiũ dicitur vbi la-
3 tissimè, & ponit ꝙ maculantes † imaginẽ sacratissimæ virginis Mariæ sacrilegiũ cõ-
4 mittunt. Et † si statutũ imponit pœnam pro furto, multò magis habet locũ in sacrilegio: quia quod pluris est, vtiq; tanti est. l. cùm fur. ff. de in li. iur. & ad hoc vide omnino Bal. in l. de his. C. eod. de fur. volentem statuta loquẽtia de furtis habere locũ in furtis maioribus, & ideo haberet locũ in expilatore hæreditatis, quia improbius furtũ cõmittitur, quàm simpliciter furãdo. Itẽ in rapina, prout dixi suprà in tit. de captura circa declarationẽ statuti, vt villa teneatur pro dãno dato in ter-
5 ritorio suo. & in tit. de fur. Et † si statutũ faceret mẽtionẽ de sacrilegio, an deberet intelligi de sacrilegio secundũ ius canonicũ, vel secundũ ius ciuile? Cõmunis est in d. l. si nondũ. vt statutũ laicorũ intelligatur secundũ ius ciuile, & statutũ episcopi secundũ ius canonicũ, & dicitur sacrilegiũ crimẽ publicũ. l. si quis in hoc genus. & ibi Bal. not. C. de crimi. sacri. vbiq; etiã sacrilegi capi possunt, & remittendi sunt ad loca cõmissi delicti. Bal. in consil. 124. 2. vol. secundũ antiquã impressionẽ. de iure loquor, sed cõsuetudo obstat, vt ibi ẽt
6 per Bal. & † punitur sacrilegus ꝑ leg. Iul. pecul. vt in d. §. lex Iul pecul. & ff. ad leg. Iul. pec & pœna sacrilegorũ est pœna capitis. l. sacrilegij. in prin. ff. eo & licet lex Iulia §. mandatis. dicat extra ordinẽ puniri, tamen hoc intelligitur secundũ l. sacrilegij pœnã, in princ. ff. eo. quę dicit pœnã sacrilegij debere esse pro qualitate personæ, proq; rei conditione, & temporis, & ętatis, & sexus, subdens, & scio multos ẽt ad bestias dãnasse sacrilegos, nonnullos etiã viuos exussisse alios verò in furcas suspendisse, & reliqua vt ibi. Si tamen vera esset opinio cuiusdã furis, qui in ciuitatẽ Attensem tanquã magnus nobilis, stipatus multis famulis, non ita pridẽ venerat, & multas ecclesias spoliauerat furtim calicibus & alijs ornamẽtis pretiosis, posteà captus, & cõfessus solũ de furtis in ecclesias commissis, interrogatus cur tot furta cõtra ecclesias commisisset, & nõ contra priuatas personas, Respondit, quia Deus non eget talibus, ideo existimaui hoc modo minus delinquere, ꝙ̃ si talia patrassem cõtra priuatas personas: lex non adeò sęuera fuisset cõtra hos homines scelestos, & qa vera nõ fuit eius opinio, ipse super furcis altissimis cũ tota caterua furũ, quã habebat, fuit laqueo suspẽsus. In reliquis de crimine sacrilegij vide Hostiẽ. & Azo. in summis suis, & Alb. in dictionario suo in ver. sacrilegiũ. Et facit Vital. ẽt titu. de
7 hoc delicto. & † crimen hoc est mixtũ, & punitur tã ꝑ iudicẽ laicũ, ꝙ̃ ecclesiasticũ. Abb. & Doct. in c. cùm sit generale. de foro cõpe. & vide de sacrileg. etiã latè Gemin. in c. felicis. ĩ prin. col. fi. de pœn. in vj.

Tit. de Lege Iulia peculatus, & de residuis.

SYMMAE.

1 *Capitanei militum seu eorum quæstores conuertentes in vsum proprium pecuniam dandam militibus, incidũt in crimen de residuis.*



IN hanc legem incidit subtrahens pecuniam principis, & quo ad pœnam fit differentia, an esset commixta cũ fisco tẽpore furti, an nõ, & item fit differentia, quãdo quis surripit pecuniã alicuius ciuitatis vel cõmunis, quia tũc non incidit in leg. Iul. pecul. sed in leg. Iul. de residuis. Hæc breuiter

per Cœpol.consil.40.col.6.ver. & breuiter. In qua materia vide vltra Doct.in locis suis Host.& Azo.in sum.suis,& quan
1 do aliquid † superest ex pecunia, erogan da in vsum publicum, vt sæpe contingit in quæstoribus militum, & ad vsum proprium retinetur, inciditur in hoc crimen de residuis,vt eo.tit ff.ad leg. Iul. pec. & in §.sunt præterea. vbi vide glo.& Doct. Instit.de pub. iud. & quia hæc furta sunt acriora simplicibus furtis,ideo statuta punientia furta etiam comprehendent hęc, sicut d xi in titu. præcedenti. Dicam tamen in titu. de pœnis.

Tit. de Sortilegis, & mathematicis.

SVMMAE.

1 *Sorte aliquid dirimere an sit prohibitum?*
2 *Astrologia an sit prohibita?*
3 *Diuinationis species quot sint.*



IDE in tit. de sortileg. extra,vbi in j.ca. prohibentur sortilegia, pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis: & in secundo imponitur pœna presbytero, qui per inspectionẽ Astrolabij furta requirit: & in tertio prohibet per sortes fieri debere electiones. vide Hosti.in sum.& Spec.breuibus in titu. de sortileg. & posui suprà sub rub.de homi.de pœnis eorum, & de alijs: & non est talis, qui, quod per magicas artes contractum fuerat, soluit l.j.C.de mal. & mat. vbi Bart.
1 no. † & de electione per sortes, & de alijs quæstionibus sorte dirimendis, an hoc liceat.vide Doct.in c.licet causam de prob. maximè Dec. col. pen. & in effectu licet ipse dicat aliter, communis est, vt si sit quęstio facti,non liceat: secus si sit iuris.
2 Addo etiam, ꝙ † Astrologia est prohibita.§.item siquis Astrologus. in l.itẽ apud ff.de iniur. not 26. q.2.§. his itaque. & ea.cau q.4. in cap. igitur. & ratio est, quia consistit in iudicãdo futura, & solius Dei est futura præscire.cap.j 25.q.v.cum alijs allegatis per Deci. vbi vide in c. nouit de
3 iudic.in j. not. Et † quot sint species diuinandi, & an aliqua sit licita, & quę sit pœna committenti illicitas, vide Vital.in tractatu suo in tit de sortileg. & mathem. & vide etiam de dubio sorte dirimendo. Felin.in c.capitulũ. col fi. de rescrip. & qui sint sortilegi, & quomodo puniantur, & de materia sortilegiorũ latè, & per quindecim fol. per Paul. Grillan. in tracta. de sortilegijs. & per Io.Bern. Hispanum in can. sua practica criminali.c.100.

Tit. de Seditiosis.

SVMMAE.

1 *Seditiosi qui dicantur remissiuè.*



IXI de seditiosis suprà sub rubr. de cri. læsæ maiest.in versic. & quando cõcitatur seditio. cum ver. seq. qui incip. adde, ꝙ ad sedandum tumultũ. & alio versi.incip.adde quoque dum dixi ꝙ seditio. Addo ad
1 vltra dicta ibi, † quòd qui dicantur seditiosi,& de eorum pœna ponit Gem. in c. decet.in 2.col.de immu.eccl.in 6. Et quia sæpe in causa est, vt populus tumultuet, dũ audit aliquod nuntiũ contrariũ principi suo sibi infesto, propter quod summa cũ diligentia postea quęritur author dicti tumultus, & de eo solet fieri exemplaris animaduersio:ideo caue sicut ab igne,qñ audis talia nuntiari, ne sis primus, imò nec quintus in eis propalãdis, nec cũ amicis, nec cum alijs, & experto crede mihi.

Tit. de Vnionibus & colligationibus.

SVMMAE.

1 *Vniones & congregationes cum armis factæ qua pœna puniantur.*
2 *Armatos homines congregatos in domo detinens qua pœna puniatur.*

Adhæ-

3 *Adhærentes & fœderati, & qui partes principum sequuntur vel ciuitatum, comprahenduntur in fœdere inter ipsos principes vel ciuitates facto.*

4 *Mercatores & artifices an possint facere conuentionem inter se, vt merces suæ vendantur tanto pretio, & non minori.*

5 *Collegium Doctorum non potest facere statutum in grauamen scholarium, qui proximè Doctores futuri sunt.*

6 *Mercatores pannorum statuentes vt cimatores non accedant cum volentibus emere, an dicātur facere monopolium?*

7 *Statutum, vt quis non admittatur in collegiū Doctorum, nisi sit natus in ciuitate, vel territorio, debet strictè intelligi: & dictio, territorium, est latè interpretanda.*

8 *Monopolium iuratum an valeat, & alia de materia monopolij? & suprà nu. 5.6.& 7.*

9 *Collegia quæ dicantur approbata.*

10 *Subditi an possint conuenire de defendendo aliquo ex vniuersitate ab iniuria superioris?*



IN hoc dominio plura decreta ædita fuere contra illos, qui faciunt vniones, de quibus decretis & de vnionib' dixi sub rubri. de crim. læsæ maie. in versic. adde quoque, dum dixi.

1 & de iure † communi qūo puniantur qui faciunt vniones & congregationes cum armis, vide Alex. cōsi. 5. vol. j. col. fi. vbi i effectu vult, vt puniantur pœna mortis, quando sint factæ ad eos malos effectus, de quibus ibi. s. vt irrueretur in ecclesiā, & ad præiudicium alicuius, vt fieret tumultus in populo, & pro deponendo prę-

2 tore, & † puniuntur etiam lege Iul. de vi pub. qui tenuerint homines armatos i domo vel extra. l. fi. C. ad leg. Iul. de vi pub. uel pri. & l. 3. in prin. ff. eo & l. quis illicitum. vbi Bar. not. de coll. illic. quas leges hodie allegaui contra quendam, qui volebat se eximere à pœna vnionis imposita per decretum, quod punit eū, qui congregauit gentes armatas, dicēs ipse, Non congregaui, sed retinui illas in domo, in quam venerant ad me visendum, quia respondi ego, non euitabis tamen l. 3. i pri. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & l. fi. C. eo. quæ dicunt, sicut dixi, & quot homines faciāt vniones, & qūo intelligantur decreta, Si quis congregauerit vel vnierit gentē, vide Bar. & ibi Alex. i l. prætor *la seconda.* i pri. ff. vi bon. rapt. & Sali. in l. vnica. C. de abig. & qūo puniātur colligationes & cōiurationes, uide in statutis nostris criminalibus sub pœna facientis societatem iuramentū, vel ligam improbā, & sub rubr. de inuitamentis. Et superioribus annis ī ciuitate Cremonæ fuit æditum decretum super hoc, quia in ea ciuitate quotidie tales societates & colligationes fiebant, portantibus etiam singulis societatibus singula signa, & tunc quædā magna colligatio allegabatur, quæ gerebat plumam albam, & finis colligationis erat, ut si contigisset vnum ex eis offendi, alij omnes eius societatis deberent accurrere, & sic tyrannidē exercerent. quæ societates & colligationes siue cōiurationes prohibētur à legibus, ut toto tit. ff. de coll. illic. ex legibus cuius tit. habes regulam prohibētem collegia siue colligationes, quod idē est, ut ostendit Bar. in l. fi. in eo. tit. de colleg. illic. col. 2. i fi. ibi, oīa alia collegia, & oēs aliæ sectæ, & colligationes sunt prohibitæ. Et hanc regulā etiam facit Afflic. ubi amplissimè ponit hanc materiam in tit. de pace iur firm. ī §. conuenticulas. i. j. col. ubi posteà ponit, & quando sint licitæ, & quando permissæ, iuxta notata per Bar. i d. l. fi. ubi oīno uide, & quando illicitæ, & ponit idem col. pen. i fi & pri. seq.

3 de pœna taliū. Et quia † quādo fiunt fœdera inter principes & ciuitates, ēt compræhenduntur adhęrentes, ibi habes de his, deq; illis, qui partes eorū sequūtur, & quid sit fœdus siue liga, ut Docto. vocant, de quibus etiam dixi suprà sub rub. de cri. læsæ maie. Et facit trac. Mart. Lau.

4 Et † vna conuenticula & coniuratio est ualde illicita & perniciosa reipubl. quæ fit à mercatorib' & artificibus circa merces suas, ut non possint uendi, putà carnes, pisces, & aromata minoris. l. unica. C. de monop. ubi Bal. & alij, uel ut certæ personæ possint tantùm illā artem exercere, & ꝙ quidā doceantur, quidā non, & quod vnus incœpit, alius non perficiat. Bar. i d. l. fi. col. 4. uersi. quæro super quibus

bus.ff.de colleg.illic.circa quæ uide Fel. in c.cum omnes.col.6.uersi.4.est aduertendum.de constitu.& col.8.uersi.& qđ
5 vniuersitas. Addo, † q collegium Doctorum non potest aliquid statuere in grauamen scholarium, qui Doctores proximè futuri sunt. Fel.in d.c.ex literis.de cō
6 stitutio.col.j. Et † an dicatur monopoliū, si mercatores pannorum statuāt.ut emētes non possint secum ducere tonsores lancorum pannorum ad uidendum ipsos pannos? Vide Anch.consi.166.& an tales mercatores possint cogi ad uendendum?
7 Anch. ibi col.3. An † possit induci consuetudo, ut uenditores pannorum admittant dictos tōsores ad uidendum pānos? Anch.ibi col.fi. Statutum quòd quis non possit admitti in collegium Doctorū, nisi natus sit in ciuitate, uel territorio, cū sapiat monopolium, est strictè interpretandum, & uerbum, Territorium, est latè accipiendum. Bal.2.uol.consi.183.& de dicto statuto uide Fel.i c.Rodulphus.col.9 de rescri. Statutū ut non liceat ire ad alia molendina, sapit monopolium. Soc.cons. 272.col.4. Et de materia monopolij uide per Innoc. in cap. significasti. de appell. & i d.c.cū omnes. & in c.cū accessissent.
8 de constitutionibus. Et † an ualeat monopolium iuratum? Vide Bart.in l.si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. si quis conueniat cum uno, ut non uendat alios pannos, quàm suos, an sit monopolium? Bald.tenet non esse uol.j.cōsi.446.
9 Et quæ † collegia dicantur approbata, Vide latè & notabiliter Fel.in c.accedentes.col.j.& 2.de præscriptionib.& Calderi.de his, quæ fiūt à prælatis.consi.5.col. 2. Adde non esse admittendam petitionē exemptionis, ita ut separentur membra à capite, putà.ut tinctores nō sint ex collegio artis lanæ, sed faciāt collegium per se, nisi concurrat aliqua urgēs causa Fel. in c.cū non liceat.in princ.de præscriptio
10 nibus. An † subditi possint conuenire de defendendo aliquo ex uniuersitate ab iniuria, quæ ei inferri dubitaretur per superiorem? Vide Perusin.in c.constitutus.§. j.circa finem, de uerbo.sign.lib.6. Et pœna monopolij est confiscatio bonorū, & perpetuum exilium, d.l.unica malè tamē seruatur hæc materia, & propter hoc hodie in qualibet arte id, quod pretij est decem, uenditur quatuordecim. Adde etiā quòd quamuis conspiratio accipiatur in malam partem, imò in deteriorem, tamē etiam potest fieri ad bonum finem. Fel. i c.cùm I. & A. de re iudic.col.5. & tunc potius dicitur concordia, quàm conspiratio, ut per Fel.in c.exhibita.col.2.de iudi. & ibi ponit differentiam inter conspirationem, coniurationem & conuenticulā.

Tit. de Blasphemis.



VOTIDIE clamātibus publicis cōcionatoribus contra blasphemos, & superiores illos acerrimè nō punientes, fiunt decreta seuera contra blasphemos, & plura nos habemus vetera & noua. Tamen postea malè seruantur, & quia dixi de hac materia latissimè sub titu. de inquisitione, dum declaraui, quare in inquisitione dicantur verba contumeliosa, ad illum locum te reiicio.

Tit. de Periuris.

SVMMAE.

1 *Periurus an puniatur pœna ab hominibus imponenda & quomodo. & in quibus casibus?*

2 *Periurus an dicatur is, qui iurat credere, vel nō credere id, cuius cōtrariū posteà reperitur?*

3 *Periurij pœna non punitur reus accusatus de crimine, respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem.*

4 *Mendacium, quod fit ad salutem alicuius, an sit peccatum mortale, & an puniatur pœna hominum?*

5 *Periurium non committitur sine dolo*




1 REDVNT † multi periuros in foro ciuili solum Deum habere vltorem, & aliam pœnam in hoc mundo eis non irrogari, p l. 2. C. de reb. cre. sed in contrarium est textus in l. de periurio.

iurio. ff. de cri. stellionat. Bart. ibi mouet difficultatem, & dicit procedere illũ tex. de periurio, quando iurauit aliquo non deferente, ut alium deciperet. & l. 2. quãdo iurauit aliquo deferente ad litis decisionem, & ideo statuta nostra hic Mediolani tali falsum deieranti imponunt pœnam criminalem, uide breuiter in hoc articulo, an & quando periurus puniatur, pulcherrimam & consideratissimam distinctionem Salic. in d. l. 2. & in teste falsum deierante, ibi vult, ut in causa publici iudicij, & capitali, similitudine supplicij puniatur. l. j. §. j. & ibi glo. ff. ad legem Cornel. de sicar. In alia verò causa teneatur pœna falsi. l. j. circa principium. ff. de falsis. In principali uerò persona, tenet deierantem falsum deliberatè per iuramentum litis decisiuum solum Deum habere ultorem, per aliud uerò iuramentũ prolatum ad deceptionem alicuius, puniri crimine stellionatus, conueniens cum Bart. ubi suprà, & loquitur in iuramento super præterito, Super futuro autem punitur is pœna l. si quis maior. C. de transactionib. ut ibi latius per eum, & de uarijs pœnis & grauitate periurij uide Soci. consi. 7. col. pen. Ad dicta Salic. uide omnino Ang. post gl. in Authen. sed non solũ fideiussores. &c. circa medium col. v. ubi à Salic. deuiat, pulchrè Ang. in l. Lucius §. j. ff. de iudi. col. 2. & in l. fi. circa finem. ff. qui satisd. cog. Bal. in l. si cum patruo. C. commun. vtriusque iudic. Ioan. Petrum in tit. de pac. & transac. in ult. gl. circa fi. Bal. v. uol. cons. 299 & an dicatur
2 periurus, † qui iurat credere uel non credere illud, quod posteà esset probatũ? Vide Bal. in l. 2. §. quod obseruaui. C. de iu-
3 ramẽ. calum. Addo notabiliter, † quòd reus & sic persona principalis, accusatus de aliquo crimine, & inquisitus respõdẽs inquisitioni cum iuramento contra ueritatem, nõ punitur de periurio. Ita Alex. ad Barto. in l. j. ff. de bon. eorum, qui ante senten. mortem sibi cõsci. per dicta Bart. ibi Reperio apostillam ad Abb in c. j de testi. cogẽ. in qua allegatur dictũ Alex. & dicitur paucos illud scire, & licet talis peccet, ut dicit Abb. & sequitur Fel. in d. c. cùm P. de testibus cõgend. col. 2. uersi. & inquantum. attamen in foro contentioso non punitur; & ita practicatur. Ad quod etiam uide Put. i tract. syndic. char. 82. colum. 2 ubi ad idem allegat Andr. de Isernia. Et facit gl. notabilis in c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. quæ vult, ut mendaciũ
4 benignitatis, † quod fit ad salutem alicuius, non sit peccatum mortale, & loquitur in parte, vide tamen Bal. in l. etsi legibus. C. si contra ius uel utilitat. public. Fateor, quòd torquetur propter mendacium, Sed aliter, ut dixi, non punitur, & quod sit uerũ patet, quia reus potest vti pluribus defensionibus, vt suprà latè dixi sub rubr. de confessis. Cætera circa periuros vide suprà in tit. de inquisitione, super declaratione verborum iniuriosa, &
5 contumeliosa, vbi latè. Non † est tamen periurus quis sine dolo. Bal. in l. obseruare. § proficisci. col. 3. ff. de officio procon sul. & lega. Ias. in d. l. si quis maior. in prima col. & plenius in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur. Et ideo difficultas in materia l. si quis maior. excusat à periurio. Ias. ubi suprà, & Alexan. consi. 92. uol. j. colũ. pen. & ult. ponit Parpal. in d. l. si quis maior. in octauo notabili, limitatione. 4. & Dec. consi. 452. Causa tamen, quæ allegatur ad dolum excludendum, & sic periurium, debet probari fuisse sibi notam, & se motum fuisse ex illa, quia sibi fuerat dictum se posse ita facere. Alex. cõsi. 103. col. pen. uol. j. & Dec. in d. consi. col. 2. in fi. ubi omnino uide in materia dictę l. si quis maior. & de periuris uide in practica canonica Ioan. Bernar. Hispani, c. 86.

Tit. de Plagiariis.

SVMMAE.

1 *Plagiarij qui sint, & qua pœna puniantur.*



1 QVI † sint plagiarij, habes in titu. ff. & C. de plagiarijs. & in §. est & inter publica Insti. de publi. iud. per Spec. in tit. de accus. uersi. nũc Hostiẽ & Azo. i summis suis, & c. primo extrà, de furtis. & in effectu q uendũt seruos uel filios alteri, & qui donant liberas personas, & q illa furant

furantur, incidunt in crimen plagij, vbi tamen fiat ad hoc vt eis tollatur libertas, hic dicitur, quòd non est plagiũ, quãdo inter Cardinales vel magnos viros donantur pumiliones, seu nani, vel cãtores, & famuli optimi, quia ad eum finem non fit, vt eis tollatur libertas, vt per Bart. ff. eod. & ibi in l. non statim. §. fi. dicit, quòd vidit quendam damnari de hoc crimine, qui subtraxerat iuuenem quendam. Ego etiam vidi tempore Gallorum quandam obstetricem, cuius opera venditus fuerat infans, fustigari, & poni ad cathenam, nõ tamen punito emptore. & vide etiam omnino Salicet. C. de plagiar. & dicit Alex. in consi. 15. col. 2. vol. j. circa cap. afferte mihi gladium de præsumpt. quod loquitur de muliere illa, quæ surripuit filium alterius mulieris, quòd vbi Salomon de hoc habuisset veram probationem, & nõ præsumptam, iustè condemnasset eam ad mortem, per dictũ titu. de Plagiar. Et nos Mediolani etiam habemus statutum capitali pœna puniens plagiarios, excusantur tamẽ, iuxta gl. i l. plagij. ij. C. de plag. quando putarunt esse suos, vt etiam in titulo seq. dicam de Abigeis. & vide Albert. in d. l. plagij. & quæ dicam infrà in d. titu. de Abigeis.

Tit. de Abigeis.

SVMMAE.

1 *Abigei qui sint, & de materia remissiuè.*
2 *Abigeus non dicitur qui credebat se habere aliquod ius in proprietate animalium abactorum.*


1 

Bigei † illi sunt qui furantur armẽta ex pascuis, & quos acrius castigat lex quàm simplices fures, vt etiã diximus de plagiarijs, de crimine peculatus, sacrilegij, & de residuis, vide l. j. in prin. ff. de abigeis. & quot oues, & pecora debet quis surripere ad hoc, vt sit abigeus, vide d. fi. ff. eod. & glo. in l. vnica. C. eod. & ibi omnino Salicet. & nota omnino in hac materia text. in d. l j. ff. de abigeis. in §. fi.
2 ex quo habes quòd vbi † abigeus controuersiam fecisset de proprietate animaliũ abactorum, criminaliter contra eum non esset procedendum, si tamen color abigeatus quæsitus non esset, sed verè putasset animalia sua iustis esse rationibus ductus, vel non iustis quomodocunque sua credidisset, vt ibi in gloss. & in l. plagij ij. C. de plagiarijs. sed difficultas est an hæc exceptio siue causa posset ostendi extrà carceres, dicam infrà in tit. de reis non requirendis. &c. In hac tamen ciuitate & dominio cessaret hæc difficultas propter decretum, quòd quando res habet originem à contractu, non potest procedi criminaliter, volens insuper vt allegatio cõtractus possit ostendi extrà carceres interueniente fideiussore de reuertendo ad carceres, si probatio deficiat, & vt dixi super declaratione dicti decreti, etiã de dicto. § fi. vide de hac materia Azo. in summa. & l. vnicam de abigeis. quæ est canonizata. 4. q. 4 c. item abacti. aliàs est sub §. aliquando. & de materia vide Salice. in d. l. vnica. vbi melius quàm alibi.

Tit. de Effractoribus carcerum.

SVMMAE.

1 *Effractores carcerum qua pœna puniantur: & quid de conspiratoribus, qui nondum rem ad effectum deduxerunt.*
2 *Fractura carceris aggrauat delictum.*



FFRACTORES carcerum † puniuntur pœna capitis. l. j. in pri. ff. deffracto. carce. Conspiratores verò nondum effectu secuto solùm habentur pro confessis & conuictis. l. in eos. ff. de custod. & exhibi. reor. & ibi Angel. not. & ita Alberic. ibi re bene considerata, vt dixi suprà in rubr. de carcere. versi. quæro qua pœna. vbi omnino vide, & procedit hæc pœna

na capitis etiam in detento cauſa debiti publici uel priuati, quia ſolùm conſideratur uiolatio loci publici qui dicitur ſacer, non cauſa detẽtionis, ut per Cõmẽſ. conſi.205. vbi omnino vide in fi. quod probatur in d.l. in eos. vbi non conſideratur cauſa, adeò vt ſi eſſet innocẽs, tamen puniretur, iuxta d.l.j. Addo † quòd iſta fra-
2 ctura aggrauat delictũ, vt declarat Alex. conſi.135.vol.j.& Cœpol.conſi.26.circa fin. & quæ pœna imponatur aufugienti è carcere, dixi vt ſuprà ſub tit. de carcere. & omnino vide in materia Cuman. vbi ſuprà. Addo etiam quòd vbi fractus eſt carcer, vel tractatur de frangendo, tunc procedunt prædicta etiam ſi ſit innocẽs. d.l.in eos. ſi tamen iuſtè fuit detentus cũ legitimis indicijs, iuxta dictum Barto.in l uis eius. C.de probat & l.in eos.loquitur quando poſteà inueniuntur innocentes, & licet Iaſ.in l.admonẽdi.ff. de iureiur.in repetit.char.18.col.j. clarè velit eũ haberi pro confeſſo & conuicto, ſi effracto carcere fugiat, tamen veritas de iure eſt quam dixi quod hoc ſolum procedit in conſpiratoribus adhuc non ſecuto effectu.

Titu. de Præuaricatoribus, calumniatoribus, & tergiuerſatoribus.

SVMMAE.

1 *Præuaricatores qui ſint.*
2 *Procuratores & aduocati aliquando incidunt in crimen præuaricationis.*
3 *Præuaricationis crimen poteſt ſæpius in iudicium deduci.*
4 *Præuaricatio quomodo probetur.*
5 *Aduocatus edoctus iuribus vnius partis, cui promiſerat præſtare patrocinium, an ſi deinde eam relinquat, & pro alia parte patrocinetur incidat in crimen præuaricationis?*
6 *Sententia lata aduocato præuaricante, an ſit nulla?*
7 *Calumniatores qui dicantur. Et ibi ponit de ſynddico communitatis, qui pro offuſcanda veritate nominat teſtes ad defenſionem, qui nominandi eſſent ad offenſionem.*
8 *Calumniatoris pœna quæ ſit.*
9 *Inſtigator quomodo differat à calumniatore.*
10 *Tergiuerſator quis ſit.*
11 *Accuſator quando à principio fuit in bona fide, quæ poſteà ceſſauit, an ſit in calumnia?*
12 *Accuſatoris calumniam quæ qualitas excuſet.*
13 *Accuſatores falſi quot modis puniantur.*



1 PRAEVARICATORES † ſunt, qui cum aduerſa parte colludunt, quod frequẽtius ab accuſatorib9 fit, qui ſubornati vera crimina abſcõdunt, & diuerſam partẽ adiuuãt prodita cauſa l.j § præuaricatorẽ. ff.ad Turpil.l.j.ff.eo.gl.i rubr. C.ad Senatuſc. Turpil. & hoc eſt quod habetur i c. j. & 2. de calum. & pœna horum eſt extraordinaria.l.2.& l.pen.ff.eo.& ita Docto.vbiq; maximè i rubr.extrà, de calũ.
2 Et † non minus cauſidici incidunt i hoc crimen quàm aduocati.l.j.i fi.ff.eo. iũcta reg.l.3.ff. de crimi. ſtellio. Iaſ.i rubr.C. de procu. Ideo memini uidiſſe cauſidicũ quendam in hac ciuitate mulctatum ob crimen prçuaricationis exilio ad tempus & publicatione bonorum. Eſt textus clarus etiam qui dicantur prçuaricatores in l.athletas.§. item præuaricator.ff.de his qui notan. infamia. qui etiam vult tales infamiam incurrere, nec de hoc crimine erubuit Demoſthenes ſeipſum accuſare, dum interrogaſſet quendam aliũ aduocatum, quam mercedem accepiſſet, vt cauſam diceret, & reſpõſo accepto ꝙ talentum, ipſe dixit, Plus accepi ego ut tacerem ſcribitur quoque apud Aulum Gellium i eodem loco legatos è Mileto Athenas veniſſe cauſa reipublicæ, aduocatosq; pro Mileſijs uerba feciſſe, & Demoſthenem Mileſiorum aduocatis acriter reſpondiſſe, & re in poſterum diem prolata, legatos ad Demoſthenẽ ueniſſe, eumq; pecuniam ab ipſis petijſſe, & quantum petierat habuiſſe, & poſtridie cũ res cepta agi denuo eſſet, Demoſthenem lana multa collo circũuoluta ad populum prodiſſe, & dixiſſe ſe anginam pati, & ita contra Mileſios loqui non poſſe, tunc ex populo vnum exclamaſſe, non anginam, ſed argentanginam pati, & tribu

bus modis potest procedi de hoc crimine, vt declarat Bar. in d. §. præuaricatores.
3 Ex † quibus modis apparet quòd etsi de delicto sæpius quæri nõ possit. l. si cui. §. eisdem. ff. de accusat. attamen vbi cognoscitur præuaricatio, iterum quæri potest, & refert Fel. in c. de his. in 8. fallen.
4 de accusa. gl. & Bar. in d. §. eisdē & † quo probetur præuaricatio vide Bar. in d. §. præuaricatorem volentē, si iudex videat accusatorem conuersari cum reo hoc facere sufficiens indicium, ut sit præuaricator, nisi tamen persona accusatoris esset integra. Fel. in d. c. de his. in d. versi. octauo limita. & sequitur dicta Bart. ibi Ana.
5 in d. rubr. de calum. Quærit Bar. † in d. l. j. ff. eo. Aduocatus promiserat præstare patrocinium in quadam causa, & acceperat pecuniam, & ita viderat omnia instrumenta partis, demum transtulit se ad aliā partem, cui reuelauit omnia secreta primę partis, & illam iuuit, licet foueret iustitiam, & iuuit etiam facto pacto de quota litis, & fuit cum ea parte secunda corā judice palàm, & tandem sententiam obtinuit. fuit dubitatum, an iste commisisset crimen falsi, vel præuaricationis? Barto. consuluit non incurrisse crimen præuaricationis, sed falsi, & sequuntur alij Doc. communiter, licet Ana. vbi suprà etiam consideratè teneat vtrunque crimen cõmisisse, placet sententia Bar. quia verba diffinitionis, præuaricationis benè concludunt eius intentionem, vt excludatur præuaricatio, & incurrat falsum, sicut ēt placet Alcia. in l. præuaricatores. ff. de uerbo. signifi. qui addit quòd tamen non incurreret etiā pœnam falsi, quādo omni quæstione in iure existente duntaxat aduocatus suscepisset iustiorem causam, restituto tamen honorario, quod habuisset à prima parte. quæ consideratio etiā si iuridica dici possit, tamen est periculosa, ne offendam honorē viri. Et an † sen-
6 tentia lata aduocato præuaricāte sit nulla, vel retractanda ope restitutionis, uide in l. j. C. de aduoc. diuer. iud. per Put. in tract. suo, in 5. char. ī tit. de excess. aduoc. & communis est ope restitutionis retractari. Ana. ī c. j. col. 4. extrà, de calumnia. probat tex in l. vnica. C. de senten. cõtra fisc. latis. lib. x. & ita per Alex. & Ias. in l. Imperatores. ff. de re iudi. Dixi de præuaricatoribus. Calumniatores verò ij. sunt,
7 † qui falsa crimina sciēter intendunt. l. j. §. calumniatori. ff. ad Turpil. est materia Bar. in l. j. in pri. ff. eo. & i § calumniator. in l. athletas. ff. de infami. & latè hanc materiam ponit Fel. ī tit. extrà, de calūniat. maximè in c. ij. & dixi suprà sub rubr. de accusa. i vers. 5. quæro. vbi vide omnino, & ita seruatur. Et adde illis quòd si syndicus fortè ad instructionem captiosi procuratoris, iuxta caut. Cæpol. 65. incip. in causa criminali. versi. potes etiam. dū debet nominare testes ad offensionem, nominet ad defensionem, vt veritas offuscetur. puniri debet de præuaricatione. Bar. in d. §. calumniator. & Put. char. 77. versi. syndicus. Et quia ad effugiēdum hoc periculum deferebatur notificatio sine nomine quærelantis, ideo Senatus decreto illas vetuit. Et quia quis excusatur à calūnia ex diuersis causis, & in multis casib⁹ vt per gl. & Docto. in d. §. calumniator. & per Fel. in d. c. 2. Scias quòd si tamen apparet de vera calumnia non excusatur Bar. i l. i Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. Are-
8 tin. consi. 80. col. 4. Item † scias pœnam calumniatoris in effectu eē arbitrariā, cōsiderato quòd pœna similitudinis supplicij cessat de consuetudine, vt declaraui suprà, in tit. de accusat. Aduerte tamē ꝙ in hoc dominio nemo punitur de calumnia, eò solùm quòd defecerit in probationibus, iuxta communem opin. de qua in d. §. calumniator. & in d. c. 2. sed solū punitur in expensis, & damnis, & ad hoc vt puniatur pœna calūniatoris extraordinariè requiritur probatio concludens de calumnia & falsa accusatione, iuxta ea quæ declaraui in d. titu. de accusat. vbi vide. Cautela est per quam calūniator nō effugiet pœnam condignam, vt reus agat actione iniuriarum, & obtinebit agens ēt criminaliter, eo quòd calūniator nō probauerit iniuriam. Soc. consi. 218. col. pen. & vlt. & per Put. ī tract. syndicatus. char. 41. uersi. iniuria officialis. ubi omnino uide. & p istos terminos hodie aduocatus quidem qui calumniosè quærelam detulerat contra Prætorem, quem postea declaratum est benè iusteq; se gessisse, fuit
9 bannitus à dominio Mediolani. Et † qđ dico

dico de calumniatore idē procedit in instigatore, & pluribus modis quis dicitur instigator, vt in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. & ne decipiaris in terminis, vide Specul. in tit. de calūniat. & in tit. de calumniat. ff. & C. Tergiuersator † est ille, qui pro pria authoritate desistit ab accusatione d. l. j. § j. ff ad Turpil. Requiritur enim vt abolitionem impetrent accusatores. d. l. j. §. si quis autem. & in tit. de abolitio. & de generali abolitione vide Bar. in dictis locis, & alijs in tit. ad Turpil. & materiam abolitionis ponit Ang. Aretin in gl. nécnon ad quærelam. char. 11. col. 2. & duabus sequentib & ibi in apostil. & vide oino quando liceat desistere ab accusatione. Fel. in c. licet in beato. colū. fi. de accu sat. Alex. in l. ædita. colū. 3. C. de ęden. & in rub. C. de in ius uoc. & not. quod non solùm de crimine Turpilliani, & calumniæ tenetur falsus accusator, sed omnes instigantes. Bar. in l. j. §. pen. ff. ad Turpil. Angel. notabiliter in l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infam. & in l. Senatus. §. an ad eos. ff. ad Turpil. & Bal. in Authen. generaliter. col. 8. C. de epis. & cleri. Angel. i d. gl. nécnon ad quærelam char. 5. col 2. Hippol. in l. patre vel marito. ff. de quæst. Bald. in l. eum quem temere. ff. de iudi. circa fin. vbi Alber & Bal. & Angel. in l. qui crimen. C. qui accusa. non poss. Abb. in consi. 78. col. pen. circa fin. & seq. & in istis locis etiam ponitur de condénatione expensarum contra illos instigatores, circa quam materiam condemnationis expensarum, Not. non requiri calumniam ad condemnandum in impēsis, sed sufficere temeritatem. ita Bar. & Doctores in l. eum quem temere. ff. de iudi. & vbi suprà per Doctores, & ideo licet Bar. in l. j. in prin. col. fin. ff. ad Turpill. in

11 quæstione, † quando quis à principio habuit causam litigandi, & expost cessauit aperto processu formet qōnē in manifestè calumniante à principio, & quæ calumnia aperta posteà cesset, tamē etiā idem est in temerario à principio, & secūdum sensum Bar. vt patet in præcedentibus, & maximè in quæstione proxima. Et est not. quæstio illa, quam ibi ponit Bar. quando quis abinitio habuit iustam causam, & quæ expost cessauit, in qua concludit, vt si potuit pro libito desistere dicatur statim in calumnia si non destitit, sed si non potuit desistere nisi impetrata abolitione, etiam idem concludit, si illam non quæsiuit, & idem Fel. in d. c. 2. de calum. post Ancha & idem est in ciuilibus. l. si quis infitiatus ff. deposi. vbi Bartol. & cóclusio quòd iusta causa excusat ab impensis procedit in reo, in actore autē siue accusatore requiritur nō solùm iusta causa, sed euidens, ita vt nō potuerit per cunctari contrarium, vnde non est opus posteà quærere an expost superuenerit mala fides. Bart. in l. qui in alterius. & ibi Dec. in fi. ff de reg. iur. Et hodie in Senatu Corneus qui abinitio non erat in euidenti bona fide, sed nonnullum habebat colorem, cum expost voluerit detecta fal sitate suorum testium perseuerare, fuit damnatus in impensis à temeritate citra, non quia ipse subornasset testes, quo casu nulla fuisset difficultas, sed quia erant

12 falsi. Et † quando fama, vel indicium, vel causa apparens, vel qualitas personæ excuset à calumnia, vide Fel. in d. c. 2. Vidistis quid uelit lex contra falsos accusato

13 res, addo † alia remedia fuisse prodita contra eos, de quibus per Alex. cōsi. 11. col. 2. in fi. & seq. uol. j. Anch. consi. 182. ubi etiam habes an causa iusta. excuset accusatorem, de quo vlt. Cœpol. ponit notabiliter consi. 71. colū. 4. circa fin. & seq. ubi etiam quid de iniusta. Et quid si calūniator clericus utatur calumnia coram iudice seculari, vide Federic. plenè consi. 93. Et an accusator possit renuntiare productioni testium, uide Aretin. in c. cùm venissent. de testib. col. v. & ibidem Fel. col. 2. in fin. & seq. & breuiter cognitionem temeritatis accusatorum, ponit Fel. in d. rubr. de calumnia. ubi ponit diffinitionem prædictorū terminorum, pœnas eorum, & quomodo detegatur collusio eorum, & in fi. quod calumniator dicitur sycophanta, referens casum illius qui opponebat seruo quòd comederat ficus & data ambobus aqua calida, accusans illos euomuit, & inde dictus est syphāta, & uide de calumniatoribus omnino Ioan. Bernar. in sua practica canonica criminali. c. 59. & dum dicitur ꝙ indicia excusant à calumnia accusatorem, vt

decidit

decidit Ang. in l.vacantia.in vj.q.de bon. vacan.lib. x. hoc procedit quo ad excusandum iudicem non accusatoré, ut per Alcia. in tract. præsumptionum. regu.3. præsumpt.44.nu.11.& 12.

Tit. Furti aduersus nautas, caupones, stabularios.

SVMMAE.

1 *Hospitis seu cauponis familia si in ludo aliquem decipiat, an hospes teneatur?*


2 *Hospitis familia si vulneret aliquem, an hospes teneatur?*

3 *Famuli hospitum possunt indistinctè torqueri, vt inueniatur furtum commissum in hospitio.*

4 *Hospes an teneatur si qui hospitatur dicat aliquid fuisse subtractum ex hippopera siue valisia?*

5 *Hospes an teneatur pro re amissa quando consignata fuit clauis cubilis illi qui hospitabatur?*

6 *Famuli nobilium, & aliorum si delinquant an domini teneantur?*



Ro furto commisso in caupona, naui, & stabulo, tenentur domini eorum, si commissum sit p aliqué cuius opera vtuntur, vt i l.vnica.ff.de furt. aduer.naut.& in §.fi. Institu.de obligatio. quæ ex quasi delict. nascun. Specul.i tit. de furt.col.3.& sequentib.& per Azo.in sum.Institu.de oblig.quæ ex quasi delic. nascun.vbi de intellectu.titu.naut. caup. stabul.qui continet eandem materiã, sed si sit commissum per ipsos dominos tenétur ipsi actione furti, vt no.in d.l.vnica.i pri.per gl.& Bar.& ubi suprà, & licet titulus præallegatus aduersus nautas loquatur in furtis,,tamen idem est si aliter dolus committatur.exemplum, quando
1 hospites † alea ludentes deciperentur in hospitio,ab aliquo ex familia cauponis,vt cõiter solet fieri.tex.e st i d.§.fi.de oblig. quæ ex quasi delic.nascũ. Attamẽ
2 procedit hoc † quando delictum & damnum vel dolus committitur in rebus, secus si contra personam, putà, si famulus, vt suprà vulneraret aliquem, Ana.consi. 2. vbi omnino vide. & in additio. Bolog. ibidem, vide tamen Ias.i l.i actionib'.colũ.fi.ff. de i lit.iuran. qui opponit & placet distinctio. Alcia.i tract. præsumpt.i 3. regu. præsumpt. 40. versi.sed nunquid si talis vulnerat.volentis vt si fit in hospitio teneatur, dum vulneratus confidit in custodia hospitis,aliàs non,vt per eũ, & de hac materia vide multa utilia quæ breui
3 ter ponit Ang. in d.§ fin. Et not.quòd † quando fit furtum in caupona, iudex habet potestatem vt inueniat furem vel fures,torquendi familiares domus,& alios qui erant in ea, & quidem summatim.ita Bar. in d.l.vnica.§.j.in fi.de quo vide omnino. Put.i tracta. syndic.char.84.col.2. c.licet aliàs dicatur. vbi dicit referendo Bar.ubi suprà, quod etsi torquendo sint dandæ defensiones plenariæ, tamen in furtis quæ committuntur in hospitijs iudex habet potestatem torquendi personas recitatas per Bar. procedendo super hoc summatim, & ad idem allegat Bart. in l. dominus horreorum.ff.locati. Etiã subdens quòd sępe torquẽtur familiares cauponum, quia sunt viles,& subdens generaliter loquendo de furtis commissis in domo,familiares & illos de domo malæ famæ posse torqueri,& quòd concubinæ torquentur,& non vxores, & de his
4 dixi in materia torturæ. Et † quando hospes dedit cauponi hippoperam, quam vulgò valisiam appellam', vel quid aliud custodiendum, & in mane dicit aliquid sibi subtractum ab ea,an teneatur caupo. Bar.in l.in actionibus.ff. de in lit.iurand. vult quando datur hippopera clausa uel sigillata cauponi, si caupo nolit restituere,vel restituat resignatam,& qui consignauit afferat plura subtracta, caupone negante,eò tunc stari debere iuramento eius cuius erat hippopera. Bart.verò i d. §.in l.j.ff.furti aduer. naut.tenet contrarium, quia vult quòd ad hoc, ut ei qui aliquid se habuisse asserit in illa hippopera, quæ reperta est resignata deferatur iuramentũ, non sufficiat hippoperã fuisse restitutã resignatã, sed debere eum probare fuisse obsignatã, & furto subtractas

res


res fuisse, & dolo illius aduersus quem iurat in litem. Et pro hac opinione allegat l. si quando. C vnde vi. & c. fi. quod met. cau. Sed quomodo succurratur huic qui amisit res suas, dicit Bar. in d. § quod poterit implorare officium iudicis, vt capiãtur illi ex domo hospitis, & ponantur in tormentis, & de rebus subtractis interrogentur. hanc sententiam tenuit Paul. de Cast. in d. l. in actionibus. sequens Bart. in d. §. j hoc idem Alex. in d. l. in actionibus. dicens hanc sententiam esse magis æquam, & est glo. in l. semper hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. & clarè patet in iuribus allegatis per Bar. ꝙ requiritur dolus eius contra quem iuratur, dum tamen Bart. vult vt debeat probari ille dolus. In hoc non puto bene dicere, quia satis præsumitur ex eo ꝙ eam restituit resignaram, vt est tex. expressus in l. j. § si res. ff. deposi. & dicitur esse in dolo per præsumptionem iuris, quæ est liquidissima probatio. l. dolus ff. mandati. & licet potuerit resignari per alium, tamen præsumptio est contra cauponem in cuius manibus data est hippopera, & ei incumbit onus probandi contrariũ. ita Bal. in lect. antiqua. Rom. & Salic. in d. l. in actionib. & ita etiam tenuerunt Imol. Io. And. Anto. de Butr. Bal. & Anch. in d. c. fin. Imol. & Abb. in clemen. j. §. quæ verò. de relig. domib. Bald. in rubr. C. deposi. in j q. vbi dicit hoc procedere, quando illa hippopera erat ita clausa & sigillata, vt per se aperiri non posset, sic etiam Bar. Bal. Alb. & Sal. in d. l. si quando. Not. tamen quòd glo. in l. j. §. fi. ff. naut. caup. stabu. quę vult vt consignãs hippoperam hospiti, debeat eidem notificare omnia quæ in ea sunt, ab omnibus reprobatur, ne detur occasio hospiti furandi, requiritur autem, vt ei dicat, Consigno tibi valisiam meã clausam, vt de ea habeas custodiam. est doctrina Bal. in l. j. C. loca. Et not. quòd nunquam
5 † hospes tenetur de re amissa in hospitio, quando consignauit tibi clauem cubilis, vel quando habebas famulum vel aliũ ex tuis ad custodiam ipsius: vel quando esses in prandio, & haberes res tuas in mensa, vel alibi penes te. Bald. in rubr. C. deposi. Et si consignasti famulo hospitis rem aliquã quę fuit amissa, an hospes ipse teneatur? vide Roman. in l. 2. ff. de public. & ad hanc quæstionem de hippopera etiã vide Aret. in d. §. fi. Institut. de obliga. quæ ex quasi delict. nascun. & vide Imol. consi. 2. & Anchar. consil. 288. ad fin. Et conclusionem de hippopera reperio dici communem per Ias. in d. l. in actionibus. qui etiã tractat aliqua de quibus modo dixi, & nõ videram, quia lectura eius nondum erat impressa. Dixi de familia cauponum, &
6 aliorũ de quibus suprà, sed † quid in delicto famulorum nobilium, & aliorum? vide per Felin. in c. Petrus. extra, de homicid. & dixi suprà in tit. de furtis.

Tit. Si familia furtum fecisse dicatur.

SVMMAE.

1 *Familia si furtum fecerit quomodo dominus liberetur.*

2 *Familia si furtum fecerit quando vnius pœna alios liberet.*

1 

I familia † seruorũ meorum furtum fecerit, est facultatis meæ, vel dare omnẽ familiam pro noxa, vel soluere eam pœnam, quam soluisset vnus liber, & sic vnicam, ita in tit. ff. si famil. furt. fecisse dica. in l. j in pri. & ita soluendo pro vno seruo, etiam ꝙ essent mille alij, nõ solùm ipse dominus liberatur, vt in eo titu. Sed etiam ipsi serui qui tamen non indigent hac liberatione, cùm tractemus vti sit de pœna furti pecuniaria, quæ non cadit in seruum l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. nisi ex permissione domini, vel quatenus alius vellet pro eo soluere, vt per Bar. in d. §. omnibus. & declarat Bar. in d. l. j. in pri. circa fin. Hanc tamen conclusionem vt dominus liberetur vnica pœna vel solutione, limita sex modis, vt p Ias. in l. si familia in 3. notabi. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi omnino vide, & dum Ias. in 6. li
2 mita dubitat † quando agitur ad vindictã publicam, an punitio vnius alios liberet,

quia communis est non liberare, ne delicta transeant impunita. Dic communem loqui sicut loquitur Bart. in d. l. j. si famil. fur. fecis. dica. quando agitur ad pœnam pecuniariam, siue parti, siue fisco applicandam, sed si agatur ad corporalē esset ineptum, vt vnius punitio alios liberaret. In reliquis vide tex. & Doct. ibi, in d. l. si familia, & quando multi iubent alicui, vt maleficium committat, omnes tenentur insolidum, vt per Bart. in d. l. j. §. j. in fi. & per Doctores in d. l. si familia.

Tit. de Arborum furtim cæsarum.

SVMMAE.

1 *Maleficium an censeatur vnū vel plura, quando vno ictu inferuntur multa vulnera, putà, si quis percutiat cum bidente vel forfice?*

2 *Text. in l. si quis intentione. ff. de iudic. an procedat in criminalibus?*



Ixi de hac materia arborum furtim cæsarum. in tit. de damno. ibi vide, sed addo ꝙ omnino notāda est l. si gemina. ff. eo. titu. quę declarat quando dicatur vna arbor vel plures, si arbor est gemina propter statuta facta super damnis datis dicētia, vt pro singula arbore soluatur tantum, & hinc Bart. legum magister in ea lege infert ad

1 materiam. Quando † ex parte inferentis maleficium est vnus actus, & ex parte recipientis resultant plures, vtrum teneatur inferens vna pœna quemadmodum vna vice intulit, vel pluribus quemadmodum plura offensus accepit, & exemplū est quando quis percutit cum bidēte vel forfice de qua materia vide Felin. in c. sicut dignum. colum. penul. de homicid. & Bald. 3. volum. consil. 464. & 4. volu. cōsil. 433. Et quando accusator dicit se percussisse aliquem pluribus percussionibus, de quot intelligatur, vide Bart. ibi in fi. & Angel. in § fi. Instit. de iur. perso. & in tract. suo, in verbo, pluribus, & pluribus percussionibus. & Moderni in l. j. circa glo. vni-

2 cam. ff. de lega. j. Et † ex hoc dicto videtur limitari lex, si quis intentione ābigua. ff. de iudic. vt non procedat in criminalibus. Tamen contrarium est veritas, vt colligitur ex nota. per Alexand. in l. diuortio. in prin. 4. colum. versic. & ex huiusmodi. ff. solu. matri. & vide Rom. consil. 301. col. 2. & Doct. in d. l. j. & quid sit dicere sæpissimè, vide glo. in c. si quis erga. 2. q. 7. & Imol. 101. colum. j.

Tit. de Tigno iniuncto.

SVMMAE.

1 *Tignum ædibus, vel vineis iniunctum si quis euellat punitur, siue furtiuū esset, siue alienū.*

2 *Tignum alienum ædibus, vel vineis suis iniungens quinque actionibus tenetur, & an vna tollat aliam?*

1 

On † permittit lex duodecim tabularum, aliquem soluere, vel vendicare tignum furtiuum ædibus, vel vineis iniunctum, videlicet omnem materiam, ex qua ædificium constat, & pertinētem ad necessaria vineæ, ne ædificia diruantur, vel turbentur culturæ vinearū, quod facit contra exportantes propria authoritate palos vinearū quibus alligatæ sunt, & ligna ac trabes quæ tectum sustinent sub excusatione quód eis furto subtracta fuissent, & arbitrarer tales non posse excusari, quominus criminaliter posset procedi contra eos, non obstante decreto nostro, vt non procedatur criminaliter quādo res habet originem à contractu, per ea quę dixi supra, circa declarationem dicti decreti, & loquitur dictus titulus quādo tignum erat furtiuum, & hoc ex verbis legis duodecim tabularum, sed per extensionem sufficit vt esset alienū, ad hoc vt procedat dictus titulus, & ad hoc vt puniatur euellens, sic glo. & Bar. ibi in d. l. j.

2 Prouidet † tamen lex aduersus eum, qui conuincitur iniunxisse ædibus, vel vineis tignum alienum per quinque actiones, vt declarat Bartol. in l. j ff. eod. Sed an vna actio

actio tollatur per aliam, vide notabiliter Bar. in l. 2. ff. eod. Azo. in tit. de oblig. quę ex quasi delict. nascun. col. 2. & per Bart. in l. j. in §. vnde quæritur. ff. de publi. & dicam infrà in materia pœn. & practicam dicti tituli de tigno iniuncto, vide per Spe cu. in titu. de consecratione ecclesiæ vel altaris. versic. & quid.

Tit. de Termino moto.

SVMMAE.

1 *Terminos agrorum amouens qua pœna puniatur, & quam formam debeat seruare iudex in constituendis terminis.*

1 

VAE † sit pœna amouentis terminos, & quam formam seruare habeat iudex in ponendis terminis, vide Felin. in c. quia iudicante. col. 2. de præscript. & omnino vide Cin. in l. j. C. de accus. & ibi dicitur ꝙ scienter amouens gratia occupandi confines, corporali pœna punitur, arbitrio iudicis secundum qualitatem rei & personę, ꝙ arbitrium vsque ad mortem potuisset arbitrari iudex in casu qui meis diebus contingit de quodam, qui adeo tyrannicè viuebat, vt quadam nocte ausus fuerit in hac ciuitate Mediolani immutare in omnibus. & per omnia faciem cuiusdã cameræ, quæ erat vicini sui, & adiacebat domui ipsius, & quam vicinus sine controuersia possidebat: fecit ergo aperiri hostium per quod pateret aditus è domo sua in cameram illam, & obturari illud per quod ingrediebatur vicinus, & equos induxit in eum locum, vt eo vteretur pro equorum stabulo. & adeò immutauit pristinam speciem & formam cameræ illius, vt quilibet ignarus, quomodo ante id tẽpus se haberet vtraque domus facilè iudicaturus esset dictam cameram, non vero domino, sed vsurpatori spectare, propterea ex qualitate illius & non solum termini, sed etiam domus immutatæ arbitrium debuisset esse, vt dixi, ad mortem. Debẽt enim homines esse cõtenti terminis suis. c. tanta negotia. 86. distin. & alibi dicitur, non egrediaris terminos antiquos, quos posuerunt partes antiqui. ca. j. de sepul. lacus etiam & stagna, & prouinciæ habẽt terminos suos, vt latè per Alberic. in rub. ff. termino moto.

Tit. de crimine stellionatus.

SVMMAE.

1 *Stellionatus crimen quando committatur.*

2 *Lacerantes literas sui aduersarij in præsentia iudicis, qoomodo puniantur.*

3 *Probationes si quis subtrahat in aliqua causa, quomodo puniatur.*

4 *Actio de dolo ciuilis datur in subsidium.*

5 *Vendens, seu alio modo alienans rem pignoratam, an incidat in crimen stellionatus?*

6 *Emens in platea frumentum cariori pretio fictè, & ad eum finem vt alij sic emant, incidit in crimen stellionatus.*

7 *Periurus an incidat in crimen stellionatus?*

8 *Stellionatus crimen admittit pœnitentiam.*

1 

BICVNQVE † deficit titulus criminis nominatus vel innominatus, & tamen aliquid dolo factũ sit, illi crimẽ stellionatus obijcimus. l. 3. §. stellionatum. & §. vbicũque. ff. de crimi. stellio. & quod dico nominatus, vel innominatus patebit infrà, titu. j. vbi vide, dum pono differẽtiam inter hunc titulum, & sequentem. Et de crimine stellionatus quando committatur, vide Bald. consilio 14. & seq. volum. j. & Feder. consil. 255. & pœna est arbitraria, vt notabiliter dicit Cuman consi. 42. circa fin. vbi vide. Adde Bart. in l. j. § j. in fi. ff. si quis ius dic. non obtemp. qui loquendo in extraneis à iudicio turbantibus iurisdictionem iudicis, dicit, quòd putat iudicem posse illos punire crimine stellionatus, quod habet locũ vbi deficit nomen delicti sicut dixi, vide etiam Abb. in c. fin. in fi. extrà de rescript. qui vult vt abutentes rescripto apostolico possint puniri crimine stellio quia delictum non sumit sibi nomen aliquod in specie, iuxta totũ tit.


de crimi. stellio. qui titu. est etiam in C. Si
2 cut qui in placentiates literas aduersarij patenter & violēter in præsentia iudicis, possunt puniri ab eo iudice, sic Felin post Io. And. & Hostien. col. v. in prin. in c. sicut. de re iud. portantes etiam triste nuntium dolosè alicui non solùm tenētur ad interesse. l j & ibi Angel. not. ff. de eo per quem fact. erit. Verum etiam possent puniri hoc titulo. Item † subtrahentes pro-
3 bationes, & subtrahentes se, ne deponant puniuntur non pœna falsi, sed hoc titu vide quæ dixi in tit. de fals. vbi latè de hoc, est materia c. peruenit. *il primo.* de testib. cog. vbi Feli. & Alex. in l. si quis ex argen
4 tarijs. §. cogentur. ff. de æden. Et † scias ꝙ sicut actio de dolo ciuilis datur in subsidium, quando non est prouisum de alia actione, vt in tit. ff & C. de dolo. & ita cōmisso furto in quo inest dolus, non datur actio de dolo, quia prouisum est de actione furti ciuili, pariter adinuenta est accusatio criminalis pro dolo ex crimine stellionatus, quando nō est prouisum de alio proprio nomine delicti, & ita in l 3. versi. quod enim ff. eo & ibi glo. clara, iūcto § j. in l. j. ff de dolo. & ibi in gl. vbi vide, & ita planè Cyn, C de crimi. stellio Et exēpla huius criminis vltra præmissa de quibus per Bart. & Abb. vbi suprà, poni possunt
5 si † rem pignoratam vendas vel permutes, vel in solutum des, nisi fuisset ad modicum obligata, ita vt posset vtrique satisfieri, vel si impostura facias, idest, pretiū
6 imponas aliqui rei, puta † quando vadis in plateam, & promittis de tritico plus debito, vt alij eo pretio ornant, vel aliter facis aliquam promissionem vltra debitum in alterius detrimentum, vt in d. l. 3. § j. & §. item si quis. & ibi Bart quem vide, quia vtiliter admodum sic declarando loquitur & verè, & ideo etiam si liciteris maiori pretio, vt noceas tertio, incidis in hoc crimen. Alex. in l. si tempora. C. de fide instrum. lib. 10 & notabiliter Rom. in singulari char. 36 in 4. col. In † hoc crimen
7 etiam incidit qui committit periurium. l. fi. ff. eod. & ita qui ponunt ad proclama bona, iuxta ordines Mediolani, & iurant contra veritatem se possidere, vt disponunt dicti ordines, incidunt in hoc crimen, de quibus periuris dixi sub rubr. de periuris. & pariter quāuis possideāt, qui dicunt velle vendere infra annum, & non vendunt, incidūt in hoc crimen, nisi ordo vel consuetudo repugnet, vti repugnat in
8 hac ciuitate. Nota tamen † ꝙ in hoc crimine locus est pœnitentiæ, quia si quis satisfaciat læsæ, vlterius criminaliter aduersus eū non quæritur l j. C. eod. & ibi latè Salic. an in eo delicto, & alijs locus sit pœnitentię, & per Alex. in l. quāuis. in prin. ff. de in ius voc. & in d l. qui ea mente. & arbitriū iudicis potest versari, in expellēdo Hebræum è loco vbi morabatur, si ibi dolū talē commisisset. Cuman. in d. consi. 45. in fi. & de pœna vide i d. l 3 in fi. Not. etiā ꝙ dolus qui parit hoc crimen debet esse cōmissus in faciendo, secus si in omittendo. ita notabiliter Alberic. in d. l. 4. In reliquis vide doctores in dictis locis, & Bal. in l. 2. C. de murileg. lib. 12. & vide ēt suprà in titu. de fals. in versi. quæro an falsificans scripturam priuatam, &c.

Tit. de Extraordinariis criminibus.

SVMMAE.

1 *Titulus de crimine stellionatus quomodo differat à titulo de extraordinarijs criminibus.*
2 *Conatus an puniatur si effectus non sit secutus?*
3 *Osculum inferens virgini inuitæ an sit puniēdus vltimo supplicio?*
4 *Falsificantes sal, vel frumentum, vel vinum & similia immiscendo, scilicet alias res, quomodo puniantur.*
5 *Frumentum, & similes fruges non licet emere in maxima quantitate, scilicet causa deinde vendendi. & num. 8.*
6 *Vicarius prouisionum idem est quod præfectus vrbis.*
7 *Vendere frumentum an poßint cogi homines locupletes maximè tempore penuriæ, & minus iusto pretio?*
8 *Pondera adulterina, seu stateras falsas tenens quomodo puniatur.*
9 *Citantes debitores suos in vallē Iosaphat post eorum mortem, & similibus superstitiosis actibus ad terrorem vtentes, quomodo puniantur.*

Sunt



SVNT inter crimina aliqua ordinaria, vt adulterium, stuprũ, homicidium, & simi lia, aliqua extraordi naria non habentia nomen aliquod con gesta in tit ff.de extraord.cri.& quæ extra ordinem puniũtur, non tamẽ propter hoc dicta extraordinaria, quia etiam multa sunt ordinaria, quæ extra ordinem puniũtur, vt apparet in legibus eorũ, & hoc expresse dicit Specul.in tit. de accusa.versic.nunc formę aliquæ vbi vide: sed, vt dixi, eò quòd nomẽ clarum, & proprium non habeant iuxta primã opinio. Azo.in rubr. ff de extraordin.crimi dum dicit suprà de priuatis, & nominatis criminibus, nunc de innominatis de quibus innominatis delictis ponit Bart.in l.si familia.ff de iurisd. om. iudic.
2 Et si dicis, † quid differt à titu.de crimine stellionatus, iuxta ea quę dixi suprà in eo titu.declarando crimen stellionatus. Respondeo quod ille titulus loquitur de dolo commisso, si aliud crimen nõ sit quod obijciatur quàm dolus ipse.l.3.§.stellionatum.ff.de crim. stellio. tit. verò de extraordinarijs criminibus. loquitur quãdo crimen adest, quod obijci potest, licet nomen proprium non habeat: nam quis dubitat quin solicitanti vxorẽ alterius obijci possit delictum? & similiter deturpanti vestimenta alicuius, & sordes proijcienti in puteum alterius, & persuadenti stuprũ puero vel mulieri? iuxta l.j.à princ. ad fi. & alias leges dicti tituli.& hæc declaratio magis placet, quàm id quod voluit dicere Accurs.post Rogierium in d.rubr. de extraord.crim.in 2 continuatione.& maximè quia etsi Bart. & alij simpliciter transeant, tamen inculcantur in ea opinione aliquæ ineptiæ, quæ subsistere non possunt: nam pro concesso habetur, imò clarè dicitur ibi, quod ex publicis iudicijs ordinariæ pœna solum irrogatur. & hoc nõ est verum, vt dixi post Specul. propterea etiam pro concesso habetur quòd actio ciuilis non competat ex publico iudicio, quòd est falsum, vt suprà latè dixi in rub. quomodo procedatur per actionẽ in delictis. Præterea nescio quæ verba inculcat Accurs.quæ nũquàm ab eo intellecta fuerunt. Sequẽdo ordinem legum sub d. titu.
2 dum tex.in l.j.in prin.loquitur † de ijs, qui conantur delicta patrare. Aduerte, quia hæc est materia, an conatus puniatur tanquàm si effectus esset secutus, in qua materia Felin.fecit tracta.vulgatum quando conatus puniatur, & ideo ad illum te reijcio; & ponit etiam Felin.in c. consulere. in fi.quod quisque iur.& regu.est quod nemo incurrit pœnam nisi delictum fuerit consumatum, sed dantur fallentiæ, per Ias.& alios in l.j §. fi.ff. quod quisq; iur. Sed tamen an qui non perfecit, saltẽ extraordinariè puniatur, iuxta d.l.j. in prin. vide in d.tract.& in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cler. & Alex. ibi, & in l.qui ea mente.ff.de fur. Hic est determi-
3 nanda quæstio, an † rapiens osculum virgini inuitæ sit puniẽdus vltimo supplicio? hanc quæstionem latè ponit Affl ct deci-sio.276. & tenet tandem puniendum esse pœna extraordinaria, & hoc per gl.in d. l.j.in princ. quæ clarè vult, vt qui peruenit ad oscula cum nupta, puniatur iuxta d.l.j.pœna extraordinaria, licet Bart. ibi sit in contraria opinione. Credo quod Afflict.non bene aperuerit oculos, quia glo. in ea.l j.loquitur quãdo osculum fit sine vi: sed quãdo cum vi, tunc sumus in quęstione nostra, & tũc succedit tex. in d.l j. § j.qui loquitur intentante puellã ad stuprum cum aliqua vi, & vult si nõ perficit delictũ, vt sequatur pœna deportationis, & sic pœna ordinaria loco, cuius quia in vsu non est posset iste perpetuò damnari ad triremes, & si glo.in d.l.j in prin.sensisset vim interuenisse. nõ ita leuiter pertrãsisset, & memor sum magnum Iacobum Triuultium vices gerentem regis Gallorum in hoc dominio, secuti percuti iussisse Gallum qui rapuerat osculum dominæ Susannæ Triuultiæ mulieri nuptæ. Et de materia an conatus puniatur, vide etiam in ea decisione, & ita nec prima nec secũda opinio Afflicti esset vera, quia prima est, vt sit pœna vltimi supplicij, secunda vt sit extraordinaria. Est verum quòd cessante vi omnino placet opinio Afflicti, vt extraordinariè puniatur. Reperio quòd hanc quæstionem etiã allegando Afflict. determinat quemadmodum facit Afflict.

Dec.in l.si fugitiui. col.3. C.de ser. fugit. tamen & ipse secutus est eundem errorem, & de materia conatur, tam de iure communi quàm statutorũ, vide omnino Dec.in d.l.si fugitiui.post glos ibi, col.3. & 4. Et dum in d.l.j §.qui puero. dicitur ꝙ stuprum tentatum in puero vel puella mæretur deportationem : perfectum verò capitis abscissionem. Dic hoc videri mirũ, cùm in puella pro stupro sit pœna bonorum.§ item lex Iulia de adulterijs. Institut.de publi.iudic.Bartol.in d.§. qui puero. dicit conciliando contraria quòd in eo.§.interuenit aliqua violentia.Tu tene,vt dixi suprà in tit.de coitu damnato. Et circa l.sub prætextu religionis eodem tit. quæ lex prohibet cœtus illicitos etiã tentari: Dic vt suprà dixi in titu. de vnionibus & colligationibus. Circa verò l. diuus Seuerus.quæ castigat mulierẽ data opera abortum facientem dixi latissimè suprà in titu.de homicid. Reliquum est, vt aliquid dicam circa l.annonam. eodem tit. Nam lex illa ponit de committentibus contra annonam, idest victualia, sic enim intelligitur verbum, annonã. vt ibi per Alber.& Ang.& Alber.in dictionario suo,in verbo,annona. quamuis etiam annona possit continere fœnum,& paleam, vt per Fulgos. vbi vide, consil. 116. quod
4 fit † illam corrumpendo,vt faciunt vendentes sal, qui immiscent albos lapillos, & vendentes triticum qui immiscent auenam,aut aliam speciem, vel triticum corruptum, & vendentes vinum Creticum, qui immiscent aliam vini speciẽ, aut aromatarij,qui aromata corrumpunt & dãt, vt vulgò dici solet, Quid pro quo, & vendentes oleum qui immiscent aquam omnes enim isti extraordinariè puniuntur, quia sunt mercimonij falsificatores. ita melius quàm alius. Ange. in d.l.qui subdit. quod fiscus tamen habet priuilegiũ, vt cum bonis licitè possit immiscere species suas vetustate corruptas, quas sine magno damno vendere non posset, nisi ita faceret l.j C.de condit. in pub. horr. lib.10. quæ est singularis ad hoc secundũ
5 eum. Punit † etiam illa lex annonam, maximam frumẽtorum copiam vndique coaceruãtes,vt posteà carius vẽdere possint,& ita non licet emere fruges,triticũ, siliginem & similia in mensura copiosa,vt iterum posteà vendantur. & licet secundum prædicta lex non puniret emptores, & venditores aliarum mercium,quę non continentur sub nomine annonæ, & sic victualium: Tamen punirentur crimine stellionatus, nec in hoc multis agã, quia vbique sunt ordines puniẽtes omnes absque aliqua distinctione, sic etiã in victualijs loquitur tex.in l.j in §.cura carnis.ff. de offic. præfect. vrb. & in hac ciuitate Mediolani adsunt præfecti annonæ, qui solùm curam habent rei frumentariæ, & curam rei frumentariæ, & cæterorum tã
6 victualium, † quàm quarumcunque mercium,habet præfectus vrbis, quem Vicarium prouisionum appellamus, & in iure reperitur quod etiam vltra præfectum vrbis, ad quem spectabat onus in genere, ne quicquàm committeretur contra annonam,& alia etiam aderat pręfectus annonæ.l.j. C.de apparit.præfecti annonæ.
7 lib.12. An † homines locupletes possint cogi ad vendendum frumentum suũ maximè certo pretio. Bart.in d.l. annonam. vult vt cogantur vendere, & si non parẽt possint puniri,vide Bart.in d.§. cura carnis. qui vult vt tempore penuriæ quis cogatur vendere minus iusto pretio, & ea cessante cogatur vẽdere iusto pretio, res quę sunt ad communem vsum hominũ, vt carnes,triticum, & similia. vide Alex. consil.190.j.col,in 2.volum. & consil.118. 2.col.volum.3. Et an communitas possit statuere pretium frumentis, vide Bart.in l.fin.ff.ad legem Iul.de anno. Onerant
8 annonam † etiam stateræ adulterinæ. d.l. §.fin. habetur in l. arbitrio.§. de eo.ff.de dolo. vbi glo. ponit vnam distinctionem de ponderibus valde pulchrã, & melius & plenius quàm alibi secundum Bart.ibi, vide Alberic.ibi,& Abb. in ca.2. de empt. & vendit. & Alex. & Bartol.in d.§.de eo. Et de his qui emunt fruges & frumenta, vt iterum vendant, vide Laurent. de Rodulphis in tract.vsurarum. vbi latè. Solent etiam puniri pœna capitis, qui lapides ponunt in prædijs iudicio futuros, id est, vt iudicaretur quòd si quis eum agrũ coluisset malo leto periturus esset insidijs eorum qui tales lapides posuissent, sic in l.sacculanj §.sunt quędam.cod. tit. vnde

potest

9 † potest inferri ad eos qui à quibusdam annis citra inuenerunt nescio quam formam citandi illos quos existimant suos debitores esse, licet non possit debitum probari in vallem Iosaphat, cùm tot & tantis verbis inferentibus terrorem, nisi fiat solutio, vt non solùm homines leues, sed etiam animo fortes vbi non soluerēt etiam indebitum faciliter possent mortē timere, & ad hoc est melior tex in l. siquis aliquid. ff. de pœnis. qui sic ait, si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi superstitione diuini nominis terreantur, iubet diuus Marcus in insulam relegari. quam illationem sæpe admisit Senatus in his castigandis. Et ideo memini fuisse punitos quosdam ciues Cremonę, qui sanguine vna nocte asperserant muros domuum dictæ ciuitatis, intra & extra domos in mille locis, & deinde dicebant, & ad ita dicendum suadebant, quod factum erat hoc prodigiosè propter sæuitiam militum principis hospitantium in ea ciuitate, & quia malè tractabantur ab eo principe. De pœna tamen an sit capitalis ratione capitis naturalis, an aliter, dic vt in gl. in d. l. si quis aliquid. & sequitur Angel. in d. l. saccularij §. sunt quædam. Et nota quòd cùm hoc delictum ordinaria pœna capitis puniatur, sequitur id quod suprà dixi, quòd non sumpsit nomen iste titulus de extraordinarijs criminibus ab eo quòd extraordinariam pœnā contineat. Ponuntur & alia multa crimina extraordinaria in d. l. saccularij. quæ est longa, & quæ non indigent declaratione, & additur aliud in l. fin. per te vide, quia clara sunt & vulgata.

Tit. de Ambitiosis.

SVMMAE.

1 *Officia & dignitates conferri debent propter virtutes & merita, nō autem causa pecuniarum. & nu. 3 & 5.*

2 *Dignitatem an liceat petere, quæ non habet annexam iurisdictionem?*

3 *Officium an liceat emere, si non habet iurisdictionem?*

4 *Sacerdoti an liceat accipere pecuniam pro sacro celebrando, & huiusmodi?*

5 *Dignitates & officia dari debent fugientibus ea, & non desiderantibus.*

6 *Officialis in initio sui officij tenetur iurare se non dedisse neque promisisse pecuniam.*

7 *Officij confirmationem an liceat petere?*

8 *Officialis soluens pecuniam pro administratione patitur triplicem pœnam.*



Mbitiosos castigat lex Iulia de ambitu pœna infamiæ, & aureorum cētum, vide. ff. & C. ad legē Iul. de ambitu. Et aduerte, quia non tātùm emere officia est ambitiosum, verum etiam solùm petere. text. est in l. vnica ff. ad legem Iul. de ambitu, & licet textus sentiāt contrarium in l. Barbarius. ff. de offic. prætō. vbi ille prætor petierat præturam, tamen solutio est, vt ibi in glo. quam vide in verbo, designatus. quòd prætor ille præturam petierat Romæ, vbi cessat per textum apertum in d. l. j in prin. Intelligit tamen Bartol. ibi
1 hoc de Roma † quando princeps adest Romæ propter bonam præsumptionem quam lex habet de eo, vt non causa pecuniarum, sed solùm bene mœrentibus propter eorum virtutes officia conferebat, prout verè faciebat dux Franciscus Sfortia, qui in hoc præcipuè laudandus est. gloss. etiam in dicta l. Barbarius. ponit in secunda solutione aliam declarationem, vt etiam si Romæ non simus, tamen liceat petere, si fiat palàm & publicè, & sequitur Bartol. ibi, & quod dico de principe qui Romæ reperitur, Scias hoc dici ad differentiam aliorum ex eius consilio, vel ex suis, cum quibus non licet. Bar. in dicta l. j. in prin. & alij, & in l. Barbarius. & in l. vnica. C. eodem. & ideo Salice. in d. l. vnica. dum non facit differētiā inter principem Romanum, & populum, quando habebat potestatē legis condendæ, & creandi magistratus, dicit quòd aliud fuisset in aliquibus de consilio, qui, vt singuli talia fecissent. Item quod dico de principe Romano, vel populo Romano, idem dico de alio principe non recognoscente superiorem, vt sentiunt

 clarè.

clarè Sali. Alber.& alij in d.l. vnica.C.& .ff & hoc posset cōprobari ex communi cōclusione Doctorum, de qua in l.hostes .ff. de captiuis & postlim.reuersis.de principe non recognoscente superiorem, & habetur in l.quisquis.C.ad leg. Iuliā maiest.& dixi suprà sub rubr. de crimine læ-
2 sæ maiestatis. Quod verò † dico ab alio inferiore nō licere petere clàm, sed apertè, Salic.reprobat in d.l.vnica.& absolutè vult vt liceat petere dignitatem non habentē iurisdictionem annexam, imò pretio, sed non liceat petere habentem iurisdictionem annexam per d.l.vnicam. cui non potest responderi nisi somniando & ita Alberic.ibi,& in d.l. Barbarius. & ita
3 tene, licet Ias.ibi dubitet. Sed † an liceat pretio emere officiū habens iurisdictionem annexam, & sic officium administrationis iūstitiæ, Breuiter hæc est alia materia, & ideo nō est dicendum, vt liceat Romæ, nec ab imperatore, imò Doctores vt Bart.in d.l. Barbarius. clarè volunt vt nō liceat passim, & Alberic.& Salicet. in d l. vnica. qui Salic. dicit, ꝙ etsi possit princeps non recognoscens superiorem de eius potentia absoluta, tamen non est honestate congrua, quia dicitur vendere iustitiam, & satis hanc opinionē vult Bart. in d.l.vnica.ff imò ipse Papa, vel Imperator si pecunia faciant se eligi, dicūtur incidere in hanc legē de ambitu.ita Frāciscus post Hostiensem in cap.j. in pri. de homicid.in vj.cætera vide in dictis legibus maximè per Salice. ad quē semper recurre: quia magis consideratè loquitur quàm
4 aliquis alius. Et an † liceat sacerdoti pro sacro celebrando, vel pro cōfessione, vel eucharistia, vel concionatori pro cōcione, & sic de similibus in spiritualibus loquendo accipere pecunias, vide Alberic. in rubr.C de ambitiosis. & Ioan.de Sylua.in tractatu de episcopo. in prima parte.in 7.quæst.principali.colum.x.& xj. & multa de ambitiosis vide per Alberic. in d.rubr.& in dictionario suo, in verbo, am
5 bitiosa. Et adde † ꝙ dignitates fugientibus & non desiderantibus conferendæ sunt. cap.in scripturis. 8.quæstio.j.& vide bonum textum & solennem in cap. offi-
6 cij.de electio.& ibi Abb Et † tenetur officialis in principio officij sui iurare, quòd non dedit, neque dabit, nec promisit, nec promittet quicquam pro officio. Homodeus in tract.syndic.char.5 col.3.in prin. ꝙ non seruamus nos, & vide etiā per eū,
7 col.2.versic. vlterius.vbi † loquitur de illo qui obtinuit confirmationē officij pretio, de quo vltimo an sit licitum repetere officium, id est, facere sibi confirmari officium, & quando valeat talis confirmatio, est text.in d.l.vnica C.ad leg.Iul.de ambi.& ibi Doctores maximè Salicet. vbi vide. Et quādo liceat petere honores, vide Bart.etiam in l. vniuersi.C.de legi.lib.x. & postremò not. text. omnino in d.l.j.in prin.ff.eod. qui vult vt condemnatus de ambitu restituatur aduersus sententiam, si alium qui inciderit in illud crimen cōuincat, & dicit Bartol. ibi hoc facere pro multis qui aliquo infamiæ genere publicè affecti sunt, qui se possunt eximere cō uincendo alium de eodem delicto dicam infrà in titulo, de remedijs ex sola clemētia principis. Et quia in dicta l.prima.in pri.ff.eodem.dicitur, quòd princeps confert officia & dignitates, dic de hoc etiā esse textum, vbi vide Afflic. in §.iudices. in prima column. de pace iuramento firmanda.& not.omnino glo.in dicta l. Barbarius. quæ uult vt electio simoniaca teneat ipso iure, in quo vide Iasonem ibi.& intelligo quòd Papa Iulius cum vniuerso consistorio Cardinalium fecit constitutionem, vt electio Papæ per pecuniam & simoniā sit ipso iure nulla.quod si verū esset in controuersia poneretur mundus. Dixi ꝙ non licet officiali emere officium
8 iustitiæ. Adde † ꝙ absolutè dans aurū, ut administrationē accipiat, patitur pœnā cōfiscationis, exilij, & in corpus verberū, & supplicij § si quis autē. prẹter hoc Authen. vt iudices sine quoquo suffragio.

Tit.de Lege Iulia de annona.



LEX hæc prouidet ne quid detrimenti patiatur annona, vt scilicet fraus in ea non committatur, & ne oneretur, de qua latè dixi suprà sub titu.de extraordin.crimin.in
versi

versic. restat quæ fraus consistit in eo quod aliqua res immunda, vel quid simile i frumentis imiscetur, & fit carior dum mercatores faciunt magnos aceruos frumentorum, ad quæ, ut dixi, prouidet lex. Nos verò in hoc dominio tempore penuriæ ad hoc, ut annona non patiatur detrimétum, principaliter prouidemus ne ducatur extra dominium, cũ impositione pœnæ vltimi supplicij, & confiscationis bonorum contrafacientibus. Est verum quod etiam cessante penuria durat hic rigor, quòd est malum & pessimum.

Tit. de Vi publica, & priuata.

SVMMAE.

1 *Nobiles in castris & villis habitantes, qui cogunt rusticos ad operas indebitas, quomodo puniantur.*

2 *Tyranni qui propriè dicantur.*

3 *Tyrannis quom do probetur.*

4 *Vectig alia noua imponens præsumitur inferre vim.*

5 *Vis priuata in dubio intelligitur vbi fit mentio de vi.*



HVNC titulum declaraui in effectu suprà in tit. de rapinis. & in tit. de pluribus violentijs. tractando de vi ablatiua, expulsiua, cõpulsiua, & de alijs, iuxta gl. i l. j. C. quod met. cau. & i l. extat. ff. quod met. cau Sed adde quòd, qui exercent tyrannidem i patria sua, ut sæ-

1 pe † faciunt nobiles, qui extra ciuitatem in castris & villis habitant, cogendo rusticos ad vecturas, & operas minimo, vel nullo pretio terrendo homines conuersando cũ his, qui malæ cõditionis sunt, ut nil nisi ad eorum libitum fiat, non permittendo, ut iustitiæ locus sit, uerberando homines, & uerberari faciendo, ubi statim non obediant, & i effectu, ut paucis agam, redigẽdo homines i seruitutẽ. Hi puniũtur. d. l. Iul. de ui publ. & priua. uide i ti. ff. ad l. Iul. de vi publ. i l. fi. i l. pe. i pri. & per totum, & i tit. seq. ff. & C. eod. tit. cuius pœna est deportatio. Institu. de publ. iud. §. item lex. & consequenter amissio eorum quæ sunt iuris ciuilis. s. iurisdictionum. & dignitatum, ita Bar. i tracta. tyran. colum. antepenul. Hos hoies mirum imodũ persequebatur Dux Franciscus secundus Sfortia, qui pati non poterat, vt aliqs auderet vltra quàm oporteret quantumcunque magnus, in hoc imitando dominium Venetorum & benè, quia si populi pacificè, & cum maxima animi quiete viuunt, & adeo ipsi duci erat odio hoc hominum genus, ut nó posset tollerare allegari perhorrescẽtiam & potentiam alicuius iuxta c. statutum. §. cum verò. de rescript. in 6. quod etiã sæpe obseruat Senatus noster, per decretũ tamen in hoc dominio potest allegari, si probatio perhorescentię debet fieri testibus non iuramento, iuxta d. §. cùm uerò. Not. tamen quòd licet tales nobiles sint puniendi, iuxta singula per eos commissa, considerando an interuenerit uis publica uel priuata, quod cognoscitur si vis armata interuenerit, vel sine armis factum sit, iuxta totum tit. ff. de vi & vi arma. Salic. i rubr. C. ad leg. Iul. de vi publ. & priua. Azo. in summa sua, ac omnes loquentes de ista vi, & in primis gloss. in l. hoc iure. in pri. ff. de reg. iur. & considerã do an etiã interuenerit homicidium ex tali vi, vel aliud delictum, iuxta l. quoniã multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publi. & priua. Non tamen dicuntur propriè tyrãni, ut declarat Bar. in tract. de tyran. col. 2. versi. eadem ratione dico, quòd in vil-

2 lis. qui in effectu vult, vt † tyrannus sit ille qui iurisdictioné exercet, uel absque titulo, vel etiam cum titulo exercendo tamen actus tyrannicos, vel cũ titulo velato, ut latè per eum, & pertinet propriè ad officium præsidis, ne humiliores à talibus potentioribus opprimantur. l. illicitas. § potentiores. ff. de offi. præsid. aliter tenentur non aduertentes ad hoc i syndicatu. Homod. in tract. syndic. char. 10. colum. 3. versi. item tenetur si non. & quia Bar. in d. tract. de tyrã. col. 6. uersi. 9. quæro. decidit ut barones, comites, duces, & Marchiones, qui habẽt titulum, sed exercitio sunt tyranni, sint deponendi à superiore, & quia incidunt in l. Iul. de vi publi.

bili sint deportandi, & consequẽter amittant quæ sunt iuris ciuilis, & successiuè uti infames amittant dignitates & iurisdictiones. Aduerte ad duo, primò quòd tamẽ Bar. sentit quod sit probata tyrãnis,
3 quæ † probatio fit principaliter quando demonstratur quòd tenebat populum suũ in diuisione, subditos depauperabat, ac affligebat in personis, & rebus ut immediate ante d ix. q. ipse Bart. declarat, ita cõcludendo ĩ vlt. uerbis. Arbitror tamẽ, quòd sufficiat alterum horum duorum, vel affligere subditos ĩ persona & rebus, iuxta. §. illud. ĩ Authen de manda. pricip. cum gl. vel tenere populum in diuisione. Non loquor, quãdo vnico actu ita fecit, sed quãdo sic facere solitus est, & ad hoc vltimum moueor ex ijs, quæ egregiè ponit Bar. ĩ eo tract. ĩ fi. versi. & prædicta vera, dum dicit, quòd debet esse afflicta maior pars populi, & non sufficere, vt aliqui infesti grauati fuerĩt. Quæ decisio est memoriæ mittenda. Et magis moueor, quia si bene vides Barto. maximè ĩ dicta nona quæstione, dum ad arguendam tyrannidem dat exemplum de impositione noui vectigalis loquitur in plurali, nouas exactiones, & noua vectigalia. Item dum ponit exemplum, quando tenet in diuisione ciuitatem, vel dominium, dicit declarando illud, quia iudicia non patitur fieri, vt oportet. Sic etiam loquitur, dũ paulò ante ponit, qui sint actus tyrannici, & magis etiam patet ex etymologia tyranni, & eius definitione, de quibus per Bar. in principio illius tractatus. Et facit optime etiam id, quod vult Bar. ĩ d. colũ. fin. ĩ versic. & prædicta vera. dum dicit, quòd quando præualet publica utilitas vtilitati propriæ propter hoc quis non dicitur tyrannus, & quod magis diuinũ esset, quàm humanum, si illi qui pricipatum obtinẽt, nullo modo proprium commodum respicerent, & quòd sicut raro reperitur vnus homo omni ex parte sanus, ita rarò reperitur aliquod regimẽ, in quo absolutè ad bonum publicum attẽdatur. Et hæc opinio est ex mente omnium, dum formãt quæstionem, Quando dux uel comes tyrannicè tractat populum suum, & tex. in §. quicunque aduocatiam suam. de pace tenenda. & si omnes actus tyrannicos facit, non nego quin sit magis tyrannus, tamen adhuc tyrannus est, si vnum genus tyrannidis exercet. Secundò Barto. in d 9. q. loquitur etiam aliter non probata vi cum armis vel sine armis, quia in tyranno exercente hæc mala, & sic ĩ pricipe, Marchione & similibus, vti loquitur Bartol. præsumitur vis & quidem publica, eò quòd arma semper habet parata, vt subditi sibi obediant, & hoc est, quod voluit dicere Bartol. ĩ dicta nona quæ-
4 stione. Et ideo † eo ipso quòd imponit noua vectigalia, præsumitur vis ĩ tali persona, & quidem publica, vti ipse determinat, cum mandatum regium & superioris inducat iustum metum, quando tyrãnicè solitus erat tractare non obtemperãtes suis præceptis, sicut quando præcessissent minæ. Ita Abb. post Ioã. Andr. ĩ c. insinuãte. qui clerici vel vouen. & Alex. consi. xvj. col. pen. vol. 3. cessante tamen hoc solito, id est, de eo non apparente, sicut dixi, nó arbitrarer vi illud factũ esse, per dicta Abb. Ioã. Andr. & Alex. vbi suprà, vtcunque sit, tamen imponens noua vectigalia grauissimè punitur, etiam citra vim publicã. l. fi. C. vectigal. noua impo. non poss. etsi rapiat bona alicuius vi cum armis, vel sine armis, reperta in domo, ĩ qua nemo aderat, licet fuerit animo vim inferendi, tamen dicitur simplex rapina, non autem vis publica, nec priuata, glos. & Bar. apertè ĩ l. infamem. ff. de publ. iud. & ibi Ang. & Imol. Sed aliquo inuento est vis publ. vel priuata, vt ibi, & l. 3. §. j. ff. vi bonor. rapt. Videtur tamen refragari, tex. ĩ l. nec interest ĩ fin. C. ad leg. Iul. de vi publ. vel priua. sed tamen concordat, si bene vides. Et scias oẽm vim esse publicã vel priua. d. l. hoc iure. ĩ pri. ff. de reg. iur.
5 & † vbi de vi dicitur, intelligitur de priuata. Dec. ĩ d. l. hoc iure. & pœna violentiæ priuatæ est ẽt infamia. l. j. ff. ad legem Iul. de vi priua. & consequenter amissio totius honoris, & dignitatis, & iurisdictionis, iuxta dicta Bar. ĩ d. tract. tyrã. ĩ nona quæstione, in fi. Itẽ est relegatio Sali. in l. qm̃ multa. col j. C. eo. ti & cætera in hac materia uide per Ang. & p Doc. in §. itẽ lex Iul. de vi. Instit. de publ. iud. Ang. Aret. in gl. uno stoccho ferreo, & in gl. dictus Andr. armatus.

Titu. de Officialibus corruptis pecunia, iniustèque iudicantibus.

1 *Iudex corruptus pecunia, iniustitiam faciens, committit baratariam. Et quid si corruptus pecunia fecerit iustitiam, vbi suprà & nu. 2.*
2 *Barataria vnde dicta sit, & quot modis iudex accipiens pecuniam incidat in eam. & nu. 4. cum seq.*
3 *Iudex an licitè possit accipere munera, & an esculenta vel poculenta?*
4 *Iudex accipiens pecuniam post sentētiam latam an incidat in baratariam, & sententia dicatur venalis?*
5 *Iudices an possint accipere salarium vel sportulas?*
6 *Baratariam seu extorsionem committens, qua pœna puniantur?*
7 *Iudex, qui corruptus pecunia punit innocentem, vel quid aliud illicitum facit, qua pœna puniatur, vbi laté de hoc usque ad nu. 13.*
8 *Pœnam vnam eligere ex multis, an sit in arbitrio iudicis?*
9 *Pœna imposita per legem posteriorem, an tollat pœnam legis antiquioris?*
10 *Pœnæ multæ si pro eodem delicto imponātur, an vna tollat aliam quo ad originem, vel saltem quo ad executionem?*
11 *Iudex malè iudicans dolosè, non autem propter pecuniam, quomodo puniatur.*
12 *Iudex, qui dolosè negligit facere iustitiam, punitur etiam criminaliter.*
13 *Iudex apertè contemnens legem quomodo puniatur.*
14 *Barataria et dolus iudicis quō probentur.*
15 *Barataria si committatur opera alicuius, an ille sit idoneus testis?*
16 *Officialis fugiens tempore syndicatus, habet præsumptionem contra se, & statur sacramētо partis.*
17 *Iudex denegās audiētiā præsumitur in dolo.*
18 *Iudicis qualitas, vita, & mores debent considerari, cum tractatur an quid per sordes fecerit vel dolum?*
19 *Iudex in dubio præsumitur iudicasse ex imperitia, & non ex dolo.*
20 *Syndicator potest detinere omnes officiales prætoris ad inueniendum baratarias. & tenetur prætor eos exhibere vnā cum alijs ex sua familia.*
21 *Iudex, qui in procedendo non seruat seruanda, præsumitur in dolo.*
22 *Iudex malè iudicans ex imperitia, ad quid teneatur, & an in eo consideretur culpa lata, leuis, vel leuissima?*
23 *Iudex, qui peccauit ex imperitia, tenetur solùm in quantum facere potest.*
24 *Iudex ita facit litem suam negligendo & denegando iustitiam, sicut faciendo iniustitiam. & ibi ponitur ad quid teneatur.*
25 *Negligentia in iudice quomodo probetur.*
26 *Officialis non est puniendus de qualibet negligentia, sed de ea tantùm, quæ est dolo proxima.*
27 *Assessoris consilium an excuset prætorem? & nume. 31.*
28 *Iudex an excusetur, si secutus sit consilium sapientis?*
29 *Prætor an excusetur, si aufugiat vir probus et legalis, qui promiserat se non recessurum?*
30 *Assessores qui sint, & ad quid teneātur.*
31 *Custodes carcerum, lorarij, & alij ex familia iudicis, si delinquant, quomodo puniantur.*
32 *Syndicator, qui facit proclama de querelis dādis intra certum tempus, non debet audire querelantes post illud tempus.*
33 *Absolutus semel an iterum possit accusari ab eo, qui fuit ignorans?*
34 *Prætor, & quilibet iudex potest conueniri pro barataria, etiam durante officio.*
35 *Syndicatores non debent assumere informationes passim ab omnibus.*
36 *Inquiri potest non solùm contra certam personam, sed etiam contra collegium, vel vniuersitatem.*
37 *Maledicentes seu obloquentes de officialibus debent grauiter puniri, & quomodo. & ibi etiam ponit de querelantibus officiales, & non probantibus suam querelam, quomodo puniantur.*



IN hac materia, quę est per se tā ampla, vt Homode⁹, q suo tpe neminē habuit magis practicū, fm Brunū in tract. suo, char. 8. col. vlt. circa mediū, de ea amplū tractatū fecerit, vt Catald⁹ de Cōpagnis, qui fuit vir practicus multū, & qui exercuit vltra septuaginta, fm Socin. consilio

silio 24. col. 3. in fin. ubi extollit hominē, aliam tractatum fecerit, ut denique inter alios & ante omnes Paris de Puteo doctor copiosissimus opus illud syndicatus tam admirandum sine ordine tamen ædiderit. Contentus ero aliquibus conclusionibus magis utilioribus, ne deportem dicta aliorum, & ne lectorem confundā.

1 Prima cōclusio erit hæc, quòd † si iudex corruptus pecunia iniustitiam fecerit, vel iustum omiserit, dicitur crimen illud committere, quod vulgus, baratariam vocat, & acriter puniendus est, & hæc conclusio ponitur per Azon. in summa sua, Homod. in tract. sui syndic. in verbo barataria. char. 10. col. fin. & Homod. in suo tracta. char. 10. col. fi. versic. syndicantur. Et res nō habet difficultatem, quādo, vt dixi, facit iniustitiam, & maximè quando ad id datur pecunia. Sed dubito quando facit quod facere debet iudex, an tamen dicatur committere baratariam, & uidetū non committere, si bene videantur Doctores, ubi suprà præsertim Azo. In contrarium videntur multa iura. ff. ad legem Iul. repet. maxime l. 3. quæ incipit, lege Iulia. quæ solùm requirit vt detur pecunia iudici, ut aliquid faciat, vel nō faciat. l. eadem. in pri. & §. lege Iulia. & l. lex Iulia. quę solùm requirit, ut iudex pecuniā accipiat, ut faciat, uel non faciat. Ratio legum est, quia iudices debent contenti esse stipendio suo publico, & priuatis gratis ministrare iustitiam. Hanc rationem ponit ad prædicta tex. in d. l. eadem. §. lege Iulia. Fateor quòd si datur pecunia, vt fiat quid iniustum, iste casus etiam compræhenderetur multò magis sub hoc noīe baratariæ, & sub cēsura dicti tit. ff. ad leg. Iul. repet. vt ibi in d. l. lex Iulia. § fin. qui incip. quid enim si ob hominē necandū, nihilominus tamen videntur etiam compræhendi prædicti, quando simpliciter vt fiat, vel non fiat, absq; eo quòd addatū aliquid iniusti, & conuenit etiam ratio, quare vulgus appellet hoc crimen sub

2 hoc nomine baratariæ, quæ † est, secundum Homod. & alios, de quibus intrà statim, quia fit quoddam baratum pecuniæ cum iustitia, ad hoc uide Bal. in consi. 21. vol. 5. ubi dicit quòd barataria consistit in corruptione iudicis, & sic non habita ratione an magis iustitiam, quàm iniustitiam fecerit, est verum quod allegat l. de eo. quę est fi. C. de pœ. iud. qui malè iud. quæ loquitur in iudice corrupto, qui perperam, & sic malè iudicauit. vnde cōtrarium probat ad idem, quòd requiratur vt sit crimen baratariæ, quòd detur pecunia vt aliquid mali fiat. uide Pau. de Cas. consi. 152. incip. uidendum est primo posito, quòd præfatus Titius, ad quem semper recurritur ad intelligendum quid sit propriè barataria, ubi clarè consuluit, quòd tunc est propriè barataria, cùm officialis pecunia corruptus aliquid facit uel non facit intelligendo malè, ut postea se declarat in fine illius articu. Tamen aduertendum est, ꝙ Paul. de Ca. allegat tit. de calum. ff. & Auth. sed nouo iure. C. de pœ. iud. qui malè iud. & tit. de calum. ut ibi clarè i l. j quam uide, loquitur quando datur, ut negotium fiat uel non fiat per calumniā. Et est uerū, quòd Auth. sed nouo iure. loquitur, quando simpliciter datur pecunia iudici, & iudex accipit. Allegat pariter ista iura ad diffinitionem baratariæ, Anch. consi. 272. col. 3. quemadmodum facit Pau. de Ca. Quid tenendum? Dic, quando datur vt fiat, vel non fiat iniustè, & ita fit iniustè, nulla est difficultas, quin simus in tit. ad leg. Iul. repet. & in crimine vulgò appellato barataria. sic tit. de calum. & tex. in d. §. lex. Iul. §. quid enim. & ita Azo. in summa. & Paul. de Ca. in d. consi. & vniuersi Docto. & ita clarè gl. i. l. j. ff. ad leg. Iul. repet. i uer. acceperit. & in d. l. ea. §. lege Iulia. in uer. legendum. Quando etiam simpliciter datur pecunia à parte iudici alio non dicto, ex quadam diffidentia iuris, quam dans habet, etiam iudex quomodocunque iudicet, dicitur committere baratariam. d. l. j. & d. Auth. sed nouo iure. quæ sic loquitur. Quòd sit uera hæc conclusio, pondera ad diffinitionē baratariæ Pau. de Cas. & Anc. allegare dicta iura, quæ sic præcisè loquuntur, & ideo magis procedit hęc conclusio, quando vltro dicitur, Do ut iudices, etiam si non dicatur, ut malè uel benè iudices, ut patet ex pdictis. Superest casus, quando datur ut bene iudicet, & iste casus etiā continet baratariā, tex. est in l. j. §. sed etsi dedi. ff. de cond. ob tur.

cau.

cau. iuncta gl. magna circa fi. ibi, sed hodie. & ibi omnino vide Paul de Cas. considerantem dictos tres casus, & quãdo datur vt feratur iniusta sententia, & quãdo vt feratur iusta, & quando simpliciter datur, & omni casu iudex punitur. & idem sentit Homod. vbi suprà. & si bene consideras, siue fiat iniustitia propter aurum, siue iustitia, dummodo fiat propter aurum permutatio est & baratum, & iudex dicitur mercator iustitiæ. l. omnes. C. ad leg. Iul. rep. & satis præsumitur propter aurum facta, etiam si simpliciter datum sit, iuxta d. l. j. de pœn. iud. qui malè iud. quando posteà sequitur sententia, quæ tamen multò antè potuerat sequi, & ad hoc satisfacit multum diffinitio baratariæ data per Ang. de Perus. in suo tract. paruo syndi. dũ allegat d. l. omnes. i colũ. j & quod dixi præsumi datam sententiã contemplatione auri prius dati, in hoc consideranda est qualitas personę, iuxta tex. in l. fi. in fin. ff. de act. & obliga. & ita Bal. in l. vænales. C. quando prou. nõ est nec. Nota ex prædictis non licere iudici-
3 bus † accipere munera, quia officiũ suũ tenentur gratis exercere, aliàs incidunt in leg. Iul. repe. in hoc articulo, quando munus aliquod licitè possit accipi. Breuiter dic, officialem sub nomine officij à nullo recipere posse, sed si recipit ab aliquo vti ab amico, qui vult sibi donare, licitè potest accipere vsque ad centum aureos, omnibus computatis, nisi sint consanguinei vsque ad sextũ gradum à quibus potest accipere vsque in infinitum. hæc probatur in l. j. & in l. eadem lege. in fi. ff. ad leg. Iul. rep. & vtrobique Alberi. & Alb. in l j. C. eo. Et aduerte, quia nõ dico, quòd non possit extorquere, sicut distinxi, sed non posse accipere à spontè dantibus. Nam extorquere indistinctè nõ licet, & punitur ita faciens pœna quadrupli, & vt suprà l j C. eo. Et hinc est, quòd inter cæteras pœnas, quibus plectuntur iudices, etiam ponitur pœna concussionis, vt in gl. in l. Iul. quæ est 4. ff. ad leg. Iul. repet. de qua concussione etiam infrà dicemus vnum verbũ. Aduerte quoque quia esculenta & poculenta iudices accipere possunt, & non compræhenduntur sub prohibitione d. l. ea. lege. nec propterea iudices dicuntur habere immundas manus, iuxta latè cumulata per Hippol. circa hanc immundiciem iudicum, in sing 190. quod incip iudices. tex. est in l. solet. §. fi. de of. proc. & leg. Verumtamẽ non debent ista esculenta & poculenta excedere centum aureos in anno glo. est notabilis in cap. non liceat xj. q. 3. allegat dictam l. ea. in fi. & refert, & sequitur Ias. in l. iurisgentium §. prętor ait. colũ. j. ff. de pact. versi. 2 not. & quia illa gl. loquitur in delegato, & non in iudice ordinario, est aduertendum, quòd etiam sic loquendo, benè & cõsideratè loquitur. Nã in ordinario iudice, secundum veriorem opinionem, quando habet sufficiens salarium, non est licita ista acceptio Xeniorum. Sic Alex. ut paucis agam, in consil. 205. col. antepe. uol. 2. In delegato verò est licita. § insuper. in ca. statutum de rescrip. in sexto. & ibi Doctores. gl. in ca. cùm ab omni. de uita & honestate cleric. & ibi Doct. & ita Alex. in d. consi. licet tamẽ sint prohibita in ordinario, sm Alex. quæ opinio est honestior, sm Alber. i d. §. fi. de officio proconsul. Tamen quid minimum potest accipi, vt par vnum phasianorum, & amphoræ duæ vini Cretici, accipiendo amphoram tamen sm vsum loquendi. Ita Bal. in d. § fi. ut etiam par caponum, sm Alex. in d. consi. Et si vis scire quæ dicantur esculẽta & poculẽta, put scire debes, ne ex ijs putares posse accipi vinum in quantitate, caseus, fœnũ, auenam, & simili, quæ edantur, vide Alex. in d. consi. qui dicit illa esse, quæ sunt corruptibilia & peritura, & quæ paucis diebus consumi possunt, est gl. in d §. insup. quæ vult, quòd hoc ut paucis diebus possint consumi, consideretur habita ratione ad qualitatem iudicis accipientis, & suam solitam impensam, ac qualitatem dantis. & in effectu est hæc paucitas dierum, sm gl. ibi, arbitraria iudici. Scias ẽt:
4 quòd si pecunia † sit data iudici post sententiam, quòd propter hoc non dicitur sententia vænalis, nec iudex punitur de barataria. Hippol. ut paucis agam, in singulari ubi suprà 190 allegat Anch. cons. 272. col. pen qui sic consuluit, & Fel. referentem & sequentẽ, in c. tua nos. col fin. de simo. Aduerte tamen, quia iudex, qui sic

sic facit, est dignus repræhensione, & illicitè capit. Ita Anch. in d. cõsi. quod vltimum vt sit illicitum, ita vt contineat peccatum, non arbitror verum, quia etiã ille posset donare omnia bona sua. & ita glo. in c. statutum. §. si quid autem de rescrip. in vj. in uer. remissione. Et in indiuiduo hanc quæstionem formatam sic latè decidit Gemin. in d. c. statutum. super glos. in uerbo, recipere. in §. insuper. & fortibus & concludentibus rationibus, sic ẽt super ea gl. Perus. loquor semper vti etiã loquuntur Gemin. & Perus. quando sine peccato & fraude id fit, sed ex mæra liberalitate, aliter iudex non esset excusatus. Nec in hoc dominio decretum de sportulis prohibitis continet casum post latã sententiam, sed solùm vt deum pertractantur causæ, etiam non accipiant, & sic nec à spontè dantibus, prout etiam est de iure, d. c. statutũ in d. §. insuper. & glo. põderat in eo verbo, recipere & Gemin. ibidem, & in dubio præsumitur fraus, nisi ex circunstantijs & qualitate personarũ appareat de bona mente. Ita Martin in tractatu de officialibus dominatorũ, cõ-
5 clusione 81. vbi vide. De salarijs † & sportulis sententiarum, an & quando liceat iudicibus tam ordinarijs, quàm delegatis accipere? Vide Abbat. in d. c. cùm ab omni. col. 4. de vita & honesta. cleric. & latius ibi Imol. qui disputant, & tandem in ordinario concludit debere esse contẽtum salario, quod satis depræhẽditur ex eo, quod etiam non potest accipere esculenta, & poculenta, quando habet competens salarium, sicut dixi. In delegatis verò est aliter, secundum Abb. & Imol. ubi suprà, & patet in dictis glo. Et in hoc dominio sunt statuta, & ordines clara circa hæc, & in specie habemus decretum de prohibitis sportulis, de quo feci suprà mentionem, quod non crederem seruari ab ijs, qui paruo tempore efficerentur ditissimi, iuxta dicta Bal. in l. j. C. de hæredit. vel. act. vend. Non omitto tamen, ꝙ quamuis sit præcauendum à sordibus, & conueniat iudices esse immobiles, ut columnas in custodienda integritate sua, & ne se flectant contra legem. §. si quis. in Auth. de trien. & semis. & 3. q ix. c. reuera. attamen quando licitè lucrari possunt, si non accipiunt, dicuntur sibimetipsis insidiari. sic textus probat in l. j. §. confertur. ff. de coll. bonor. & apud Ciceronem in oratione, quam habuit contra Verrem, sic dicitur, Improbi sunt, qui aurum contra iustitiam cogunt, stulti, qui quod iudicatum est, licere prætermittũt, & quia delegatus licitè accipit salarium, ordinarius verò non, dubitatum fuit an qui habet commissionem iustitiam exercendi in certo genere causarum, dicatur ordinarius vel delegatus? In quo dic, ꝙ si habet à statuto vel lege, dicitur ordinarius, si à principe, delegatus. & ita Abb. i c. cæterum. de iudic. & Cur. Iunior in septima parte tracta. feud. q 8. & per Alex.
6 in rub. ff. de offi. eius. Qua pœna † puniatur committens baratariam & extorsionem, In hoc vide tex. in l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iul. repetun. qui dicit puniri exilio, vel durius iuxta qualitatem rei,
7 Subdens, quòd † si iudex necaret innocentem propter pecunias, uel eum, qui non debuerat puniri, capite puniẽdus esset, vel in insulam relegandus. & ad hoc etiam est textus in l. in lege Cornelia. in prin. & in l. j. §. j. ff. de sicar. & in l. j. C. ad leg. Iul. maiestatis. & facit optimè textus loquens in assassinis, id est, his qui ꝓpter pecuniam occidunt homines, in cap. pro humani. de homicid. in 6. uide etiam textum in Authen. ut iudic. sine quoquo suffrag. in §. si quis autem. ubi dicitur, quòd sustinet talis iudex cruciatus corporis, pœnam exilij, & confiscationem bonorum. Est alius textus hos scelestos iudices puniens, in Auth. sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui malè iud. qui dicit, ꝙ si delinquit in causa ciuili, patitur pœnã tripli dati, & promissi dupli, ac priuationem dignitatis, Si uerò delinquit in causa criminali, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur, ponderando quòd ideo non repetit pœnam priuationis dignitatis, quia propter exilium satis dicitur priuatus. Alium tex. habes in l. iudices. C. de dignit. l. b. 12. qui dicit, ut iudices, qui se furtis & sceleribus maculasse conuicti fuerint, ablatis dignitatum insignibus, & honore exuti, inter pessimos, & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos

indignos iudicauerunt. Alium verò habes in l.j. C. ad leg. Iul. repetun. quòd tales puniantur in quadruplum eius, quod extorserint, quod totum, vt dicitur ibi in gl. & per Doct. applicatur fisco, quando turpiter datur aliàs pro parte fisco, & pro alia ei, qui soluit, Quid concludendum? Paris de Put. in suo tract. nõ aduertens ad tot iura dicit char. 10. col. fi. vers. syndicantur. quòd pro delicto baratariæ iudex tenetur actione ciuili, & publica accusatione in quadruplum pro eo, quod ipse extorsit, & eius familia. l. j. C. ad leg. Iul. repet. sentiens quòd iudicium criminale tendat ad quadruplum, & ciuile ad mœrum damnum, sed nescit quid dicat. Homod. in suo tract. char. 10. col. fi. vers. quæ autem sit pœna iudicis committentis baratariam. consideratius loquitur & dicit, quòd iure antiquo pœna erat arbitraria pro qualitate delicti, & quantitate causæ; & erat pœna falsi. l. j§. qui iudicẽ. ff de falsis. Item incidit in edictum de calumniatoribus. l. j. ff de calum. Item si qd extorsit per concussionem, tenetur pœna concussionis. l. j. ff. de concuss. Item tenetur condictione ex lege, vt in Authen. scriptum exemplar. & in Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. hęc omnia. & §. hodie. secundum eum reducitur ad pœnam d. Authen. sed nouo iure. Verumtamen non satisfacit, & primò. quia neminẽ reperio, qui non dicat hodie etiam talẽ incidere in falsum, ubi tamen sit in casu d. l. j. §. j. ff. de fals. Item gl. in d. l. j. & Doctores ibi clarè volunt, vt hoc etiam tempore locum habeat pœna d. §. hodie. atque ita sit arbitraria, & neminem alium reperio, qui dicat hodie reduci pœnam ad dictam Authen. sed nouo iure. Et de pœna quadrupli Homodeus nihil dicit, Azo verò in summa sua dicit rectius. quòd datur ciuilis actio in factum, vel condictio ex lege, ac datur publica accusatio. Actio datur ad quadruplum, iuxta dictam l. j. C. ad leg. Iul. repet. quod quadruplum datur fisco, secundum distinctionem gl. ĩ d. l. j. & Docto. ibi, & accusatio publica, sicuti sentit ad aliam pœnam declarando paulò infrà, aliam pœnam esse exilij, vel capitis, vel deportationis, iuxta dictũ §. hodie. Et cùm Azo fuerit maximè excellens Doctor, adeò, vt in nostrum venerãdum collegium nemo cooptetur, nisi habeat vltra corpus iuris ciuilis, summam Azonis, Arbitror eum veritatem dixisse, & quòd non sit verum, vt dicta Authent. sed nouo iure. corrigat tot iura, & maximè quia loquitur quando simpliciter datur pecunia. In hac opinione etiã est Angel. in l. omnes. C. ad leg. Iul. repetund. q tamẽ clarius, & magis consideratè loquitur, dicens quòd ciuiliter conuentus ad vindictam tenetur in quadruplum, criminaliter verò conuentus pro barataria, & extorsione commissa in causa criminali capitali, debet puniri pœna capitis, vel deportationis, in pecuniaria verò criminali & ciuili causa relegandus est, dicto §. hodie. quem §. ego non puto esse correctũ per dictam Authen. Sed ideo arbitror in ea Authentica imponi aliam pœnã, quia non simpliciter loquitur de extorquẽte, sed de accipiente à spontè dãtibus. Textus etiam, de quo suprà, vt iud. sine quoquo suffrag. loquitur de certis generibus officialium, & non passim de omnibus, vt apparet in tit. seq. in Authen. hæc autem omnia. Nec text. in d. l. iudices. C. de dignitat. lib. 12. discrepat à prędicta opinione, quia si relegatur, exuitur à dignitate, nec amplius reuertitur ad dignitatẽ. Nõ quiescit tamen animus, & ideo vlterius cogitando super hac difficili materia, est aduertendum, quòd quatenus est barataria simpliciter, & iniustitia facta pecunia, punitur variè, & iuxta dictum §. hodie. & dictam Authẽticam, & dictam l. iudices. vbi vide Plateam. Sed tamen in effectu non potest imponi nisi vna pœna, textus est in l. Senatus. ff. de accusa. Nec ꝓpter hoc dico, quòd vna lex tollat aliam quo ad originem tenetur omnibus legibus: sed dico quo ad executionem, vnam tollere aliam. sic intelligitur dicta l. Senat⁹. vt ibi declarat Barto. in primo exemplo, quatenus verò rem ipsam vlterius considerando videtur iudicem teneri pœna falsi, pœna concussoris, pœna calumniatoris, & vt habetur in gloss. de quibus suprà, & melius quàm alibi per Azon. in summa. C. de pœn. iud. qui malè iud. An tunc vna lex tollat alia? Dic ꝙ etsi reperiatur eum teneri pœna falsi, ta-

si tamen falsum non committitur, & ita etiam si teneatur lege Cornelia de falsis, non tamen falsarius est, & consequenter vna tollit aliam, sicut modò dixi, quia resultat vnum crimen solum, licet diuersis legibus puniatur. Ita Bar. in terminis in d.l. Senatus. col. 2. versi. 3. potest. & ibi apparet hoc exemplum ad illum text. esse optimum, quod fuit gl. ibi, & ita dico quo ad alias leges punientes crimen Baratariæ. Restat mihi difficultas, quia punitur pœna concussioris, videtur enim esse delictum separatum, ex quo in effectu non punitur ea pœna nisi interueniat concussio, & videtur quòd ex vtroque delicto sit puniendus, vt declarat Bar. in d.l. Senatus. ver. si verò resultabant duo crimina. in effectu igitur non interueniente concussione vna pœna sufficit, & illa est eligenda, quæ magis, vel minus punit iuxta qualitatem delicti & personarum argumen. d. §. hodie. sicut etiã apparet esse ex mente communiter Doctorum, & nũquam est omittenda pœna cõcussionis, vbi interuenit ipsa concussio, quemad-
8 modum etiam sentiunt Doctores, & † licet sit in arbitrio iudicis eligere quam malit, quando plures leges puniũt. l. quoties. ff. de action. & obligationib. tamen iudex debet instrui in ea deligenda, sicut ego proximè te instruxi. Ex his apparet non esse pertractandam difficultatẽ, An
9 † vna lex posterior imponens vnam pœnam tollat aliam, iuxta dictam l. quoties. & notata per Bar. in l. j. ff. vi bonorũ raptor. & Fel. in c. quod olim. vbi est videndum, de Iudæis, & Marian. in c. veniens. de accusationibus. char. 193. col. 2. quia illa materia est, quando ius commune imponit pœnam, & superuenit lex statuaria impo nens aliam, an tollat statutũ ius commune. Nos verò loquimur, quando concurrunt diuersæ leges pœnas diuersas imponẽtes, circa idem delictum, quo
10 † casu vna non tollit aliam quo ad originem. d. l. quoties. Secus autẽ quo ad executionem. d. l. Senatus. Non omitto tamẽ videri etiam in hoc articulo indiuiduo, quòd omnes leges concurrant, & vna lex magis noua non tollat aliam, sed oẽs pœnę posteriores veniant accumulatiuè ad alias, per textum in cap. cùm æterni. in verbo, scituris. & ibi gl. & Docto. maximè Perus. notant de re iudic. in vi. per quem textum, & notata ibi, non videtur Bar. vbi suprà, rectè dixisse, nisi dicas Bartol. loqui quo ad originem, non quo ad executionem, sicut & ipse dicit. Et in priuatione officij in præsens, & in futurum omnes concordant, iuxta dictam l. iudices. & alia, de quibus suprà, & in quadruplo pariter, iuxta dicta suprà. In alijs verò pœnis exilij, mortis naturalis, vel cõfiscationis bonorum, secundum naturã delicti quemadmodum etiam fuit consideratum in syndicatu facto annis superioribus vniuersi Senatus, & fiscalium in ciuitate Aquarum Sextiarum in prouincia, vt commemoraui suprà in rubr. de carcerato fideiuss. commit. vbi vide. Addo, quòd rex Persarum fecit quendam iudicem corruptum excoriari, & ad terrorem aliorum affigi tabernaculo sedis. Sic referunt Ioan. Andr. & Doctores i c. cùm æterni. §. si quis autem. Et circa quadrupli pœnam, an tota sit fisci, vide gloss. & Doctores in l. j. C ad leg. Iuliam repetund. & in l. datur ff. eo. & ibi per glos. & Bar. ponitur, An semper actio, quæ datur ad quadruplum, sit ad quadruplum, an etiam ad simplum solum, & cui applicetur quadruplum, & an detur contra prętorem vel capitaneum pro extorsione familiæ, & an detur contra hæredes officialium, & vide Angel. in d. l. j. An cuilibet ex populo competat ius agendi ad quadruplũ, & vide etiam circa illud, cui applicetur, Bar. in d. Authent. sed nouo iure. versi. sed quæris & Cœpoll. cautel. 253. legimus hodie. Secunda est conclu-
11 sio, † quòd male iudicans dolosè, non tamen pecunia tenetur ad omne interesse parti læsæ, & infamis efficitur. l. fi. C. de pœna iudic. & l. filius. §. iudex ff. de iudicijs. & statutum nostrum vult etiam vt teneatur ad quapruplum eius, in quo læserit, sed an etiam possit agi criminaliter contra istum iudicem, Dic vbi iudicasset in necem hominis teneretur lege Cornelia de sicarijs, etiam quòd non interuenisset baratarıa, sed dolus, aliter. d. l. in lege Cornelia. in pri. & l. j §. j. ff. ad legem
12 Corne de sicar. imò † iudex, qui dolosè negligit facere iustitiam, punitur criminaliter

naliter, vt in Authen. vt differ. iudic. post prin. & Alex. in l. 4. §. in eum. ff. de damn. infec. dicit etiam glo. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. in princ. & tunc quando dolus interuenit, tenetur iudex ex maleficio, & non ex quasi maleficio, & efficitur infamis. Ad hoc etiam vide quæ ponit Salic. in d. l. fin. C. de pœn. iudic. dum punit criminaliter eos, qui suspendunt hominem nō suspendēdū, & qui torquent, loquendo quando dolosè fit, etiam sine pecunia. In ciuili tamen sententia nō reperio aliam pœnam, quàm infamiæ, quæ tamen est maxima: quia non potest esse testis, nec iudex, nec habere aliam dignitatem, vt not. in c. cùm æterni. de re iudic.
13 in 6. posset tamen † iudex ita cōtemnere legem etiam in ciuili, vt puniretur pœna falsi. l. j §. j. ff. de fals. Secundum verò ius canonicum, quę sit pœna huius criminaliter agendo, vide dictum tex. in cap. cum æterni. qui est seuerior d. l. fin. C. de pœ-
14 na iud. Sed † videamus quomodo probetur barataria & dolus iudicis, recurre ad generalia, videlicet ad d. l. sciant cuncti. cum materia. C. de probat. & quæ dixi supra sub titu. de conuictis. & in specie, dic quòd probationes contra officiales debent esse euidentes, cùm pro eis multùm præsumatur. Bal. in d. l. obseruare. §. proficisci. xj. q. ff. de offic. procons. & leg. & sequūtur Doctores in suis tractatibus, non tamen bene se expediunt. Sed verior sententia est hæc, quòd vbi agitur criminaliter, sumus in terminis, de quibus in d. l. sciant cuncti. vbi verò agitur ciuiliter, sufficiunt coniecturę, iuxta l. dolum. cum materia. C. de dolo. & quæ dixi supra in delictis, quæ sunt difficilis probationis, quando ciuiliter agitur in titu. de partu supposito, maxime circa fi. & quòd sit difficilis probationis hoc crimen, dicit & ostendit Bart. in l. qui ea mente. col. fi. ff. de furt. Hæc conclusio patet, si consideras, quæ dixi sub dicto tit. de conuictis. & in titu. de hæret. & sequen. de crimine læsæ maiestatis. & facit optimè glo. & communis conclusio ibi in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. quod etiam in crimine falsi, quando criminaliter agitur (licet sit difficilis probationis, iuxta l. vbi. C. de fals. & l. si ex falsis. in verbo, reuelato. & quod dicit Bald. per illum tex. ibi C. de transact. & crimen sit horrendum, vt notatur in rubr. extrà, de falsis.) tamen non sufficiunt pręsumptiones etiam violentæ, sed debent esse concludentes, vt etiam late dixi supra in titu. de fals. Et
15 ex illis facilè potes te instruere, quid † fidei faciant hi, quorum opera exercetur barataria, de quibus per Homod. vbi suprà, & Catald. in suo tractatu, char. 15. colum j. versic. addo, ꝙ si officialis Et addo, ꝙ probato dolo, scilicet, iudicem iniquè fecisse criminaliter vel ciuiliter, prout probandum est, posteà stari poterit quo ad quantitatem interesse sacramento damnum passi, iuxta l. si quando. C. vnde vi. vt dixi suprà in tit. de furt. circa fin. & ita Homod. vbi suprà. Sic etiam potes esse instructus, vbi esset probanda tortura: quia aliquis diceret, Tortus fui, & iudex negaret, de quo tamen per Homode. vbi suprà. Sunt enim consideranda prædicta, etiā si sit difficilis probationis, an agatur
16 criminaliter vel ciuiliter. Et † quando officialis aufugit à syndicatu. ꝙ stetur sacramento partis. vide Doctores in l. admonendi. ff. de iureiur. in materia fugæ, maximè per Iason. & Ias. in l. j. C. vt omnes iud. tam ciuili, quàm mil. Et adde, ꝙ
17 † iudex denegans audientiam præsumitur in dolo. Alexan. in l. 4. §. in eum. ff. de dam. infe. & Feli. in c. excōmunicauimus.
18 col. 4. de hæret. Item adde, † quòd ex qualitate personæ iudicis pręsumitur, & non præsumitur per sordes fecisse. quod iniquè fecit, secundum Bal. in l. vænales. C. quan. prouoc. non est nec. Ad quam cōclusionem conferunt quæ dixi sub tit. de inquisitione, vbi habes quid operetur mala fama, & quæ dixi suprà in titu. de fals. circa illud dictū Bart. quòd notarius præsumitur errare, & non dolo falsum cōmisisse, de quo in l. quoties. §. j. ff. de hæ-
19 red. instituend. In dubio † tamen præsumitur ex imperitia iudicasse, & non dolosè. Bal. in d. §. proficisci. in 29 quæst. Ias. in l. j. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quàm mil. quem vide, maximè dum dicit hanc esse optimam conclusionē pro iudicibus, qui tenētur tantùm pro dolo, quia in hoc vltimo somniando loquitur & cōtra omnes, vt patebit ex infra dicēdis in sequēti

tertia conclusione. & vide quando iudex malè audit, & solitus est extorquere, quid operetur hęc aduersus eum sinistra opinio. latissimè per Put. in suo tractatu, charta 80. c. qui semel. col. j. 2. & 3. & ibi in effectu vult, vt etiā credatur minus idoneis in hoc crimine, quādo iudex malè audit. Sed intellige, prout suprà breuiter conclusi, quòd aut criminaliter proceditur, & requiruntur probationes claræ, iuxta d. l. sciant cuncti. aut ciuiliter, & tunc recurrendum est ad formam probationum, quæ requiruntur in talibus delictis occultis, de qua dixi in pluribus locis. Et adde,
20 quòd syndicator † potest detineri facere tempore syndicatus omnes officiales prætoris ad inueniendum baratarias, & tenetur pretor exhibere milites lorarios, & alios, quos secum duxit, de quibus fit quærela. l. nullus. C. de officio assessor. & Bald. in d. §. proficisci. in fi. & Pute. char. 8. colum. j. in prin. Item adde ad concernentia probationis malè gestorum per of
21 ficiales, quòd † si officialis in procedendo non seruet seruanda, putà, quia admittat defensiones suspecti criminis capitalis sine constitutione præsumitur in dolo, & per sordes omnia fecisse, argumento l. tutor qui repertorium. ff. de administr. tutor. & ad hoc vide Homode. in loco, vbi suprà, char. 6. colum. 2. versic. concl ude. & Parid. char. 45. colum. 2. versic. pro iudice præsumitur. Tertia est con-
22 clusio, † quòd iudex malè iudicans ex imperitia, tenetur inquantum videatur iudicāti, Institut. de obligatio. quæ ex quasi delicto nascun. in princ. & l. fin. ff. de extraordinar. cog. cum similibus etsi est lata culpa, potest sibi æquum videri, vt teneatur in vera litis æstimatione, quia æquiparatur dolo, iuribus vulgaribus. Sed si non est in lata, quia quamuis malè iudicauerit, tamen erant pro eo opiniones in illo articulo, tunc potest videri sibi ęquum aliquando teneatur in damno partis simplici, & aliquando in nihilo. Sic in effectu concluditur in prædictis tractatibus. vide Bald. in l. mancipia. C. de seruis fugit. glo. Institut. de obligat. quæ ex quasi delicto. in princ. Paris char. 55. colum. 3. versicu. contra magistratum. Homod. in char. 89. & est communis mens Doctorum in d. l. fin. C. de pœna iudic. Bald. Præpos. & Afflict. in §. iudices. de pace iuramen. firman. vbi Afflict. qui facit tractatū in hac materia, & Homod. vbi suprà, considerat in modo puniendi culpam, an sit lata, leuis, & leuissima. Et vult pro leui & leuissima criminaliter non puniri, licet Bald. in d. §. iudices sentiat, quòd pro leui puniatur criminaliter, pro lata autem habet illud pro absoluto: sed quomodo puniatur criminaliter, vide Parid. vbi suprà, charta 55. colum. fin. & Bald. colum. 2. & Doctores in l. fin. C. de pœna iudi. qui malè iudic. In qua tamen materia recurrerem ad generalia, an criminaliter pro culpa leui, & leuissima in omni crimine quis possit puniri. Quam materiam vide in c. cognoscentes. de constitut. maximè per Deci. & in l. j. ff. de legibus. & dixi suprà in titu. de homicid. Et vlterius declarando, quòd iudex malè iudicans ex imperitia teneatur inquantum fuerit visum iudicanti, iuxta tamen modò dicta. Scias, quòd si dicta sententia iniqua, est nulla, non est conueniens, vt iudex cōdemnetur in omni litis æstimatione: quia non fuit in causa, vt amitteretur lis: sed in damnis, quę intulit propter impensas, quę fiunt ad detegendam nullitatem. Sic Bart. in sua disputatione, iudex per imperitiam. Sed si sententia valida est, & non fuit appellatum, licet potuerit appellari, tamen tenetur ad omne litis interesse, prout tamen iudici æquum videtur. Bart. in dicta disputatione, & si fuit confirmata sententia. Bartol. vult in dicta disputatione, vt non teneatur, licet cōtrarium velint Innocen. & Angel. qui illum sequitur, in l. 4. §. fin. ff. de damno infecto. Et si obtinet in causa appellationis, non tenetur iudex ad omne interesse litis: quia reparatū est per secundam sententiam: tenetur tamē, si quod datur interesse propter expensas & cętera damna, vt Bart. in dicta disputatione, Si verò appellatio est deserta, & iudex non detulit appellationi, tenetur ad omne interesse. Bartol. in dicta disputatione, & alibi sæpe. Sed si detulit, tenetur ad expensas, & cætera damna. Bart. vbi suprà, & alibi. Et si pendet appellatio. Bartol. tenet vt possit conueniri ad expensas, & cætera damna extrinseca, in

dicta disputatione. & Bald. in l. nouissimè. §. Pomponius. ff. quod falso tutore. Sic Corne. breuiter in consi. 315. colum. fin. volumine 3. Et aduerte, quia loquor quando ex imperitia malè iudicauit: quia si esset in dolo iuxta conclusionem secundam præcedentem, teneretur ad veram litis æstimationem, & hoc est æquum semper l. fin. C. de pœna iudicis. & Bart. vbi suprà. Item aduerte, dum volo, quando ex imperitia vt teneatur ad verã litis æstimationem: quia tunc est considerandum secundum prædicta, an dixerit contra legem apertè, an verò essent opiniones hinc inde, & vide Decium in l. j. §. hæc autem verba ff. quod quisque iuris. quando sententia est nulla, vbi dicit, quòd tenetur ad expensas solùm, nisi fuerit in dolo: quia tunc tenetur ad omnem litis æstimationem, secundum prædicta. vide etiam Alex. in l. 4. § in eum. in fine. ff. de
23 damno infecto. vbi vult, vt † iudex, qui peccauit ex imperitia, non teneatur insolidum, sed inquantum facere potest. & quòd ideo si non est soluendo, non detrudatur in carcerem: secus si dolo iudicauisset, quod nota. Quarta est conclu-
24 sio, quod iudex † ita facit litem suam negligendo, & denegando facere iustitiam, sicut faciendo iniustitiam. glos. in cap. excommunicauimus. in verbo, neglexerit. de hæret. probat text. in l. argentarius. §. fin. vbi Ias. not. ff. de ædendo. in 4. not. & ideo Bald. & Ias. post eum ibi, dicit, quòd vidit damnatum quendam iudicem, qui accusationem sibi porrectam accepit, sed noluit examinare testes productos. ad idem vide l. si quis in conscribendo. vbi Deci. not. in vj. notab. C. de pactis. & ibi dicit, propter negligentiam magnam tamen, nõ paruam, iudicem posse priuari officio. Et sensus huius conclusionis, quòd iudex facit litem suam negligendo, est iste, Quòd tenetur inquantum iudici videtur æquum, & sic interdum ad omnem litis æstimationem, interdum ad merum interesse, & interdum ad nihilum, secundum declarata suprà in præcedenti conclusione: & licet sit dubitatio, an simpliciter ad interesse partis teneatur negligẽs actione ciuili in factum, an teneatur inquantum iudici, &c. iuxta dictum textum Institutio. de obligatio. quæ ex quasi delicto nascun. & in l. fi. ff. de extraordinar. cognit. & Bartol. velit non hanc, sed præcedentem opinionem in dicta l. fin. circa finem. Tamen magis placet opinio contra Bartol. quam etiam tenent Alexand. in dicta l. 4. §. in eũ. colum. 2. & Felin. in dicto cap. ex communicauimus. colum 4. de hæreticis. & ideo dicendum est, si dolosè neglexit teneri ad veram litis æstimationem, si per imperitiam, inquantum fuerit visum iudicanti: & ita Alexand. vbi suprà, per l. si filius. §. j. ff. de iudicijs. & decisionem Speculat. in titu. de disputationibus, & allegationibus. §. fin. versicu. sed quid si noluit. qui Speculator ita præcisè vult, & nescio quid dicat Felinus. in hoc, vbi suprà, dum referendo Speculator. ait non tamen teneri, quando dolosè neglexit, ad omnem litem, est verum, quòd loquuntur Alexand. & Feli. non in dolo aperto, in quo bene verum est, quòd tenetur ad omnẽ litem, dicto §. j. sed in præsumpto in dubio resultante contra denegantem iustitiam. & Speculat. loquitur in dolo vero, quod tamen ex indicijs redditum sit clarum, iuxta l. dolum. C. de dolo. & videtur tutior opinio, vt teneatur talis non faciens, & negligens, in dubio, ad solum damnum. vide tamen Bald. in l. si quando. C. de testib. & Homod. vbi suprà, charta 6. colum. 2. versi. conclude ergo. Et intellige quæ dico, vbi non reperitur lex, quæ expressum aliud remediũ concedat, quia tunc procedunt quæ dixi: sed si reperitur, vti in multis, tunc statur illis certis remedijs, Sic Bartol. in dicta l. fin. Felin & Alexand. in locis vbi suprà, & per Alexand. in dicta l. fin. maximè in vltima apostilla. Et vltra remedia ciuilia contra negligentem, & iustitiam denegantem, etiam competit criminale remedium. Sic Bartol. in dicta l. fin. Alexand. & Felin. vbi suprà, & potest etiam priuari officio, sicut dixi, vt etiã per Alexand. & Felin. vbi suprà. Cætera in hac materia iudicis negligentis, & quando dicatur negligens, vide per Homodeum in dicto tractatu, char. 5. col. 3. & pluribus sequentibus, maximè in charta sequenti,
25 colum. 2. versicu. & si quæris † qualiter

Hh 2 probetur

probetur negligentia, vbi concludit, eo ipso quòd probatur delictum notorium fuisse, vel fuisse denuntiatum iudici, cum testibus, vel indicijs, & processum nō fuisse, probari negligentiam, secus in clandestinis, in ciuilibus autē eo ipso quòd probatur requisitio, & causa sit instructa, & non fuerit debito tēpore terminata, probari negligentiam iudicis, nisi probet iustum impedimentum, & Mediolani habemus ordinem contra iudices non terminantes causas temporibus limitatis, per quod incurrunt pœnam multorum scutorum. Vbi tamen pars è latere suo fecerit faciendū, maximè circa oblationem salarij, & vide Afflict. in d. §. iudices. in titu. de pace iuramen. firman. Catald. in suo tract. char. 1. versic. adde quòd si datur lib. Ilus. col. 2. & versi. adde quòd si iudex. vbi ponit an iudex negligens in crimine capitali teneatur personaliter venire ad iudicium, tanquam ingeratur pœna sanguinis, quemadmodum dicimus, quando agitur de crimine baratariæ, iuxta dictum Bal. in d. §. proficisci. in ix. quæst. in quo etiam vide Homod. char. 6. col. 2. versicu. vlterius qua pœna. & col. seq. & ibi enumerantur casus, in quibus iudex negligēs punitur capitali pœna, & eadē char. col. 3. versi. adde an assessores, & char. 2. col. 2. in duobus locis. & char. 29. secundum numerum cum præced. tract. col. 2. Ange. de Perus. in suo tract. paruo. vide etiam amplissimè Pute. in suo tracta. char. 54. col. j. in verbo, negligentia, cum nouem columnis sequentibus. Item vide de iudice negligente iustitiam facere. Bal. v. volum. consil. 369. Fulgos. consi. 162. col. fin tex. & Bal. in l. 2. C de com. & merc & Doctores in l. fin. C. vt intra cer. temp. & Alex. in d l. fin. ff. de extraord. cog Et nota om-
26 nino, † ꝙ pro omni negligentia nō proceditur contra officialem sed tantùm pro ea, quæ est dolo proxima, & sic quando est in lata culpa, non autem pro leuissima culpa, nec etiam pro culpa leui, quicquid dixerit Homod. in hoc de leui culpa, vbi suprà Sic obseruat consuetudo, & ita attestantur omnes. De iure aliter est pro omni culpa, secundum etiam omnes Aduerte igitur ad supra dicta, quia ferè non potest contingere casus, quo ad malè gesta per iudices, siue neglecta, tam in criminali, quàm in ciuili, qui sub his quatuor conclusionibus decidi non possit. Pertractant tamen Doctores maximè in sæpe allegatis tract infinitas quæstiones in specie, quas non ab re est scire, vt non desit authoritas, simul cum ratione, quæ ponuntur etiam in rubr. & in l. fin. C. de pœna iud. qui malē iud. & in locis vbi suprà, maximè per Alex. remissiuè, vbi omnino vide in d. l. fin. ff. de extraordin. co-
27 gnit. in omnibus apostillis. Quæro † etiam an excusetur prętor, qui malè fecit ex consilio assessoris, vide Deci. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. qui tenet excusari, si assessor habebat instrumentum doctoratus approbationis factę in studio generali, nisi tamen per se iura scire teneretur, putà, quando & ipse esset do-
28 ctor. Et ideo iudex, qui secutus est consilium sapientis, non excusatur, si malè iudicauit, secundum Bartol. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. vide ibi per Doctores, & ibi etiam, an cōsilium vnius doctoris magnæ existimationis excuset. & per Felin. in ca. cùm contingat. colum. 3. de rescript. & ibi etiam ponit, ꝙ prætor,
29 qui † credidit legali homini, quòd non aufugisset è prætorio, & qui tamen fugit, non tenetur in syndicatu. Vide etiā Decium in l. 2. ff. quod quisque iur. ad hoc principale, an prætor excusetur propter
30 assessorem. Et † ad hoc, an prætor excusetur propter consilium assessoris, & de malè gestis assessorum, & qui sint assessores, & ad quid teneatur assessor, & de multis alijs in materia assessorum, vide Parid. Put. in d. suo tract. char. 18. col. 2. versi. assessor. & sex sequentibus, & etiam in alijs tractatib de quibus suprà, & eundem Parid. char. 24. col. 2. versi. consiliū. & sequētib. Et quando prætor participat de dolo assessoris, vide Ias. in l. j. C. vt omnes iud.
31 tam ciui. quàm milit. in fi. Et † de delictis custodum carcerum, vide eundem Parid. char. 22. col. j. versi. an potestas. & octo sequētibus. Item de delictis lorariorum vide char. 21. col. fin. & alibi per Homodeū char. 6. in fall. 2. & seq. vbi ēt de custode, de quo ēt custode carceris suprà dixi sub rubr. de carcere. & in istis locis etiā videbis de notariorū negligētia & syndicatu.

Et

Et sciendum est, ꝙ prętor tenetur pro delicto familiæ, vt per Bart. in l. j. §. familiæ .ff. de publ. & Deci. in d. l. 2. ff quod quisque iuris. & dixi suprà in titu. de furt. Et pro absolutione esset aliquid dicendum de modo procedendi: verùm quia de hoc tractatus nimis apertè loquuntur, & notarij etiam hoc sciunt: ideo consultò prętermittam. Non omitto tamen, ꝙ si syn-
32 dicator † facit proclama, vt qui voluerit quærelas deferre, veniat infra certos dies aliàs non audietur, prout moris est. Si quis veniat post tempus, non auditur, & quærela est nulla. Bald. in d. §. proficisci. in 3 quæst. Marian. Socin. in tracta. citat. in 37. art. in 3. effectu peremptorij, & per Bald. in d. §. in 4. q. & amplius etiã in propria patria non poterit conueniri. Bald. & Marian. vbi suprà: & loquuntur Maria. & Bal. etiam non secuta absolutione: sed secuta absolutione. ita etiam tenet Alex. in l. 2. ff ad leg. Iul. repet. & sequitur Put. in tracta. char. 8 col. 3. versicu. officialis. Homod. in suo tract. char. 11. col. 3. versi. & prædicta. Ego sum in hac opinione, siue sit secuta absolutio, siue non, quia est communis, quicquid velit glo. in d. l. ij. ad fi. & Bar. ibi. Qui tamen defendi possunt quo ad cõtractus & delicta extra officiũ, de quibus non fuit cognitũ nec decisum, tamen vide text. in l. si cui. §. iisdem. ff. de
33 accusat. vbi dicit, † quòd semel absolutus potest iterum accusari ab eo, qui fuit ignorans, & prosequitur suam, vel suorũ iniuriam: & probatur ignorantia iuramẽto. Felin. in cap. de his. de accusat. in versicu 9. Tamen cùm fiunt proclamata, nescio videre, quomodo possit allegari ignorantia. vide tamen omnino, cũ fiunt proclamata, text. in cap. fin. extrà, qui matri. accus. poss. qui tex. adhuc admittit omnes qui erant impediti legitimo impedimento. Item quomodo probetur ignorantia à loco, in quo etiam fiunt proclamata, vide Bart. in l. is potest. ff. de hær. instit. vbi
34 ponit, † quòd etiam prætor potest conueniri pro barataria & furtis durante officio, non expectato tempore syndicatus. & hæc est communis in l. 2. ff. de in ius vocan. vt ibi per Iaso. facientem regulam & fallentias, dum dixi, siue secuta absolutione, siue non, in propria patria non posse iterum cõueniri, secundum communem. Adde ꝙ hoc procedit, quando officiali erat extra patriam officialis. & ibi fuerãt facta proclamata. Cæterùm si in patria erat officialis, non video quare in patria non possit conueniri post dies quinquaginta, & iudicari vltra dies viginti, non obstante l. vnica. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quàm mil. quę non loquitur hoc casu, in quo debet habere locum ius regulare, scilicet l. quærela. C. de fals. & l. properandum. in prin. C. de iudic. Cogita.

35 Non est etiam omittendum, † quando delegati à superiore circa syndicatum officialis, vel officialium, perquirunt passim ab omnibus, de eorũ vita ac gestis, quod malè faciunt, & non memores eorũ, quæ summus Pontifex dicit in cap. cùm oporteat. in c. qualiter. *il secondo*. & in c. fin. de accus. Ex quibus iuribus apparet, ꝙ etsi princeps committat alicui, vt inquirat contra aliquos, prout dictum est, tamen non facilè debet prosilire ad inquirendũ contra officiales, qui exercẽdo officium suum sunt sicut scopus ad sagittam: & qui, dum corrigunt, & castigant, nulla habita ratione personarum, multorũ odia incurrunt. sic in d. c. qualiter & quando. Sed in primis de fama eorum est quærendum, non à suspectis personis, nec ab his qui non zelo iustitiæ, sed timore sæueritatis talium officialium deponũt, & fama mala ita probata, postea inquiritur de veritate criminum obiectorum, & vbi etiam aliquis dedisset librum diffamatoriũ, non iudiciario more, sed solùm ad diffamandum, ex hoc nulla esset secuta infamia, propter quam vlterius esset inuestigandum de veritate. ita est tex. in ca. inquisitionis. §. tertiæ de accusa. & ibi Abb. not. & cæteri. Et similiter vbi multi maximè nullius existimationis, & malè audientes detulissent aliquã mala, etiam ex eorum dictis non deberet vltrò procedi ad inquirendum de criminibus in specie. d. c. cùm oporteat. vbi Aret. in j. col. [Et vbi detur libellus diffamatorius, vt suprà, est petendum vt statuatur terminus tali ad verificandum maledicta, quibus non probatis, est capitali pœna plectẽdus, iuxta ea quæ dicuntur in l. j. C. de famos. lib. & v. q. j. per totum, vbi est videndum de hac pra-

36 ctica. Et sciendum est, † quod non solum potest inquiri in certam personam, sed etiam in collegium vel vniuersitatem, & vbi præcessit indicium vel diffamatio, quod communicato consilio aliquid fecerit. fit inquisitio specialis quo ad personas & delicta, & sequi ex ea potest condemnatio, vt omnes ponũt in tract. syndic. & in specie Doctores in cap. ad petitionem. vbi Abb. & alij de accu. Et talem inquisitionem fecit D. Rosus Florentinus in ciuitate Veronæ, quando inquisiuit conuentũ & fratres sancti Francisci, eò quod auaritia interfecerant quendam Cremonensem eorum hospitem, cum reperisset omnes culpabiles numero quinquaginta, & fertur, quòd deambulando dicebat, Quid facies Rose? suspendésne illos? in magno numero sunt, & statim addebat, Quãuis plures sint, omnes tamen deliquerunt. Et tandem omnes suspendi iussit ab olitore eorum minus culpabili, qui solùm palliũ interfecti receperat post homicid. hæc per Marian. Socin. in d. c. qualiter. *il secondo.* in 2. arti. princip. Et quia tetigi de obloquen
37 tibus contra magistratus, Dic † quod sicut seuerè contra officiales proceditur propter iniustitiam, ita qui iniustè obloquuntur de eis, debent grauiter puniri, adeò vt officialis, qui posteà bonus declaratur, possit agendo ad iniuriam, facere, vt illi plectantur pœna mortis tanquam homicidæ parentum. §. ex aduerso. & ibi glo. in Authen. vt iudices sine quoque suffrag. & non probare est verificatio quod ad iniuriam quærelauerit. etiam criminaliter agendo, vt per Socin. 118. col. pen. & fin. & Put. in tracta. suo char 41. c. iniuria officialis. vbi omnino vide. & licet pœna regulariter iniuriarum sit extraordinaria l. fin. ff. de iniur. tamẽ propter malum exemplum, pœna in hoc casu est capitalis. Est etiam capitalis agendo de calumnia, iuxta l. fi. C. de accusa. & l. j. ff. ad Turpil. & not. in ca. 2. de calum. & sufficit præsumptiua probatio, scilicet quia non probatur, gl. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. tamen quia cessat de consuetudine pœna similitudinis supplicij, potest agi iniuriarum, imò in hoc iudicio iniuriarũ facilius obtineri potest, vt per Socin. vbi suprà Et aduerte, quia nõ loquor de famoso libello, qui affigatur valuis vel parietibus, nam tunc passim est pœna capitalis etiam cõtra non officialem. l. j. C. de famos. libel. Sed loquor de libello iudiciario: quia si non probatur, procedunt prædicta, iuxta ea quæ dixi suprà in titu. de iniur. Et heri quidam aduocatus, qui fuerat instigator vt plures quærelæ contra bonum officialem porrigerentur, & nõ probauerat eas, iussus est exulare perpetuò à dominio, & damnatus fuit in omnibus impensis & interesse.

Tit. de Publicatione processus & testium.

SVMMAE.

1 *Publicatio processus an sit necessaria ad hoc, vt sententia valeat?*

2 *Publicatio processus an requiratur ante torturam, & quomodo non publicato processu detur copia indiciorum?*

3 *Testes an possint recipi ad defensionem, vel ad offensionem post publicatum processum?*

4 *Testes an possint recipi post publicatum processum, fingendo quòd iudex illos examinet ex officio suo?*

5 *Testes an possint publicato processu examinari super articulis directè contrarijs?*

6 *Testes partis aduersæ an possint reprobari de falso, saltem indirectè post publicatum processum, quando etiam cum falsitate obijcitur corruptela?*

7 *Testium falsitas quomodo possit ostendi publicato processu, si agitur criminaliter ad puniendum, & non ad retractandam sententiam.*

8 *Testes in causa criminali an possint examinari post conclusionem in causa?*

9 *Conclusio in causa an habeat locum in criminalibus?*

10 *Testium personas quomodo liceat post publicationem reprobare, si prius fuit protestatum.*

11 *Testis an possit repelli in causa appellationis, si non fuit repulsus in prima causa?*

12 *Iudex an possit ex officio repellere testẽ inhabilem? & in titu. seq. nu. 64.*

13 *Testis, quem protestatus sum me reprobaturũ, non probat, si posteà dicat aliquid pro me, & ibi etiam ponitur quomodo tacitè videatur approbari, persona testis.*

14 Testis



Ixi suprà in undecima & ultima parte torturæ, quòd ante torturã datur copia indiciorum, & deinde sub rubrica seq. de defensionibus reorum, & defensionum impugnationibus, modum tradidi defensionis, & offensionis, ad cuius pleniorem declarationem etiam subieci titulos singulares omnium ferè delictorum, breuiter eorum materiam pertractando. Aliud igitur non superest post factas defensiones & offensiones, & absoluta vtrinque
1 omnia testium examina, nisi vt † deueniã ad publicationem processus, quæ necessaria est ad hoc vt sententia re ipsa valeat, licet sine ea non sit ipso iure nulla. hæc est communis opinio, vt per Felin. in cap. licet causam. de probat. colum. 17. versic. fallit secundò. & latius in c. cùm I, & A, colum. j. & 2. de re iud. & Aretin. in cap. causam quæ. colum. j. de testib. Sed quæ-
2 ro, † an etiam ista publicatio processus requiratur ante torturam? Bald. in l. milites. C. de quæstio. tenet requiri. & ita Brun. char. 9. colum. fin. & sequen. in suo tract. torturæ. Et tex. secundum vnã lecturam in l. 2. C. de ędendo. vt ibi per Bart. in 2. lectura. Et practica est, ꝙ publicatur processus, & datur copia indiciorũ, aliter tolleretur rei defensio, vt ibi per Brun. & reus potest elidere indicia, & reprobare cõtrarijs probationibus, vt per Brun. vbi suprà, & clarius char. 8. col. j. versic. sed licet. & dum dixi suprà in xj. parte torturæ & vltima, quòd etiam non publicato processu datur copia indiciorum intellexi ratione solẽnitatis, quæ fit in publicatione processus, iuxta glo. & not. in l. gesta. C. de re iudica. quia sine alia citatione partis
3 datur ipsa copia. An † publicato processu etiam solemniter, vt tandem fit post probationẽ hinc inde factas, super capitulis

vtriusque partis, possint examinari testes ad defensionẽ, & offensionẽ. cõmunis est sententia quando parte instante proceditur, ad defensionem nõ posse examinari, vt per Aretin. in c. cùm clamor. col. 2. de testib. tenetur tamẽ iudex ex officio, etiã in casu quo ad instantiam partis proceditur, quærere defensiones etiã per examen testium post publicationem. Aretin. consil. 147. colum. 3 & ideo concludendũ est, vt ad offensionem non possit etiam ex officio, vbi, vt dixi, simus in casu quo proceditur ad instantiam partis. Areti. in cap. fraternitatis. colum. ix. versic. item in causa criminali. Bald. in l. presbyteri. col. 2. versic. iuxta primam. C. de episc & cler. & consil. 276. in j. volu. col penul. circa finem. & sequen. secundum impressionem Brixiensem. Feli. in d. c. cùm clamor. col. penul. versi. secunda conclusio. & Angel. Areti. vbi infrà. Et aduertè quòd articulum hunc quo ad testes examinandos ad defensionem latè disputauit Areti. in d. c. fraternitatis. & ibi tenuit quòd publicatio non obstet parte instante, sed vt dixi Aretinúsmet in d. c. cùm clamor. aliter tenet. Dicens quòd latè articulum disputauit in d. c. fraternitatis. Sed quod communis est in contrarium. & benè loquitur quicquid dicat Felin. in d. c. cùm clamor. & Ang. in glo. qui iudex dictum processum publicauit. & in gl. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum. colum. 2. in fin. & pri. sequen. & in glo. comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum. colum. fin. & Salicet. per eum non allegatus in l. fin. colum. penult. C de quæstionib. Aduerte etiam dum dixi, nõ esse testes etiam ex officio examinandos ad offensionem, vbi parte instante proceditur: nam loquuntur Doctores vbi pars est voluntaria. secus si necessaria. Item limitant hanc conclusionem, vt non procedat quando iudex videt reum suspectum de collusione. Cui aliam limitationem addo, quando videt partem esse negligentem. Bart. in quæst. iudex maleficiorum. Bald. in d. l. presbyteri. & in l. 2. C. de abolitionibus. per Felin. & Aretin. in ca. quia Gu. de iudicijs. & procedit hæc limitatio siue ad defensionem, siue ad offensionem agatur, secundum Doctores suprà, & nota ꝙ Hosti. & Abb. & alij communiter in d. c. cùm clamor. vt volunt etiam si iudex ex puro officio procedat, tamen vbi videt reus ꝙ malitiosè procedit, potest appellare, sed tamen limita vt per Felin. in d. ca. cùm clamor. colu. fin. versic. & in prædictis. & an sit idem quòd pars petat, & nominet, vt illos iudex examinet an tantum modo sciat quos voluerit iudex examinare, vide Paulum de Ca. facientem differẽtiam in consil. 246. in j. volum. vbi dicit

4 † quòd licet sciat, nihilominus iudex ex officio potest examinare, vbi aliàs veritas haberi non posset, videtur tamen hoc pendere à captione. Bald. in l fin. in fine principij. C. de appellatio. vbi dicit se dare nouum modum per quem semper poterunt produci testes publicatis attestationibus, vt scilicet qui hoc facere intendit iudici det nomina testium, & se absentem faciat, posteaq; iudex ex officio illos examinet, sed hoc reprobat Roman. & post eum Felin. qui eum refert in d. c. fraternitatis. colu. 8. nec curo de repertorio Hippol. in quo aliter tenet in l j. §. fin. colum. 2. & sequen. ff. de quæstio. Vide igi-

5 tur † non posse ad defensionem, minusq; ad offensionem examinari testes post publicationem testiũ super capitulis vtriusque partis, sed an possint examinari super articulis directè contrarijs, & dic idẽ per clementinam secundam, vbi glo. notabilis, in verbo, indirectè. de testib. & est communis Doctorum sententia ibi, quæ tamen non habet locum quando articuli essent indirectè contrarij, iuxta l. optimũ C. de contrahen. & commit. stipul. Est tamen aduertendum quòd si pars contra quam producta fuerant capitula ex inspectione eorum potuit instrui ad contracapitulandum ante publicationem, tunc cessaret hęc conclusio, sed si instrui non potuit, & testis super eis examinatus deposuit de loco & tempore quòd nõ erat expressum in capitulis generaliter compositis, tunc conclusio militaret. ita communiter Docto. in d. clemen. 2. maximè Barba. qui d. clemẽ. legit cum rubr. illius tit. & ita attestatur Maria in c. fraternitatis.

6 de testib. in ix. quæst. principali. Et † sumus in materia vtrum falsitas testium diuersæ partis possit ostendi, & conclusio est,

est, vt directè non possit, secus autem indirectè, sicut tamen dixi directè etiā potest ostendi quando vltra falsitatem etiā
7 obijcitur testes corruptos fuisse, † ex quo censetur nouum capitulum, ita Marian. vbi suprà, in 8. quæst. in prima limitatione. & ponit etiā alias duas limitationes, & hac communem cum his & alijs limitationibus ponit Fel. in c licet causam. nu. 34 & seq. col. 13. extrà, de probatio. Sed si obijciatur sola falsitas, hoc opus hic labor est, & Maria. circa dictam 8. quæstio. mouet difficultatē & se reijcit ad c. cùm causam. de probat. & c. cum venerabilis. de exceptio. est materia illorum capitulorum in quibus not. quòd etiam sententia quæ transiuit in rem iudicatam, reuocatur prætextu falsorum testium, & ideo Fel. in eo c. cùm causam. tangit difficultatem in prima conclusione, & ostendit ꝙ sola falsitas non sufficit, quando nō obijcitur corruptela, allegat Bar. Abb. Imol. Paul. de Ca. Ant. de But. & Ioan. And. & ita dicit esse intelligendos. Specu. & Archid. qui simpliciter loquuntur, & super quibus Dec. se fundans in c. cùm causam. tenet esse speciale in crimine falsitatis, vt timor subornationis non habeatur in cōsideratione, vt per eum, sed dicit contra communem, vt etiam apparet ex dictis Alex in j. col. & Imol. ibi in l. diuus. ff. de re iudic. & incipit versiculus Alexā. item fallit vbicūque. Fateor quòd si ageretur criminaliter ad puniendum, & non ad retractandam sententiam, iuxta latè dicta ꝑ Alex. & Imol. maximè, col 6. versic. item aduerte. & dicta per Fel. in d. c. licet causam. in 15. colū. ubi ponit modos quibus potest agi prætextu falsorum testium, sicut etiam fit in d l. diuus. tunc publicatio non obstaret, per ea quæ ponit Bar. in d. Authen. qui semel. versic. quæro an alia instantia. C. de probat. secus si ageretur criminaliter, & incidenter ad rescisionē sententiæ, iuxta not. per Imol. in d. col. 6. versi. item aduerte. quod tamen etiam nō transit sine dubitatione per dicta Barto. in d. q. quæro an in alia instantia. Item si ageretur solùm contra testes vt punirentur, cessaret difficultas, qa res inter alios acta, &c. cessaret etiam quando ex officio iudex procederet, iuxta c. cùm clamor. & hoc eadem ratione, & casus clarus est pro communi, quando agitur ciuiliter ad rescisionem sententiæ, dico clarius secundum Doctores communiter, tamen adhuc ego dubito propter generalia verba rubricæ & legum. C. si ex falsis instrumentis. & capitulorum, cùm causam. &, cùm venerabilis. & d. l. diuus. dicere aūt, non loquuntur suprà dicta quando publicatus erat processus est mœrum somnium, quòd nunquàm fuit in considera-
8 tione legum. An † post conclusionem in causa in criminalibus possint examinari testes, & acta fieri, vide quomodo concludatur in causa. tex. in c. cúm dilectus. de fide instrument. & Fel. ibi omnino, & in effectu post conclusionem in causa non licet examinare testes, imò est præclusa omnis probatio etiam per instrumenta. d. c. cúm dilectus. licet aliud sit in instrumentis de nouo repertis, vt per Ias. in repetit. d. l. admonendi. char. vltima. colū. j. versi. confirmo. iuncta char. 7. col. 3. vers. retenta. & non licet etiam post conclusionem in causa examinare testes cōtra personas testium, imò nec post solam publicationem testium, nisi secundum formam cap. præsentium. de testibus. In Senatu tamen video facilè concedi, vt contra personas possint examinari etiā post emanatum peremptorium, & causa quare etiam contra personas de iure nō possint examinari testes, illa est, quia ut dixi, conclusio in causa præcludit omne genus probationis, vt latè per Fel. in d. c cū dilectus. qui ostendit adeò præcludi os partibus per conclusionem in causa, vt quasi æquiparetur sententiæ, & magis hoc impedit ne quid posteà fiat quàm publicatio testium, vt patet in d. c. cùm dilectus. & patet, quia tot limitationes non dantur per Doctores quando est conclusum in causa ad iterum examinandum, prout dantur quando est publicatus processus, vt in c. cùm venissent. per Doctores de testibus. & per Alex. in l. iubemus. C. de iudi. vbi uide col. 2. vsque ad finem. & ibi concludit, sicut suprà dixi, quod quando conclusum est in causa, præcluditur omnis via vlteriori probationi. Et
9 ne erres, scias † quòd in criminalibus nō concluditur in causa. ut per Fel. in d. c. cū dilectus.

dilectus.col. 2.& Aret.in gl.qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum.col.2.in fi.& seq.quia non potest reus reũtiare defensionibus, vt per Doctores in d.c. & in l.iubemus. allegata, & Mediolani ex consuetudine non concluditur in causa etiam ciuili. Si igitur in criminali, non concluditur in causa, nihil impedit quin possint testes examinari, etiam super contrarijs capitulis, nisi obstet publicatio testium, quo casu dicendum est, ut suprà dixi.& minus impedit quominus possint examinari testes contra personas testiũ, nisi etiam obstet publicatio, qua etiam nõ attenta possunt examinari secundum formam dicti capituli, præsentium.de testibus. Et circa
10 dictum capitulum, præsentiũ dicit † quòd si pars protestatur contra personas testiũ ante publicationem, uidelicet quo tempore pars citatur ad uidendum iurare testes, iuxta c.2.de testibus. & l.si quando. C.eodem.tunc non obstante publicatione potest probare contra eorum personas, uide Fel.ibi, qui ponit sex fallentias percurrendo & limitando dicta Saliceti in hac materia in l.si quis testibus.C.de testibus.uide etiam Aret.in d. c. præsentium.& Signorol. consi.79. Et procedit etiam quòd pars contra quam fuit productus testis, posteà uellet allegare testẽ corruptum, ut notabiliter per Fel.in c. licet causam.de probationib.col.4. circa finem, & seq.in 9.notab. ubi etiam uide colum.14.& sequenti uersi.tertia conclu
11 sio.& † an qui non opposuit contra testem in prima causa, possit posteà opponere in causa appellationis, uide Aretinum in cap.ex parte.colum.9.& sequen. de testibus.& in capit.sicut. eodem titu. columna.4.circa principium.& vbi pars
12 non fuit protestata, An † iudex ipse ex officio possit repellere testem inhabilẽ, vide Sali.in d. l. si quis testibus. Fel.in d. cap. præsentium.colum.2.& in cap.intimauit.colum.pen.circa finem & sequen. extrà, de testibus.& in cap.testimonium. eodem tit.colum.2. & ibi Aretin.columna octaua Alexand.in l.3.in princip.ff.de testibus.colum.3. & 5.volumin.consi.152. col.v.circa princip.vbi ponit aliquos casus in quibus potest opponi, etiam sine protestatione, & omnino Angel. consil. 295.colum.2.& in d.cap. 2.per Felin.ex-
13 trà, de testibus col. 8. circa fin. Et adde † quòd facta dicta protestatione per me si tales testes posteà aliquid pro me deponerent non staretur eis ad mei fauorem Aretin.in d.c.præsentium. in ulti.notab. & ibi Felin. col.2. & latius per Felin.in d. c.præsentium.col.penul.versi.in glo.fin. ubi regulam ponit & fallẽtias circa hoc, & ibi per Aretin.in vlti. char.& per Fel. notabiliter in ca.capitulum. de rescript. colum. 14.uersi.demum.in fin. Item adde quòd sicut ego contra testẽ debeo protestari, aliter videor illum approbare.d. cap. præsentium. ita si egómet produco testem uideor illum approbare, nec possum posteà improbare.d. l. si quis testib. vbi per Doctores maximè per Salic.Alexand.consil.66.colum.penult.uolu.j.per Felin.in c.veniens. el primo. de testib.col. fi.circa princip. Angel.in Authent.at qui semel.colum.2. de probat. Et quid de iudice quem approbaui in iudicem, an possim eum reprobare, si contra me in ead. causa producatur in testem vide Aretin. in capit.dilecti.de testib.colum.penulti.
14 circa fin.& sequen. Et † si in vna causa produxi testem, & idem in alia producatur per alterum contra me, an possim eum reprobare? vide Salic.vbi suprà, col. 9. Aretin.in d.cap. præsentium.columna quarta & Felin.ibi, colum.3. Et quando produco testem, an possim allegare eius instabilitatem, vide omnino Bald.in cap. cùm dilectum.colum.vltima de consuetu di. ubi ponit practicam, qualiter quis possit dicto testis se iuuare pro parte, & pro
15 parte non acceptare, & † an ex capite inimicitiæ possim testem reprobare, ultra Salic. vbi suprà, & alios uide Bald.v. volumi.consi.41.colum.2. circa fin. Et procedunt hæc quo ad personas testiũ,
16 sed † dictum eorum potest quidem reprobari ab ipsómet producente tãquàm falsum, Salic.in d.l. si quis testibus. uersi. quartò quæro.ad fin. & Anto.de Butr.in cap cùm uenerabilis.colum.v.uersic oppono.extrà, de except.& ratio est, quia producens sibi contra illud non potuit prouidere. ita Salic.& D.Anton.ubi suprà, nec censetur approbans personam

testis

testis approbare eius dicta, siue testifican da per eum ita not. Salic. in d. l. si quis te stibus. col. 2. Ang. vbi vide in Authent. at qui semel. col. 2. C. de proba. Alex. consil. 66. colum. penul. uolumi. primo & Felin. in cap. ueniens. el primo. de testibus. colũ.
17 fin. post princip. Quid verò † si producens non velit vti dicto testis, quem produxit, an possit altera pars illum producere, vide Felin. in ca. de testibus. colum. fi. extrà, de testibus. & per Bald. in l. j. §. bestias. ff. de postul. Panormit. in d. cap. præsentium. in princip. colum. quarta. & ibi Fel. colum. 3. & Aretin. consi. 141. cir-
18 ca medium, & an † teste producto per vnam partem, possit altera pars petere, vt interrogetur pro se super eodem cap. vel super alio diuerso, & quid ex interuallo, & quid etiam si talis pars contra quã sit productio, esset per lapsum terminum exclusa à productione testium, uide Aretin. in dicto cap. de testibus. in vlti. char.
19 & Fel. ibi colum. fin. Et an † idem testis possit ab eadem parte iterum produci super alijs capitulis. Signoro. tenet posse consilio quinquagesimotertio. colum.
20 secunda. Et an † possit opponi testibus adhibitis in aliquo actu ex consensu partium, vide Felinum in cap. exhibita. col. 3. de iudicijs. Cœpol. plenè cautela 294. Alexandrum notabiliter consili. lxx. uol. primo, ubi limitat procedere quo ad illos, qui eos rogarunt pro testibus. Idem Cœpolla consilio vigesimoprimo. colum 4. Dixi de protestatione quę iuuat partem, ut posit post publicationem probare cõ
21 tra personas. Addo autem † quia multi testes non debent examinari, qui tamen examinantur, quòd reseruatio quam faceret iudex de non præiudicando exceptionibus contra eos militantibus, operaretur ut perinde esset, ac si nullum factũ fuisset examen. Aretin. in cap. ex parte. colum. 6. de testib. Fel. in cap. cùm dilecti. de accusa. colum. 9. & in d. c. ex parte. columna antepenultima vbi vide in fin. & sic etiam vbi dicti testes aliàs non facerẽt indicium qualequale, nec hoc casu examinati illud facerent, & vide etiam Feli. in cap. testimonium. colum. v. in fin. de testibus. & cadet hęc conclusio magis sub ... sequẽ. de oppositio. contra testes. Sicut facta publicatione propter timorem subornationis noui testes prohibentur produci. d. cap. fraternitatis. & Authent.
22 at qui semel. C. de probatio. ita testes † examinati non repetuntur super eisdem capitulis. cap. per tuas. extrà, de testibus. cum glo. j. Felin. ibi, in versi. secunda cõclusio. ubi vide, est pulchra materia, & conclusio est hæc, quòd etiam vbi proceditur instante pte, tñ iudex ex officio, potest iterum interrogare testem, quia fortè obscurè deposuit. ita Fel. ibi, & glo. ibidem quam vide, quia bis hoc repetit, & glo. in §. illud. in Authent. de testibus quam sequitur Barto. in Authent. at qui semel. C. de proba. in fi. hanc glos. sequitur Imol. in d. cap. per tuas. sæpius repetendo, & ita etiam glo. in captu. cùm clamor. de testib. & ibi latius Felin. colum. j. qui post Docto. per eum allegatos clarè loquitur, & in criminalibus & in ciuilib. quando proceditur inter partes, & ita clarè Aret. in d. cap. per tuas. qui nunquàm dubitat, nisi quando est repetendus instãte parte. Et aduerte ad glo. in d. cap. cúm clamor. dum dicit quòd iudex pręcipuè in illo text. in quo proceditur ex mœro officio potest interrogare, clarè idem volens quando instante parte, & vide omnino illam gloss. ponentem rationem dubitandi & decidendi, & ita Marian. in ca. fraternitatis. in 34. fallẽ. de testibus. Et ad
23 uerte, † quia primò est quærendum ad cognitionem prædictorum, an iudex si non faciat, malè dicatur facere, & posit appellari, uide Fel. in dicto cap. per tuas. colum. fi. uersi. item inquantum. qui videtur dicere quòd malè facit, & si appellatur quò supplet iudex ad quem, loquitur tamen in dubitatione insurgẽte ex actis, & vide Aretin. in dicto cap. cùm clamor. columna prima. in ij. notabi. vbi dicit quòd iudex potest, & non cogitur, & ita communiter tenent Docto est verũ quòd simpliciter loquitur non facta difficultate quomodo procedat ambiguitas.
24 Secundo aduerte † quomodo exemplum detur quòd testis sit ambiguus, de quo uide text. in dicto capitu. cum clamor. qui loquitur ĩ tali ambiguitate, quæ nullo modo posit ĩtelligi, & ita no. Are. ibi, in d. ij. notabi. & ita videntur plu-

res Doctores tenere qui sunt reprobati à Fel.& alijs per eum allegatis in d.c.cùm clamor.col.fi. versi.vltimo scias.vbi vide. sufficit enim quælibet ambiguitas, vt ibi, & datur etiam exemplum quo ad assignādam rationem dicti sui, quia hoc etiā pertinet ad hanc declarationem gl. in d.§.illud.& Bar.in l.repeti.in prin.ff.de quęst. & Salic.in Authen.at qui semel.C.de ꝓba.col. v. Et sic vides † quòd ex officio
25 ijdem repetuntur ad declarandum. Sed an vt addāt, vide Fel.in d.c.cum clamor. col.2.post Lapum,& D. Ant.& Aret.ibidem,col.j. in 2.notab.an verò ad instātiā partis iudex possit repetere, loquor semper publicatis attestationibus, saltem ad declarandum. Dic communem esse vt nō possit,& sic minus ad addendum & corrigendum. Aret.in d.c.per tuas.in diuersis
26 locis ita attestatur, vnus est casus † in quo ijdem testes possunt repeti ad instantiam partis publicatis testibus, quādo nō fuerunt interrogati super omnibus capitulis, vel super interrogatorijs, & hoc ēt quòd sub vi verborum capitula continerent plura, quia super omnibus est interrogandus, etiam quæ in virtute verborū continerentur, vt in exemplo eius qui capitulat præscriptionem. Abb.in d.ca.per tuas. Et aduerte, quia si fuit iterrogatus, atque ita responderit, vt etiam fieri debuisset alia interrogatio, illa nō facta, nō dicitur aliquid omissum, quia satis est, ꝙ super omnibus capitulis, & capitulatus fuerit interrogatus, est verum quòd si dubiè respondit, tūc sumus in alia materia, de qua supra, an repeti debeat ad declarandum dictum suum,& minus adhuc diceretur omissum, si etiam iudex vlterius interrogasset de causa scientiæ,& adhuc aptè non respondisset. Et adde quòd Tindar. in hac materia, in suo dialogo.lib.j. c.9.col.2.vers.item probatur qui fuit Doctor solemnis & subtilis. vt per Ias.in l. magistratibus.col.2.in fi.ff. & per Dec.in c.per tuas.colum.vlti. de probatio. dicit
27 te † iudicem, qui infestaris, vt repetas testem, debere esse contentum primo dicto, vt no.gl.in cap.literas.extrà, de præsumptio.nec debere testem repetere eo nolente, nisi fortè dictum eius sit obscurum, vel aliud præsenseris nouiter peruenisse ad eius notitiam ex meliori fort recordatione, quibus casibus potest iudex testem repetere ex officio vt ibi, quē vide. Et aduerte, quia sunt duæ mate-
28 riæ separatæ. Prima † an iudex possit repetere dictum testis vt addat, vel declaret,& de hoc locuti sumus. Secunda an possit ipse testis reuerti, vt addat vel se corrigat, & hæc secunda materia traditur in c. prætereà.de testib. cog. & dicit Bartol.in d.l.repeti. qui attingit hunc vltimum articulum, quòd si testis reuertitur suo motu incontinenti, auditur,& potest se ipsum corrigere, secus si ex interuallo. allegat d.c.prætereà.& not.in d.§. quia verò.in Authen.de testib.,dic vt ibi in d.c.prætereà.& vide Barto.in l.eos.ff. de falsis.col.2.vbi dicit, quòd testis id incontinenti potest corrigere quando iustam causam erroris allegat, aliàs vti varius punitur de falso, & Aretin. sequitur Bar.precisè & clarè in d.c.per tuas.de testib.colū.3.vbi ponit not. declarationem quam omnino vide si vis hęc intelligere, vide tamen Bart.in l.quicquid astringēdæ.ff.de verb.oblig.circa fi. versi. fateor tamen. vbi vult simpliciter quòd in teste
29 licita sit variatio † antequàm primum dictum habeatur pro perfecto.& idem vult gl.in d. ca.prætereà. vbi ait quòd dicitur incontinenti quando quis nondum recessit à iudice, & tunc admittitur variatio, nec est necesse dicere, Reuoco, sed videtur intelligendus Bart.sicut dicit nondū facto examine,& nondum perfecto, sed illo facto etiam incontinenti non potest, nisi reuocet,& etiam causam alleget, & ita videtur distinguere, & declarare Firmian.in versi.testium repetitio.in ix.ca. & duobus sequētibus, vbi omnino vide.
30 Et † vbi nondum esset finitum examē, & variaret simpliciter absque eo quòd ipse se videretur corrigere, adhuc crederē eum debere torqueri, ad perspiciendum in quo dicto vellet persistere, & ita intelligere potes Bar.in l. de minore.§ j. in.j. col.ff. de quæst. Item puniretur vti vari
31 per d.l.eos. Et ideo † non semel vidi solemnes iureconsultos statim facto testis examine, ei depositionem quam fecerat legere, & cū interrogare an ita dixisset, ꝙ si aliquid se dixisse negasset, vel aliud dicere

dicere uoluisse affirmasset, dictum eius accõmodabãt, prout vltimo loco asseruerat, sed vbi recessisset ab eis, vel licentiã habuisset, & posteà uellet se corrigerẽ nõ admittebant, nisi reuocaret, & allegaret causam erroris sui, & hanc practicam acceperunt à Bald. in l. si C. plus uale. quod agi. ubi per illum tex. dicit ibi, quòd post quàm testis deposuit debet iterum ei legi dictum suum, vt per lectionem compleatur, & error si quis est in scribendo remoueatur, & refert & sequitur Fel. in c. per tuas. col. pen. de testib. vide tamen omnino quæ allegat Alex. in d. l. quicquid astringendæ col. vlti. vbi remissiuè loquitur in teste. Item vide Innoc. in d. c. præterea. de testibus cogen. qui dicit,
32 quando † testis incõtinenti se corrigit, non stari correctioni simpliciter, sed bene iudicem attendere modum correctionis, & refert & sequitur Fel. ibi, col. ultima in princip. & hoc dictum cõfirmat dictum Bart. in d. l. eos. imò videtur generalius loqui, ut licet nondum recessisset à iudice, tamen adhuc reuocatio passim nõ admittatur, sed attendi debeat quomodo loquatur, & quomodo reuocet, & hoc credo verius quicquid sentiat Firmia. quem suprà allegaui. & in effectu nõ credo differentiam esse, an nondum sit finitum examen, uel eo absoluto incontinẽti ueniat, id est, antequam sit allocutus partem secundum communem interpretationem, vt attestatur Imol. in d. c. præterea & ibi Felin. Nam omni casu dicitur variatio, ubi nõ reuocet, & procedit lex, eos. Si uerò reuocat debet audiri sed iudex debet aduertere ad causam reuocationis, utrum sit consona, uel ne, & ubi minimè sibi probabilis esse videatur erit uarius poterit puniri, & ita etiam latè, & notabiliter & subtiliter Tindar. in suo tractatu de testibus. char. 2. cap. 4. incip. Alteram exceptionem, vbi vult non licere testi se corrigere nisi incontinenti allegando d. c. præterea. deinde se limitat, ut hoc etiam incontinenti non liceat, nisi iusta causa erroris allegetur, & iudici ẽt iusta uideatur secundum Bart. ubi suprà, & quòd iudex si vult repetere potest quandocunque, iuxta c. cum clamor. & Docto ibi, & ita etiam suprà declaraui, posteà in fi. dicit notabiliter quòd ubi testis licitè se corrigit, non punitur de falso, quia nõ mœretur pœnam qui facit lege permittente. l. Gracchus. C. de adulte. uides igitur quod tantùm vult vt incontinenti sit licita correctio, & quòd tamen
33 debeat allegari causa erroris, & † ideo, dum dicit incontinenti debere fieri correctionem, loquitur etiam ante perfectũ examen, nisi dicas quòd tunc non dicitur incontinenti fieri, sed in ipso actu, prout considerauit Bartol. in d. l. quicquid astringendæ. & Firmian. vbi suprà, tamen plus placet, vt dixi, alia opinio, & videtur meliori ratione fundata, & prædicta procedunt, ubi testis incontinenti corrigit, sed ex interuallo non est licita propter timorem subornationis, vide tamen circa hoc plures declarationes, & limitationes per Tindar. vbi supra, & per Feli.
34 & alios in d. c. præterea. licita † tamẽ est additio ex interuallo vbi vnum dictũ simul cum altero se habere potest, vt quia primò dixit nescire, posteà dicit scire, uel primò non recordari, postea recordari. ita Bart. Angel. & Moder. communiter in l. qui bona §. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. vbi vide omnino Alexan. & Fel. & Doctores in d. c. præterea, & per Hippolytum in l. ex libero. ff. de q. col. penul. & melius quàm alibi per Tindar. in d. tracta in 3. char. c. 8. incip. recen
35 sebam. col. prima & sequen. Et † ibi etiã, quando primo loco dixit se tãtùm scire, vel tantum uerum esse, an etiam eo casu posteà audiatur, si dicat aliquid aliud uerum esse, & se melius recordari, & Doctores vbi supra in §. si quis stipulatus. & in d. c. præterea. loquuntur quo ad probandum, quo casu consideratio debet esse, an loquutus fuerit cum parte, uel nõ, ut per Doctores vbi supra, sed quo ad puniendum de falso, Dic eum non puniri, nisi primò dixisset, se tantum scire, uel tãtum uerum esse, ut ibi per Tindari. colũ. ulti. uersi. est tractandum, uel nisi dixisset se nescire id quod uerisimiliter scire debebat, & in quo non erat licita ignorantia, ut not per Aretin. consi. 71. columna secunda cuius dictum in dicto consi. maximè attẽditur in practica. Et uerum est, quòd qui addit nisi aliter appareat contrarietas.

trarietas non dicitur falsus, vt per Deci. consi.100. colum.v. ubi allegat gloss. Et quid econtra quando primò testis dicit scire postea nescire, vide Aret.in ca.cùm causa.de testib. col.2. vbi disputat præcedentem articulum, quando incipit a negatiua, postea annectit etiam hunc, & in eo allegat Bart. & Bald.ut per eum, quos tamen intellige in dubio vbi aliquo modo potest fieri concordia, sed ubi est no. contrarietas, tunc testis punitur vti falsus, per id quod voluit Bald.in §.quibus. in prima costi. C. & ita propriè loquitur Bar. allegatus per Areti.in d.l.de ætate. colum.v.& vide etiam de hoc vlti. Ias.in l.ait prætor.*la prima*. §.iurari.colum. pen. & ultima.ff.de iureiur.& Alex.in l.stipulatio habere licere.§. hæc quoque.colū. secunda.ff.de verbo.obliga.& vide omnino Bal.in l.j. colum. penul.C.de confess. vbi tenet, ut non sit periurus, qui primò dicit credere, postea non credere, de quo etiam latissimè per Tinda. in 2.char. colum 3.cap.v.narrabam, & ca.6.& sequē. vbi ponit similem quęstionem, quod au-

36 tem supra dictum est, ut, testis † ex interuallo nō possit se corrigere intelligas quo ad hoc, ut secundum dictum non tollat primum, quia statur primo, sed tamē illud debilitat, ut per Fel.i d.c. præterea. qui dicit quòd ex tali dicto, non potest iurari in supplemētum probationis, sed tamen non punitur de falso uti varius.& licet prima facie Alexan.uideatur uelle, ut imò puniatur in l. qui bona.§. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. tamen expressè illud non affirmat, nec etiam Barto. in d.l.eos. in secunda oppositione hoc dicit, licet respiciendo ad pauca, ita

37 uelle uideatur, est uerum † quòd præsumitur subornatus.dicto c.præterea.& ibi Docto.tamen non sequitur, ergo falsus. nam fieri potest, ut non dolose se corrigat, igitur non est falsus.Bald.in cap.j.§. notandum.de not.feud. Alexā.in l. quid tamen.§ si arbiter.ff. de arbitris.nec falsitas est nisi concludens glo.& Docto.in in l.iurisgentium.§.quòd fere.ff.de pact.

38 posset † fortè talis testis torqueri, & ideo his diebus proximè præteritis cum testis; qui ita arguebatur esset mortuus, & uexaretur producens ratione usus, dicebam male uexari, quia non constabat testem esse falsum, nec constare poterat, cúm torqueri non posset, & secundum prædicta intelligo Tindar.in 4. cap. in fi.qui aliter sentit.

Titu. de Oppositionibus contra testes.

SVMMAE.

1 *Testis in eadem depositione contrarius, an probet, maximè in tortura. vbi etiam distinguitur, an testis solum deponat contra tertium, an verò etiam contra seipsum?*

2 *Testis varius an puniatur de falso?*

3 *Testis deponens contrarium eius quod dixit extra iudicium an probet, & an puniatur de falso, & an possit torqueri?*

4 *Testis dictum extraiudiciale an probet, si deponens sit constitutus in articulo mortis, & quid de illis qui in patibulo morituri reuocāt quæ dixerunt?*

5 *Testis dicens vno modo in iudicio, & aliud in alio quomodo probet, & an puniatur de falso?*

6 *Testis dictum in vna causa facit fidem contra eundémmet in alia.*

7 *Testis contrarietas non nocet parti si sit talis qui non debuit examinari.*

8 *Testis qui semel deposuit potest petere vt sibi legatur dictum suum, et ad illud se referre.*

9 *Testes plures si sint contrarij qui ex eis præferantur. & nu. 10. & 13.*

10 *Testis vnus si contradicat alteri, vel plures pluribus quomodo fiat concordia, uel quomodo præferantur. & nu 11.*

11 *Testes inuicem contrarij an puniantur de falso, si possunt aliquo modo concordes esse, & an probent si sine maxima difficultate non potest fieri concordia?*

12 *Testium contrariorum in criminalibus an fiat concordia, vt probent?*

13 *Testes plures si contradicant æquè pluribus, vel paucioribus quomodo possit fieri concordia, vt euitetur periurium & falsitas, & quid si non potest fieri cōcordia et supra nu.9 et 10*

14 *Testes digniores vincunt alios in probatione, non autē vt minus digni puniantur de falso.*

15 *Testes plures pares numero, & cæteris qualitatibus si inuicem contradicant non probant.*

16 Testes

si sint spirituales, vel si sit par causa propensæ voluntatis, & quid in filio emancipato, & in spurio, & in priuigno, vitrico, compatre, socero, nuru, genero, viro, & vxore. Et de fratre. nu. 65. & nu. 109.

62 *Affinitas transuersalis an repellat testem, et an affinis probet in causa criminali, & frater pro fratre, & an qualitas repellens testem sit probata eo ipso quod testis eam fatetur?*

63 *Testis non tenetur respondere interrogationi, per quam detegatur sua turpitudo.*

64 *Testi dicenti, se inimicum an credatur?*

65 *Testis an possit repelli parte non opponente? Et suprà in tit. præcedenti.*

66 *Testimonium dicere multi sunt qui non possunt cogi.*

67 *Testis non cogitur contra seipsum deponere.*

68 *Testes an præsumantur inuiti deposuisse?*

69 *Testis qui est subditus an probet? & nu 99.*

70 *Testis vnicus an probet, & an princeps possit hoc concedere?*

71 *Testis vnicus an probet si deponat de eo quod ipsemet fecit.*

72 *Testis unicus probat homicidium fuisse factũ ad sui defensionem quando probatio accusatoris non est contraria.*

73 *Testis an teneatur reddere rationẽ dicti sui, & quomodo dicatur sufficiens ratio?*

74 *Iurisdictio quomodo probetur per testes.*

75 *Testis dicta referenda sunt ad factum et non ad ius.*

76 *Testis an probet si dicat se vidisse mutuari pecuniam, sed non recordari quanta fuerit?*

77 *Testis quomodo probet tenorem sententiæ uel instrumenti?*

78 *Testis dicens aliquem possedisse, sciente aduersario, debet reddere rationem etiam non interrogatus.*

79 *Testis ratio satis est si concludat à verisimili, vel à communiter accidentibus.*

80 *Testis deponens homicidium fuisse factum ad sui defensionem quomodo probet.*

81 *Testis examinatus a iudice incompetenti, vel testis non iuratus an probet?*

82 *Testis an debeat iurare in causa qua remittitur omnis solemnitas iuris?*

83 *Testis debet iurare super scriptura, & an possit iurare super reliquijs sanctorum, uel alio modo?*

84 *Testis an præsumatur iurasse, si in actis dicatur talis testis iuratus?*

85 *Testis an possit se referre ad illud quòd dixit in alia causa?*

86 *Testis qui iterum examinatur an debeat iterum iurare?*

87 *Testis an possit deponere per procuratorem?*

88 *Testes plures debent examinari singuli separatim.*

89 *Testis non iuratus si deponat falsum quomodo puniatur.*

90 *Testis quomodo probet super negatiua.*

91 *Testis laicus an sit idoneus contra clericum?*

92 *Testes qui sunt religiosi, an probent, si non habuerunt consensum sui superioris?*

93 *Testes domestici quomodo probent, & qui dicantur domestici. & in tit. seq. nu. 4.*

94 *Testes deponentes non verisimilia nõ probãt, quia sunt suspecti de falso.*

95 *Testis dicens non recordari id, quod verisimiliter recordatur punitur de falso.*

96 *Verisimilia quæ non sint.*

97 *Testes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores.*

98 *Testis qui non debuit examinari si pars vult, vt nihil omnino probet, debet prius contra eũ protestari.*

99 *Testis subditus an sit pro domino idoneus testis?*

100 *Testis pro domino an possit esse vassallus suus?*

101 *Testes an sint idonei parentes & liberi in causa matrimoniali?*

102 *Testis amicus an sit idoneus testis pro amico?*

103 *Testibus an credatur est in arbitrio iudicis?*

104 *Testes qui non sint idonei.*

105 *Testis an possit esse affinis pro affine & suprà ? nu. 62.*

106 *Testis an possit esse filius pro patre, & econtra, & quid in alijs descendibus.*

107 *Testis an possit esse vxor pro viro, & an familiaris, & domesticus?*

108 *Testis an possit esse filius naturalis pro patre?*

109 *Testis an possit esse trãsuersalis pro alio trãsuersali, & præsertim fratre pro fratre? & suprà nu. 62.*

110 *Testis consanguineus vsque ad quẽ gradum non possit esse testis.*

111 *Testis an possit compelli, vt pro fratre ad defensionem deponat?*

112 *Testis potest esse frater contra fratrem si velit.*

113 *Vsurarius quomodo probetur.*

114 *Testis an possit esse tutor pro pupillo, vel prælatus pro sua ecclesia?*

115 *Testis an possit esse famulus tutoris?*

116 *Testis potest esse pro monasterio suo famulus Abbatis*



VBLICATO processu discutiendum est, an testes patiantur aliquã exceptionẽ, & repellantur, vt omnes sciunt, & ponit Angel. Aretin. in glo. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum. vbi post materiã publicationis processus, subdit de maculis repellentibus ipsos testes, & quia principaliter considera tur varietas testium, ideo scias ꝙ testis,
1 † qui in eadem depositione dicit contraria non probat. l. qui falsa, vel varia ff de testib. col. pen. & ponit tres fallẽtias quarum prima est quando secundum dictum in tormentis deposuisset: quia Doct. cõcludunt ꝙ illud attenditur, ergo probat. Secunda est quãdo primum dictum protulisset calore iracundię. Tertia verò quãdo secundum animo corrigẽdi primum, iuxta ca. prætereà de testib. nam dummodo probet, vel in primo dicto vel in secundo verè dicitur regulam locũ non habere. Et quantum ad tertiam quomodo scilicet intelligatur cap. prætereà. vide quæ dixi latissimè in præcedenti rubr. & quæ posui etiam in materia torturæ testium. Quo verò ad primam, vt stetur secundo dicto, quod testis deposuisset in tormen-

tis, vltrà Bart. in l. eos. ff. de fals. est etiam doctrina Bar. in l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adulter. & vide Ang. in l. fi. C. de quæst. col. j. & 2. & Socin. plenè, & consideratè admodum loquentem in consi. 253. col. 2. vbi tamen dicit esse cōsiderandum. an tempore depositionis factę per testem in tormētis fuerit citata pars, & an primum fuerit magis verisimile, vel tortura sit legitimè data, vt etiā per Ang. in d. l. si & circa illud quod citari pars debeat, Dic non seruari ex cōsuetudine. est etiam considerandum an testis solùm deponat vti testis contra tertium, an etiam in se vti pars, & in aliū vti testis. quia hoc casu magis creditur primo dicto sine tormētis. Bar. in l. j. §. quæstioni. ff. de quæst. Aret. consil. 61. col. 1. ad fin. & in c. cùm in tua. col. 5. de testib. & Deci. consil. 189. Raró tamen obtinere potui, vt hæc declaratio à iudicibus admitteretur ꝙ aliquando euenit, quia ad lucrum attentiores erant, aliquando etiam propter eorū nimiam ignorantiam, Debet etiam considerare iudex an testis post publicationē, vel ante dicat contrarium eius, quod à principio deposuisset, quia si nondum publicato processu hoc eueniat procedit regula supradicta, si verò post publicationem, tunc magis statur primo dicto propter timorem subornationis, ita Bar. in d. §. sed & si negauerit. Tamen cessaret ista suspitio, vbi testis nullo modo potuisset loqui cum parte, quod tamen his temporibus difficillimum esset scire propter facilem corruptionem custodum carcerū. Circa autem secundam fallentiam quando primum dictum protulisset calore iracundiæ, quoniam hoc pendet à regula. l. quod calore. ff. de reg. iur. vide ibi Dec. & Felin. in ca. sicut ex literis. in j. col. & seq. de iureiur. & in ca. cùm te. col. 4. de re iudi. & per Ias. in l. si filiam tuam. col. 2. & seq. C. de inof. testa. Et aduerte quia loquutus sum de varietate quo ad credendum vel non credendum, sed quo ad fal-
2 sum, an † testis varius de falso puniatur, regula est eum puniri debere l. eos. ff. de falsis. & d. l. qui falsa & varia. & Felin. in d. c. cùm in tua. in pen. col. in d. versi. prima conclusio. & Tindar. in suo tract. in 1. char. col. 3. cap. 2. incip. omnis. vbi cū nōnullis sequentib. ponit plures fallentias, quæ etiam tendunt ad præcedentem re-
3 gulam quo ad credulitatem. Testis † etiā, qui deponit contrarium eius quod dixerat extra iudicium probat, & attenditur dictum in iudicio. Feli. in d. c. cùm in tua. in versic. tertia conclusio. & in versi. quarta conclusio. vbi dicit ꝙ quamuis primū dictum sit extra iudiciū, nihilominus cōmunis est, vt præualeat secundum, & ipsi credatur. Non tamen negari potest quin diminuatur de fide, vt per Docto. in d. ca. Alexan. consi. 81. volum. 3. col. antepen. & Aret. in consi. 71. vbi dicit quòd omnes Doct. in ca. cùm causam de testib. tenent quòd debilitatur fides, & non punitur de falso, secundum magis communem opin. quicquid dicat Bar. in d. l. eos. vt per Feli. in d. c. cùm in tua, & Dec. in c. per tuas. de probat. col. penul. in fi. & seq. qui ponit tamen quatuor casus in quibus defendit Bart. non tamen allegat Felin. in cap. fraternitatis. col. 7. de testibus. Abb. in cap. cùm ecclesia Sutrina. de cau. poss. & proprieta. col. 2. nec Aretin. in d. consil. 71. col. 4 versic. sed est dubium de fratre. nec Bart. consil. 86. vbi vide, nec Alexan. in d. consil. 81. volum. 3. col. antepen. licet tamen non possit puniri de falso: torqueri tamen potest, vt per Alex consil. 63. in j. volum. & hoc operatur vacillatio, vt dixi suprà, in materia torturæ testium. In reliquis vide Tindar. in dicto suo dialogo. char. 5. col. 3. lib. 2. cap. j. versic. variantiū. vbi hanc materiam diuidit in plures partes, & plura capitula considerādo omnia, vt etiam facit in materia de qua proximè diximus: nam per septem char. loquitur quando dictum extraiudiciale est cōtrarium dicto in iudicio, & dū Doctores vbi suprà volunt, vt quando dictum extraiudiciale est cum iuramento, quia tunc reperitur inter duo iuramenta cōtraria, puniatur de falso, quæ opinio fuit Anto. de But. & Abb. in d. c. cùm in tua. de testib. & Alexan. consil. 154. col. penul. j. volum.
4 Dic quòd ita vidi seruari, & † adeò verū est non stari dicto extra iudiciū, vt si etiā constitutus esset in articulo mortis non staretur, vt per Feli. vbi suprà, de quo dixi in materia torturæ testium, vbi etiā posui de illis qui in patibulo reuocant, quæ dixerunt

serunt, & ibi feci mentionem de statuto Mediolani circa hoc disponente, & posui etiam an magis credatur constituto in articulo mortis, quàm si eius periculũ non immineret, de quo etiam in reperto. Hippol. in l. j. §. prætereà. col. 2. ff. de quæst.
5 Testis † si variat in vno iudicio ab eo qđ in alio dixerat, secundum dictum non valet, sed primum. ita latè Felin. in d. c. cùm in tua. versi. secunda conclusio. vbi tamen vult, vt quo ad eũ puniatur de falso, quod vltimum explicitè dixit Bart. in d. l. eos. versi. aut profert varia, & hoc est ꝙ etiam dixit idem Bart. in d. l. eos. in j. opposit. dicens, ꝙ tertium responsum illius legis loquitur quando variat inter diuersas personas ĩ diuersis causis, seu instãtijs. Quod
6 notabile indicat, quia licet † acta facta in vna causa non faciant fidem in alia inter diuersas personas, vt not in l. is apud quẽ C. de æden. tamẽ dicta vnius testis in vna causa faciunt fidem contra eundúmmet testem deponentem in alia, quod, secundũ eum, tenet Inn. in c. veniens de testib. & sequitur Alex. in d. l. is apud quẽ. col. 7. & in d. l. eos. debilitatur tamẽ quo ad probationem primũ dictum, vt per Feli. in d. c. cùm in tua. vbi vide, & per Dec. latè cõsil. 189. col. 3. vbi dicit hanc esse cõmunẽ. In qua materia vide latissimè Tind. char. 12. col. j. in 3. parte. versic. sequens est. & vide Bal. j. vol. consil. 101. col. 2. qui dicit quod quando testis deponit contraria in diuersis depositionibus præsumitur ꝙ in secunda fuerit subornatus. vide etiam c. sicut nobis. de testib. & Aret. ibi. Cætera in hac materia varietatis testium vide su
7 prà in titu. de tortura testium, & † quando testis non debuit examinari, hoc casu contrarietas nocet parti. Bart. consil. 92.
8 col. penul. & Tind. vbi suprà, & † ad effugiendas difficultates cõtrarietatis, testes in secundo examine dicere debent, Dico prout alias dixi, & si iudex velit vt loquãtur, subdant ipsi, Legatis mihi dictũ meũ, & iudex tenebitur legere, ita Bart. in d. l. eos. versi. quæro pro declaratione. de quo per Feli. in c. inter cæteras. col. 2. de re iudi. & in reperto. Hippol. in l. ex libero. ff. de quæst. in prin. col. 2. & seq. subdit Bar. ꝙ etiam si iudex legat dictũ, tamen ad cautelam testis debet addere ꝙ si apparet se aliter hoc loco dixisse, se redigit ad primum dictũ quo tẽpore melius recordabatur. vide etiam de hoc Alexan. in d. l. eos. Non est tamen omittendum vnum, quod
9 dicit Bar. in d. l. eos. in fi. videlicet † quòd procedit d. l. vbi est contrarietas in dicto vniúsmet testis, secus si inter plures, quia tunc procedit l. ob carmen. cum materia. ff. de testib. vt si sint aliqui digniores præferantur alijs, quibus cõtradicunt, etiam si pauciores sint, vbi verò sint æquales in dignitate, vel vnus non sit dignior altero, præferantur plures, & data omnium paritate, quia omnes sint æquales quo ad omnia prǽferantur testes rei, ita habetur ibi, & per glo. in c. in nostra. de testib. & præferuntur testes rei etiam minus digni data paritate numeri, tãtus est fauor ipsius rei, vt per Feli. in c. cùm P. Manconella. in fi. de accus. & ibi Abb. licet Abb. videatur sentire contrariũ in d. c. in nostra. dixi suprà, de defen. reor. & c. vbi vide, sic declara & supple Bart. in d. l. eos. item decla
10 ra Bart. hoc modo, quando † vnus contradicit alteri, vel plures pluribus vt fiat concordia si fieri potest, & ita procedit c. cùm tu. cũ materia. de testib. sed si est tãta discordia, vt non possint simul cõuenire, tunc procedit quod suprà dictum est, vt stetur dignioribus, vel pluribus, & ita Feli. declarat in d. c. in nostra. in j. colum. in prin. in versi. consistit. & Bart. met. in d. l. eos. in fi. & hæc concordia etiã fit in vnómet teste, vbi fieri potest, quicquid dicat Bar. in d. l. eos. qui præsupponit nõ ita fieri in vnómet teste, imò eũ non solùm nõ probare verũ etiam puniri de falso, & veritas est cõtra Bar. vt per Feli. in d. c. cùm tu. col. j. versic. prima conclusio. vbi cõcludit ꝙ etiã vt probet, fit cõcordia in dicto vniúsmet testis vario, tamẽ Bar. in d. l. eos in fi. defendi potest, voluit enim dicere ꝙ in pluribus, si potest fieri cõcordia fit, & si nõ potest statur dignioribus. secus aũt in vnómet teste qui dixerit varia & cõtraria, quia si cõcordia fieri nõ possit, omnino punietur de falso, quod in pluribus nõ euenit, propter materiã d. l. ob carmẽ. & cum nostra. aliter Bar. dixisset rẽ nimis mirabilẽ, & cõtra id quod ipsemet tenet in pluribus locis, vt ĩ l. j. ĩ pri. ff. de oper. noui nũ. & alibi sǽpe. & licet Ale. ĩ d. l. j. dicat se

putare veriorem opin. vt puniatur de fal-
11 so, tamen † ostēdit communem esse in contrarium, quia fit concordia, si fieri potest, quo casu nō punitur de falso, & hæc concordia non tamen fit, vt testis probet secundū cōmunem opi. de qua per Alex. vbi vide consi. 20. vol. 4. col. 2. versic. nec illis obstat, & clarè apparet etiā per Alexan. vbi locus est optimus in l. inter stipulantē. §. j. col. 3. versic. potes sic cōcludere. ff. de verb. oblig. quicquid ipse col. seq. dicat, & hanc cōmunē ita declaro, vt quoties sine maxima difficultate fieri nō possit ista concordia, non fiat, nisi vt euitetur falsum, sed vbi non fieret summa cum difficultate, etiam toleraretur, vt probaret, quia in effectu non dicitur contrarietas, & ita procedunt quæ notabiliter circa hunc articulum dicit Felin. in d. c. cùm tu. col. j. versi. prima conclusio. & adducta in contrariū per Alex. vbi suprà, & ita procedit Alex. consil. 133. col. 2. in prin. volu. j. vbi vide. & consil. 105. volum. 2. colum. 4. versic. nec obstat. & ita latè, & solemniter Aret. vbi vide in d. c. cùm tu. vbi tandē post hanc opin. dicit. fatendum tamē est in arbitrio iudicis esse quāta fides sit adhibēda huic testi, & etiam vtrū omnino sit adhibenda, qui iudex debebit cōsiderare non solùm qualitatem personę, sed etiam communem vsum loquendi, & vtrū difficulter an facilè contrarietas possit ad còcordiam redigi, & vtrū testis incontinenti sibi contradicat, an verò post plura capitula, quo casu verisimilior esset contradictio secundum eum, quæ verba sunt notanda, & in hoc etiam Feli. ibi eum sequi-
12 tur, & ita tenet. Et † an ea quę dicta sunt circa hanc concordiam vt probēt testes, procedant etiam in materia nostra criminali, vide omnino Feli. in d. c. cùm tu. col. pen. versi. sed pulchrè dubita vltra alios, sic igitur vides, quid iuris sit, quādo vnus testis sibímet est contrarius, & quando vnus alteri contradicit, vel plures pluri-
13 bus. circa quod aduerte, † ꝙ aut plures contradicunt pluribus, seu paucioribus, aut æqualibus. primo casu plures vincūt pauciores, vt dixi, tamen si fieri potest cōcordia ea fit, vt euitetur periurium paucíorū, non vt probent, quia vt probēt nō est etiā necessarium, vt de se patet, & fuit consideratio Iason. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. & Feli. in d. c. cùm tu. col. 2. versicu. tertia conclusio. & per Alex. in d. §. j. fit tamen hæc concordia, si fieri potest, & si non potest, ac manifesta adsit contrarietas inter eos, plures vincūt pauciores de periurio & falsitate, & quotidie video puniri eos de falso, & qui vellet dicere contrarium sine iudicio loqueretur, & ita voluit glo. si eam bene vides, in c. cùm cō tingat. in j. glo. ad fin. de offic. deleg. & Bal. in j. constit. C. in §. quibus. col. 2. vbi vide. & gl. in c. nihilominus. 3. q. 9. & Aretin. in consil. 13. col. 10. per Bal. consi. 101. vol. j. col. j. secundum impressionē moderniorem. Fateor quidem si sint pares, licet
14 aliqui sint digniores, ꝙ † digniores vincunt alios, quo ad probandū, non autē vt alij minus digni teneantur de falso, & ita voluit dicere Bar. in d. l. eos. in fi. & Alex. consil. 179. col. vlt. vol. 2. aliàs nemo punietur de falso, si plures nō vincerent pauciores, & vide omnino Tindar. in fi. dialogi sui. char. vlt. versic. est quoque nouissimè. vbi commentaria scribit super dictis Bartol. in d. l. eos, & non discrepat ab hac mea opinione, & refert mentem Bart. in d. versic. fin. vt loquatur quo ad concordiam faciendam. sentiens cū vno teste nō fieri, secus autem cū nō concordatur pluribus, & ideo sequitur ꝙ suprà dixi, vt si talis sit contrarietas, cuius nō possit fieri concordia, puniatur de falso conuictus. & ita etiā intellige Ang. in glo. in verbo, falsario. col. vlt. versic. quid si sunt plures testes. & Cœpol. cons. 61. col. j. & 2. & licet ita res se habeat, vt plures vincāt pauciores etiā de falso: tamen pessimè se gerunt iudices maleficiorum, qui delato ad eos examine testiū in causa ciuili examinatorum inuicē contrariorū, alia discussione non facta falsitatis pauciorū, faciunt tam partē producētem quàm testes detineri: nā respectu producentis prius debet cōstare de delicto, & sic de falsitate ipsorum testium, iuxta dicta suprà, in j. rub. de delicto. & vbi obijceretur vsus falsi instrumēti satis esset quòd alius fuisset cōdēnatus de falso propter illud instrumentum. l. si veteris. C de fide instr. vbi sentētia lata cōtra vnū quod instrumētū sit falsum, facit vt illo vtens possit accusari, & deinde ex

indicijs

indicijs & probationibus conuinci, & quomodo in hoc casu sit deueniendũ ad cognitionem falsitatis testium dicam infrà, respectu verò ipsorum testium non est illico iudicandum pauciores esse falsos, sed indicijs & alijs probationibus sunt conuincendi, & debet iudex dicta eorum bene rimari. vt si fieri possit concordia fiat, quo ad hoc ne dicantur falsi, iuxta nota. in d.c. cùm tu. & vbi suprà. Et vbi ex lectura eorum quæ deposita sint, compræhendat fieri non posse, illos iterum coram se habeat, & examinet, & præsentibus contradicentibus interroget, & omnibus factis se tueantur siue tueri possint, dic vt supra, sin minus, quia sint directè contrarij ad vlteriora contra eos deueniat, quo facto contra producentem poterit etiam procedere tam de falso, si sint examinati super capitulo falso, & tali vt necesse sit dicere quod scienter illos examinari fecerit, iuxta ea quæ dixi suprà in tit. de falsis. versic. tetigi suprà, vel de vsu, data scientia, iuxta ea quæ dixi in eod. tit. de falsis. versic. scias etiam. & ad hæc vide omnino nota. per Bart. in l. Lucius. ff. de infami. & satis cognoscere potes ex his quæ per me suprà dicta sunt, quàm incautè faciant iudices qui præcipitanter simul omnes capiunt, & etiam separatim, sine consideratione prædictorũ.

15 Secundo verò casu quando † plures, puta duo contradicunt alijs duobus, & sic æqualiter, tunc statur dignioribus, vt dictum est, vel habentibus alias qualitates de quibus in d.c. in nostra. vbi verò quo ad omnia sint æquales, vna probatio vincit aliam, & neutri creditur, loquor vbi concordes esse non possunt, & idem quã do vnus contradicit alteri tantùm, & non potest fieri concordia, nam tunc etiam neutri creditur. hoc probo per ea quæ dicit Bart. in l. de minore § plurimum. col. 6. versic. quæro quid si. ff de quæst. & traditur in c. ex literis. de probatio. & in c. licet causam in fi. eod tit. & per Aretin. in d. consil 13. col. 10. & ita Bal. in l duobus. § fin. vbi vide Alex. & Ias. ff. de iureiuran.

16 possent † tamen fortè omnes inquiri, vt per Ias. ibi post Bald. Item propter incertitudinem, licet plures non possent condemnari, possunt tamen torqueri. Ang in verbo, fama publica. versicu. quid autem si sint quinque. nam certum est alterum eorum commisisse delictum, & ideo omnes torquentur, & loquitur etiam in pluribus quàm sint duo, & per Salic. in l. fin. in vlt. col. versic. quæro an sufficiat. C. de quæstio. dixi suprà in materia torturæ, & quòd dixi dari materiam iudici contra vtrunque inquirendi, sequitur Alexand. consil. 34. colum. 4. versic. vt probatur ex his. volum. 3. Sed aduerte, quia imò vide-

17 tur, vt quando † vnus testis est contrarius alteri, vterque puniatur de falso, sicut fuit factum quo ad duos senes qui testificati sunt contra Susannam, quorum alter dicebat sub ficu commissum adulterium, alter sub alia arbore, & vterque fuit condemnatus de falso. Et ita Aretin. videtur tenere in consil. 71. columna 5. qui subdit, & quamuis hoc posset esse dubitabile, quia par probatio videtur se confundere, iuxta tradita per Bart. in d. l. de minore. §. tormenta. tamen communis doctrina omnium videtur esse, vt dixi, sed intellige Areti. vt voluerit dicere quo ad hoc, ne alicui credatur, non autẽ vt vterque de falso puniatur. & ita etiam loquitur Alexan. adducens idem exemplũ Susannæ in consil. 142. col. j. in fin. volum. 2. vbi vide, & glo. in l. testium C. de testi. & Bald. 3. vol. consil. 25. in fi. & eodem volu. consi. 150. circa finem. Et si Aretin. aliter intellexit, malè loquutus est, quia Doctores tenent cõtrarium. Bene faciunt quę ponit Alex. consil. 15. in j. volum. & Fel. in cap. significasti. colum. 3. de homicid. Quinimò dum suprà dixi, quòd omnes fortè possunt inquiri, tutius est intelligere Doctores, prout in tali casu video obseruari, quòd datur materia iudici ad inquirẽdum veritatem, vt deinde deueniatur ad iuris remedia, videlicet capturam, inquisitionem, & alia. Dixi suprà quòd

18 testis varius punitur de falso, sed † si variauit in tortura, requiritur perseuerantia, iuxta dicta Tindar. in charta prima. versic. dicebam cap. 3 & cap. sequenti, in fine. quia tunc confessio ratificata spontanea dicitur, iuxta notata in l. si quis ex aliena. §. Cels. de acquir. hæred. aliter autem non punitur de falso. Quid modò, si post perseuerantiam iterum variet, & di-

l. 5 de fals 23.

erat verum non esse quod dixit in tormentis, & quod ratificauit, prout fecit quidã notarius de Biumio, de quo, suprà in materia torturæ testium, feci mentionem. Hoc casu. quia plenè dicitur probatum contra testem, debet ei dari terminus ad se defendendum, & si ostendat ita esse, sicut nouissimè dixit, fortè iuuatur: quia falsitas non dicitur, quę iuuatur primordio veritatis. l. cum filius. §. hæres meus. vbi Bar. ff. de legat. 2. aliàs condemnatur, iuxta tradita per Bald. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. Objicitur etiam testi,
19 quod est infamis, † vel socius criminis, vel periurus, vel bannitus, & quòd erat detentus tempore examinis, vel ꝙ licet sit inhabilis, & in casu, in quo aliàs potuerit examinari, tamen non fuit tortus, de quibus omnibus vide infrà num. 51. & suprà in tit. de inquisitione. vbi etiam dixi, quòd non creditur testi, quando non fuit interrogatus super generalibus, & de socio criminis etiam latè dixi in titu. de indicijs & considerati ?. &c. versic. sequendo capita rubricæ. vbi etiam in specie posui, an mandatarius sit idoneus testis cõtra mandãtem, & ꝙ vtcunque sit, tortura requiritur quo ad crimine notatos. ibi etiam habes, an credatur testi dicenti se fuisse instigatum vel corruptũ ab aliquo, & de testibus inhabilibus, qui non debuerũt examinari iuxta materiam l. maritus. ff. de quæstionib. vide etiam ibi in versi. esset hic etiam quærendum. vbi & de infamibus, & domesticis, & minoribus, mulieribus, & inimicis, & de socio itineris ibi etiam vide ante dictum versicul. esset hic
20 etiam quærendum, An † autem maior possit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate, vide Felin. in cap. cùm nobis. col. 4 circa fin. de præscript. & in cap. audítis. in 3. col. & seq. de præscript. & est materia, vtrum inspiciatur tempus depositionis, an aliud, de qua Bart. & Doctores in l. j. §. si seruus. ff. de quæstionib. vbi. Hippo. colum. 4. & in l. j. §. idem Numio in fine. ff. de quæstio. vbi in specie de maiore, &c. Opponi etiam potest testi, quòd
21 † quicquid dixit, ab eo factum est promissa sibi impunitate, & est casus quotidianus, quia test is debet dicere syncere, & non spe alicuius emolumenti. ca. quoties. de testib. l. si quis. in fi. C. de testib. & l. j. §. j. & ibi glo. in fortioribus terminis in verbo, aduocationẽ. ff. de falsis. & probat text. in l. non omnes. §. fin. ff. de re milit. vbi textus loquitur in casu, in quo quis detegendo socium criminis consequitur veniam, & tamen vult vt id, quod dicit, probare debeat. Et, vt fructuosa sit hæc conclusio, dic eam procedere, vbi sumus in fallentijs à regula, ꝙ socius criminis non est idoneus testis. Cæterùm si simus in regula, res non habet dubitationem, loquor tamẽ vbi testis etiam seipsum accusat, & minus dubitationis habet, si seipsum obtulit, sicut in d. §. fin. & dicam paulò infrà de eo, qui se offert spontè. Iste enim, qui testificatur facta sibi promissione impunitatis, corruptus dicitur, & non creditur ei, vt dixi, & per Salicet. in l. si quis testibus. colum. penul. versi. quæro quintò. vbi ponit, quando prece corruptus fuit, & quãdo possit allegari illa corruptela, vide Salicet. vbi suprà, colum. fi. & Felin. in cap. licet causam. de probat. col. 4. & sequen. in nono notabili, & col. 17. & seq. versic. tertia conclusio. Item
22 † opponitur contra testem, ꝙ ex quo dixit falsum in vna re, dicitur falsus in omnibus, & sic nihil ei creditur, iuxta notata per Felin. in cap. fraternitatis, de hæret. col. vlt. versic. tertia conclusio. vbi ponit regulam & quatuor fallentias, & vltima est, quando dixit falsum in non attinentibus ad rem, vel super aliquo incidenti, putà, super generalibus, de qua fallentia latè dixi suprà in tit. de fals. quãdo testis dixit falsum super generalibus. Etiam op
23 ponitur, † ꝙ dictum testis nihil valet, quia notarius retulit se ad dictum alterius, dicendo, Deponit sicut dixit præcedens. Ias. in l. j. in fi. C. si aduer. lib. Benedictus cõsi. 114. Ias. in l. si pœnæ causa. §. si putem. ff. de condict. indeb. & vide infrà num. 84. Item opponitur contra testes,
24 ꝙ † loquuntur per vnum eundemq́; pręmeditatum sermonem. l. 3. § ideo. ff. de testibus. vbi Bart. dicit, ꝙ ideo facias, vt dictum eorum sit scriptum diuersis verbis, sed sit idem in effectu, de quo vide per Iasonem. in l. 2. C. de secundis tabul. Felin. in cap. ex tenore. in 2. col. in tertio notabili, de testib. & in cap. cùm causam. in 13. colum.

secolum.in versi. 2. limita. eod. tit. & in cap. cùm in tua. in secūda columna, de testib. & vide omnino Curtium in tractatu suo testium, in 14. conclusione, vbi limitat nō procedere in testibus bonæ famæ. & adsunt infinita consilia Alexan. & aliorum circa hoc, quæ consultò à me prætermit-
25 tuntur. Item opponitur, † quòd testis est nimium animosus, quia loquitur audacter ad omnem satisfactionem partis, & quòd ideo est suspectus. Socin. consil. 129. colum. 4. circa finem. Deci. cōsi. 100. charta penult. colum. 2. ad finem. Barbat. consi. 47. primo volum. colum. 12. Card. consi. 119. colum. j. vbi de teste præcipitanter respondente, & per Felin. in ca. cùm causam. col. 12. in fi. de testibus. vbi quando testis nimium citò respondet, vel nimium tardè, & per Alexan. in l. j. in princ. ff. de falsis. ad finem primæ apostillæ in versic. & adde. Item opponitur contra te-
26 stes, † quòd fuerunt examinati non à iudice, sed à notario, iuxta l. iudices. & Authent. apud eloquentissimum. C. de fide instrumen. & in effectu in criminalibus hæc est conclusio, vt iudex à seipso debeat examinare, non autem hoc alij committere, dicta Authent. apud eloquentissimum. hanc regulam ponit Felin. in cap. cùm causam. de testibus. colum. antepenult. & limitat varijs modis, & inter cæteros quando testes essent in alieno territorio: quia tunc scribuntur literę subsidiales ad hoc iudici illius territorij, & licet iudex causæ non examinet eo casu, tamē satis est, vt examen fiat per alium iudicē, qui etiam debet ponere vacillationes, trepidationes, & vultus qualitatem. Et circa hoc vltimum vide Felin. cap. quoniā contra. de probatio. charta penult. colum. 3. versicu. quintò quæro. & col. sequen. ad quem locum te reijcit. & Bal. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. & Bart. principaliter in l. de minore. §. plurimum. col. j. & sequen. ff. de quæst. vbi Hippol. amplè in suo repertorio de hac materia. & dicit Bald. in dicta Authent. quòd consuetudo sic obseruat. & ita Orian. in d. c. quoniam contra. in verbo, testium. colum. 3. nō sit tamen indistinctè commissio hæc iudici alterius territorij, sed habenti merum & mixtum imperium. Bald. in ca. j. de testibus cogend. & Felin. ibi. in quo tamen standum esset consuetudini. l. 3. §. finali. ff. de testibus. & per Bald. & Felin. in dicto ca. j. Si tamen ipse iudex essem, conarer pro viribus per literas subsidiales, vel ex authoritate Senatus, vbi essemus sub eodem Principe, vt testes ad me venirēt. Et ita monet Orian. vbi suprà, & hæc vbi testes sunt extra iurisdictionem. In iurisdictione verò ipse iudex debet examinare, nisi tamen esset multùm honorabilis, & testes non tenerentur, vel non possent venire, iuxta c. ij. de iudic. in 6. Sic est ex mente Doct. vt per Felin. in d. ca causam quæ. & Salice. in d. Authen. apud eloquētissimum. & Abb in d. ca. causam quæ. & per Ang. de Aret. in d. glo. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum. col. 2. & sic non ex causa simpliciter, vt in ciuilibus intra iurisdictionem fit commissio notario, vt volunt Doctores, vbi suprà, sed ex causa necessaria. & vide etiam de hac materia Iason. in l. ad egregias. in secunda columna in secunda limitatione. ff. de iureiur. & quid in causis matrimonialibus, vide Lap. alleg. 46. Et quid quando de crimine agitur ciuiliter, vide Felin. & Aret. in cap. 3. circa princip. de testibus. Bal. j. volum. consilio 196. & 4. volum. consil. 481. colum. 3. & penult. in fine. & Gemin. in dicto cap. 2.
27 Et † an notarius possit esse rogatus de mandato, quod sibi facit iudex vt recipiat testes, vide Felin. in ca. j. de testib. colum. antepenult. & sequēti. & vide omnino circa principale, an iudex possit committere examen testium. Felin. in ca. licet causam. colū. 3. de probationib. in quinto notab. vbi ponit an idem sit recipere testes, & examinare, & an cōmissa receptione intelligatur commissum examen, & an cōmisso examine super causa principali intelligatur etiā cōmissum super capitulis reprobatorijs testium. Ex prædictis vides quātum erretur ad officiū capitanei iustitię, apud quod fiūt cōmissiones quotidie notarijs ad examinādum testes, etiā intra iurisdictionem ciuitatis Mediolani, quantumcūque capitaneus habeat iurisdictionem in toto dominio, imò nec iudicibus deberet facere tales commissiones, intra iurisdictionem, secundum prædicta:

loquor circumscripta obseruantia & cõ-
28 suetudine. Item † opponitur contra te-
stes, quòd non fuerunt publicati, & ita quòd non probant. l. solam. C. de testib. Aretin. in cap. per tuas. de testibus. columna fin. vbi etiã quid si testes sint mortui. & dixi suprà in rubrica pręcedenti,
29 de publicatione processus. Item † quòd testes non fuerunt citati, sed seipsos obtulerunt. Salicet. in l. si quando. columna vltima. C. de testibus, & vbi testis non est omnino integer, si se prorsus offert, efficitur omnino non integer. Aretinus in l. qui testamento. §. quicunque. col. penul. ff de testamen. & quando testis seipsum obtulit, vide Felin. in cap. 2. de testibus. col. 7. & Aretin. in cap. veniens. *il secondo.* de testib. & ibi Felin. col. penult. Item q̃
30 † pars ipsos obtulit sine citatione iudicis. Salicet. in l. testium. col. fin. C. de testib. & in hac materia vide Felin. in ca. 2. de testib. col. 8. & seq. & ibi, an præsumatur citatus vel productus à parte. de quo etiam per Aret. in cap. j. de testib. & Feli. in cap. tuis. ad fi. de testibus. Et adde quę dicit Aretin. in cap. constitutis. *il primo.*
31 in tertio notab. de testib. Item † quòd pars testes introduxit, in quo vide Felin. in cap. prætereà. de testib. cogen. & Bal. in ca. fin in 3. colum. de appel. & dicam latius infrà in alia oppositione, num. 50.
32 Item † quòd testes sunt examinati ad æternam rei memoriam sine iusta causa, propter quam ita examinarentur: Doctores, maximè Salicet. in l. sed si quis. C. de testibus. vbi ponit quæ sint iustæ causæ. Alexand. 2. volum consil. 201. colum. penult. & fin. & in quibus casibus possit fieri hoc examen, tam ratione actoris, quàm rei, vide Felin. in cap. significauit. de testib. versic. prima conclusio. & versi. secunda conclusio. & de hac materia vide etiam per Aret. ibi, & in ca. Albericus. colum. 4. de testibus. in quibus locis habes quomodo debeat fieri citatio, & an citato authore fiat præiudicium successori singulari, ponit Aret in d. ca. significasti. colum. 6. & 8. & an quando fuit factum tale examen citato aduersario, & contumace, possit fieri oppositio contra personas testium, vide Feli. ibidem col. 2. vbi etiam ponit, an tales testes debuerint publicari, & an talis publicatio obsit, sicut in alia materia, vide Aretin. in cap. fraternitatis. de testib. col. 11. circa fi. & col. 7. circa fin. & seq. & in hoc dominio habemus decretum dans formam, quando testes examinandi sunt ad æternam rei memoriam.
33 Item opponitur, quòd † testes deposuerunt extra terminum. c. præsentium. §. testes. de testi. in 6. & per Aret. in c. quoniã contra. de probat. col. 8. & 10. & in c. fraternitatis. col. 14. de testib. Felin. in cap. licet causam. de probation. in 4. charta. col. j. & 2. vbi ponit, an sufficiat tęstes iurare in termino, de quo etiam ibi per Aretin. col. 11. & sequen. & per Aretin. & Feli. in ca. significauit. col. 4. de testib. in 4. nota-
34 bili. Item quòd † testes sunt examinati non citata parte. l. si quando. C. de testib. & cap. 2. de testib. quod procedit etiam si testes examinentur extraordinariè. Feli. in ca. significauit. col. 2. in vlt. not. & ibi Aretin. in tertio notab. de testib. & vbi citatio remittitur, debet tamẽ actus posteà intimari parti. Feli. in ca. dilecti. col. 2. circa finem, de iudicijs & vbi causa committitur omni iuris solemnitate omissa, debet tamen citari pars, nec posset omitti etiam per principem. Abb. 2. volu. consil. 46. & casus, in quibus requiritur, & in quibus non, vide per Felin & Aret. in d. ca. 2.
35 & valet statutum † vel cõsuetudo, vt in examine testium non citetur pars. Alex. consil. 65. col. penul. & fin. volum. j. & vnũ casum, in quo nõ requiritur, ponit Alex. consi. 130. volum. j. vbi est talis testis, cuius dicto debet necessario stari, alium ponit Felin. in ca. quoniam frequenter. vt lite non contest. nu. 7. & seq. vbi actor propter potentiam aduersarij non auderet eum conuenire, in quo vide etiam Felin. in d. c. 2. in 6. limit. an tamen tales testes faciant indicium, vide Feli. in ca. 2. Et ad declarationem dicti testis non requiritur citatio. Roman. consi. 482. col. fi. Quid si mandatur iudici, vt se instruat, an requiratur in assumenda informatione, vide Marian. in tract. de priuileg. rubrica de officiali dominorum, conclusione tertia. Et
36 adde, † quòd nõ solùm debet citari pars ad videndum iurare testes, sed etiã debet esse præsens pars producens. Signo. cõsi.
37 249. col. 2. Et † de citatione ad quoscũq; actus

actus singulis diebus & horis, quæ fit per iudices maleficiorum reis facto examine, uide Fel. in c. licet causam. colũ. 15. in fine, de probationibus. & in d. c. 2. Oppo
38 nitur etiam, † quòd testes non sunt rogati, iuxta textum in l. rogati. C. de testi. in quo uide Alex. in 3. uol. consi. 33. colũ. 2. & 4. in princ. & 6. & seq. Alex. in l. hac consultissima. in fine principij. C. de testamen. Et an testes super matrimonio deponentes debeãt esse rogati, uide Are
39 tin. notabiliter consi. 13. col. 4. & v. Itẽ † quòd testes non sunt contestes, sed singulares, atque ita non probant. l. qui sententiam C. de pœ. cum mille vulg. præsumuntur tamen contestes in dubio, vt per Ias. in l. 2. C. de se. tab. col. v. & de materia testium singularium vide Caccialup. Ias. & alios in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Doctores in c. licet causam. de proba. & an sint contestes, si deponant, quòd omnes viderunt per rimulam, vnus post alium, & sic de similibus quæstionibus, vide Aret. in c. præterea. de testi. colum. 2. & seq. & Bal. in l. testium. col. fi. C. de testibus. & Doctores in d. l. admonendi. & vide quę dicam infrà de testibus singularibus, nu. 70. Item opponitur, quòd non
40 deponunt † de loco & tempore, iuxta notata per gl. & Doctores in d. l. testium. & non attenditur varietas temporis, vbi tempus non est ex substantia. Imol. cõsi. 102. col. 2. & an & quando testis debeat deponere de loco vel tempore, vide Feli. in c. cùm causam. *el primo* extrà, de testib. & in c. ex tenore. eo. titu. & probat testis de tempore, si dicat sibi ita videri. Alex. v. uol. consi. 54. col. pen. & consi. 149. col. 2. vol j. & quid si vtatur verbo: forsitan. vide D. Anto. in consi. 45. col. 2. Angel. consil. 3. col. 2. & consi. 25. col. 3. Qualis probatio requiratur ad probandum tempus, vide Bal. 4. uol. consi. 181. & seq. & dicũt omnes, quòd tempus difficile retinetur in memoria, & ponit Salic. in d. l. testium. & Fel. in d. c. cùm causam. col. 13. de testibus. vbi se limitat, nisi sit dies insignis. & ideo Bal. in l. cùm te. C. de probationib. dicit, quòd tempus probatur per coniecturas, & an varietas in tempore reddat testimonia minus idonea, uide Alexand. consi. 73. colum. 2. in primo volumine. Et
41 † licet in inquisitione contineatur locus & tempus & testes super ea examinati dicant contenta in inquisitione esse vera, tamen non uidentur probare de loco & tempore, nisi expressè de eis verba faciant, Barto. l. j. ff. de aleatoribus. Et hoc in criminalibus, non in ciuilibus, ut per Alexand. consi. 100. col. 3. in fi. uol. j. & dixi suprà in materia inquisitionis. & ponit Fel. d. c. cùm causam. col. 12. de testi. vbi dicit, ꝙ si testis deponendo expressit locum & tempus, & interrogatus de causa scientiæ, illam reddidit sine loco & tẽpore, probat, quia repetere subintelligitur. ibi etiam habes, quòd magis tenetur deponere de loco quàm de tẽpore, quia hoc minus retinetur memoriæ, quàm il-
42 lud. Item opponitur, quòd † testes deponunt de auditu, iuxta gl. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. limita tamẽ, ut per Alexandrum consi. 87. in hac causa. in 2. volu. Item declara, quòd testis de auditu saltem facit indicium, quo trãsfertur onus probandi in aduersarium. Alex. consi. 77. in causa accusationis. in j. volu. Item declara, vt quando admittitur debeat dicere se audiuisse ante litem motã. Roma. singulari 860. est bonus tex. in c. licet ex quadam. de testibus. vbi Aretin. in tertio notab. Alex. in 2. vol. consi. 75. col. fi. Item declara, quòd licet admittatur, interdum tamen est debilis probatio, & ideo facilè prosternitur. Comen. cõs. 77. uide in hac materia Fel. in cap. tam literis. de testibus & Doctores in l. 2. ff. si cer. pet. uide Soc. consil. 295. colum. prima vbi dicit quòd testis de auditu & credulitate facit præsumptionem, iuxta id, quod dixi post consi. Alexã. 77. & an teneatur deponere a quibus audiuit, uide Aretin. con. 73. in ultima char. & in dicto cap. licet ex quadam. colum. 5. & consil. 103. col. 2. & Alex. consi. 82. uolumin. primo colum. 2. ubi ponit quando testes de auditu dicantur contestes, & de eo, qui dicit audiuisse tenui pariete aut cortina intermedia, uide Felin. in cap. præterea. colum. fin. de testib. Aretin. in c. cùm causam. uel prin. de testib. colum. penu. & fi. Et adde, quòd nunquam probat testis de auditu, nisi adijciat se ita credere. Bened. consi. 156. colum. 2. Corn. consi. 62. uol. j. col.

col.8. & seq. ubi an idem sit si deponunt
43 de fama. Item opponitur,† quòd deponũt de credulitate, in quo uide Alex. in l.2. §.idẽ Labeo.ff.de aqua plu.arc. Socin.not.consi.146. col.4. vbi dicit valere talem depositionem in materia, quæ sensu corporis percipi, & expressè cognosci non possit, & vide Cœpol. consil.32. col.6.& seq. Corn.j.vol.consi.162.col.3. plenè,& not.per Ias.in rubr.ff.de iureiu. & per Socin.consi.143. Item opponitur, quòd testis deponit per verbũ, videtur, vel iudicio suo,in quo uide not. Alexan. consi.74.col.2.& plenè consil.109.col.2. & seq. & pulchrius in vlt.char.d. consil. in j.vol.& in 2.consi.10.col. pen.& consi. 24.col.6.in fin.& seq.& consi. 166.col.v. Aret.consi.64.col.3. Item opponitur, q. dixerunt testes se pro certo credere. Alexan.4.uol.consi.80.& quid si dicat testis se illud credere, quod prius affirmauerat, an destruatur eius dictum, vide not. Aret.consi.44.col.fi. Et ad prædicta omnia, uidelicet quãdo testis deponit de auditu,de credulitate, de iudicio suo, & ut supra, vide Aret. & Fel.in c. quoties. de testib. Corn.j.uol.in d.consi.162.col.3.& ꝓbat testis de credulitate, ad defensionẽ Alex.consi.76.circa finem, & consi. 109. col.antepen.vol.j.Fel.in d.c.quoties.col.
44 pen. Et † non valet statutum,vt credatur testi tantùm de credulitate deponenti. Ale.in l.si non speciali.co.2.in prin.in fi. C.de testa. Et an testis de credulitate posset de falso puniri,vel alia pœna, uide Felin.in cap. proposuisti.col 4.in fi.de pro-
45 bation. Item opponitur, † quòd testis non bene concludit. c. in præsentia. de
46 probat.l.non hoc.C.vnde leg.& † ideo non attenditur dictum testis deponentis alium fuisse præsentem, quia non concludit eius scientiam,ut per Alex.in primo uolu.consi. v.col.penul.& 2.volumine consi. 178. colum. prima,& alibi sæpe.& per Felin.in c.cùm causam.*el primo.* de testi. col.8. uersi.2.declara. & in prælud. Decretal.col.6.& seq.& in cap.super eo.de testi. cog.col.2. aliter est, quando testis loquitur de sua præsentia, ut per Doctores vbi suprà, & per Aret.consil. 83.col.6. & licet non dicat testis se fuisse præsentem,nec vidisse, si tamẽ aliquid asserat fuisse factum, uel dictum, intelligitur tacitè eum fuisse præsentem,& oritur probatio per sensum corporis ipsius testis. Felin. in c. tertio loco.colum.2.de proba. & in d.ca. cùm causam.*el primo.* de testib.col.ix.uers.2.not.& uersi.3.no.vbi
47 limitat. Et † an testis probet, si dicat se uidisse ea quæ in gustu, vel auditu consistunt. Fel.in d. c. cùm causam.colũ.vj. & Aret.ibi col.7. & Fel. in c.pen.i v.notab. de probat. Et si testis dicat, quòd talis erat præsens,& ille neget, an sine cõtrarij, uide Alexand.consi.70.colum.7.consil.73.col.2.in primo uolumi.& in 3.cõs.
48 34.col.3. Item opponitur,quòd † testes dixerunt se vidisse, cum tamen esset de nocte,in quo uide Fel.not.in ca. sicut. de re iudi.col.4.circa fi.& seq.uersi.secunda declaratio.& in c.cum causam.*el primo.* de testib.colum.7.uersi.& propter. Item op-
49 ponitur,quòd † non est credendũ testi, quia iurauerat illud non reuelare, Salic. in l.nullum col.pen.C.de testi.Fel.in ca. Intimauit.de testib.col.3. Aret.in c.constitutis.*el primo.*col.fi.de testi. & Fel.in c. fi.de testib.cog.col.2. in princ.& iurat testis dictum suum non reuelare,donec publicabitur. Fel. in c fraternitatis. colum. penul.de testib.& Florian.i l.qui falsa.ff.
50 de testib. Opponitur etiã,† quòd fuit primò istructus a parte, de quo vide Fel. in c.prætereà. col. fi. de testib.cog. & ibi habes,quòd testis, qui fuit instructus ad ueritatem dicendam, data sibi schedula instruente ob hoc,alio non constito, subornatus non dicitur. Et quid si variaret circa ipsam schedulam, uide Fel.in ca.licet causam.char.5. col.fi.in fi. de proba. Orian.in c. quoniam contra. de probat. in uerbo, testium.colum.v. & Bal.in l.fi. colum.penul.C.si ex fal.instrumen.uide supra uersicu.item quòd pars. nume. 31. Etiam opponitur, quòd in præsentia partis primò dixit illud, quod erat dicturus in iudicio, uerùm hæc oppositio nõ obstat,vt per Fel.in c.fi. col.2. de testibus.
51 cogen. Item opponitur, quòd † testis est periurus,homicida, & infamis.cap.testimonium.de testib. Fel.in ca.ex parte. colum.2.notabili quintò extrà,de testi. Areti. & Felin.in c sicut nobis.de testib. Bartol.in l.testium.§.l. Iulia.& ibi Alex.
de

de testib.cap.quoniam contra.col.76.de probatio. Fel.c.2.col. pen.de except. Ias. in l.cunctos populos. in prima & secunda lectura.C.de sum.Trinit.& fide catholi. Barba.consi.3.col.j.uol.2.& dixi suprà in materia inquisitionis, & hoc eod.titu. nu.19. An Papa vel Imperator possint concedere,vt credatur periuro,uel crimine notato,uide Fel.in d.cap.testimoniũ. col.7. & sequenti. & an testis cui objicitur nota criminis,possit ipse assumere defensionem, & probare se falsò insimulatum fuisse,uide ibi,col.fi. Et adde, quòd cúm exceptio contra testes sit odiosa,lapso termino, excipiens non auditur etiã ex iusta causa,ut per Aret.in cap.penult.
52 de testib.colum.xj. Opponitur etiam,† quòd est inimicus,de quo dixi supra in materia inquisitionis,& non creditur testi inimico in aliquo crimine. Barto.in l. in quæstionibus.ff. ad legem Iul.maiest. tex.est in cap.per tuas. de simon.vbi Fel. & Feder.consi.252.circa fin.ubi loquitur in crimine hæresis. Et de hac materia,an & quando testis inimicus repellatur, uide Fel.in c.quoties.de testib.colum.2. & in cap.cũ super de offic.deleg. col.j.& ij. & in cap.cùm oporteat,colum.4.& seq. de accusa.& in cap.cùm I.& A.colum.4. de testi.& alibi sæpe per Doctores, & in repertorio Hippo.in l.j.§.prætereà.ff.de
53 quæst. Item opponitur,† quòd est socius criminis,& quòd ideo non probat.l.quoniam liberi.cum similib.C.de testibus,de quo etiam dixi in materia inquisitionis & torturæ. & vbi quis fatetur aliquid, quod prima fronte crimen est, tamen aliquo modo potest iure factum demonstrari,talis omnino non repellitur, sed ei diminuitur de fide Areti. in cap.cùm à nobis.de testib. colum 6.& ibi Feli.colum.
54 penul. Et adde, quòd † sicut repellitur socius criminis, ita etiam ille qui eodem morbo laborat, quo is, pro quo dicturus est testimonium.cap.persona. vbi Felin.ĩ prin.de testib.Addo etiam,quòd Mediolani habemus statutum in criminalibus dans modum qualiter post posteà super dicto socij criminis possit procedi,quod statutum non fuit factum iudicio meo, vt seruata illa forma omnis socius criminis admitteretur,& propterea semper video disputari,an simus in fallentijs,iũxta l.fi. C.de accusat. sed tantummodo ut nihil penitus operetur dictum socij criminis, nisi perseueret modo ibi tradito. Oppo
55 nitur etiam,quòd † testis tractat de cõmodo suo, & quasi in causa propria testificatur, & ad sui utilitatem, iuxta l. omnibus.cum ibi notatis.C.de testibus.vide Ias.in l.quoties.colum.fi. C.de iudic.Fel. in cap.insuper.de testibus. colum.penul. & fin. Et quid de ipsius causæ studioso,vide Ias.in l. ne in arbitris. C. de arbitr.in fine. Et quid de deponẽtibus contra vsurarium, affirmantibus se accepisse sub usuris,præsertim si dicant, quòd non intendunt consequi aliquod commodum, uide Feli.in cap.ueniens. *el primo*.colum. penul.& in cap.personas de testi. Et quid de habente similem causam, Aretin.distinguit consi.82.colum.3. & ponit Feli.
56 in cap. personas.de testi. Et quid † quoties iniuria est facta vni de agnatiõe,quo casu censetur alijs facta,an illi possint esse testes? Dic non posse, vt per Alexan. 2.uol.con.24.col 8. Et quòd socius itineris non sit testis idoneus,quando reuocauit ad animum iniuriam factam socio,dixi suprà in materia inquisitionis,& ponit Cœpol.consil.22. colum. 4. & Salicet.& Bald.in l. quoniam liberi.C. de testibus. & uide Dec.consi.100.colum. penul.uer sicu.postremo. & uide omnino Aretin.in dicto cap.insuper.colum.6.& sequent.& Aretin.in cap.cùm à nobis.eodem titul. colum.pen.in fin.& sequent.& in dicta l. omnibus.& in locis suprà allegatis reperies quid iuris sit,quo ad aduocatũ,causidicum, solicitatorem, iudicem uel arbitrum, relatorem, & instructorem,quando etiam desierunt esse tales. Item quid de proxeneta, & negotiorum gestoribus, & famulis, de quibus omnibus etiam aliquid dicam infrà, hoc eodem titul. & quomodo quis dicatur percipere commodum, vide in dictis locis, & si uis, vt credatur iis, de quorum commodo tractatur, uide Bartol.in l. deferre. ff. de iure fisci. & Felinus in capitulo personas. extrà, de testibus.
57 & nota † quòd quamuis non credatur testi,qui tractat de se exonerãdo, tamen hoc non procedit quo ad illos, qui dicerent

uerent se portasse aliquod vinum, vel frumenta sibi data à me, quando soliti essent viuere ex hac arte portitoris, siue baiuli, vt per Pract. Papiens. in forma oppositionis contra testes post publicationem, in glo. in facto eorum col. vlt. versic. deinde quæro. & hanc decisionem Docto. collegij nostri semper in ore habent. Et † an
58 credatur proxenetæ siue testi, qui deponat iudicem corrupisse, & ad eum pecunias detulisse, videtur nullam esse fidem adhibendam, quia proxeneta, vt apparet in locis supra allegatis, & quia tractat de se exonerando, & quia est socius criminis, & maximè † quia probationes con
59 tra officialem debent esse euidentes. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. colū. v. in 10. quæst. ff. de offic. proconsulis & leg. & ratio est, quia præsumitur pro iudice, ut per Bal. ibi. & ideo non mirum, si requiritur probatio euidens. l. fin. & ibi notatur. ff. quod met. causa. & Bar. in l. sciendum. col. pen. ff. de verb. obligat. Sequitur Paris de Put. in tractatu suo, char. 80. col. 2. circa fin. Aliud dicerem, si fugeret officialis, & ita intelligo Angelum in tractā. suo paruo syndicatus, quia sic loquitur id, quod allegat, & ita per Ias. in l. admonendi. char. 18. col. 2. ff. de iureiurand. & vide no. Homod circa hoc in tractatu suo, char. 12. col. 2. versi. negata. & colū. seq. ad quem te reijcio. Sis tamē memor hæc delicta, quæ corrumpendo iudicem committuntur, occultè fieri, hinc est, ꝙ conceditur venia alicui, qui ea in lucem proferat. Bar. not. in l. qui ea mente col. vlt. versi. vlt. ff. de furtis. de hoc tamen vide Dec. consi. 189. & tex. in cap. sicut nobis. de testib. in fi. & quo ad quęstionem, an credatur illi, qui dixit pecunias ad iudicem detulisse, non recedas ab opinione Homodei, vbi suprà. Item opponi
60 potest, † quòd testis est ex vniuersitate. in hoc vide Fel. in c. tertio loco. colū. 2. de probat. & in repertorio Hippol. l. j. §. seruus municipum. ff. de quæstionibus. & Fel. in c. insuper. maximè col. 4. de testib. & Curt. in tract. suo testium, in tertia conclusione. Ias. in l. patrē adoptiuū. col. pe. & ult. ff. de in ius voc. & quia hoc genus probationis sæpe discutitur in ꝓcessibus turbatæ possessionis, quando cōmunitates inuicem litigant super possessione montium, vel vicanalium, quia dicunt habere ius pasculandi, & esse in possessione, Ideo dixi suprà aliqua notāda de hac probatione in tit. de plur. uiolen. loquendo de crimine turbatæ possessionis. Et Mediolani habemus statutum an credatur testi de vniuersitate, quod quamuis sit positum in vol. statutorum ciuilium, tamen potest allegari ad causas criminales. Bart. in l. inter accusatorem. col. 2. versi. quæro vtrum. ff. de publ. iud. & Aretin. cōsilio. 109. Item opponitur,
61 † quòd testes sunt parentes, vel liberi, iuxta l. parentes. C. de testib. & vide quando pater testificatur pro filio, vel ecōtra, Florian. in l. testis idoneus. ff. de testibus. Et adde, quòd qui leuauit aliquem è sacro fonte, testis est idoneus pro leuato. Floria. vbi suprà, Bal. & Salic. in d. l. parētes. vbi vide de multis alijs, & vbi est par causa studij & propensæ uoluntatis, parētes & affines sunt idonei testes. Florian. vbi suprà, & Aret. in cap. super eo. *el secondo*. col. pen. de testibus. & vide Florian. vbi suprà, an pater possit esse testis pro filio emancipato, & quid in filio spurio pro patre, & an priuignus pro vitrico, vide Bald. v. uolu. consi. 352. in fi. & quidem in compatre, socero, & nuru. Fel. in c. in literis. ad finem, de testib. Ang. consil. 228. vbi etiam quid in viro pro vxore, & de genero vide Anch. consi. 63. col. 3. Et ad
62 de, quòd affinitas † transuersales nō repellit, sed diminuit de fide eorum. Ange. consi. 194. col. 2. & seq. vbi etiam quid si interrogatus neget se affinem, & adde, quòd affinis non repellitur in causa ciuili etiam descendente ex crimine, dummodo sit tale, quod non inferat iniuriā testi producto. Alex. in 2. volu. consi. 110. ante fin. An etiam frater pro fratre possit esse testis, vide Areti. in d. c. super eo. *el secondo*. de testib. colū. penul. & quando est rogatus à partibus, uel à testatore. Alex. consi. 70. col. 2. vol. j. Cœpol. consi. 21. col. 4. & vide regulam & fallentias de fratre pro alio fratre deponente, per Fel. in d. c. in literis. de testibu. col. vlt. Et adde quòd vbi consanguineus uel alius nō integer se offert, omnino repellitur. Aretin. in c. ueniens. *el secondo*. de testib. col. fi. & in

& in c.cùm in tua. col.2. eod. Item adde quoad qualitatem repellentem ipsum testem, satis esse, si testis eam fateatur. Bar. in l.decem. ff. de uerbo.oblig. & Salic.in Auth. si dicatur.in fi. C. de testib.qui disputat, & tandem dicit hanc esse commu nem practicam. vt interrogentur testes, si sint amici vel inimici, si coniuncti, diuites uel pauperes. & ponit Felin.in c.cùm causam.circa fin.de testib.ubi tamen di-
63 cit, † quòd non tenentur respondere interrogationi, per quam sua turpitudo detegatur, putà, an infames sint, uel excõmunicati, de quo per Alexãdrum & Ias. in l.si duo patroni.§. idem Iulianus. col. fi.ff. de iureiur. & vide tex. principalem in materia in c.inquisitionis.§. tertiæ dubitationis. de accusat.ubi quærit textus,
64 an credatur † testi dicenti se inimicum eius contra quem producitur, & dicit credendum esse nisi dicat in fraudem. & ultra alios Doctores ibi uide Marian. qui considerat tres casus, primus est, quando ante iuramentum illud dicit, & tunc iudex debet eum repellere, nisi in fraudem id asserat, ubi tamen concludat de capitali inimicitia, in quo vltimo aliter ibi tenet Aret. Secundus, quando post iuramẽtum, & tunc non creditur, siue in fraudẽ, siue nõ, quia si verum dicit, est inimicus, si falsum, periurus. Tertius casus est, quãdo post depositionem illud asserit, putà super generalibus vel aliter, & tunc aut incontinenti id facit, & creditur, aut ex interuallo, & non creditur, sed statur primo dicto, quòd perpetuò not. Et an re-
65 quiratur † oppositio partis ad hoc, ut repellatur, vide Aret.in l. qui testamẽto. §.quæcunque.col.3.versi.v.ff.de testam. & quando non interrogatur, sed vltrò dicit se infamem vel inimicum, vide Ias.in d.§.idem Iulianus. col.fi.vbi tenet nihil valere. Et de materia principali, an frater pro fratre possit esse testis, vide regulam & fallentias, quas ponit Ias.in repet.l.admonendi.ff. de iureiu. char. 18.in 3.& 4. col.& uide ad hæc latè & notabiliter Fel. in c.cùm oporteat, de accus.col.2.& seq. & in c.literis.col.2.& sequẽ.de præsumption. & suppletur dictum talis per aliũ integrum, vt in dictis locis. Ad defensionem tamen admittuntur prædicti etiam fratres. Aret. in c.de cętero.col.pen.versus fi.de testib.& ibi Fel.col.pen.in d.ca. literis.col.4.Alex.consi.v.col.3.& consi. 93.col.3.in fi.uol.j.& consi.24.col.14.in 2.& consi.110. ante fin.in 2.& alibi sæpe per Doctores. vide tamen Cœpol.col.4. in cons.21.vbi dicit, quòd diminuitur eis de fide. & vide quæ dicam infrà hoc eo.
66 tit.nu.109. & seq. Et quia sunt † multæ personæ, quæ inuitæ non coguntur dicere testimonium, iuxta l. lege Iul.ff.de testib. De hoc vide Doctores, maximè Sali. in d.l.parentes. in repertorio Hippo.in l. diuus.col.3.ff.de quæstio.& in l.de minore.§.tormenta.ff.eod.col.fi.& Fel.in c.j. col.2.de testi. cogen. & quando dicatur testis deponere inuitus, vide Salic.in d.l. parentes.& Fel. in c.dilectorum.circa medium, de testi.cogẽdis. Et si non cogitur
67 inuitus deponere contra alium, † multo minus cogetur cõtra seipsum. Bald.cõsi. 227.vol.v. in subsidium tamen coguntur in casu d.l.lege Iulia.vt per Aret.consil. 141.col.12. Ias.in d.l.cũctos populos. in repet.Paduana, col.fi. & per Bal.Nouel.ĩ trac.de dote, in 9. parte, speciali 11. Et
68 † vtrum præsumãtur inuiti deposuisse, an volentes, vide Bar.in Authen.præsbyteros.in fi.C.de epis.& cleri. contra quẽ tenet Florian.d.l.lege Iulia. & vide Feli. in c.dilectorum.circa medium, de testib. cog.& in cap.j.& 2. col.3.de testib. Item
69 opponitur testi, † quòd est subditus, de quo vide Salic.in l.eos testes. C. de testi. Mart.in tract.de princi.tit.j.conclu.300. vbi dicit, quòd ex consuetudine potest esse testis pro domino, vide Felin.omnino in c.accedens. *el primo.* vt lite non cõte.col.3 & Aret.col.3.& Fel.col.2.in cap. in literis.de testib.vbi distinguunt, & de hoc dicam infrà latius nu.99. Potest etiã
70 opponi, † quòd est vnicus testis, quia vox vnius vox nullius.l. iusiurandi.C.de testib. vide tamen multas fallentias per Fel.in c.veniens. *el primo.* de testib.col.pe. & fi.& in c.licet vniuersis.in fi.de testib. & Papa non posset concedere, vt vnico crederetur. Fel in c. constitutus. colum. 8. de rescript. Tamen contrarium tenet Fel.in d.c.veniens.circa fi.& Aret.& Fel. in c.cùm à nobis.de testi.& vide omnino Aret.in cap. nuper.colũ.2. de testi.& ibi

Fel.&

Fel.& Soc.in consi.266. col.2. Partes tamen possunt conuenire, vt vni credatur. Areti.in c. proposuisti.de probat. col.3. & seq.& c. quoniam contra.col.v.de probat.& in c.nuper eod.ti.& Soc.vbi suprà, colū.12. & quando tractatur de periculo animæ,an vni credatur, vide Imol.cons. 91.col.3.& quando nulli fit principaliter præiudicium, sed commodū alicui, vt in probando clericatu, vide Iason. in l. rescripta.col.3.in prin.C.de preci.Imp.offer. Et an credatur soli pœnitentiario in ijs,quæ spectant officio, vide Cald.in tit. de testib.consi.2.Et adde quòd statutum potest disponere, vt stetur extraiudiciali informationi testium. Romā. cons.20. & Fel.c.2.in 5.col.de proba. Scias tamē,
71 quòd † si vnicus testis deponat de facto proprio, non interueniente sua ipsius vtilitate,facit plenam probationem. Ita Deci.post Paul.de Ca. consi.56.col.2. & idē vult etiā Sali.vt per Alex.l.2.§.si absens. col.3. ff. si ex noxa. cau. agat. vbi tamen Alexā.tenet oppositum.& dicit Ias.in lectura l.admonendi.nu.94.& seq.de iureiur. quòd Doctores allegati per Alexan. vbi suprà, contra hanc opinionē Castrē. non loquuntur in indiuiduo.& quòd solus Alex.reprehendit Paul.de Ca.dicit tamen,quòd ipse nunquam voluit consulere pro opinione Castren. contra quā mouetur aliquibus rationibus. Ego pariter teneo contra Castrē. per decisionē Bal. in l.seruos. C.de testib.qui vult allegādo iura, super quibus est fundata hæc opinio,vt talis testis faciat indicium ad torturam, & non efficacem probationem, & quòd nullus est testis, qui sufficiat ad condemnationem.& hanc decisionem refert & sequitur Fel. in c.cùm dilecti.col. pen. de accus. & Brun.in tracta.torturæ, char.2.col.j.& 2. & ideo Dec.consi.83.in causa accusationis.col.v.dicit quòd talis testis est maioris fidei, quàm si de facto proprio non deponeret, & ita ostendunt iura Bal. in d.l.seruos. vide etiam de hoc articulo Ias.in l.cùm filius.in prin.colū. pen.& ult.de uerbo. obli.vbi limitat. Nō
72 omitto etiam quòd vnicus † testis probat reum fecisse ad sui defensionem, quando probatio accusatoris non est contraria, sed simul se habere potest, & ideo solus etiam probat vulneratum decessisse ex malo regimine. Anch. consi.185.col.fin. & dixi suprà in tit.de defensio. reorum, & defensio. impugna. nu.3. & nu.10.Itē
73 opponitur, quòd † testes non reddunt causam eorum quæ dixerunt, quia ratio testis est illa, quæ ampliat vel restringit dictum suum. Alex.2.uol. consi.20. colū. pen.& consi.24.col.10. & consi.84.colū. fi.& quinto vol. consi.120. col. 3. Bal.4. vol.consi.218.in prin. Soc.consil.42.col. fi. Et adde, quòd licet testis non teneatur reddere rationem dicti sui,nisi interrogatus, tamen plus creditur testi rationem reddenti, quàm si illam nō assignet. Bal.in l. presbyteri. col.fi.C.de episcop. & cleric.Alexand. in 2.uol.consi.56.col. 5.circa fi.& consi.147. circa primā colūnam. Fel.in c.cùm causam.col.2.extrà eodem & multa ad rem in hac materia vide per Bald.in d.l.præsbyteri. Et quid si testis interrogatus de causa, vel de alia re recusat respondere, an probet, uide Geminian.in c.2.in princ.de testib.in 6.col. pen. Item quid si respondet se nescire,putà,interrogatus,qd sit possessio vel aspectus,vide Bar. i l.de ætate. ff.de minorib. col.8.Fel.in c.cùm in col.2.de testib. Alexan.in l. stipulatio.§. hoc quoque.ff. de uerbo.oblig. Alexan.cons.136.col.10.circa fi.consi.141. col.8. in fi.vol.j & 2. vol. consi.45.col.pen.& 4. vol.consi.125.col. 2.Fel.in cap. cùm contingat. de rescript. col.4.uersi. tertia conclusio. Alex.5.vol. consi.150.col.6.& consil.159. circa finē. Item adde,quòd quando iudex procedit super inquisitione, debet interrogare testem de causa scientiæ, aliàs dictum eius non probat. Bal.3.uol.consi.77.versus fi. Item adde, quòd ad defensionē valet dictum testis,etiam si nō interrogatus nullam assignet rationem, uel assignet verisimilem,Bal 3. vol.consi.287. post principium.& not.Corn.j.vol.consi.162.col.2. & seq. Salic.in l.testium.col.7.in fi. C.de testib & in l. solam.col.fi. C.de testibus. Corn.j uol.consi.204.colum.3. Et adde etiam,quòd ex regula,testis non tenetur reddere rationem dicti sui,nisi sit interrogatus, vt per Felin. qui ponit regulam & fallētias in c.cùm causam. extra de testi. col.j. & 2.ubi etiam declarat, quando dicatur

catur testis esse interrogatus de ratione, & quando dicatur eam dedisse. Et quid iuris sit, si testis interrogatus eam nõ red dat. Et quid si iudex omittat iterrogare, maximè quando pars dedit sua interrogatoria, & ibi etiam vide Aret. colũ 4. & Fel. in c. per tuas. eodem tit. col. 2. & seq. vbi etiã Aret. col. v. & vide omnino Ias. in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de transact. vbi plenè, & Oriã. in c. quoniam contra. de probat. in verbo, testium. colũ. 3. q. 13. & de teste, qui interrogatus non reddit rationem dicti sui, uide Bal. 4. vol. consil. 228. circa princ. & vide Bal. 4. vol. consil. 181. quando deponit circa ea, quæ in intellectu consistunt, vide etiam Alex. in 2. volumi. consi. 147. colum. 2. & Fel. in d. c. cùm causam. & Bal. not. in 4. uolu. consi. 164. circa fi. Soc. consi. 143. colũ. 2. & vide etiam in hac materia Alexandrum cons. 136. col 6. ubi dicit, quòd testis non probat asserens rem esse feudalem, nisi reddat rationem etiam non interrogatus, & vide etiam Alex in 3. uol. consi. 2. colũ. 2. & v. vol. consi. 28. col. 6. Et quando depo nit circa ea, quæ sunt iuris, quo casu videtur assumere officiũ iudicis, vide Bart. in l. j. C. de usur. & ibi Salic. columη. 3. & seq. & Cœpol. consi. 32. col. 6. Corn. j. vo lumi. consi. 204. col. 3. Et quando quid cõ sistit in intellectu, sed facilè percipi põt, valet dictum testis etiam sine ratione, ut per Soc. consi. 143. col 3. versus finem. & consi. 171. colum. 2. & uide etiam Bald. 5. uol. consi. 20. colũ. fi. Et quando deponit testis de ijs, quæ in intellectu cõsistunt, & in iure, uide Aret. consi 38. colum. penul. Fel. in dicto cap. cùm causam. *el primo*. col. 3. Bald. consi. 323. circa fi. & consi. 45. volumi. 4. Soc. consi. 42. col. 2. & consil. 143. col. 2. Et qualiter intelligitur depositio testis dicentis quem promisisse, & quid si dicat, tali præsente & acceptãte, an probetur stipulatio, vide not. Anch. tenentẽ non probari, consi. 332. col. pen. Alexan. in l. sciendum. ff. de uerbo. obli. colum. 4. Fel. in cap. sicut. de re iud colum. fina. & egregiè Socin. consilio 253. colum. 3. circa fin. & sequent. Et quando testis vult probare stipulationem, quam rationem debeat assignare, uide Alexand. 2. uolu. consilio 10. columna antepenultima. Fel. in cap. cùm contingat. de rescript. columna quarta. Socin. consi. 253. colum. quarta.

74 Et quando † testis deponit super iurisdictione, vide Bald. consilio 286. colũna secunda. circa fin. Corn. j. uolumi. con silio 222. colum. 3. & dicit Bald. in dicto consilio 20. uolumi. v. quòd testis, qui habet scientiam iuris & facti, probat etiam

75 ea, quæ iuris sunt. Et † adde etiam, quòd in dubio verba testis sunt referẽda ad factum, & non ad ius, ut not. Socin. consil. 146. columna prima. Et quando ratio testis est eadem cum dicto, quòd non valeat, tenet Bartol. in l. fi. ff. de offic. Cæs. Bald. in l. non omnium. C. de legib. & cõsilio 136. colum. 7. & Soci. d. consilio 42.

76 colum. 2. Et † quando testis dicit; Vidi mutuari Titio pecuniam, si non recordatur quanta fuerit, an probet, uide Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiurand. charta penult. uersicu. quæro quid si testis deficiat, & not. Felin. in cap. cùm clamor. de testib. post princip. & pendet ab intellectu gloss. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. quando testis nõ perfectè scit factum, & aliquando dixi suprà & uide repetentes in d. l. admonendi. maximè

77 Caccialup. Et † ad probandum tenorẽ sententiæ, debet testis dicere, quòd audiuit illam legi, & publicari. Alexand. in 3. volum. consilio 70. colum. quar. Aret. in ca. Albericus de testib. colum. j. Et an sit bona ratio testis loquentis de instrumẽto, si dicat, Scio, quia illud legi, uide Fel. in prælud. Decret. colum. 6 & sequen. & ibi etiã, an sit bona ratio, Scio, quia præsens eram. Et ad probandum quem furiosum an sit reddenda ratio, uide Alex. 2. uolu. consilio 84 colum. 8. & sequen. Alexã. in l. furiosum. circa fin. C. qui test. fac. non pos. Socin. Fel. ubi suprà & alios.

78 Et † si testis dicat quem possedisse, sciẽte aduersario, debet reddere rationem etiam non interrogatus. Bald. in rubr. de contro. inuest. colum penult. pariter si dicat quẽ possedisse nomine alterius, Corn. j. uolumi. consilio 62. colum. fi. & eodem modo si dicat quid factum sine licentia alterius, Corn. j. uolumine consilio 89. columna penultima. Et pariter etiam si dicat quẽ fecisse aliquid nomine alteri⁹, Corn. j. uolumi. consi. 179. col. 2. in fi. Et in pro-

in probanda negligentia & diligentia, necessarium est, ut reddatur ratio, Aret. consi. 38. col. fi. Aret. in d. c. cùm causam. colum. 6. Alexan. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Fal. col. pen. Bal. v. vol. cōsi. 98. Corn. j. vol. consi. 186. col. 2. Sed aduerte, quòd licet simus in casu, in quo testis teneatur reddere rationem etiam nō interogatus, tamen hoc non procedet, si ita deponat, vt verisimile sit, quod per eum dicitur facilè sibi cognitum esse. Ita not. Fel. in ca. tertio loco. colum. 2. de probat. & ibi Aretin. col. 2. & Felin. in d. c. cùm causam. colūm. 4. & ibi Aret. colū. 6. & not. Corn. j. uol. consi. 162. col. 2. & consi. 204. colum. 3. Et an sit bona ratio, Scio, quia vicinus. vide latè Fel. in c. literis. de præsumptio. Alex. in l. j. in princ. col. 11. & sequē. ff. si cer. pet. ubi multa scribit de ratione te-
79 stium. Et † adde satis esse, vt ratio testis concludat à verisimili, vel à communiter accidentibus. Soc. consi. 86. col. 4. Et de teste deponente super dominio, vide Corn. j. vol. consi. 110. colū. 2. & Paul. de Ca. in l. solùm. circa fi. C. de testi. Et quid de eo, qui deponit super præscriptione, vide Alexan. in d. consi. 136. col. 9. & Doctores, vbi suprà. Et quid de teste, qui vult deponere de simulatione cōtractus, uel quòd quis fideiusserit, vide Alexand. v. vol. consi. 28. col. v. in fi. & seq. Et quid de teste deponente contra instrumentū, vide Felin. in d. c. 3. loco. col. 3. in fi & ibi Aret. col. 3. & in d. c. cùm causam. col. 7. Item adde, quòd aliquando testis tenetur reddere rationem rationis. Bal. v. uolumi. consi. 69. col. 2. Adde etiam quòd si testis deponat de fama sufficit ratio, quia vicinus. Aret. cons. 103. col. 8. Item adde, quòd si res potest percipi per duplicem sensum, testis tenetur reddere rationem etiam non interrogatus, vt sciat iudex de quo sensu deponat. Aret. i c. licet ex qua-
80 dam. extrà, eo. tit. col. 4. in 10. no. Quid. † si testis deponat aliquem commisisse homicidium ad sui defensionem, & reddat rationem, quia vidit, an probet? Bartol. dicit probare, consil. 110. Idem tenet Cor. j. uol, consi. 204. col. 3. Potest etiam
81 opponi, quòd testis † fuit examinatus à iudice incompetente. Paul. de Cas. consi. 50. col. 4 & consil. 74. colū. 4. Item quòd non iurauit. l. iusiurandi. C. de testi. quod limita vt per Barto. in l. admonendi. ff. de iureiur. in pen. char. versi. quid si reperiūtur. Et casus, in quibus creditur testi nō iurato, vide per Felin. in c. tuis. extrà, eo. tit. de testib. colum. 2. & ibi an tacitè possit remitti iuramentum testium, & vide etiam Aret. col. 2. Et an requiratur consensus iudicis, uide ibi, & per Areti. in c. nuper. eod. tit. de testi. col. j. in fi. & sequē. Item vide an sit de substantia iuramentū, per Fel. in d. c. tuis. in 3. not. & Areti. in d.
82 c. nuper Et † an ille, cui est remissa omnis solemnitas iuris, possit credere testi non iurato, vide Imol. Roman. & Bart. i l. filiusfamiliàs. ff de donat. Fel. in c. dilecti. de iud. col. fi. Anch. in clemē. sæpe de verbo. sign. col. pen. Fel. i c. j. de constitu. col. 20. & seq. Aret. in c. 2. de testi. col. 3. post medium Fel. in d. c. & Aret. in d. c. nuper. Roman. consi. 20 Et vide etiam, an iuramentum possit remitti per partes, Felin. in c. cùm dilecti. de rescript. colū. 12. post medium. & ibi col. 9. dicit, quòd si depositio præcederet iuramentum, non ualeret. Et an Papa vel Imperator possit concedere vt credatur testi non iurato, vide Fel. qui tenet non posse, in c. constitutis. de rescript. col. 8. post medium. Et an personis summæ dignitatis credatur sine iuramento, ut sunt cardinales, uide Alex. in 2. uol. consi. 178. circa tertiā. col.
83 Fel. in d. c. tuis. in j. notabili. Et adde, † quòd testis debet iurare super Euangelijs, & tangere manu, non pede, nec cubito, & iurare per seipsum, non alium, & si iuraret nuda voce sine tactu, dictū esset nullum. Fel. in c. fraternitatis. col. pen. de testib. Et an possit iurare super reliquijs sanctorum, uel super anima, non tangendo scripturas, uide latè Aret. in d. c. tuis. col. 6. & sequen. & ibi Fel. col. 3. & Aret. in d. ca. nuper. col. 2. vbi subdit quòd est speciale in episcopo, ut non teneatur tāgere scripturam, quando iurat, & vide Abb. 2. uol. consi. 68. circa princ. quando quis iurat nuda voce sine tactu. Et si testis primò dicit, posteà iurat, non ualet depositio, ut per Fel. in ca. fraternitatis. col. j. & ibi Aretin. col. 2. & in c. de testib. extrà de testib. col. v. & ibi Fel. col. 3. Ias. in repetitione l. admonendi. char. 24 de

iureiuran. Et si iudex examinauit testem sine iuramento, cùm esset requisitus, vt ei iuramentum deferret, qualiter succurratur producenti, vide Aretin. in dicto cap. tuis. col. 7. in fine, & ibi Felin. colum. fi. Et
84 si in † actis dicatur talis testis iuratus, an præsumatur eum solemniter iurasse, vide Felin. in dicto ca. fraternitatis. colum. fin. Alexan. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. col. 17. circa principium. Aretin. latè in dicto c. tuis. col. 3. & sequentib. vbi etiã Felin. colum. penult. Florian. in l. lege Iulia. ff. de pactis. Aretin. in d. c. nuper. col. 2. de testib. extrà. Et an testis possit iurare per procuratorem, vide Aretin. in cap. licet ex quadam. colum. 3. in fi. & sequen. in 8. notabili, & ibidem latius Felin. col. j. & 2. de testibus. An testis possit dare depositionem suam in scriptis, vide Aretin. in dicto cap. de testibus. extra eod. col 6. & ibi Felin. colum. penul. vbi limitat. Et
85 † an testis, qui in alia causa deponit super eodem articulo possit dicere, Depono prout aliàs dixi, vide Aretin in c. cùm in tua. extrà eod. col. 3. & sequen. & ibi Felin. col. j. & 2. vbi limitat. Alexand. consil. 153. col. 6. & 2. volum. consi. 56. colum. 3. Paul. consi. 207. col. j. & 2. Corn. j. volum. consil. 56. colum. 2. post princip. & 3. post
86 medium. & col. fi. An † autem ille, qui iterum examinatur, debeat denuo iurare, vide Aretin. in dicto ca. fraternitatis. col. 2. Felin. in dicto ca. per tuas. circa fin. vbi distinguit. Angel. in §. quia verò in Auth. de testib. col. 7. circa medium. Felin. in c. præsentata. col 2. de testib. & in c. præterea. de testib. cogen. col. j in fin. & seq. Et an testis simpliciter iurando intelligatur iurare, quo ad articulos productos tantùm, an etiam quo ad vniuersam causam, vide Felin. in d. c. de testibus. eod. titu. de testib. col. 3. & fin & Aret. in ca. per tuas. in 2. notab. de testib. & vide omnino Hippol. in l. de minore. §. plurimũ. ff. de quæst.
87 An † testis possit deponere per procuratorem vel scripturam, & an valeat dictum testis se referentis ad aliam suam depositionem, vide Salic. in d l. iusiurandi. versi. sed iuxta hoc. circa fin. Cœpol. cautela 251. qui allegat Ang. in l. legata inutiliter. ff. de lega j. Facit quod not. Alex. consil. 45. col. 4. circa fin. & vide ad hæc Socin. consi. 149. col. penul. Quid si testis dicat Depono quo ad omnia, quemadmodum fecit talis, vide Feli. in ca. cùm in tua. col. 2. extrà eod. vbi etiam habes, quid si notarius scripto extensè dicto vnius testis, subdat posteà, Talis dixit vt primus, de quo suprà dixi versi. etiam opponitur, ꝙ dictum nu. 23. Nec valerent depositiones plurium testium, qui simul & semel exa-
88 minarentur, sed † debet quilibet examinari seorsum ab alijs Aret. in 3. not. & Felin. circa fin. in cap. venerabili. de testib.
89 Et † si testis deposuit falsum nõ iuratus, qualiter puniatur, vide Bal. & Salic. circa fi. in d. l. iusiurandi. Aretin. in c. tuis. col. 5. extrà eod. Felin. in c. de testibus. de testib. col. penul. Orian. in ca. quoniam contra. de probat. in verbo, testiũ. col. 16 & Felin. in c. j de præsump. & Ias. in l. qui per salutem. col. 2. ff. de iureiuran. & dixi suprà in
90 tit. de falsis. Opponitur etiam, † ꝙ testes deponunt super negatiua, & ꝙ magis creditur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, per gl. in l. die proferre. § si plures. ff. de arbitr. quæ glo. quomodo intelligatur, dixi abundè suprà de defensionibus reor. &c. vers. vidimus quomodo. Opponitur quoque, ꝙ testes deponunt mœram negatiuam non coarctatam loco & tempore, & ideo non solùm non probant, quia talis negatiua probari non potest, verùm etiam puniuntur de falso. In qua materia vide vbi suprà in dicto versi. vidimus quomodo. & ibi latè dixi de materia testium deponentium super negatiua, maximè in hac materia criminali. Itẽ opponitur, ꝙ testes non sufficiunt ad cõdemnandum: quia in criminalibus probationes ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de prob. Circa quam materiam vide quæ latissimè dixi suprà sub rub. de conuinct. & de hæret. & de crimine læsæ maiestat. vide etiam quæ probationes sufficiant ad assassinamentum suprà tit. de mandato ad homicidium. Item opponitur, ꝙ confessio, quam fecit reus, non est efficax, quia metu torturæ illatæ, vel inferendæ, vel errore facta est, vt latissimè suprà dixi sub rub. de confessis. Item opponitur, ꝙ lai-
91 cus † non est idoneus testis contra clericum propter generalem inimicitiam, quę

inter eos intercedit, iuxta c. laicus. 2. q. 7. Ita Abb. in c. de cætero. de testib. vbi vide, an tamen faciat indicium. Alex. in l. maritus. ff. de quæst. dicit facere, & sentit ad torturam, & Abb. in d. c. hoc expressè tenet: & licet Aretin. impugnet, nihilominus Felin. sustinet, ex cuius verbis tamen, dum rationem Aretin. destruit, satis apparet eum non esse omni exceptione maiorem, si bene vides. Quod etiam patet, quia saltem militat illa inimicitia generalis, quam dixi, & hoc ostendit Alex. in d. l. maritus. dum dicit, negari tamen non potest, quin faciat aliquod indicium. & vide etiam Alex. in consil. 64. volum. 1. col. penul. Nescio tamen quomodo sustineretur hoc in practica, quo ad me non curarem vt magis clericus esset, quàm laicus. De iure verò quid econtrà in clerico contra laicum deponente, vide in d. cap. de cætero. Et veritas est, ꝙ in causa sanguinis non admittitur, etiam ꝙ aliter veritas haberi non posset, & fieret protestatio, quam solent facere, iuxta cap. 2. de homicid. in 6. Idemq; in criminali iudicio, vbi aliter ageretur ad vindictam, etiã cum dicta protestatione. ita Felin. col. 2. ibi. & hæc videtur veritas, vt non sit differentia, an ad vindictã citra pœnam sanguinis agatur, an ad sanguinẽ, vt per Doctores, maximè Perusi. in dicto cap. 2. de homicid. in 6. vbi tamen possunt clerici esse testes, intelligitur ex prouidentia episcopi, qui vel eos examinet, vel faciat examinari, & eorum dicta tradat iudici seculari. c. quanquàm. & ibi Anchar. declarat. 14. q. 2. potest etiam dare licentiam iudici causæ seculari, vt illos examinet, vt per Archidiac. vbi suprà, qui secundum hoc vltimum intelligit text. in cap. testimonium 11. quæst. j. & in cap. nullus ex ecclesiastico. 22. quęst. 5. & ibi est glossa expressa. Et hanc practicam video quotidie obseruari, dum eueniente casu clerico fit pręceptum à suo iudice ecclesiastico, vt deponat coram tali laico, & forma iurandi manu posita supra pectus tollitur in dicto cap. nullus. & vide omnino Abbat. in hac materia, in cap. j. de iuramen. calum. col. antepenult. & etiam in cap. cùm nuntius. colum. 2. de testib. vbi vide Felin. & Aretin. ne arbitreris tamen vt ecclesiasticus possit dare licentiam iudici laico, vt cogat clericum ad testificadũ. c. si diligenti. de foro competen. Felin. & Aretin. in dicto cap. cùm nuntius. & hoc vbi nolit clericus spontè testificari: sed si spontè velit, dictum eius valet. Abb. & communiter Doctores in dicto cap. cùm nuntius. vbi tamen dubitant de religioso. Et vide etiam ad prædicta Alexan. in consilio 65. colum. 2. in 2. vol. & de religioso dicam num. seq. Et quia sunt multi, qui non deberent examinari, & tamen examinati faciunt indicium, iuxta materiam d. l. si maritus, Adde, quòd hoc non procedit, vbi à principio fuisset oppositũ à parte, vt non deberet fieri examen taliũ testium. Aret. in cap. ex parte Adæ. in 5. charta, de testibus. Felin. in cap. dilecti, in penultima col. de accusationib. & Hippol. in l. j. §. diuus Antoninus. colum 2. ff. de quæstionib. & dixi suprà. Item oppo-
92 nitur, † quòd religiosi sunt, & deposuere sine cõsensu eorum superioris, de quo vide Abbat. & apostillas ad eum, & Doctores, vbi suprà, vltra quos vide etiam in primis glos. in Authent. de monach. in §. cogitandum. vbi tenet, quòd monachus potest esse testis. Sed Abb. in c. cùm nuntius. tenet religiosos & clericos seculares sine licentia superioris coram iudice seculari non debere testificari, tamen eorũ dicta tenere, & ibi vide Aret. & Felin. qui hanc opinionem, vt valeat sine licentia, tenent quo ad clericum secularem, non autem quo ad religiosum, qui non habet velle aut nolle. Et dicit ibi Aretin. quòd communiter seruaretur hęc opinio in clerico seculari, & de religioso allegat in terminis. Bald. in l. quoniam liberi. C. de testib. in princip. Et hanc opinionem, ꝙ religiosi dictum sine licentia superioris nõ valeat, ponit latè Socin. & tenet consil. 17. colum. vltima, in j. volum. vbi allegat. Bald. vbi suprà, & Bartol. & Specul. & respondet ad glos. in d. §. cogitandum. vt procedat in testibus adhibitis in instrumentis. Et ad confirmationẽ vide Card. consil. 97. vbi ita consuluit in testamento. Et hoc ego habui in facto in testamẽto facto vltra Montes, in quo erãt descripti septem testes, omnes ordinis minoris, & refert, & sequitur Felin. in dicto ca. cùm

93 cum nuntius. Item etiã opponitur, † ꝙ sunt domestici, iuxta l. etiam. C. de testib. & qui dicantur domestici, ponit notabiliter Aretin. col. j. & 2. Felin. col. 2. in ca. in literis. de testi. vbi etiam plenè per eos habes, quando repellantur, & admittantur, & per Alex. consil. 5. col 5. & cõsi. 93. col. 4. versic. fallat quo ad defensam. volum. j. Item fallit in ijs, quæ non possunt facilè sciri, nisi ab eis, quia etiam hoc casu præferuntur alijs. Franc. Aret. consil. 13. col. 21. & consil. 61. col. j. vbi omnino vide: & ꝙ de ijs, quæ fiunt in domo, magis credatur domesticis, imò non credatur alijs, nisi in subsidium, tenent Aret. in 3. notabili, & Felin. in 2. in c. quoties. de testib. Aret. in d. c. cum nuntius. eo. tit. col. 3 & Areti. in dicto cap in literis. eo. titu. col. 4. & ibi Felin. col 3. & ad prædicta vide Feli. etiam in ca. insuper. col. 2. circa fin. de testib. Et quid quando proceditur per inquisitionẽ vide Cuma. cõsi. 27. de quo etiam Fulgo. consi. 188. vide etiam Aret. ad prædictam materiam. in c. cùm in tua. de testi. col. 2. circa fi. & Imol. consi. 35 col. 6. in prin. & omnino Socin. consil. 17. col. j. & 2. vbi distinguit, & vide etiam qui dicantur domestici. Alexan. consi. 32. & consi. 78. col 4. & in 2. volum. consi. 24. col. 14 & 4. volu. consil. 89. col. fin. & consi 112. col. 6. Feli. in c. insuper. col. fin. de testib. & in c. insinuãte. de offic. deleg. col. 2. vbi etiam qui dicantur familiares. & vide Alex 5. volu. consi. 150. col. 6 post prin. Et an sint idonei testes, vide Bald. consi. 10. col. j. in fin. & sequen. & de familiaribus, an possint esse testes, vide Felin. in d. c. in literis. & Roma. consi. 420. circa med. Quid verò si tẽpore depositionis non est amplius domesticus, vide Aretin. in d. c. in literis. colum. penult. & fin. & ibi Felin. col. 4. versic. fallit quintò. Alexan. consi. 5. col. 6. & cõsil. 93. col. 5. vol. 1. & attenditur in teste conditio temporis quo testificatur. Mod. in l. j. C. de testam. Et an vir & vxor dicãtur domestici ad hoc vt repellantur, vide Felin. in dicto cap. in literis. col. 4. versi. fallit quartò. & ibi Aretin. col. antepenult. in fi. Alex. 5. volu. consil. 156. col 4 in princip. & Anchar. consil. 247. col. 2. Socin. dicto
94 consi. 17. col. pen. Testes † etiam deponentes non verisimilia, nõ probant, quin imò sunt de falso suspecti. ita Abb. in c. quia verisimile. de præsumptio. Dec. consil. 684. in fi. consil. 596. num. 8. consil. 94. col. 2. versic. 7. in dictis testium. & consil. 315. num. 8. Aretin. in ca. tertio loco, extrà, de probatio. col. 3. & Felin. in dicto c. quia verisimile. colum. 2. quæ conclusio
95 adeò vera est, vt etiam testis † dicens nõ recordari id quod verisimiliter recordẽtur de falso puniatur. Bald. in l. presbyteri. in 4. notab. C. de episc. & cleri. & Ias. in l præscriptione. col. 3. C. si contra ius vel vtil. pub. quòd vltimum multò magis procederet si circa alia quę meminisse minus
96 deberet testificaretur. Et † non verisimilia sunt ea, quæ deuiant à naturali cursu, vt quòd puer sit aptus ad coeundum. c. 2. de frig. & malefic. Item non verisimilia sunt ea quæ deuiant à iure communi, vt per Felin. in cap. licet causam. versic. nota decimo. de prob. post Innoc. in ca. auditis. de præscript. vt quando quis deponit impuberem cum Berta rẽ habuisse, quia præsumptio impotentiæ est in eod. ca. 2. & Gemin. in consil. 24. colum. 3. Non verisimile etiam illud est quando deponerent testes vidisse aliquem hostio thalami aperto coire cum muliere, cùm soleat fieri ita in abscondito, vt etiam publicæ meretrices & lenones clauso hostio & fenestris non patiantur se videri. Et quia hæc exempla non verisimilitudinis tangunt causas matrimoniales. Ideo dic multò minus istis testibus esse credendum
97 † quando deponerent in causa matrimoniali, in qua testes debent carere omni suspicione, sicut in criminalibus, & ideo etiam debent esse omni exceptione maiores. Alexan. consilio 143. quando abundè volum. 2. & Dec. latissimè vbi omnino est videndum in consilio 133. columna 2. nume. 3. & 4. & in illo consilio pertractantur singulæ qualitates repellentes testes de quibus ibi, & primo quòd affines & cõsanguinei repellantur. Item domestici & alij multi. Aduertendo sem
98 per, prout & ipse dicit quòd † fiat protestatio antequàm examinentur, vt non examinentur ob vitia quæ patiũtur, quia tunc perinde est, ac si non essent examinati, ex quo examinari non debuerunt, vt
99 etiam dixi suprà. Et si tales testes † qui

Kk 2 non

non verisimilia deponerēt subiecti essent ratione iurisdictionis, pauperesq;, & nihil habentes absque dubio tolleretur omnis fides, quia licet sit communis opinio, vt subditus possit testificari pro rege & principe suo in l. eos testes. C. de testibus. vt etiam apparet ex dictis & Felin. & Areti. in c. ex literis. extrà, de testibus. Alex cós. 88 col. 4. vol 5. & hoc attestatur Floria. in l. idonei. ff. de testi. & alibi sæpe per Doct. Tamen est aduertendum ꝙ cum illa qualitate paupertatis omnis tollitur fides, ita Roma. consi. 381. col 2. & dicit Bal. consi. 420. circa fin. vol. j quod est repetitum in 3. volu. consil. 468. & v. volu. consi. 445. arbitrariū esse iudici an subditi sint idonei testes, quia si sint bonæ famæ, & verisimilia deponant, maximè si dictum eorū corroboretur alijs testibus tunc creditur, si verò ipsi solum deponerent, & malè audirent, val appareret contra eos alia suspicio non crederetur, & dum dicunt Doct. considerari qualitatem domini, an sit eius naturæ, vt debuerit metum inferre subditis, vt per Felin. & Aret. & alios vbi suprà, etiam in hoc versatur arbitrium iudicis ex mēte Doctorum, & expressè ita tenet Roman. in d. consil. 382. Et est aduertendum ꝙ quæstio in d. l. eos testes. formatur in rege, vel domino vnius prouinciæ, concludēdo illa potissima ratione testes esse idoneos: quia aliàs non possent probare factum de quo ageretur, & ideo si dominus alicuius villæ vel municipij vellet probare per subditos suos factum in alia iurisdictione, vt est casus, qui nunc occurrit in ciuitate amplissima Mediolani, & in domo vbi complures serui habitabant, & conuersabantur infiniti nobiles, atq; aliæ personæ, nihil commune habentes cum domino, sine dubio talibus subiectis non crederetur ex mente omnium, & si quispiam in hoc dubitaret esset sine iudicio, ad quod etiam adduco simile: nam illi de domo sunt idonei testes in ijs, quæ fiunt in domo, non in ijs de quibus alij possunt esse magis edocti, vt in locis vulgaribus. Additur in casu q̄ui hoc tempore contigit matrem domini quæ est ipsius tutrix & gubernatrix deposuisse etiā pro filio, quæ qualitas facit, vt sit verisimile eam omni via induxisse suos subditos, vt cum ea conforme testimonium perhiberent.

100 Et † an vasallus pro domino sit testis idoneus, vide Bald. in d. consil. 420. col. pen. in fin. & seq. 3. vol. consil. 468. col. 2. post med. Floria. in d. l. idonei. Bald. in l. libertorum. vbi est vidēdum. C. de testib. omnino Deci. in c. insuper. in fi. de testib. Et quia dixi subditum esse testem idoneū pro domino, intellige quo ad hoc, vt non repellatur, non autem quin sit suspectus, & quin ei diminuatur de fide, quia non euitat suspicionem timoris vel amoris, vt per Alberic. l. idonei de testibus. & hanc eandem conclusionem facit Corn. consi.

101 123. col. fin. vol. 1. Parentes & liberi † an in causa matrimonij sint idonei testes, vide Aretin. in cap. super eo. *il secondo*. de testib. columna quinta & consilio 13. columna 7. & sequen. & colum. 14 & seq. & Felin. in d. cap. super eo. colum. 4. Opponitur quoque, & sæpenumero contra te-

102 stem † quòd est amicus producentis, in qua dubitatione Salicet. in d. l. eos testes. C. de testib. dicit hoc esse arbitrariū iudici qui debet considerare qualitates personarum, & causas amicitiæ, & an iustis legibus regatur vel ne, ita limitando l. sciendum. ff. de vsu. quę probat eum admitti, in quo vide Aretin. consilio 71. columna quinta in fi. vbi dicit amicum non esse omni exceptione maiorem. Alexan. 5. volum. consilio 88. columna quarta & consilio 154. colum. penul. post prin. cōsi. 156. col. 6. vol. j. Roman. consi. 420. col. 2. Alex. consi. 78 col. 3. vol. 1. Feli. in c quoties. col. 2. de testib. Bal. 1. vol. consil. 441. in fi. & communiter dicitur, si sit magna amicitia repelli testem, aliàs si sit parua detrahi de fide. ita Alexan. in l. testiū. col. 5. ff de testib. vbi vide, atque ideo res cōsistit in arbitrio iudicis, sicut suprà dictum est, verum tamen est quod Bal. in d. l. eos. dicit quamuis sit arbitrarium iudici, tamē iudicem debere arbitrari amicitiam non repellere testem. quod dictum refert, & sequitur Alex. in d. consilio 88. colum. 4. tamen posteà venit in hanc sententiam, vt si esset talis amicitia quæ verisimiliter induceret corruptelam non admitteretur, & ideo in effectu tenet opi. Sali. in d. l. eos. quę est cōmunis, vt p Alex. in d. l. testiū. qui dicit id quod proximè dixi, nolēs aliud

aliud dicere quàm hoc ipsum, de quo etiã vide Felin. in c. cùm oporteat. colum. 3. in prin. de accusat. & quæ dicam infrà in ver
103 sic. affinis. Et iuxta hoc arbitrium † di co regulã esse vt relinquatur arbitrio iudicis, vtrum credatur tali testi vel testib. d. l. testium. §. ideo. & ibi Bart. & Docto. not. circa quod vide omnino Deci. consi. 94. in casu ad me transmisso. col. j. in fin. Io. Baptistam de sancto Seuerino in l. admonendi. col. 29. ff. de iureiur. & omnino
104 Bar. in l. Lucius. ff. de infami. Et † si vis videre pulchrum locum vbi enumerãtur complures in quibus contigit dubitari an sint idonei testes, vide Alex. in d. l. testiũ. vbi suprà, & dum quærit de colono vel mercenario, vide Salic. in l. quoniam liberi. col. penul. & fi. C. de testib. Areti. consi. 13. col. 10. & seq. Socin. consil. 228. col. 3. & conclusio videtur, vt sit idoneus, nisi ex eo q testificatus est, sit percepturus com
105 modum. Affinis potest esse testis † pro affine, quia nõ reperitur prohibitum, est tamen suspectus, & ei diminuitur de fide. Alex. consi 18. col. 2. vol. j. vbi loquitur de vxore fratris mei, & Alex. consi. 13. vol. j. col. pen. & consi. 122. col. 2. versic. nec obstat. vol. 2. vbi loquitur de marito sororis meæ, nam leuis macula facit vt testes non sint omnino integri. Alex. consil 32. vol. j. facit glo. in §. cogitandum in Authent. de monachis, quæ vult, vt licet monachus possit testificari pro monacho, tamen ei diminuatur de fide tanquam amico, innuendo amicitiam etiam non magnam diminuere de fide, licet Bart. in l. admonendi. col. 6. in fi. & princ. seq. dicat debere esse magna amicitia coniunctum. Dixi de amico paulò suprà, & hanc quæstionem an affinis possit testificari, ponit latè Ias. in d. l. admonendi. char. 18. col. 13. ad idẽ q affinis non afferat plenam probationẽ, vide Ang. consi. 261. vnde ex prędictis apparet Ias. in d. l. admonendi. non bene dixisse affines esse suspectos quando sunt ascendentes vel descendẽtes, secus si sint transuersales, nec Ang. quem allegat Ias. in d. consil. 199. col. 2 dicit id ad quod allegatur à Ias. Dicit quidem affinitatem repellere ascendẽtes pro descẽdibus, quod admitto, quia socer habetur pro patre, & gener pro filio, glo. in l. testis ff. de testib. sed alios affines fateor non repelli, tamẽ diminuitur eis de fide, & quod socer pro genero nõ possit esse testis, hoc dicit Bar. in l. qui testamento. §. quæcunque. versi. quæro an socer. de testã. & prædicta clarè procedunt in ciuili, & ita loquitur Iason. vbi suprà, sed quid in criminali causa, an affinis possit esse testis pro alio affine etiã collaterali, dic non posse. 3. quæst. 9. c. absens. *il secondo*. & probatur ibi quemlibet suspectum repelli in causa criminali, hoc etiam patet in ca. accusatores. 3. q 5. & ita Aret. in d. §. quæcunqua. col. 3. versicu. 5. ad præmissa. Et Speculat. in tit. de teste. §. j. versic. sed nunquid frater. vbi allegat d. c. absens. nec dicas hoc procedere tantùm in ascendentibus & descendentibus, quia hoc modo non esset differentia inter causam ciuilem, & criminalem. Item iura prędicta se fundant super suspicione quæ cadit etiam in collaterali, vt vides, & ita Alexan. consil. 24. col. 6. versi. nõ obstat quod ipsemet. vol. 2. & hæc confirmãt multum quæ dicit Alex. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. & Ias. in l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunt. col. 8. & seq. maximè illud quod dicit Bal. in l. j. C. si qua præd. pot. quòd iniuria facta vni ex familia censetur facta omnibus, & ob hoc Alex. in d. l. lex Cornelia. infert ad materiam testium, non est ergo mirum si affinis etiam collateralis in criminalibus repellitur à testificãdo, & vide etiam Alex. in d. §. quæcunque. in apostil. quæ incip. quid in fratre dũ allegat Guliel. de Cun. Et hoc quòd affinis in criminali nihil probet, dicit Alex. cõsi. 179. col. 2. vol. 2. versi. 3. allegat d. c. absens. & vide tam quo ad ciuile quam criminale iudicium. Orian. in c. quoniam contra. de proba. in verbo, testem char. 4. col. 2. versi. capio itaque. Et
106 † an filius possit esse testis pro patre, & econtrà, & quid de alijs ascendentibus & descendentibus, vide Instit. de grad. in prin. per Doct. Aret. in d. §. quæcunque. Doct. in d. c. in literis. de testib. vbi Felin.
107 Et † an vxor pro viro. An † familiaris
108 seu domesticus, & an filij naturales & spurij possint esse testes pro patre dixi suprà num. 60. versic. item opponitur quòd testes sunt parentes, & ponit Felin. in ca. cùm oporteat. de accusa. Orian. in d. cap.

quoniam contra.de probatio.in verbo,te stium in 4.char.in 2.colum.in fi.& seque. vbi omnino vide, an parentes pro liberis & econtrà possint esse testes, & ibi etiam
109 habes † quid de transuersalibus, in quibus transuersalibus, dic quòd frater pro fratre potest esse testis in ciuilibus, glos. est ordina.in l.parentes. quam quilibet allegat.C.de test. & licet illa glossa loquatur an contra fratrem,tamen est idem,ac si diceret an pro fratre,& Doctores allegantes illam volunt hanc consequẽtiam, potest esse cõtra fratrem, ergo & pro fratre. quæ consequentia patet, quia testis iurat dicere veritatem pro vtraque parte. 5.quæst.9.ca.hortamur. & ideo si adducitur contra fratrem, poterit etiam deponere pro eo, vnde in criminali causa sicut non potest cogi contra fratrem,ergo nec pro fratre, Azo in summa de testibus colum.4.vbi vide, Hanc regulã vt frater admittatur,licet ei diminuatur de fide, facit Ias.in d.l.admonendi.18. char.3. colum. &.eam limitat,vide eum omnino,& Imo. in d.§ quæcunque.ad fin. qui dicit esse arbitrarium iudici dare quam fidem velit considerata qualitate causæ & personæ, quod idem dicit Abb.in c.literis.col.2.de præsumptionib. Si ergo admittitur frater pro fratre multò magis alij cõsanguinei, sed an frater cogatur testificari cõtra fratrem in causa ciuili, videtur non posse cogi,vt est glo.in l.lege Iulia.ff de testibus. quæ illam legem etiam intelligit in ciuili. Speculat.mouet hanc quæstionem, in titulo,de teste.§.testium.versicu. sed nunquid.vbi uide,& videtur velle,vt possit cogi. Abb. tenet contra eum in dicto cap. literas. cum Abba. tenet Bartol.in dicto §. quæcunque. idem Alexan. consilio 18. volumine primo. columna secunda in fi. & loquitur Bartol.in dicto §.quæcunque in ciuilibus. & si non cogitur in causa ciuili contra fratrem deponere, ergo nec pro eo,consequentiam facit Azo.vbi suprà,sicuti dixi. Et hoc tenet Porc.& Doctores Institut.de grad.in prin.& ideo datur consilium,vt per eos, sed an omnes illæ personæ,de quibus in d.l.lege Iulia. & quas clarius recenset Azo. vbi suprà,colum.3.& text.4.quæstio,3 ca. si testes. §. si lege Iulia. si velint possint esse testes pro alijs ibi enumeratis, in hoc dic vt per Bart.in d.§.quæcunque. & Alexan.in d. consilio 18.volum.j.colum.2.dixi quid iuris sit in ciuilibus. Modò quæro quid in criminalibus. Et non est dubium personas de quibus in d.l.lege Iulia.non posse cogi contra illos, de quibus ibi. Nec etiã posse si velint quia iniuria facta vni. &c. sic Bart.in d.§.quæcunque. & in d.l. lex Cornelia. Alexan.consi.24.col.6.2.volu. consil.115.in prima col.volum.4 Felin.in dicto cap.literas. de præsumptionib. Barba.consil.20.col.14.volum.2.Socin. cõsi. 228.colum.fin.in princip. Aretin.in ca.de cætero. ad finem de testibus.Alexan.consil.70.colum.3. volum.j. consil.5. volu.j. col.3.vbi omnino vide,& consil.122.vol.
110 j.consi.212.volu.2.Sed vsque ad † quẽ gradum non admittitur consanguineus pro consanguineo. Bart.in d.§.quæcunque.dicit vsque ad gradum,de quo in d.l. lege Iulia. & sic vsque ad sextum gradũ: Abb.in d.c.literas. colum.2. dicit attendi qualitatem propensæ voluntatis secundum consuetudinem patriæ, quæ opinio placet,conueniunt tamen inter se Bar.& Abb.in hoc vt repellantur vsque ad secundum gradum inclusiue,& hoc tenent omnes in locis suprà allegatis, hanc tamen conclusionem negatiuam, vt non possint esse testes in criminalibus, limita, vt latè per Felin.in d.c.cùm oporteat. colum.3. versic. modo aduerte.& col. seq. In defectum tamen aliorum duo fratres contra alium accusatum à fratre, & multò magis duo consanguinei facerent indicium ad torturam. Abb. in d.cap.literas.col.4. versic. in secundo casu. quod ego nõ obseruarem nisi maximè mihi probata esset qualitas eorum. Vides repelli quando volentes dicunt testimonium,sunt etiam casus in quibus non repelluntur,ut quando ad defensionem fratris testificantur, ut
111 per Felin. ubi suprà. Sed † an istis casibus possint compelli? Abb. tenet posse in d.c.literas. quia lex Iulia loquitur cõtra fratrem,sed errat per consequentiam quam suprà feci post Azo. & pro Azo. est opin. Specu.quam allegat Abb. in practica, tamen esset opinio dura, quia ubi iudex uideret eum esse idoneum testem, illum cogeret, & ex hac ratione infero, † quòd

112 † quòd frater qui potest esse testis pro fratre ad defensionem, etiam potest esse ad offensionem volens, & ita Abb. in d c. literas. versi. aut quæritur nunquid volēs, quod tñ limitat nisi se offerret cōtra fratrē, quia tunc esset suspectus, & circa cōsequentiā, quā feci, ꝙ testis debet iurare & deponere pro vtraq; parte, est text. & ibi Abb. not. in c. 2. de testib. col. 2. & glo. clara in Auth. sed iudex. C. de epis. & cleri. Bal. in Auth. presbyteri. C. de episc. & cler. Orian. vbi suprà, col. j. & vide de fratre regul. & fallētias, ēt ꝑ Feli. in c. in lite
113 ris. de testib. Vsurarius † quomodo probetur, vide Alex. consil. 72. col. 7. volu. j. consi. 173. in 2. volu. circa 6. col. Feli. in ca. veniens. de testib. *el primo.* col. pen. circa med. & in c. personas. eod. tit. Bald. 5. vol. consil. 361. circa fi. Ana. in c. cùm in diœcesi. col. 2. de vsu. & Fulgos. consilio 134.
114 col. 2. post med. An † tutor possit esse testis pro pupillo, vel prælatus pro sua ecclesia, vide Roman. consil 420. post med. Bart. in l. qui testamento. in prin. ff. de te
115 stam. Et † quid de famulo tutoris. Bal. tenet posse testificari consilio 444. circa fin. Et de prælato vide Aret. in c. insuper. col. j. & seq. de testib. & ibi etiam Felin. qui loquitur etiam de canonico in causa suæ præbendæ. & Floria. in l. idonei. ff. de
116 testib. Addo † famulum abbatis, vel antiquum colonum posse esse testem pro monasterio. Bald. j volum. consil. 444. cir
117 ca fin. An † procurator vel aduocatus possit esse testis, vide Salic. in l. omnibus. C. de testib. col. 4. cui adde quòd nec in causa appellationis potest esse testis. Alexan. 2. volu. consil. 133. colum. 3. potest tamen esse si tēpore depositionis non erat, licet factus posteà fuerit. Roman. consil. 186. circa fin. Et quid de eo qui desiit es
118 se. Bald. 3. volu. consil. 252. circa fi. Et † de eo, qui desiit esse aduocatus, vide Salicet. in d. l. omnibus, & de eo qui desiit esse officialis, vide Cuman. consil. 69. circa
119 med. & vide supra nu. 54. De † solicitatore causæ vide Alexan. consilio 78. colum. 5. volum. j. 5. volum. consil. 153. col. 3. & consil. sequen. columna prima consi. 64. in 3. volum. colum. penult. Imol. consilio 135. colum. fin. Roman. latè consil. 420. Ang. consilio 233. colum. 2. & seq.

120 Quando † potest ascribi laus vel vituperium testi ratione eius de quo deponit, non est idoneus. Alexan. 2. volu. consil. 85. colum. penul. & 3. volum. consil. 70 colum. penult. Et ad prædicta vide Aret. in ca. insuper. de testib. colum. 6. & seq. Felin. in c. cùm à nobis. col. penult. in fi. &
121 seq. eod. tit. Et vterque ponit, † an iudex vel arbiter qui iudicauit possit esse te
122 stis in ea causa. Et † an relator, & instructor. Et de iudicibus vide Corne. in consil. 63. primo volum. colum. 3. & con-
123 sil. 67. colum. 4. Creditor † licet sua intersit habere debitorem diuitem, tamen non prohibetur esse testis in causa debitoris sui. Alexan. in l. j. C. de procur. col. 11. & consil. 78. colum 3. volu. j. vbi multos casus enumerat, in quibus testis habet commodum in consequentiam, & in eis non prohibentur esse testes: alium casum ponit Alexan. consi. 170. in 2. volum. colum. 3. & consilio 173. circa 6. colum.
124 vol. j. & † vide not. de his qui habent commodum in consequētiam Ioan. Fab. in §. legatarijs. col. fi. de testa. Alexan. 2. volum. consil. 175. col. 4. & in l. si quis ita scripserit. ff. de reb. dub. Aretin. consil. 82.
125 col. 3. Et † si interrogetur testis an habeat commodum, & respondeat non habere, intelligitur principaliter. Alex. in 3. vol. consi. 1. col. penult. Bart. in repetit. l. ex quacunq; in 5. col. ff. si quis in ius voc. nō ier. vbi ponit de teste, qui in causa vni
126 uersitatis respondet sicut dixi, & † vide Felin. in ca. insuper. de testib. col. pen. & vide ad hęc omnia Ias. in l. quoties. col. fi. C. de iudic. Aret. vltra Feli. in d. c. insuper.
127 Et † quomodo dicatur quis habere cōmodum ex eo quod testificatus est, vide Salic. i l. omnibus. C. de testib col. fi. Imol. consi. 58. Abb. omnino cōsi 81. 2. vol. col. 2. Roma. consi. 186. post med. Bart. cōsil. 150. col. 3. Ana. consil. 52. col. 2. Bal. 3. vol. consil. 293. col. fin. Cuma. consi 68. col. 2. & consil. seq. Fulgos. consil. 7. col. 3. & cōsil. 161. in prin. vbi not. loquitur, vide Cornel. 1. volu. consi. 245. col. 2. & in his locis
128 habes † an ad probandum quem vsurariū credatur illis qui dicūt mutuò accepisse pecunias sub vsuris, & an credatur fictabilibus ꝙ tātùm dederint tutori, & vi
129 de etiā suprà nu. 54. De proxeneta † an

sit idoneus testis. vide Salic. in d.l. omnibus. colum. penul Felin. in c. cùm à nobis. in fi. de testib. Alex. 5. volum. consil. 150. col. 2. circa fin. & consil. 153. col. 3. in fi. & seq. & consil. seq. col. 2. in j. vol. Aretin. in c. insuper. col. penult. de testib. Felin. in c. dilectorum col. j. de testib. cogen. Aretin. & Felin. in c. veniens. *il secondo*. de testib. Bald. 2. volum. consi. 469. vbi etiam ponit
130 † quis dicatur proxeneta. Gemi. in c. j. de testib. col. j. lib. 6. not. Bald. 4. volu. consil. 570. vbi ponit, quot modis dicatur proxeneta, de quo etiam Corn j. volu. consi. 63. col. 3. circa fin. & sequen. Cuman. consilio 68. colum. 2. Negotiorum gestores
131 † vel famuli apotecæ, an possint esse testes, vide Bald. 2. volum. consilio 50, & de alijs famulis, vide Rom. consil. 420. circa
132 med. Testi † debent solui impēsæ quas fecit, eundo, stādo, & redeundo, & vectura equi si sit talis qualitatis. Salicet. in l. quoniam liberi. col. j. C. de testib. an verò sibi satisfieri debeat pro operibus quas
133 amittit. Et † quid si in itinere spoliaretur an sibi debeat satisfieri, & quātum, & qualiter, vide Felin. in ca. j. de testibus ad quæ omnia vide Florian. in l. 3. §. Sabino. ff. de testibus. vbi etiam dicit, quòd
134 † debet solui merces dierum, & pariter solui debet iudici & notario si mittuntur ad examinandos testes. Et si producens
135 est pauper † an pars, vel iudex, teneantur subministrare expensas, vide Aretin. in ca. si qui testium. de testib. col. 3. & seq. & ibidem Felin. col. 3. Testis potest inter-
136 rogari, † an sit liber vel seruus, & inimicus alterius partium secundum Salic. in Authen. si dicatur. in fi. C. de testibus. Felin. in c. cùm causam. *il primo*. de testib.
137 col. 10. Et † si est suspectus potest interrogari de qualitate vestium, & forma hominum, & similibus. Felin. vbi suprà. col. 11. Et an possit interrogari de turpitudine sua, vide Alexan. in l. si duo. §. idem Iulianus. col. fi. ff. de iureiur. Floria. in l. 3. cir
138 ca fin. prin. ff. de testib. Et † adde quòd vbi probabiliter potest dubitari de falsitate testium, debent testes diligenter interrogari de omnibus circunstantijs secundum Imol. consil. 135. col. fin. Testis qui
139 † falsum deposuit tenetur non solùm de falso, sed etiā de omni delicto exinde
140 secuto, & ideo † si quis ex falso dicto, fuit capite punitus tenetur testis de homicidio, imò tenetur etiā, si reus fuerit absolutus. Aret. & Felin. in c. sicut. in 3. nota-
141 bi. de testib. Testes † in factis arduis debent examinari coram fide dignis personis. Salice. in l. nullum. col. j. C. de testib. Felin. in c. quoniam cōtra. de probat. col.
142 7. in prin. Falsum testem † coram delegato deponētem, an ipse delegatus possit pūnire? vide in d.l. nullum. per Salice. circa fi. & Anchar. omnino consi. 172. col. 3. & fi. vbi limitat. Testem falsum qui sit
143 clericus, † an iudex secularis corā quo deposuerit, punire possit, vide Abb. in ca. verum. de foro compet. col. 6 & seq. & ibidem Feli. col. 2. & seq. Aret. & Felin. in
144 cap. tam literis de testib. An † inferior possit punire superiorem falsum coram eo deponentem, vide Aretin. in c. dilecto.
145 de testib. col. pen. Si testis vacillat, † & iudex committit notario, vt talem vacillationem scribat, quomodo debeat scribere, vide Salic. in d.l. nullum. col. 3. Felin. in c. quoniam contra. de proba. col. 25. circa
146 fi. & seq. Testis † si sit edoctus de veritate, & nolit eam dicere, nisi detur pecunia, an possit dari licitè, & sine pœna, videtur non posse, quia ipse est falsarius accipiens pecuniam etiam vt verùm dicat, glo. in l. j. in prin. & ibi Bart. ff. de fals. & Imol. in l. diuus. ff. de re iudic. & ratio est, quia non debet deponere prece, nec pretio, sed secundum mœram veritatem, vt dixi suprà nu. 21. Et ideo pariter videtur accipiens teneri eo, quia induxerit ad deponēdum falsum per tex. in d.l. j. in prin. in versi. cōiecerit quod exponitur, id est, procurauerit, & pro hac opin. videtur casus in l. 2. §. sed hic quoque. cum glo. maximè ff. de cōdi. ob turp. cau. qui tex. vult
147 ꝙ dans pecuniam iudici, vt ferat sententiam iustè, crimen committit: & ideo ibi Bart. & Doct. volunt vt perdat causam, solum est disputatio, an etiam perdat pecuniam, & non possit repetere, in quo Bar. ibi vult, vt eam perdat hodie, & alibi etiā ita tenet, sic etiam Salic. & Paul. de Cast. ibidem, tamen veritas videtur esse in contrarium, vt imò etiam hodie possit cōdici pecunia, vt per Alexan. & Ias. ibidem. Conclusio est ergo quòd quia non versatur

satur turpitudo ex parte dantis, vt probatur in l. 3. in pric. eod. tit. de cōdict. ob turpem causam. iuncto dicto versi. sed hic quoque. in d. l. 2. nō dicitur graue crimē, ita vt etiam pecunia nō possit repeti, tamen crimen dicitur ex quo res est mali exempli, vt declarat Pau. de Cas. in d. l. 2. Est verum quòd si palàm daretur hæc pecunia ad hoc quemadmodum dixi, vt verum diceretur, vel iustè ferretur sententia, nō diceretur commissum aliquod crimē, nec diceretur corruptela, sed cautela. & redemptio vexationis. ita Archidia. 11. q. 3. c. qui rectè. sequitur Bal. in c. fi. col. 2. de appellatio. & ideo dicit quòd sis cautus, quando iudex nō vult facere tibi iustitiā sine simonia, vt ei des pecuniā corā duobus testibus & tabellione, alioquin abstineas, & eodem modo est licitū instruere testes nō secretò, sed palàm ad verū deponēdum. sic Bal. ibidem, & si promitto indemnitatē iudici vbi iudicet, nō licitè facio, vt per Ias. in d. l. 2. §. j ff. de condi. ob turpem causam. & ratio est quia sapit corruptelam, vt ibi per Iaso. Ex prædi-
148 ctis habes † ꝙ licet quis inductus honesta causa, vt veritati sit locus, & ꝙ suum est, cōsequatur, aliquid faciat, si res tamē sit mali exempli aliquod crimē committit & puniēdus est, ita probat d. l. 2. § j. & ibi, vt dixi, Paul. de Cas. explicat. Et ad cōfirmationem vt hoc sit leue crimen, & non puniatur pœna falsi, vide latè Dec. in cōs. 189. col 7. nu. 11. in versic. item dicitur. in vers. insuper. vbi vult in primis, vt quāuis in teste pecunia corrupto ad hoc, vt verū testificetur, dicatur corruptela interuenisse, nō tamen interuenerit falsitas, & dicit hanc esse communem opin. in c. licet causam. de proba. vult tamē testem teneri de falso, si pecuniam accipit, nō ad rem dātem, deinde declarādo Bal. i d. ca. fi. tenet eum loqui ad hoc, vt valeat sententia, uel nō ualeat, nō autem ut dās puniatur de falso quādo apparet factum eē, ut ueritatem deponeret, & quicquid sit uult, ut hæc suspicio ꝙ potius dixerit ob pecuniam falsum, sit solum ad inquirendam ueritatem, uult etiam Dec. ibi i pric. allegati uersiculi, ut ideo teneatur de falso testis, quia præsumitur falsitatem di-
149 xisse. Cæterum † si ex qualitate dicti & personę appareret potius eum uerum dixisse, nō teneretur, quod bene not. Et procedit prædicta quæstio in eo qui aliquē antequàm deposuisset induxerit. Cęterū si iam deposuerat, & testis ipse fassus fuerit amico suo falsitatem dixisse, tamē nolit propalare in iudicio, poterit induci pecunia ad illam i iudicio manifestādā. tex. uidetur mihi ad hoc i l. 4. §. si tibi indiciū. i fi ff. de cōdi. ob turp cau. ubi ait posse dari pecuniam, etiam participi criminis, ut delictum indicet, quia licet ipse turpiter accipiat, ex quo gratis illud debuerat facere, & cōsequēter dixerit Bartol. ibi quod facto proclamate, ut si quis delegisset delictum quoddam, haberet certum præmium, fornariam exercēs particeps criminis qui illud propalauit fuit suspensus, tamē qui dedit sine crimine dedit, & quādo oriretur sinistra opinio primi dicti, talis testis ex natura eius, & qualitate dicti sine dubio hāc opinionem sequeretur, vel vbi aliter adiuuaretur falsitas primi dicti sui, & hoc per dicta suprà proximè post Dec. Et sine dubio etiam procederet quādo palàm fieret promissio, iuxta prædicta. Attamē etiam i simplici casus positione, idem cēseo, quia iam propalauerat falsum dixisse, cui creditur, maximè cōtra seipsum. cap. literras. de præsumpt. Nam i claris nō est opus, cōiecturis, & cessat falsum veritate habita, iuxta cōsiderata per Dec. in cōsi. Dubito tamē de hac differētia, an quis nōdum testificatus fuerit, vel iam deposuerit, quia etiā primo casu delinquit, & tenetur crimine stellionatus qui se subtrahit à testificando, vt dixi i tit. de fals. nu. 163. & ita etiam essemus in d. §. si tibi indiciū. Nisi dicas ꝙ qui nōdum testificatus est, & dixit nolle testificari, potest tamē testificādo purgare quod dixit. s. se nolle deponere, secus quādo iam commisit falsum. Itē primo casu nō datur pecunia ad crimē manifestādum, sed ad veritatem dicēdam, secundo casu secus est, & vide quæ dixi in eo tit. de fals. nume 168. versic. testis qui habuit pecuniam. & nume. 142. i eo titu. de falsis. versicu. testis dicēs testimoniū pecunia. & vide oīno Dec. i c. j. de testib. colum. j. vbi per optima fundamēta concludit, ꝙ testis qui verum deposuit ēt da

ta

ta sibi pecunia, non tenetur de falso, licet incurrat aliquod crimen, & ideo minus tenetur dans pecuniam, & in casu de quo suprà proximè quando iam deposuerat, & fatetur se falsum dixisse, res est sine dubio, quia dubium est quando non constat, an verum vel falsum dixerit, & in dubio præsumitur falsum dixisse propter pecuniam, vt per Dec. vbi supra. Sed si constat falsum dixisse, atque ita secundum dictum esse verum, cui Dubiũ quin dãs sit extra omne periculum? & minus dubij esset quando non esset pars quæ promitteret, sed amicus testis ad eum iuvandum post quam audiuisset falsum de-
150 posuisse. Et quid si † accipiat testis pecuniam, vt non deponat, vide latissimè Dec. in d. c. j col. 2. colligẽdo prædicta sit conclusio, quòd si datur pecunia testi, vt verum dicat, & sequatur testimonium, testis dicitur falsarius, & dans pariter videtur esse in eadem pœna per d. l. j. in prin. in verbo coniecerit. Tamẽ dixi respectu dantis esse leue crimen inferendo clare eum nõ teneri pœna falsi per d. l. 2. ff. de condi. ob turp. caus. qui tamen text. loquitur in iudice & non in teste, & quod non teneatur de falso, habes Dec. in dicto cõsil. nec obstat d. l. j. in princi. quia loquitur quando dedi vt diceret falsum, non vt
151 verum deponeret. Et si † statutũ dicat producentem falsum testimonium teneri tali pœna, includit talem testem. Ias. in d. l. 2. post Paul. de Cast. & alibi sæpe, & hoc quia verum est quòd produxit falsum testem, secus si diceret quòd procurans, vt testis falsum dicat, iuxta d. l. j. in princ. Non credo tamen statutum nostrũ puniens eadem pœna falsi producentem falsum testem, voluisse loqui, iuxta ius cõmune, quia aliter non constito de falsitate testis dixit propter pecuniam solicitatus, vt verum diceret, nec uidi unquàm talem testem puniri, nec eum producentem. Ex prædictis sequitur alia cõclusio, quòd testis, ut supra, non dicitur falsus nisi in dubio, sed ubi constet dixisse uerum, non est falsus, licet crimine non careat. In dubio non est falsus, hanc conclusionem, limita tamen, ut per Hippolitum in dicta l. j. in princ. colum fin. Colligitur etiam alia cõclusio quòd hæc quæstio est extra difficultatem, si apparet dixisse falsum, & pecunia procurasse, vt veritatem diceret, siue vt illud diceret in
152 iudicio. Adde † quòd magis creditur duobus testibus fide dignis quàm centũ vilibus scelestis. Iacobus de sancto Gregorio in l. maiore. ff. de pactis. in prima lectura, in primo numero.

Titu. de Fauoribus defensionis.

SVMMAE.

1 *Iudex debet esse promptior ad absoluendum in criminalibus, quam ad condemnandum, & tunc censetur dignus maiori honore.*

2 *Defensio est longe magis fauorabilis quàm offensio, & de hoc ponuntur multa exempla seu multi effectus.*

3 *Sententia in dubio debet interpretari pro reo.*

4 *Testis domesticus, an probet defensionem? Et de teste domestico vide etiam in titulo precedenti, nu. 93*

5 *Defensionis exceptio nunquàm censetur exclusa.*

6 *Iudex non solùm potest defendere reum, sed etiam id debet facere nemine instante.*

7 *Principium delicti, si fuerit licitum, & finis sit illicitus. vel econtrà, quod licitum est attendimus.*

8 *Absens an possit de iure communi condemnari? Et tit. seq. nu. 1. & 2.*

9 *Vulnus si sit datum ab vno ex multis, sed ille ignoretur, an omnes sint puniendi, vel absoluendi?*

10 *Vulnerati excusatio magis prodest ad defensionem, quàm eius accusatio, seu criminatio ad offensionem.*

11 *Suspensus laqueo qui statim illo rupto cadit in terram, an sit liberandus?*

12 *Iudex an possit fauere reo?*

13 *Fama bona praualet famæ malæ, fauore defensionis.*

14 *Absolutio an censeatur prohibita, si prohibita sit condemnatio?*

Ex



X prædictis satis demonstratur defensionis & offensiõis modus in omni ferè delicto, tamen quia defensionis argumenta magis specialiter, & benignius nobis à legum latoribus fuere concessa, quàm offensionis, quibus multum egent aduocati defensores eorum qui delicti arguuntur, ideo aliqua hic subijciam ad mœrã defensionem attinentia, imò infinita solùm habentia locum fauore defensionis, & non communia. Et in primis sciendum est, † quòd iudex non debet esse
1 manu promptus in puniẽdo, sed prius omnia cautè cõsiderare, quòd enim incautè factum est cautè euitãdum est, cap. j. & fi. de sacra. nõ reiter. nec debet facile se mouere iudex, nec literis in detrimẽtum alterius fidem adhibere. cap. inquisitionis. §. j. extrà, de accusat. sed secundum iuris ordinem procedere, & veritatem inquirere, & rectè posteà iudicare, vt not. p Ioã. Fab i rub. Instit. de publ. iud. vbi dicit qđ cum dolore iudex trahi debet ad pœnam inflĩgẽdam & inuitus. 23. q. v. quasi per totum maximè i c. miles. & i c. cũ minister. Et si iudex gloriatur i morte hominis sicut nõnulli faciũt nostra tempestate, homicida est, vbi aliàs minister Dei dicitur, vt per Ioã. Fab. vbi suprà, & per Ang. ibi, & vera iustitia habet compassionem, vt ait Gregor. 45. distinct. c. vera iustitia. refert Aretin. in consilio 164. columna penultima in fin. & vide etiam Vital. in princip. sui operis malefic. vbi egregiè admodum ponit ea, quæ iudici incumbunt quando iudicat, dicens inter cætera quod in dubio potius debet absoluere quam cõdemnare, & potius cõtra fiscum quàm cõtra personam priuatam pronuntiare. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & l. nõ puto. ff. de iure fisci. de qua tamẽ l. nõ puto. vide Alex i l. j. ff. sol. matr. & Dec. i regu. i ambiguis pro dote. ff. de reg. iur. & idem quod d. l. Arrianus. vult etiam text. i c. domino guerra. §. promptiores. i titul. hic finitur lex Corad. & icip. consuet. regni. & c. ex literis. de probat. & dicit Pau. de Cast. cõsi. 291. visa inquisitione in 2. vol. i fi. quod curia maiorem honorẽ adipiscitur ex absolutione quàm ex condẽnatione, hic Pet. de Anch. cõsi. 23. inuehitur cõtra iudices maleficiorum qui anhelant ad cõdemnationẽ, quãdo via inquisitionis procedunt, & ideo ad rem valde Bald. consilio 515. in fin. volumine quintò secundum impressionem Mediolani, dicit quòd iustius peccatur in absoluen
2 do quàm in condemnando. Et † quòd defensio sit magis fauorabilis quàm offensio satis apparet, quia ecclesia mãdat etiam reos sanguinis defendi. c. reos. 23. q. v. & i c. inter. de imuni. eccl. & ideo aduocatus ecclesiasticus nõ efficitur irregularis defendendo reum sanguinis, iuxta c. sentẽtiã sanguinis. ne clerici vel monachi. vt per Marian. Soc. i c. ad audientiam. char. 236. secundum totum volumẽ. col. vlt. extrà, de homicid. & vide text. & ibi glo. in cap. clerici. 81. distinct. quæ dicit q adeò debemus fauere defensioni, & liberationi, vt si duo clerici deponant, me deliquisse tali die & loco, & duo laici contrarium asserant, stabitur dicto testium laicorum, licet laici sint inferiores, & pulchrè dixit Innoc. in ca. dudum. *el secondo.* de elect. quòd si producuntur testes contra clericum, qui probent quod alienabat ecclesiastica sub annuo censu recipiendo pecuniam, intelligitur de temporalibus, nõ de spiritualibus ad hoc vt euitetur crimen simoniæ, & hęc sequitur Barba. in consi. 51. uol. 3. i fi. Item vide l. si ff. de ferijs. vbi i capitalibus reo tres, actori duæ dantur dilationes, & ideo licet in medio iudicio pariter faueatur vtrique l. de die. in princip. ff. qui satisdact. cogan. Tamen hoc non procedit in criminalibus per dicta l. fina. vbi magis fauetur reo, vt ibi etiam tenet Alexand. columna prima, & dominus meus columna penultima versicu. & quod in criminalibus. vbi adducit aliud exemplum vltra dicta l. fina. quod reo circa media causæ magis faueatur quàm accusatori, & uide etiam Alexand. consilio quinquagesimo secundò uolumine primò & ibi habes quod licet reus faciat probationem incertam, tamen ad exclusionem delicti in dubio præsumitur pro eo ex nota. per Bart. & alios maximè Alex. in l. non solũ. §. sed ut probari. ff. de oper. nou. nuntiatio. ubi omnino vide. Hinc

etiam

ra fauent. Item etiam parte instante ad defensionem publicatis attestationibus possunt recipi testes nõ ad offensionem. ita Fel.in c. cum clamor.de testib. & dixi suprà in rubric. de publica. processus &
6 testium. Item † iudex non solùm potest defendere reum, verum etiam debet nemine etiam instante.l. & si non defendantur.ff.de pœn. Barto.in l.fin.colũ. 3 ff.de fer.Anan.d.consi. 59.col.2.& Aretin.consi.147. col.3.in fi. & latè dicã infra tit.de literis princip.bãnit.admit.&c. in illo articulo, An princeps teneatur cõcedere literas ad nouas defensiones. Itẽ ad propositum ne obliuiscaris vulgatæ regulæ,quod in dubio iudex debet eligere mitiorem pœnam.l.interpretationem. cum simil.ff. de pœn. gloss. in cap. sicut dignum.de homicid. Fel.in ca. translato. col.pen.& vlt de testib. & ibi latè, an dispositio pœnalis extendatur,& Iaso.in l. fi.ff. de in ius voc.& in §.ex maleficijs. Instit.de actio char.3.col.pen.& in §.tripli. col.3.eod.tit & in l.diuortio. in 3.colũ. i princ.ff.sol.matr.in repertorio Hippoli. in l.si quis viduam.col. penul.& vlt.ff. de quæstionib. & Barbat.in consi. 11:uol.j. & Ange.in glo.uestem cælestem.col.fin. & ibi in additionibus. Adde etiam fauo
7 re rei & defensionis † quòd si principiũ est licitum, & finis illicitus vel econtrà, attendimus id quod est licitum, siue sit principium siue finis.Bar.ĩ l.quod ait lex. §.quod ait lex. ff. de adult. & ideo etiam videtur quod si satellites prosequantur quem extra ecclesiam vsque in ecclesiã quod non possit ille capi, quia attendimus vel finem vel principium, quando vel finis vel principium magis fauet defensioni,& reo, & ita tene in hoc articulo quicquid etiam sit in alia materia,quia quando principium est in uno territorio, & finis in alio semper attendemus finem.l.quis sit fugitiuus.§. Cecilius.ff.de ædil.edic.& Alex.consi.75. vol.3.in terminis. Iaso.in l.plerique.ff.de in ius uoc. vbi tamen allegat Bal. pro & contra.Sed tamen ita tenet, & huius etiam ego sum sententiæ,& ita uidi seruari, quicquid videatur uelle Alex.cõsi.24. uol.2.colũ.10. Dyn.per eum allegatum. Et in hoc artic. an attendatur finis vel principium, uide Alcia.regu.2.præsumpt.32.nu.2. Itẽ ad-
8 de † quòd licet absens de iure communi non possit condemnari.l. absentem.ff. de pœn.& l.absentem. C.de accusat.tamen poterit absolui constito de. innocentia. Ant.de But.post Ioã. And.in c. ueniens. col j. de accusat. & sequitur Veronen. caut.41.licet inuitus, col.fi.in princ.imò non solùm potest, sed debet,vt suprà dixi.Item adde quòd tantum potest vis defensionis, vt etiam rei, & nocentes propter eam absoluantur d.l. absentem. vbi text.tradit regulam quod melius est nocentem absoluere quàm innocentem cõ
9 demnare. Et† ideo si plures percusserint, & vulnerauerint in rixa aliquem, & adsit tantum vnicum vulnus mortale quo casu de homicidio solum punitur illud inferens.l.fi.ff.de sicarijs.omnes absoluũtur à pœna corporali, ne etiam innocens condemnetur per d.l. absentem.& latè p Alexan.consi.15 vol.j. Anch.consi. 217. nos Bartholomęus Roma.consi.401.eo præsupposito. Cuman.consil.134. visis.& Alex.consi.14.uol. 3 quicquid dicat Bar. in d.l. si in rixa. torqueri tamen possunt si delictum incertum sit. Salic.in l.fi.C.de quæstio.col.fi.uersi.idem dico.ubi tamen dicit quòd hoc in casu,ille potest torqueri qui est aliàs malæ famæ, & ita intellige Angel.in tractatu malefic. in gl.fama. versi.quid autem si sunt quinque. & Hippol. in l.j. ad finem principij.ff. de quæstionibus. qui simpliciter dicit quòd possunt omnes torqueri,quod nota, & dixi
10 suprà,in tit.de homicid. Item adde † q̃ excusatio vulnerati plus operatur quo ad defensionẽ, quàm criminatio quo ad offensionem Bal.in l.j.ad fin.princ.C.cõmu.de lega.& ibi Ias.in l.j. in prin.col.2. ff.de eo per quem fact.erit.& Alex.ĩ cõsil.24. uol 2.col.v.& consi.14.col.j.& seq. vol.3.& in his locis habes de criminatione morientis, iuxta l.si quis in graui.§.j. ff.ad Syllan.& de excusatione iuxta dictũ Bal.in d.l.j.ad fin.princ.C. commu.de lega.& de dictis morientium,vide Alciat.ĩ tracta.præsumpt.regu.3.præsumpt.4. Itẽ
11 adde ad defensionis fauorem†quòd cõdemnatus ad mortem, si dum laqueo fuit suspensus, fracto laqueo cecidit in terrã, debet liberari, si allegetur innocentia,q̃a cogi-

cogitandum est factum miraculosè ita la tè concludit Lucas de Penna in l. si quis forte. quæ est lex prima. C. de desert. & oc. lib. 12. colum. 7. versic. sed pone damnatus est aliquis. & Dec. in l. fauorabiliores. in fin. ff. de reg. iur. iudex tamen debet aduertere, an id euenerit ex opere manufacto, vel aliter fraus interuenerit, bene inspiciendo funiculum, & alia & magis in hoc exemplo potest considerari fraus, quàm in eo quod pridie contigit in oppido castri noui Terdonensis, Antonius de Pauarono grauissimi criminis delatus ad mortem condemnatus fuerat, qua ei nuntiata in carcere, intrepidusq; dixit se innocétem esse, visurósq; eos quãtum posset Deus, dum ad patibulum duceretur lætus ibat, repetens visuros eos quid summa Dei potentia esset, eo tempore effectura, & cũ securi ceruices subiecisset inciso fune quo pendens retinebatur, securis cecidit, sed prope collum substitit ad duos digitos, verùm carnifice claua securim feriente propius descendit securis, ita vt nemo esset qui nõ existimaret caput abscindi debere, tamen licet collo appropinquauerit, illud tamen non tetigit, minusq; eum offendit, tunc carnifex restitit, & Pauaronus adhuc intrepidus victis manibus nullo iuuante caput subduxit, submouens collo securim, quæ ei liberè locũ dedit, & quia res hæc videtur maximè admirabilis non dubito quin vir iste liberetur. Posset tamen esse præstigium, & arte magica factum, quémadmodum ab his sæpenumero fieri videmus, qui torquendi sunt, nam in cantamentis efficiũt, vt licet delinquẽtes sint, nihil tamen fateantur, & sępius repetita tortura non crucientur, & hoc nunc cõtigit in quodam Laudensi, qui furti scutorum mille arguebatur, quamuis enim nocens esset, & hoc mille modis appareret, deciesq; fune tortus fuerit, tamen nec tormenta pertimuit, & eius brachia prorsus illæsa remanserunt, & alia etiã magis admirabilia facta fuisse legimus ab Appollonio Thyaneo non arte diuina, sed diabolica, ita vt Romana ecclesia prohibeat ea legi. Laudensis tamen de quo diximus post illata tormenta omnia fassus est, & pecunias per eum absconditas demonstrauit, & hoc iusto Dei iudicio, qui tãdem scœlestos, iuxta illud Pauli, tradit in sensum reprobum. ex quo infero, quòd qui non timent Deum, quãuis animo obfirmauerint nolle fateri, etiam si omni genere tormentorum cruciarentur, tamẽ lumine intellectus (Deo ita volente) extincto rem omnem vti; se habet fatentur, & sæpenumero de hoc uidi experimentum. Aduertere tamen

12 debet iudex † vt reo faueat in casibus expressis, aliàs non, quia quoties fauet plus iusto, ac debito, accusatori siue accusato tenetur pœna capitis. Bald. in l. j. colũ. v. C. ne ex delicto defun. per text. in l. lex Iulia. de repetun. §. fi. ff. ad legem Iuliam repetund. quam allegat Bald. vbi suprà, & de prędictis. & de l. fauorabiliores. vide Alciat. in tracta præsumptio. re-

13 gula. 3. præsumpt. 44. Item † adde quod fauore rei bona fama præualet malæ Felin. in cap. cum contingat. columna secũda. de rescript. Hippol. in l. de minore. §. plurimum. chart. v. colum. ult. & sequen. ff. quæstio. & ibi colum. sequent. declarat quomodo hoc intelligatur. Ex prædictis

14 habes quod magis † fauetur reo & defensioni quàm actori & accusationi, vnde posset inferri, prohibita condemnatione, non intelligi prohibitam absolutionẽ quod voluit glo. in clementina prima de hæreticis. Tamen Aret. & Soc. in rubric. de acquir. posses. tenent contrarium, etiã in materia correctoria, & ad confirmationem suę opinionis, Soc. ibi adducit, ꝙ præscripta iurisdictione absoluendi etiã intelligitur præscripta potestas condemnandi, quia sunt eiusdem gradus, ita declarando Bartol. in l. prima, §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato. vnde stante decreto quòd iudices non possint condemnare inconsulto Senatu, non poterunt etiam absoluere. Alia multa reperies ad fauorem defensionis in repetit. L. vt vim. ff. de iusti. & iure. per Claud. & Dec. in regu. & si nihil. ff. de regulis iuris. & ibi dicitur quòd etiam post sententiam innocens non punitur, & quòd nunquàm exceptio innocentiæ intelligitur exclusa, & alia, & uide per Felin. in cap. consanguinei. de re iudi.

Tit.

Titul. de Reis requirendis & absentibus damnandis.

SVMMAE.

1 *Absentis persona de iure communi, an possit condemnari, & quid de eius bonis? & vide in tit praeced. nu. 8.*

2 *Absentis seu contumacis persona, an possit condemnari uigore statutorum?*

3 *Appellari an possit à banno, & an contumax veniens ante sententiam sit audiendus? & tit. seq. nu. 4.*



IXI suprà de captis, siue venientibus ad iudicium, verùm quia inquisiti citati, iuxta practicam, de qua per Angel. in gl. iudex cõmisit quod Caius prædictus, & alij inquisiti citarentur in princ. sępenumero non comparent, & concessa contra eos captura detineri nõ possunt, & tunc contra eos absentes proceditur, ideo videndum est quomodo de iure contra tales procedi possit, & quid seruetur, & perstringendo rem si de iure loquamur, Dic quòd bona talis annotãtur, & ipsa annotatio sibi intimatur, quo facto, si infrà annum comparet recuperat bona annotata, quę tamen non erant effecta fisci, sed descripta, & in loco tuto reposita, si non comparet termino dicti anni amplius nõ auditur, quo ad ea bona annotata, sed illa confiscantur, ipse verò auditur quo ad personam perpetuo. l. j. & per totum tit. ff. C. de requi. reis. & l. absentem. C. de accusat. & Doctores vbique, Gandi. quid sit agendum reo absente & contumace. Angel. in gl. qui iudex vidẽs quòd inquisiti non comparent, & in sua contumacia persistunt, & alibi sępe, & quibus citationibus & notificationibus procedatur circa dictam annotationem, Dixi in titu. de
1 citationibus. Et † quod persona ipsius absentis non possit damnari, sed tantum annotari bona, est etiam text. vulgatissimus in d. l. absentem. & in absentem. C. de pœn. nisi à relegatione infrà vt dictis iuribus, & ratio est, quia lex abhorret, vt ex præsumptionibus quis damnetur, d. l. absentem. de pœnis. & ideo dux Ludouicus Sfortia dicebat, Nolo vt quis moriatur propter contumaciam, intelligendo de bannitis, de quibus in specie dicam infrà tit. quid amittant banniti. nume. 16. & de literis bannitum admittentibus, & ad finem, & ita etiam Senatus noster obseruat, nisi ex lectura processus tuta omnino reddatur eius conscientia, quòd bannitus delictum patrauerit, & in casu dubio potius in eam venit sententiam, vt torqueatur, & interdum ob maximam debilitatem indiciorum absoluatur præcedente gratia, vt denuo sententia videatur, vt dicam loco suo, vult tamen antequàm propter debilitatem indiciorum sine tortura bãnitum absoluat, vt ille demonstret quare permiserit se banniri. Et de forma annotationis bonorum in primis, & ante alios omnino vide Bartol. in l. j. in pri. ff. de requirendis reis. & Alexã. ibi. Et sequendo propositum nostrum de iure esset videndum, an casus reperiatur in quo absens possit damnari, non tamen deueniri ad annotationem bonorũ, in quo articulo breuiter dic, quod à relegatione infrà vocatus potest damnari, etiam ante litem contestatam. Bartol. in dicta l. absentem. ff. de pœnis. & in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. & licet habeat contradicentem, tamen hæc opinio est verior & communior. A relegatione uerò suprà, & lite non contestata sine dubio non potest damnari. dicta l. absentem. in pri. & in l. prima. ff. de requiren. reis. Fallit in casu. l. ne diu. C. de pœn. & in casu. l. lege Cornel. §. & quid hoc crimen. ff. de sicarijs. & in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagan. Henrici Imperatoris, vt per Marian. in cap. veniens. de accusatio. char. 197. colum. fin. & colum. sequent. versicu. quintodecimò. & ideo fit annotatio modo, quo dixi, vt etiam per Marian. in cap. qualiter. *el secondo*. in 11. articu. quæstio. 74. de accusatio. vbi vide, si potes, quia nondum est impressum opus illud quod est amplissimum in materia criminali. Tamen communis est, ut etiam lite contestata adhuc nõ possit damnari, ut ibi per Marian. & hæc de iure ciuili procedunt, iure

iure verò canonico quid possit fieri reo contumace, vide, ibi per Marian. Circa verò obseruantiam quid fiendum reo cõtumace, Dic, secundum Barto. in d.l.j.ff. de requiren. reis.in princ.ad finem quòd
2 † propter statuta ciuitatum Italiæ contumax habetur pro confesso, & amplius de crimine non auditur, & allegat semetipsum i l.diuus.ff. de cůstod.& exhib.reor. in versi. vlterius vos videtis vbi est omnino videndum, quia dicit quòd iure communi, comparente quandocunque contumace, debet audiri ex integro, sed secundum statuta Italiæ contumaces & banniti habentur pro confessis, & sentẽtia fertur in eos vti in confessos, & ideo illis captis, non est opus nouo processu, sed sola executio sufficit constito eum esse qui in banno descriptus reperitur. Et dicit ita sæpius obseruasse, & non solùm Bar. loquitur quando sententia est inappellabilis ex forma decretorum, vti est in hoc dominio, vel quando est appellabilis, &
3 non fuit appellatum, † si demus à banno posse appellari secundum Paul. de Cast. consi. 141. in primo vol.in princ. Verùm etiam quando est appellabilis, & superest appellandi tempus, quæritan tũc ab executione sit supersedendum, vt in glo.j. nil no.appella.penden.in pri.quod intelligitur, vbi velit appellare, & sic audiri, sed si nollet appellare, & vellet directè audiri ex integro, sicut auditur annotatus, quolibet tempore non admitteretur, & hoc est quod intendit dicere Bartol. qui noluit tollere appellationem secuto bãno, nec loqui in casu indubitato, quando ex forma ordinum vel iuris sublata est vlterior causæ cognitio, sed iuxta illum text. qui vult vt annotatus perpetuò audiatur ex integro quo ad personam, vult autem secus esse in bãnito stante statuto, vt cõtumax habeatur pro confesso, quia tunc si sit damnatus ex fundamento fictæ cõfessionis, amplius non auditur, quod, vt dixi, intellexit quando directe ac si contumax non fuisset, vellet probare, nã ante sentẽtiam etiam post publicatas attestationes, & postquàm conclusum est in causa auditur, non post sentẽtiam, quia iudex tunc functus est officio, vt habetur in l.j.§. si quis vltrò.per Bartol ff.de quæstionib. & eod.tit.in l.vnius.§. cogniturum. Si igitur velit audiri, debet vel appellare vel alijs vti remedijs quibus contra sententiam & bannum agi potest, & de quibus infrà verba faciam.

Titu. de Bannitis.

SVMMAE.

1 *Bannum quid sit.*
2 *Bannum, an fieri possit propriè in præsentes?*
3 *Bannum, an censeatur sententia interlocutoria vel diffinitiua?*
4 *Bannitus, si compareat ante sententiam, an sit audiendus, & suprà titu.præced.nu.3.*



I c tractare expedit materiã bãnitorum, in qua Nellus doctor clarissimus solemnissimum & ordinatissimum, atque omni ex parte absolutissimum tractatum ędidit, vt inquit Marian. Soc. in c.qualiter, *el secundo*.in 11.artic.principali.in versic. quo ad primũ. de accusat. & dicit Bartol. Soc. eius filius in cõs.150. col.6.circa finem. quòd fuit doctor magnæ scientiæ. Recurre igitur ad eum, vbi in hac materia contingat dubitari, attamen & ipse aliqua subijciam, & in primis
1 scias † quid sit bannum, de quo vide Bal. in l.j.C.de hæredib.instit. qui dicit quòd est eiectio à bono publico, instar excommunicationis, quæ eijcit extra communionẽ ecclesiæ, vt ibi latè, & notabiliter per eum, & melius & consideratius per Nel.in suo tracta.in prima parte secundi temporis.q.3.ubi latè ponit quid sit bannum & unde dicatur, & infinita alia, concludendo quo ad propositum bannitorũ nostri temporis, de quibus ipse loquitur, ut etiam dicit in prima parte primi temporis.quæst.j.col.2.uerac.de his ultimis. & de quibus ego etiam tractaturus sum, quòd est quædam iudicialis sentẽtia pœnalis lata i absentem contumacem uirtute statuti, loquendo de statuto quod in criminalibus contra absentes possit ad diffi-

diffinitiuam perueniri,& quòd tales non comparentes habeantur pro confessis, quod statutum vbique in effectu viget,&
2 † quia etiam bannum fit in præsentes ob delictum,vt per Nellum in d.prima quæstione. & Bald.in d.l.j.vbi vide,& quotidie à Senatu nostro fieri videmus, quia præsentes perpetuò mulctat exilio,vel ad annum solum,iuxta casuum qualitatem, Dubium oritur an bãnum, de quo modo dixi,vigore dicti statuti quod fit præcedẽte inquisitione vel accusatione delicti, & quod fit propter contumaciã dicatur bannum pro crimine, & sic bannitus dicatur pro crimine bannitus. Et Bald.in cap.testimonium. de testibus. column.fin.& ibi Felin.colum.9.in princip. tenent non dici bannitum crimine nisi statutum hoc expressè velit,in quo tamen vide Bal.consi. 193.volum.2. & seq. consil.89.col. fin. & dixi in materia inquisitionis in illo articulo, An bannitus possit esse testis, quia statutum vult,vt bannitus de maleficio non possit esse testis. Scias etiam † ꝙ bannũ
3 dicitur quędam sententia interlocutoria, & potest reuocari, vt per Aret.in glo. qui iudex.videns quod inquisiti non comparent,& maximè Soci.in loco vbi suprà, in d.11. artic.prin. & Bal. in d.l.j. C.de hæredib.institu.col.6.vbi omnino vide, sed intellige quando expectatur alia sententia diffinitiua post bannum, quemadmodum vult statutũ nostrum, per quod in primis datur primum bannum hac lege, vt si venerit infra octo dies intelligatur ab eo liber: Deinde fertur sententia diffinitiua contra talem contumacem, quæ dicitur secundum bannum, secus si non expectaretur alia sententia.Ita Marian.vbi suprà, versic. sed quæro circa prædicta. & Bal. in d.l.j. si bene vides, maximè in versi. & intelligo. & Doctores in l.2.C. qui testamen. facere non possunt. & Aretin. in l. eius qui.§. is cui.ff.de testamen. & de se patet,& secundum statutum, de quo loquitur Nellus, vbi suprà, in dicta prima quæstione, quandoque bannum est sententia diffinitiua,sicut etiã loquitur Cœpolla consi.64.col.4. versic. præterea. Et secundum prædicta intellige Alex. consi. 90.colum 3.volum.3.vbi quòd banni sententia est interlocutoria,quia intelligitur sicut dixi,& valet hæc interlocutoria cõtra minorẽ indefensum, & habetur talis pro confesso,& non valeret vltimum bannum. Ita Nellus in prima parte primi tẽporis,in prima charta, in secunda fallentia, in versicu. primò igitur quæro. Viso quid sit bannum, & quòd aliquando est interlocutoria sententia, aliquando dif-
4 finitiua,quæro † si positus in primo banno comparet ante sententiam post terminum primi banni, iuxta terminos & statuta,de quibus suprà, an sit purgata mora, quemadmodum si comparuisset in termino octo dierum? Vide Nellum in tertia parte primi temporis, quæstione octaua, vbi tenet idem esse. Ita etiam Mari. Soc. vbi suprà, versic. & est aduertendum omnino. qui dicit,quòd bannum datum ratione contumaciæ, reuocatur, cum primùm citatus comparet,& post terminum banni vsquequo sententia profertur, subdens tamen quòd terminus nõ currit nisi à die notificationis personaliter factę,vel ad domum, vt per eum. Et hæc procedunt quo ad hoc,vt damnari non possit: non autem quin possint torqueri, iuxta dictum Baldi in d.l. prima. C.de hæredib. instituen. de quo dixi in materia torturæ. & qui Baldus in dicta lege prima, loquitur quãdo post terminum comparet, quicquid referat Brun. in suo tractatu,& Marsil. de quibus in ea materia in septima quæstione principali, & vide omnino, quando quis comparet ante sententiam post terminum primi banni. Paul.de Castro in consilio 33. super primo quæsito videtur facere dubium. col.1.& 3. & in apostill. ad Aretin. in gloss. qui iudex videns, quòd inquisiti non comparent.col. 2. & Bald. in l.2. §. quid si actor. C.de iuramen. calum. Et conclusio est, quemadmodum suprà dixi.

Titu. Bannire qui possint.

SVMMAE.

1 *Bannire qui iudices possint. & ibi ponuntur multæ quæstiones remissiuè.*

1 
Vi † iudices possint bannire, vide Nell. in suo tractatu bannit. in 2. parte 1. tēporis, vbi vndecim quæstiones ponit, quarum discussionem, vt breuibus agam, consultò prætermittens, vnum tātummodo te admonitum velim, vt quo ad secundam videas Felin. in ca. cum ordinem. de rescrip. & ad quatuor seq. quæ dixi suprà tit. de fur. & ad septimam & octauam, quæ latissimè scripta fuerunt à me tit. de fo. cōpe. Sed ad nonam, dum quærit an iudex possit bannire sibi aut familię suæ iniuriā inferentem, vide Ias. in l. qui iurisdictioni. col. 3. versic. octauò fallit. ff. de iurisd. om. iudi. & quid si officialis offendat alium, vide Bart. in l. si quis. §. si quos. ff. de pœ. & ibi quid si inter eos de familia sit controuersia, de quo etiā vide Aret. in tract. suo malefi. char. 4. col. fi. in apostil. & Nel. vbi suprà, & ibi etiā ponit, ꝙ si iudex nō recognoscat superiorē potest indistinctè cognoscere, & punire, quia princeps ita diligit singulos, sicut fiscū, secūdū Old. cōsil. 269. de quo vltimo vide Feli. in c. cùm venissent. de iudi. col. 3. & Ias. i l. est receptū. col. j. ff. de iur. om. iud. vbi regulā ponit cū suis fallētijs. & Iac. de S. Georg. in tract. suo feud. char. 5. col. j. & Dec. in d. c. cùm venissent. Dū aūt Nell. postremò quærit ī effectu, si iudex specialis quo ad aliquod delicti genus creetur, puta, cōtra rebelles, aut cudētes falsas pecunias, An nihilo minus ordinarius illius loci possit reos dictorū criminū inquirere & bannire, vide de hac quęst. Imo. & Feli. in c. pastoralis. de offic. ord. Aret. in l. quod in rerum. §. si quis post testamētū. ff. de leg. j. & latius p Decium consi. 3. consideratis omnibus. & dixi suprà in d. titu. de foro compet.

Tit. Banniri qui possint.

SVMMAE.

1 *Vniuersitas an possit banniri, & quomodo possit puniri, & qualiter vniuersitas probetur deliquisse?*

2 *Vniuersitate punita, an possit formari inquisitio contra singulares personas?*

3 *Minor an possit banniri?*

4 *Forensis habitans in hoc dominio an possit banniri pro crimine commisso extra dominium, & an possit inquiri?*

5 *Clericus an possit banniri à iudice seculari?*

6 *Clericus, qui suspectus est principi seculari, potest ab ipso principe eijci è suo territorio.*


Ractaturus an omnes bannire liceat, Quæro in primis, † an vniuersitas possit banniri, & certè potest delinquere, quod quomodo cognoscatur, an scilicet vniuersitas deliquerint, vel fuerint singulares personæ, ponit Bart. in l. aut facta. §. nōnunquā. ff. de pœn. Deci. consi. 221. col. 1. Ias. in l. ciuitas. col. 2. ff. si cer. petat. Et communis opinio est, quòd ad hoc vt vniuersitas dicatur deliquisse, non sufficeret, etiam si omnes iuissent ad deliquendum, sed requiritur deliberatum consilium prius, vt per Doctores, vbi suprà, & per Feli. in ca. dilectus. *il secondo*. in vlt. col. de simo. & in ca. cum omnes. de constit. & sufficeret etiam ratificatio, vt in eisdem locis. & ad hoc vide Felin. in d. c. cùm omnes. col. 19. versi. pro quibus. & Aret. consi. 164. col. 17. circa fi. & seq. & qualiter probetur ratificatio, vide Aretin. consi. 42. col. fin. Alexan. consi. 88. col. pen. in 5. vol. & consilio 127. circa fin. penul. col. & consil. 175. col. fin. circa fi. volum. j. & qualiter probetur scientia communitatis, vide Bal. j. volum. consi. 283. aut 128. & 5. volu. consi. 314. in fi. & quæ sit pœna rebellis ciuitatis, vide Bar. vbi suprà, versi. hoc pręmisso quęro. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, rebellando. circa fi. & Doctores, vbi suprà. Et vide terribilem sententiam nō ita pridem ab inuictissimo Cæsare Carolo Quinto pronuntiatam, contra oppidū Gantes in Flandria propter eius rebellionem, ex qua iuris dispositionem, & obseruantiam in hac materia abundè cognosces, & formam citandi vniuersitatem ponit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, citatum. & Nell. in tract. suo in 1. par. j.

par.j.tempo.q.5.& ponit Maria. in tract. citat. in 20. arti. in 2. q. Et potest ciuitas comparere per syndicum, Alexan. in d.§. nonnunquam.& Marian.in cap.veniens. de accus.in 4 q. princ. versic. sed quæro iuxta prædicta.& ibi recitat à Doctoribus dici, ꝙ admittitur syndicus, quia aliàs vniuersitas non posset se defendere, cùm sit corpus fictum & inanimatum, continens in se infantes, furiosos, & similes, qui non possunt esse in iudicio, vide ibi omnino, & sufficit confessio syndici ad condemnandam vniuersitatem. Deci.in d. consil.221. & an possit vniuersitas pro homicidio, & rapina capite puniri, stante statuto imponente pœnam capitis? Dic non posse, sed pœnam mutari. Maria.vbi suprà, & Bart. in d §.in d.versi.hoc præmisso.& Doctores vbi suprà, imò amplius Bart. ibi vult, vt si etiam imponenda esset pœna pecuniaria soluenda per collectam, tamen nõ contribuerent, qui nõ deliquissent. In crimine verò rebellionis aliud est, vt ibi per
2 Bar. Et † an punita vniuersitate possit formari inquisitio contra singulares personas, vide Bar.in pen.q. vbi suprà. Abb.in d.c.dilectus. de simo. circa fin. vbi etiam Io. de Anan.col.10. & Alex. in d.§.nonnunquam. & de hac materia vide etiam Felin.in ca.cùm te.col.9 & seq. de rescri. Ang.plenè consi.165.Bal.not.consi.283. vol.j. Aret.consi.113.circa fin. Ang.cõsil. 196. Oldrad.cõsi.66 & consi.115.Gand. in opere malefic.rubr.118.Alex. ad Bart. in d.§. nonnunquam. Ex his colligo, ꝙ potest banniri, sicut singularis persona. & ita Nell.explicitè, vbi suprà, & quotidie video formari inquisitiones contra vniuersitates de receptione bannitorum, & eas mulctari pœna statuti contra vniuersitates bannitos receptantes. Tamen bannum hoc non erit eiectio à ciuitate, sicut suprà dixi, sed mulcta iuxta terminos, de quibus per Nell. in prima parte secundi temporis, quæstio.3. Et an possit banniri eiiciẽdo omnem populum extra ciuitatem, Est consideranda natura delicti, iuxta dicta Bar.in dicto versi.hoc premisso. Et pro homicidio atque aliis delictis, ex quibus nõ debet quis pro alio puniri non posset, per ea, quæ declarat Bar. secus autem pro crimine læsæ maiestatis, vt ibi. Aduerte tamen, vbi velis bannire vniuersitatem vigore statuti, ꝙ contumax habeatur pro confesso, an eo in casu statutum comprehendat vniuersitatẽ? Et difficultatem hanc tollit Imperator in d.extrauag.ad reprimendum. in crimine læsæ maiestatis. vbi, cùm dat facultatem procedendi contra absentes, loquitur expressè etiam contra vniuersitates & colle-
3 gia. Minor † an possit banniri, maximè non dato curatore, iuxta l. clarum.C.de Auth.præst.vide Nell. in prima parte primi temporis, quæst.j & Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, conditionis. & ibi dicitur, ꝙ dummodo sit in ea ætate, in qua possit cadere delictũ, damnari poterit, vide suprà in materia homicidij, in versic.& quid quando delictum committitur per minores. num.79. Et in genere qui possint banniri, vide Nellũ, vbi suprà, & Doctores concludunt præsentes posse
4 damnari, absentes verò banniri. An † incola huius dominij possit hic bãniri pro crimine patrato extra dominium? Vide Bar.in l.cunctos populos. C de sum.trin. & fide cath. charta penult. versicu. item quæro, quid si. vbi per duas col. prosequitur hunc articulum, & non est dubium, quin via accusationis liceat, sed difficultas est, an possit inquiri, dixi sub rubr. de inquisitione, & ibi conclusi posse etiam inquiri tam de iure, quàm secundum cõsuetudinem, quicquid dixerit Hippoly.in
5 l.fi.ff.de iurisd. om.iud. An clericus † possit banniri à iudice seculari? Dic non posse propter regulam, quam feci modò, quia iudex secularis non habet imperium in clericos. cap. cùm non ab homine. de iudi. cum vulgarib. Dixi latè sub rubr.de foro competen. & sub rubr. de crimine læsæ maiestat. & ad hoc in maioribus terminis, vide omnino Bartol.in extrauag. ad reprimendum. in verbo, conditionis. vbi dicit defectu potestatis sub verbis quantumcunque generalibus non includi clericum, nisi tractaretur de priuatione feudi, quia quo ad feudum, quod habet à Cæsare, illi subiicitur. cap. cæterùm. de iudic. & loquor de omni clerico, etiam ꝙ esset episcopus & cardinalis, vt notat. in dicto c. cęterùm. quod nunc habeo in facto, quia Senatus mihi causam cõmisit

inter cardinalem & laicum super feudo huius dominij, & cardinalis nollet hic litigare, sed Romæ, quod obtinere non poterit de iure. Et quid si clericus non incedens in habitu bannitur à iudice seculari, an bannum sit nullum, & an possit talis impunè offendi, & an bannitus possit iterum banniri, dicam infrà in materia nullitatis banni, vbi vide. Princeps secularis
6 † quando habet clericum sibi suspectum, & hoc potest probabiliter ostendere, dato quod sit ei concessa aliqua ecclesia per Papam, potest illum non admittere, & eijcere. Abb. in c. j. col. 6. vers. item potest. in fi. de elect. & ibi dicit, quod non tenetur admittere prælatum, de quo non possit confidere, ne fortè panderet aduersario secreta prouinciæ. & idem Abb. in c. cùm terra. col. 2 de electio. Innoc. in cap. super his. colum. penult. de accusat. & dicit Abb. in dicto ca. j. quod clericus electus potest eijci, quando populus eum odit, & est periculum scandali, sed loquitur re permutationis nomine ei data, & ab eius superiore: & sequitur Roman. sing. 296. & Feli. in c. 2. in versi. 10. de præscript. & dum dixi licere principi nó admittere, & eijcere, intelligo cum licentia Papæ, aliàs non. Bal. & Doctores in c. j. §. si clericus. de pace tenen in vsibus feudorum. Quapropter nescio qua authoritate clerici sub prętextu, quod monialiũ amoribus operã dent, & facinorosi sint, banniantur, authoritate sola superioris secularis, & è dominio eijciant.

Titul. Banniti quid amittant.

SVMMAE.

1 *Banniti an possint licitè occidi stante statuto, vt impunè possint offendi, si occiduntur proditoriè, & quid si interficiantur ad vindictam?*

2 *Bannitus, qui erat toleratus, an possit impunè occidi, & quomodo probetur tolerantia, & quid si in fraudem fuit bannitus, vt occideretur?*

3 *Bannitus non legitimè, an possit impunè occidi, & quid si habuerit securitatem, & multas similes quæstiones?*

4 *Bannitum occidens, cùm tamen ignoraret eum esse bannitum, an excusetur?*

5 *Bannitus an possit impunè occidi in alio territorio?*

6 *Bannitus an possit impunè occidi in ecclesia?*

7 *Bannitus potest impunè occidere alium bannitum?*

8 *Banniti à lege an possint impunè offendi?*

9 *Bannito an possint auferri vestes, & cætera bona?*

10 *Bannitus quid amittat.*

11 *Condemnati ad mortem, si præsentes sint, an amittant bona tam de iure communi, quàm ex forma statutorum?*

12 *Bãnitus an efficiatur seruus pœnæ? & nu. 16.*

13 *Bannitus an possit facere testamentum?*

14 *Bannitus an possit alijs succedere, tam in territorio, quàm extrà.*

15 *Bannitus an possit cedere ius suum alij?*

16 *Cessio iuris fideicommissi an possit fieri per bannitum, vel per alium?*

17 *Mortuo bannito habente bona, an fiscus ei succedat?*

18 *Banniti si capiantur, an possint absque alio processu capite puniri. Et an probandum sit eum esse illùm met, qui est bannitus?*

19 *Contumacia an probet delictum, maximè stante statuto?*

20 *Bannitus si posteà capiatur, an sit audiendus, volens probare innocentiam suam?*

21 *Receptatores bãnitorũ quomodo puniantur.*



ANNITI quod incommodum & detrimentum capiãt, vide Nell. in 2. & 3 tempore, & ibi latissimè cõsiderat, quid iure cõmuni patiantur, & quid secundum statuta ciuitatum. Nam vbique adsunt statuta, vt possint impunè offendi, & non audiantur eorum quærelæ, atque alia ad eorum damnum & perniciem, tanquã ędità contra hostes ciuitatis. Et quia in primis de personis quærendum est, quarum iactura longè maior est, quàm bonorum l. in seruorum. in fin. ff. de pœn. ideo dicam aliquid circa statuta, vt banniti possint offendi. Et primò scias, quod non † vi-
1 dentur habere locum, quando proditoriè occiduntur. Ang. per illum tex. in l. fi. C. de

de delat. in apostil. ad Bart. & Cœpol. cō sil. 34. si vnquam. col. 3. Sed hanc limitationem reprobat D. Roch. Cur. in tract. consuet. in 23. col. versicu. vltimò infert Abbas hic. ad quod vide Barb. consil. 48. col. 3. in 2. volu. & ita seruatur. Secundo non videntur procedere, quando homicidium fit per assassinamentum, iuxta ca. j. de homicid. in 6. Sed est error, quia non loquitur text. ibi in hostibus, imò statuta ferè vbique dant præmium occidenti, atque ita videtur facere spe præmij, Barba. plenè in d. consi. col. antepenult. & consequenter fiunt hæc homicidia pretio dato à publico, & ita etiam Nell. in 2. par. 2. téporis, quę st. 12. post Alb. de Ros. & ita seruatur. Datur & alia limitatio, vt non procedant statuta, quando ratione vindictæ fit homicidium, vt per Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. de constit. vbi locus in vers. nonus & vltimus casus. Sic Curt. vbi suprà, & refert ita velle Doctores allegatos per Felin. in d. cap. & ipsum Felinúmmet, sed errat: quia Fel. non dicit hoc, sed ꝙ statutum non valeret, vbi fieret ob vindictæ studium. Roch. tamen allegat Bal. in contrarium, quicquid sit de iure, hoc etiā casu obseruatur, vt homicidium sit impunitum. Alia allegatur fallentia, quando

2 † bannitus erat toleratus, Felin. in d. cap. quæ in ecclesiarum. allegat Salic. in l. nullus. C. de Iudæ. adde Ias. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, & Alex. consi. j. volu. 2. col. fin. Et modum probandi tolerantiā hanc ponit Salic. in l. si duo ff. de acquir. hær, videlicet si probetur, ꝙ palàm, & notoriè conuersabatur per plateas & vicos ciuitatis, & habebatur pro liberato, vt per eum. Sed tamen propter nimiam frequētiam bannitorum vidi interdum fieri ordines, vt tam tolerati, quàm nō tolerati possent impunè occidi: vide etiam ordinem tollentem penitus tolerantiam: Quorum vigore, tolerantia nō obstante, occisores equitis Becharıæ, qui bannitus erat, & toleratissimus, fuerunt à Senatu liberati. de quo articulo etiam dicā infrà. Per nouas verò cōstitutiones datur modus, quo probetur tolerantia. Est etiam alius casus, in quo non licet occidere bannitum, quādo quis faceret in fraudem aliquem banniri, vt eum occideret. Anchar. cōsi. 419 col. j. & an talis facultas possit alteri demandari, vide Felin. in c. ad nostram. colum. 2. de probat. Aliū casum ponit Feli. & alij multi, vbi suprà, & Felin. in ca. ex transmissa. col. 2. de præscript. quando † qui occisus

3 est, nō legitimè bannitus reperitur, quod intellige, si scienter occidatur non ritè bānitus. Bartol. in l. pe. ff. de adult. Secus si ignoranter, quia tunc de dolo non punitur, & res est absque difficultate, vt non puniatur pœna ordinaria homicidij, quā do ignorabat. Alex. consil 77. volum. 3. & Nell. in prima parte 3. tempo. Sed dubium est an saltē extraordinaria puniri debeat propter culpā, iuxta opi. Bart. in d. l. pen. Sal. in l. eum qui duas. C. de adul. tenet, ꝙ dictum Bart. procedat, vbi potest apparere ex inspectione banni de eius nullitate, aliàs in dubio prorsus absoluitur. & ita Cor. consi. 17. col. 2. volu j. & Alexan. latē consi. 65. vol. 3. maximè col. 3. & ita in effectu. Nel. vbi suprà, dicens ꝙ loquitur Bart. vbi potest ascribi culpa occidenti, vt quando publicè dicebatur bannū esse nullum: secus si nulla culpa ei potest imputari, quia essent lapsa tempora ad appellandum, considerando tamen an culpa esset lata vel leuis, & puniendo pro modo culpæ. Et vide etiam Cœpol. consil. 41. ad fi. & consil. 6. col. pen. & Paulus de Castro consil. 193. col. 4. & omnino Iss. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. col. 7. & bene facit consi. Pau. de Ca. 32. vbi dicit ꝙ occidens bannitum habentem securitatē excusatur, eò quia ignorantia erat satis probabilis, secus si non fuisset probabilis, vt quia bannitus sibi de securitate protestatus esset. & ita Dec. in reg. qui cum alio. ff. de reg. iur. col. j. versi. 2. & versi. seq. & Ias. clarius in l. si non solùm. §. morte. ff. de oper. noui nuntiat. char. 6. col. j versic. secunda cōclusio. & loquitur Iason post Pau. de Cast. quando bannitus protestatus esset simpliciter de securitate, nā tunc esset in culpa, & puniretur pro culpa, secus si etiā ostendisset ei securitatem, nam tunc puniendus esset pœna ordinaria, & ita declarat Bar. in d. § morte. vide etiam Pau. de Castro in l. si duo. in fi. ff. de acq. hæred. & ibi in apostillis. & Feli. in c. cùm M. de constitut. col. 23. vbi etiam Ripa, Ang. consil. 287. & Nell. in 2 parte secūdi

temporis, quæst. 15. & Corn. j. vol. consil. 104. & consi. 175. Quid verò si occidatur bannitus restitutus, nondum tamen cancellatus? Hoc pluries vidi in facto, & obseruari, vt homicida non puniatur, si pro rostris de banno apparebat absque alia litura. In quo articulo vide Ias. in d. l. 4. § idem natum ff. de re iudic. vbi tenet puniri pro culpa, quia saltem debuit rem inuestigare. Veriaas est in cōtrarium, vt per eundem Ias. qui principaliter disputat articulum in l. si creditoris. C. de fideicommiss. & ibi ostēdit hanc esse communem opinionē, nisi ex dispositione statuti quilibet esset restituendus, quod contingit, quando per capitula fœderis disponitur, vt omnes rebelles restituantur, & magis si dicatur nullam esse habendam rationē talis banni, vel nisi in archiuo publico esset instrumentum solutionis banni, quia etiam tunc diceretur in culpa. Et ex hac communi Doctorum opinione infertur, ꝙ ex quo tolerantia banni inducit quandam dispositionem superioris, vt videatur remisisse bannum, iuxta nota. in ca. cùm iam dudum. de præbendis, & in cap. quia circa. de consang. & affin. Si non erat secuta litura, toleratus videtur impunè interfectus. Sed dic, quòd ex quo illa tolerantia & consequenter illa tacita remissio erat notoria, non videtur excusatus. & ita Salic. non allegando hoc fundamētum in l. nullus. C. de Iudæis. Alex. consi. j. col. fin. vol. 2. & Ias. in d. l. si creditoris. in 3. limitatione. & ibi dicit, quòd Ioānes de Anan. attestatur ita Bononiæ vidisse seruari. & sequitur Ias. in l. vbi peccatum. C. de transact. Felin. vbi suprà, in d. cap. quæ in ecclesiarum. & Deci. consi. 327. & alibi sæpe. Quid si clericus bannitus à seculari, occidatur ab aliquo ignorāte eum esse clericum? Vide Iaso. in l. 2. col. 9. vers. iuxta hoc quærit. ff. si quis in ius voc. non ierit. vbi not. loquitur, & satis apparet decisio ex præmissis, successiuè quæro, an qui indebitè restitutus est, licitè tamē occidatur. Exemplum contigit his diebus proximè præteritis, quia facta generali remissione per principem, ita tamen vt homicida exhiberet pacem habitam ab offensis in termino statuto, & non esset animus deliberatus, homicida comparuit in termino cum pace minus legitima, & homicidium etiam commissum fuerat deliberato, tamen iudex eum admisit, & ex albo deleuit, posteà verò fuit occisus, & dic quòd licitè occidi potuit. Ita Alex. consi. 114. in j. vol. Cœpol. consil. 7. & Nell. in j. parte 3. temporis, quæst. 3. & Marsi. in l. j. col. 7. ff. de sicar. Sed si casus iste eueniret facta restitutione per principem, & secuta confirmatione, quæ requiritur ex ordinibus nostris à Senatu, quam vulgò appellamus interinationem, quia confirmatio esset minus legitimè facta, putà, sine pace, vetantibus bonis consuetudinibus huius dominij, ac etiam ordinibus, esset quæstio ardua, propterea ꝙ nō refricatur in dubium authoritas Senatus, & in præsentia huius essem sententia, vt si gratia fuisset obrepta, procederet conclusio suprà facta, quia tali casu deberet Senatus ipse, instante parte vel fisco, reuocare suū decretum. Si verò scienter ita volens restitutionem admisisset, motus aliqua causa, quæ sibi visa esset rationabilis, tunc aliter putarem, quia eo casu non reuocaret Senatus, nec reuocare deberet, per reg. decet. de reg. iur. i 6. & maximè quia princeps etiam sine pace potest cōcedere gratiam de iure homicidæ, vt dicam infrà in tit. de remediis ex sola clemen princ. Vidi hunc casum in facto, quo tempore Comes Alexander Taurellus occisus fuit à Comite Ludouico eius fratre. Nam Comes Alexander erat bannitus. sed habebat gratiam approbatam à Senatu cum vitio pacis, non quia pax non adesset, sed quoniam erat minus legitima, & sic vitiū leuius erat, hoc casu, quàm in exemplo proximè posito, in quo nulla pax aderat. An verò pendente quæstione nullitatis banni licitum sit occidere, vide Bartol. & scrib. in l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. hær. Ias. in d. §. condemnatum. ad fi. & Doctores suprà in multis locis. Et scias in hac
4 materia, quòd † occidens bannitū ignoranter est etiam excusatus, Cornel. in d. consi. 17. col. 3. in prin. volu. j. Non omitto tamen. quod dixit Bald. in l. decuriones. C. ex qui. cau. infa. irrog. ꝙ licet talis homicida non puniatur, tamen est infamis, & refert Marsi. in d. l. j. ff. de sicar. & ideo Felin. in d. c. quæ in ecclesiarū. col. 5. dicit,

dicit, ꝙ licet sic tolerabile, non tamen est laudabile, & ideo peccat in foro conscientiæ, vt etiam in d.l.j ff. de sicar. Quod videtur verum, quando fit studio effundendi sanguinem humanum, vel propter vindictam, vt per Nell. in 2. par. 2. temp. q. 11. de quo vide Felin. in d. ca. quæ in ecclesiarũ. col. 2. circa fi. & seq.
5 Sed quid iuris, † quando occiditur bannitus in alio dominio vel territorio, iuxta l. fi. ff. de iurisdictio. om. iudic. vide Ias. in l. omnes populi. ff. de instit. & iure. qui tenet ibi puniri, perinde ac si non esset bannitus. & latissimè vide de multis quæstionibus circa hoc occurrentibus per Nell. in 2. par. 2. temp. quęst. 56. & duabus sequentib. & quæst. 12 ad fi. versi. puto tamen. vide etiam in d.l. fin. ff. de iurisdict. om. iudic. Et si vis videre plures alios casus, in quibus dictum statutũ, quòd bannitus possit impunè offendi, nõ habeat locum, vide Nell. in d. 2. par. 2. tẽporis, in 7. q. & sex seq. & q. 15. & 25. & 26. q. vbi ponit not. casum illius, qui occidit Caium pro Sempronio Petri bãnito, putans quòd Caius esset Sempronius Petri bãnitus. & quæst. 46. ponit, an mulier bannita possit adulterari, de quo etiã per Alex. in additio. in l. non solùm. §. j. ff. de iniur. col. fin. Et si bannitus captus occidatur, puniẽdus est homicida, iuxta dictã Bart. in l. 3. § trãsfugas. ff. de sicar. de quo vide Nell. in d. 2. parte 2. temporis, quæst. 27. & 28. Si tamen erat dimissus dato fideiussore, nõ dicebatur in carcere, vt per Ang. in l. qui in carcere. ff. quod met. causa. & vide suprà in titu. de carcere, in fin. vbi dico aliud esse, si pater carceratus fuisset dimissus relicto filio pro obside in carcere.
6 Quæro, bannitus † quis est à ciuitate, & dominio Mediolani, & occiditur in ecclesia extra dominiũ Mediolanense, an possit in hac ciuitate puniri? Videtur nõ posse, per ea, quæ suprà dixi post Ias. & Nell. Cõtrà verò videtur, quòd donec permanet in ecclesia, habeat quandam securitatem, iuxta c. reos sanguinis. 22. q. 5. & in c. inter alia. de immunit. eccles. & cõsequenter homicidium dicitur illicitum, per textum notab. in l. lex Iulia. § fi. ff. ad leg. Iuliam repet. & quòd dicit Paulus de Castro in l. si quis filio exhæredato. § si qui. ff. de iniusto, rupto. per illum tex. vbi vult, quòd sit homicida, qui nocentem occidit, quando aliquo tempore debuit esse securus. Sed contrarium tenet Nell. etiã quando occideretur in ecclesia in territorio bannientis, in 2. parte 2. tẽporis, quęst. 58. Et si dicas, saltem est sacrilegium, quo casu illicitè fecit, Dic non esse sacrilegiũ, vt habes per Azon. in tit. C. de crim. sacrileg. & ibi Salic. in rub. & Hostien. in rubr. extrà, de crim. sacrileg. post rubr. de fur. Item statutum tollens pœnam homicidij, tollit omne delictum, quod sit etiam secuto homicidio, vt apparet ex tractatu materiæ in locis, vbi suprà, & ita seruatũ fuit his diebus in Senatu.
7 Sed † an bannitus possit occidere alium bannitum impunè, stante statuto, vt quis possit bannitum impunè offendere? Videtur non posse, quia priuatur beneficio statutorum, vt not. in l. j. C. de hęred. Instit. Contrarium est dicendum, quia statutum illud est fundatum in iure publico, & ita determinat Anchar. in cap. canonum statuta. col. 68. vbi examinat quæst. de constit. bannitus etiam auditur excipiendo, & defendẽdo, sicut excommunicatus, iuxta not. in cap. decernimus. extrà, de iudic. & ita etiam Felin. in cap. dilecti. de except. & ita fuit determinatum in Senatu ad defensionem Rubei de Vicheria hoc mane, & bene, ex prædictis, & etiam quia statutum fundatum in iure publico etiam compræhendit inhabiles. ita determinant Doctores in l. si filiusfamiliàs. ff. si cer. pet. inferendo ad multas notab. quæst. præsertim quòd statutum dans præmio feudum capienti maleficum, etiam compræhendit incapacem ad feudum, & si dat feudum, etiam compræhendit forensem, qui non poterat acquirere immobilia in territorio. Et si statutum disponit, vt quilibet possit accusare, etiã cõpræhendit inhabiles. Hæc per Ias. in d.l. si filiusfamiliàs. qui tamen vult in casib. de quibus suprà, vt si talis inhabilis esset socius criminis nõ acquireret. Et secundũ hanc conclusionẽ etiam bannitus agendo audiretur, nedũ excipiẽdo. Aduertendum tamen est, ꝙ dicta conclusio Doctorum in ea l. si filiusfamiliàs. procederet, vbi statutum loqueretur in personã, dicens, Quilibet offendens bannitum sit immunis, &c. nam tunc essemus in

in dubitatione, an etiam inhabilis includeretur: non autem procedit, vbi loqueretur in rem, prout facit, dicendo, quòd bannitus possit impunè offendi: quia hoc casu non est quærendum de persona offendentis, sed de ipso effectu, quòd impunitus factus est vi statuti, iuxta not. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. ca. de quo actu impunito non magis est puniendus bannitus, quàm si diceret statutum,
8 Offensio banniti sit impunita. & hæc veritas. An † banniti à lege possint impunè offendi, vide Ang. consi. 14. col. penult. in prin. & an absolutè banniti possint impunè offendi de iure communi cessantibus statutis? Vide Cœpol. consil. 8. col. 3. in prin. Nell. in j par. 2. temporis, quæst. 4. & quando quis est diffidatus, iuxta cap. j. de homic. in 6. vide Bart. in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebel. & Bald. 2. vol. consil. 61. col. fi. & qualis condemnatio requiratur, quando nemo potest impunè offendi, nisi sit bannitus ex maleficio. propter quod capite atque bonis mulctari debeat, vide Signor. consi. 171. Et an idem sit, vt statutum permittat licitè offendi, vel impunè offendi, vide notabiliter Paul. de Castro consil. 194. Et si potest impunè occidi, magis vulnerari. Alexan. in 2. vol. consil. 24.
9 col. fi. maximè † verò poterunt vestes & bona auferri, eo scilicet viuente, non post mortem. Fel. in dicto cap quæ in ecclesiarum. columna 5. & per Paulum de Castro consi. 33. col. fin. Et quòd bannitum, qui potest impunè offendi, tam fiscus, quàm quæuis priuata persona possit etiam deprædari, vide Bart. in l. j. in fin. C. de hæred. instituen. & ibi Iason. & Alexand. & Curt. vbi est videndus in consil. 59. incip. Dux Philippus Maria. & dicā infrà versi. dixi an liceat bannito testari. Et quando statutum permittit licitè offendi, an etiā permittat licitè occidi, vide Bal. 3. volum. consi. 441. in secundo dubio. Cœpol. plenè consi. 5. col. 2. & sequen. Nell. in 2. parte 2. temporis, quæst. 7. Felin. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. col. 5. Alexan. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. colum. j. & 2. Ang. consil. 287. circa finem. Bart. consil. 188 circa prin. Bald. 3. vol. consi. 441. in 2. dubio. & Corn. not. j. volum. consil. 57. Et adde quòd valet statutum, vt bannitis nō fiat iustitia. Bald. in l. j. colum. 3. C. si non à competen. iudi. quod videtur repræhendere Alexan. in l. cùm mulier. colum. 2. ff. soluto matrim. Tamē potest defendi Bal. quia denegatur iustitia durante tantummodo tēpore banni, vt colligitur ex verbis Nelli in 3. parte 2. temporis, quæst. j. ante fin. Et de statuto, quòd possit impunè offendi bānitus, & an valeat, vide Nellum in prima parte 2. tempor. quæstione prima, & in 2 parte 2. temporis, quæst. 8. & sequen. Corn. j. volum. consi. 37. col. 2. circa princip. & sequen. circa fin. & vide vltra Felin. in dicto ca. quæ in ecclesiarū. etiam Marsil. in d. l j. ff. de sicar. Deci. in l. 2. col. j. C. qui testamen. facere non poss. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. sæpe allegato. Et de statuto, quòd ei non fiat iustitia, vide etiam Nellum in prima parte 2. temporis, quæst. 2. & Angel. in l. si non speciali. in lectura antiqua. C. de testamen. & Feli. in c. dilecti filij, de excep. col. 6 in princ. & valet statutum, quòd capiens bannitum sit eius dominus. Feli. in cap. cùm omnes. col. 2. de constitut. Hæc
10 quæ diximus, locum habent † quo ad offensionem personæ ac bonorum banniti, modò videamus quid iuris sit circa amissionem bonorū, videlicet, quid amittat bannitus secuto banno: & dic quòd olim ex deportatione sequebatur tacitè publicatio bonorum. l. deportatorum. C. de pœn. Non sic ex relegatione, nisi hoc clarè contineretur in sententia dicta l. deportatorum. similiter olim sequebatur tacitè publicatio bonorum, vbi adimebatur libertas, vel ciuitas, vel imponebatur pœna mortis naturalis. l. j. ff. de bon. damnat. vbi glo. Bartol. & Doctores. Reseruabatur tamen certa portio filijs, vt ibi in textu. & ideo Bart. in fi. ibi quærit, quid de filijs quæsitis post publicationem. de quo vltimo dixi suprà in materia criminis læsæ maiestatis. Et bonorū publicatio, quæ tacitè sequebatur, cessat hodie per Auth. bona damnatorum. C. de bonis damnat. quæ militat superstitibus personis, de quibus ibi: secus autem illis cessantibus, vide d. Authent. Vbi verò tacitè non fiebat confiscatio, sed per sententiam expressè confiscantem bona, non militat d. Authen. sed iura remanent incorrecta. Hæc est

est communis opinio in d.l.j.ff. de bon. dam. vt attestatur Bar. ibi, & in l. eius qui §. is cui ff. de testa. vbi Imol. & Aret. ita attestãtur, & Angel. Aret. in glos. & eius bona publicamus. cum apostil. ad eundẽ. Et ex his idem videtur inferẽdum esse ad bãnitos, quia ex forma statutorum licet iure communi absentes nõ possint damnari. l. absentem ff. de pœnis. possunt condemnari etiam ad mortem, & sic videntur redacti instar damnatorum de iure cõmuni Doctores tamẽ tenẽt cõtrarium, vt Nell. in tractatu suo in prima parte secũdi temporis, q. 11. vbi vide omnino Alexand. in l. 2. C. qui testam. facere nõ pos. & Aret. in d. §. si cui. colum. antepe. vers. quæredum est nunquid bãnitus. vbi omnino vide. Limitat tamen Aret. hãc opinionem, vbi adesset statutum, quòd bãnitus possit impunè offendi, quæ opinio videtur contra mentem Doctorũ. f. Bald. in l. j. C. de hæred. instituendis. char. vlti. col. j. & 2. & in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. liberis & posthumis. col. 4. quem sequũtur alij, cum Bal. loquatur, quãdo bãnitus amittit ciuitatem, & consequenter quãdo impunè potest offendi, vt declarat Bar. in. §. qui deficiũt. in. l. amissione. ff de capitis diminutione. & alibi sæpe, vnde vide diligenter Bar. in l. tutelas. §. fi. ff. de capitis diminutione. & ĩ d. §. qui deficiunt. eo. tit. Et sine dubio nihil obstat, quia text. in d. l. 2 ff. de capit. dimin. & in d. §. fi. in l. tutelas. loquitur in deportato, nos in bãnito, qui etsi amittat ciuitatem in casu, quo potest impunè offendi, tamẽ nõ amittit bona, quia est sentẽtia lata extra ordinem per fictiones & præsumptiones, & sic non debet vltrà extendi, quàm verba velint, nisi statutum disponeret aliter, & nominatim quidem. vt ponderant Doctores in d. l. 2. post Bald. ibi. C. qui testamen facere non pos. nec Bartol. in eo. §. fi. dum loquitur de ademptione bonorum, & circa Auth. bona damnatorum. intelligit de bãnito, sed iuxta textum, de deportato, & dum posteà loquitur de bannito, aliter dicit. & hæc est veritas. Et facit, quòd bãnum non se extendit vltra verba l. eius qui delatorem. in prin. & ibi Bar. ff. de iur. fis. & quod dicit in l. cum filius. in
21 princ. ff. de uerbo. obliga. Et quid † si præsentes damnati fuerint ad mortem, non iure communi, quia tunc res est clara, iuxta ea, quæ dixi in principio huius quæstionis, sed ex forma statutorum cõdemnantium aliquem ad mortem naturalem vel ciuilem, in casibus, in quibus aliter est dispositum de iure communi, an sequatur tacitè publicatio bonorum iuxta dicta suprà, & ita habeat locum d. Auth. bona damnatorum. vt fiscus succedat absolutè, secundum iura antiqua, & secundum dictam Authen. saltem cessantibus illis, de quibus ibi in textu. Dic, ꝙ quicquid teneat Alex. in d. l. 2. Moder. Ferrar. & Dec. ibidem, tamen alia opinio contra fiscum est communior, si bene ponderas authoritates pro hac opinione, de quib. in apostillis ad Ang. Aret. in uerbo, & eius bona publicamus. & in d. l. 2. sic attestatur etiam Corn. in d. l. 2. col. j. & ideo recedat etiam ab aula opinio Aret. in d. §. si cui. col. antepe. uersi. sed relinquitur. ex cuius dictis etiam apparet eius opinionem esse contra communem, & procedit hæc communis, dato quòd statutum alteraret pœnam in crimine publico, si vides Bald. & Doctores sequentes hãc opinionem communem. Et ideo etiã taceat Aret. in d. §. si cui. & ad hanc opinionem communem vide Afflict. in tit. de pace tenen. in § si quis hominem. in 11. notabili,
22 colum. prima & 2. Et † quãdo bannitus seruus pœnæ dicatur, vide in locis ubi suprà, maximè Aret. in d. §. si. cui. in penult. colum. ibi. Sed relinquitur pulchra dubitatio, & ibi dicit quòd cõmunior est opinio, ut sit seruus pœnæ, quãdo in potestatem uenit contra Imol. ibi & ita etiã per Corn. in consi. 55. vol. 2. col. antepenulti. uersi. quærendum est & not. omnino, ꝙ licet bãnitus non amittat bona, quæ secũdum communem Doctorum opinionem non amittit, etiam verè damnatus, vt dixi, tamen uera est opinio, quòd postquã est captus, & sic effectus seruus pœnæ efficitur intestabilis, vt per Cor. vbi suprà. Item no. ad declarationem prędictorum, quòd quãdo statutum dicit, vt bãniti in contumaciam perdãt bona, tũc dubium nõ est, quin perdãt, & cessat quæstio prædicta Sic Nel. in d. q. 11. & Doctores in d. q. 11. & Doctores in d. l. 2 maximè Corn. vbi

ubi dicit quòd quãdo specialiter statutũ disponit circa hoc, tũc illud est seruandũ; aliter succedit quæstio nõ repugnãtibus tamen statutis, & Authen. bona damnatorum. Et dum dixi, quòd bãnitus postquàm est captus, efficitur intestabilis, Ad
13 de † quòd ante capturam potuit facere testamentum secundum tamen ius commune, non secũdum ius ciuitatis, & statuta eius. Ita Cor. vbi suprà, Barto. in d. §. si cui & in l. amissione. §. deficiũt. ff. de capti. Nel. in j. par. 2. temp. q. 5 2. & ibi dicit, quòd communiter ita tenetur, & bene qdẽ, vt apparet ex dictis Alex i l. ex fcõ §. ex facto. ff. ad Treb. col. pen. & fi. & ibi i genere loquendo de omni iure testandi, atque alio, tenet bãnitos amittere tantũ iura suæ ciuitatis, nõ autem iura communia etiam respectu suæ ciuitatis, id est, bonorum existẽtium in ciuitate, & territorio eius, & licet Imol. & Paul. de Cas. relati ibi velint in hoc vltimo cõtrarium, tamen opinio Alex. videtur communis, ut apparet ex his, quæ ibi dicit, & communem esse attestatur Nel. in j par. 2. temp. q. v. Cor. consi. 55. vol. 2. vbi omnino vide. & ideo nõ est curãdum de alia opinione, quã tamẽ sequitur Ias. in l. j. C. de hære. Instit. & Alex. consi. 75. vol. j. Dixi an liceat bãnito testari, & quãdo, Nũc quæro
14 † an bãnitus possit succedere? dic communem opinionẽ Doctorum esse, vt possit de iure cummuni, etiam respectu territorij ciuitatis, à qua bãnitus est, nõ obstãte statuto, quòd bãnitus possit impunè offendi. Ita Alex. dicit in l j. C. de hęred. Instit. & cõsi. 26. vol. j. Nel. in j. par. 2. tẽp. q v. & 20. & Alex. in eo cõsi. dicit, quòd ab hac opinione non est recedendum in iudicãdo. Ita etiam latius tenet idẽ Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & ibi latè dicit, quòd non obstante allegato statuto est capax iuris communis in territorio, non autem si statutũ aliquid amplius vellet, vt si diceret, Sint extra protectionem communis. Sic etiam Alex. præcisè in d. l. j & Nellus, vbi suprà, dicit etiam ꝙ hæc est communis opiniõ, & hæc cõmunis procedit clarè quo ad iura communia respectu ciuitatis, putà, si is, cui succeditur, mortuus esset in ciuitate bãni. Et ita loquitur Imola in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellian. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthum. & Ale. & Nel. vbi suprà. Sed si loquamur de bonis territorij etiam dicta communi stante quo ad ius ipsius ciuitatis adhuc videtur aliud eẽ dicẽdum, & quòd bãnitus sit exclusus ab illis bonis etiam de iure communi, ita Alex. consi. 75. in v. col. vol. j. & Ias. in d. l. j. C. de hæred. instituen. & Alex. consil. 23. volu. j. colum. penult. Tamen teneo communem, etiam quo ad bona, quia fundamentum communis est, vt statutũ possit quidem tollere ius commune, sed non tollat disponendo, vt possit bãnitus impunè offendi, licet propter illud quilibet possit eum deprædari. Quod fundamentum etiam militat, quãdo bona sunt in territorio, vt de se patet, & ideo Ias. i dicta l. j. qui tenet, quòd sit incapax, quando bona sunt in territorio. pro sua opinione allegat tam eos, qui loquuntur de ipso iure succedendi tantùm, quàm etiam eos, qui loquuntur respectu bonorum, & ita, si bene consideras fundamenta vnius articuli, militant in alio. Et communis, si ast communis, loquitur, quãdo hęreditas defertur in ea ciuitate, & bona etiã sunt in ea uel eius territorio. Sed si essent extra territorium, fortè etiam statutum nõ posset illa afficere, quamuis vellet, iuxta notata in l. prima. C. de summa Trinita. & fide cathol. & ita Alexand. in dicta l. prima columna penultima uersi. & ideo tenetur. Et ut reddaris certus hanc opinionem ita generaliter loqui, vide Alex. in dicto consilio 75. ubi dum vult quòd respectu bonorum perdatur ius commune, non potest illam opinionem sustinere, nisi stante statuto, de quo ibi, quòd bãnitus esset exclusus ab omni actu legitimo. & ita loquitur Paul. de Cas cõsi. 212. uolumine 2. consulendo quòd respectu bonorũ territorij bãnitus sit ĩcapax, quia loquitur stantibus statutis, per quę bãnitus non poterat petere in effectu. Et licèt Paul. de Castr. in dicta l. prima loquatur magis generaliter, tamen ita debet intelligi, quia dicit se sæpius cõsuluisse; ideo, cùm consilia ita loquantur, sic intellige. Si igitur statutum diceret, tantummodo possint offendi, liceret eis petere, licet postea possent spoliari, Et quicquid sit, nõ

est curandum de opinione Paul.de Cast. in dicta l.prima quia habet contra se cõmunem, ut dicit Corn.consi.55.volum.2. loquitur igitur communis, vt dixi, quando tantum adest statutum, vt possint impunè offendi, vt vides, & per Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iure.colum.antepenul. vbi citat plures idem tenentes. & Corn. consilio 29.volumin.2.vbi dicit, quòd decidendo ab ea opinione vti communi nõ est recedendum. Sed quid si statutum dicat, vt non admittantur ad petitionem sui iuris, an dicatur extra protectionem, ita vt sint hoc casu exclusi à iure communi, sicut in statuto, quòd sint exclusi ab omni actu legitimo, iuxta consil.Alexan. 75.& sicut in statuto, quòd sint positi extra protectionem communis, iuxta dicta Alexan.in dicta l. prima & in dicto §.ex facto, post Bald.per eum allegatum. Secundum quæ statuta etiam ius commune amittunt, & certè non dicũtur exclusi ab omni actu legitimo, quia saltem possunt se defendere excipiendo. Bart.in l. libertus & ibi Ias.& alij.ff.de in ius voc. Item non sunt extra protectionem communis, quia possunt saltem se protegere excipiendo, tamen videntur exclusi ab omni facultate sibi quomodocunque spectãte, vel iure communi, vel aliter, & sic statutum hoc videtur factum ad hoc, vt tollatur omnis præsens dubitatio quæ est, an saltem iure communi possint vti, quia decidit, vt non admittantur ad petitionẽ sui iuris, sentiens quòd possint habere ius; sed non vult vt illud petere possint, nec aliter scirem exemplum ponere, nisi iuxta casum, quem habeo in facto. Nam de iure communi aperta fuit hæreditas bãnito, sed huius iuris per dictum statutum est incapax, tamen aduerte, quando dicitur, Sint extra protectionem communis, quia tunc bãnitus non potest agere, nec se defendere, neutro enim casu esset extra protectionem. Sic etiam quando statutũ diceret, quòd sint exclusi ab omni actu legitimo. Nam etiam tunc se defendere non posset, sed si dicatur, Non possit petere ius suum, vbi esset in possessione, posset se tueri excipiendo. Ad effugiendas autem has difficultates, captio
15 est, † vt bãnitus ius suũ cedat alteri, quia tunc non petet ipse, nec alius ad sui vtilitatem, nec ipse protegetur, nec ob hoc consequetur aliquod ius legitimum, & exceptio, quę obstabat cedenti, non obstabit cessionario, si erit ex causa onerosa cessionarius, secundum communem opinionem, vt attestatur Alex. in l.si cũ dotem.§. si patri.ff.sol.matr. & ita Nell. post discussas omnium opiniones in suo tractatu in j.par.2.temp.q.74. ad fin. Poterunt igitur filij D. Io.Clementis Stangæ cessionarij patris bãniti agere ad fidei commissum cessum ipsis per patrem, postquàm apertum fuerit, & cõtra tertios possessores rei vendicatione, si rei vendicatio competebat patri, prout competebat etiam sine restitutione fideicommissi, in casibus l.peoult.§. cùm autem.& ibi not. C.ad Trebel. Si tamẽ fuit cessa ex instrumento cessionis, & hoc nõ obstãte, quòd tex.dicat fideicommissum cedi non posse.l.mulier.§. ex asse.ff.de iure dot. quia ille text.procedit in ipso iure fideicom-
16 missi. Sed † hoc casu cessum est dominium iam quæsitum per alienationem, iuxta gl.in d.§. cùm autem.in princip.& ita declarat Fulgos.in eo.§.ex asse. Item petere poterunt contra ipsos hæredes in bonis nondum alienatis ex iure cesso, sicuti potuisset petere bãnitus, si non fuisset bãnitus, quia exceptio, obstat cedenti, &c.& hoc etiam nõ obstãte, quòd fideicommissum cedi non possit, quia etsi hoc casu simus in iure fideicommissi, & sic cesset responsio Fulgo.ad d.§.ex asse, tamẽ habemus aliam limitationem & declarationẽ, quã ponũt in terminis Ange, Imo.& Alex.in l.apud Iulianum.§.vtrũ. ff.ad Treb.q̃ est, ꝙ cessionarius, qñ petit vti ꝓcurator in rẽ suã fieri restitutionẽ cedẽti ad vtilitatẽ suã, rectè petit, Si enim peteret vti simplex procurator, nõ admitterei, & exceptio, quæ obstabat cedenti, obstaret huic. Paul. de Cast.in l.qui stipẽdia.C.de procu.& ibi sequũtur Mod. Sed si petat uti procurator in rẽ suã ad vtilitatẽ cessionarij, hoc casu tollitur difficultas Pauli de Cas.in d.l. qui stipendia. & Doctorũ ibi. Sed dic in hoc casu non tolli difficultatẽ, quia etsi declaratio sit vera, tamẽ in cessionario banniti stante dicto statuto, vt bannitus non admittatur ad petitionẽ

petitionem sui iuris, cessionarius nõ po test agerẽ, quia aut vult intẽtare directas, nomine cedẽtis,& nõ potest, quia militat difficultas Pauli de Cast. quòd exceptio, quæ obstat cedẽti. obstat huic, aut vult intẽtare vtiles, & adhuc nõ potest, nisi intẽtet, vt cedẽti restituat, licet ad vtilitatem suam, quo casu resultat eadem difficultas in effectu, quia nec ipse bãnitus admittitur ad petitionem sui iuris, ergo nec alter pro eo. & vide Ias. in d. l. qui stipẽdia. Nec obstat communis opinio in d. §. si patri. quòd exceptio, quæ obstat bãnito cedẽti, vt nõ audiatur, nõ obstet cessionario ex causa onerosa, quia loquitur, dum vult intẽtare vtiles, vt res sibi restituatur, secus si vt restituatur cedenti, vel per vtiles, vel per directas, per ea quę dicũtur in d. l. qui stipẽdia. Et si hæredes dicãt, Bona, quæ habemus, retinere volumus. quia licuit, & licet bãnitum deprædari nõ solùm à fisco, sed etiam à quolibet priuato, iuxta not. per Bar. in d. l. j. in fi. C. de hær. Instit. & Alex. & Ias. ibi, ergo magis licet retinere. Dic quòd fundamẽtum procederet, vbi D. Io. Clemens agnouisset fideicommissum, quia tũc fuissent bona bãniti, iuxta cõsi. Dec. 442. & Nel. in indiuiduo in j par. ij. tempo. q. 30. Sed antequàm recepisset, bona nõ dicebãtur sua, vt in dictis locis. Verùm vbi recepit in eo actu cessit filijs suis, qui etiam possidebãt ea bona iure fideicommissi, & ita nõ agitur de bonis bãniti, nec de bonis, quæ vnquàm fuerint bãniti, nec agitur de damno bãniti, vnde tollitur dictum Bart. in d. l. j. Est tamẽ aduertẽdum, quòd imò bãnitus, etiam si nõ recipiat fideicommissariam hæreditatem videtur effectus dominus ex dictis Bar. & aliorũ in l. cum filio. ff. de leg. j. in illo articulo, an fideicommissum nõ receptum trãsmittatur ad hæredes, & ibi cõcludit trãsmitti. Item est aduertẽdum, an recepisset fideicommissum ante cessionem, quia tũc, vt etiã demõstraui, res esset clara, quòd bãniti fuissent effecta bona, & cõsequenter possent hæredes retinere. Et de bãnitis à Papa & Cæsare, an perdãt iura communia & statutorum, & patriam potestatem, & quid in bãnitis nostrĩ temporis, & an perdãt iura communia suæ ciuitatis, vide oĩno Rip. in l. ex facto. ad Trebel. Et
17 † mortuo bãnito habẽte bona, quorum est capax iure gẽtium in acquirẽdo, fiscus sibi succedat, videtur posse succedere, per textum in terminis in l. deportati. quæ est l. 2. de bon. proscrip. Credo iure communi sibi posse succedi. & ita determinaui in materia publicationis bonorum, in versi. & an maritus habeat hęre-
18 dem. Dixi suprà, † quòd bãniti vt capiũtur, fiũt serui pœnæ, allegãdo Aret. in l. eius qui. §. is cui. ff. de testa. col. pen. & Cor. cõsi. 55. col. antepe. volu. 2. Et ratio est, quia tũc tãdem sunt afficiẽdi vltimo supplicio, iuxta l. qui vltimo. ff. de pœ. Et ideo operæpretium est scire, An statim absque alio processu sint capite puniẽdi, aut quid fiẽdum, ĩ hoc vide Bar. ĩ l. diuus. ff. de cust. & exhib. reor. qui clarè & aperte vult, vt si bãnitus capiatur, stãte statuto, quòd cõtumax habeatur pro cõfesso, nõ sit opus alio processu, sed sola executione, vbi appareat captum illũmmet eẽ, qui in bãno reperitur, & ideo dicit, vt iudex faciat captum cõfiteri, quòd ille est, de quo in bãno, & tũc exequatur. Sic ẽt in effectu vult Bar. in l. prima in princip. ff. de req. reis. Nõ tamẽ videtur necesse, quod præsupponit Barto. in d l. diuus. ut etiam confiteatur se illum esse, de quo in banno, sed satis videtur, vt non appareat alium esse eiusdem nominis, quo describitur in bãno. Sic Alex. in d. l. diuus & Felin. in cap. cum Ioannes. col. 2. de fide instru. aliter tenet Fel. in cap. auditis. colũ. 10. de præscrip. & Nel. in ij. par. ij temp. quæstio. 34. & idem quod Bartol. tenet idẽ Bar. in l. inter stipulãtem. §. stichum. ff. de verbo oblig. & in l. demõstratio falsa. ff de cõd. & demõstra. Et breuiter veritas est, quòd debet fateri se illum esse, qui maleficij arguitur, & tũc fit executio, ubi tamẽ appareat fuisse citatum personaliter, vel ad domũ habitationis ipsius bãniti aliter bãnum esset nullum. ita Alexãd. in d. §. Stichum. & clarius Ias. ibi in ultimis verbis. & Nell. vbi suprà, & in 3. par. primi tempor. q. vlt. qui tamẽ dicit solere rectores ex communi obseruantia facere, vt bãniti cõfiteãtur se delictum cómisisse. Quę res licet omnem difficultatẽ tollat, tamẽ est de indubitabili, & etiam

plena

plena periculo, quia ex tortura sequitur purgatio omnium & quarũcunque probationum, iuxta dictum Alberic. in l. edictum diui Augusti ff. de quæst. & est contra communem opinionem Doctorum. Est verum, quòd Nel. solus hoc nõ dicit, quia habet Ang. Aret. tenẽtem vt quãuis cõstet illum eundem esse, de quo in banno, tamẽ ex quo propter contumaciam damnatus est, iudices debẽt eum ponere ad torturam, vt fateatur etiam delictum. Sic Angel. in glo. Caium Sempronij col. prima. sic etiam Marian d. c. qualiter & quando. de accus. in 11. artic. princ. q. 21. Et hæc opinio seruatur à Senatu nostro, qui oculatissimus est, vbi ex inspectione indiciorum nõ iudicat eum omnino deliquisse. Cæterùm vbi videt, vel sua prorsus sibi cõscientia satisfacit, bãnitũ oĩno deliquisse, iubet eum puniri, sentẽtiamq; ipsam (quamuis lata sit in cõtumaciam)
19 executioni demandari, quia † cõtumacia probat delictum vigore statuti, saltem contra ipsum, quicquid sit contra alium, iuxta not. latissimè per Fel. in c. cùm Bertholdus. char. 2. col. 4. de re iudic. & alibi sæpe. & ita apparet respõsum ad fundamẽtum Angel. Aret. in d. glo. & Mar. Soc. in d. c. qualiter Et aduerte, dum cõcludo, quòd non fit alius processus capto bãnito, sed sola executio, quia ex hoc sequitur necessariò, quòd † si vellet proba-
20 re innocẽtiam suam, captus non esset audiẽdus. & ita clarè Bar. in dicta l. prima in prin. ff. de req. reis. & iure quidem, stante statuto, vel decreto, vt sentẽtia criminalis non possit amplius videri per aliquod remedium appellationis, nullitatis, vel aliter, vt in effectu nos Mediolani habemus. Et ideo quãdo banniti præsupponũt iniquitatem banni, vel nullitatem, recurrũt ad clemẽtiam principis sub fundamento tamen iustitiæ, & impetrãt vt iterum cognoscatur, iuxta l. diui fratres. ff. de pœn. & l. j. §. si quis vltrò ff. de quæst. & dicã infrà de d. ẽta cõcessione ad nouas defensiones aduersus has sententias criminales, & ita intelligas, quæ latè disputantur in l. 2. C. qui testa. fac. nõ pos. An bãnitus captus volens ostẽdere innocẽtiam suam audiatur. Nam post sentẽtiam, quæ trãsiuit in rem iudicatam, est ridiculum dicere, quòd quæstio loquatur, loquitur ergo ante sentẽtiam, vel etiam post, secũdũ ius commune pẽdente appellatione, & vide ad dictam quæstionem ibi Angel. Iaso. & Dec. & Marsil. in d. l. j. §. si quis vltrò colum. pen. & vlt. & singulari suo 72. Vidimus suprà qualiter bãniti puniantur, & quid amittant, superest modò vt videa-
21 mus † in quam pœnam incidant eorum receptatores, de quo latè dixi suprà in titu. de rapin. Et quia si abest sciẽtia, non puniũtur, ibi etiam demonstraui, quomodo probetur sciẽtia. Et quoniam propter tolerantiam excusantur, vide quæ suprà dixi circa tolerantiam, & quomodo probetur hoc eodem tit. nu. 2. & 3. Non igitur super his vlterius insistam. Sed ad supradicta loca te reijcio, ibi vide.

Titu. de Remediis contra bannum.

SVMMAE.

1 *Bannum patitur omnes illas exceptiones, quas patitur sententia.*

2 *Sententia corpus affligens, an transeat in iudicatum?*

3 *Restitutio in integrum est duplex, scilicet de iure communi, & ex mera gratia principis.*

4 *Sententia prouenient ex ficta confessione propter contumaciam, nunquam transit in iudicatum.*



QVAERO quomodo banniti euadẽt, si capti vltimo supplicio affici possunt sine pcessu? Dic quòd de
1 iur. † omnia remedia, quę competunt contra sententiam, possunt etiam opponi contra bannũ. Anch. consi. 6. col. pen. circa fi. & quibus remedijs agi possit cõtra sententiam, vide breuiter Host. in summa de sent. & re iud. in ver. quo remedio. & in specie cõpluribus remedijs agi potest aduersus bãnum, videlicet appellationis, nullitatis, restitutionis in integrũ, & via supplicationis recurrẽdo

currendo ad principẽ vel Senatum. Nel. in tract. suo in 4 par. j. tẽp. à prima quæst. vsque ad septimam. Et quia tres primi modi, qui sunt ordinarij, reijciuntur ab ordinibus, & consuetudine huius dominij, ideo, ne innocens damnetur, recurri solet ad principem vel Senatum, vt etiã dixi suprà, & aliquando narratur, quòd iniquè ille condemnatus fuit, aliquando nulliter, nonnunquam vtroque modo petendo licentiam, vt possit se defendere. Et Senatus ipse dat literas iudicibus, vt non obstante banno & sententia supplicantem audiant, & admittant ad demonstrandam innocentiam suam, quas literas nos appellamus literas ad nouas defensiones, & ita demonstrata innocentia absoluuntur, aliàs executioni mittitur bannum, & de dictis remedijs ordinarijs appellationum, nullitatum, & restitutionum in integrum dicam loco suo, postquàm de sententijs verba fecero. De remedio autem extraordinario, cùm ad principem vel Senatum confugimus, sicut dixi, vide Afflic. in tit. quæ sint regal. in princ. nume. 17. qui dicit, quod etiam cessante remedio ordinario, & sic postquàm transiuere in rem iudicatam, princeps apponit manum ad sententias criminales.
2 Quinimò dubitatur, † an sententia corpus affligens possit transire in rem iudicatam, quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. vt per Fel. qui tamen ostendit trãsire in rem iudicatã, in c. de his de accusa. & in c. cõsanguinei. de re iudic. vbi est videndum. Dicit tamen Fel. quòd quamuis possit transire in rem iudicatam, & transeat non interposita appellatione in termino decem dierum, tamẽ iudex vbi appareat de innocentia condemnati, nõ debet sententiam exequi, sed cõsulere principem, & qui posteà prouidet, iuxta d. l. j. §. fi. ff. de quæst. & l. diui fratres. ff. de pœ. sicut & prouidere potest, vt dixi post Afflict. vbi suprà. Absolutoria verò quin possit transire in rem iudicatam, & transeat, non est dubium, vt apparet à cessante ratione d. l. liber homo. Et scias ad declara-
3 tionem prædictorum † duplex esse remedium restitutionis in integrum, alterum, quod competit ordinariè ratione minoris ætatis, vel ex clausula generali. Si qua mihi iusta causa videbitur. Et hoc potest impetrari (de iure loquendo) à iudice. Alterum verò, quando illud non competit, sed requiritur mœra gratia, vt stãte statuto, vel ordine, quòd sententia criminalis statim mittatur executioni, sublato omni remedio iuris, vel quando non appellatũ fuit in termino decem dierum à die sententiæ, & tunc recurritur ad principem, qui illud cõcedit, dicto. §. siquis vltrò. & dicta l. diui fratres. & in cap. 2. de purga. vulg. & ita Bartol. & Alberic. in dicto. §. si quis vltrò. vbi vide. Et concessio hæc nõ tamẽ est mœra gratia, sed gratia iustitiæ, cum princeps eam concedat, vbi constet de innocentia, vt per Ang. & Salic. in l. fi. C. de sen. pass. Et quia præsupposui, quòd de iure lapsis decem diebus non possit per iudicem apponi manus ad sententiã criminalem. Dic esse casus, in quibus etiã iudices possunt manum apponere, quos ponit Fel. in dicto cap. consanguinei. & inter cæteros ille est, quaudo quis damnatus esset vigore statuti, quòd contumax habeatur pro confesso, tanquam sic con-
4 dẽnatus exprobatione priuilegiata † quo casu sententia nunquam transit in rem iudicatam, vide etiam alios casus per Ias. in repeti. l. admonẽdi. ff. de iureiur. char. 3. colum. prima. versicu. confirmo. vbi ponit vnum, alios ibidem char. 5. colum. secunda. & per Dec. in regu. & si nihil. de regu. iur. Tamen casus ille, quando quis dãnatus est vigore statuti, quòd contumax habeatur pro confesso, nõ videtur verus, vt apparet ex dictis Nelli in 4 par. j. temp. quæst. j. & ibi dicit, quòd imò si statutum vlterius procedere velit, vt habeatur pro confesso & conuicto, etiam non poterit appellari. & ita præsupponit Bald. in l. ita demum. C. de procur. in vlt. quæst. & Doctor. qui circa dictam quæstionem loquuntur. & latè ita sentit Aret. in gloss. præsente Caio & appellanle. columna tertia. & sic opinio Felin. quæ etiam fuit Aretin. in dicto cap. de his. redditur periculosa secundum ordines nostros. Clara res est, quòd neque in hoc casu, neque in alijs possunt iudices apponere manum.

Tit. de Literis principis bannitum admittentibus ad nouas defensiones.

SVMMAE.

1 *Literæ ad nouas defensiones nihil operantur quo ad interesse tertij.*
2 *Literæ gratiæ ex iustitia operantur, vt quod iniustitia abstulit, restituat iustitia.*
3 *Literæ ad nouas defensiones debent concedi per principes.*
4 *Iudices debent sponte sua defendere innocentiam accusati.*
5 *Bannito, cui concessa est noua defensio, vel quando pendet appellatio à sententia banni, an incumbat onus probandi, an verò fisco?*



E literis bãnitum ad mittẽtibus ad nouas defensiones, quas vides esse admodũ necessarias in hoc dominio, ex quo cessant remedia iuris ordinaria, breuiter tractaturus pauca, scire te velim, & primò ꝙ si impetrantur post annum cõdemnationis dantur quo ad personam tantùm, non quo ad bona, ante verò quo ad vtrunque ita obseruatur, & etiam cauetur ordinibus huius dominij, & habet etiam fundamentum ex l j ff. de requir. reis. Secũdò
1 † scias quòd hæ literæ non habent locũ quo ad interesse partis, exemplum iudex furem suspendi iussit, siue fustigari, condemnauitq; etiam ad restitutionem rerũ ablatarum, iuxta l. interdum §. qui furẽ. ff. de furt. si fur iste iure admittatur ad nouas defensiones, & doceat innocentiam suã, non tollitur condemnatio rerum. quod uidetur procedere eò, quia princeps sine causa nõ potest tollere ius quęsitum tertio per rem iudicatam, iuxta materiam c. quę in ecclesiarum. de constitu. & l. fi. C. si contra ius vel vtil. public. & in dubio minus uidetur, ita velle facere iuxta l 2. §. merito. ff. ne quid in loco public. & not. in l. fi. ff. de constit. prin. & ad hoc vide gl. & ibi Bald & Doct. in l. venia. C. de in ius voc. In contrarium tamen facit quòd princeps modo quo diximus, non remittit simpliciter quicquam, nec pœnam, nec interesse partis, prout loquun-
2 tur allegata, sed concedit gratiam † ex iustitia, vt si est innocẽs non damnetur non obstante sentẽtia & bãno, & talis gratiæ natura est, vt quicquid abstulit iniustitia, restituat iustitia, Salic. & Ang in d. l. fin. C. de senten. pass. ergo videtur quòd etiã hæ literæ quo ad interesse partis debeãt operari etiam ex mente principis, qui potest cum causa tollere ius tertij, vt per Alexand. & Iaso. in l. venia. & per Fel in d. c. quæ in ecclesiarum. & in c. ad audientiam. *el secondo.* col. 4. de rescr. & ibi dicitur quando princeps possit tollere ius positiuum, nec refert etiam quòd non dicat princeps, Non obstante sentẽtia quæ trãsiuit in rem iudicatam, iuxta consi. Alex. 95. vol. 2. quia notorium est bannum esse rem iudicatam. Et si iuris dispositionem attendamus hæc opin. videtur verior, tamen seruatur contrarium, & fortè vi alterius ordinis huius dominij, quòd princeps non quàm intelligitur vooluisse derogare iuri tertij, nisi in specie esset derogatum illi ordini, seruatur etiam quòd tales literæ nõ conceduntur in pœnis pecuniarijs, quod iniquum est, qꝫ grẽ, vt dixi, sunt iustitia, vnde tpe Gallorũ quãuis ẽt hæ literæ nõ concederent quo ad bona post annũ, tñ qñ posteà de innocẽtia clarè apparebat ẽt re ipsa fiebat restitutio bonorũ, vel via donationis, vel modica pecuniarũ quãtitate titulo trãsactionis habita, quod etiã clarius mox apparebit, posteà autẽ in nouis cõstitutionibus dispositũ est, vt etiã cõdẽnatus pœna pecuniaria possit admitti ad nouas defensiones. Senatus tñ hoc casu maiore cũ difficultate concedit, quàm in cõdẽnationibus cor-
3 poralibus. Tertiò scias † ꝙ priceps teneť cõcedere has literas nouę defensionis, qꝫ aliis sæpe cõtingeret vt innocẽs morerentur cũ multi in exilium mittantur iniuria iudicũ, & odio inimicorũ eos persequentiũ, multi etiã pecunias non habẽtes propter egestatem sistere non audent in iudicio, ne in carceribus marcescãt. quod autẽ princeps teneatur, vide Bar. ĩ l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic. colum. 3. versic. sed primò quæro. vbi decidit quod iudex

iudex quando potest cōdemnare absentem, debet quærere defensionem suam, allegat l. & si nō defendatur. ff. de pœn. & l. 1 §. fin. ff. de quæst. quæ lex loquitur post sentētiam quę trāsiuit in rem iudicatam, & i maioribus terminis, quia nos de principe agimus, ibi de iudice qui minus potest. Ad idem vide Bart. in l. fi. ff. de fer. col. 3. versi. reintro. gl. dum alleg. d. §. fin. & Bar. in cōsi. 100. a D. Cino col. 3. i prin. vbi circa d. leges loquitur per verbū, debet. & Aret cōsi. 147. col. 3. versi. illud autem est indubitatum. & facit quòd exceptio defensionis, nūquàm intelligitur exclusa à statuto. Bal. in l. ædita. in repet. Paduana. in pe. col. C. de æden. Dec. in reg. & si nihil. de regu. iur. & ibi dicit ꝙ quāuis statutum velit vt contumax damnetur, tamē si sit innocēs, nō debet damnari, & ad demōstrādum exclusam nō intelligi defensionem, nō obstāte bāno quod trāsiuit in rem iudicatam. Iudex vbi videt īnocētiam, debet scribere pricipi qui habet potestatem cōtra rem iudicatam d. §. fi. & d. l. diui fratres. & princeps tenetur cōcedere, vt possit ostēdere īnocentiam suam, vbi de ea nō appareat. Est verum quod si calumniosè petentur hæc literę denegabūtur, an autem calumniosè petātur apparet ex inspectione processus, & qualitate rei & personarum. Addo †
4 quòd præses Marlianus vir prudentissimus & doctissimus cōcedebat tales literas etiam non petētibus reis, quādo cognoscebat ab eis nō peti propter inopiā & egestatem, iuxta d. l. & si nō defendantur, & Barto. vbi suprà maximè i d. l. fi. ff. de ferijs. colū. 3. vbi etiam loquitur parte nō petente, ad quam l. & si nō defendantur. vide Cœpol. cautel. 108. quod admittatur in criminalibus. & caute. 332. quod in causa criminali. Bart. cōsi. 7. Comens. cōs. 134. col. 3. Cœpol. cōsi. 29. col. 6. Bar. in l. absentem. ff. de pœn. colū 4. Paul. de Cas. cōs. 23. super primo. in 2. col. & cōs. 207. super primo. in 3. col. Cœpol. consil. 41. licet inuitus. col. 3. circa prin. & ex his quæ dicūtur à prædictis doctoribus, d. l. & si non defendantur. & eius omnem ma-
5 teriam optimè percipies. Quarto est † quærendum an talibus literis concessis, siue (loquendo de iure communi) pendente appellatione à sententia bāni incūbat onus probādi innocētiam bānito an fisco, est quæstio necessarijssima trita tamen, quamuis nō bene intellecta. Bal. in d. l. ita demum. C. de procura. dicit bānito onus probādi incumbere, & fiscum habere intētionem fundatam. sequitur Cœpol. cōsi. 64. in 2. artic. Paul. de Cast. cōsil. 34. super primo quæsito, videtur facere dubium. colum. 1. aliter tamen tenet idem Paul. de Cas. cōsi. 141. visa quadam inquisitione. col. prima. in prima parte. & Nel. in 4 parte primi temporis. q. 2. quem vide, quia bene casum pertractat more suo, & in effectu vult, si appellatum fuit à diffinitiua, tali appellatione quę etiā suspendat interlocutoriam super cōtumacia, resolutum esse omne id quod pronuntiatū est, simulq; etiam cōfessionem ipsam, & incumbere onus probādi fisco, sed si non est suspensa interlocutoria per appellationem à diffinitiua, quia cùm posset appellari non fuit appellatum, tūc vult fiscum haberē intētionem fundatā, & onus incumbere inquisito, & bānito, nisi ostenderet iustam sibi fuisse causam nō comparēdi, obtēta restitutione in integrum aduersus dictam interlocutoriam allegatur etiam in hoc articulo Anch. cōsilio 273. Sed nihil facit pariterq; Fel. ad hoc allegatur in cap. ex literis. colum. 9. de constitutio. qui tamen nihil decidit cum Bald. i dicta l. ita demum. tenet Paul. de Cast. in l. 2. §. quod si actor. C. de iuram. calumn. Sed aliter tenet idem Bald. in d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Arbitror ego veritatem esse, vt fiscus, nō habeat fundatā intētionem, quādo bānitus appellauit ea appellatione quæ etiam suspēdat pronūtiatum super contumacia, sicut cōsiderauit Nell. vbi suprà, quia fateor quòd appellatio non tollat probationem, iuxta rationem Bald. in dicta l. ita demum. Sed quando probatio oritur ex contumacia, quæ nullius momenti est, nisi super ea pronuntietur, & ab ea in effectu possit appellari, & sit appellatum, Tunc sumus in regula quòd res in eo statu est in quo erat ante, iuxta regu. d. l. ita demum. & ita teneo, & Nel. & Paul. de Cast. in d. consi. 141. etiā dicūt ita vidisse cōsultū, nec facio in hoc artic. fundamētū sup authoritate

tate Bal. & Pau. de Cast. quia fuerunt cōtrarij, vnde cum in hoc dominio non appelletur à sententia criminali, nec diffinitiua, nec interlocutoria, stat virtus confessionis, quæ aliud non expostulat, nisi ipsam executionē iuxta d. Bar. in l. diuus. ff. de custod. & exhibi. reor. & quæ supra dixi circa illa. Est verū ꝙ Senatus admittit, vt dixi, bannitū ad nouas defensiones, vt possit se defendere, non obstante sententia & bāno, sed si verba hæc considerētur cessat difficultas, quia per ea nō tollit Senatus confessionem, sed solum permittit, vt possit se defendere, & ita seruatur, & semper dicimus hoc casu impetrata restitutione, vt possit se defendere, fiscū habere fundatā intentionē. Est verū ꝙ iudices referūt Senatui statū causæ, & Senatus ipse exequitur confessionē, si ex qualitate indiciorū tutā habet conscientiam suā, ꝙ bannitus deliquerit, & non exequitur si aliter videt, & aliquando etiam, & vt plurimū, iubet torqueri ad veritatē eruendam, vt etiā alias dixi, tit. de requir. reis & absen. damn. nu. 1. quod in dubio fieri bonū est, quia negari non potest quin damnatus sit ex contumacia, nō autē ex delicto, vt dixi suprà tit. de inquisi. nu. 54. & de bānitis, nu. 2. hæ literæ admittētes ad nouas defensiones qua ratione fuerint adinuentæ, & quibus iuris fundamentis nitantur, vide quæ dicam infrà, in tit. de remed. iuris contra senten. in tertio modo de supplic. aduers. senten. & melius in titu. de quærel. contra senten. vbi omnino vide.

Tit. de Banni nullitate.

SVMMAE.

1 *Banniri, an quis possit non præcedente citatione?*

2 *Bannitus potest capite puniri post triginta annos, pariterque etiam potest semper dici de nullitate banni.*

3 *Statutum vt contumax habeatur pro conuicto an valeat, & quomodo intelligatur?*

4 *Confessio ficta prouenients ex contumacia, intelligitur esse facta etiam respectu qualitatū.*

5 *Bannum censetur nullum, si bannitus non tenebatur ab initio suscipere iudicium.*

6 *Bannum censetur nullum, si probetur, quòd locus non erat tutus.*

7 *Bannum, an valeat, si bannitus habebat præsumptionem pro se, vel si iudici non constet illum non deliquisse?*

8 *Bannum an sit nullum si erratum sit in nomine delinquentis?*

9 *Bannitus an possit iterum banniri? & an possit legitimè citari?*

10 *Securitas an possit concedi per iudices?*

11 *Banniri an quis possit in duobus locis pro eodē delicto?*



Duertēdum est, quòd cessat hæc confessio ficta, & sic fundamentum banni, & sententiæ qñ bannum nullū demonstratur, ita vt eo casu super indicijs tantum fieri debeat fundamentū, & nullitas ostēdi potest, qñ solēnitas quæ requiritur in bannis iure statutorū, vel cōmuni omissa est iuxta tradita per Nel. in 3 parte primi tēporis. q. j. vbi quærit quæ solemnitates requirantur in bannis. & Bal. 3. vol. consil. 335. & vide Nell. in 3. parte j. tēporis, q. 2. vbi quærit an citatio inualida inducat contumaciā, & dicit non inducere, & bannū reddi nullū. ad quod vide Ias. i recollectis antiquis in l. 2 §. fi. col. fi. C. de iuram. calum. Et stāte statuto vt contumax habeatur pro cōfesso requiritur trina citatio, nec vna pro omnibus sufficit. Bal. in l. receptitiā. circa fin. C. de cōstit. pec. Fulgos. cōsil. 107. col. 4. circa med. Quærit etiā Nell. vbi suprà,
1 versi. sed quæro quarto. An † qñ dicitur, vt possit de facto puniri, & banniri nulla iuris solēnitate seruata requiratur citatio, & vult requiri, quia etiā expresse non potest tolli, vt etiā per Feli. in cap. qualiter, *il secondo* . §. debet. de accusat. col. j. Ang. consi. 259. Aret. consi. 165. Oldr consil. 43. & Roman. consi. 478. & in his locis habes ꝙ nec Papa, nec Cæsar possunt iudicare sine citatione, & dixi suprà in tit. de citatio. versi. sed necessariū est scire. & facit ꝙ exceptio defensionis nunquam intelligitur sublata, vt per Dec. in reg. & si nihil. de reg. iur. & quomodo promulgetur bannū, & an cū citatione vel sine, vide Areti.

Mm in

in glo. qui iudex commisit præconi quod banniat, & dixi suprà, in titu. de citatio. & quæ possunt opponi contra sententiam, possunt ēt opponi contra bannum, vt per Anchar. consi. 6. col. pen. circa fin. & quā to tēpore præscribatur iuri dicendi bannū nullum esse, vide Feli. in c. cùm nobis. col.
2 fin. de præscript. & sicut † potest bannitus capitali supplicio affici etiam post triginta annos post bannū, ita potest dici de nullitate post annos triginta. Nell. in 2. parte 2. temporis. q 64. in fi. Et quia fundamentū istius fictæ confessionis oritur à
3 statuto, † quod contumax habeatur pro confesso & conuicto. Ideo de eo statuto vide Ias. post Bal. in d. l. 2. §. fi. C. de iuramen. calum. & valet tale statutū. Nell. in eo tract. in primo fol. col. 3. Aret. consil. 147. in prin. vbi dicit esse contra ius commune, & idē etiā Feli. in c. nullus. in fi. de præscrip. vbi propterea infert esse strictè interpretandum, & non habet locum dictum statutū ad beneficium dolosi accusatoris. Anchar. consi 409. col. j. Et confes-
4 sio † ficta quæ oritur ex contumacia propter tale statutū facta etiā intelligitur respectu qualitatum. Aret. in eo consi. col. j. Anchar. in d. consi. col. pen. in fi. & Ang. consi. 146. col. fi. in prin. & dicta confessio ficta non egreditur personā condemnati Bar. & scrib. in l. cùm filius. in prin. ff. de verbo. obligat. & contra veram cōfessionem non potest probari contrarium, nisi reuocetur contra fictam, secus Aret. con
5 sil. 147. vbi vide. Nullitas † etiā banni potest ostendi, qñ demonstratur ꝙ si affuisset non tenebatur suscipere iudicium, ita Bart. in l. 3. ff. de iudi. & loquitur etiam in banno quod est sententia diffinitiua, iuxta dicta suprà, in prin. huius materiæ, vt etiam explicat Marsil. in singul. 72 Est tamen verū quod in hoc dominio, nō admitteretur nisi ex concessione principis, vel Sēnatus, vt dixi suprà, & dictū Bart. sequitur August. ad Ang Areti. in glo. Caiū Sempronij. versi. tu autē. in hac materia. Bal. in l. generaliter. col. 2. versic. per hoc soluitur quæstio. C. de episc. & cleri. & de hoc vide Nell. in 2. parte j tēporis. versic. sed quæro secundo. est materia l. si quis ex aliena. ff. de iudi. de qua per Dec. in c. si duobus. de appella. col. 2 & Ias. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. col. 2. & Fel. in c. cùm ordinem. col. 5. de rescrip. Nulli-
6 tas † etiam ostenditur demonstrando ꝙ locus non erat tutus. vbi citabatur iuxta clement pastoralis. de re iudic. & consil. Cuman. 246. Simon Elias. & ibi etiam idē dicit qñ ostenditur quòd non habitabat vbi fuit citatus, & semper aduerte, an fuerit spreta comparitio alicuius excusatoris qui ad iudiciū venisset allegando aliquod impedimentū infirmitatis, absentiæ, vel aliud, quia etiā hoc casu vel bannū nullū est, vel ope restitutionis in integrū annullatur, iuxta l. quæsitum. ff. de re iudic. & quod dicit Burt. ibi, & not. Nel. vbi suprà, q. 5. & Areti. consil. 147. col. 3. circa fi. Dicam tit. seq. & vide qñ quis nō tenetur comparere. Bal. 5. vol. consil. 245. est etiam aduertendū quòd interdum nō potest procedi contra aliquem propter lapsum temporis, iuxta l. quærelam. C. de fals. vel quia constat quòd vocatus nō deliquit, vel quia statutū præsumit eum non deliquisse, & tūc si nihilominus procedatur & vocatus non veniat, an sit bannum nullum, vide Bart. not. in l. absentem. ff. de pœn. versi. 4. & ibi dicit quòd si constat non deliquisse, bannum est nullū, aliàs ficta confessio operatur, vt veniat puniendus non obstante præsumptione & præ-
7 scriptione. Et † quando quis patitur se poni in banno qui habebat præsumptionem pro se quod valeat bannū, vide Roman. consi. 15. Felyn. in c. qm̄ cōtra. col. 15. de probat. versi. amplia. & in cap. quanto. col. 2. de præsumpt. & in c. consanguinei. de re iudi. Item qñ constat iudici vocatū non deliquisse, quod tunc nihil valeat, ponit etiā Cœpol. consi. 41. col. pen. & Ias. in d. l. 2. §. fin. C. de iuram. calum. & Cœpol. consil. 64. col. 3. Aret. in c. de his. col. 2. in 2. & 3. limit. de accusat. & in omnibus cōclusionib. Bart in d. l. absentem. conuenit idem Bart. consil. 100. & Nell. in vj. q. vbi suprà. Et an requiratur accusatio contumaciæ, ad hoc, vt sit contumax qui non venit ad iudiciū. Conclusio est non requiri, & ita seruatur, licet tamen cautius sit eā accusare, vt per Nell. ibi in 10. q. de quo Anchar. consi. 96. & Paul. de Castro consi. 33. col. 3. Nell. etiā vbi suprà quęrit an requiratur declaratoria, & vult requiri.

ti. ad quod vide Paul. in d consi. vbi plenè, & not. Non † omitto etiam circa hāc
8 materiā nullitatis banni quæstionem quā Nell. ponit vltimo loco vbi suprà, si iudex format inquisitionem contra Petrum Io. de populo sancti Laurētij, & in illo populo non erat Petrus Ioan. sed Petrus Martini, vel erant duo Petri Io. & sic fecit citationes & bannū dedit, an dari potuerit, & an valeat bannū? Bar. dicit valere si cō stat de corpore, quem Bar. ibi Nel. refert in duobus locis. De qua quæstione vltra Nel. vide Marian. Soci. in tracta. citatio. in 20. artic. principali. q. 9. Feli. in ca auditis. col. 15. de præscript. versi. induco Bart. & Aretin. in verbo, Caium Sempronij col. 3. & dixi suprà in tit. quid amittant banniti, versi. dixi suprà quòd banniti. Quęro etiā
9 † in hac materia nullitatis banni, an bannitus possit iterū banniri, & videtur non posse, quia citatur ad locū nō tutum, iuxta dicta suprà, & l. 2. §. pen. in fin. ff. si quis cautio. & not. in l. de ætate. ff. ad Trebel. & consequenter deficit contumacia, vide Nell. in tract bannit. in 3. parte 3. tēporis. q. 3. vbi dicit ꝙ communiter Doct. determinant contrarium, vt bannitus possit iterum banniri, & ad rationem supradictam respōdet, quod sua ipsius culpa locus nō est sibi tutus, & ideo de hoc non habetur ratio: respondet etiam ad multa alia quæ faciunt in oppositum. Mihi tamen magis placet contraria opinio, vt sine securitate nō teneatur comparere, quam tenet post longam disputationem Marian. Socin. in tracta. citatio. 5. artic. principali. in 26. q. & ita Angel. in disputatione quę incipit, quæstio Bononiensis. sentit Bart. in l. is qui reus. ff. de publi. iudic. col. pen. & fin. Felin. in c. cùm R. canonicus. col. 2. de offic. deleg. & in c. accedens. 2. vt lit. non cō test. col. 9. versi. nona conclusio. dum in effectu se reiicit ad Io. And. qui ita tenet, vt latè per Nell. & Marian vbi suprà, vide ēt in hac materia Cœpol. cōsi. 39. col. 1 & 3. & Feli. in c. ita quorundā. col. fin. versi. & ex istis de Iudęis. & Bar. & Doct. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de oper no. nunt. Et ita tenui suprà in tracta. citatio. & ibi
10 etiam dixi, † quòd a iudice non potest concedi ista securitas cum fiat damnato, quod ad solū principem pertinet. l. relegati. ff. de pœn. Secus si petatur ab inquisito pro alio delicto iudici incognito. Senatus tamen noster concedit has securitates ēt pro alijs delictis, pro quibus adhuc damnatus non est, & Cremonæ prætor ipse concedit. Aduertendū tamē est quòd hęc securitas non semper excusat: nā si haberet inimicos potētes in eo loco certè nō sufficeret securitas, vt per Maria. Soci. in 18 artic principali. in v. q. ad fin. loquor vbi posteà citatur pro alio delicto, sed ꝓ eodem res est clara, ꝙ de eodē delicto sæpius quæri nō debet. l. licet. §. pen ff. naut. caup. stab. nisi simus in diuersis dominiis,
11 quia † tunc, si bānitur pro homicidio in loco delicti, etiā poterit banniri in loco originis vel domicilij pro eodem homicidio. ita Nell. vbi suprà, versi. aduertendū. & Bar. in l. sepulchri. versi. circa secundū. ff de sepul. viola. vbi dicit se sæpius iudicasse, & consuluisse. Et ratio huius sentētiæ illa est, quia dici ꝓptereà nō potest fuisse punitū bis, nec debet contumacia sua sibi prodesse, vt per Feli. in c. cùm sit. col. 2. in prin. de appel. & in ca. cùm M. de cōstit. col. 14. versi. extra glo. materia est pulchra, maximè si quæratur, an possit denuò banniri, quando primum bannum esset iam executioni maudatū, vel contineret minorē pœnā quàm imponi posset in alio loco, vel quando gratia remissum esset. sed omnē hanc materiam consulto prætermittam, quia latè de ea dixi suprà in tit. de foro compet. vbi etiam quæsiui, An iudex, loquēdo tam in diuersis dominiis, quàm in eodem, possit exequi sententiam alterius, sine eius requisitione. Et quid fieri debeat quando iudex qui tulit sententiā nō requiritur iudicē qui cœpit bannitū, ad eum igitur locum te reiicio.

Tit. An in criminalibus iudiciis quis possit pro absente interuenire.

S V M M AE.

1 *Procurator siue excusationem proponēs in causa criminali an sit admittendus, tam ex parte rei quam accusatoris?*

2 *Procurator potest aliquando repelli per iudicẽ vbi videt principalem esse magis aptum ad habendam veritatem causæ.*

3 *Citari nemo debet regulariter, vt personaliter veniat.*

4 *Procurator an semper sit admittendus vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria?*

5 *Procurator an sit admittendus vbi pœna est mixta, partim corporalis, partim pecuniaria, & quid si dubium sit quæ pœna sit imponenda, & quid in pœna relegationis vel banni?*

6 *Procurator an sit admittendus in casibus quibus absens potest damnari?*

7 *Instructor causæ pro innocentia accusati an sit quilibet admittendus?*

8 *Instructor causæ an possit repelli per iudicem, & an instructor possit dare capitula, vel alia facere, quæ faceret procurator, & quando instructor interuenit, an tamen reus censeatur contumax?*

9 *Procurator an possit interuenire pro ijs qui in carceribus detinentur?*

10 *Excusationem proponens an sit admittendus allegando impedimentum citati?*

11 *Excusans an sit admittendus si opponat de incompetentia iudicis vel accusatoris?*

12 *Procurator an admittatur allegãdo vocatum non posse venire propter inimicitias?*

13 *Procurator an admittatur opponendo exceptionem mixtam, scilicet quæ respicit merita causæ & processum?*

14 *Statutum nunquàm censetur tollere exceptionem notoriam, & quilibet admittitur ad opponendum de ineptitudine inquisitionis.*

15 *Iudex non debet condemnare contumacem quem videt non esse culpabilem.*

16 *Procurator an admittatur in criminalibus allegando exceptionem meré dilatoriam?*

17 *Procurator datus à lege an possit interuenire in causa criminali, putà, dominus pro seruo, pater pro filio, vxor pro viro, princeps pro subdito, episcopus pro clericis, ciuitas pro ciue?*



Iso quid sequatur tam de iure communi, quàm secundum statuta communiter vbi reus ad iudicium non veniat, & succesiuè de banno, & bannitis, incidimus i aliã

1 difficilem materiam, An † procurator possit in iudicio interuenire pro tali absente, siue saltem excusationem allegãs de quibus ambobus loquitur text. in l. pen. §. ad crimẽ. ff. de public. iudic. Est materia quã latè ponit Bart. ibi, & Marian. latissimè in c. veniens. de accusat. Fel. in cap. meminimus. col. 4. de accus. & Aret. in d. c. veniẽs. repetit etiam d. §. ad crimen. D. Benedi. de Plombino. Item habemus tract. de excusatore, magis tamen ordinatè, atque melius quàm cæteri loquutus est in hac materia Marian. vbi suprà: sed tot verbis vtitur vt stomachum moueat, ideo ad cognitionem præsentis materiæ nihil mihi magis expedire videtur quàm eleuare conclusiones eius aliqua, vbi opus sit, addendo. Prima igitur est conclusio, vt quamuis text. in dicto §. ad crimen. loquatur in crimine publico prohibendo ne procurator interueniat tam ex parte accusatoris, quàm rei. Tamen secundum communem opin. idem sit in crimine priuato, vt vult glo. in d. §. ad crimen. ita attestatur Marian. in eo cap. charta 2. col. fin. & char. sequen. col. j. & 2. & ibi refert Ang. & Ant. de Butr. dicentes in iudicando & consulendo non esse recedẽdũ ab hac opin. Est verum quòd consideratur qualitas pœnæ, quia si est pecuniaria admittitur, secus autem si est corporalis, vt ibi per eum, Nec fit distinctio an pœna pecuniaria imponatur iure communi, an secundum statutum alterato ipso iure communi, secundum quod imponeretur pœna corporalis, quia non attenditur origo delicti, sed pœna ipsa. Maria. ibi, char. 3. col. 2. & 3. vbi dicit hanc esse communem, & hoc vltimum est planum ex parte rei, sed ex parte accusatoris distinguit in hoc casu, quando statutum mutauit pœnam corporis afflictiuam in pecuniariã, vt per eum, charta 3. columna fin. versic. sed aduertendum. & col. sequen. versi. sed concludendo. Secunda est conclusio,

2 † vt etiam in casibus in quibus admittitur procuratore. Iudex tamen possit eum non admittere vocando personam principalis tãquàm legaliorem nisi probaretur dominum impeditum esse, vel non probaretur quod esset legalior, ita in l. fi. C. de procur. & Maria. in char. 3. col. fin. versi. 2. fallit.

fallit. idem vult text. in c. j. de iudi. in 6. vide Ias. in d. l. fin. post alios. & Marian. in tracta. citat. in 15. q. in 20. artic. princ. vbi ponit regulam & octo fallẽtias, & postremò dicit quod vbi quis legitimè citatur vt veniat personaliter, & est impeditus, nõ sufficit si mittat procuratorem, sed debent mittere nuntium qui excusationes proponat, & adde quòd ex quo regulariter quis non debet citari, vt personaliter ve-
3 niat per d. l. & d. ca. j. in † citatione debet exprimi causa, sicut dicimus in quolibet alio actu contra ius, vt per Ias. latè in d. l. fi. & Deci. in c. consuluit. *el primo.* col. 2. de appel. & Ias. dicit quod etiam procedit d. l. fi. in causa ciuili, licet tamẽ differat quo ad quendam effectum à causa criminali, vt ibi, & vide omnino ad cognitionẽ huius secundæ conclusionis quæ dicam in 5. conclusio. in hac materia. Et an quando pro delicto apposita est pœna pecuniaria iudex semper teneatur admittere procuratorem, vide notabiliter Anchar. consil. 273. & Signorol. consi. 2. col. 3. Ter-
4 tia est conclusio † quod adeò verum est, regulariter loquendo, procuratorem quando agitur de pœna pecuniaria posse interuenire, vt hoc etiam locũ habeat, tametsi imponeretur pœna priuationis omnium bonorum, imò etiam si vltra hãc pœnam imponeretur pœna infamiæ. Maria. char. 4. col. j. versi. sed quæro iuxta. Quarta est
5 conclusio insequendo prædicta, † quòd si pœna nõ est simpliciter pecuniaria, nec quę simpliciter corpus affligat, sed mixta non admittitur procurator, vt ibi, char. 4. col. 3. distinguendo tamen in col. fin. & seq. tres casus. Primus est quando pœna corporalis est in obligatione, & pecuniaria in solutione, putà, pro delicto amputetur pes, si nõ soluerit decẽ infra sex dies. Secundus quãdo pœna pecuniaria est in obligatione, vt soluat decem quis pro tali delicto & si &c. Tertius quando simul imponitur pœna pecuniaria, & quæ corpus affligat, vel alternatiuè, vt soluat centum, aut plectatur tribus ictibus funis, vti est ordo quem nos habemus contra prohibentes executiones vide ibi, quia ostendit etiam modum quo procurator interuenire poterit, non obstante quòd fieri possit, vt de pœna corporali agatur, iuxta not. per Bart. in l. j. ff. de custod. reor. & dixi suprà sub rub. de carcerato sub fideiuss. dimit. & in effectu remedium est, non depositum, nec fideiussio, quia tempore cõdemnationis fideiussor posset esse nõ soluendo, & depositum amissum, sed solutio fieri debet fisco sub cõditione, iuxta not. per Bart. vbi suprà. Et hoc remedium in primis casibus procedit, sed in tertio quãdo pœna est alternatiua, tunc distinguit Maria. an sit electio iudicis an partis, vt ibi not. char. 5 col. 2. versi 6 quęro. & alia satis vt illa ponit char. seq. & inter cætera dicit quod procurator admittitur quãuis imponenda sit pœna relegationis, vide char. 6. col. j. vbi de communi attestatur quod procedere vult respectu rei non accusatoris, lite contestata. Dicit tamen nõ admitti procuratorem si relegatio fiat ad certum locum. char. 7. col. 2. versi. sit ergo conclusio. vbi cõmunẽ hanc esse opin. asserit, idem si imponatur pœna perpetui
6 carceris. d. char. vers. 12. Quinta † est cõclusio quod non potest interuenire procurator propter qualitatẽ pœnæ, vt suprà. quãuis simus in casibus in quibus absens possit damnari, vt in crimine læsę maiest. iuxta extrauag. Henrici quomodo in crimine læsæ maiest. proceda. Item in crimine hæresis, iuxta ca. cum contumacia. de hæret. in 6. & in alijs casibus de quibus in d. §. ad crimen. & per Marian. char. 7. col. fi. & seq. non tamen poterit interuenire procurator. hæc est opin. Bart. in d. §. ad crimen. & in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & in extrauag. Henrici prædicta in verbo, neglexerit. Est verum quod videtur obstare text. in d. §. publicè. sed loquitur non de procuratore, sed de quolibet alioqui potest ad iudicium venire, & ostendere innocentiam vocati non venientis, quemadmodum etiam iudex ipse quærit, & quærere debet à semetipso de innocentia rei, licet ipse se non defendat. l. & si non defendantur. ff. de pœn. ita respondet Bar. in dictis locis, & dubium nõ
7 est quin † possit quilibet instruere iudicẽ pro innocentia accusati etiam absentis, vt latè Corn. consi. 194. vol. j. col. 2. & eo. vol. consi. 204. circa prin. vbi vide, & Cœpol. consi. 41. col. 2. & 3. & ibi dicit quòd non solùm iudex potest eum qui velit

demonstrare de innocētia admittere, imò debet ita vt nō possit eū repellere, etiam sub fundamēto ꝙ potius sit habiturus veritatē à vocato, iuxta l. fin. C. de procu. & quæ dixi suprà in 2. conclus. & dicta Bar. in d. §. publicè. circa fi. quia secundū Cœpol. consideratè loquentē illud procedit in casu in quo procurator interuenit, & interuenire potest, non in tali defensore. Eandē principalē conclusionē facit Cœpol. consi. 46. col. 3. & in plerisque alijs cōsilijs in quibus etiam tenet ꝙ procurator admittitur, nedum defensor, qñ absens dānari potest, vt in eo consi. 46. & consil. 73. col. 3. & ad hanc opin. & ad dicta Cœ-
8 pol. in d. consi. 41. ꝙ † iudex etiā non possit repellere instructorē sub fundamento ꝙ melius habitutus sit veritatem à reo, vide Corn. vol. 3 consi. 17. col. 2. versi. dato tamen. & col. fi. versi. nec iam dictis refragatur, & ibi etiam col. 3. versi. nec prædictis obstat. notabiliter declarat quomodo intelligatur hæc conclusio quòd quilibet possit instruere & ostendere de innocentia. Nam in consi. 194. & 204. suprà allegatis videbatur voluisse, vt etiam talis posset dare capitula, & facere examinari testes super eis quod videbatur cōtra mētē Bart. & seq. eum, qui solū loquebantur de instructione, sed Corn. in d. versic. nec prædictis obstat, dicit quòd non potest producere capitula, nec facere examinari testes, quia posset hoc modo nocere reo, quæ ratio facit, vt procurator nō admittatur, secundū Doct. qui tenent eū nō posse admitti, sed debet testes nominare iudici, & requirere vt ad cognoscendam innocentiam vocati debeat eos examinare, & profectò bene dicit, & secundū mentem Bart. & Doct. & si casus mihi contingeret, audirem talem ita loquentem non obstantibus quibuscunque ordinibus, statutis, & obseruationibus huius dominij. Nam statuta vt quis personaliter debeat comparere, & non admitti per procuratorem, & obseruantia de hoc nihil obstant, loquuntur enim quando vocatus vult cōparere per aliū, sed tertius de quo loquimur venit ad iudicium à seipso ad instruendum tantùm, & ideo quemadmodū iudex ipse per se etiā debet de innocentia quærere, & testes quos scit non ignaros veritatis examinare, ita hūc debet audire, nisi tamē legitimè suspicaretur quòd ad eum venisset fraudulēter collusione facta, cùm citato vel eius affinibus, ad hoc vt examinarentur testes suspecti, & malè de negotio edocti. Et hanc conclusionem in genere firmat Dec. in reg. in eo. §. nemo. ff. de reg. iur. & alleg. Corn. etiam in 3. volum. consi. 274. & alia de quibus ibi, & ita vult etiam Dec. consi. 429. col. 1. & 2. qui tamē aliter tenet in casu statuti Florentiæ, quo expressè cauetur, vt inquisitus debeat personaliter se constituere, & non audiri aliquis pro eo, siue mandatum habeat, siue non. In practica tamē Mediolani hæc opinio videretur dura quo ad instructorem, igitur res est sine difficultate intelligendo, vt dixi, sed an procurator in talibus casibus admittatur. Imo. in d. §. ad crimen. tenet admittendū esse contra Bart. & dicit ꝙ est cōmunis opin. quam opin. tenet Corn. vbi suprà, & Cœpol. in dictis consil. & alijs, quæ opinio saltē procedit cū moderatione Mariani de qua in d. cap. char. 8. col. 3. & col. 4 versic. & ex prædictis. Et aduerte dum Corn. etiā in dictis consil. dicit quòd licet instructor veniat ad iudicium, nihilominus reus est contumax, sed probatio innocentiæ tollit illam contumaciam, quia. Aret. in consil. 147. ponit hanc conclusionē, vt quāuis cōtra veram confessionem nemo audiatur nisi illam reuocauerit, in ficta tamen satis sit contrariū ostendere. Sexta est conclusio
9 † quòd pro eo qui in carceribus detinetur potest interuenire procurator ad omnes actus cum mandato specifico, præterquàm ad sententiā, ita Bart. in d. §. ad crimen. & est cōmunis, vt per Maria. in q. 18. licet tamen prudentius, secundū eū faciat iudex si compellat positum in carceribus litem contestari, & respondere, quod iudices obseruant, quia nō permittunt procuratorem litem contestari, nec facere alios actus maximè tendentes ad veritatē indagādam, & de iure non solum pro carcerato potest interuenire, sicut dixi, verùm etiā si non sit carceratus quando est præsens, & ponitur in vinculis, vt aliquādo cōtingit saltem de facto, ita Maria. in præcedente quæst. scilicet 18. Est verum quòd vsu receptum est sicut dixi, qñ positus

situs est in carceribus, & vide ad prædicta Ana. consil. j. col. j. Alex. consi. 116. vol. 2. & Feli. in d. c. meminimus. in 7. conclusio. de accusa. & quicquid dicat Alex. veritas
10 est, vt dixi. Septima est conclusio † quod si proponens excusationem alleget impedimentum necessarium, vt infirmitatis, vel quia vocatus in carceribus detineatur vel longissimè absit, ita vt nullam citationis habere posit notitiam, & offerat se probaturum impedimētū, & iudex surdas aures præbeat procedendo ad vlteriora, & non venientē banniendo, vlterior processus, & bannū erit nullū, vel rescindetur remedio restitutionis in integrū, ita Maria. char. 10. col. fin. versi. item quæro. & versi. & iuxta prædicta. & eadē char. col. 2. versi. & aduerte. vide quę dicam in seq.
11 conclusio. Octaua est conclusio † quod si vocatus excusatur, quia iudex sit excommunicatus, vel non competens, vel accusator infamis, aut excōmunicatus, vel aliter illegitimus excusans auditur cū mandato, vt per Maria. d. char. 10. col. 2. & 3. quicquid ipse distinguat, vt ibi habes, quod etiā sine mandato auditur, quando talis exceptio pateret ex actis, & circa præcedentē conclusionem quādo allegatur impedimentū necessariū, vide omnino Bart. in l. quæsitum ff. de re iudi. & ibi Doct. & in extrauag. Henrici in verbo, neglexerit. & in d. §. publicè. & in d. §. ad crimen. versi. quæro & intro. vbi latius quàm alibi distinguendo excusationes facti, de quibus in præcedenti conclusione ab excusationibus iuris, de qoibus in hac Et cōclusio est i excusationibus facti, quòd excusans debet offerre se probaturum impedimentū, & iudex debet sibi statuere terminum ad illud probandum, aliàs processus est nullus, probato impedimēto in causa nullitatis, & si non offert se probaturū valet sententia, tamen in causa appellationis, vel restitutionis in integrum, quæ impetratur propter iustam absentiam reuocatur. ita Bar. vbi suprà, Nell. in 3. parte primi temporis. q. 5. Maria. in tract. citatio. in 5. artic. fol. 9. versi. 18 generaliter quæro. & in d. ca. veniens. vbi suprà. Et talis qui excusat in materia criminali nō tenetur, sicut dixi, satisdare, vt latè concludit Deci. in regu. in co. §. neutro. ff. de regul. iur.

Quo verò ad excusationes iuris. cōclusio est sicut dixi, & fuit Bart. in d. §. ad crimē.
12 Nona est conclusio † quòd procurator admittitur ad allegandum quod citatus habet capitales inimicitias in loco ad quē fuit citatus, & est cōmunis opin. vt ibi in d. 10. char. col. j. versic circa primum. vbi etiam habes an sine mādato admittatur, & securitas tollat excusationem timo-
13 ris. Decima † est conclusio quòd si ad processum impediendum opponatur exceptio tangens crimen quæ mixta appellatur, quia potest opponi ad crimen, & etiam ad processum, vt per omnes in d. §. ad crimen. maximè Imol. & Maria. in d. c. vt est exceptio præscriptionis contra crimen, iuxta l. quærelam. C. de fals. quæ potest opponi etiam ad processum secundum omnes in cap pastoralis. de except. vel exceptio quòd occisus potuit impunè offendi stante lege vel statuto id permittente, vt declarat Bart. in l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confug. & Alex. in l. 2. C. vt nemi. priuat. vel exceptio litis finitę, quia semel fuisset absolutus, vel cōdemnatus, vel punitus pro eo crimine, vt per Marian. char. 11. col. 3. & per Bartol. in l. fi. ff. pro suo. & in l. cùm quæritur. ff. iudi. solui. & per Maria. in ca. j. de lit. contest. tunc si talis exceptio notoria est, potest allegari per procuratorem, quia etiam iudex à seipso debet repellere accusatorē, hæc est opin. Bart. in d. §. ad crimē. versi. quæro procurator. & est cōmunis, vt dicit Aret. in d. c. veniens. col. 4. Neil. in 2. par. 2. temporis. q. 14. & ita Alex. tenet. in d. l. 2. col. 2. Imol. in d. §. char. 5. col. 3 & seq. & in 3. col. versi. 6. fallit. & per Ias. in l. vbi pactum. C. de transact. & procedit hæc opin. tametsi statutū extaret, vt suspectus criminis nō admitteretur ad allegandum aliquā exceptionē nisi persona-
14 liter ad iudicium veniret, † imò etiam si statutū tolleret defensionē, loquēdo quādo notoria est exceptio, vt per Aret. in d. ca. col. 8. versic. consequenter. & dixi latè sub rub. de carcerato fideius. dimitt. nu. 16. Et vide in tracta. de verbis Gemin. in pen. versi. Et notoriè dicitur constare quando ex actis apparet, vt dicunt Imol. in d. 3. char. d. versi. 6. fallit. & Doct. vbi suprà, & loquuntur non solum in maleficio nō

 punibili,

punibili, verum etiã quando ex actis constat de innocentia, putà, ex ipsamet inquisitione, vt per Imol. vbi suprà. Ad quod vide Bar. in l. si adulteriũ cũ incestu. §. idẽ Pollioni. ff. de adult. & Rot. in 3. decis. incip. de libelli oblatione. in fin. & not. per Dec. in l. cum quid mutuum. col. penul. ff. si cert. pet. Et melius facit quod dicitur per Bal. 2. vol. consi. 238. col. 2. & 3. volu. consi. 325. col. j. post med. Quòd quilibet potest disputare super ineptitudine inquisitionis, & procurator, & alius, vt per eũ, facit etiã quod in fortioribus terminis dicit Bar. in l. absentem. ff. de pœn. versic. 4. ibi, quandoque liquet iudici quem non
15 commisisse delictum. vbi † ait contumacem etiã non debere dãnari, si iudici cõstet non esse culpabilem. Idem Cœpol. consi. 41. col. pen. Iaso. in l. 2. C. de iura. calum. Cœpol. consi. 64. col. 3. & Aret. in c. de his. in 2. col. in 2. & 3. limit. de accus. ex quo videtur inferendũ absolutè quod non solùm in exceptione mixta opposita ad processum hæc cõclusio procedat, verùm etiã in mœrè peremptoria, putà, si dicatur illum nõ commisisse crimen, quod etiam explicitè voluit Imol. in d. §. in 5. char. col. 3. versic. secundo casu. Est verũ ꝙ videtur contra intentionẽ Bar. & aliorum in d. § & c. ex prædictis apparet cessare hanc conclusionẽ quando exceptio mixta non est notoria, vt latè declaraui sub dicta rub. de carcerato fideius. dimit.
16 Item † apparet procuratorem, tunc admitti, quando esset exceptio mœrè dilatoria. l. j. §. vsus. de procura. putà. quòd nõ tenetur. venire ad iudicium, quia iudex est excommunicatus, vt ca. ad probandũ. de re iudic. vel quia accusator non potest accusare, vt l. qui iudicio. & l. qui accusare. ff. de accusa. vel quia iurauit, non accusare, vel renuntiauit, accusationi eo casu quo potest, vt l. si maritus. §. si negauerit. ff de adult. non enim hæ exceptiones tãgunt crimen, sed tunc repellitur procurator quando tangunt crimen. d. §. ad crimen. & ita omnes, vbi suprà. Est verum ꝙ exceptio tãgens crimen quæ possit opponi ad processum, & ei opponatur, si sit notoria admittitur, si verò est dubia, dixi non admitti, sed quando hæc exceptio dubia seorsum examinaretur à crimine, puta, à iudice coram quo aliud non disputaretur fortè ex ordine principis vel Senatus, tũc videretur procuratorem posse admitti, per l. j. & l. præses. C. ad leg. Flauiã, de plag. tñ veritas est in contrarium, vt adhuc procurator nõ admittatur, quia licet quęstio separatim examinetur à crimine, tamen tendit ad excludendum crimen siue ad decisionẽ criminis, sed quod dixi in oppositũ procedit qñ examinaretur ad alium, quàm ad decisionem criminis, ita Bar. in d. §. in col. pen. versi. quęro quid si ista exceptio dubia. Vndecima est
17 conclusio, † ꝙ dominus pro seruo, pater pro filio, vxor pro viro, & pariter Abbas pro monacho, episcopus ꝓ clerico, princeps pro suo subdito, ciuitas pro ciue, & similes possunt pro interesse proprio (nõ dico defensorio nomine vocatorũ, quia tunc suprascripta attenduntur) ad iudiciũ venire & defendere, & hęc est communis omniũ opinio, vt per Maria. char. 12. col. 3. & 4 vbi vide, & ibi ponit etiam quid in consorte, sic Cæpol. consi. 46. col. 2. & si iudex tales nõ admittit, facit litem suam. Cœpol. cõsi. 55. col 3. & consi. 48. in prin. & consil. 56. & idẽ in alijs consilijs. & admittuntur ad plenam defensionẽ, vt Cœpol. in d. consi. 46. col. 2. Ad idẽ Feli. in ca. illa præpositorum. col. 3. de accus. & non solũ tales, imò quilibet tertius potest ad iudiciẽ venire, vt dixi in 5. cõclusione. In hoc tamen dominio non seruaretur hæc opinio, verùm vbi seruaretur, succederet alia notabilis quæstio, An possint tales interpretari, & reuocare cõfessionẽ reorũ, de qua vide Maria. char. 12. col. 3. Vltimò pro 12. conclus. Scias Marian. in fi. vbi suprà ponere regulam negatiuam, ꝙ procurator repellitur in criminalibus cum 12. fallentijs. ad quas semper recurre.

Tit. de Pœnis.

SVMMAE.

1 *Pœna vnius delinquentis an liberet alios, & quid respectu interesse partis læsæ?*

2 *Delinquentes plures circa vnum & eundem actum, putà, depopulationem castri quomodo teneantur, etiam si inæqualiter deliquerunt.*

Delin-

neos, & an ecclesia incurrat vitium litigiosi.

43 *Pœna alienantis rem immobilem in non subditum est maxima secundum ordines dominij Mediolani, et qui ferè adsunt vbique ideo de eis late.*

44 *Statuti materia, vt nullus puniatur pœna corporali, nisi lege Municipali caueatur, per quos tractetur.*

45 *Delictum reperitur pro quo nulla pœna imponitur.*

46 *Pœnæ an pace tollantur?*

47 *Princeps non potest præcipere vasallis suis sub pœna priuationis feudi, nisi in re feudum concernente.*

48 *Pœnas & mulctas si plures sint domini, an quilibet possit imponere ad sui libitum?*

49 *Statuere an possint plures domini, licet non sit maior pars?*

50 *Iudex habet latiores habenas in pœnis quæ parti non applicantur.*

51 *Pœna indignationis principis quæ sit.*

52 *Pœna seditiosi quæ sit.*



VPEREST posteàquàm quomodo procedendum sit cognouimus, & materiam ipsorum criminum, & quam pœnam mœreantur, vt tandè deueniamus ad sententiam, & eius materiæ cognitionem, verũ cùm de pœnis ipsis aliqua respiciẽtia nõ solùm delicta, de quibus diximus, sed omnia alia quæ infinita sunt ad dicendũ supersint, & ea quidẽ necessaria sint in ꝓferenda ipsa sententia, ideo non ab re videtur aliqua etiam de pœnis hoc loco dicere.

1 Quando † plures furantur, vel rapiũt aliquam rem, vel aliter delinquunt omnes tenentur insolidum quo ad pœnam criminalem, ita vt pœna vnius non liberet alios. tex. est in l. si quis id quod. in fi. & l. seq. ff. de iurisdi. omn. iud. & Doct. in cap. sicut dignum. maximè Anan. qui explicatè loquitur, extrà, de homici. ad qđ faciunt quæ dicam infra nu. 5. Quãdo ex vnico facto oriuntur duo delicta, quod quantum sit ad vindictam publicam oẽs tenentur re ipsa insolidum, vt per Barto. in l. j. ff. vi bonor. rapt. & l. j. §. vnde quæritur. dum loquitur de tertia regula. ff. de publi. & hæc conclusio procedit etiã quo ad pœnam debitam parti, quia adhuc oẽs tenentur insolidum, & pœna vnius non liberat alios. text. est in l. j. ubi omnes. C. de condi. furt. Fallit tamen quando plures tenerentur ex quasi delicto, vt in villa quæ non cœpisset maleficum, & quæ ideo esset obligata vigore statuti ad dandum decem, quia etsi omnes sint obligati insolidum ad ea decem, tamen solutio vnius ex dictis decẽ liberat alios, ita Docto. in dictis locis maximè Fel. in d. c. sicut dignum. Item fallit in pluribus officialibus, vt per Bar. in l. si. ff. de sicar. col. 2. & Doc. in d. l. si quis id quod. item fallit, ut per Florian. in l. item Mella. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. & Alberic. in d. l. si quis id quod. vbi omnino vide, quia melius loquitur, & latius quàm alius legũ doctor ibi, vel alibi quem viderim. Quo verò ad rem ipsam & damnum quamuis omnes teneãtur insolidum, tamen solutio vnius liberat alios d. l. j. & ideo si pœna dupli, vel quadrupli cõtineat simplũ, & sic interesse partis, & fiat per vnum restitutio, alij liberãtur quo ad interesse partis, non quo ad pœnam. text. est in d. l. item Mella. §. j. ibi, cùm sit pœna. & longissima gl. ibi, quę ita vult, & Doctor. eam sequũtur, & Gãdi. in tit. de pœn. col. 9. ex qua declaratione habes quid sit dicẽdũ ĩ actione furti, quę simplũ nõ continet, & ĩ actione vi bo. rap. quę simplũ cõtinet. §. ex maleficijs. Insti. de actio. Hoc tñ ꝙ solutio unius liberet alios quo ad interesse partis, nõ habet locũ qñ incipit ab æstimatione, qa adhuc agit ad rẽ ĩ qua est dominiũ, ut ꝑ Floria. ubi suprà, Sali. & Doc. ĩ d. l. j. C. de cõdi. furt.

2 Sed quid † si plures currãt tumultuario modo ad diripiẽdũ castrũ uel domũ, an oẽs teneãtur insolidũ, & qũo, & an pœna uel restitutio unius liberet alios, & dic ꝙ si æquè pricipaliter currãt, ita ut unus nõ sit auxilio alteri, sed oẽs festinẽt propter suũ interesse, tũc quilibet tenẽ de eo, quod ipse fecit, nõ autẽ de eo qđ fecerũt alij, & ad hoc adduco tex. ĩ l. si. ff de sicar. dũ dicit, ictus uniuscuiusq; contẽplari debemus, & qđ ibi dicit Bar. col. 2. ĩ hoc artic. quãdo plures delinquũt, an oẽs teneãtur insolidũ, dũ dicit quod quãdo inæqualiter delinquunt quilibet tenetur de eo

eo quod fecit, allegat etiam l. item Mella. §. si plures. ff. ad legem Aquil. Fateor quod vnusquisque tenetur ad pœnam secundũ dispositionem statuti superinde disponẽtis, vel iuris communis. iuxta tit. vi bon. rapt. & ti. ad leg. Iul. de vi publ. vel priua. quo ad portionem suam, sed dico quòd non tenetur respectu sociorum, nec quo ad pœnam, nec quo ad interesse partis, omnes igitur in effectu capitali supplicio efficientur, si erunt comprahensi in tali pœna à statuto puniente rapinam considerata rapina singulorum, sed quo ad restitutionem, etiam idem est, quia quilibet tenetur de facto suo, nisi tamen damnum vnius discerni non posset à damno alterius, vt quasi semper euenit, ita Innoc. & communiter Docto. in d. c. sicut dignum. vbi est materia, & Alex. consi. 103. volu. j. col. v. & loquuntur Docto. etiam quãdo nullus dux aderat. Sed † si non currant
3 tumultuario modo, sed comitẽtur aliquẽ, tunc quo ad ducem res est clara, quòd tenetur de omni pœna, crimine, & damno aliorum l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. & l. 2. §. si quis non homines. ff. vi bon. rapt. & vtrobique Bart. alij verò non tenentur nisi de damno quod quisque dedit, ita Bar. in dictis locis, & Innocen. & Docto. vbi suprà intelligẽdo, tamen vt superius dixi, quòd tenentur criminaliter, & ciuiliter pro factis eorum solùm, & Bart. vbi suprà sequitur Alexã. in d. consi. Et sine difficultate, hoc casu, & multò magis quando dux non adest, quilibet tenetur insolidum si non potest discerni dãnum vnius à damno alterius. Est verũ quòd solutio vnius liberat aliũ quo ad interesse, non autem quo ad pœnam, iuxta d. l. item Mella. §. j. & glos. ibi, & dicta in precedenti quæstione. Est tamen aduertendum quãdo raptim omnes currerent, quod si tamen vnus esset dolosè auxilio alteri, teneretur non solùm de eo quod ipse surripuisset, sed etiam de auxilio alteri præstito, iuxta l. is qui opẽ. & l. in actione. §. ope. ff. de furt. & not. i d. l. si. per Barto. & alios, & quæ dixi in hac materia, suprà in tit. de homicid. Quando in rixa quis à pluribus occiditur. Nec obstat quòd Bar. in d. §. si quis nõ homines. & sequentes eum, ubi suprà. clarè sentiant, & dicant non teneri tales, nisi de eo quod ipsi fecerunt, licet dederint auxiliũ alijs, quia loquitur quando non ad eum finem auxilium dederint, sed casu iuxta dicta, ubi suprà in tit. de homicid. Itẽ est aduertendum quando associarent ducẽ, ut essent illi auxilio ad opus, cuius gratia ibat, quamuis non teneantur pro delictis sociorum, nisi vt modo dixi, an tamen teneantur uti auxiliatores ducis pro delictis per eum commissis. Et in hoc dicerem, quòd respectu rapinæ cõmissæ per ducem tenentur, iuxta d. l. is qui opem. & §. ope. secus autem respectu aliorum delictorum commissorum per eum, quia nõ iuerunt, ut essent auxilio ad alia delicta pertractanda. l. non solum. ff de iniur. & l. in furti. §. ope. ff. de furt. & Salic. in d. l. quoniã multa facinora. col. 6. versi. quæro extra. C. ad l. Iul. de vi publ. & multò minus tenerentur de auxilio, quo ad socios alia delicta committẽtes, præter propositum principale ducis. Sed succedit quæstio, aliquis pluribus comitatus it ad depopulandum castrum, clarum est, illũ teneri de omni depopulatione etiam facta per socios. d. l. quoniam multa. Socij uerò an similiter teneantur nõ solum de rapina facta per eorum ducem, sed etiam per alios socios, modò dixi non teneri pro alijs delictis, ratione quorum non intendebant auxiliari, sed respectu rapinæ intendebant auxiliari. Est verum quòd illi non fecerunt, & ideo etiam cessat auxilium, quod venit in consequentiam, & quod non potest consistere sine principali. l. is qui rem. §. si tu Titium. ff. de furt. cũ ibi not. vnde non imeritò dicitur per Docto. quòd tenentur pro eo solũ quod peruenit in eos. In hoc dominio secundum ordines nostros tales puniremus de vnione, iuxta rubr. suprà de vnionib. & quia commisissent uim publicam, iuxta dicta sub rubr. de vi publ. & priua. & ita Bart. in d. l. quoniam multa i verbo, alij aũt hoies. si essemus in homicidio, ad quod oẽs ex proposito illud cõmittẽdi iuissent, oẽs tenerẽtur, iuxta tit. ff. & C. de sicar. & no. p Bar.
4 in l. si ff. de sicar. Vides † igitur quòd isti simul coadunati tenẽtur solũ i effectu de eo quod ipsi fecerũt, & quatenus auxiliũ dolosè per eos alicui præstitum esset, ad certũ

certum delictum, sed cur diuersum in his, qui consilium dederunt, ut iretur ad depopulandum castrum? nam tenentur in totum pro omni rapina, vt not. Innoc. & Docto. in d. c. sicut dignum. dic rationem esse, quia consilium euagatur ad omnia damna, auxilium non, ita Innoc. Anan. & cæteri communiter in d c. Cætera maximè circa dictum auxilium vide per Innoc. & Doct. in d. c. sicut dignum. vbi facit differentiam, an auxilium sit ad ipsam rapinam, an ad adiuuãdum ducem eorũ, dissuadendo tamen rapinam, & vt ibi, qui etiam latissimè loquitur quid in foro cõscientiæ, & vide etiam in materia Alex. in d. §. si quis non homines. & Ang. i verbo, Andream auxiliatorem. versi. quæro an Caio. vbi latissimè tam per eum, quàm per Aug. de Arim. Et de consultore quomodo puniatur, vide Fel. etiam in ca. j. de offic. deleg. & in d. c. sicut dignum. Dixi quando plures delinquunt quomodo teneantur,

5 Nunc † quæro quando vnico ictu committit vnus plura delicta, vel delictum solùm quod punitur pluribus legibus diuersimodè. An pluribus pœnis puniatur? quo ad primum vide tex. in l. j. ff. vi bon. rapt. de committente rapinam qui etiam dicitur committere furtum, & dicit iureconsultus quòd si punitur pro furto, etiam potest puniri pro rapina in eo in quo pœna excedit, & ideo Bart. not. ex illo tex. quòd quando duo delicta ex eodem facto descendentia, se habent, vt genus, & species, pœnæ tolluntur inuicem quatenus concurrunt & non vltra, Est verum quod vult d. l. & reg. procedere tãtum, quando actiones persequuntur rem familiarem, secus si vtraque tẽdat ad vindictam publicam, quia tunc vna absolutè tollit aliam, sic etiã in l. j. §. vnde quæritur. in versi. tertia regula. ff. de public. & sequitur Alex consi. 103. col. 4. vol. j. Itẽ non procedit regula d. l. vt dixi, quãdo se habent vt genus, & species, secus si, vt diuersa, & vt excedentia & excessa, ita Bar col. in d. l. j. §. vnde quæritur. & vide latius in hoc artic. quãdo plura delicta sequũtur ex eodem facto, Azo. in tit. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. col. 2. & Bart. in l. j. & 2. ff. de tigno iuncto. & remissiones Fel. datas in c. quod olim. in verbo, in glo. 2. de Iudæis. & Fel. in c. sicut dignũ. colũ. pen. de homicid. & dixi suprà sub rubric. arbo. furt. cæsar. vbi vide. Quo ad secundum, quando

6 † committitur vnico actu delictũ vnicũ quod punitur pluribus legibus diuersimodè, vt in crimine quod vulgus barattariam vocat, iuxta ea quæ dixi suprà i tit. de officialib. corrup. pecu. & c. ver. qua pœna puniatur. An puniatur omnibus legib. an vna sola sufficiat, siue vnica tantũ imponi possit, vide Bar. in l. Senatus. ff. de accus. qui in effectu redigit rẽ ad hoc, an sit vnicũ delictum, & eo casu vult, vt vna lex non tollat aliam, secus si oriantur diuersa, de quo dixi suprà in tit. de offic. corrupt. pecu. & c. i versic. nõ quiescit tamen animus, & addo Alcia. in trac. præsump. reg. 2. præsump. 28. nu. 9. In quo artic. tamen quando quis puniĩ plurib. legib. an vna lex deroget alteri, & maximè in statuto, an derogare intelligatur iuri communi, vide Bar. in l. j. ff. vi bo. rapt. Felin. in c. quod olim. de Iudæis. Marian. in c. ueniens. de accusa. char. 193. secũdũ totũ uol. & absolute admodũ, & uerè ꝑ Deci. in c. de causis. de off. deleg. col. antep. uersi. in fi. gl. ubi ostendit ueram esse opi. ut in dubio statutũ tollat pœnam iuris cõmunis. Et an punitus una lege possit alia lege puniri, & sic militent omnes pœnæ, loquendo quando una lex nõ tollit aliã, uide Fel. in d. c. quod olim. ubi ponit reg. & fallen. & Dec. in d. c. de causis. col. pen. uersi. subsequenter. Abb. quærit, & concludit puniri non posse, si tendũt ad uindictam publicam, secus si respiciũt cõmodũ priuatũ, & ibi etiam ponit an punitus per iudicem ecclesiasticũ possit etiam puniri per laicũ, & hæc quando vnico actu plura committũtur delicta, uel incidit qs in plures leges, sed quãdo facta sunt plura, & plures tit. criminis, & plura crimina, tũc nõ est dubiũ quòd una electa, alia nõ tolliĩ. l. nũquàm plura. ff. de priua. delict. ubi Bar. & Bar. in l. j. §. unde quæriĩ. ff. de publica. unde operæpretiũ est uidere,

7 quando † plura dicãtur delicta, siue unicũ, Et quomodo cognoscatur an sit una iniuria, uel plures. Est materia Bart. in d. l. nũquam plura. & etiam uide Bart. consi. 108. & Bald. 4. uol. cõsi. 36. & Salic. in l. si non conuitij. col. 2. in fi. C. de iniur. in

in his locis etiam habes quomodo delicta confundantur, & si quis cognouit sæpius mulierē an sit vnum delictū vel plura ratione statuti punientis adulterium ī certa summa, vide Bart.cōsi.222. Et si statutum mādat, vt præstans auxilium maleficio puniatur certa pœna, & quis præstet auxilium quatuor hominibus aliquē occidentibus an puniatur pro vno auxilio, vel pluribus, vide Bar. cōsi.233. Ang. Aret.in gl. Andr.auxiliatorem.vers.quæro an Caio.colū.3 Adde quòd continuatio delicti nō inducit diuersa delicta, sed vnum cōtinuatum, & quid de eo, qui plura intulit vulnera eodē cōtextu in eūdē, vide plenè Feder. cōsi 7.col.pen.in fi.& seq. Quid si populum quis cōcitet ad seditionem, & simul homicidiū cōmittat, an confundantur, vel de vtroque puniaт, vide Bal.2.vol.cōs.459. Quid de committente homicidium & rapinam contra eū, cum quo fecerat pacē, an incurrat duas pœnas, vide Bal.4.vol.cōsi.337. Quomodo etiam dicatur plura furta, uide notabiliter Bald.v.vol.cōsil. 247. & cōsi 348.& Soc.consi.33.vol.4.vbi dicit, quòd plura furta non dicuntur, sed vnum tantùm, qñ facta sunt cōtinuato tēpore, & vide Cœpol.consil.77. post princ.& qui producit plures falsos testes, vel falsa instrumēta, ad eundem finem, an committat vnū delictum, vel plura, vide Cœpol. cōsi.78.colū.fi. Et an insultus confunditur cū vulnere, ponit Bar.in d.l. nunquā plura.col. 4.versi.iuxta hoc quæro.& Aret.cōsi 10. col.pen.vbi dicit, quòd quando insultus & vulnus facta sunt i diuersis territorijs, tunc nunquam confunduntur. Et quid si quis percutiatur in vtroque oculo, uel in manu, & brachio, an dicatur vnū vulnus, vel plura, uel unum delictum uel plura, uide Angel. consilio 190. columna.j. & 2.& Bal.3. vol.consi.484. Et quid si fiant tres percussiones vno ictu, an puniantur pro vna vel pluribus, maximè stante statuto, vide Bald.ij.vol.cōsi 351.& quando quis infert plura vulnera contra vnum, ex quibus sequitur homicidium, An vna pœna imponatur tantùm. Bart.in l. nunquam plura vult vnam tantùm imponi debere, declarando vt ibi, & per Soc.omnino videndū cōsi.62.col.ij. & seq. Et quid si est formata inquisitio de vulnere mortifero, an sequuta morte possit sequi cōdemnatio, vide Bal.4.vol.cōsi.430. Et ad prædicta vide Bal.in l.si familia.ff. de iurisdict.omn.iud.& Ang.de malefic.ī verbo, fecit insultum.col. 2.

8 Est † in arbitrio iudicis grauiori pœna, quàm leges velint, vel leuiori, reum ex causa cōdemnare.l. quid ergo. §.pœna grauior.vbi gloss. Bar.& alij.ff.de his, qui not.infa. & l.etsi seuerior. C.ex qui cau.infa.irrog.& quæ sunt qualitates cōsiderādæ, vt augeri possint, siue diminui pœnæ, docet text.in l. aut facta.vsque ad fi.ff. de pœn. & ponit causas septem sine consideratione dicti text. Fel. vbi latissimè de hac materia ī c. qualiter.§ ad corrigendum.col. 6.& seq. de accus. & vide Alex.etiam in d.l.etsi seuerior.& ætas, siue quis sit iuuenis valde, siue admodum senex, est iusta causa minuendi pœnam, vt per Dec. in l. ferè in omnibus.ff.de reg.iur. Maxima etiam peritia in aliquo artifice vel professore literarum, est iusta causa l. ad bestias.ff.de pœ. Et facit l. sed & reprobari. in verbo, valde tamen disciplinatos.de excu.tut.& ideo Hos.in c.de causis de of.deleg.dixit, quòd vbi veniret abscindenda lingua, vel manus, ex aliqua lege, vel statuto, ꝓpter aliquod delictum. Si egregius orator, uel poeta, uel pictor tale delictum commisisset, non deberet pictori abscindi manus, neque poetæ, vel oratori lingua.ad quod cōferunt dicta Barb.in rub. de reb.eccle. non alien. col.3. vbi loquitur de statuto,

9 † quòd forensis non possit ingredi collegium, ut nō habeat locum in aliquo eminētis scientiæ, & ibi habes de eminentia scientiæ. Addo, quòd hæc conclusio procedit in sententia ipsa, non post, quia tūc requiritur remissio principis. Dec.in §.j. in col.j in c. at si clerici. de iudi. & Felin. post Innoc.in d.§ ad corrigendos. Item sine dubio procedit in principe, in quo omnis pœna est arbitraria, secūdum Bal. in l.j.i 8.col.uer.opponitur ult. C.de sum. Trin.& fid.cath.& Fel.ubi suprà, uer.circa quartum. & Afflic. in tit.quæ sint regalia.i prin.nu.65. & adeò est arbitraria, ut etiam possit animum suum ad puniendum & absoluendum informare, & iudicare ex his, quæ uidit, & audiuit, dum esset

set in minori statu cōstitutus, ut dixi sub rubr. de par. suppo. in fin. procedit etiam sine dubio in iudicibus maioribus, qui, secundum Pau. de Cast. in Auth. hodie. C. de iud ij sunt in hoc casu, qui sunt perpetui, vt episcopi, marchiones, & similes. Et
10 si † etiam capitaneus iustitiæ in hoc dominio, qui erat perpetuus, & habet amplam authoritatem, sed dubium est quo ad inferiores, ut prætores. Ias. in di auth. dubitat, & allegat pro, & contra, & non bene se explicat Ias. in l. cum seruus. col. fi. Idem facit Ias. etiam i §. ex maleficijs. co. .2. Instit. de actio. & ibi videtur tenere ut non procedat in prætoribus terrarum, nec alijs inferioribus, prout etiam hoc idem potius quàm aliter sentit in locis vbi suprà. Reperio Dec. i c. de causis. colū. pen. & fi. de of. de le. tangentem articulum, & dicentem, ac ostendentem, quòd cōis opinio est, vt solum procedat in maioribus magistratibus, & inferentē, quòd etsi in delegato inferioris non procedit regula, tamen locum habet in delegato principis, vide ibi, & ita intellige dicta Fel. in d. c. qualiter. §. ad corrigendos. dū de delegato in hoc casu loquitur. Aduerte tamē, quia vult Ias. in d. l. cùm seruus. quòd hæc conclusio, vt possit pœna mutari, procedat solùm in causis arduis statum reipublicæ concernentibus. & idem Ias. in d. §. ex maleficijs. etiam allegat Roma. ad hoc, quòd nemo potest facer̄ hāc uariationem, nisi consulto principe. Sed hoc vltimum non puto verū, & est cōtra communē, & d. §. pœna grauior. & l. etsi sæuerior. Primū etiā falsum est, vt patet, si consideres causas, de quibus per Fel. & Dec. vbi suprà, per quas potest pœna mutari. Est verū, quòd in hoc dominio non permitteret princeps, uel senatus, vt fieret talis mutatio, nisi eo consulto. Sed suprà loquutus sum de iure, & scias hāc mutationem non solū contra leges fieri, verùm etiam contra statuta, s̄m cōem opi. vt per Dec. vbi suprà, col. fi. & vide etiam ad prædictā materiam Ias. in l. nō solū. §. morte. ff. de ope. no nūt. col. 21. ver. quita conclusio. & Fel. in c. j. de constit. col. 12. uer. fallit septimò. Et addo, quòd propter magnam probitatem hominis receditur à regulis iuris, vt per Fel. in ca. super his. col. fi. de accus. & per Ias. in l. iubemus. C. de iud. col. 2 & seq. Est tamen videndus Dec. in c. postremo. in fin. de appel. Idē propter dignitatē & nobilitatem, vt per Fel. in c. pastoralis. de offi. deleg. Nō omitto etiam, quòd † interdum iudex cogi-
11 tur minuere pœnam, vt putà, quando fieret propter ætatem, vel quia cessaret dolus, vel etiam interueniret interesse publicum. Interdū etiam potest, sed non cogitē iudex, putà, quando vult punire conatū solū sine effectu. Ita Dec. vt paucis agā, in l. si fugitiui. colum. 4. C. de ser. fug. post Alex. in d. l. etsi sæuerior. col. fi. Sal. in l. is qui cū telo. col pen. C. de sic. Bal. & Aret. in d. l. si fugitiui. & de materia d. §. pœna grauior. & d. l. etsi sæuerior. vide omnino per Dec. in d. l. si fugitiui. col. v. Addo, ꝙ etsi homicida prouocatus puniatur pœna ordinaria. Tamen etiam iudex potest imponere minorē ordinaria. vt dixi sub rub. de homici. Addo etiam, quòd si iudex excederet in pœna, quia condemnaret in decem, quem debuisset in quinque condemnare, tamen valet condemnatio in quinque, secus si excederet in mulcta, vt per Aret. in gl. dictū Sempronitū in trecentum libris, & c. col. 4. ver. & aduertas.
12 & in additionibus ibi. Statuta pœnalia † an sint fauorabilia, & consequenter extēdenda, an uerò restringenda, uide Barto. in l. quemadmodū. C. de agri. & censi. lib. 11. vbi dicit, ꝙ licet lex pœnalis & odiosa non extendatur extra significatum suū propriū. l. cū quidam. ff. de lib. & posth. & c. odia. de reg. iur. in 6. Tamē vbi extēsio tendit ad fauorē reipub. ita debemus eā extendere, sicut legē fauorabilē, & ideo cū pertineat ad fauorē reip. punire maleficia, ad hoc ut prouīcia purgetur malis hominibus. l. longius. ff. de of. præs. pœna statu punientis facientem maleficiū, tenebitur fieri faciens, & ita debet extendi statutū. l. si quis id qd. cū simi. ff. de iur. om. iu. Ex quibus verbis i primis colligo vnā cōclusionē adeò uerā, vt disputatione nō
13 egeat, quòd † si lex pœnalis ex proprietate verborum cōtineat rē minoris odij, & maioris, quo casu videbatur dicēdum, vt deberet solum cōprehendere ex benigna interpretatione materiæ re minoris odij, iuxta regu. l. si p̄ies ff. de poe & reg. in

in pœ. de re. iur. in 6. tamen compręhendit vtrunque, ex quo proprietas uerborũ hoc significat. l. non aliter. de leg. 3. cum ibi no. Et ad hoc est tex. & ibi solus Are. not. in l. cũ lege. ff. de testa. vbi vide, & Dec. vbi suprà. Secũdò colligo aliã conclusionẽ, quòd regulariter dispositio pœnalis nõ extenditur tanquam odiosa extra proprium significatum, ex eadẽ ratione, nisi quando cõtinet fauorẽ reipub. in puniendis maleficijs. Et hanc conclusionem sequitur D. Roch. Cur. in tract. con suet. char. 17. col. fi. post alios per eum relatos. & ibi etiã ponit alios casus, in quibus fit extẽsio. Sic etiã Dec. ubi oĩno est videndum, in reg. factũ suum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. ubi facit reglã negatiuã, quòd non fit extensio cum semptem limit. & in 4. sequitur hãc. Et in quæstio.

14 Bar. in d. l. quẽadmodũ. An † statutũ puniens facientẽ delictũ, cõprehẽdat fieri facientẽ, vide Alex. in l. j. in prin. col. 4. ff. de uerbo. oblig. vbi dicit cõem esse, ut nõ cõpræhendatur fieri faciens, quãdo statutũ loquitur ĩ personã, quia fictè dicitur facere, quòd sit cõis, dicit Iaso. ĩ l. is, qui pro emptore. ff. de vsucap. char. 21. col. 3. ver. prędicta inducit Bar. ubi latissimè de hac quæst. ꝙ sit vera opinio, ostendit paucis Dec. ĩ reg. is dãnum dat. de reg iur. Est tamẽ limitãda, primò, vt non procedat, qñ sic redderetur statutũ elusoriũ, quia deficeret pœna iuris cõis, ſm Alex. ĩ d. l. j. Itẽ in ciuitate hac Mediolani sine dubio non haberet locũ, quia vltra quod statutũ loquatur in personã, adest aliud statutũ disponẽs, vt nullus puniatur pœna corporali, nisi lege municipali caueatur, vt ꝑ Ias. in d. l. is, qui pro emptore. ver. limita istã quæst. & similiter in alijs locis, vbi similia adessent statuta. Adestq; aliud statutum, quod prorsus tollit difficultatẽ, disponẽs, ꝙ homicida intelligatur, qui proprijs ma

15 nibus fecerit homicidiũ. Et aduertendũ, † ꝙ etiã ex maiori ratione non licet extendere statutũ in hac materia. Nã magis delinquit mãdans quàm mãdatarius, vt per Ias. & Dec. vbi suprà & tñ nõ fit extẽsio extra ꝓpriũ significatũ. Et ideo D. Roc. vbi suprà aliter sentiens nõ bene dicit, & cõsequẽter statutũ loquẽs in furto, non debet habere locũ in rapina vel crimine expilatę hæreditatis, quæ sunt maiora, de quibus dixi suprà in tit. de fur. vers. & an statutũ. & in tit. de sacrileg. ac ĩ tit. de lege Iul. pecu. Attamẽ teneo cõtrariũ in raptore, quia in rapina inest propriè furtũ, iuxta d. l. cũ lege. apparet ex tex. Insti. vi bon. rap. in prin. Itẽ ĩ sacrilego, qui furetur res sacras, iuxta not. per me suprà ĩ tit. de sacrileg. In crimine verò expilatæ hæreditatis sentio cũ Cœpol. cõs. 72. col. 2. & 3. qui tenet cõtrariũ, quia nõ cõmittitur furtũ propriè. & vide de hac materia Ang. & additionẽ ibi, ĩ gl. vestẽ cælestẽ. col. fi. Mars. ĩ l. si quis viduã. col. pe. & vlt. ff. de quæst. Fel ĩ c. trãslato. ĩ pen. & vlti. col. de cõsti. Ias. ĩ §. ex maleficijs. Insti. de actio. char. 3. col. j. & ĩ §. tripl. col. 3. eo. ti. Et an statutũ minuẽs pœnã iuris cõis, putà, imponẽs pro adulterio pœnã pecuniariã, etiã cõpręhẽdat adulteriũ cũ incestu, vide Corn. cõs. 19. 4. vol. Et quia dixi, ꝙ quãdo verba ex proprio significatu sunt apta ad cõpræhẽdẽdum non solũ hũc casum, sed etiã aliũ, vtrũq; cõpræhendũt, aduertẽdũ est, quòd si ex duobus, quæ possunt cõpræhendi, alterũ sit eligẽdũ, ita vt vtrũq; non possit eligi, tũc qđ mitius est, eligetur. Aret. ĩ d. l. cũ lege. & ideo si fiat mẽtio de vi, intelligetur de priuata, & nõ de publica, vt sit mitior pœna. l. præses. ff. de pœ. Dec. ĩ reg. hoc iure. ff. de re. iur. Itẽ

16 si lex, vel statutũ † imponet pœnã capitalẽ, non intelligetur de pœna capitis naturalis, sed exilij. d. l. ꝑses. & l interpretatione. ff. eo ita Cano. ĩ c. v. super gl j. de iureiur. & Ias. vt paucis agã, ĩ l. diuortio. in princ. col. 3. ff. sol. mat & ĩ l. trãsigere. C. de trãsac. ponit ĩ hoc Fel. regulam & fallẽtias, in c. qualiter & quãdo § ad corrigẽdos. de accusa. & doctius ibi per Aretin. quem vide Non procedit tamen hæc cõclusio in atrocissimis delictis, quia fit interprætatio ĩ deteriorem partem, per dictum Abb. ĩ c. at si clerici. ĩ vlt. uerbis principij, de iud. Et facit ad hoc, ꝙ eo ĩ casu recedimus à regulis iuris, per dictum Innocẽ. ĩ c. j. de cõsti. ubi Fel. col. 12. & dixi suprà ĩ artic. pricipali præcedẽte, & generaliter mitior pœna semper est eligenda. glo. ĩ cap. de causis. ĩ uerbo, certa. de of. de leg. ubi Dec. & Fel in cap. inter cęteras. col. pe. uer. decima & ultima restrictio. de rescri-

rescript. & ibi etiam ex hoc infert, quòd
17 † in dubio reus, & non iudex, debet eligere pœnam alternatiuè positam, in pœnis pecuniarijs tamen, non corporalibus, ut per Dec. ibi col. 4. uersi. subsequenter. ad fin. & per Dec. latè in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & ad prædicta omnino uide Alciat. in tract. præsump. in reg. 3. præsump. 45. quæ est ultima. Quando † quis de-
18 linquit extra territorium, an puniatur secũdũ statuta loci, ubi deliquit, an secũdũ statuta patriæ, an iure cõmuni, uide Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. uer. secũdò quæro, quid de delictis, distinguẽtem, quòd si est delictum de iure communi, punitur secũdum statuta loci, ubi deliquit, aliàs non, nisi fuerit sciens, declarando etiam qualiter præsumatur sciẽs, Ias. ibi, in j. lect. tangit char. 3. col. 3. uersi. secũda quæst. prin. est, quid in delictis. & concludit, quãdo est delictum de iure cõmuni, sicut dicit Bar. si tamẽ fuerit sciẽs, aliter punitur secũdũ ius cõmune, dicẽs, quòd est opinio melior, quàm illa, quòd passim attẽdãtur statuta loci delicti, quã ponderat fuisse Bar. ibi, & ostendit quòd etiam est communior, & subdit, & quòd in iudicando non est recedendũ ab hac opin. Ias. etiam tangit in 2. lectu in uersi. secũda principalis quęst. Bart. ubi in effectu idem concludit. Vide etiam Fel. in c. licet. col. 6. uers. dum dicitur. de fo. comp. ubi dicit cõem opinionem illam esse quã tenet Abb. ibi, & Abb. ibi tenet, quòd potest iudex delicti eum punire secũdũ statuta sua, nisi fuisset ignorans. Est igitur dicendum, quòd data ignorãtia cessant statuta loci delicti, sed non cessante iuxta modos traditos per Bar. & Docto. in d. l. cũctos populos. potest iudex delicti talẽ punire secũdum statuta sua, potest etiam eum punire secũdum statuta loci domicilij, nisi secũdũ Fel. in utroque loco imponeretur pœna a statuto ipso iure, quia tũc attendũtur statuta loci delicti præcisè, & eandem opinionem tenet Marian. Soc. in c. postulasti. char. 3. col. 3. uersicu. quo ad quartum principalem artic. de fo. compe. ubi loquitur similiter sicut Abb. per uerbum, potest, sentiens clarè, quòd etiam potest puniri secũdum statuta domicilij, nisi in casu, de quo suprà. & Mar.

ibi latius & consideratius loquitur quàm alius, complectendo diuersos casus. uide etiam in hoc arti. ponendo casum in iudi
19 ce originis, an debeat † punire subditum deliquentem extra territorium secũdum statuta sua, vel statuta loci delicti. Alexã. in consi. suo 111. uol. j. col. 3. ubi dicit cõmunem esse, quòd statutum non cõpræhendat suũ subditũ delinquentem extra territoriũ, & ita quòd iudex domicilij debet eũ punire iure communi, si non apparet de pœna statuti illius loci. Concludo igitur ex prædictis secũdum mentem cõmuniter Doctorũ quòd regulariter attẽdũtur statuta loci delicti, quando non poterat reus ea ignorare, & quin possit iudex loci delicti punire sm statuta sua, res non habet difficultatem, Sed an etiã sit facultatis suæ punire secũdũ statuta ciuitatis delinquentis? In hoc Alexã. discrepat à Fel. & Marian & articulus pendet, an statutũ pœnale cõpręhendat subditos delinquentes extra territorium, de quo statuto tam ĩ hoc casu, quàm ĩ alijs, an extendat vires suas extra territoriũ, vide Bar. in d. l. cũctos populos, vers. 8. circa statuta punitiua. & ultra Alexan. in d. consi. 111. quem uide omnino, uide etiã Signor. consi. 89. col. 2. & Cor. j uol. cons. 152. col. 2. circa finem. & Roch. in c. fi. de cõsuet. & uide etiam de hac materia Fel. in c. 2. de constit. col. 2. uer. tertia conclusio. & Caccialup. ac alios in d. l. cũctos po-
20 pulos. Non omitto † quòd Doctores vbi suprà distinguentes, an sit delictũ de iure communi, uel non, uolũt tamen ut licet sit delictũ solũ ex dispositione statuti, nihilominus si communiter adsit tale statutũ in omni loco (ponendo exemplũ in statuto uel decreto prohibente frumenta extrahi extra dominiũ) idem sit, acsi illud esset prohibitũ iure communi. Hoc autem decretũ, ut frumenta non conducantur extra dominiũ, ualde terribile est in hoc dominio, quia imponit pœnam ultimi supplicij & publicationis bonorum, & quamuis uideatur continere utilitatẽ publicam, ut scilicet annona detrimentũ non patiatur, & ne sequatur caritas frumentorũ. Tamen si practicam attẽdamus, continet auaritiam, quia finis est, ut pro quolibet sacco frumentorũ soluatur uectigal

ctigal. omni enim tẽpore conceduntur licentiæ, vt frumenta extra dominiũ cõducantur cũ solutione allegati vectigalis. Quæ res & penuriam auget. & nobiles dimittit inanes, & ego quotidie clamo cõ
21 tra hoc. Quãdo † delictum habuit prin cipiũ in vno territorio, & sortitur finem in alio, quis iudex possit punire, vide Marian. in c. proposuisti. de foro compet. & quæ dixi suprà in tit. de foro compet. vbi etiam habes, quomodo iudex dicatur prę uenire alium iudicem, ita vt solus præueniens possit punire, & qñ quis est punitus, vel soluit pœnã in vno territorio, an adhuc possit puniri in alio, & an iudex possit exequi sententiam alterius, & infinita alia ibi dixi de competentia & incom petentia iudicis in hac materia, quæ omnia tendunt ad demonstrandum, quis iudex punire possit, & sic ad materiam no-
22 stram pœnarum. Si vero † sit commissum delictum vltimo die mei semestris, & in alio semestri fiat condemnatio, cui pœna debeatur? Est materia, quæ punitur per Alex. in l diuortio. §. si vir. col. fi. ff. sol. matri. vbi dicit, ꝙ in simplicibus em ptoribus fructuũ communis est opinio, vt ad primum emptorem pertineant, quam opinionem, etsi acriter mordeat, tamen eam admittit, vbi tempore primi emptoris saltẽ formata esset inquisitio, & deinde distinguendo cõcludit, quòd si loquamur de his, quibus data esset administratio iurisdictionis, tunc secundò inquirẽti datur pœna, quæ ex industria acquiritur, quę opinio ex diuino iudicio tanti viri proueniens superioribus diebus habita fuit in consideratione à Senatu, eleuata difficultate, an pœnę delictorum commis sorum ante emptas iurisdictiones in hoc dominio, in quo multæ sub Cæsare emptæ fuerunt, ipsorum emptorum essent, an fisci. Nam ordinauit Senatus, vt si erat sub Cæsare formata saltem inquisitio, fisci Cæsarei essent, aliàs emptorum. Pœ-
23 na † vbi non est determinata à iure, cõmittitur arbitrio iudicis. l. j. §. expilatores. ff. de effract. Deci. in l. si fugitiui. col. 5. cir ca fi C. de ser. fu. & Deci. latè in c. de cau sis. col. 2. de of. dele. & ibi ponit quomodo debeat iudex arbitrari, dicens quòd consuetudo attenditur, vel illa cessante à simili ad similia procedit, & ꝙ etiã arbitriũ extenditur vsq; ad mortẽ, per gl in §. in summa. Instit. de iniur. de quo vltimo vide Dec. in c. ex literis. de constit. post Fel. ibi, qui facit regulã secundũ gl. in d. §. in summa. & postea limitat pluribus modis Ias. in l. etsi legibus. C. si contra ius vel vtil. publ. & Dec. consi. 100. col. pen. in fi. & seq. Vult tñ Dec. in d. ca. de causis. col. 2. quòd hoc arbitriũ nõ debeat declarari in principio officij, sed tẽpore pœnæ imponendæ, vt per eũ. Hęc tñ disputatio ces sat in principe, in quo omnis pœna est arbitraria, vt dixi suprà in vers. est in arbitrio. & qñ pœna est cõmissa arbitrio iudicis, & iudex arbitratur, an possit appellari, vide Feli. in c. inter cæteras. de rescript. col. pen. & Alex. in l. j. ff. de leg. 2. ad fi. & dum dixi, quòd arbitratur iudex à simili pœnã, cessante cõsuetudine. Adde quòd si statutũ vel lex dicat, vt imponatur pœna certa, vel alia in genere, nõ imponetur maior pœna expressa, sed similis glo. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. Barr. in l. quidam relegatus. in princ. ff. de rebus dub. & Fel. in c. sedes. col. fin. de rescript. Addo etiã,
24 † quòd qñ delictũ non fuit perfectũ, nõ potest iudex arbitrari vsque ad mortem. Florian. in l. itẽ si obstetrix. circa fin. ff. ad leg. Aquil. & Dec. in d. l. si fugitiui. col. 4. Et qñ pœna est alternatiua. An & qñ electio competat iudici vel reo, vide præter alios Deci. qui hanc materiã latè ponit in c. inter cæteras. de rescriptis. & in d. l. si fugitiui. Et an habens arbitrium, iuxta dictũ §. effractores. siue l. etsi sæuerior. C. de infam. & l. quid ergo. §. pœna grauior. C. de infam. & quæ dixi suprà versic. est in arbitrio possit etiã confiscare bona. Dic id posse magistratus, qui in summa pote-
stare sunt, alios non, vt per Doct. in l. vnica. C. ne sine iussu princ. & Ang. Aret. in gl. & eius bona publicamus. col. 7. versic. quęro quis iudicũ. & per Ias. in l. 2. C. qui testa. face. non poss. col. fi. & in l. etsi legibus. vbi de d §. expilatores loquitur. C. si contra ius vel vtil. publ. & Feli. in d. ca. ex literis. de constit. & qui sint tales iudices, vide ibi, & per Bar. in l. j. in princ. ff. quod quisque iur. Quę disputatio cessat in hoc dominio, in quo nemo, quantumcunque latã habeat facultatem procedẽdi & de-

terminandi, potest bona publicare, incon
25 sulto Senatus. An † publicatio bonorũ, & aliæ pœnæ, & mulctæ applicentur feudatario, an supremo domino? In effectu dic hęc pendere à priuilegijs, an clarè loquantur, vel sint translata omnia regalia, iux. tex. q̃ sunt regalia, quē vide, vel ẽt sit trãslatũ mœrũ, & mixtũ imperiũ, quia tũc etiã confiscationes eorũ sunt, nedũ aliæ pœnæ & mulctæ, quæ ex sola concessione iurisdictionis ad eos pertinent. Lucas de Pen. in l. j. col. 8. versi. secundò quæritur, an concesso mœro & mixto imperio. C. de priuileg. schol. lib. 12. Mart. Laud. in c. j. col. fi. versi. ex qua doctrina. vbi etiam Præpos. col. fi. qual. vasal. iur. debeat fidel. vbi volunt, quòd confiscatio sit maioris domini, quando sibi reseruauit ius maioris dominij, ergo à contrario, &c. Guid. Pap. consil. 76. in terra alicuius. Hoc est etiam ex mente. Aluar. in ca. j. §. si quis aliquem. de pace tenen. col. 3. & ibi Præpos. & Isern. qui dicunt, quòd pœnæ & mulctæ sunt feudatarij, sed bona applicantur supremo dominio, intelligendo tamen, secundum prędicta, nisi ex concessione aliter appareret, vt etiam per Bal. in consil. 306. & seq. vol. 4. Alex. consi. 31. vol. j. col. 8. & Bar. in l. cunctos populos. col. penul. versi. illæ ergo ciuitates. & dum Aluar. dicit, nisi etiã appareat contrarium ex iurisdictione, intelligit, sicut dixi modò, quòd etiam venit publicatio bonorum, quãdo mœrum & mixtum imperium est translatum. & hoc vult Bar. in l. imperium. ff. de jurisd. om. iud. col. 4. versic. quæro extrà. cum duabus præcedentibus. Alex. consil. 13. vol. 6. Anchar. consil. 161. de quo vide Ias. d. l. imperium col. 4. versi. circa quartam partem. & col. seq. versi. ex hoc vltra. & vide Iac. de S. Geor in sua inuest. in gl. cum mœro & mixto imperio. col. 2. vers. sed an pœnæ. & versi. sed an. Hæc intelligo sine dubio, quando ex ordine principis, vel lege ante infeudationem imponebatur publicatio bonorum, vel alia pœna, quia per infeudationem ponitur vasallus in locum principis, in his quæ dixi, & per ea verba, de quibus dixi. Sed si postquam vasallus inuestitus est, princeps faceret proclama vel decretum puniens vti delictum, quod anteà licebat, vel maiorẽ pœnam addens priori, an eo in casu, vbi committeretur delictum illud per subditum feudatario, de quo ipse cognosceret ex vi priuilegij sui, non vetante aliquo ordine principis, prout vetat in hoc dominio ordo maioris magistratus, posset iudex feudatarij cognoscere, & sibi applicare pœnam. Crederem posse eodem modo, ex quo in feudatario est iurisdictio, mœrum, & mixtum imperium, à quo nascuntur in illo loco pœnæ, quæ sunt fructus iurisdictionis, mœri, & mixti imperij, iuxta not. in l. fi. ff. solu. ma. & si princeps noluit suã nouam legem publicari eo in loco, nec in eo habere locum, sumus extra difficultatem, quia lege non militante, etiam non militat pœna. Sed si voluit, vt illi locus esset, prout vult semper, vt quietè viuatur in toto dominio. quod maximè patet, q̃a cùm referuntur causæ criminales feudatariorum in Senatu, mandat Senatus prętoribus eorum, vt delinquentes, & contrauenientes dictis nouis ordinibus, puniant pœna ipsorum ordinum. Non video quare etiam pœna sicut cognitio nõ debeat esse feudatarij. Et facit, quòd quicquid plantatur & seritur, cedit solo. §. & ex diuerso. Instit. de rer. diuis. per Alex. & Ias. in l. j. §. nunc videamus. ff. de oper. noui nunt. & ideo etiam quod seminat princeps (vt ita dixerim) in mœro imperio, & iurisdictione alterius, est domini iurisdictionis, & vbi princeps non curaret, vt publicaretur sua noua lex, vel non haberet locum in eo loco, posset feudatarius idem statuese ibidem, etiam quòd dictum statutum esset cõtra ius commune, iuxta not. per Ias. in l. omnes populi. in fin. ff. de iustit. & iure. Et ad prædictam meã opin. q̃ pœnæ sint feudatarij, etiam si oriãtur ex lege superueniente, induco Doctores, qui generaliter volunt, vt si quis sit inuestitus cũ mœro & mixto imperio, eius sint emolumenta & pœnæ, vt Bald. in l. j. ff. de rer. diuis. q. 44. & Præpos. in ca. j. in fi. de controuer. inter vas. & episc. Brun. consil. 23. in fi. & Doctores suprà. Et dum allego,
26 † quòd feudatarius potest statuere contra ius commune. Ias. in d. l. omnes populi. dic quòd melius declarat Felin. in ca. j. col. j. & 2. de rescrip. vbi concludit, quòd inferior à principe ecclesiastico non potest

test statuere contra ius, secus autem inferior à principe seculari. & ita loquitur Ia so. in d.l. omnes populi. Et q supremus
27 princeps non † possit statuere in terris feudatariorum, patet, quia in eis nullam habet iurisdictionem, iuxta not. per Bar. in d.l. omnes populi. in j. quæst. princip. & ita D. Franc. Curt in consi. 2. col. 2. versic.
28 minus. An † verò publicatio bonorum pro crimine læsæ maiest. in supremũ dominũ sit feudatarij, videtur non esse, quia princeps videtur sibi reseruasse vltionem suæ iniuriæ, per c. j. §. pen. quę sit pri. cau. ben. amit. & ita videtur determinare Iacobin. in gl. & castro. col. 3. §. pone princeps. & vide Bal. per eum allegatũ. Et vltra ea facit text. in c. quæ sint regalia. vbi post generalẽ mentionem bonorum pro
29 scriptorũ inter regalia † etiã connumerat bona committentiũ crimen læsæ maiest. Et ita video seruari, vt qñ vasallus cõmittit crimen læsæ maiest. an bona pertineant primo domino, an alteri, vide Aegid. consi. 15. in prin. Extra hãc materiam
30 regula est, vt † pœnæ intelligantur applicatæ fisco, & non parti. Et hoc, quando princeps statuit certo modo, de quo per Bar. in l. agraria. ff. de ter. moto. & per Aret. in c. cùm in tua. in j. not. de accus. & latè per Ang. Aret. & Aug. de Arim. in gl. dictum Sempronium in tercentum libris condemnamus. col. 4. Quando tamen in contractu est apposita pœna, fiscus ad illã agere nõ potest, nisi notarius fuerit eam stipulatus nomine fisci. Bart. in l. j. in fi. ff. de iure fis. & in l. arbiter si intra certum diem. ff. de arb. & Alex. consil. 33. ad fin. vol. 1. Et quo ad omnem pœnam, cui applicetur, vide Ias. in l. si quis maior. C. de
31 transact. col. 1. Publicatio † bonorum vel alię pœnæ an efficiantur tyranni, quando contingunt tempore suo, ita vt si alienet, valeat eorum alienatio tempore iusti domini? In hoc dominio vidi milies seruari, vt qualiscunque fuerit dominus, faciat pœnam & fructus iurisdictionales suos, & de eis alienatio facta teneat, etiam si de vero domino appareat, per cõsi. Cuma. 153. Et fundamentum est propter eorum bonam fidem, iuxta l. Barbarius Philippus. ff. de off. præt. quam allegat Cuman. Sed neminem vidi in hoc dominio appellari omnino tyrannũ, vel qui non haberet titulum, vel aliter demonstraret bonam fidem ex aliqua causa, super qua erant fundata consilia maximorum Doctorũ pro eis factę, quę pariunt bonam fidem, iuxta gl in l. Titio. ff. de condit. & demon. Feli. in c. cùm cõtingat. col. 3. de rescrip. & in c. de quarta. de præscri. in 2. char. col. 3. & in c. si diligenti col. 2. de præscript. Sunt
32 † enim pœnæ fructus iurisdictionis, & hos facit suos bonæ fidei possessor. Bart. & omnes in l. si ff. sol. mat. & in l. diuortio §. si fundũ. ff. eod. titu. vbi Alex. in vlt. col. Alex. consi 7. col. fi. vol. 3. Soci. cõsil. 100. & ita intellige l. decernimus. C. de sacros. eccl. Et ad opinionem prædictã vide Bal. in d l. Barbarius. in prima lectu. in 7. col. vers. 12. & Abb. in c. nihil. col. pe. de elect. & in cap. consultationibus. de iure pat. Et memor sum Ias. consuluisse, q Rex Gallię in hoc dominio erat bonæ fidei possessor, quare posteà fuit priuatus Balignana à duce Maximiliano Sfortia, sic etiã pro eodem Rege Dec. consuluit consi. 191. in causa, quæ agitatur. Conclusio est quo ad propositum principale, quòd quisquis post tyrannum succedit, qui se verum dominum existimet, seruat, vt dixi. Sed in specie quo ad Regem Christianissimum, & Sfortiadas, dum oritur dubium, an omnes, vel alter esset in bona fide, hoc sit cõscientię ipsorum, & considerationis eorũ, qui ingenij lumine altius penetrant, vnũ dixisse liceat, quòd ego mallem habere possessionem prouinciæ, quàm titulũ solum, quia cùm inquirere de proprietate sit admodum difficile, lex & canon exercitia concedunt possessoribus, secundum
33 Bal. in rub. C. de fru. & lit. exp. An † inter hos fructus iurisdictionales adsit feudum, quando aperitur domino propter generationem finitam, & consequenter si aperiatur tẽpore tyranni, ita possit disponere de eo feudo, sicut verus dominus, & duret alienatio sub iusto domino. id est, eo, qui posteà præsupponat se iustum, vide Alb. in rub. C. de fruct. & lit. ex pen. qui per infinita fundamẽta tenet, nõ esse ex fructibus iurisdictionis. Et idem Imo. per verbũ, fortè, in d. l. fi. ff. solu. ma. Faciunt dicta per Cuma. in consi. 65. dum vult, q vtile sit pars directi, & ita non va-

lebit alienatio.d.l.decernimus. & ꝑ Dec. in d. consi.191. 34 Pœnæ † delictorum nõ transeunt contra hæredes.l.j.ff.de pri.de li.l.pupillum.§.in hæredes.ff.de reg. iur. & §.non omnes. Insti.de perp.& tẽp. act. vbi est omnino videndum, & ibi in § pœnales dicitur, ꝙ lite conte. trãseunt, sicut & in l. vnica.C.ne ex del. def. transeunt tñ etiam lite non contest. quatenus ex delicto defuncti in hęredem peruenisset.d.l. vnica.l.sicut pœna.ff.de re.iur. & d.§. nõ omnes. & vide Dec.tam in d.l.sicut pœna q̃ in d. §.in hæredes.in quo §.in hæredes. redigit materiam ad reg. & fallentias. Et communis est conclusio, ꝙ hæres delinquentis tenetur solum lite non contest. quatenus ad eum peruenit, dato ꝙ inuentariũ non fecerit. Item quòd bona delinquẽtis sint tacitè hypothecata. nõ solùm qñ sunt pœnes hæredem, verùm etiam si essent pœnes quemlibet tertium. Ita Fan.in tract.de pig.in 4. memb.2. partis, vers nonus casus. vbi vide. Et inter cæteros casus, qui ponũtur pro limitatione ad d.regulã, quòd pœnæ delictorum non trãseunt in hæredes, ille est, qñ ipso iure imponitur pœna: quia tunc talis pœna afficit hæredem, & est opinio certissima, vt ostendit Ias.in l.3.§.quod autem.ff.quod quisq.iur. Est verum, quòd secundũ Iaso. ibi, ante mortem requiritur declaratio, aliter non transit. Sic etiã ibi videtur velle Dec. vt sit necessaria declaratio ante mortem, & ita in cõfiscatione bonorum, in terminis decreti nostri, quòd à die delicti cõmissi intelligantur ipso iure confiscata bona, Consuluit Curt. Sen.cõsi.60. dux Philippus. vbi refert Dominos Ambrosiũ Opizonem & Petrũ Grassum aliter conclusisse, ex eo quòd decreta dicebant, quòd à die commissi criminis ipso iure essent publicata. Sed ponderat Cur. quòd etsi decreta ita velint, tamen etiam volunt, vt debeant, qui criminis arguuntur, de eo prius condemnari, & sine hac qualitate non procedat confiscatio bonorum, & consilium illud fuit ędítũ ab Opizone & Grasso in gratiam ducis Ludouici, volentis sustinere sententiam latã per Nicolaum Malatestam, qui publicauerat bona cuiusdam mortui, transmissa inquisitione ad sepulchrum. De qua re, & aliis similibus infinitis erubescens dux ipse ad clamores populi aliud decretũ ædidit. vt contra mortuum non posset procedi, nisi in crimine læsæ maiest. & aliis permissis à iure communi: quo decreto stante, cessat alia iuris conclusio, quòd vbi reus cõfessus moritur, possunt postmodum cõfiscari, iuxta not.per Bal.in d.l.vnica. C.ne ex deli.defun. & videtur communis opinio, vt per Curt.in d.consil.60. qui tamen aliter dicit in confessione ficta. Nam per allegatum decretum mortuo reo quandocunque ante sententiam amplius non fit verbum: & vbi etiam stante eo decreto esset difficultas, adhuc idem obtinetur ex fundamentis Curt.in d.cõsi.quòd nisi sit lata sententia, morte extinguitur crimen: & ita obtinui ego, dum ageretur de bonis D. Baptistæ Sabadini. Extra decreta an pœna ademptionis bonorum transeat in hęredes? Dic absolutè, quòd si imponitur ipso iure transit: sed vbi non imponitur ipso iure, fit distinctio in publicis delictis, an vno tẽpore vel alio moriatur. Nam si ante sententiam decedat, res est clara, quòd non transit.l. ex iudiciorũ.ff. de accus. si post pendente appellatione, vel intra tempus ad appellandum, vide Angel. in l. vnica. C.ne ex del. def.col.2. Aret.in glo.qui iudex videns, quòd inquisiti non comparent. & in eis locis habes etiã quid in priuatis delictis. Et not. omnino, quòd etsi mors tollat pœnam, tamen potest hæres defuncti pro fama & honore eius instare, vt declaretur super eo crimine Roman.in sing.in 17.char.in 4.col. Item not.illud, quòd si constat confessione vel testibus de delicto, & esse in causa conclusum, pœna transit in hæredes: tñ in hoc dominio nõ seruatur, ratione, quã dixi. Et vide etiã qñ pœna transeat in hæredes. Ant.de But.consi.58.vide etiã omnino in hac materia Abb.in c.fi.de sepul. Et dũ dixi, quòd requiritur declaratio ante mortẽ, secundum Ias.& Dec dic cõmunem esse in contrarium, vt dicam infrà in tit. de sent.in ver. sententiæ materiam sequendo.
35 Vides ergo † qui sit effectus, quòd pœna imponatur ipso iure: Alius etiam ex hoc sequitur, quòd tunc non licitè retinetur talis pœna in foro consciẽtiæ. Ita Feli.in d.c.j.de constit.col.2.& 3. ibi

ibi facit regulam in contrariū, & eam primò ita limitat, & latè Dec. in reg. quod à quoque. ff. de reg. iur. vbi in fi. dicit, quòd tamen hæc conclusio pendet ab eo, an lex imponens talem pœnam ipso iure sit iusta, de quo articulo sunt videnda dicta in d. c. j. de constit. Si vis scire quæ pœnæ imponantur de iure canonico, vide Abb. in c. cùm non ab homine. in 6. col. de iudi. & inter alias iudex potest imponere pœnam seruitutis. ca. ita quorūdam. de iudic. & Cæpol. consi. 73. col. 1 vbi loquitur de multiplici specie pœnarū tam iuris canonici, quàm ciuilis. & Abb. in cap. j. de pœ. Vide etiam de pœnis iuris ciuilis, & canonici. Io. de Lignano in tract. de cens. eccl. in j. & 2. col. & quot sint genera pœnarū de iure ciuili, & quot de iure canonico, vide Felin. in d. c. qualiter. §. ad corrigēdos. de accus. & vide omnino Alber. in dictionario suo in verb. pœna. vbi percurrit singulas pœnas singulorum delictorum. Et
36 casus in quibus † imponitur pœna mortis, vide per Bal. in l. data opera. C. qui accus. non pos. col. 4. vbi etiam quot modis
37 committatur delictum. Et an † attendatur tempus commissi delicti in imponenda pœna, an sententiæ, vide l. j. ff. de pœn. quæ dicit, quòd attēditur tempus delicti, & ibi Bar. Sali. notabiliter in l. leges & cōstitutiones. C. de legi. & Felin. in ca. fi. in j. not. de sent. excom. vbi infert, quòd minor delinquens maior factus, punitur vt minor, & latè Ias. in l. pe. ff. si ex nox. cau. aga. & Aret. in gl. dictum Sempronium in tercērum libris. col. 3. & adde ibi. Et quia regula est, quòd attēditur tempus delicti,
38 quæritur per Bart. in d. l. j. an † factus clericus post delictū puniatur à iudice seculari vel ecclesiastico? Et videtur puniendū esse à iudice seculari, attendendo tempus delicti. Tamen Bart. post Dyn. vult contrariū, nisi in fraudem esset factus clericus. Est verum, ꝙ tūc determinat videri factū in fraudem, quando iam erat accusatus, vel suspectus criminis, vt ibi, vel, vt per Marsil. in l. statuliber. ff. de quæstio. quando factus fuit clericus incontinenti delicto patrato. Addit Bart. in d. l. j. modū qualiter iudex secularis poterit punire clericum, videlicet per degradationem factam ab episcopo suo, de qua degradatione, quādo fiat, ponit Abb. in c. at si clerici. in princ. col. 14. versi. ad secundum. de iudi. de qua vide text. in c. 2. de pœ. in 6. Itē addit Bart. in d. l. j. quòd post inchoatum processum vel latam sententiam, si laicus efficiatur clericus, licet nō prosit sibi clericatus quo ad executionem faciendā in rebus, prodest tamen quo ad personam, quia non poterit capi, & detineri in carceribus, vel capite puniri, cum persona clerici omnino sit exempta à manu iudicis secularis. & hęc est communis opinio, in c. j. extrà, de obligat. ad rat. & de hac materia vide Ias. in l. cum quadā puella. col. 3. ff. de iur. om. iud. & Dec. ibi ad fi. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 44. versic. 15. quęro de constitut. Cæpol. consil. 21. col. 4. Alex. consi. 89. in 3. vol. col. pen. Cæpo. consi. 40. col. 10. & consil. 68. & alibi sæpe per Doctores. & vide omnino D. Ant. de But. in d. ca. j. & ideo his diebus proximè præteritis, dū quidā criminis argueretur, pro quo erat imponenda pœna pecuniaria, & factus esset monachus in fraudē, nihilominus fuit condemnatus à iudice seculari, & facta executio in bonis, & dixi suprà in tit. de fo. compet. in articulo, an iudex secularis possit punire clericum. Et an iudex secularis possit punire clericum quo ad eius patrimonium, vide Bart. in d. l. j. col. pen. ibi Domini Io. And. & Oldr. consi. 17. col. 9. & consi. 13. & cōsi. 83. col. j. & Fel. in d. c. ecclesia sanctę Mariæ. in 4. col. & ibi dicit, quòd gaudet in re patrimoniali priuilegio clericali in casibus à iure expressis, aliàs non, & Oldr. cōsil. 133.
39 an episcopus. Quæro † qn̄ statutum dicit, vt puniatur in ære & persona, quomodo intelligitur, vide Ang. consi. 219. col. j. circa fi. & Bal. 2. vol. consi. 262. col. j. in fi. & seq. vbi etiam ponit, si statutum addat arbitrio principis, qualiter arbitrari debeat. Bal. cōsil. 130. in 2. col. vol. 4. Signor. consi. 170. col. 6. circa fin. & seq. & de dicta pœna æris & personæ, vide in ca. 2. de ma. & obed. Bal. & Ang. in l. j. in fi. C. ne li. sine iud. se vind. & Alex. in l. lex Cornelia
40 . ff. de vulg. & pup. Et quando † pœna dicatur capitalis vel corporalis, ita vt quis non sit dimittendus fideiussoribus, vide ꝑ Felin. in ca. qualiter. *il secondo* § ad corrigendos. col. 3. de accusat. & in apostil. ad

Abb.in c.afferte.in apostil.magna, de præsump.p Dec.in l. magistratibus.ff.de iur. om.iudic.vbi habes, quòd pœna corporalis pluribus modis dicitur, & dixi suprà sub rub.de carcer.fid. commit. & amplissimè inuenies hanc materiam positã per Maria.in c.veniens.de accu. Nam ibi cadit pariter, vt intelligatur, an magis i vna causa, quàm in alia quis admittendus sit per procuratorem. Et an & quando pœna pecuniaria conuertatur in corporalẽ, data soluendi impotentia, vide Maria. vbi suprà, & Abb.in ca.Odoardus. col j.de solut. Et quæ pœna imponatur rumpenti confinia, vide tex.& Bar.ibi in l. aut damnum.§.quisque.ff.de pœn.& Laud. in tracta.de principe, consi.527. Pœna corporalis est maior qualibet pecuniaria.l.in seruorum.§.in personis.ff.de pœ. quod limita vt ibi per Alex.& Bar.in l.j.§ fi.ff eod. & vide D.Præposit.in ca.denique. col.2. distinctione 4. & in simili aliquid per Fel. in ca.j.de testib.& vide omnino Soc.cõsi. 157.col.pen. An grauiori pœna puniatur homo vilis, q̃ positus in dignitate, vide l. quædam.& ibi Bar.ff.de pœ. Curt. in cõsil. Federicorum, col.25. Fel.latè in c.cùm quidam.de iureiur col.2.& seq. & in c.pastoralis.in prin.de offic. deleg. & Cœpol. notabiliter consi.40 col.5. Pœna an euitetur propter multitudinem delinquentium, vide tex in l aut facta.§.fi.ff.de pœ. Felin.in c.dilectus.col.2.versi.in glo.3.de simon. Pœna subleuatur ob antiquitatẽ delicti l.si diutino.ff. de pœn. dixi suprà sub rub.quomodo procedatur per actionem.circa materiam l.querelam.C.de falsis. Aliquando tamen etiam antiquitas delicti aggrauati, vide Bart.in d.l.si diutino. An pœna sit illa, quæ reddat magis graue vnum delictum, quàm aliud, vide Deci. consil.65.col.2. & ibi, an sit maior pœna furcarum, quàm capitis, quæ pro homicidio imponitur. An pœna egrediatur suos authores, vide Deci.consi.64.in prin. Pœ-
41 na vitij litigiosi est, quòd alienatio nulla redditur, & ambo contrahentes, putà, venditor & emptor puniuntur pœna pecuniaria danda fisco, quia pretium amittit emptor & venditor tantundem, & datur ab vtroque fisco. Quo verò ad rem proceditur in lite sicut prius. & hæc locũ habent, quando scienter contraxerunt, aliàs distinguitur, vt per Abb. latè & docto ca.ecclesia. el primo. vt lite pend. col. 5. vbi dicit, quòd hæc pœna interdũ etiã dupli est, & alios effectus operatur crimẽ litigiosi, & ibi etiam col.præcedenti ostẽdit quomodo committatur vitiũ litigiosi. Hæc etiam remissiuè habes per Dec. in c. j.de cõfir.vti.vel inuti. col.3. & ibi etiam ponit, quando est quæstio tantum super possessorio, an contrahatur hoc vitium, & in effectu tenet cõtrahi, quo ad ipsam possessionem, non quo ad proprietatem, quæ nihil commune habet cum possessione, & adeò nulla est alienatio rei litigiosæ, vt etiam eius confirmatio sit nulla, & quia dixi, quòd durante lite contractus est nullus. ex hoc infert Bal. in cap. quæ in ecclesiarum.de constit.col.7.versic.an in priuatione feudi. quòd pendente quæst. feudi inter ducem & tertium, non potest dux ipse inuestire alium. donec sit decisa lis. Et hæc quæstio nunc cõtigit hoc tempore in facto quo ad feudũ Luini, de quo dux Franciscus inuestiuit equitem Pusterlam, vnde allegatur, quòd talis inuestitura fuit nulla, ratione allegata. Tamen respondetur in hoc casu fundamentum non militare, cùm penderet quæstio, quia fiscus prætẽdebat ad se feudum deuolutum esse ob finitam generationem. quod dubio procul apparuit, atque ita videtur quòd non nocuerit alienationi pendentia litis, per ea quæ dicit Imo.post Compostel.in c.cùm M.Ferrariensis. de constitut.char.5.col.2. versic. & per prædicta etiam dixit Compostel. vbi latissimè de vitio litigiosi, & ibi vult, quòd si verè vacabat beneficiũ, super quo erat quæstio inter episcopum & alium, collatio per eum facta, etiam ante decisionem litis valida dicitur. Et ratio ad fauorem equitis potest esse, quia in tali casu feudũ ipso iure dicitur reuersum, & acquisitum principi, iuxta not. per Præpos. in tit.quib.mod.feud.amit.in princ. col.j.& 2. vbi enumerat casus, in quibus requiritur sententia, & in quibus ipso iure reuertitur feudum, & inter cæteros enumerat duos ad propositum nostrum, vnus est, quando quis priuatur, quia inhabilis sit persona. Secundus, quando ob finitam gene-

generationem, & ideo declaratio postea secuta trahit effectum vsque à principio; iuxta not. per Fel. in c. Rodulphus. in verbo, declaratoria. maximè dum loquitur de fructibus medij temporis, de rescriptis. & non sumus hoc casu in materia iuris superuenientis, an conualidet iam facta ab initio inualida, iuxta not. per Bart. in l. cùm vir. col. fin. ff. de vsucap. Bar. in l. non potest. ff. de iudic. & in l. duobus. col. pen. ff. de except. rei iudic. & Abb. in c. fi. col. pen. vt lite pend. Item dici potest ad fauorem equitis, quòd in communi domino non cadit hoc vitium litigiosi, quando concedit priuilegium lite pendente, si posteà apparet, quod reuera bene concessit. Abb. in d. c. fi. col. 2. versi. quo ad secundum. vbi omnino vide. Et de materia vitij litigiosi vide vltra prædicta Bal. 5. vol. cōsil. 505. circa fin. text. in clemen 2. vt lite pend. & ibi Card. in 5. oppos. & Imol ibidem col. 1. ac Anchar. col. 3. & 2. vbi vide. & etiam vide Bal. 3. vol. consi. 332. in fin.

42 Et nota omnino, quòd † hoc vitiū operatur quo ad litigantes, nō quo ad extraneos. Ang. in Auth. de litig. circa prin. & Cœpol. consi. 60. vbi vide, & alias limitationes etiam vide per Cœpollam caute. 272. incip. res litigiosa. & dum dixi, quòd perempta instantia non durat. Add. Alex. in l. 2. C. de æden. col. 9. & Felin. in ca. causam quæ. de testib. col. fin. An vbi intentatur officium iudicis res efficiatur litigiosa, vide Bal. 3. volu. consil. 40 col. 1. & 2. & Bart. in d. l. 1. vbi omnino, & in primis vide in hac materia. ff. de litig. Addo, quòd etiam vitium litigiosi incurrit ecclesia. Abb. 2. vol. consi. 3. col 17. Abb. in d. c. ecclesia. il *primo*. vt lite pend. & Gemin. in c. 2. vt lite pend. col. 2. & seq. quid in alienatione facta contra iuramentum, an detur eadem actio contra acquirentem, vide Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. col. 8. & in iudicijs diuisorijs vniuersalibus res efficitur litigiosa, Tauriné. cautel. 59. incipit, scias. & quo ad pœnam vitij litigiosi, propter quam expedit hic loqui de hac materia, vide text. in l. fin. C. de litig. quem melius, quàm alibi declarat Abb. in d. cap. ecclesia. vbi omnino vide. Pœna

43 alienantis † rem immobilem in non subditum, secundum ordines huius dominij est amissionis rei, vel pretij eiusdem, quæ in fiscum perueniunt, & nullus redditur cōtractus, vt plenius in eo ordine, de quo dicam infrà in tit. de principe. versi. principes etiam nostri ordinauerunt. qui ordo valet quo ad laicos. Sic Bar. & communiter Doctores in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. 3. Non quo ad ecclesiasticas personas, secundum Bar. & communiter Doctores ibidem. Quod clarè procedit, quādo ordo exprimit ecclesiasticas personas per c. ecclesia sanctæ Mariæ. quod in fortioribus terminis loquitur, de constitut. Sed si simpliciter disponeret, vt facit noster ordo, quod in non subditum, &c. Cōmunis est, sicut dixi, vt adhuc non compræhendat ecclesiasticas personas, sicut nec illas expressè potest compræhendere. Hæc est mens Bart. clara in d. §. diui. qui ita loquitur, & non quādo expressè. Sic etiam Doctores ibi sequentes eum, & clarius Feli. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. versi. nonò quæro. mouens quęstionem, an statutum simpliciter prohibens in non subditum, &c. compræhendat clericum. In hac tamen ciuitate & dominio Mediolani seruatur, vt quando clericus vult acquirere, impetret à Senatu licentiam. Nūquam vidi tamen acquisitionem aliquam absque cōcessione factam infringi. Et aduerte, quia ordo videtur concernere personam ibi, collegijs, vniuersitatibus, & omnibus, &c. interdictum est, non autem rem prout concerneret si diceret, res in territorio existentes, &c. Et differentia est, quia primo casu, quando loquitur in personam, non videtur compræhendere forensem habentem bona in territorio, per l. 3. in fi. ff. de tut. & cur. da. ab his. & not. per Bart. in l. cunctos populos. col. 9. versi. sed circa dubitat. C. de sum. trin. vbi facit regulam, q statuta nō possunt circa personam non subditam aliquid disponere, nec legitimando eā, nec eam inhabilitādo. Quam regulam ibi colligit Ias. in 3. lect. nu. 41. & in 2. nu. 86. alia etiā allegās. Tamen puto contrarium, vt imò etiam compræhendat forensem, quia loquitur ordo respectu rerum in territorio existētium, & ideo rebus consideratis, super quibus fuit intentio statuentium disponēdi, super eis potuerunt disponere, etiam

contra non subditos.l.rescripto §. si.ff de muneribus & honor. Alex.consi.44.in 5. vol.& ita Feli.in d.ca.ecclesia sanctæ Marię.versi.quintus & vltimus casus. Sic etiã ordo vt non possit res alienari,afficit rē, vbicunque fiat etiam extra territorium. Bart.in d l.cunctos. colum.12.versic. ant statutum est prohibitiuum & Soci. consi. 176.col.4. Sed quid si nō subditus ex cōcessione principis rem acquisiuerit,an postea poterit eam alienare, vetante ordine, an verò requiratur noua concessio, dubium facit, quia res effecta alienabilis perpetuò remanet alienabilis .l. pater filium.§.quindecim ff.delegat.3. Attamen dicitur subiectus ordini, ex quo loquitur ratione rerum in territorio existentium, & habita ratione ad res, sicut dixi superius,quo casu ordo dicitur in rem, & non in personam,& ita non procedit d.§.quindecim. ita Bart. ibi,& clarius in l.peto.§. fratre ff.deleg.3.versi.venio ad quartam. Item §.quindecim. loquitur, quando fit alienatio in casu permisso,non ex concessione principis in casu prohibito, procedit etiam ille §. vbi prohibitio est facta limitatè,vt quòd nō alienet partem suam, quia tunc partem socij acquisitam poterit alienare, secus si absolutè res prohibeatur alienari,vt in ordine nostro, quia tunc etiã persistit prohibitio. Deci.consi. 88. in fine: Et pro confirmatione prædictorum scias tunc dici factam esse in rem prohibitionem,& non in personã,quando adest causa, vt res conseruetur in aliqua familia, vel in subditis. Ita Bart.in d. l.peto.§.fratre,versic. venio ad quartam. cuiusmodi est in nostro ordine, vt colligitur ex antiquo decreto, instar cuius superioribus annis fuit æditus præmissus ordo. Et circa dictum ordinem vel statutum, vt bona non possint alienari in non subditum, vide quæ latè dixi infrà in tit. de principe. Non omitto tamen, dum ordo dicit, vt in non subditum non possit fieri alienatio,quòd dubitatio potest oriri,an dicatur non subditus,qui solùm ratione originis est subditus,& alibi domicilium habet,nam res esset clara, si loqueretur de subdito, quia intelligeretur ex propria significatione de subdito ratione domicilij habitationis,secundum Alex.in l. cùm quædam puella. col.3.ff.de iurisd. om.iud. Abb.in ca.proposuisti. in j.& vlt. not.de foro compet.& Dec.in c.j char.8. col.fin.de iudic. Sed cùm loquatur de nō subdito,videtur vt verba velint, quòd aliqua ratione non sit subditus, & consequẽter nec ratione originis, cuius ratione potest dici subditus.l j. & per totum.C.de orig.lib.12.& Abb.in j no.in d.c.cùm proposuisti. Et ad hoc adduco, quòd personę ecclesiasticæ,licet sint subditæ seculari,tamen ex quo aliqua ratione sustinent cùm laicis onera, non possunt numerari inter personas non subiectas iurisdictioni. Anchar.consi.60. Ista quęstio est parum dubia,& eadem ratione dicit Paul. de Cast. non esse numerandos inter forenses cōsil.296. ad primum. col.j Nam sustinent onera spiritualia in loco, & Deus ob eorum orationes & diuina ministeria conseruat ciuitates & loca. Et ex his atque alijs,dũ de statuto Mediolani loquitur,vt qui non obediunt statutis Mediolani, ab eis sint extorres. Dec.cōsuluit consi.114. illud statutũ non compræhendere clericos,nec personas ecclesiasticas, ꝙ autem originarij sustineãt onera tēporalia cum alijs, quod plus est,ac etiam possint conueniri,saltem vbi reperiantur, patet in d. l.j.C.de orig.& alibi sæpe. & per Bart.in l.assumptio.§.filius. col.2. ad fi.ff.ad munic. Pondero etiam ad idem, ꝙ ordo in fine dicit tales non subditos nō posse succedere, & tamen succederent originarij solùm,vt not. in l. si arrogator. maximè per Bal.& Ias.ff.de adop.& not.in l. cunctos populos. C de sum. trin. & licet Bal. in l.de quibus.versic.6. quæritur.ff.de legib.dicat appellatione non subditorũ venire clericos,tñ hoc nihil obstat, ex quo ipsi quamuis sustineant onera spiritualia, non tamen sustinent onera tēporalia,nec possunt cōueniri sicut originarij,prout dixi, nec mens principis vnquam fuit velle suos originarios declarare non subditos, qui ẽt secundum dicta suprà etsi propriè subditi non sint, tñ non sunt numerandi inter non subditos. Et ad hæc etiam vide, quæ dixi infrà in titu. de principe, declarando quis propriè sit municeps & ciuis, & quia dixi suprà proximè differẽtiã esse an dicat lex,vel ordo,subditus affirmatiuè,

uè, vel negatiuè, non ſubditus, quia hoc ſecundo caſu videtur ſenſus eſſe, vt nulla ratione ſit ſubditus, ad hoc adduco regulam, quòd negatiua præpoſita verbo, poteſt, inducit neceſſitatē præciſam, & tollit omnem potentiam. gl. in d c. j. de reg. iur. in 6. & Iaſo. vt paucis agam, in l. Gallus. in princ. nu. 16. & nu. 17. ff. de lib. & poſthum. In contrariū tamen facit, quòd in materia pœnali, & quæ reſtringenda eſt, ſubditus propriè accipitur. Abb. ſuprà, & in clementina. j. de for. compe. & ita ſeruat Senatus, ut in ſolum originariū non poſſit fieri alienatio, Si tamen originarius eſſet officialis extra dominium, vt Simoneta, qui erat Romæ inter auditores Rotæ, poſteaq; ob excellentes perſpectasq; virtutes factus eſt Cardinalis, & Biragus, qui in pręſentiarum eſt officialis Taurini, non diceretur mutaſſe domicilium, & ita nō eſſet in caſu decreti. Quapropter prædictis hac ratione Senatus indulſit, ſiue, vt melius loquar, declarauit

44 ipſos poſſe emere. Quoniam † adeſt ſtatutū in hac ciuitate, & ferè vbiq;, vt pœna corporali nullus puniatur, niſi lege municipali caueatur de hoc ſtatuto, vide Alex. conſi 75. col. j, in 3. vol. & cōſi. 135. in vlt. col. in j. & Bal. in v. vol. conſi. 384.

45 Adeſt † delictum, pro quo etiam nulla pœna imponitur. l. j. § diuus tamen. & ibi Ang. not. ff. de ſepul. viol. Pœnales leges etiam habent locum in rebus eccleſiaſticis. c. eccleſia. *el primo.* vbi Abb. not. vt lite penden. & c. j. & 2. de oper. noui nuntiat.

46 vbi etiam per Doctores. Pœnę † an pace tollantur, vide l. transigere. & ibi not. C. de tranſact. & ſtāte ſtatuto, quòd pax tollat delictum, vti in hac ciuitate adeſt in furtis, & inſultibus, & alijs emergunt infinitæ quæſtiones, de quibus per Nell. in 3. parte ij. temporis, vbi ponit 23. quæſtiones. Mar. Soc. in c. qualiter & quādo. in 25. artic. princ. q. 92. verſ. quid autem. vbi plenè, & dicam ſub rub. de grat. ſiue remiſsionibus delictorum, ad quas boni principes non deueniunt, niſi habita pace ab offenſis. Ideo ad eū locum te reijcio.

47 Adde † quòd dominus non poteſt præcipere vaſallis ſuis ſubditis, ſub pœna priuationis feudi, quod ab eo tenet, niſi occaſione rei concernentis feudum, ut ſi præcipiat, vt ſe recognoſcant, vel præſtent fidelitatem. Iaco. de ſancto Georgio in l. vnica. §. hoc autem iudicium. col.

48 fi. ff. ſi quis ius dic. non obtemper. An † domini habentes mœrum & mixtum imperium poſſint ſinguli ad ſui libitum imponere mulctas & pœnas ad eorum vtilitatem, an verò ſimul iudicare debeant, vide Bar. i l. ſi vni ex pluribus. col. 2. ff. de re iud. & per Canoniſtas, maximè Abba. & Dec. in c. prudentiam. de offic. deleg.

49 Et † ex pluribus dominis aliqui poſſint ſtatuere, quamuis non ſit maior pars, vide Soc. conſi. 277 col. 2. & ſequen. Iudex

50 † habet latiores habenas in pœnis, quæ parti nō applicantur, vt per Iacob. de ſancto Georg. in l. ſi ff. ſi ex nox. cau. agatur.

51 num. 2. Pœna † indignationis principis quæ ſit, vide Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in antepen. gloſ. Iaſ. in l. j. col. 2. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. & Iacobin. omnino in ſua inueſtitura in char. 5.

52 col. 2. in nono ſpeciali principis. Pœna † eius, qui in ciuitate turbulenter & ſeditioſè ſe gerit, illā eſt, quòd à quolibet iudice expelli debet è ciuitate. l. capitaliū. §. ſolet. ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. § authores. eod. ti. l. j. §. fi. ff. de offi. pręſid. & Bar. in tractatu tyranni, char. 3. col. j in prin. Alia ad pœnas pertinentia vide per Gandi. in ſuo opere, tit. de pœn. & Afflic. i tit. quæ ſint regalia, uerbo, pœnarum. vbi ferè facit tractatum de hoc, & in tit. de pace iuram. firm. §. iniuria punitur. Modò ſupereſt, ut de pœna publicationis bonorum aliqua etiam dicamus.

Titu. de Bonorum publicatione.

SVMMAE.

1 *Publicatio bonorum quando imponatur de iure communi, & quando de iure municipali.*

2 *Legitima quomodo computetur inter multos fratres, vel ſorores, quorum aliqui ſint incapaces. Et hic latè traditur, an dos ſuccedat loco legitimæ, uel ſit vt æs alienum?*

3 *Statutum Mediolani excludens fœminas dotatas, an operetur, vt tales filiæ non faciant partem cæteris in legitima?*

Le-

Decre-

bonis illius cui publicata fuerunt.

78 *Praescriptio an habeat locum contra fiscum?*

79 *Decretum Mediolanense faciens mentionem de publicatione in casibus iuris communis, an solùm comprahendat casus exceptos per Authenticam, bona damnatorum?*

80 *Publicatio an solùm comprahendat bona existentia tempore commissi delicti, an vero tempore sententiae, stante decreto Mediolani?*

81 *Fisco an de iure communi acquiratur aliquod ius super bonis delinquentis à die commissi delicti.*

82 *Fiscus, an ex suo contractu habeat tacitam hypothecam, & quid si sit lata sententia in delictis, & an econuersò contrahens cum fisco habeat tacitam hypothecam?*

1 OENA † publicationis bonorum de iure communi, hoc etiam tempore imponitur, sicut olim fiebat cessantibus psonis, de quibus in Authen. bona damnatorum. C. de bon. damnat. & ferè semper secundum statuta & ordines locorũ ad quae recurrendum est, vt dicit Bart. in l. j. ff de bon. dam. imò secundum consuetudinem bona damnatorum publicãtur, vt per Oldr. consi. 17 col. 2. in princip. & quamuis Angel. penè faciat tractatum in hac materia in verbo, & eius bona publicamus, vbi per sex col. vt dicit Fel. in cap. cùm nobis. col pen. ad fin. de pręscript. & pariter Afflic. in titu. quae sint regalia. in verbo, condemnatorum. & D. Franciscus de Parma, qui fuit in quęstoribus nostris reddituum extraordinariorum in tracta. suo in titu. de priuileg. fisci in 2. parte. in versic. superest igitur. vbi enumerat quadragintanouem casus, in quibus bona publicantur. Tamen non ab re mihi uidetur aliqua etiam dicere non tacta in dictis locis, uel non apprimè discussa. Et primò scias quòd Authen. bona damnatorum, solùm corrigit casus publicationis bonorum quando tacitè venit secuta condemnatione personae, non quando principaliter, quos omnes casus simul enumerat dictus Parmensis, vbi suprà, & est communis opi. ut attestatur Aret. in l. is. cui col. 2. ff. de testa. quae tamen opinio est periculosa, secundum eum, tamen ex dispositione ordinum nostrorum, & communiter aliorum ac consuetudinis, vt dixi, reducitur haec materia bonorum confiscandorum ad ius primaeuum quo bona confiscabantur, i& ideo etiam sicut antiquae leges reseruabant filiis certam portionẽ, iuxta d. l. j. ff. de bon. damna. ita ordines reseruant legitimam. Item sicut fiscus tenebatur ad debita confiscati. l. 2. C. ad legem Iul. de vi publi. cũ similib. ita etiã hoc tempore ex dispositione dictorum ordinum, & dum reseruat legitimã, habes vnum quòd non transit in fiscum sicut & alia infinita sunt, quae in fiscum nõ transeunt, vt ius conditionale, ius adeundi haereditatẽ, feudum emphyteusis ecclesiastica, peculia filiorum, & alia de qui-
2 bus infrà dicam. Et circa legitimam † occurrunt multa dicenda, & in primis videamus de quaestione quae quotidie contingit, Pater habet quinque filios, inter quos est filia exclusa à statuto, vel filius exclusus. quia est exhaeredatus, vel professus. Nunquid tamen dicta filia, uel filius comprachendentur in numero filiorum, ita vt pater censeatur habere quinque filios, & legitima sit dimidia haereditatis, An verò tantùm censeantur quatuor & sic legitima sit triens, iuxta Auth. nouissima. C. de inoffic. testament. & quando talis filius est prorsus incapax, putà, quia sit ordinis fratrum minorum. Communis est conclusio, ut non faciat partem, & sic legitima est tantùm triens, & filij inutiles non comprehenduntur in numero, ita attestatur Iaso. in l. planè. §. si duabus. ff. de leg. j. & in l huiusmodi. §. si Titio. Sic etiam quando pater haberet duos filios, & vnum iusta de causa exhęredasset, & alium in re singulari instituisset extraneo haerede generaliter instituto, talis filius non faceret partem, & sic legitima integrè esset alterius in re singulari instituti, & consequenter esset locus iuri accrescẽdi, & ita ĩ hoc casu ẽt Iaso. vbi suprà attestaĩ esse cõem, uerũ quãdo ex forma statuti filia dotata excluditur, quia non est penitus exclusa, aliud videtur, vt per Soc. in cõsilio suo posito post titu. de except. ff. & Angel. consilio 29.

pun-

punctus talis est. Bal. in l. vnica. in 6. q. in fi. C. quando non pet. par. Bald. Angel. & Moder. in d. §. si duobus. Paul. de Ca. cōs. 253. super quo puncto, & plenè cons. seq. col. pen. versi. prędicta in successione matris. Soc. consi 150. char. 3. col. 3. uideatur tamen Cur. consi. v. Nam statutum in fauorem filiorum factum est, ideo operari debet in eorum fauorem. s. vt masculi habeant dimidiam hæreditatis, & illud supplementum legitimæ ipsarum fœminarū, cuius partem habuerunt ratione dotis accrescere debet ipsis masculis, vt volunt Doct. in locis allegatis, & Florian. in l. plane §. si duobus. de leg j. & ita in magna hæreditate allegabat doctissimus vir D. Ioan. Abdreas Alciatus. Tamen magis cōsideratè, dic, vt per Aret. in d. §. si duobus. ubi concludit quòd hæc materia pendet ab articulo, utrum dos succedat loco legitimæ, an sit vt æs alienum, quia primo casu uerum est quòd mulier succedit, & sic facit partem, & comprehenditur in numero, ad hoc ut sit dimidia quando sunt quinque, & sit minus tertia, quando non excedūt quatuor, & verè dicit, quòd res pendet ab hac difficultate, quare Soc. in d. consi. post tit. de except. in 2. & 3. opin. vult quando est tertia, quòd tota tertia sit filiorum, & hoc quia loquitur in casu quo statutum excludit filiam à successione & precipit, vt dotetur. Nā qa filia hoc casu nō succedit imò dotem habet uti legatum, vel æs alienū, concludit quòd persona sua nihilo plus habetur in consideratione, quàm si esset mortua, & Docto. ibi allegati per Socin. in prima opinione loquuntur in casu quo dos succedit loco legitimæ, quia tunc si sit tertia, est diminuta perinde ac si ipsa filia haberet suam integram partem, & ideo Ias. in locis vbi suprà dum dicit quòd secundum communem filia non facit partem, & quod tota tertia est masculorum, & item non est dimidia quando sunt quinque, loquitur in omnimoda exclusione, sed quando est exclusa à statuto. non dico simpliciter, quia idem esset, sed vbi dotetur, tunc quia dos succedit loco legitimæ, & nō est penitus exclusa, est alius casus, & videtur quādo sunt tres filij & vna filia, quia legitima est triens, quòd portio masculorum sit tā-

to minor, quāto si filia habuisset suam integram partem, secundum Imol. & Bald. vbi ita præcisè loquitur, & secundū alios allegatos per Soc. vbi suprà, in prima opinione. Itē videtur quòd si sunt quatuor filij, & vna fœmina quod sit semis, & hoc non habet difficultatem, vt per Aret. vbi suprà, & Curt. in d. consi. v. in prima opinione, imò amplius videtur quòd etiā semis non sit integer, & portio fœminæ nō accrescat masculis, ita ostendit esse cōem Curt. in d. consi. in prima opin loquendo in terminis statuti Papiæ, quo filia nō est prorsus exclusa nisi dotetur, & vbi nō dotetur vult statutum, quòd interim habeat usumfructū, & dicit Curt. in fi. quod hæc est pura veritas. Contrarium tamē quòd imò accrescat masculis, & quod non tantùm sit semis, sed etiā augeatur legitima masculorum ex portione legitimæ deficiente ipsi filiæ, atque ita ꝙ habeat locū ius accrescendi, tenent Bal. Angel. & Aretin. in l. unica. in ultimis verbis. C. quādo non pet. part. & dicit Bal. in consi. 377. in 3. uol. quod Bartol. ita in voce tenebat in l. pater filiū ff. de inofficio. testamen. Pau. de Cast. cōsi. 250. quod est 286. in primo. ubi id expresse asserit, & in l. hmōi. §. si Titio. ff. de legat. j. Bal. Pau. & Cor. in l. si defunctus. C. de suis & legiti. Fabi. in d. Authen. nouissima. in v. col. q. 20. ubi dicit ita consuluisse. Anto. de Rosellis. Nel. Io. de Eugubio, Philip. de Corn. & alios, vt ibi, & ita Angel. ī l. vnica. §. j. C de cad. tollen. vbi dicit se ita sæpius consuluisse. eandem sententiam per octo fundamenta tenet Roma. in d. l. unica. char. vltima. C. quando non pet part. & dicit se ita cōsuluisse, & plures Doctores subscripsisse. Idem Comen. in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. col. vlt. vbi dicit Fulgo. ita disputando conclusisse, & ibi vult quòd quando dos debetur iure successionis faciat pinguiorem partem masculorum, & respondet ad regulam, quòd in coniunctis in dispositione legali non habet locum ius accrescēdi. l. & Proculo. ff. de vsufruc. dicit enim quòd masculi non habent iure accrescendi, sed iure non decrescendi, qa à principio vocantur, unà cum fœminis ad totum, ita vt quantò minus habeant fœminę accipiatur ab ipsis, licet etiam alitet

aliter respondeat Roma. in d.l.vnica. Eã dem sententiam videtur tenuisse Alexã. in consi.30.ad fi.in 4. vbi dicit se non ponere pro constanti illam tertiam opinionem vnde videtur inclinasse in secũdam. & Corn.cõsi.197.uol.4 & adsunt ad hoc plura consilia. Corn.quæ perquire in repertorio, in verbo legitima.vnde dicebãt aliqui, quòd opinio prima Cur. in d.cõsi. v.est penitus reprobata, & quòd Doctores allegati per eum tenent cõtrarium. s. Bal.& Aret. in d.l.vnica. quando nõ pet. part. Paul.de Cast.in d.consi.251.Comẽ. in consi.35.stante statuto Vicentiæ,& Sa licet.in d.§.in princ. & dicebant, & bene quod illi Doctores qui loquuntur de filia exhæredata,vel penitus exclusa nõ fa ciunt ad propositum, vt etiam declarat Paul.in d.consi.vnde hoc modo si filia nõ habet iure successionis, non facit partẽ, & veluti mortua est,sed si iure successionis facit partem ad vtilitatem masculorũ, quia portio deficiens accrescit masculis. Et est communis opinio, ut in legitima habeat locum ius accrescendi. Ias.in d.l. re cõiuncti. de legat.3.char.193.colum.j. & pluribus sequentibus.uide etiam Socinum in hac materia,consilio 75.in tertiò vol. Decisum fuit in terminis statuti Papiæ quòd sit semis, tum quia dos succedit loco legitimæ, & quia dictum statutũ Papię expresse dicit, vt mulieres in capillis existentes faciant partem. Item decisum fuit quod haberet locum ius accrescẽdi, & sic quòd legitima esset pinguior effecta ex portione legitimæ deficientis filiæ, vel filiabus, & hoc potissimè, quia hæc portio aufertur filiabus à statuto fauore filiorum, igitur illis debet accrescere per l. si defunctus. C. de suis & legiti. per quod fundamentum apparet responsio ad.§.si Titio.in l.huiusmodi. & ad mille similia iura in quibus probatur, quòd qui facit partem, illam non facit ad vtilitatem socij & hanc opinionem existimarunt esse veritatem ipsam, & secundum communem sententiam clarissimi Doctores domini Franciscus Lampugnanus,Hercules Vicecomes, Marcus Barbauaria,& Iacobus Langus gubernãtes redditus extraordinarios huius dominij, & propterea ita fuit iudicatum, & fuit quęstio hęc in filijs D.Io. Stephani Ritij. Et quia expedit scire, An & quando dos succedat loco legitimę, communis opinio est, vt nõ succedat. quando statutum priuat & mandat dotari, secus si velit eas esse exclusas si dotentur, vt per Dec.in cõsilio 15.columna prima & secunda & alibi sæpe. Circa verò † statutum Mediolani excludẽs fœminas dotatas quicquid sit in iure obseruatur quod fœminæ non faciant partem, nec compræhenduntur in numero, & deducũt in primis dotem, vt æs alienum,& ex residuo legitima debetur filio uel filius masculis integrè, ac si fœminæ non essent in rerum natura, & fuit opi. Ang.in l.Papinianus.§.vnde si quis.per gloss.2.ibi,& etiam Bal.ibi ff.de inoffic.testa.& consilio 299 punctus talis est,statuto ciuitatis Cortonæ, & in l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.ad fi. ff.de inoffi. testam.Comens. & Paul. de Cast.vt per Ias.in l.huiusmodi.§. si Titio & Mæuio.ff.delega.j. & licet iste articulus sit disputubilis. Tamen Soc. in d.suo consilio potest tit.ff. de except.relatis infinitis opinionibus tenentibus istam partem, Dicit quòd si iudicandum sibi esset de iure teneret hãc opinionem pluribus authoritatibus munitam,& ita etiam fuit obseruatum in præfato magistratu. Et

4 circa materiam legitimæ † nota etiam ꝙ filius si sit institutus pro legitima in certa quantitate, poterit dicere, Nolo quãtitatem, sed in corporibus hæreditarijs.l. sancimus.§.repletionem. & ibi Doct.C. de inoffic. testam. Imol. post Bartol. & alios in l suus quoque ad fin. princip.C. de inoffic.testamen. Et not. magis ad propositum quòd filius non poterit dicere fisco, Volo legitimam in qualibet re, sed debebit habere in in vna, uel duabus, prout conueniet cum hærede, siue fisco, & si concordiæ locus esse non poterit, debebit habere in vna re, vel duabus arbitrio iudicis.ita Imol.ubi suprà, quem uide & est communis opinio, ut ostendit Iaso.in l. filium quem habentem.C. famil.ercisc.uersi. tangit etiam Bald.hic, & Dec.in consi. 81.colum.fin. & ibi limitat non procedere, quando res in specie alicui legata fuisset,relictis in hæreditate tot bonis,ut legitima solui posset, & ità

Iaſ. vbi ſuprà, & in dicto §. repletionem. vbi alio modo limitat. Aliud etiam nota
5 † quòd in hac legitima non imputantur bona feudalia, & emphyteutica non hæreditaria. Nam ea euincuntur è manibus fiſci per perſonas nominatas in inueſtituris, iuxta not. per Bar. & Alex. poſt alios in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dā. infect. & dicam loco ſuo infrà, & licet filius ſit qui euincat, tamen adhuc habet legitimam integram, non imputatis iſtis bonis in ea, ita gloſ. & Angel. quem vide in l. ſi patroni. ff. ad Trebel. & Iaſ. in l. quoniam nouella colum. ſecundà. C. de inoffic. teſtamen. & allegat duo conſiglia Alexand. pro hac opinione dicens quòd Alexand. in dicta l. ſi patroni. videtur diſſentire ab hac opin. ſed quod eam conſulendo tenet, & verè dicit quòd Alexand. in dicta l. aliter. tenet in colum. 4 verſicu. & hæc opinio videtur vera. & dicta Alexan. ſequitur Iacob. de ſancto Georg. in ſuo tract. feud. in gloſſ. & cum pacto quod de ipſo feudo poſſint ipſi vaſalli inueſtiti diſponere. columna antepenultima verſicu. formo vobis pulchram quæſtionem, tenendo tamen opin. Alexand. in lectu. limita eam vt per ipſummet Alexand. & dictum Iacobi, eſt materia l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. vbi vide Picum repeten-
6 tem. Nota etiam † quòd in legitima cōſideratur tempus mortis, & ſecundum facultates quæ eo tempore reperiuntur, debetur legitima. l. cū quæritur. C. de inoffic. teſtamen. Authent. nouiſſima. C. eod. titu. Et quando quis damnatur, & bona publicantur conſideratur tempus mortis ciuilis, quæ hoc caſu idem operatur quod naturalis, & ſic æquiparatur ipſi morti naturali ſecundum concluſionem Bartol. in l. 4. C. de his qui ven. ætat. imp. & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega 2. & in l. Statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fiſci. & per Doctor. in l Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthu. vbi Iaſo. columna ſecundà. & Felin. in ca. licet vndique. columna primà. de offic. de leg. & alibi ſæpe, & quod etiam hoc caſu conſideretur tempus damnationis, eſt tex. in l. pri. ff. de bon. dam. cum alijs in glo. ibi allegatis, quatenus voluīt quòd facta damnatione portio reſeruatur filijs, ſed tamen ſecundum decretum noſtrum non ita eſt, quia licet bona ipſo iure ſint publicata à die commiſſi criminis, vt eo decreto, Tamen non dicitur perſona damnata, niſi damnetur per ſententiam, vt dixi ſuprà titu. præcedenti. Cum dictum decretum tantum loquatur de bonis, & tunc quando ipſo iure bona intelliguntur publicata, reſeruatur legitima, atque ita inſpicitur illud tempus non autem tempus ſententiæ, reſeruatur enim legitima quando ipſo iure bona publicantur, & ſic qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. & ita Alexand. in ſimili in l. lex Cornelia columna prima. ad fin. & ſequent. ff. de vulg. & pupil. licet igitur poſteà augerentur facultates, nihilominus quo ad eas attenderemus illud tempus. Item † nota quòd le-
7 gitima debetur ſine dilatione. l. quoniam in prioribus. cum ſimilibus. C. de inoffic. teſtamen. atque ita debetur vnà cum fructibus perceptis. l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoffic. teſtamen. ibi, cum debitam portionem, & eius fructus habere poſſit. & in fin. ibi, cum facilè poſſit debitam portionem eiuſq; fructus colligere medio tempore, & ita latè per Corn. uolumine 4. conſilio 265. columnn. ſecundà & ſicut percepti fructus reſtituuntur iis, quibus debetur legitima ſic etiam percepti ab eis quibus debentur non imputantur in legitima, ſecundum Bald. & alios in l. ſimus. in §. repletionem. C. de inoffi. teſtamen. vbi ad hoc vide Iaſo. & latè in l. in quartam. per repetentes. ff. ad leg Falcid. ad quę facit quòd filius debet habere legitimam ſuam, non ſolùm in proprietate, ſed etiam in vſufructu per d. l. quoniam in prioribus. & ibi gl. ad hoc ſuper verbo, grauamen, & ita Iaſo. in Authent. nouiſſima. char. pen. col. 2. verſ. concludit. C. de inoffic. teſta. Alex. conſi. 57. in 3. uolumi. & per repentes in § Titia. col. 60. &
8 ſeq. ff. de leg. 2. An legitima † in crimine læſæ maieſt. reſeruetur filiis, certum eſt non reſeruari in. j. cap. huius criminis, iuxta l. quiſquis. C. ad leg. Iul maieſt. ſed dubiū eſt in alijs capitibus. & videtur eā debere reſeruari, quia in eo crimine iura remanēt intacta circa bonorū publicationem.

nem. Authen. bona damnatorũ. C. de bo. dam. & sic l. j. & l. fi. de bo. dam. per quas filiis aliqua reseruatio fit de bonis patris damnati, & quæ generaliter loquũtur remanere videntur intactæ. hanc quæst. posui suprà sub rubr. de crimi. læsæ maiest. circa fi. vers. dixi igitur. vbi cõclusi ꝙ nõ reseruatur in aliquo capite ibi etiam habes quid in alimentis, & quid in hoc dominio stantibus statutis, & decretis quæ uidentur facere difficultatem, & quo ad
9 † filias non est dubitãdum quin fiscus ad eas dotandas teneatur etiam in feudo reuerso ad dominum, & secuta publicatione ex proditione contra principem, ut ꝑ Afflic. quæ sit prima cau. benef. amit. §. præterea si vasallus. in vers. gl. 3. nume 8. vbi vide, & quæ dixi sub rub. de crim. læ.
10 maiest. vbi suprà. Et aduerte † quòd non tantùm legitima est reseruata filijs, imò vniuersum patrimonium quando dãnatus reliquisset magnum numerum filiorum per tex. notabilem in l. cum ratio. §. si plures. ff. de bo. dam. Redit enim hæc materia, vt dixi, bonorum publicandorũ attentis ordinibus, & consuetudine locorum publicandi bona ad ius antiquũ, quo bona publicabantur, & ideo sicut ius antiquum recipiebat dictam interpretationem, ita etiam ordines nostri maximè, q̃ sunt exorbitantes, vnde d. §. si plures. qui uidebatur factus inanis per Authen. bona damnatorum. posset afferre magnam vtilitatem, est pulchra limitatio si posset sustineri, posset tamen inclinare saltem animum principis ad concedenda dicta bona filijs, alia circa legitimã. vide per Nel. in j parte ij. temp. q. 33. & seq. An † fi-
11 scus teneatur satisfacere creditoribus, dic de iure cõi bonis publicatis fiscum teneri per tex. in l. si marito. in princ. ff. sol. matr. & ibi Alex. not. quòd ad illũ ad quẽ transeunt bona, transit onus æris alieni. Quod non semper est uerum, imo si legatur pars bonorum intelligitur de ducto ære alieno. l. si quis seruum. §. fi. cum l. sequen. ubi Bart. & alij ff. de leg. 2. Vnde bona dicuntur à beando, eò quòd nos beatos faciant. l. bonorum. ff. de uerbo. signi. Tamen in fisco res est clara quòd tenẽt eò, quia bona in eũ peruenerunt ad onera hæreditaria, licet etiam non sit hæres. d. l. si marito. & l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ.
12 Sic etiam † si princeps cõcedit alicui bona alicuius tenetur donatarius ad onera, casus est legis in l. princeps. ff. de verbo. signi. & ibi omnino uide Barto. in genere ponentem, An incommoda & iura passiua sequantur eum in quem peruenerunt bona, vel pars bonorum, & alibi per eũ, & alios relatos per Alex. in d. l. si marito. col. 2. uers. item no. & non solum in fiscũ, imò in quemlibet alium in quem perueniunt oĩa bona ex dispositione legis trãseunt debita, & credita. Bart. i d. l. pñceps. & in l. non intelligitur §. cũ ex causa. ff.
13 de iure fisci. Non † tamen fiscus est hęres propriè, sed habetur loco hæredis. d. §. cũ ex causa. & ibi Bar. & d. l. 2. quod ẽt ostendit Soc. consi. 46 col. v. in fi. & prin. seq. & Iaso. in l. ex facto §. Iulianus. in 2. notabi ff. de vulg. & pupil. Bal. j. vol. cons. 284. col. 2. & notabiliter Aret. in l. si quis mihi bona. in §. seruus mun. cipum. col. 4. ff. de acqui. hæred. & ibi col. fi. dicit quòd licet non si propriè hæres, tamen est propriè successor, & uide omnino Ioan. de Plat. in l. j. in princ. C. de bon. vacant. lib. 10. vbi dicit quod non est hæres propriè, quia succedit potius bonis quàm personę quando bona confiscantur. Non tamẽ quo ad omnia habetur loco hæredis. Bartol. in l. inter eos. §. fi. ff. de fideiuss. & patet secũdum eum in l. quoties. ad fi ff. de no-
14 uat. ubi † obligatio passiua conditionalis non transit in fiscũ, & est cõis opinio ſm Ias. in l. si quis arbitratu. in vlt. col. ff. de verb. oblig. sic etiam Soc. in d. l. si quis arbitratu, quamuis sit opinio quæ non cõueniat sensui, quia hoc modo creditor sine facto suo deteriorem facit conditionem suam. Item fiscus hoc modo nõ vtitur iure priuati cõtra l. ius nostrum. ff. de regul. iur. & l. fiscus. cum similibus. ff. de iure fisci. propter quas rationes multi tenent contrarium. Sed actiones actiuæ cõditionales transeunt quidem in fiscum, vt per dictos Moder. in d. l. si quis arbitratu. & Aret. consi. 110. in 3 dubio. distinguendo tamen in hoc ultimo quo ad obligationes actiuas conditionales, An in vltima uoluntate, an in contractibus, quia primo casu nõ transeunt in fiscum sicut nec in extraneum hæredẽ, secundò casu

sũ, secus per glo. in l. nam ad ea ff. de condi. & demonstra. & ita tenent Docto. vt Alex. in d. l. si marito. col. j. & 2. & in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iur. vbi omnino est videndum in hac materia, & Felin. in c. ad liberandum. col. j. de Iudæis. & in his lo-
25 cis apparet conclusio vera, quòd † iura futura non veniunt in fiscum. l. si tibi mãdauero. §. is cuius. ff. mand. Bar. in d. l. j. ad fin. ff. de bon. damn. Alex. in l. ex facto. §. Iulianus. col. 2. de vulg. & pupil. & in cõsi. 15. ad fi. vol. j. sed iura futura quæ habent originem à præterito actiua in fiscũ quidem transeunt, & quando fiscus vel ratione delicti, vel alterius successionis dicatur hæres verus, vide quæ dicam infrà in tit. de bonis vacan. Vnde aliàs dubitabã, an si bona filij vasalli publicentur intelligatur etiam ius illud consequendi feudũ, ex forma inuestituræ, post mortem patris confiscatum, loquor vbi feudum veniat in confiscatione, quia regulariter non venit, vt per Doct. maximè Alexan. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff de dam. infect. & infrà dicam in specie, & videtur ius illud confiscari posse, quia est conditionale futurum actiuum, & probabiles sicut dicimus in spe fideicommissi secundum Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hæredit. col. 3. versic. sed si esset. quæ dicta Bart. ibi sequitur Alex. consil. 94. col. penult in j. volum. est enim ius probabile per stipulationem factam à patre vel ascendente, siue concessionem principis, iuxta l. quod dicitur. ff. de verbor. obliga. & ideo etiam requiritur consensus illius agnati cui est debita talis spes in alienatione. c. j. de aliena. feud. pater. & patet in illo articulo, An vasallus possit disponere de re feudali in præiudicium agnatorum, & illorum in quos debet transire ex dispositione inuestituræ, vel prouidentia legali, iuxta cap. j. de succes. feud. Sed dic quòd ius fideicommissi non transit in fiscum, licet sit probabile, quia venit ex vltima voluntate per d. glo. in d. l. nam & ea. ff. de condi. & demonstr. & conclusionem quę per eam fit à Doctoribus, vt per Alex. in d. l. si marito. ff. sol. matrim. & in l. 3 §. illud. ff. quod quisque iur. Item non transit in fiscum, quia decedẽte fideicommissario ante conditionis euentum, ius non transmittitur in hæredem. l. hæres meus. in princ. ff. de condit & demonstrat. & l. in causæ. §. Pomponius. cum gl. ff. de minor. Alex. in l. fi. in fi. C. delega. & in consi. 36. col. 3. versic. confirmantur prædicta. vol. 3 glos. ordinaria in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. & loquitur Alex. in d. consil. in
16 omni spe substitutionis. Si igitur † non transit in hęredem, ergo nec in fiscũ, imò ex hoc solùm quòd nõ posset transire in extraneum hæredem, non poterit trãsire in fiscum. glo. & ibi Bart. & Bald. in l. j. C. de bon. liber. Alex. consi. 23. vol. j & in d. l. si marito. & melius in l. si finita. § si de vectigalibus. ff. de dam. infect. sic etiam in iure adeundi, hoc modo distinguitur, quòd aut potest transire in extraneum hæredẽ, aut non, primo casu transit in fiscum, secundo secus, vt per Alex. Aretin. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. si quis planè. ff. de acquir. hæredit. quicquid dicat Nel. in prima parte secundi tẽporis. q. 30 & Dec. in d. §. illud. qui non vidit Doct. in d. § si quis planè. & idem Dec. cõsi. 438. Et ideò
17 † etiam ius deliberandi, iuxta l. cùm antiquioribus. C. de iur. delibe. trãsit in fiscũ. Bal. in d. §. si quis planè. & per illum Parmen. in dicto tracta. de priuileg. fisci. char. 2. col. j. sic etiam filio exhæredato cum causa, querela non præparato nõ transit in extraneum. l. scimus. §. fi. C. de inoffic. testamen. Igitur nec transit in fiscum secundum dictos terminos, & quid de iure dicendi nullum. Bald in d. l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. tenet non transire in fiscum, sed loquitur vbi per mortem patris nondum erat radicatum in filio, sed si mortuo patre, filius prę teritus moreretur esset alia consideratio habenda, & Bal. in d. l. si qua pœna. sequitur Fabian. in Auth. nouissima. col. 8. C. de inoffic. testa. Aret in d. §. si quis planè. in vltimis verbis. Ias. in l. filius qui patri. col. 3. versic. septimò limita. ff. de liber. & posthu. sed loquitur, vt dixi, vbi filius bãnitur viuo patre, qui illum præterijt, vide Bal. in l. filio præterito. in fi. ff. de iniusto rupto. & ibi Imol. in antepen. char. col. 2. qui in effectu considerant terminos prædictos, & sic volunt quòd vbi filius præteritus est suus, etiam transmittatur ad fiscum, quia transmittit ad quemlibet extraneum,

traneum, iuxta l. apud hostes. C. de suis & legit. & l. vnicã. C. de his qui ante aper. tab. & ita Bald. in l. si à primo. ff. de liber. & posthu. & ibi latè Ias. & quo ad bonorum possessionem cõtra tabulas est idem l. j. C. de bon. libert. & ita ibi Bald. & dicta duo remedia, videlicet ius dicẽdi nullum, & bonorum possessio cõtra tabulas procedunt à pari. l. j. in pri. & §. j. ff. de bon. poss. contra tab. Ias. in l. filiæ dotem. col. penult. C. de collat. est tex. in l. 3. §. acquirere. ff. de bon. posses. Socin. consil. 177. colum. 2. & an ius dicendi nullum transmittatur, vide Ias. in l. si rogatus. col. 5. ff. de adopt. & in l. si à primo. in primo nota bili. ff. de libe. & posthum. & in l. si quis posthumos. §. fin. ff. de libe. & posthu. Picus in l. emancipata. ad fin. ff. de liber. & posthu. in quibus locis habes quod transmittitur, & quid in iure petẽdi supplemẽtũ legitimæ, iuxta l. omnino. C. de inoffi. test. Dic esse vidẽda nota. in d. l. scimus. §. fi. C. de inoffi. testa. An ille tex. procedat in hoc iure in d. l. omnino. Et scias ꝙ non expirat quinquennio hoc ius, sicut quęrela, secũdum communem opin. in l. si quis filium, per Ias. col. 2. C. de inoffic. testam. Sed durat triginta annis, vt ibi, & fundamenta de quibus in illo articulo etiam faciunt ad hanc quæstionem. Redeundo
18 † ad fundamentum iuris succedendi ex substitutione quod non transit in fiscum vbi moriatur substitutus antequàm eueniat casus, per text. in l. ex facto. § Iulianus ff. de vulga. & pupilla. & ibi Imol. & Alex. & loquitur text. in substitutione pupillari, sed idem est in fideicommissaria ratione, de qua suprà. Ex his apparet decisa quæstio nostra de iure feudali, & spe competente agnato, siue filio antequàm sit ei apertum ius. Nam regulariter loquẽdo, vt dixi, in pri. nec feudum radicatum post mortem vasalli transit, quia non potest transire in extraneos, vt concludunt communiter Doctores, vt per Alexan. in d. §. si de vectigalibus. & dicam infrà loco suo, & ideo minus debet transire spes,
19 & ius nondum apertum, sed † procedit dicta conclusio communis in feudo regulari, quòd venit ex facto, & prouidentia concedentis, non in feudo hæreditario, quod acquiritur hæredi, quia sit hæres iuxta terminos Andreę de Isern. in ca. j. in princip. & in §. hoc quoque. de succes. feud. & in ca. j. in tit. qui succe. ten. & per Alex. consi. 80. ponderatis in 4. col. in 3. volum. & in consilio 55. perspectis in 5. col. eod. volumine & quando est hæreditarium quod veniat in confiscatione bonorum, dicit Curt. in consil. 4. post tract. feud. col. 7. post Roman. Imol. & Alex. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. non tamen loquuntur Doctores simpliciter in feudo hæreditario, quia esset error expressus, sed in feudo hæreditario quod potest transire etiam in extraneos hęredes, iuxta ca. feudum. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agnatos. & in c. j. de feud. non hab. prop.
20 nat. feu. Nam † aliqñ feudum ẽt nõ potest transire, nisi in filios & descendẽtes. Si tamen sint hæredes, vt de se patet, & hoc casu non est simpliciter hæreditariũ, nec posset transire in fiscum, quia nõ posset transire in extraneos hæredes, per gl. in d. l. j. C. de bon. libert. & hos terminos habes plenè per Curt. in tract. suo feud. in prima parte. charta 8. col. 2. & 3. & per Ias. in pręlud. feud. Quare ad propositum si sumus in fallentia. quòd feudum sit omnino hæreditarium, quia simpliciter quilibet extraneus sit capax, prout rarò contingit, quæstio nostra videtur habere parum dubitationis, quia non venit in confiscationem bonorum, ex quo de illa re iudicatur, vt de qualibet alia re hæreditaria, vnde in bonis patris cum filius viuo patre non habeat spem probabilem, nec possit aliquid petere l. j. §. igitur. ff. de collat. bonor. Bar. in l. filius. *la prima*. ff. solut. matrimo. Doct. in Authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. Ideo ius illud quod non habet, non potest etiam transmittere in fiscum. Nam ita demum in fiscum transmittitur ius, quando est ius & probabile, vt per Alex. in d. §. illud. & in d. l. si marito. Sed si est hæreditarium nõ simpliciter, quia in extraneos non possit transire, nec iste casus habet dubitationem, quia non transit per d. glo. in l. j. C. de bon. libert. Quando verò est regulare feudum ex mœra prouidentia concedentis, tunc sine dubio nõ transit, quia in extraneo transire nõ potest, vt per Docto-

res

res in dicto §. si de vectigalibus. Et ex hac quæstione intelligis infinitos terminos, quos alias non intellexisses, & qui tibi poterunt centies succurrere, An tamē quando feudum potest transire in extraneos absolutè, veniat tunc in bonorum confiscatione, an solùm commoditas, vide quę dicam infrà in articulo principali;
21 An † bona feudalia veniant in confiscatione bonorum. Et quia dixi, quòd fiscus non est hæres propriè, postea etiam demonstrādo hoc verum esse ex l. quoties. in fi ff. de nouat. vltra ea quæ suprà dixi, Adde aliam rationem, quòd hæres tenetur satisfacere passim omnibus creditoribus vbique, quia generaliter succedit vbique locorum in Authen. de iureiuran. à mor. præst. in prin. Fiscus verò non, quia generaliter non succedit, vt per Bar. in l. cunctos populos. colum. fin. C. de sum. trinit. & fide cathol. & dixi suprà latè de
22 dictis Bart. ibi, & ideo † disputatur si in vno loco publicantur bona, ex forma statutorum, ita ꝙ alibi ita non publicantur, & cōdemnatus habeat creditores tam in eo loco quàm alibi, An ipse debitor teneatur ad solutionem debitorum, an ipse fiscus? de quo latè Imol. consi. 37. col. 7. 9.
23 & sequen. Addo † etiam aliam rationē ad demonstrandum fiscum non esse propriè hęredem quia siue succedat, alicui ex delicto, siue quia bona vacantia differantur ad eum, non obligatur vltra vires hæreditarias. tex est in l. eius qui. §. si cui ibi. aut si non videatur lucrosa. ff. de testamen. & ibi per Doctores. Ias. latè in l. fi. col. j. C. de iure delib. & dicam infrà in ti-
24 tu. de bon. vacan. Addo † aliam rationē quòd in fiscum non transfertur instantia inchoata per delinquentem, sed perit, & fiscus habet suos proprios iudices, ita est tex. in l. si constante. §. fin. ff. solu. matri. in hæredem autem transiret. l. si eum hominem. ff. de fide ius. cum similibus. & vide latè Doctores in d. §. fin. de quo dicam infrà in titulo, de fisco & priuilegiis eius.
25 Addo etiam † aliam rationem, ꝙ bona acquiruntur fisco ex publicatione alicuius delicti, sine aditione hæreditatis, quādo publicatio fit ipso iure, vel per sententiam. ita Bart. in d. §. an bona. in l. j ff. de iure fisci. Cuman. consil. 32. circa fin. Sed tamen aditione secuta vbi requiritur si bona non sunt soluendo, non quæritur hæreditas, vt dixi, & per Bar. in d. §. an bona. Et an dominium per sententiam iudicis regulariter transferatur in omni materia, vide text. & ibi glo. & Doct. in §. fin. Instit. de offic. iudic. & Practi. Papien in forma libelli actionis realis in versic. iure
26 dominij. ad finem. Sed † an possessio in ipsum fiscum transferatur, paribus terminis, credo non transferri per l. cùm hæredes. in princip. ff. de acquir. hæred. vbi licet hæres adita hęreditate dominium acquirat, non tamen acquirit possessionem, & ideo licet sæpissimè, dominium trāsferatur sine traditione. Tamen possessio non transfertur. glo. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & per Alex. in l. si mora. col. 2. ff. solu. matr. & ibi allegat glo. in l. commissa. ff. de public. dicentem, quòd licet ipso iure dominium transeat in fiscum, tamen nō transit possessio sine appræhensione, & ita Lauden. in tit. de fisco. versi. 63. & ad propositum valde etiam facit alia glo. quam allegat Alex. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & etiā dicit Alexan. vbi suprà, quòd hæc regula, vt licet dominium transferatur, &c. Fallit tamen in casu l. raptores. secundum Bart. ibi. C. de sacrosan. eccles. & vltra Alex. ad hæc vide Ias. in d. l. fin. colum. antepenul. in fi. & princ. seq. C. de sacrosan. eccle. Sed per decretum nostrum est sublata hæc difficultas, quia non tantùm disponit, vt ipso iure sint publicata bona, sed etiam vt sint appræhensa ipso iure, licet aliter verè & actu non fuerint appræhensa, vel per ignorantiam, vel negligentiam, vel impotentiam officialium, vel aliter, quæ possessio, quia facto legis, siue decreti acquiritur, dicitur ciuilissima, vt per Iason. in l. j. in princ. ff. de acquiren. possess. col. 15. & in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. per quod decretum disponens, vt possessio ipso iure acquisita sit, etiam tollitur alia difficultas, an decretum nostrum, vt possessio defuncti continuetur in hæredem habeat locum in fisco. Successiuè prosequendo materiam bonorum, quæ
27 non transeunt in fiscum, † quæro, Pater habet filium, qui eo viuo bānitur, postea decedit pater, an bona patris acquiran-

tur fisco, vel cui? & idem potest quæri in alijs bannitis, adhuc non delata hæreditate fratris, vel alterius cósanguinei, & breuiter dic, non acquiri, quia sunt bona, quæ obueniunt post publicationem, quæ non acquiruntur fisco, vt dixi suprà, & per Ias. vbi vide in l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. col. 3. ff. de verb. obligat. & est decisio Bart. in specie. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Alex. consil. 75. in pri. Paul. de Cast. consi. 32. & Bal. cõsil. 24. in 2. & ibi habes, ꝙ quantum sit ad fiscum res non habet dubium, & latè Curt consil. 59. dux Philippus. maximè in 10 colum. versic. venio ad secundum. & per Aretin. in d. glos. & eius bona publicamus. col. 3. & ibi in apostillis, & si sit condemnatus vti rebellis, iuxta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. ipse etiam non succedit, quia incapax, vt ibi, & per Bald. vbi suprà, ad quod vide omnino Ancharan. consil. 287. versi. prætereà aduertendum est. si verò sit cõdemnatus ex alio crimine, tunc an ipse succedat distinguitur iuxta milies allegata in l. j. C. de hæredi. Instit. Est verum ꝙ vbi sit capax, tam fiscus, quàm quilibet priuatus potest auferre, iuxta dictum Bartoli in d. l. j. in fin. Curt. vbi suprà, Ias. & Alex. in d. l. j. Vides igitur quòd officialis qui filiumfamiliàs condemnat viuente patre, non bene agit causam fisci, quia hoc modo portionis sibi posteà obuenientis, vel paternæ vel alterius, remanet fiscus
28 priuatus. Cautio † igitur est, vt differatur dicta condemnatio post mortem patris, vel alterius, & hoc modo ipso condemnato bona transibunt in fiscum adita hæreditate, & non adita ius succedendi transibit, vt dixi suprà in versi. vnde aliàs dubitabam. post Bald. & Doct. in l. si quis bona. §. si quis planè. ff. de acquiren. hæred. & Nell. in prima parte secundi temporis. q. 30. Sed tamẽ datur remediũ per
29 D. Nell. vbi suprà, in fin. Quod † banniendus ante publicationem renuntiet iuri adeundi cum consensu illius ad quem eo repudiante, deuoluitur, de quo fiscus conqueri non potest. l. qui autem in pri. ff. de his, quæ in fraud. credito. ita dicit Nell. Addo quod iuri adeundi potest renuntiari toto titu. C. de repud. hæred. & ex hoc etiam apparet facultatem adeundi non dici ius quærendum, sed quæsitum, quia si esset ius quærendum non posset illi renuntiari. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de legat. 2. Et ex hoc sequi videtur quod captio Nel. non sit bona, quia fundata est super hoc quod in iure quærendo non possit allegari fraus creditorum, nec fisci, Nam si est ius quæsitum, potest allegari. Sed dic quòd imò text. in d. l. qui autem loquitur in terminis in hæreditate nondum adita, quæ potest repudiari absque eo quod possit allegari fraus creditorum vel fisci, vbi aliàs posset allegari, & est textus notabilis. Sunt enim diuersa lucrum non quærere, & damnum pati, ita colligitur in illo tex. & per Alex. consi. 193. col. 2. versic. quinimò. volu. 2. & l. non amplius. in princ. ff. de legat. j. & in l. Proculus. ff. de dam. infect. & Ias. in l. quominus. ff. de fluminib. charta 3. col. vlt. & fin. & per Barbat. in l. cùm acutissimi. colum 156 & seq. de fideicom. & in l. j. §. stipulanti. ff. de verbor. obligat. col. 4. Paul. de Cast. consilio 11. columna prima in fin. & sequen. Barbat. in primo volum. consilio 40. colum. 6. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de cõstitutio. col. 19. Panormi. consilio 31. col. j. Alexan. in l. præses. C. de transact. & Anchar. quem omnino vide, consilio 100. col. penult. & fin. vbi distinguit, & consilio 170. col. penul. & fin. Socin. consil. 198. colum. j. Corn. j. volum. consi. 32. col. pen. & in fi. & sequen. Hoc tamen pẽdet ab intellectu l. liberto octuaginta. ff. de bon. libert. de quo ponit Alexan. consi. 114. volumine 3. & Bart. & ibi latè Ias. in l. si mihi & tibi. in prin. ff. de legat. j. & idem Iason. in §. siquis in fraudem. Instit. de actio. char. 30. colum. 2. & Cardin. consil. 89. Roman. consil. 184. & Federic. consil. 9. & D. Anton. consil. 8. Sed tamen vlterius indagando in specie, vide text. qui videtur factus ad hoc, in l. in fraudem. in princ. ff. de iure fisci. qui dicit, quòd etiam in quærendis fraus fit fisco, sed tamen contrarium videtur velle alius text. qui videtur conuenire cum regula l. qui autem. in l. cùm quidam. ff. de iure fisci. Conclude secundum Bartol. in d. l. in fraudem. quod in debitore fisci procedit in d l. in fraudem. vt si iã est debitor,

bitor, in fraudem non debeat nō lucrari; & ideo in d.l. cùm quidam aliud est. quia loquitur in reo fortè accusato, nō adhuc condemnato, & sic qui adhuc non potest dici debitor. ideo potest non acquirere, & scias quòd prædictam cautionem pro fisco in differenda condemnatione sæpenumero habebat in ore vir ille tā excelsi ingenij tempestate nostra, Hieronymus Moronus, qui ex intellectu sibi à natura dato, magis sciebat leges, & earum mentem sine studio, quam alius iureconsultus licet doctissimus bene studendo. Sed
30 contra dictam † cautelam alia est via, vt pater antequàm moriatur exhæredet filium cum causa, iuxta Authen. non licet. C. de liber. præteri. & causa legitima esset si venisset contra patriam, vel fortè etiam si occidisset hominē, quia sunt causæ etiam maiores illis quatuordecim, de quibus in d. Authen. non licet. & in Authen. vt cū de appella. cognosc. Et aduerte, quia nos Mediolani habemus decretū ducis Ludouici impugnans exhæredationes filiorum quas faciūt patres casu quo contingat filios delictum committere, ex quo veniat publicatio bonorum, sed dictum decretum loquitur, vt vides, quādo delictum est committendum, vt tollatur occasio delinquendi. Ego autem vbi iam commisisset, & hæc consideratio habita fuit in iudicando à magistratu his diebus proximè præteritis in quadam causa nobilium de Brippio ciuium Mediolanensium. Et licet aliqui velint, vt decretum tantummodo habeat locum, si id pater fecit in fraudem, vt quia de proximo esset committendum delictum, tamē hoc mihi non videtur rationabile, nec dici debet factum in fraudem à patre, si filius paruo interiecto spacio delictum cōmittat, quia fateor quòd qui iam deliquit, vel cogitat delinquere non potest liberè disponere de rebus suis, & ita loquitur lex post contractum & materia ff. de donatio. Sed pater qui non deliquit, nec cogitauit delinquere, & qui habet liberam in rebus suis facultatem disponendi. l. sed & si lege. §. consuluit ff. de petit. hæredit. l. non vsque adeo. ff. si à parente quis fuer. manumiss. ibi, quia iniquum est ingenuis hominibus nō esse liberam rerum suarum alienationē, & per Ias. in §. item si quis in fraudem. in j. col. & princ. seq. Instit. de actio. & in l. si rogator. in 2. notabi. ff. de adoptio. quare (de iure loquendo) non debet posse disponere de rebus suis exheredando cum causa approbata à lege absque eo quòd possit ei imputari quod fecerit in fraudem, vnde videmus quod etiam pater qui non cogitauit delinquere, potest prohibere ne bona transeant in fiscum. l. Imperator ff. de fideicommiss. libert. Alex. cōsi. 13. in j volum. & sic est differentia an disponens sit ille qui deliquit, vel cogitauit delinquere, & tunc fraus est habenda in consideratione. An verò disponens habuerit rationem delicti quod per filios suos committi posset, & tunc secus. Vn-
31 de † etiam si dono tibi bona vbi contingat illa publicari nō valet in effectu. Bar. in d. l. post contractum. col. 3. versic. sextus & vltimus. & hoc quia videor cogitasse velle committere aliquod delictum, & hoc est quòd voluit dicere Bart. ibi, dū allegat l. vlt. cum ibi not. ff. de stipulat. seruor. quia gl. ibi dicit, ꝙ ille filiusfamiliàs, qui stipulatus est casu quo esset sui iuris, præsumitur dolosè fecisse, idem probat tex. in l. summa. etiam allegatus per Bar. in d. versi. & ibi vide Paulum de Cast. Sed si tibi donarem hac lege, vt si cōtingeret quòd esses bannitus, & tua bona publicarentur donatio nihil valeret, imò bona ad me reuerterentur, vel in alium transferrēt, valeret donatio, quia in disponente est mœra facultas disponendi etiam vsq; ad mortem, nec inhabilitas donatarij superueniens repugnare potest voluntati, & facultati disponentis, & hæc sunt vera, si bene consideres, atque ita vides decisum casum quando iam esset commissum delictum, vt decretum non habeat locū, quod loquitur in delicto committēdo, minusq; eo casu ius commune ob fraudem infringit dispositionem. Item vides decisum alium casum, quando delictum de proximo committitur per filium, vt etiam iure communi dispositio sustineatur, & longè magis quando post multum tempus committeretur, est verùm quòd in his duobus vltimis casibus decretum obstat, licet, vt dixi, aliqui velint vt tantùm loquatur, vbi potest conijci fraus, & malē,

vt demonstraui. Et pone exemplum in his duobus vltimis casibus, quando pater exhæredaret filium sub conditione, si cõ
31 mittatur tale delictum. Est verum † ꝙ aliquando audiui contra hanc exhæredationem moueri duas difficultates, Prima est, quòd exhæredatio est sub conditione contra l. 3. §. purè. ff. de liber. & posthu. Secunda, quòd hæreditas non potest dari vsque ad diem certum vel incertum. §. hęres. Instit. de hæred. Instit. & l. hæreditas. de hæred. Instit. Sed facilis est responsio, quia loquor quando in testamento est institutus filius, & si cõtingat eum committere delictum, tunc hæreditas ad fratrem perueniat, vel alium, & sic cessat fundamentum præteritionis, super quo est fundatus. § purè. vt ibi per Bar. & Doctores in d. §. purè. & item cessat fundamẽtum. §. hæres. & l. hęreditas. quia post illud tempus, alius est substitutus, & non decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt in dictis iuribus, & in l. miles ita. in prin. cum ibi not. ff. de testam. milit. Quare potius est dicendum quòd simus in materia l. vnicæ. C. de his, quæ pœn. nom. quàm in materia exhæredationis, quia exhęredatio fit absque eo ꝙ quis sit hæres aliquo tempore, & ita loquitur d. §. purè. & §. aliud quoque capitulum. vt cùm de appellat. cognosc. & materia exhæredationis. Sed in casu nostro primo pater instituit simpliciter, postea dicit si cõtingat quòd filius meus institutus committat delictum, vel cogitet ex quo veniat publicatio bonorum, substituo alium. vel in alium transferatur, & sic in pœnam hæredis, vult vt perueniat in alium, quæ est materia propriè d. l. & hoc casu non desinit filius ipso iure esse hæres, quia fieri non potest, vt qui semel fuit hęres, desinat esse hæres. l. & si sine §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. glo. in l. in substitutione. ff. de vulga. & pupilla. sed desinit esse in effectu, quia tenebitur iure fideicommissi restituere hæreditatem secundo. ita declarat Bart. in l. paterfamiliàs testamento. ff. de hæredib. Instit. vbi vide Doctores. & Bart. & Doctores in l. vxorem. §. hæres. ff. deleg. 3. & Ias. in d. l. vnica. de his, quæ pœnæ nomine. in versi. secundus modus. Cùm igitur sit fideicommissum, & sic grauamẽ l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupilla. legitima confiscatur: quod non fieret, si esset uera exhæredatio, prout esset si delictum iam commissum fuisset tempore testamenti patris, & ob eam causam pater eum exhæredasset: Nam tunc cessat, quòd qui semel est hæres, &c. & tunc alius est hæres directè, & à seipso, & si vis scire in casu præmisso quando hæreditas post tempus in alium transfertur, an iure fidei commissi, an directè trãsferatur, & quæ sit vtilitas, vide Soci. omnino cõsi. 14. col. 3. verum. & colum. sequẽ. incipit,
33 sequendo ordinem. Et † an incapax possit institui si efficiatur capax, vide tex. in l. in tẽpus. ff. de hęred. instit. & ibi ꝑ Doctores. Firmia. in verbo, bãnitus. succedit in 3. §. Aretin. consi. 143. col. 6. & Aretin. in §. hæres. col. 1. Instit. de hæredib. instit. & vide Doctores in l. si quis hæres instituatur. ff. de hæredibus instit. & Bar. in l. j. §. si filius. delegat. 3. Alex. in l. apud Iulianum §. fin. colum. 2. ff. delegat. j. & in his locis habes. An bannitus possit institui si eximatur è banno, vel spurius si legitimetur, & quia pendet à regula d. l. in tempus. vide latè Felin. in c. cùm dilectus. de accusat. & vide etiam regulam l. quod ab initio. ff. de regu. iur. & ibi Dec. & breuiter Bal. in l. eam quam. C. de fideicommis. char. 4. versic. quæro nunquid. in eo quòd relinquitur spurio, tenet non valere, quod relictum sit spurio vbi capax efficiatur. Sed Bar. contrarium tenet in l. j. §. si filius. ff. delegat. 3. ibi, fallit in l. in tempus. & ita quod valeat & legatum & institutio vult Bald. Ang. & Imol. in l. si quis instituatur hæres. in princ. ff. de hæredib. instit. & Ang. in d. l. in tempus. Alex. in d. l. apud Iulianum. §. fin. col. 2. ff. delegat. j. & licet sit materia brocarda d. l. in tẽpus. Tamen hæc est opinio magis communis in hoc articulo. vt dicit Dec. in cõsilio 176. col. 5. & latè Alex. in l. Gallus. §. instituens. col. j. ff. de liber. & posthum. vbi est locus ordinarius, & ibi vide. Est
34 etiam † alia via per quam quilibet potest impedire, ne bona sua vllo modo & tempore possint in fiscum transire, prohibendo expressè alienationem bonorum suorum cũ causa tamen: quia aliter prohibitio

hibitio nihil valeret. l. filiusfamilias. §. diui. ff. delegat j. vnde quotidie videmus exhiberi testamenta, in quibus testatores prohibuerunt bona sua alienari, vt conseruentur in agnatione & familia. Nam talis prohibitio impedit ne dicta bona in fiscum transeant. l. Imperator. ff. de fidei commiss. libert. & ibi Bart. not. & latè Alexan. consilio 23. in primo volumine. Ias. in l. fin §. sed nostra, columna j. in primo notabili. C. communia delegat. Opiz. in d. § diui. colum. secunda, & ibi vult aliud esse si factum ponatur ei in persona testatoris, quia iam commisisset delictum quando fecit prohibitionem ibi vide, quod vltimum dicit text. ibi, & hęc etiam faciunt ad ea quæ suprà dixi, est materia Bar. in l. post contractum. colum. 3. versicu. vltimus casus. ff. de donatio. dum facit differentiam, An per disponentem esset commissum vel committendum delictum, an per successores, sed ad tria aduertendum est, circa hanc prohibitionem. In primis quòd si non esset expressa prohibitio, sed simplex fideicõmissum, alienatio interim via delicti in fiscum valeret, sicut etiã valeret interim via contractus. l. fin §. sinautem. C. commu. de leg. Alexan. in d. consilio & Ias. vbi suprà, sed eueniẽte postea conditione fiscus tenetur restituere fidei commissario hæreditatem. Ita quòd non verificatur conditio fideicõmissi per mortem ciuilem, scilicet per bannum, sed per mortem naturalem. Casus est in l. statuis §. Cornelio. ff de iure fisci. & in l. ex facto §. ex facto. ff. ad Trebell. Ad quorum intellectum vide etiam Bald. primo volum. consilio 280. & consilio 284. columna secunda. Et mors ciuilis † an æquiparetur naturali, vidistis non æquiparari in casu de quo modo dixi, & idem potest quæri in donatione causa mortis, vbi donans banniretur, quæ donatio morte valida redditur sicut legatum, vt per Alex. & Ias. in l. non omnis. ff. si cert. pet. & idem in donatione inter virum & vxorẽ, quæ morte confirmatur. l. 3. & multis sequen. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. 2. C. de dote cau. non numer. Et conclusio est, quòd quando militat eadem ratio in ciuili, prout in naturali, & repræsentatur idem effectus in ciuili, sicut in naturali, æquiparantur, aliàs non. Felin. in ca. licet vndique. columna prima versic. glo. magna. & colum. sequen. de offic. delega. quæ conclusio procedit etiam in materia correctoria & odiosa, vt ibi per eundem, ex qua conclusione statim dicitur euenire conditio, si decedat sine liberis, per ingressum religiosis pœnitus incapacis, vt in specie. Alexan. in consilio 13. in 3. volumine. Socin. consilio 92. in primis col. & ita tene in hoc vltimo, quicquid dicat Felin. in d. cap. licet. colum. 2. qui certè in hoc errat, & dicit contra communem. Infero etiam ex dicta conclusione, quòd in damnato in metallum etiam verificatur supradicta conclusio cum prorsus sit extinctus, vt per Alexan. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & ibi etiam idem dicit de eo qui ingreditur religionem mẽdicantium, vt in exemplo de quo suprà, donationis causa mortis, an morte ciuili confirmetur, vide l. si aliquis. ff. de dona. cau. mort. vbi dicit quòd non solùm non confirmatur, imò infirmatur, & ita non æquiparatur mors ciuilis naturali, & cõsequenter fiscus nihil petere potest. ad idem l. cùm hic status. §. si maritus vxori. in fi ff de donat. inter vir. & vxor. vbi condemnatione reuocatur, & ita Bartol. in dicta l. post contractum. colum. quarta versicu. & prædicta vera. Ang. in l. res vxoris. C. de donatio. inter vir. & vxor. & alibi sæpe in glo. & Doctoribus. Non

36 † ita est in donatione inter virũ & vxorem: nam hæc remanet in pendenti, & maritus licet deportatus habet ius reuocandi, & expectatur naturalis mors quo tempore si perseuerauerit valet in effectu, aliter non, & est postea fisci l. res quę legata. C de donatio. inter vir. & vxor. in fin. vbi distinguit notabiliter, quæ tamen lex recipit limitationem quando sumus in casibus in quibus propter immanitatem criminis memoria hominis potest damnari, de quibus per glo. in § per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intest. defe. quia secuta damnatione istis casibus reuocatur d. §. si maritus vxori. Bart. in d. l post contractum. colum. 4. Ang. vbi suprà, & per Imol. in d. l post contractum. latè, vbi etiam ponit quid in donatione facta à patre filio in potestate, loquor vbi

donatio coniugalis est inter viuos, sed si est causa mortis, an confirmetur morte ciuili, & an ipse possit contra defendere bona, vide l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi dicit ꝙ confirmatur deportatione, subdens, Ita tamen vt non admittatur licentia viro eam reuocandi, quia & mors eius est expectanda, sed corruptus est text. & verbum illud admittatur, vult dicere adimatur, & sic sensus est, ꝙ vir non obstante condemnatione habet ius reuocandi vsque ad mortem naturalem, & sequitur Bal. notabiliter in l. pen. col. 8. versi. quæro quidam timens. de execu. rei iudi. Ias. in l. si stipulatus fuerim. § cùm stipulamur. col. 3. ff. de verb. obligat. & loquitur ille tex. secuta traditione, vt ꝑ Ias. vbi suprà, quod nota, vt scias euadere illã l. & sic est conformis donationi cõiugali inter viuos, in qua etiã tex in d. l. res vxoris. vult vt duret donatio, & vir retineat ius confirmandi, & ita communiter Doctores in d. l. post cõtractum. Sed duplex est confirmatio, vna quæ operatur translationem dom nij reuocabilem. Alia quæ eam operatur absque facultate reuocandi, ita text. in d. l. sed si mors. vt ibi Bald. ponderat, & vide circa prædicta omnino Salic. in d. l. si post hac. colum. 3. & 4. C. de bon. proscript. & Opiz. in l filiusfamiliàs. §. diui. in j. col & seq. ff. de lega. j. & videtur mirum, † quòd ius reuocandi donationem causa mortis non transeat in fiscum, in quem transeunt omnia iura etiã conditionalia, vt per Alex. in l. si marito. in prin. ff. solu. mat. & Ias. in l. si quis arbitratu. col. fin. ff. de verb. obligat. Sed dic ꝙ non transit in hæredem ius reuocandi, & pœnitendi. l. cùm hic status. §. ait ratio. & § pœnitentiã. ff. de dona. inter vir. & vxo. Sic donatio propter ingratum animum non reuocatur per hęredes donatoris. l. j. in fi. C. de reuoc. dona. per Curt. in tract. feud char. 52. col. 1. 2. & seq. Similiter ius reuocandi abstensionem non transit in hæredes. Alex. in l. qui se patris. C. vnde libe col. 16. & ibi Ias. & in l. quia poterat . ff. ad Trebel. Hæc pẽdent à regula quòd priuilegiũ personale non transit ad hęredes. l. j. vbi Doct. ff. de manda. princ. Dec. in regu. in omnibus casibus id obseruatur . ff. de regu. iur. ergo nec in fiscum, vt per

37

Alex. in d. l. si marito. & cõsi. 23. vol. 1. est gl. in l. j. C. de bon. lib. Item non transit in fiscum illud ius reuocandi, imò remanet in deportato & bannito, quia posset iterũ donare, & contrahere, quia cõtractus est iurisgentium. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. mãda. ergo poterit etiam reuocare. Ias. in Authen. si qua mulier. col. 7. circa med. C. de sacrosan. eccl. in illo artic. An si quis ante ingressum monasterij testetur, posteà ingrediatur & profiteatur, an possit reuocare testamentum, & videbatur posse, per d. l. sed si mors. & ita Bart. & communiter Doct. in d. l. res vxoris. Tamen Mediolanenses decidunt contrarium, vt ibi per Ias. qui respondet ad d. l. sed si mors. tenẽdo contrarium, est tamẽ friuola solutio, quia fateor ꝙ deinde post confiscationem & condemnationem cõdemnatus potest contrahere, sed tamen in ipsa confiscatione venit omne ius competens ipsi confiscato, etiam quod sit de iure gentium, vt est dominium, igitur sibi amplius non debet competere. vides igitur in prædictis legib. loquendo de donatione causa mortis, & donatione coniugali, quòd mors ciuilis & naturalis non æquiparantur, quia non est eadẽ ratio in vtraq; morte quo ad effectum de quo agitur. & per d. l. sed si mors. etiã infertur, ꝙ si donator in casu l. si vnquam. C. de reuoc. don. moriaĩ ciuiliter, posteà habeat filiũ, reuocatur donatio eodem modo, & consequenter ipse bannitus acquiret donationẽ, non fiscus per d. l. si res vxoris. in fi. & d. l. sed si mors. & per regulã d. §. is, cuius. Tamen ratio Ias. suprà adducta facit, ꝙ imò non reuocetur, quia dicta reuocatio nõ descendit ab homine, sicut aliæ reuocationes, de quibus suprà, ex qua ratione admittitur in eo bãnito reuocatio, sed descendit à lege, ex d. l. si vnquã. & sic ex dispositione ciuili. Nõ mirũ si sibi bãnito non cõpetit, qui est priuatus omni iure ciuili, vt not. in d. l. ex facto. §. ex facto. per Alex. col. fin. post Bart. & alibi sæpe.

38 Veritas videtur, † ꝙ hæc donatio, quæ est inter viuos, & q̃ ideo re ipsa valet statim, nisi esset facta in fraudẽ. d. l. post contractũ cũ ibi not. non transeat in fiscũ facta condemnatione donatoris, & hoc nõ habet difficultatem, quia nõ est in bonis

con-

condemnati, sed suscepto filio post condẽnationem etiam concepto, adhuc dicta donatio videtur remanere valida, quia donator nouus homo est hoc casu, & sic nõ videtur verum, quòd superuenerit donatori filius, suscepto vero filio ante condẽnationem, vel saltem concepto ante condemnationem, & posteà nato, reuocatur donatio, quia nõ est hoc casu nouus homo, & verum est quòd donatori superuenit filius, iuxta d.l. si vnquam. & sic fiscus habet ius in istis bonis. Iste est tex. in d.l. ex facto. § ex facto. & res non habet difficultatem, quãdo ante condemnationẽ natus erat, quia tunc iam erat reuocata, & sic in fiscum transiuit, sed si tãtum erat in vtero donatione adhuc existente in bonis donatarij, non videtur quòd transiuerit in fiscum, in quem tãtùm transeunt bona cõfiscata, & hæc sunt bona donatarij, tamen spes erat probabilis. Item existẽs in vtero quo ad reuocationem habetur pro nato, quia licet tractetur de acquirẽdo fisco, tamẽ etiã acquiritur ipsi posthumo, cum certa portio reseruetur filijs, etiam cõdemnato patre, & aliquando tota. l. j. cum ibi not. ff. de bo. dam. & l. fi. C. de bo. dam. & Bar. not. in d. §. ex facto. in versi. oppono, qui est in vtero. quæ ratio
39 non videtur procedere primo casu, † quãdo etiam sunt cõcepti post cõdemnationem, quia tũc nulla portio debetur filio. d. l. j. ff. de bon. dam. A cõtrario sensu & maximè procedit hæc opinio, quia l. si vnquam est fundata super pręsumpta voluntate donãtis, qui nõ cogitauit habere filios fauore ipsorum, quos nõ intendebat priuare, vbi haberet. Ita d. l. si vnquã. Bart in l. Titia. *la seconda*. §. Imperator. ff. de leg. 2. Et ideo cùm etiam tractetur de fauore eorum in casu reuocationis, vt vides. Nõ mirũ si posthumus habetur pro nato, & rescindit donationem, & ideo dicitur esse donatio in bonis donatoris statim, adeò quòd posset vindicari Bart. in § Imperator. vers. quæri gl. an ista. & saltem remanebit in pẽdenti dominiũ, quod sic trãsiuit in fiscum, per not. in d. l. si marito. in princi. Tamen aduerte, quia licet sint nati & concepti post condemnationem, nihilominus si cõdemnatio est bannum, quod quotidie nos facimus de dictis filijs, debet haberi ratio dictorum filiorum, & in casu d. §. ex facto. faciũt deficere cõditionem fideicommissi, quia nõ æquiparãtur deportatis, ex quo amittũt tãtùm ea, quæ sunt suæ ciuitatis banniti nõ ea, quæ sunt iuris communis. Bar. no. in d. §. ex facto. in vlt. q. vbi vide, & sequitur Alex. ibi in vlt. not. & latius col pen. Sic euado text. in d. §. ex facto. quia verũ est, quòd superuenit filius, & sumus in casu. l. si vnquam. quòd rescinditur, & beneficium erit fisci quia transibit in fiscum, ex iure cõditionali resultãte ex tacita dispositione donãtis, qui donauit, si nõ superuenirẽt filij, quod ius trãsiuit in fiscũ, facta cõdemnatione, per notata in d. l. si marito. & vbi suprà, & per Alexan. in l. 3. §. illud quoque. ff. quod quisque iur. Lauden. in tit. de crim. læsæ maiesta. not. 35. Alex. cõ. 15. ad fi. & cõsi. 23. col. 2. volu. j. Et si dicis, Hoc ius nõ transiuit in fiscum, quia dispositio l. si vnquam. procedit ex tacita dispositione donatoris ad beneficium filiorum, & hic nõ tractatur de aliquo fauore filiorum, quia si sunt nati & cõcepti post condemnationem, nihil habẽt. d. l. j. A cõtrario sensu respondeo, ut ibi respõdet notabiliter Bart. in d. l. j. col. fi. in pen. q. in verbo, quid de filijs quæsitis post publicationem. quòd imò filij ẽt cõcepti post cõdẽnationem hodie sunt legitimi, nõ obstãte deportatione, & sic debẽt habere partem suam in bonis patris damnati, iuxta distictionem dictæ l. j. cum ibi notatis. Et cõsequẽter cùm etiã militet fauor filiorum, reuocatur donatio ad fauorem filiorum & fisci, & quia secũdum decreta nostra filijs reseruatur legitima. Idem dico, quod donatio est fisci, vnde omni casu, & quãdo natus est filius ante cõdemnationẽ, & quãdo ante, tãtummodo cõceptus, & quãdo post natus & cõceptus est, fisci est donatio, & vides respõsum ad d. §. ex facto. saltem loquẽdo in bãnitis, secũdum id, quod dixi suprà tenere Bar. ibi, & Alex. & opinionem Barto. i d. q. fi. An bãnitus æquiparetur deportato, tenet Bald. etiam in 2. vol. consi 61. col. fi & est communis, secundum Angel de Aret. in §. cùm autem Instit. quibus mod. ius patriæ potestat. sol. & per Doctores in l. j. C. de hær. Instit.

Nec

Nec ingrediaris materiã d.l. sed si mors. & l.si res vxoris. an sibi bannito competat illud ius, quia est acquisitio ciuilis. Quæ ratio tamen nõ valet. cùm, vt dixi, etiam sit capax eorum, quæ veniunt iure ciuili & communi. Sed Melior ratio est, quòd ineptum est ingredi materiam reg. l.si tibi mandauero.§.15,cuius.ff.mand.cũ non sit acquisitum ex causa posteà proueniente, sed quæ præteritum respicit,& erat ius formatum saltem sub conditione, quod transiuit in fiscum,& intelligo, quòd dum casus contigisset, ita fuit iudicatum à magistratu assistente pro fisco domino Philippo Vicecomite Iureconsulto docto & practico multùm in rebus fisci, videlicet, quòd fiscus in casu quæst. nostræ d.l. si vnquam. habebat ius in dictis bonis donatis, & hæc opinio etiã nõ caret authoritate, quia expressè Bar.eam tenet in d.l. fi. col.fi.in quæst. quid de filijs quæsitis. vbi allegat d.l.si vnquã. etiã quando filij nascuntur post condemnationem,& etiam concipiuntur,& vult, ꝙ tales filij habeant partem suam in rebus damnati,& loquitur in terminis d.l.si vnquam. Non obstat dictæ decisioni d.l.sed si mors. & l. si res vxoris.vbi illud ius reuocandi non transit in fiscum,imò remanet in deportato. Nam illud accidit,quia ius ipsum reuocandi & pœnitendi est datum donatori, ita quòd etiam non trãsit in hæredem, vt suprà dixi, & ideo non transit in aliam personam, nec in fiscum. Item ibi secuta erat traditio,in casu nostro secus. quod non placet, quia imò in casu d.l.si vnquam.præsupponitur quòd
40 esset secuta. In cæteris,† an & quando mors ciuilis operetur eosdem effectus, quos naturalis, vide Socin.post Imol. & alios in l. Gallus.§. & quid si tãtum.ff.de liber. & posthu.vbi materia principalis. Pręposi.i c.2.i 2.notab.de maior.& obe.& in c.licet.in 2.not.de offic.deleg.Fel.in c. qualiter. *el secondo*.§. ad corrigendos.col. fi de accus.Corn.j.vol.consi.249.col.2.in fi & col.4 circa fi. & seq.vbi etiam ponit quid in statutis. Alex.in 2.uol.consi.138. col.j.& 2.circa fi.& sequentibus. & in l.si decesserit. col.2.ff.qui satisd.cogan.& an dicatur mors naturalis,si quis interficiatur,vide Bald.4.uol.consi.8.& ibi dicitur mortuus Dei iudicio interfectus, ut etiã per Fel.in c.fi. de homicid. Bald.in c.j.in col.2.quib.mod. feu.amit.& in tit.de pace Const.§.hoc quod nos.col.3. Et qualiter quis probetur mortuus, dixi suprà in materiam delicti,& vide etiã plenè Corf. j.uol. consi. 80. & vide de prædictis Alb. in dictionario suo in verbo,mors omnia, & in verbo,mortuus. Non omitto tamẽ quòd si quis banniretur tanquam rebellis, in primo capite rebellionis diceretur mortuus mũdo quo ad omnes effectus l. qsqs.C.ad leg.Iul.ma.Bald.consi.24.vol. 2.secundum impressionem antiquam, & ita secuto tali banno post hanc mortem ciuilem statim filij ad petendum admitterentur, quòd possent petere post mortẽ naturalẽ, & ideo domino Vicecomite sic facto rebelle, rectè eius filiæ petierunt æquari in dote, iuxta statutum. quòd ascendens non possit deteriores facere stirpes,quin post mortem eius sint æquales, & licet tali casu filiæ priuentur dote, tamen hoc procedit in dote constituẽda, nõ cõstituta,vt i d.l.quisquis.gl.& Doct. Sed redeũdo ad rem, videlicet ad ea,quæ dicebam,animaduertenda esse in quæstione, an & quando per prohibitionem alienandi impediãtur bona in fiscum transire,de qua suprà, versic. est etiam alia via.
41 Secundò aduerte, † quòd quãdo alienatio est prohibita fauore ipsius prohibiti,tũc nõ videtur prohibita, & sic quocunque casu bona vidẽtur transire in fiscũ. ita Bar.in l. si quis in tantam.col.antepen. ver. quęro an dominus C.vnde vi. quæ dicta Bar. sequitur Socin.consi.261. col.15.Aretin.consi.14.Opiz.in d.§.diui col.3.in versi. ex prædictis. Igitur quãdo fit prohibitio à patre vsq; ad certã ętatẽ filij, intra illud tẽpus nõ valet alienatio, nec etiam ratione legitimæ, quia prohibitio est facta fauore prohibiti. Ita Ias.in l. filiusfamilias. §. diui.col.fi.i fi ff.de leg j. Pic.in l.in quartam.col.48.ff.ad leg.Fald. Opiz.in d.§.diui. Et fuit varietas in hoc inter Paul. de Cast. qui est huius opinionis, & Aret.qui contrarium tenet consil. 19. Tamen communis est cum Paulo, vt non valeat alienatio etiam quo ad legitimam. Quare si quis delinqueret,& sequeretur bonorum confiscatio,quo casu dicitur

dicitur alienare. d. l. Imperator. etiam legitima non veniet in confiscatione. Tamen doctrina Bar. videtur velle contra in d. l. si quis tantam. quòd quando prohibitio est tantùm facta fauore prohibiti delinquendo amittitur talis fauor, & trãsit etiam legitima, & omne aliud. Quam decisionem etiam sequitur Alex. in d. conf. 23. col. 3. verf. 4. Sed dic quòd Bart. loquitur in minore, qui est prohibitus alienare de iure communi fauore ipsius tantũ, & ideo delinquẽdo amittit talem fauorẽ. Sed aliud est in alio prohibito à testatore, etiam fauore minoris ætatis, quia Bar tolúsmet vult vt nihil valeat talis prohibitio, quando tantum concernit fauorem mœrum minoris. ita Bar. in d. §. diui. col. 2. ver. oppono extra gl. C. de vsuc. ꝓ empt. & ante & post. & in l. Titio. in prin. ff. de condit. & demonst. & licet etiam in hoc essent opiniones, vt infrà dicam, tamen Barto. in d. l. si quis in tantam. aliter noluit loqui, quàm in minore prohibito à lege ob mœrum fauorem eius, quia si vellet loqui in casu, quem nunc disputamus, diceret contrarium eius quod ipse tenet in d. §. diui. & in d. l. si Titio. Nam sentit ipse, quòd prohibitio etiam in minore, vt suprà nihil valet, nisi adsit fauor alterius. Et ideo hoc casu Bar. vult in d. l. si quis in tantam. quòd in muliere, cuius bona sunt confiscata, nõ confiscetur dos, quia tractatur de fauore alterius. Sic etiã in casu nostro, quando est facta prohibitio fauore minoris ætatis, ita, vt valeat, secundum eum, vult non transire in fiscũ. Et sic vides. quòd Bart. in d. l. si quis in tantam. super quo fit principale fundamentum ad fauorem fisci, vult cõtrarium, coniungendo quæ ibi dicit cum dictis eiusdem alibi. & idem quod Bar in d. l. si quis in tantam. dicit Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff de dam. inf. col. fin. qui etiam ita loquitur, & licet communis opinio sit vt ualeat fauore minoris ætatis, uel quia sit minus industrius, ut tenet Imol. in d. §. diui. & Paul. conf. 131. in j. & in consi. 77. in eodem. & Aret. consi. 19. in 2. dub. ad fi. & Doctores. in §. si Titio. magis communiter. & Ias. in d. §. diui. col. 4. uer. capio gl. non tamen ualet, nisi sit persona, in quam res peruenire debeat, si fiat contrauentio. Ita Paul. de Cas. in d. consi. 77. visis & consideratis. col. 2. uersicu. nec obstat. l. j. de his, quæ pœ. not. Sic igitur, ubi tãtum adest fauor ætatis, absque alio fauore, uel absque alia ratione alterius personæ, in quam, &c. Sentio cum Bart. in d. l. si quis in tantam. quòd in fiscũ oĩa perueniant, quia non valet prohibitio, sed vbi adest vel illa persona, in quã, &c. vel alius fauor, tunc secus, quia valet etiã in prẹiudicium fisci. Et licet Doct. vbi suprà, velint quòd etiam legitima prohibita sit, quando fauore ætatis prohibetur, tamen loquuntur, vbi principaliter fit in fauorem prohibiti, addito tamen aliquo alio fauore, & hoc modo declarando, cõsideratio, & fundamentum Bart. in d. l. si quis in tantam. & ĩ d. §. si de vectigalibus col. fi. bene procedit, quia etiam non negatur quando valeret prohibitio in minore solo fauore minoris, quòd bona publicarentur, & delinquendo perderetur talis fauor. Sed dicimus, quòd nisi testator etiam considerasset aliquo modo, saltem secundario fauorem alterius, non valeret talis prohibitio, & ita fuit iudicatũ in magistratu, & habeas, quãdo occurrit talis casus, semper ante oculos, an testator considerauerit fauorem alterius, quia tunc semper erit verum, quòd potius Bar. vbi suprà, vult bona non posse confiscari, quod sine dubio procedit à legitima suprà. Verùm respectu legitimæ aliter videtur dicendum, cum deducatur de ea omne grauamen, nisi sit appositum fauore prohibiti, tamen etiam valet, quañdo principaliter fit fauore filij ꝓhibiti. & ita Pau. de Ca. ĩ cõsi. suprà allegato, sup quo fit oẽ fundamẽtũ legitimę, qđ sequuntur magis cõiter Doc. ut p Ias. ĩ d. §. diui. Pic. & Opiz. ubi suprà & ita fuit iudicatũ ẽc ĩ eadẽmet cã. Aduerte ad id, † qđ dixi ꝓhibitionẽ alienãdi ĩpedire ne res trãseat ĩ fiscũ, qa hoc vr̃ ĩ terminis illi⁹ qõnis, quę quotidie cõtingit, nõ eẽ uerũ. Nã quotidie uidemus, ꝙ bona sunt ꝓhibita aliena ri extra familiã, & sic ꝓhibitio ẽ respectu certi gñis, & hoc casu vr̃ dicẽdũ fiscũ debere succedere, qa legitim⁹ successor nõ ꝓhibeẽ, licet sit extraneus. Ita Bar. ĩ l. pe to. §. fratre. ff. de leg. 2. & ĩ l. si ita qs. §. ea lege. ff. de uerb. obl. ergo nec fisc⁹. Et hoc funda-

fundamētū aliqn sinē alia authoritate fecit me dubitare, & non videbā rationem practicæ, secūdum quam quotidie fiscus repellitur, & semper allegatur consilium Alexā. 23. in j. vol. & tex. & ibi Barto. in l. Imperator. ff. de fideicom. lib. Tamen reuoluendo chartas inueni Imol. ita tenentem in l. si finita §. si de vectigalibus. col. j ff. de dam. infe. in quæstione de emphyteusi priuati, quæ licet non possit transire in potētiorem, & sic in certum genus personarum, tamen transit in fiscum, qui est legitimus successor. Alex verò ibi colum. 19. tenet contrarium, quia est alienatio voluntaria. & Bartol. in d. §. fratre. loquitur de alienatione necessaria per mortem, vt per eum. Verior tamē videtur opinio Imolæ, vt patet in emphyteusi ecclesiæ, quæ est prohibita alienari in potentiorem, vel ecclesiam, & sic modo quo supra, & tamen ingrediendo monasterium, illud succedit, quia iure legitimo. ita Bar. in d. §. ea lege. circa fin. & illa opi. est verior, vt ibi per Iason. reprobata ratione Alex. & ita etiam Alexan. in apostillis ad Bart. in Auth ingressi. C. de sac. san. eccl. ex istis sum perplexus. Tamen in contrarium est cōsilium Alex. allegatum, quod loquitur in prohibitione respectu certi generis personarum, & illud sequuntur magis communiter Doctores. Sed in puncto iuris alia opinio Posset optimè sustineri. Est tamen casus sine dubitatione, quando non tantùm esset prohibitio, ne bona alienentur extra familiam, sed etiā adessent alia verba facientia fideicommissum simpliciter, putà, quia volo bona permanere in familia, vel alia verba fideicōmissum simplex inducētia. Nam tūc non solùm si contraueniatur, habet locū fideicōmissum, sed etiam in casu legitimæ successionis, quia solùm illi de agnatione succedunt. Alex. in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verb. oblig. Dec. consi. 23. Soc. consi. 227. & consi. 247. col. 10. vers. postremò est ampla materia. & omnino vide Soc. in d. §. cohæredes. vbi melius, quàm alibi, in hoc vltimo articulo. Alia

43 etiam via est, † qua deportati & similes fiscum decipiāt. Cum enim acquirere possint post publicationem, secundum Bart. in l. j. col. fi ff. de bo. dam. & suprà latè dixi, & tamē hæredem habere non possint. l. 2. C. de bo. proscrip. Ad hoc vt fiscus bona eorum non habeat post mortem, poterunt ea alienare ante obitum via contractus. Ita Bald. in l. eius quis. §. si cui. ff. de testa. Sed vide ibi Aret. in j. no. dicentem, quòd non haberet effectum, vbi posset coniici fraus, putà, quia tempore cōtractus grauiter ægrotaret, vt ibi per eum. Addo aliam viam, quòd bona donentur amico ante delictum, vel vendantur simulatè, vt in l. post contractum. ff. de donat. & ibi plenè de hac materia. Et scias, ꝙ ante delictum valent contractus, & alienationes, quia etiam post illud valent, loquor de iure communi, & regulariter, qa aliqua sunt delicta, quibus commissis interdicitur administratio, vel ipso iure publicata sunt bona. Hæc conclusio probatur in d. l. post contractum. à fortiori tamen si in fauorem fiunt in futurę pœnæ metu, in effectu non valent, & reuocātur, vt per Bar. ibi col. j. & communiter scrib. Non est tamen sine dubio hæc cōclusio, vt quando ante delictum facta est alienatio, reuocetur si in fraudem, quia iura loquuntur in reo, & fict post delictum, & tunc habet administrationem reus regulariter. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. Tamen si coniiceretur fraus, reuocat, & ita d. l. post contractum. cum similibus. Nos verò loquimur ante delictū, & tunc videtur iniquum, quòd donatio reuocetur, vel alius cōtractus, cùm nemo debeat decipi authoritate publica. l. vnica. C. de his qui veniam ætat. impe. Tamē communis opinio est hæc, vt per Moder. ibidem,

44 scilicet Pic. char. j. col. vltima & seq. Sed aduerte ad aliqua, & primò, † quòd cùm habeamus decretum, vt à die delicti commissi intelligantur ipso iure publicata bona, alienationes posteà factæ reuocantur. Bar. in d. l. post contractum. & annullantur secundum dictum decretum, de quo in specie aliqua dicam infrà, tangendo multa de virtute illorum verborum, ꝙ à die commissi criminis, &c. & spero, ꝙ nō multis abhinc diebus faciam reformari dictum decretum. Secundo aduerte, quòd circa donationes nos Mediolani habemus decretum in specie, vt non valeant, quādo delictum infrà biēnium sequitur, & iecua-

& seruatur. Tertiò aduerte, ꝙ licet istæ alienationes de iure valeant, tamen vbi conijcitur fraus, annullantur in effectu. l. in fraudem. in princip. ff. de iure fisci. & l si aliquis. ff. de dona. causa mort. & Bar. in d. l. post cōtractum. col. j. & ex sex causis ibi explicatis per Bart. conijcitur hęc fraus, de quibus etiā per Dec. consi. 236.
45 col. j. & 2. Prima est coniectura, quando † donauit, vel vendidit omnia bona, quia præsumitur fraus, etiam si ex interuallo sequatur delictum, ita tamen quòd adsit tempore alienationis causa, ex qua delictum posteà secutum fuit. ita notabiliter Bart. col. 2. & opinio Bar. communiter tenetur, vt vbi per Picum, char. 2. col. 2. versicu quar. & char. seq. col. j. vers. quint. debet tamen fiscus restituere pretium emptori, quando reuocat, licet aliud sit i creditore, hæc est cōmunis, vt etiam ibi per Picum, char.. 3. col. 2. versi. 3. Sed tamē potest oriri alia præsumptio in contrarium, vt licet sit omnium bonorum alienatio, tamen non sit facta in fraudem, vt quādo alienans non occultaret pretium, imò illud daret mutuo, & pretium esset honestum. Ita Imol. & Roma. ibi, & Pic. char. 3 col. 3. versi. limita. Item quando fieret pro causa necessaria, vt pro dotandis filiabus vel similibus, vt ibidem in versi. 2.
46 limita. Secunda est coniectura, † quādo donat coniunctæ personæ, & licet Imol. & Romanus eam mordeant, tamen tenetur in practica, nec ipsi audent etiā à Bar. recedere, vt ibi per Picum, qui ita dicit, sequitur Bal. in l. si quis posthac. C. de bonis proscriptorū & Marti. in tractatu de princ. in tit. de fisco, conclusione 244 loquuntur tamen in coniuncta persona, cui imperari poterat, quod tamen non probatur in tex. per eos allegato in l. data. C. de donat. nisi voluerint loqui de tam coniūctis, vt verisimile sit quòd ab eis omnia pro arbitrio obtineantur, ut probat text. in d. l. ibi, inter necessarias coniunctissimasq; p͞sonas. & ibi, cum igitur, nec liberos quidem ac parentes & eundem text. etiam allegat Bart. quem etiam sequitur Vital. in tractatu clausul. char. 61. in titu. de fraude. col. ult. in fi. & seq. & Roman. consi. 488. hæc mater tamen Cuman. cōs. 155. col. 2. non existimat hanc præsumptionem sanguinis per se sufficere, sed illam adducit ad coadiuuandas alias, & verè ita videtur dicendum, vt probatur in l. si gener. ff. de his quibus vt indig. cum. gl. vbi habes, quòd maritus non poterat relinquere vxori, quia non erat capax, sed instituto hærede socero, propter hoc nō inducitur suspicio taciti fideicommissi, & tamen aderat proximitas valde magna & causa. Hanc opinionem etiam sequitur Alex. in d. l. post contractum. post Imol. & Roman. qui contradicendo, & animi sententiam expresse non explicando, satis uidentur tenere contra Bart. Nec Roman. alterius opinionis est in d. cōs. 478. Et ad hęc facit l. si quis posthac. in prin. & in §. si quid etiā. C. de bonis proscript. vbi donatio facta ante delictum vxori, & filio emancipato valet, nisi dicas quòd nō suberat causa, sicut dicit Bart. in d. l. post contractum. in d. l. 2. præsumpt. Et hanc opinionem, vt hæc præsumptio non sufficiat, tenet Dec. in d. consi. 236. col. 2. Articulus non est planus, in quo etiam vide Paul. consi. 65. Angel. consi. 48. col. j. Bart. consi. 294 col. j. Bal. j. vol. consi. 70. col 2. Est tamen magnum verbum Pici, qui dicit, quòd tenetur in practica dictum Bar. Fuit enim Picus vir solemnis, & præceptor meus. Et quales causæ & coniecturæ debeant esse in casu dictę. l. ad hoc vt præsumatur tacitum fideicommissum, & sic applicetur fisco, iuxta l. non intelligitur. §. tacitè. & §. seq. & in princ. & alibi in d. l. habes per Sal. in l. etiam. col. pen. & vlt. C. ad leg. Falcid. & vnum modū ponit Bar. in d. l. si gener. quando posteà restitueret. sequitur. Roman. in d. cōsi. 478. & Bar. in l. j. in prin. ff. de iure fisci. & per Ias. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. qui tex. est pulcher in hac materia, & dicam infrà in titu. de caus. quibus ob indignat. bona acquirunt. fisco. vbi vide.
47 Et † quod dictum est de donatione, dicitur etiam de venditione alicuius rei facta coniunctæ personæ, sed tamen requiritur, vt emptor sit particeps fraudis, quę fraus in dubio præsumitur in coniunctis, & amicis. Ita Barto. in d. l. post contractum. col. 2. & ibi Pic. versi. vlt. dum Bart. vnde uides, quòd hæc coniunctio sanguinis nocet, & operatur, vt actus infringatur,

tur,qui aliâ non infringeretur, Aliquãdo operatur contrarium, ut actus, qui aliàs esset suspectus, ualeat, & tollatur suspicio,& ideo exstant statuta,quòd non ualeant contractus mulierum sine consensu suorum consanguineorum,uel maritorũ, ut per Ias. in l.j.C.unde uir & uxor.& in l.pactum quod dotali. col. ult.C.de coll. & alibi sæpe, & ibi plenè habes de dictis statutis, Sed ratio diuersitatis est, quia in materia nostra tractatur de fauor sanguinis & personę coniunctę, sed in dictis statutis,& materia eorum tractatur de fauore tertiæ personæ,& ita Bal.in d.l.si quis posthac. C.de bo.proscrip.uide tamen limitationem, quam ponit Angel.in d.l.si quis posthac. col.3. quando donatur ex quadam necessitate,ut ex causa dotis,vel pro redemptione personæ,& de alijs effectibus, quos operatur sanguis, uide per Fel.in c.cùm quidam.col.penul.& ult.de
48 iureiur. Tertia coniectura fraudis, Si † post donationem, uel uẽditionem,donator uel uenditor perseuerat in possessione,quia talis donatio siue uenditio, etiã ante delictum facta censetur simulata,nõ dico facta in fraudem,prout in alijs duabus præsumptionibus. Bar. in d.l.post cõtractum.col.2.& 3. Et est magna differẽtia, an sit simulata uenditio, uel facta in fraudem,quia simulata nulla est,sed facta in fraudem ualida, & requiruntur actiones,quæ eam reuocent,uide Bar. ibi. Vltra quam differentiam est alia,quia si alienans absolueretur, posset ipsémet uenire cõtra factum proprium,& allegare simulationem, secus si uellet dicere de fraude. Bar.ibidem col.3.uer.sed an uẽditor, & solus fiscus,uel alius,in cuius fraudem facta est alienatio,illam potest reuocare. Bar.ibidem, cum quo cæteri transeunt. Ad quorum declarationem uide Angel. Aret.Instit.de excep. in princ.in 7. char. col.2.fol.283.Alex consi.57.col.2.uer.2. præsuppono.uol.v. Alex.in l.transactione.col.2.ubi Ias.C.de transact.& in 3.uolumi.cons.3.col.j.& 2.Aret.consi.65.col. fi.ubi distinguit, & dicit non uideri dictũ Bartol.iuridicum. Tamen idem Aret.tenet cum Barto. consi.77.col.3.in princi. Cræpol. in tract. de simulatis contractib. col.3.in fi. & col.v. per Benedict.consil. 144.colum.2.Corn.j.uolu.cons.135.col. 4 circa fin. per Ias.post Bartol.in l.iusiurandũ, quod ex conuentione. col.pen.ff. de iureiur.& ut terminos intelligas,uide Bar.in consi. Petrus Nicolæ.65. & Deci. in l. imaginaria.ff. de reg.iur. Et quia in hac materia sæpe contigit disputari apud
49 procuratores fisci, petentib.† mulierib. dotes in bonis uirorum suorum publicatis, An sint simulatæ continentes in effectu donationem,& factę in fraudem legis prohibentis donationem inter uirum & vxorem,ex quo non apparet de vera numeratione, sed sola confessione, nisi adsit insinuatio vel iuramentum, Ideo vide in hoc Socin.in l.I.ff.sol. matr. Campeg. in tract.de dote.q.72. Bal. Nouel.in x.parte,vers constante matrimonio,per Ias.in §.fuerat. Instit.de act & Fel.in ca.si cautio. de fide instru.& quicquid sit de iure in ciuitate Mediolani seruatur,quòd valent tales dotes, de quarum confessione solùm apparet, Contingit etiam & multò magis disputari,quid in augmentis dotium. Ideo vide Bald.Nouel.in d. tracta. char 76.ver.octauum priuilegium. Campeg.vbi suprà q.6.51.64.& q.75.Dec.cõsil.96.& per Soc.consi.65.uer,10.probatur. Et conclusio videtur, quòd requiritur vera traditio, & adhuc non præiudicat futuris creditoribus,si adsit præsumptio fraudis. In ciuitate tamen Mediolani idem seruatur quod dixit de dote per confessionem solam apparente,licet augmenta hæc sint magis suspecta,iuxta no. per Aret.consi.86.maximè col.3.& de iure loquendo in ipsa dote, nõ numerata, sed confessa. Magis communis videtur illa,ut non valet talis dos,tanquam sit donatio,nisi adsit insinuatio vel iuramentũ. Et intelligitur hæc coniectura tertia,quãdo vendiror remansit in possessione, ubi tempore venditionis militasset causa inimicitiarum, sicut dicit Bart.in alijs præsumptionibus. & ita clarè Bar.in versicu. quartus casus.ibi, & semper intellige. Nã dictio, semper, significat idem quod omni casu. Alberic.in dictionario suo in uerbo,semper, & Roman.cõsi.407.& ita uoluit Barto.loqui circa omnes pręsumptiones, quicquid dixerit, dubitatiuè tamen Picus in d.l. in ver.4. limita.vbi ait, quòd

ꝙ nemo alius aduertit ad hãc difficultatẽ. Sed cum bona venia, nemo dubitat, quomodo enim vis vt ex sola retentione possessionis præsumatur simulatio, etiam secuta ex interuallo confiscatione, si tunc non militabat aliqua causa, ex qua debuerit timere confiscationem? Cùm etiam de iure emptori sit succursum ad consequendam possessionem contra venditorem infrà triginta annos, vt per Aret. Institu. de except. in princ. in 7. char. colum. 2. & ita Alex. in d. consi. 57. & Aret. in consi. 65. col. 4. & consi. 160. in 3. dubio. & ita tenetur in practica, Bar. tamen in d. l. post cõtractum. limitat prædictam conclusionẽ, Quando uenditor retinuit sibi usumfructum, quia præsumitur retinuisse possessionem. Nec possumus dicere, quòd emptor iactet suum, ex quo tantũ emit proprietatem, ut per Bar. ibi, & Pic. quem omnino vide, quia declarat hoc procedere, quando tãtùm interuenit pretiũ proprietatis, secus si vtriusque, quia tũc emptor iactaret suum, vt per eum, & Bar. sequitur Corn. consi. 135. col. 4. ad fi. uol. j. Item limitat idem Bart. quando apparet alia coniectura in contrarium, quare non tradita fuisset possessio, vt quia incontinẽti emptor fuisset mortuus, vel se absentẽ fecisset relicto hęrede minore. Et etiã dicit Bar. quòd constitutum & ficta traditio non tollit præsumptionem fraudis, vt per eum. Circa quæ omnia vide, si vis plenè instrui, Barb. cons. 53. in 12. col. ĩ 2. vol. & consi. 28. in 7. col. in j. vol. Panor. in cõsil. 50 in fi. vbi limitat dicta Bar. Ang. consil. 160. circa med. Cœpol. in d. tract. simulatio. Bar. ĩ l. Celsus. in pen. col. ff. de vsucap. Alex. consi 212. in princ. in 2. volum.

50 Ro consi. 304 Imol. con. 55. Et † de ꝓbanda simulatione contractus vide in l. pacta nouissima. C. de pa. Rom. cõsi. 246. clarissime assessor. in j. col. vbi omnino vide Aret. consi 160. longa est consultatio. col. 6. in fi. Paul. consi. 331. præsupposi tis his, de quibus suprà Bal. consi. 438. an possessio longo tempore. vol. v. vbi bene loquitur. Soc. consi. 264. visis instrumento donationis. col. 2. vbi vide de intellectu §. superuacuum. vide Milium in reperto. in verbo, simulatio vbi limitat d. §. & ibi uide omnino Rom. consi. v. viso puncto.

circa fi. Alex. cons. 28. vol. v. in causa & lite. col. 4. vers. modò. & ibi vide, quia vult, vt si allegetur fictio in fraudem facta, nõ sufficiat constitutum, secus si allegetur simulatio. & omnino vide Paul. de Cast. 2. vol. consi. 21. ad primum. & in his vltimis duobus locis ponitur etiam, quando statutum vult, ut si uenditor steterit in possessione certo tempore post uenditionẽ, præsumatur venditio simulata, an habeat locum in venditione conditionali, vel in diem, vide etiam Anch. consi. 258. & Bal. consi. 70 in j. & ibi habes quanto tempore necessarium sit emptorẽ debere pati, &c. quòd quando est præsumptio fraudis ꝙ, constitutum non operetur, vide Bar. in l. nemo potest. de legat. j. col. 3. Alexã. in l. emptor contra. de aqua plu. arc. Rom. ĩ d. consi. 246. Soc. consi. 65. col. 7. in fi Bal. in l. emptione. circa fi. C. plus val. quod agitur. vbi etiam Sal. col. fi. Cuman. cons. 155. col. 2. Fulgo. consi. 42. post med. Et vide etiam in hac materia Benedic. i cõs. 144. col. 2. Quarta est coniectura, quan-

51 do † donatio fit clàm, si tamen adsit causa, & idem in venditione, si tamẽ emptor fuerit fraudis particeps. Barto. in d. l. post contractum. Addo esse videndum Rom. cõs. 54. ĩ 2. col. Barb. cõs. 47. ĩ 15. col. ĩ j. & cõs. 45. ĩ 8. col. ĩ j. vol. Quĩta est cõiectura, si incõtinẽti sequatur delictũ, existente tñ causa, quę p̃sumiẽ, ut per Bar. & Pic. vbi suprà. Sed si clarè cõstaret de inopinata causa superueniente post actũ, aliud esset, vt per Bar. ibidem ad quod vide Pic. q multa allegat in hac materia, ut quando actus incontinenti sequitur, præsumitur factus contemplatione præcedentis immediatè inimicitię, uel paulò antecedentis. Actus enim, qui sequitur, non multò post declarat præcedentem. l. si ventri. §. fi. ff. de priui cred. l. sed Iulianus. §. sed si filius. ff. ad Maced. & c. officij. de elect. & Bar. in hac præsumptione sequitur Ang. cõs. 48. quidã Franciscus. circa quã vide Doctores in d. l. si post hac. maximè Sali. Ias. in §. item si quis in fraudem. col. 7. & sequent. Instit. de actio. & per Cœpol in tract. simulatio. in 26. præsumpt. colũ. 2. Communis est cum Bart. Sexta est pręsumptio, quãdo donat quis sub conditione, si contingat bona sua confiscari, circa quam

quam vide quæ suprà dixi in ver. & scias quòd prædictam cautelam pro fisco. & licet Salic. reprobet alias præsumptiones, Bart. tamen tenet istam. Sed credo, quòd magis Bart. innitatur fundamento præsumptionis fraudis, vt dixi supra in d. ver sicu. & probant iura Bar. quam regulæ, quod res conferatur in tempus illicitum, iuxta l. quod spõsæ. C. de dona. ante nupt. quicquid dicant Bal. & Sal. in d. l. si quis posthac. quia dicta reg. habet multos nodos, vt per Fel. in ca. cum dilectus. de accus. & Ias. in rubr. C. qui testa. fac. non pos. Tamen vide Tex. fortem, qui probat contrarium, dum dicit donationem incausa deportationis valere in l. sed si mors. in pri. in vers. & aliàs placet. ff. de do. inter vir. & vxor. cogita, & vide Bal. ibi omnino. Et circa hanc præsumptionem non incóueniens esset loqui de decreto nostro, quòd pater non possit exhæredare filiũ, vbi committat delictum, de quo dixi suprà in d. vers. Sunt & aliæ quinque præsumptiones, ex quibus præsumitur fraus, vt per Pic. ibi, ver. vt igitur. colũ. 2. & sic sunt vndecim, & de dictis præsumptionibus Bar. vide Dec. consi. 525. & melius per eũdem Dec. vt superius dixi, in cons. 236. col. j. & 2. vbi omnino vide. Et prædicta procedunt in contractibus inter viuos,
92 sed † in donationibus causa mortis, vel inter virum & vxorem, quæ sapit eandẽ naturam, si sunt factæ concurrentibus suspicionibus, de quibus suprà, idem dicendum est, sed illis cessantibus, adhuc reuocantur, & non reuocantur, secuto banno, sicut infrà dicã, In his enim donationibus. huius naturæ leges rem aliter considerarunt, Nam donatio inter virum & vxorem secuta deportatione siue banno non reuocatur, imò potius confirmatur. l. res quæ. C. de do. int. vi. & vxo. qui text. loquitur in simplici donatione. Idem est in donatione inter virum & vxorem causa mortis. Casus est in l. sed etsi mors in princ. ff. de don. per Ias. in l. si stipulatus fuerim. §. cũ stipulamur. col. 4. ff. de verb. obli. Atque ita tu, qui uis impedire confiscationem bonorum tuorũ, dones vxori tuę, quia secuto banno, & bonorum cõfiscatione, non transit ius reuocandi in fiscum, imò donatio confirmatur, ut uides, Sic in bonis concessis filio in potestate quæ possunt ad libitum reuocari, quia non publicatur illa potentia, atque ita cõfiscatis bonis patris, de eis nihil transit in fiscum, sic in donatione facta filio in potestate, vt habetur in l. si filius. C. de bo. proscript. Limitatur tamen hæc conclusio, quando post mortem defuncti memoria damnaretur, quia tunc reuocatur. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de do. inter vir. & vxor. Bar. in d. l. post contractum. col. 4. & in d. l. res quæ. Rom. in d. l. post contractum. ver. septimò adde. & Salic. in l. si quis post hac. col. 3. C. de bo. proscript. & suprà dixi. Et ideo infertur ad augmenta dotium, quòd si sunt donationes, iuxta not. in l. si diuortio. ff. de verbo. obliga. & viri possunt condemnari, ac post mortem condemnantur, nihil valeat, & licet Bar. & Docto. dicant vbi possit condemnari, tamen tex. in d. §. si maritus. loquitur vbi moritur maritus, & condemnatur. cogita. Interim igitur vxor staret in possessione. Secundò limitatur hæc conclusio, vt dixi, quando adest aliqua suspicio fraudis, quia sicut aliæ reuocantur, ita istæ, vt per Bar. in d. l. post contractum. col. 4 ver sicu. prædicta. & licet Bart. loquatur, vbi iam præcessit delictum, tamen est idem in utroque casu. Est verum, quòd maior ratio militat, quando post delictum fit donatio vxori, quia propter coniunctioné præsumitur fraus, & non solùm militabat causa, ex qua sequitur delictum. s. inimicitiæ, imò iam erat secutum delictum. Tamen, vt dixi, idem est, si antè fiat concurrente causa, & vna ex præsumptionibur, de quibus vidistis suprà, & sic passim reuocatur donatio post crimen facta uxori vel filio in potestate, ubi aliàs fuisset valida. Imol. in d. l. post contractum. & gl. in d. l. si quis post hac. quę videtur velle contrarium, loquitur in donatione valida. s. facta propter nuptias, vel existente confirmatione principis, vt per Pic in d. l. post contractum. uer. vt igitur. col 15. in princip. In donatione uerò causa mortis talis donatio secuto banno nunquam ualebit, siue fiat ante crimen, siue post, siue bona fide, siue nõ. l. si aliquis ff de do. cau. mor. Bar. i d. l post cõtractũ. colum. 4. uer. & prædicta. & Sali. i d. l. si quis posthac.

hac.& vide circa d.l. res quæ.C.de dona. inter vir.& vxor.& l.sed etsi mors. & l.cũ hic status.§.si maritus.quæ latè suprà dixi in articu. An mors ciuilis æquiparetur naturali,in versi.est etiã alia.Prosequẽdo materiã eorũ,quæ veniunt, vel nõ veniũt
53 in bonorum confiscatione, quæro † an bonis vasalli publicati bona feudalia cõprehendantur in publicatione bonorum? In quo sciẽdum est, ꝙ sunt multæ causę, ex quibus vasallus priuatur feudo,vt in c. j.quę fuit pri.cau.benef.amit. vsque ad fi. & qñ iniuria tangit dominum,applicatur domino,aliter transit in agnatos.§. denique.in eo ca.non loquor qñ dominus habet iurisdictionem in vasallũ, sed quando est priuandus ex causis, quibus feudo priuatur. hanc materiã explicat Cur. in tracta.feud.in 5.parte princ. in j.2. & 3.q.& alijs vsque ad fi. Sed si dominus,cui vatallus subiectus esset contra eũ ferret sentẽtiã capitalẽ vna cum confiscatione bonorũ,ratione homicidij, vel alterius delicti, An hoc casu feudum publicetur,vel trãsferatur in agnatos.Cõclusio est, ꝙ priuatur feudo,& illud vadit ad agnatos, nõ autem applicatur fisco,vt per Bart. & Alex. in l.si finita.§. si de vectigalib.ff.de damn. infe.char.3.col.vlt. & pluribus sequẽtib. Quæ dicta prosequitur Iacobin. in tract. feud. in gl. dictiq; vasalli promiserunt nõ committere feloniam.col.pen. & vlt. vnde si fiscus talia bona appræhẽdit, dicitur de facto occupare.Paul.de Cast.cõsi.154. col.2.circa præsentem casum,& ita cõmoditas etiã non transit in fiscum, donec viuit vasallus, quemadmodum multi voluerunt,nisi tñ in extraneum hæredem feudum transire posset. Alex.in d.§.si de vectigalib.in versi. item adde hic. vbi refert Roma.& Imo.ita tenere, vt ibi latius per eum. Quæ dicta Alex.sequitur Cur.Iun. in consi 4.col 7.& 8. sentiens tñ ꝙ feudũ perpetuò transeat in fiscum, qñ est transitorium in extraneum hæredẽ. Et conclusio principalis, quòd feudum non veniat in confiscatione bonorum, etiam quo ad commoditatem,fuit Bart.in d §.si de vectigalibus.& respondet ad l.status.§. Cornelio.ff de iure fisci, cui innitebantur tenentes cõtrarium,& bene facit,quòd fructus feudi pertinent ad eum,ad quẽ pertinẽt prædia. Bal.in c.an agnatus vel filius. in fi.col.& in l.j.in 40.q.ff de rer. diuisio. & opinionem Bar. tenet Aluar.in d.§.denique. conclusione 35.& conclus 12. Alexan.consi.23.col.3.vol.j.Dec. consi.252. col.pen & est cõmunis,vt attestatur Alexan.in d.§.si de vectigalib.col.12.versi.itẽ addit hic.quam sequitur Dec.in d. consil. col.pen & hoc etiam attestatur Roma in d.§.si de vectigalib. quod dicit multũ esse tenendum menti. Aug.de Arim. in glo.in verbo,& eius bona publicamus.in 3.charta,in versi fin.& ita etiam attestatur Iacobin de S.Georgio in d.gl.col.pen.& cõsilium Alex.23.allegatum, est errore duplicatum in consi 88.idem tenet Alex.cõsil. 103.videtur prima consideratione. col.fi. volu.j.& consil.89.vtrũ emphyteusis.col. j.versic.idem videmus in feudo.volu.4 & sunt infiniti Doctores idem tenentes, sed non expedit eos referre, quia hæc est opinio communis, vti dixi, & ita seruatur in magistratu, commoditas igitur etiam nõ transit in fiscum. Contrarium tamẽ tenet Afflict.in d.§.denique.col.2.&.in c.j.col. 3. si vasal. feu.pri. Alber. de Rosate in 3. parte statutorum,quæst.16.item quęro si vasallus. Bal.in c.j.in §.fin.in fin.per quos fiat inuest. Bal.in l.j.in 5.col.versi.4.quæritur.ff. de rer.diuis. Sed communis est in contrarium in d.§.si de vectigalib. & ser-
54 uatur. Fallit, † quando feudum est transitoriũ in extraneos hæredes,ex his, quæ dixi, & de hoc potest exemplum poni in feudo emptitio, iuxta tradita per Zas. in prælu.feu.col.4.vel in feudo cũ clausula, Et quibus dederit. iuxta c.j.de feudo non hab.prop.nat.feu.quę feuda transeunt in extraneos hęredes,vt in d.c.j.& per Deci.in cõsi.171.& Ias.vbi suprà. Et ad hoc vt tali casu feudum videatur transitoriũ in fiscum, adduco regulam l.j.C.de bon. lib.cum ibi not. per Doctores, maximè p Bal. quę est,quòd trãsitoria in extraneos hæredes, sunt transitoria in fiscum.Tamẽ aduertendum est ad duo, Primò ad dicta Alex.de quibus in d.§.si de vectigalibus, dum post Imol.& Rom.dicit hoc procedere,donec durat vita delinquentis,& nõ vltrà, & Alex. sequitur Iacobin. vbi suprà, qui bene intellexit iura feudalia, & Dec.in eo consi.252. Secundò est aduer-

Fp tendum,

tendum, an tale feudum transitorium ad extraneos hęredes haberet aliquam clausulam redigētem illud ad naturam suam, prout si posteà additum esset, ita tñ quòd haberetur licentia à principe, vt cōsuluit Dec. in d. cōsi. 171. col. 2. versi. 4. & Alex. consi. 228. in 5. vbi dicitur, quòd illa licentia requisita immutat naturam rei, & illā redigit ad suum primum statum, ad hoc vt non transeat nisi in eos, in quos ex sui natura transire debet. Et hunc casum nūc in facto habeo, quia feudum est emptitiū, & habet clausulas amplissimas, ex quibus potius dicitur Allodium, tamē adest clausula licentiæ petendæ, ex qua videtur, ꝙ vllo modo non transeat in fiscum, nisi diceres, quòd posita fuit fauore principis, & ineptum esset dicere, quòd quo ad eū principem deberet requiri licentia maximè quia in generali sermone non venit persona loquentis. l. inquisitio. C. de sol. cum simil. Ad confirmationem adduco, quòd illa clausula, Et quibus dederit, etiā sine clausulis alterantibus non facit quin sit verum feudum ante alienationem d. c. j. saltem in amittendo, vt ibi, & per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. ff. de verb. obliga. & ideo iste dicebatur habere verum feudum, nisi dicas, quòd alienando & delinquēdo facit id quod potest facere, & sic desinit esse feudum. d. c. j. & ista alienatio legalis etiam venit sub hac clausula, vt per præfatum Cur. in d. consi 4. col. 2. 3. & seq. & ideo placet opinio, vt trāseat in fiscum in casu præmisso. Et ad consil. Dec. 171. Alexan. 128. volu. 5. respondeo, quòd aliud est, vt dicatur affirmatiuè, ꝙ possit alienari impetrata licentia, aliud, ꝙ non possit alienari, nisi cum licentia, quia primo casu nihil noui dicitur in fauorem agnatorum, sed solum in fauorem principis, & tenetur dare licētiam, vt latè Affli. in ca. j. §. si feudum eadem lege. si de feu. fuer. contr. vbi vide. Item in casu nostro tractatur de alienatione in eum principē, quod non est in illis cōsilijs. Item hoc dicēdum est, per l. fi. C. de iure emphyt. vbi requiritur licentia, & tamen transit in fiscum. Bar. & Doctores in d. §. si de vectigalibus. Sed quia Alex. in d. §. tenet, vt dixi, quòd transeat ita vt reuocari possit, donec durat vita delinquentis, hoc videtur contra tex. in d. ca. j. de feu. non hab. ver. nat. feu. vbi facta alienatione res non est amplius feudalis. Sed dic. quòd fundamētum Alex. est super decisione Bal. in d. §. feudum ea lege, dum vult quòd illa clausula, Et quibus dederit. non operetur delinquendo, de quo vide ibi latè Affli. qua decisione stante saltem commoditates delinquentis confiscantur, & nisi Alex. cum hac ratione loquatur, malè loquitur. & Bald. in eo § non intellexit Cur. in d. consil. 4. vbi latè illum reprobat. Fallit etiam, qñ offensa fit in personam domini, iuxta l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Sali. in l. 2. C. de lib. & eor. liber. & Dec. latè consi. 606. col. pen. qui tamen limitat casu quo
55 repugnaret inuestitura. Et adde, † ꝙ si delictum non est contra personam domini, applicatur agnatis, secundum verā naturam feudi, vt per Cur. vbi suprà in d. tractā. in 5. parte, in versic. tertia principalis conclusio. exclusis filiis, iuxta latè dicta ꝑ eundem Cur. ibidem in versi. sextus principalis articulus. vbi etiā in hoc fit distinctio, quando filij sint exclusi, & hoc si feudum sit antiquum: si verò est nouum, tūc sit contra personam domini, siue non, priuantur agnati & descendentes, & applicatur domino, vt ibidem in versic. secunda sit principalis conclusio. Sed si delictū est contra personam domini, tunc siue sit nouum, siue antiquum applicatur domino, vt ibidem in prima col. illius quintæ partis, de quibus dictis Cur. & eorum veritate aliqua dicam paulò infrà. Aduerte tamen, ꝙ si in contumaciam vigore statutorum, vt contumaces habeantur pro confessis & conuictis, feudatarius damnaretur nō noceret hoc filijs vel agnatis, cùm
56 † probatio facta propter contumaciam non egrediatur personam cōtumacis, vulgata l. eius qui delatorē. ff. de iure fis. vbi Bart. & Bar. in l. cùm filius. in princ. ff. de verb. oblig. vbi omnino vide: nā dicit inter cætera, ꝙ sententia, quæ respicit fisci vtilitatem, facit præiudicium etiā illi, cōtra quē in consequentiam res ipsa tenderet, etiam quòd non fuerit citatus, per l. j. C. vbi cau. fis. & per Alex. in consi. 30. col. vlti. in 6. vol. vbi loquitur de materia feudali, tamen non facit præiudicium, vbi lata sit in contumaciam, vt ibi per Bart. & commu-

communiter alij sequuntur. Aduerte ét, quia Alex. in d. §. si de vectigalibus. loquitur in bannito, & tñ nō solùm dicit, quòd vasallus delinquens punitur, sed ét agnati, vbi in dominum fit iniuria, vel quando feudum est nouum, & sic contra prædicta. Sed respondeo altero de duobus modis, vel quòd inaduertenter loquitur, vel (quod verius puto) loquitur in bannito ob delictum, quia potest quis banniri propter delictum, licet vt plurimū banna fiāt in contumaciam, hoc patet ex dictis Bal. in l. j. C. de hæ. Institt. & dixi suprà in titu. de bannit. Aduerte ét quòd prædicta cōclusio, vt non fiat præiudicium agnatis; quando delinquens in contumacia condemnatur, procedit ét, vbi in illo processu essent examinati testes, qui deponerēt de ipso delicto, nam adhuc in cōtumaciā diceretur condēnatus, quia nō citata parte sunt examinati. qui effectus etsi tollaī, quia citata parte repetanī, tñ est idē, quia nō lite cōtestata sunt examinati. Ita not. & egregiè Soc. in d. l cùm filius. i fi. de verbo. oblig. Et ꝙ in criminalibus requiratur litis cōtestatio, dicit Bar. in l. is, q reus. ff. de pu. iud.
57 Dixi, † ꝙ si fit offensio in dominum, applicatur domino, alijs remotis, sed quomodo intelligemus, quòd in dominum fit facta offensio? quia omni casu, quo sequi potest priuatio, dicitur offendi dominus, patet in titu. quæ fuit pri. cau. ben. amit. & quib. mod feud. amit. Sed dic offensionem fieri in dominum, iuxta d. §. denique. qñ principaliter offenditur ipse dominus, secundum Bal. ibi, & secundum Aluar. ibidem, peccaretur in dominum, si vasallus eū verberaret, vel, vt eius verbis vtar, cucurbitaret, iuxta §. porrò. in d. tit. quæ fuit pri. cau. ben. amit. & tex. in d. tit. qui. mod. feud. amit. §. j. & paulò infrà Aluar. in versi. nota regulam. dicit, nota ex isto casu, quòd quando principaliter offenditur dominus, &c. & sic prout Bal. & hæc est veritas, per tex. in d. §. denique. qui dicit, quòd etiam si occidatur frater, non dicitur in dominum, &c. & breuiter in hoc articulo vide latè Alex. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. char. 3. col. vlt ff. de dam. infe. & ibi vult, quòd si frater occiditur principaliter in iniuriam domini, dicitur in dominum. & ex ratione Bart. ibi per Alex. allegata, dum citat l. j. §. fin. cum l seq. ff. de iniur. habes, quòd idē est, si fiat offensio famulo in iniuriam principaliter domini, iuncto eo, quod dicit Bar. in d. § fi. in l. j. ff. de iniur. vbi quærit de iniuria facta famulo principaliter in iniuriā domini. Aduerte tamen, quia sunt casus, in quibus iniuria non videtur in dominū facta principaliter, & tamen priuātur descendentes & agnati, & in dñm dicitur fieri, vt qñ rem haberet quis cum vxore domini, secundum Aluar. vbi suprà, & Bald. in c. j. si vas. feu. pri. Nā talis facit principaliter, vt satisfaciat libidini suæ. l. verū. ff. de fur. & nō in iniuriā dñi, & qñ non peteret inuestituram infra annum, & qñ in prælio dominum solum dimisisset. & non vellet comitari Imperatorem ad suscipiē dum coronam, secundum Bald in d. ca. j. si vasal. feud. priu. col. 2. Alex. consil. 30. vol. j. col. 6. versic. nec obstat quod notat Bal. & ideo dicendum est in hac materia, ꝙ tunc omnino ad dominū reuertitur exclusis omnibus aliis, qñ in personā fit offensio, vt in d. §. denique. & in aliis casibus, de quibus suprà, ob magnitudinē delicti, quomodocunque fiat, vel in personā, vel aliter. Et sic exempla proximè adducta non dicemus compræhendi sub text. in d §. denique. sed sub legibus, quæ illa probant, & vt valde enormia annectunt, nec propter hoc cadit regu. tex. in d. § denique. quin omni casu, quo in dominū fit iniuria, habeat locū dispositio d. §. Secus est, qñ fit alienatio sine consensu domini, iuxta d. §. denique. in fi. quia intelligitur deficientibus agnatis, secundū Doct. ibi, & Alex. vbi suprà. Est alius casus, in quo sine dubio quilibet vasallus priuatur, qñ nō seruatur conditio apposita in inuestitura, patet, quia qñ in personā fit offensio, ideo oēs priuantur, quia videtur datū feudū sub illa cōditione, vt declarat Cur. in d. j. parte. col. 2. & ideo Bart. in l. cū, qui. ff. de interd. & rele. æquiparat vel ꝙ in dñm peccet, vel contra conuēta Ad prędicta aduerte, dum dixi. ꝙ in dñm facta dicitur offensio, iuxta d. § denique. si in famulum fiat in iniuriā domini, quia verū est, quòd in dñm fit. Et ita loquuntur prędicta, veruntamen non dicitur esse ex causis, de quibus in eo § q loquitur de culpis

proprijs, per quas priuatur quis feudo, de quibus in illo titu. maximè in d.§. porrò. sed hæc in famulum non est expressa, nec est similis, vt apparet in 38. causa, p Cur. in 4. parte tract. vbi solum est homicidiũ in fratrem vasalli. Videor suprà dicere,
58 quòd † etiam in crimine læsæ maiest. delictum debet esse factum in dominum per vasallũ, ad hoc vt applicetur fisco, sed tñ videtur, quòd passim in omni crimine læsæ maie. domino applicetur exclusis agnatis, & hoc primò videtur decisum per Socin. consi. 266. char. 5. col. j. versic. postremò non omitto. post quendam præclarũ Doctorem, vt per eum. Et ad hoc satis militat ratio, quare vbi fit offensio in dominum, feudum reuertitur ad eum, quæ est, qm̃ videtur tacitè inesse conditio in inuestitura vsque à principio, quòd si hoc cõtingat, cesset in omnib. talis inuestitura, vt per Curt. in d. 5. parte, col. 2. Nam etiã videtur inesse conditio, quòd erit fidelis dominio, & non rebellis, qñ enim non est subditus, tunc coloratè fit differentia inter offensionem in dominũ, & aliter: Sed qñ est subditus, non videtur minus offendere dominium, quàm si non sit subditus, & committat in personã, & maximè quia crimen rebellionis non sequitur, nisi quãdo fit in iniuriam domini, sicut dixi suprà latè in titu. de crimine læsæ maiest. & sic videtur in dominũ offensio, quemadmodum loquitur d.§. denique. Nam non requiritur, vt delictum sit in personam domini, sed in dominum. In contrarium tamen vide Sali in d. l. 2. C. de lib. & eor. lib. vbi in crimine læsæ maiest. distinguit, an in personam, vel dominium cõmittatur. Tamen vide Affl ct. in titu. quæ sint regalia. in verbo, & bona committentium crimen læsæ maiesta. vbi in prima col. tenet absolutè, quòd pro crimine rebellionis priuantur filij & etiam agnati saltẽ in vita delinquentis, non facta distinctione, an in personam vel dominiũ. tu tamen tene cum Salic. Et ad dicta proximè in contrarium responde, vt paulò suprà dixi de famulo. Et ad hanc opin. etiam faciunt ea, quæ dicit Dec. in d. cõsil. 606. colum. pen. Adde etiam ad ea, quæ dixi suprà nu 55. quòd feudum in filios transit, etiã quòd esset nouum, quicquid dicat Curt. vbi suprà, & hoc tenet Bar. in l. eum, qui. ff. de interd. & releg. & Alex. consi. 19. col. 4. volu. 5. vbi dicit, quòd hæc est cõmunis opinio, & Iacobin. in glo. dictiq; vasalli promiserunt nõ committere feloniam. char. fin. col. j. Sic etiam dum Curt. dicit, quòd in antiquo, quando non est offensa in dominum transit ad agnatos, sentiens quòd sint exclusi filij, intelligitur nisi sit pro se & filijs. Alex. in d.§. si de vectigalibus. col. 12. versic. adde etiam secundum Imol. Si igitur vis exclusos etiam filios esse, requiritur vt sit offensio in dominum vel contra conuentionem inuestituræ. Et aduerte ad prædicta, quia in feudo nouo etiam contrahendo vel testando pater non præiudicat filijs, quãdo pro se & filijs est feudum concessum. Et quia Cur. non loquitur expresse, quando feudum est pro se & filijs, intelligi potest secundum hanc distinctionem, quia dum posteà tractat, an delictum patris noceat filiis, Sequitur Aret. & Doct. in l. apud Iulianũ. §. si quis alicui. ff. de leg. j. Videtur tamen prædicta conclusio, vt pater delinquendo non præiudicet filiis, intelligenda nisi feudum esset pretio habitum, vt per Aret. in d.§. si quis alicui. ad fi. & hoc est secundum mẽtem Cur. in d. tract. quia in delictis sequitur dicta ibi. Sed nõ est verum, quia quæstio ibi est, quando vult pater præiudicare etiã in præiudiciũ filiorum, non autem qñ simpliciter renuntiat, quia intelligitur quo ad ipsum, nõ quo ad filios. & ita etiã explicitè Aret. in d.§. in fi. sed delinquendo simpliciter alienat. l. Imperator. ff. de fid. lib. & non quo ad præiudicium filio-
59 rum. Quæro † an donationes principis, quę ex ordinibus huius dominij Mediolanensis non possunt trãsire in extraneas personas, compræhẽdantur in bonorum publicatione? Dic non compræhẽdi, per d. reg. l. j. C. de bo. lib. cũ ibi not. p Doct. maximè per Bal. quæ est, vt si res non sit transitoria ad extraneos hæredes, etiã nõ transeat in fiscũ. Et ita referente summi iudicij viro magnifico D. Francisco Taberna tunc fiscali, & nunc supremo cancellario in hoc dominio ordinauit magistratus super publicatione domini Hectoris Vicecomitis. Et aduertẽdũ est, quòd dicti ordines prohibentes alienationes, donationum

tionum principis in extraneas personas, non dicunt, vt secuta alienatione reuertatur ad fiscum, sed solũ apponunt pœnam nullitatis: ergo sequitur prædicta conclusio, quia delinquendo vasallus dicitur alienare. l. Imperator. vbi Bart. not. ff. de fide. lib. non ita ordinauit Imperator quo ad emphyteutam, & vasallũ: quia disponit, propter alienationẽ emphyteusis & feudum reuertatur ad dominũ. l. fi. C. de iure emphy. c. j. in j. & 2. col. de proh. feu. alie. p Lot. & in c. imperialẽ. de prohi. alie. feu. per Fed. & nõ sunt multi dies, ꝙ vidi propter tales alienationes non imponi aliam pœnam, q̃ nullitatis contractus, & ita obseruatur. Et ad hoc, ꝙ vbi solùm imponitur pœna nullitatis, fiscus nihil prætendere possit, secus si dicatur, ꝙ reuertatur ad dominũ. vide Aluar. in ca. j. §. si quis fecerit. col. 3. versi. quæro ab. extrà, quo temp. mil.
60 Quæro an † emphyteusis ecclesiastica transeat in fiscũ, vide tex. in §. si verò cõtigerit. in Auth. de alie. & emp. qui dicit trãsire, sed posse reuocari infra biennium: attamen qñ potest transire in extraneos, arbitror ꝙ etiã transeat in fiscũ, nec amplius reuocari possit: qñ autẽ transeat in extraneos hęredes, vide Alex. in l. etiã ff. sol. mat. Dec. in c. in præsentia. de prob. & in consi. 171. col. j. & 2. & qñ adest omnis solẽnitas, quæ requiritur in alienatione, tunc transit secundũ verã opin. vt per Alex. & Dec. vbi suprà. Si tñ appareat, ꝙ hæc fuerit intentio contrahentiũ, prout est, qñ posteà adest clausula, & quib. dederit. Dec. in d. consi. & Cur. Iu. in cõsi. 4. & ꝙ hoc casu trãseat in fiscũ, ita vt reuocari non possit, tenet Curt. in d. consil. col. 2. iuncta. col. 7. in fi. & seq. Nec Bart. in l. si finita. §. si de vectig. vult contrariũ, dũ distinguit inter emphyteusim priuati & ecclesiæ: quia sentit reg. esse, vt emphyteusis ecclesiastica non possit transire in extraneum: nec est dicendum, ꝙ alia fuerit mens Bart. cum vbique ipse teneat, quòd nec possit agi expressè vt possit transire, vt refert Alex. in d. l. etiã. & ita respõdeo ad alios Doct. sequentes Bart. in d. §. si de vectigalibus. nec Alex. ibi in d. §. vult aliter in hoc art. dũ allegat Doct. in l. insulã. ff. solu. mat. sic distinguentes, quã distinctionem aliter non impugnat, licet ingrediatur aliã difficultatẽ, an d. §. si verò contigerit. loquaẽ in qualibet ecclesia, dicens cõmuniter teneri, quòd in qualibet procedat, & ita etiã quòd transeat in fiscum, ita vt reuocari non possit, qñ interuenit solẽnitas rei ecclesiasticę, tenet latè Soc. consi. 266. col. 10. vbi vide. & etiam Barb. consi. 63. col. 4. vol. j. dum vult dici nõ debere, vt perpetuò transeat in extraneos, quia hoc modo amplius nõ rediret in ecclesiam, & similiter si transiret in fiscum, vult ergo clarè, quòd si qñ transiret, ita transiret, vt reuocari nõ posset. & ita Bal. qui videtur ponere gladiũ ad radicem, in Auth. ingressi. col. 6. C. de sacrosan. eccl. dicens quòd ideo ecclesia potest reuocare infra bienniũ in casu d. §. si verò contigerit. quia emphyteusis nõ transit nisi ad filios, & propterea non transit in ecclesiam, nec in fiscum, vt reuocari non possit, secus si aliter actum sit, scilicet vt transeat in extraneos: nec aliter potest dici, quia tempore d. §. si verò contigerit. nõdũ erat sancitum, vt posset emphyteusis ecclesiastica concedi, ita vt transiret in extraneos, quod posteà fuit dispositũ in §. licentiam. eod. titu. Nec ad hoc obstat tex. in eo tit. ante d. § si verò contigerit. scilicet tex. in §. emphyteusis. ibi, alus duobus deinceps hæredibus. quia intelligitur de descendentibus, vt ibi per Bart. Angel. & alios, & probatur in §. emphyteusis. in Authen. de non alie. & Socin. expressè asserit in d. consi. 266. Et si dicas quòd text. in d. §. si verò contigerit. clarè loquatur, quòd potuerit trãsire in fiscum, sed quòd non possit reuocari, Respõdeo hoc esse, quia iam erat ordinatum in titu. de non alie. & in titu. vt de cæt. non fiant com. quòd possit fieri commutatio in imperialem domum. Item erat ordinatum, vt in aliam ecclesiam posset peruenire, vt in d. §. illud. in d. titu. vt de cæt. non fiant com. & ideo videbatur, quòd etiam deberet imperialis domus, & alia ecclesiã, & ciuitas habere hoc priuilegium, tamen disponitur vt in text. & ita teneo quòd emphyteusis ecclesiastica in hoc casu trãseat in fiscum, ita vt reuocari non possit. Tamen me facit dubitare, quòd Alexan. in d. § si de vectig. non ita distinguit, qui tamẽ nõ ignorauit eam transire in extraneos, qñ

cum solemnitate. & similiter Imol. tenet simpliciter opin. Bart. in ca. ex parte. col. 13. de feud. & tamen ipse alibi tenet, quòd quando solemnitates interuenerunt transit in extraneos. & cap. potuit. extrà, loc. vt per Alex. in l. etiam. ff. sol. mat. similiter infiniti Doctor. sequuntur Bar. relati per Curt. in consi. 59. col. 4 & col. vlt. in ver. est quoque verũ. qui non faciunt hanc distinctionem, ex quo valde dubito. Nec aliter text. in d. §. si verò contigerit. videtur probare, cũ loquatur propriè hoc casu, quando in extraneos potest transire, nec aliter saperet, nisi diceres, vt modò dixi. & ita potest intelligi Alex. qui simpliciter dicit, ꝙ emphyteusis ecclesiastica, quãdo potest transire in extraneos, etiã transit in fiscum, in consi 87. in 4. vol. in prin. verum emphyteusis ecclesiastica. Alex. consil. 23. vol. j. col. 2. in fi. vt tamen infra biennium possit reuocari. Tamen in iure verior videtur opin. Socin, Cur. Iun. & Bal. & ita fuit iudicatum contra monasteriũ monialium S. Redegundę Mediolani. Pro opin. fisci etiam vide Socin. 121. in 3. volu. 4. col. ver. & ideo propter hoc. Sed tamẽ aduerte, an adsit prohibitio alienandi in inuestitura, quia tunc non transiret in fiscum. l. Imperator ff. de fideic. lib. Alex. consi 23. vol. j. Et scias, ꝙ in causa sanctæ Redegundæ, in qua fuit iudicatum circa melioramẽta, in specie aderat pactum, vt non possent legari, nec aliter alienari, nisi vt infrà, & infrà dabatur modus alienãdi per venditionem facta denuntiatione, nõ tamẽ in potentiorem, & via permutationis, & sic videbatur, quòd non potuisset transire in fiscum. d. l. Imperator. maximè quia exceptio firmat regulam, &c. & dictum pactum circa melioramenta erat positum, quia circa vtile dominiũ erat prout sum per ius commune. Sed in melioramẽtis, aliud est, quia vendi possunt sine consensu domini, vt per Ias. in l. fin. in 2. not. C. de iure emphyt. & hoc pactum alienãdi est simplex non respectu certi generis personarũ, quia simpliciter dicitur, vt nõ possit alienare, & licet aliquibus casibus possit alienari, tamen non dicitur vt in tales personas possit alienari, & in tales nõ, & sic videbatur quòd in fiscum deberent posse transire, qui titulo vniuersali succedit, secundum Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. & in l. peto §. fratre. ff. de leg. 2. dum in contractu dicit, quòd si prohibitio est simpliciter concepta, trãsfertur titulo vniuersali. l. quædam. ff. de acquiren. rer. domin. & l. j. ff. de fund. dotali. quæ iura faciunt, licet ratio Bart. non cõueniat. & ita in casu nostro sine dubio videbatur dicendum, quia exceptio licet firmet regulam, tamen illam adhuc declarat, vt habetur in locis suis. Igitur ita intelligitur regula. vnde titulo vniuersali aliud est, & ita, vt dixi, fuit iudicatum, & licet esset prohibitio respectu certi generis personarum, tñ etiam in fiscum erant transitoria hæc melioramenta, quia non prohibetur hæres legitimus, vt per Bart. vbi suprà, & in specie Imol. qui de fisco loquitur in d. §. si de vectigalibus. col. j. licet Alexan. ibi, col. 16. reprobet. sed opin. Alex. non est bona. patet in emphyteusi ecclesiastica, quæ transit per ingressum monasterij, in ipsum monasterium, ita vt amplius reuocari non possit, quia monasterium succedit iure legitimo. ita Bar. in d. §. ea lege. circa fin. & ibi Ias. & tñ non adest necessitas, de qua per Alex. in d. §. si

61 de vectigalibus. Item aduerte † ꝙ sæpe in his inuestituris inuenies abbatem, vel abbatissam illas fecisse nomine suo, & vti syndicos conuentus etiã addẽdo de quo syndicatu rogatus fui, Ego notarius, vel alius fuit rogatus, & de syndicatu aliter non apparet, & similiter nõ inuenies fuisse adhibitas solẽnitates requisitas in alienatione rei ecclesiasticæ in ipsa inuestitura, nec aliter, imò nec saltem in eis inuestituris enuntiatas. Inuenies quoque ꝙ etsi talis emphyteusis sit concessa cũ clausula, Etiam quibus dederit tamen etiam in eadem inuestitura erit pactum, vt non possit alienari quouis modo in aliquem, nisi cũ consensu domini, quæ singula turbare solent prædicta omnia, quia mandatum non præsumitur etiã cursu mille annorum secundũ Bald. communiter approbatum in l. 2. C. si ex falsa instru. quia etiã solemnitas quando non est enuntiata nõ videtur præsumi, ex antiquitate tẽporis, iuxta consil. Dec. 36. col. 3. & quia virtus clausulæ, & quibus dederit videtur sublata ex dicto pacto, ꝙ non possit alienari,

vt

vt suprà, nisi cum consensu domini, & redacta res ad ius commune, iuxta consilio Dec. 171. & Cur. Iun. 130. Tamen ad hæc patet responsio, & quo ad mãdatum vide Dec. in d. consi. 306. col. 4. vbi multis fundamentis ostendit, quòd quando mandatum enuntiatur sicut dixi, & sumus in antiquis cessat dictum Bal. in d. l. 2. Sed tamẽ eius fundamenta parum valent, eo excepto, dum dicit ꝙ ex coniecturis etiã probatur mandatum, allegando Bal. in l. j C. de re alie. non alien. & magis ad hoc deducendo, quòd præsumitur mandatum in casu quo verisimile non esset quem accedere sine mandato, iuxta ea quæ dicit Felin. in c. sicut. de re iudic. quod fundamentum militat in abbate maximè religionis sancti Benedicti, in quo non potest capi coniectura, vt voluerit se syndicum attestari si non esset, iuxta ea quæ habetur in materia testium singularium in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & idem Curt. Sen. consil. 76. col. j. 2. 3. & 4. Et vltra illa fundamenta est aliud meo iudicio quod conuinci non potest, qñ postea fuisset semper perseueratũ per abbatẽ, & monasteriũ & emphyteutas, soluentibus emphyteutis tãquàm dominis ipsius vtilis pensionem abbati & monasterio vti dominis directi, per tex. in l. si filius. C. de petit. hæred. vbi si filius adeat hæreditatem, & nõ appareat de iussu patris, & eius mandato, longinquitas temporis cum possessione filij sciente patre, quæ actui correspondet, facit præsumi mandatum, & ita Dec. in d. consil. 36. col. 3. & maximè quia dicta lex loquitur de decem annis, nos etiam de centũ, quo ad solemnitates nõ enunciatas, dic quòd quicquid dicat Dec. in d. consil. 36. col. 3. Communis est in contrarium quòd præsumuntur Dec. consi 341. nu. 13. & melius consi. 419. nu. 13. & melius etiam per Feli. in d. ca. sicut. de re iudi. charta pen. col. 3. versi. 7. vbi est videndum, vide etiam Soc. consi. 15. ad vlti. quod clausula, & quibus dederit. sit redacta ad ius commune, dic quòd ex ea clausula omnis libertas alienãdi videtur data, & sic etiam sine licentia, & in extraneos, iuxta c. j de feud. nõ hab. prop. nat feud. & Ias. in l. si. C. de iure emphyt & ideo licet sit restricta quo ad licẽtiam, non tamen videtur restricta quominus possit in extraneos trãsire, qñimò illa clausula, & quibus dederit affirmatiuè prolata includit etiã vt titulo vniuersali possit fieri alienatio. Barto. in d. l. si ita quis. §. Seia cauit, pactum posteà, negatiuè prolatũ non includit quominus titulo vniuersali posit fieri alienatio, iuxta dicta Bart. in d. §. Seia cauit. & licet adsint verba vniuersalia quod nõ possit alienari quouis modo, quo casu etiam videtur inclusa hæredis institutio secundum Aret. in l. ventre. col. 12. ff. de acquir. hæred. & Dec. consil. 23. Tamen hæ decisiones procedunt, qñ solum adest prohibitio alienãdi, secus quando præmittitur regula omnem concedens libertatẽ alienandi, quæ nihil operaretur, si etiam contineret talẽ vniuersalem alienationem contra regul. c. si papa. de priuil. in 6. & l. si quando in prin. ff. de leg. j.

62 Quæro † quando publicantur bona, an publicẽtur bona alterius territorij, vide Nell. in prima parte 2. temporis. q. 16. Bar. in l. cunctos populos. col. pen. & fi. C. de sum. trin. & fide cath. Aret. in d. gl. & eius bona publicamus. Parmen. in tract. in loco vbi suprà. Imol. in l. ex facto. col. pen. ff. de hæred. instit. & opi. Bar. in d. l. cunctos populos. est communis, ꝙ si iurisdictiones sunt separatæ, sed fiscus est vnus, si publicatio fit iure communi, extenditur ad alia loca, si verò iure proprio loci, secus etiam quod in illo alio loco adesset simile ius, siue statutum. si verò fit secundum vnum decretum à principe factum, militans in vtroque loco, tũc extenditur, sed quando fiscus etiam est separatus, tunc quia cessat id quod dixi, scilicet quòd vna constitutio, vel decretum possit in omni loco militare, simpliciter est dicendum quòd si iure speciali fit cõfiscatio se non extendit, secus si iure cõmuni: sed quid si in hac ciuitate fieret confiscatio, iuxta decretũ quod etiam militat Placentię, vbi tñ fiscus etiã est separatus, quia nunc est sub ditione summi Pontificis, notabilis est quæstio, & credo ꝙ non fiat extensio, quia decretum etsi obseruetur Placentię, non tamen obseruatur authoritate nostra, sed Pontificis, & sic decretum hic est ius speciale quo ad nos, & ius speciale quo ad Placentinos. & not. quòd adest decretũ in hoc dominio,

quo disponitur, vt subditus vasalli si delinquat extra territorium feudatarij, bona eius non applicātur feudatario, sed duci. quo decreto stante fuit dubitatum heri, quid iuris sit qñ homo vasalli delinquit in territorio feudatarij, & habet bona in territorio alterius feudatarij. De bonis quæ habet vbi delinquit, non est difficultas quin sint illius feudatarij, sed dubium est respectu bonorum existentiū in territorio alterius feudatarij, quia quo ad illud delictū dicitur factū extra territoriū feudatarij, & consequenter ex vi dicti decreti bona sunt applicanda domino supremo, & lecto eo decreto in Senatu dictum fuit ꝙ etiam hic casus compræhenditur in eo, & quòd bona sunt fisci supremi. Et quia videbatur admodum decretum illud preiudicare feudatarijs, ideo fuit reformatum, & sancitum, quòd qñ delictū cōmittitur per subditum vasalli in territorio alterius feudatarij, vel extra dominiū, modo non sit casus cuius cognitio spectet supremo domino vi alterius decreti de majore magistratu vigentis in hoc dominio, & de quo suprà sub titu. de foro compet. confiscatio sit feudatarij, Et an pœnæ & confiscationes sint feudatarij, vel supremi dominij, dixi suprà latè sub titulo, de pœnis. post Præpos. Iser. & alios in tit. de pace tenen. in prin. & D. Mart. Lauden. in
63 tract. de princ. conclusio. 24. Et quid † si cōmittatur rebellio per subditum feudatarij cōtra ipsum feudatarium, an poterit officialis feudatarij procedere, & sibi bona cōfiscare? Dic, quòd poterit, vt latè, & notabiliter per Alex. cōsi. 13. vol. 6 col. 3. versi. 6. & vers. ex prędictis. & hoc quāuis cōmittendo crimen læsæ maiesta. contra feudatarium, etiam committatur contra Pontificem vel Imperatorem, quibus esset reseruatum ius superioris. Ancharan. consi. 160. viso diligenter tenore. Est verū ꝙ in hoc dominio procederet iudex domini primi vigore allegati decreti de maiore magistratu, & consequenter cōfiscatio esset sua vigore alterius decreti, & cōsuetudinis. Successiuè circa dicta Bart. in d. l. cunctos populos, an publicatio trahatur ad bona alterius territorij, vide Imol. consil. 35. col. 7. & cū tribus sequen. & ibi habes quando alia bona alterius territorij nō sunt publicata, an teneatur ipse vel fiscus debitoribus, & per Aret. consil. 10. & Abb. consi. 86. Socin. cōsil. 101. D. Ant. consi. 58 & consi. 61. Bal. 4. vol. consil. 37. & consi. 341. vbi etiā de bonis mobilibus, & vide etiam in hac materia Veron. cōsi. 17 col. 10 & Oldra. consil. 17. vbi tenet ꝙ
64 † clerico delinquente bona paterna nō ecclesiastica pertinent ad dominum laicum, in cuius territorio sita sunt, & ibi etiam quid si delinquit in vna diœcesi, & in alia habet beneficium: cuius loci iudex procedet, & quis exequetur. est videndus etiam Bal. in hac materia de pace tenen. col. 3. Alexan. 4. volum. consi. 109. & j. vol. consi. 16. Doct. in cap. cùm secundum. de hæret. in 6. & in ca. postulasti. de foro cōpet. maximè Butrig. & Socin. in vlt. q. vbi tamen principaliter disputat, an sententia super priuatione beneficij extendatur ad beneficia alibi sita, & Alexan. latè consilio 31. volum. j. & quid in condemnato ob contumaciam, an operetur talis condemnatio, quo ad bona alibi sita, vide Felin. in cap. Rodulphus. colum. 10. maximè in versicu. septimò limitantur. de rescrip. & Marian. in d. vlti. quæstio. Et aduerte quando publicatio ex natura sententiæ non sequitur in bonis alterius territorij
65 † tamen in effectu fieri potest, vbi in illo alio territorio condemnatus sortitur forum, putà, ratione domicilij, quia poterit fieri nouus processus ibi, & noua condemnatio, quod fortè posset contingere in præsentia malo fato magnæ mulieris quæ sortitur forum in ciuitate Casalis Montisferrati ratione domicilij, & originis, & nunc detinetur in ciuitate Mediolani, & pretium habet septuaginta mille scutorum in eo dominio Montisferra-
66 ti. Item quæritur † an etiam in bonorum confiscatione, veniant bona præsentia & futura, & dic non venire futura, vt per Bart. in l. j. in fin. ff. de bon. damn. glo. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstr. Nell. in d. prima parte secūdi temp. q. 18. dixi suprà, & omnino vide Ias. in l. si ita stipulatus. §. cùm stipulamur. col. 3. ff. de verb. oblig. Et an intelligatur de futuris in hoc dominio à tēpore cōmissi delicti, iuxta decretū nostrū quo cauetur, vt à die cōmissi delicti ipso iure sint bona confiscata.

feata. An à tpe sniæ q̃ fertur à iudice, dicã infrà hoc eo. tit. uersl. quæro, iuxta decretũ de notabili quæst. de iure cõi attendit tps sniæ, tex. est clarus sicut sol, in l. ei⁹ qui §. is cui. ibi, tūc habuit. ff. de testa. & ibi Aret. not. & ita clarè Bar. & alij suprà allegati. sed difficultatem in hoc dominio facit allegatum decretum, & ubi non uenirent bona acquisita post delictũ captio est ad hoc ne postea occupentur per fiscum uel alium, iuxta dictum Bart. in l. j. in fi. C. de hæred. Instit. quod transferantur in alium. Et † an bannitus habeat hæredem in bonis, posteà quæsitis, uidetur non habere per l. 2. C. de bo. dã. & per not. ab Aret. in l. is cui. in j. col. quæ omnino uide. ff. de testa. ubi docet cautelam, per quam in fiscum non transibunt. Credo contrarium si accipis rationem d. l. 2. quam adducit Bal. in d. l. is cui. & iungis communem conclusionem Doctorũ in l. j. C. de hæred. Instit. ubi ponũt, quid perdat bannitus, & ita Bar. in d. l. is cui. & alij ibidē; & Angel. in d. 2 iunctis his quæ dicit in d. l j. & conclusio est quòd potest habere hæredem de iure communi non statutorum, secundum communem regulam traditam in d. l. j. & alibi sæpe. An † bãnito filiofamiliàs, & bonis publicatis, comprælhendatur in publicatione peculium quod habet. Bar. in l si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infect. tenet non uenire, siue sit profectitium, siue castrense, siue aduentitium, sed Nel. in j. parte 2. temporis q. 25. tenet cum Bar. in peculio profectitio & aduentitio, secus in castrensi, de quo uide Alex. in d. §. si de uectigalibus. ubi etiam habes, an publicatis bonis patris intelligatur publicatum peculium profectitium filij, dicam infrà de omnib. Et an publicatis bonis patris intelligatur publicatus usufructus, quē pater habet in peculio aduentitio; & similiter quando publicantur bona alterius usufructuarij, uide Nell. in d. j. parte 2. temporis. q 27. & in d. §. si de uectigalibus. per Alex. col. 23. & sequē. Et in hac ult. q. te ipsum instruas, uide Bar. in l. j. C. de hæred. Instit. & ibi Doct. in articulo, An † bãnitus nostri temporis æquiparetur deportato. Et cõis est, ꝙ perdat ea, quæ sunt suæ ciuitatis, non iura cõia, quãdo pòt impunè offendi, & fuit opin. Bar. ubiq;, & ꝙ sic cõis uide Moder. in d. l. j. & Alex. i l. ex facto §. ex facto. col. pen. & fin. ff. ad Trebel. & ideo saltem patitur mediam capitis diminutionem, per quã tollitur ciuitas. Insti. de capit. dimi. & sic usufructus finitur. Ideo id quod nõ habet nõ trãsmittit i fiscũ, & ita i usufructu alterius quàm patris, & ꝙ distinctio hæc fieri debeat, dicit clarè Bal. i l. corruptionem. col. fin. C. de usufr. uersi. quæro hic nũquid per bãnũ. In patre uerò tantũ cõsideratur, an perdatur patria potestas, ut per Alex. in d. §. si de uectigalibus. post Salic. & sic bãnũ quod fit secũdum statuta ciuitatis nõ perditur, quia est de iure Romanorum ſm cõem opin. ut per Alex. i l. si cũ dotē. §. si patri. ff. sol. matr. & sic uenit i publicatione, sed quãdo perditur cõsolidatur cum proprietate, & nõ publicatur, sed tamen perditur quo ad ea quæ sunt in iurisdictione bãnētis. Iaso. i d. l. j. colũ. ult. C. de hæred. Insti. & licet Alex. ĩ lectura teneat simpliciter cõem, ut imò retineat iura cõmuniã etiam pro bonis in iurisdictione existētibus, tamen cõsulēdo tenet hoc, vt per Ias. ibi, in d. §. si patri. i l. si cũ dotē. ff. sol. matr. & alibi de bãno Imperiali. Contrarium tamē cõsuluit Corn. cõs. 55. uol. ij. ubi disputat plenè, An bãnitus etiã ad mortem, & qui potest impunè offendi, amittat patriam potestatem, & tenet nõ amittere, quia est de iure Romanorum, dicere, quòd fuit opi. Bar. & cõis, & idem Corn. in d. l. j. C. de hæred. instit. vidi tamē seruari opi. Alex. in consi. vt imò perdat quo ad bona in territorio, & hoc in bãnito pro homicidio, vel alio delicto citra crimen rebellionis, sed si esset declaratus rebellis, uidetur quòd tũc sine dubio perdiderit iura Romanorũ l. amissione. §. qui deficiũt. ff. de capit. dimi. Barto. expresse in extrauag. qui sint rebelles. in verbo, rebellando, col 2. dicens, ꝙ rebellis perdit iura Romanorũ, vt ibi. sed intellige, si sit damnatus ab Imperatore, uel potestatem ab eo habente in vniuerso dominio Cæsaris, aliàs si dux, uel rex talem damnaret, iura tantum eorũ dominij perderet, & similiter si vices gerens Imperatoris in vno dominio tm̃ condēnaret, idē esse. ita Bar. in d. §. qui deficiunt. vbi vide,

&

& in quæst. sua statuto ciuitatis Lucanæ, & per Alex. in d. §. si patri. & in l. j. C. de hæredib. Instit. & in d. §. ex facto. militat enim ratio Doctorum quòd etiam vices gerens non potest extendere vires, extra loca sua, quæ ratio etiam allegatur in officiali Imperatoris, sed officiali loci solius, vt in l. relegatorũ. in princ. ff. de pœnis. & Bar. in d. q. col. 4 versi. præterea deportatus. Non inficior aliud esse vbi ex potestate sibi attributa aliud posset. l. j. §. deportatos. ff. de leg. 3. vbi Bar. & de authoritate horum qui vices alterius gerũt, vide Marti. in tract. feud. in c. Imperialē. de prohib. feud. aliena. per Feder. in prin. col. 2. & Iacob. de sancto Georgio in verbo, vicarius perpetuus. & Ias. in l. conuentionum. col. 2. vers. 3. de pac. Ang. in trac. malefi. in uerbo, fama. col. 2. Sic igitur, si est condemnatus etiã ab eo qui vices gerit Imperatoris in solo dominio, nõ perdit iura cõia, nec dicitur subiectus banno Imperiali, de quo loquũtur Doc. vt Bar. & alij, vbi suprà, & hoc nisi cõdemnaretur ſm legem cõem, iuxta tex. qui tradit modum in extrauag. ad reprimeñ. qũo in crim. læsæ maiesta. proced. Nam hoc casu etiã amitteret iura cõia, & sic patriam potestatem, aliter nõ, & ita etiam Anch. consi. 289. in versi. prætereà. vbi loquitur in rebelle, sed tamen ita deberet esse condemnatio, vt diceretur rebellis, & sic verificarẽtur verba tex. in d. §. qui deficiũt. & Bar. in d. uerbo, rebellando. & vide in d. extrauag. qũo proce. in crim. læs. maies.

70 Quare † si simpliciter esset citatus, vt veniret sub pœna rebellionis, non aliter adhibita cognitione delicti rebellionis, & ita ex inobedientia mulctaretur pœna rebellionis, iuxta glo. i l. j. C. demo. mulctã. & Bar. in d. q. in 4. col. vers. prætereà fama. non posset dici rebellis. Bar. in l. cũ filius. ad fi. ff. de verbo. obliga. Fel. in c. cũ Bertholdus. col 7. ubi latissimè. de re iudic. vnde cautio est, vt assumãtur aliquæ informationes de delicto, & procedatur iuxta formam i d. extrauag. traditam. Et licet in alio delicto non possit procedi cõtra cõtumacem nisi ex forma statutorũ l. absentem. ff. de pœn. Tamen in hoc est speciale, itaque procedendo seruata forma de qua ibi, perditur patria potestas, sed eius si seruata forma statutorum, & decretorum, vel consuetudinis loci per prædicta, Dixi quòd condemnatus pœna rebellionis non est propterea rebellis, & bene dixi, quia opera rebellionis requiruntur, vt in extrauag. qui sint rebelles. & alibi sæpe, & dixi suprà latè in materia rebellionis. Et ideo tenui quòd talis non amittat iura cõia, quia nõ potest dici rebellis. Item non potest dici hostis Imperij, iuxta. §. qui deficiunt. sed hęc illatio non uidetur bona, quia licet non sit rebellis, tamen mulctatus est pœna rebellionis, quę est etiam vt priuetur iure cõmuni, ut dixi igitur, &c. Et ad hoc facit quòd Corn. in d. cõsi. 55. uol. 2. & in l. j. C. de hæredi. Instit. sustinẽdo quòd ẽt intra territoriũ non amittat iura cõia, dicit quòd licet iu diceturhostis à statuto quod possit impunè occidi, tamen expressè nõ tollit iura cõia & ciuilia, & ideo non plus bannũ operatur, quàm uerba uelint, vnde si expressè tolleret iura cõia, vult ẽt Corn. ꝙ illa essent sublata respectu territorij, & i proposito cũ clarè sit imposita pœna rebellionis, licet non sit rebellis, tamẽ amittit iura cõia intra ciuitatem, & ita intelligo pro absoluto haberi in magistratu extraordinario, est enim perinde ac si iudex pro vno delicto imponeret pœnam alterius delicti, qui tamẽ haberet de hoc potestatẽ, sed tamẽ adhuc credo ꝙ talis nõ perdat iura ciuilia, quia Bar. in extrauag. in verbo, rebellãdo. loquitur de rebelle Imperij, & allegat tex. in §. qui deficiunt. qui loquitur i eo qui iudicatus est hostis à Senatu Rom. s. totius Imperij, sed hostis ciuitatis, vel vnius dominij nõ amittit iura Romanorũ, vt d xi suprà. Et ad alias

71 qõnes † de peculio aduentitio, profectitio, & castrensi, an compræhendantur in publicatione filij, Dic de profectitio nullã esse difficultatem quod nõ cõpræhẽditur in d. §. si de vectigalibus, etiã ꝙ filius habuisset à patre expressã ptãtẽ donãdi, & dissipãdi, ut per Alex. ibi, col. 23. uersi. itẽ adde. De aduẽtitio difficultas est, quo ad proprietatẽ, quia, cùm sit filij, uidetur quòd trãseat in fiscũ, tamen ẽt Doc concludunt cõtra fiscũ, ut per Alexan. in d. §. col. 18. uersi. itẽ inquãtum. & col. seq. De castrensi ẽt cõis est, vt nõ trãseat in fiscũ quic-

quicquid velit Nell. ubi suprà, & Angel. i l. si filius. ff. de dam. infect. & primo hæc opinió fuit gl. i l. j. ff. de bo. damna. & Bar. ibi, & i d. §. si de vectigalibus. Alex. etiam sequitur in eo §. col. 23. i pric. ibi, cũ quo etiã ego transeo, & cõiter Doc. vt per eũ, & hæ etiã conclusiones probãtur ex alle gatis p Aug. de Arim. ad gl. Ang. & eius bona publicamus ad quęst. Ang. quid si filiusfamiliàs dãnatur, & magis ex decisio ne Tholos. 210. & in longa addit. illi impressa, ubi omnino vide. De vsufructu bo norũ aduẽtitiorũ, an publicatis bonis pa tris publicẽtur, & quid de alio vsufructu dixi, & an veniat in cõfiscatione bonorũ patris peculium profectitiũ conclusio est fm magis cõem opin. i d. §. quod si ex dãnatione pater nõ perdit patriã ptãtẽ, quã habet in filiũ, peculiũ non trãsit in fiscũ, aliàs trãsit, vt per Alex. in d. §. si de uectigalibus. col. 19. uer. itẽ inquãtum. ubi tamen pluribus modis limitat, & quando perdat patriam ptãtem pater, dixi suprà proximè, & uidi seruari prædictas cõclu siones per procuratores fisci. Sed quid

72 in alimẽtis † an compræhẽdãtur in bonorũ publicatione donec viuit legatari⁹, nam morte illa extinguũtur. l. cũ hi. §. mo dus. ff. de transac. sed bãnitus adhuc viuit & comedit, & sic fiscus debet iterim gaudere. l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fis. Dic, nõ cõpræhẽdi. l. legatũ. ff. de capit. dimi Bal. in l. corruptionem. col. ult. C. de vsufruc. & tex. in l. is cui. & ibi Bar. ff. de alim. & cib. leg. Nel. in j. par. secũdi tẽpo. q. 48. & q. 36. & Salic. in l. si adẽptis. C. de senten. past. & ita fuit iudicatum his diebus proximè præteritis. Est enim legatũ cõditionale, ideo nõ transit in fiscũ, ut p Alex. in l. si marito. ff. sol. mat. & ideo cautus aduocatus debet bene animaduertere, an sit legatũ usus fructus, vel alimẽtorũ, siue an sit promissio vsusfructus vel ali mẽtoru, quia primo casu trãsit in fiscum, ut suprà in præced. quæst. Secũdo casu nõ, in quo articulo an sit usus fructus, vel ius alimẽtorũ, uide Bar. in l. fundi Trebatij. ff de usufr. leg. Aret. cõsi. 40. col. 2. & 3. Soc. cõs. 131. col. 2. & 3. Benedic. consi. 63. col. fi. Corn. j. vol. cõsi. 248. col. 2. Soc. cõsi. 10 col. 2. Corn. cõs. 223. j. uol. col. pe. & oino tex. & ibi Bar. & scrib. i l. cũ hi. §. si in annos. ff. de transac. & Corn. 3. volu. cõsi. 22. col. 4. versi. 6. Angel. & Doc. in d. l. cũ hi. §. si vni. ff. de trãsac. Quæro etiã

73 † an dos publicetur bonis vxoris publicatis, vide Nell. in d. tract. in j. par. 2. temp. q. 28. & gl. in l. quinque legibus. ff. de bo. damnat. tenet non publicari nisi in quinque casibus de quibus ibi, quod est uerum quando damnatur constante matrimonio, tunc vbicunque in dictis quinque casibus publicantur bona etiam dos eius intelligitur publicata. l. si constante. §. fi. ff. sol. mat. & ita cõiter tenetur, ut per Nell. vbi suprà, de qua materia vide Bar. in d. l. quinque legibus. & Alex. consi. 23. col. j. v. & pen. vol. j. Bal. 2. vol. consi. 196. & Bal. Nouel. trac. de dote. in 7. par. in 11. speciali. col. v. in fi. & sequẽ. uersi. insuper aduerte. Et quando confiscãtur bona viri, dos non venit in confiscatione bonorũ l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. l. si quis posthac. in princ. C. de bon. proscript. & l. si marito. in princ. ff. sol. mat. & ibi Alex. & Barto. in l. si constante. in princ. ff. sol. matri. in v. q. j. q. principalis. & ibi habes quòd licet tantummodo sit bannitus uir, Dos potest repeti, quia dicitur uergere ad inopiam, & Rom. consi. 187. ad fin. & Nel. in j. par. 2. tempo. q. 44. vbi vide. Ius

74 adeundi † an compræhendatur in publicatione bonorum, uide Nell. in j. par. 2. tẽp. q. 30. & p Alex. & Aret. in l. si qs mihi bona. §. si quis planè. ff. de acq. hæred. & dixi suprà in articulo, qñ cõfiscãtur bona filij vasalli, an ius succedendi in feudo transeat in fiscum, & similiter Nell. ubi suprà, q. 31. quęrit quid in iure conditionali, de quo dixi latè suprà, & in q. 32. qd in iure patronatus. Et quia suprà dixi, quòd vxor potest repetere dotem à fisco viro bannito, & publicatis bonis,

75 Quæro † an hoc idem sit, quando ipsa similiter secuta est virum bannitum, qui fortè iuit ad hostes. Dubium est, quia & ipsa rebellis uidetur iuxta l. 3. & quartã. ff. ad legem Iul. maiest. Difficultas residet in hoc articu. An vxor possit sequi virum, uel teneatur, in qua quæstio. uide Imol. in rubr. ff. sol. mat. & in l. si cum dotẽ. §. si marito. ff. sol. mat. & ibi dicit nõ teneri, si ob culpam uir bannitus sit uel missus in exilium. sequitur Alex. in l. Mæuia. §.

ula.§ si.ff.de ann.lega.& Bal in l.si cũ dotem.§.si maritus.ff.sol.matr. & ibi etiam Ang. qui dicit quòd vxor nõ debet sequi virũ bãnitũ, vel expulsum per diuersos lares. Idẽ etiam Nel.in tract.bãnit.in j.par. 2.temp.q.44 in fi.nisi moraretur in certo loco, & ibi ita cõmodè posset morari sicut in priore per l. sicut. in fi.ff. de oper. libert.cũ alijs ibi alleg.facit.l.Mæuia.in d. §.fi. & cum Imol.multũ a curatè loquatur, & videatur hæc opin.etiam magis cõmunis, non videtur recedẽdum ab ea iuribus vulgaribus, tamen gl.in c.j.qui ma. accu.non poss.super qua se fundat Imol. turbat me relata ad text. qui loquitur de eo qui recessit ob homicidiũ cõmissum, & sic ob culpam suam timore mortis, tamen & nihilominus vult quòd vxor teneatur eum sequi nisi sit vagabundus, & eam gl.ibi Abb.& alij sequũtur cõiter, fateor ꝙ gl.simpliciter loquendo, & non referendo eam ad text.videtur velle id quod dicit Imol.sed rectè eam intelligendo, est ibi conclusio in oppositum, satis etiã hãc cõclusionem probat gl.j. in c.vnaquæq;. 33.q. 2. dum dicit quòd tenetur eũ sequi ad carceres, arguendo ad id quod cõiter contingit, vt nemo mittatur in carcerem nisi ex culpa sua, sic etiam optimè probat gl.quam omnino vide in c.j.de coniug.lepro. vbi vult ꝙ vir tantũ teneatur sequi vxorem recedentẽ ex causa iusta, sed ecõtrà passim, & indistinctè vxor tenetur sequi virum nisi sit vagabundus. & facit pro hac opin. quòd vxor debet sequi infortunium uiri.l. si cũ dotẽ. §. si autẽ. ff. solu. matr. Addo ꝙ statuta ciuitatis, & leges seculares non possunt vim matrimonij soluere, cũ sit iuris diuini. D. Fran.de Alber. de Aret. in l.2.ff. de recept. & ideo vxor bãniti & excõicati conuersabitur cũ eo marito, licet sit hostis ciuitatis, vt not.per Nel.ubi omnino vide in 3.par.2.tempor. q.22. non obstante statuto puniente præstantes auxilium bãnito, vt ibi, Sic etiam Alberic.in l.j.C. de repud.vbi refert Nel. vbi suprà, & Specul.in tit.de dot.post diuor. restit. versi.quid si vir est in banno. Item vxor alere tenetur eum l.mutus. §. manente.ff.de iur. dot.Cœpol.vbi suprà, col.v. col.4. qui etiam satis vult ꝙ proximè dicebam, quia loquitur in bãnito, & dicit quòd uxor tenetur eũ sequi, & Ancha.in d.c.j. qui ma.accu.poss.magis expressè, & facit etiam quod viro excõicato vxor tenetur debitum reddere, c. quoniam multos. 11.q.3. Item vxor cum viro excõicato cohabitare tenetur.c.inter alia.de sen.excom. Et de excõicato ad bãnitum valet argumentum.c.j.in pri.hic finit lex Corrad. & satis etiam hanc partem, ita decidit Specul.ubi suprà, in titu. de dot.post diuor.restit.§.formatis. i versicu. quid si vxor est in banno. in v.colũ. vbi vide. Nascitur enim hoc ex necessitate quæ sequitur, vt votum impleat, debitum reddat, & liberos habeat cũ sint socij diuinæ, & humanę domus, & duo in carne vna, iuxta l.aduersus. C.de crim.expil. hæred. Et ita adhærendo iuri canonico, uidetur potius ita esse tenendum, tractatur enim de vi matrimonij, circa quòd leges seculares non attendũtur.c. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi not.de consti.& per Alex.i l.etiã col.2.ff. sol.matr. Sed quõcunq; sit, vnum est absque aliqua difficultate, quòd omnis disputatio est, an teneatur volente viro eum sequi, sed quin ipsa possit nemini est dubiũ absque eo quòd possit argui dedisse auxilium hosti, sicut etiam dicimus in vxore receptãte virum bãnitum voluntariè, quæ non tenetur, vt not.in l.2.C.de recept.& per Nel.vbi suprà, in d.3.par.2.tẽp.q. 22 ubi oĩno vide, & ad hoc facit l.j.ibi dolo malo.ff.ad leg. Iul.maiest.& regula, quòd quęlibet causa excusat à dolo.l.si igitur.ff. de liber. cau.§.j. & ita fuit conclusum aliquãdo in magistratu & obtentum. Non omitto in hac materia publicationis bonorum,
76 † quòd ex ordine nostro antiquo, ꝑut etiam suprà pluries commemoraui, Cauetur, vt bona quando publicantur pro aliquo delicto sint ipso iure publicata à die commissi criminis, ex quo sequitur, ut alienationes posteà factæ, etiam ante cõdemnationem nihil valeant in effectu. Bar.in l.post contractũ.col.4.ff.de dona. glo.& Doct.in c.cũm secũdum.de hæret. in 6.& hoc licet etiam acquirens sit in bona fide, ut per Bart.& Doc.vbi suprà, imò ex dicto ordine nulli redduntur omnes contractus distractus, & instrumenta super bonis delinquentis, & vide Pic.in d. l.post

l. post contractum. vers. circa fin tempus, qui dubitat an decretű valeat, & dicit credere suo quòd non seruaretur loquendo de tempore regis, & ꝙ Bregontius Botta qui præerat extraordinarijs reditibus tẽpore Ducis Ludouici noluit illo vti, & ampliat Pic. dictam conclusionem, vt nõ valeant alienationes etiã bona fide, procedere in eo cui tantùm esset interdicta administratio, vt in crim. læs. maiest. allegat Augu. de Arim. vt per eum, contrariũ tenet post Iacob. de Aretin. consideratè multum Alberic. in l. meminisse. C. ad legem Iul. maiest. & idem Angel. ibi, etiam vide Bal. Requiritur tamen declaratio respectu bonorum d. c. cũ secundum. & sententia contra personam etiam viuente delinquente stante etiam decreto nostro, vt dixi suprà sub titu. preced. de pœn. in verbo, pœnæ delictorum. Secũdo intellige nisi bona fides oriatur ex pacto publico, putà principis uel officialis, qui tulisset sententiam absoluẽtem, quia licet postea detectum crimen esset, & secuta cõdemnatio. Tamen alienatio medio tempore facta deberet haberi rata, nemo. n. debet decipi authoritate publicæ scripturæ. l. Gracchus. cum similibus. C. de adulter. & maximè quia talis sententia in hac ciuitate transit in rem iudicatam, quia nõ potest appellari, nec de nullitate dici, & sic facit de albo nigro. l. res iudicata. ff. de regul. iur. & ita fuit iudicatum in magistratu exaraordinario ad fauorem nonnullorum qui contraxerant cum quibusdam Medetis iam anteà absolutis, sed qui post ipsam absolutionem, & contractus factos detecta veritate criminis per literas principis fuerant condemnati. Ter-
77 tiò intellige, † quòd potest fieri euictio de talibus bonis à quolibet possessore etc bone fidei, nullo dato pretio per quascũque manus transierint, nisi tamen pretiũ, vel aliud loco pretij esset in bonis illius cui publicata fuerunt, ita gloss. in d. c. cũ secundum. in verbo, ipso iure. & ibi Geminia. Ioan And. & Moder. & ita Bartol. in l. si debitor. ff. de his, quæ in fraud. cred. in fi. ubi vult quòd quando quis non habuit potestatem alienandi, ut quando ipso iure publicata erant bona, uel erat interdicta administratio, si alienauit, potest res alienata reuocari nullo dato pretio, nisi esset cõuersa in utilitatem debitoris, siue confiscati, quia tunc debet restituere pretium, ne habeat rem, & pretium, sed vbi habuit potestatem alienandi, vt ante delictum. l. post contractum. ff. de dona. si tamen alienatio est facta in fraudem, tũc etiam fit reuocatio absque pretio, si ipse emptor particeps fuit fraudis, aliàs secus, vt ibi, qui tamen loquitur in creditore nos autem in fisco, qui tractat de lucro quærendo, quo casu videtur ipsum debere restituere pretium emptori, dato quòd particeps fraudis fuerit. & ita Imol, in d. l. post contractum. col. j. & per Iaso. in §. si quis in fraudem. vbi vide, Insti. de act. & aduerte ne te decipiat quod dixi, fiscũ euincere, vel cum pretio, vel sine, etiam si emptor nõ fuerit particeps fraudis, quia volo expresse dicere, quòd potest euinci, & tamen Barto. in d. l. post contractũ. col. 2. vult contrarium, quando emptor est in bona fide per l. ait prætor. § si quis particeps. ff. de his, quæ in fraud. cred. sed dic quòd Bart. in d. l. si debitor. loquitur in casu l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quis in frau. patro. Quarto intellige nisi alienatio esset necessaria quando delinquẽs aliud non habet, & vult alienare pro alimentis necessarijs, & ut aduocatos & scripturas sibi paret ad causæ defensionem. ita Salic. in l. si posthac, col. penult. C. de bo. dam. & licet Bar. sentiat contrarium, in d. l. post contractum. col. pen. versicu. secundum tempus. iuncto versi. seq Nihilominus Pic. sequitur opin. Salicet. ibi in versi. 2. principaliter. & adducit bonum simile, intellige tamen hanc necessitatem quando alienatio fit, vt dixi, pro uictu, & defensione causę, non pro dotanda filia, ut per Pic. vbi suprà in uersi. 3. principaliter. Considera tamen quando casus eue-
78 nit, † an possit contra fiscum allegari aliqua præscriptio. Et in hoc articulo præscriptionis contra fiscum conclude, quòd aut bono confiscata, adhuc nõ sunt vnita, & possidens cum titulo præscribit decem annis, sine titulo viginti, ita Bart. in l. in omnibus fisci. ff. de diuer. & temp. præscript. & est communis opin. secundũ Aret. in cõsi. 103. col. 7. & per Abb. in cacũ à nobis. col. fi. de præscrip. & reprobatur

consequenter bona acquisita inter confiscationem iuris & sententiam nō venire, & ita latè præsupponit Curt. in consi. 60. aliàs est consi. 59. dux Philippus. ibi, Benedictus commisso delicto ante bannum decessit, sed tamen ante pater eius decesserat, posteà post mortem ipsius Benedicti fuit damnatus, & posito quòd valuerit illa sententia post mortem lata, Quæro an illa bona patris acquisita post delictū ante sententiam transiuerint in cōfiscationem? & concludit nō transiuisse. char. 3. col. 1. versi. & antequam. habēs pro claro quòd confiscatio fuerit facta tempore delicti sicut disponit decretū, ideo sequitē illam regulam communem, quam dixi, ꝙ bona posteà quęsita non veniunt in confiscatione. Et qui quia consuluerāt contrarium ponderabant aliqua verba decreti ad demonstrandum quòd imò bona futura uenirent in cōfiscatione, Ipse Curt. ad hæc latè respondet, charta vlt. colū. j. versi. ad vltimum. & col. seq. In contrariū autem quòd attendatur sentētia iudicis, & non iuris, idest decreti quæ fit ipso iure tēpore delicti, facit quia decretum conditum est fauore fisci, igitur, & c. l. quod fauore. C. de legi. Fel. latè in c. dilectus filius. in 2. in 8. conclu. de rescript. & in ca. causam quæ. *el secondo.* & in c. fi. de iudic. & facit etiam, quòd decretum hoc æditū est, propter alienationes, ut patet in eius proœmio, iuxta l. fi. ff. de hæred. Institu. igitur quo ad eas videtur tantum operari, per regulam l. age cum Geminiano. C. de transac. Hæc opinio uidetur mihi verior stante hoc decreto maximè rigido, quod non tendit nisi ad implendum, & non ad euacuandum, & maximè quia in uersi. decernentes quo ad modum procedendi contra delinquentes, vult vt publicentur res eorum, & sic etiam quæ erant, & reperiebantur in eorum dominio tempore sententiæ, & ex his apparet responsio ad fundamēta adducta pro alia parte, nec hæc discutit Curt. imò licet uideatur in narratione facti. col. 3. uersi. 3. præsuppono. præcisè tangere difficultatem, tamen posteà char. 3. col. 2. respondendo contrarium sentit, quòd iam fuerit ille filiusfamiliàs bannitus, quando bona patris ei obuenerunt, & sic disputat casum clarum de iure communi, quādo post cōfiscationem, &c. & ita absque controuersia seruatur, & ad id quod dixi suprà, qđ sententia dicitur declaratio, & ita trahitur retro, responderi potest non esse verum, vt dixi suprà, tit. de pœnis. in versic. pœnæ delictorum non transeunt contra hæredes. Verum, quia decretum dicit ipso iure sint publicata bona, Quæro † an

81 licet de iure non ita sit, An tamen cōmisso delicto aliquod ius quæratur fisco? & videtur quæri per glo. in l. rescript. i prin. ff. de pact. vbi dicit quòd pœna est quasi debita fisco, eo ipso quòd commissum est delictum, & not. Bar. in l. fi. ff. de iniur. & ibi dicit quòd ad pœnam quæ infertur alicui ob delictum, quis dicitur largo modo obligatus per glo. in d. l. rescriptum. non autem stricto, quia infertur officio iudicis, ut ibi, & per Ias. i l. j. col. v. circa med. ff. de iurisdi. omn. iudic. & ita Alex. in l. diuortio. §. si fundum. col. ult. ff. sol. matr. in versi. aut commodum. Veritas est & communis opinio, quod in delictis fiscus non habet bona delinquētis obligata, siue hypothecata, quia si illa haberet obligata, posset hypothecaria auocare omnia bona alienata, quod non est uerum nisi in casu decreti, vel in casibus de quibus su-

82 prà. Fateor quòd † fiscus ex suo cōtractu habet tacitam hypothecam. l. aufertur. § fiscus. ff. de iur. fisci. ubi gl. & Bart. i l. j. & 2. C. in quib. cau. pign. uel hyp. tac. contr. & eodem modo si incideret in contractu delictum, vt ibi, & per Pic. i d. l. post contractum. ff. de don. post Bar. tangentē hoc i col. vlt. vers. circa ꝑdicta. & ibi vide Pic. i vers. i j. q. vbi ēt dicit ꝙ i actione ꝑsonali, fiscus nō vtitur priuilegio contra creditores, & ēt quòd lata snīa in delictis oritur tacita hypotheca, & vide ēt Barto. i l. j. §. seruus. ff. ad Sylla. vbi ait quòd creditores præferuntur in pœnis fiscalibus. circa quod vide Veron. caute. 216. aliàs. 160. incip. nota cautelā qui sequitur Bar. vbi suprà cum limitatione. vide ēt Firm. in verbo. domus. col. 4. vers. domus homicidæ. & ibi ponit quid iuris sit, si vxori bona sint pro dote hypothecata, & quid in præiudicium usufructuarij pro delicto proprietarij, vide ibi. Et an in pœnis fiscus habeat tacitā hypothecam, vt suprà,

vide Fan. in tract. pig. in 2. par. in 4. membro. nu. 11. vbi latissimè. Et circa priuilegium tacitæ hypothecæ quod habet fiscus ex suo contractu, quæro an econtrà priuatus secum contrahens similiter illud habeat? si non habet, contractus claudicat, sicut facit contractus minoris sine authoritate curatoris. l. Iulianus. § si à pupillo & §. si quis a colludente. ff de actio. empt. gl. not. in l. j. ff de rescind. vend. & sicut facit iudicium cum ipso minore. l. pen ff. quæ senten. sine appel. rescin. & l. non eo minus. C. de procu. si etiam habet tacitam hypothecam non claudicat, & seruatur æqualitas, prout seruari debet. l. petendæ. C. de tempo. in integ. restit. pet. & ideo si actor ipetrauit a iudice, ut reus citaretur personaliter, etiam ipse tenetur comparere personaliter, vt latè per Mari. Soc. in tract. cita. in 20 arti. in 15. q. i uerbo, octauò fallit. in 2. col. & est noua quæstio secundum eum. Item licet sit deserta appellatio, si tamen is contra quem appellatum est, impetrauit rescriptum, vt confirmaretur sententia, appellans potest prosequi appellationem, vt per Dec. vbi vide in cap. personas. in pen. col. ff. de appella. Cogita.

Titu. Debitores an delinquenti soluere possint in præiudiciũ fisci, maximè si numeratio non interueniat?

SVMMAE.

1 *Solutiones an fieri possint delinquentibus per suos debitores, maximè causa alimentorum?*

2 *Solutio an possit rectè fieri illi, qui paulò pòst solutionem committit delictum?*

3 *Solutiones, quæ non fiunt vero creditori, sed fisco, vel alicui tyranno, an liberent debitores. et quomodo probetur metu, vel coactè id factũ esse, & quid si debitor fuerit prius in mora.*

4 *Debitores alicuius banniti soluentes ipsi bannito, quando reuertitur ad patriam occupãdo prouinciam, an liberentur?*

5 *Exactores constituti per tyrannos, an teneantur de pecunijs exactis?*

6 *Debitores soluentes ante diem, an possint molestari à successore? & nu. 8*

7 *Fructus quomodo sint diuidendi moriente vsufructuario, vel extincto feudo, & quid in fructibus beneficio. & nu. 9*

8 *Debitor puta colonus, vel conductor soluẽs ante tẽpus, an possit molestari à successore in feudo, vel vsufructu, vel præbẽda? et suprà nu. 6*

9 *Colonus rei feudalis soluens ante tempus, an possit molestari per fiscum, quando feudum comprehenditur in confiscatione. & nu. 7*

10 *Confessiones, quare reperiũtur factæ inter delinquẽtes et eorũ massarios, an præiudicẽt fisco et ibi ponitur quomodo cognoscantur confessiones factæ in fraudem. & nu 6*



ICTVM est quòd alienationes & contractus facti a die delicti commissi citra, nihil valent, stante decreto nostro, vt a die commissi delicti ipso iure sint publicata bona, uel etiam sine decreto, quãdo de iure sunt ipso iure publicata bona, vel interdicta est administratio. Nunc quæ-
1 ro † an istis delinquentibus possit debitũ solui, & an ipsi alijs possint soluere, vide ad hoc text. in l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. vbi dicit quòd delinquenti in crim. læsæ maiest. non rectè per debitorem soluitur, & hoc nisi fieret solutio occasione alimẽtorum suorum, uel scripturarum, causa defensionis suæ, secundum Imol. in d. l. post contractum. regulariter cõtra, videlicet quãdo non est interdicta administratio, vel ipso iure bona non sunt publicata. l. reo. ff. de sol. & ibi gloss. allegat alios tex. idem dicentes, aliamq; fallentiã, sed ipsi delinquentes etiam quòd sit interdicta administratio, vel ipso iure sint publicata bona, possunt soluere veris creditoribus suis, quia si reus nõ solueret, fiscus ad quem bona cum onere transeunt teneretur ipse satisfacere. l. debitori. cum gl. ff. de fideius. vnde etiã datio in solutum, valet in his casibus, & oĩbus alijs in quibus donatio ob præsumptionem fraudis, non valeret, nisi tamen rem multò maioris pretij, pro paruo debito dederit, quia vsque ad debitũ valet, abinde supra, nõ, & reuocatur. ita Bar. in d. l. post cõtractũ. col. ult. vers. quæro in casibus. oportet tamen ẽm Bar. ibi, quòd de debito constet

aliter

aliter q̃ per confessionẽ, aliàs si per cõfessionem tantum debitor fateretur, secus esset l. j §. quod si in lite. ff. de his, q̃ in fraus patro. & ad hoc vltimũ adde text. notab. in l. si post hac. in prin. in versi. dos etiam. C. de bon. proscrip. vbi est tex expressus, quod si de debito tantum constet ꝑ confessionẽ, non nocet fisco dicta confessio, sed est necesse, vt cõstet de numeratione, & ideo vide ibi not. Ange. si igitur fiscus succedit alicui delinquenti, non tenetur fiscus habere rationẽ confessionũ, in quibus non apparet de vera numeratione, & ita ibi Ange. qui tñ declarat, & bene, vbi paulò ante delictum factæ fuerint, aliàs si omnis fraus cessaret valerent. & ita intelligit illum text. Dixi ꝙ qñ ipso iure bona sunt publicata, nõ rectè debitor soluit tali delinquenti, per l. fin. C. ad Iul. maiest. q̃ lex probat à fortiori, quia loquitur vbi tantũ interdictũ est bonorum administratio, nisi ratione alimentorũ, & scripturarũ, & defensionis causæ, vt per Bart. in d. l. post cõtractũ. col. pen. versi. quædã sunt
2 delicta. & Imol. ibi. Adde not. ꝙ † si quis adhuc non commisit crimen, tñ proximè cõmissurus est, non est idẽ, ac si iam esset commissum, & soluens ei liberatur, quia adhuc bona non sunt publicata, nec est interdicta administratio, vnde ẽt coloni q̃ soluerunt Bentiuolis, quo tẽpore vexabantur, & proximè erant repellẽdi à ciuitate Bononiæ, prout posteà euenit, nõ fuerũt in culpa. ita Anchar. consi. 287. tria principaliter, & hoc obseruauit magistratus, qñ tẽpore solutionis, iam dies venerat, & idẽ si nondũ venerat, vbi non potuit conici
3 fraus. Quæro ẽt † an hæ solutiones valeant, qñ non sunt factæ vero creditori, sed aut fisco qui successit in locũ locatoris, vel alterius creditoris, aut tyranno, q̃ vult omni via cõparare pecunias, & an tales debitores sint liberati veniente posteà creditore. in hoc, breuiter dic secundum distinctionẽ Bar. in l. creditor. ff. de sol. qđ qñ bona sunt publicata, rectè fisco succedenti loco illius soluitur, loquitur tñ Bar. vbi publicatio est iusta, si verò bona non sunt publicata, tñ tyrannus exigit meum creditũ, adhuc idẽ, si in iniuriã meã & nõ debitoris id fecit, vbi tñ coactè solutio facta est, non enim debitor repente soluere debuit, ita Bar. in d. l. creditor, & ad ostendendũ, ꝙ coactè soluerit, sufficit vt factũ fuerit præceptũ speciale vel generale ab illo tyrãno, qui potuit inferre vim & metum. ita Bar. ibi, & in his omnibus est communis opi. cũ Bar. vt ꝑ Deci. vbi omnino vide, vt paucis agamus in cõsi. suo 25. col. 1. 2. & 3. Et quia Bar. vult debitorẽ liberari, qñ publicatio est iusta, & fisco soluit, hoc extende ẽt quòd fuisset in mora debitor, quia hæredi succedit, verũ quando ponderatur mora ad damnũ debitoris illud est in casu secundo, qñ cõfiscatio est iniusta, & fit exactio in odiũ creditoris, vt dicam infrà versi. aduerte. & vide ad probandũ dictũ metum Fel in c. fi. in fi. extrà, de re iudi. Ias. ĩ l. quadrupli. Instit. de act. col. 11. Feli. in c. j. col. 8. de spõ. & in c. cùm M, col. 12. ver. ad idẽ. de constit. in ca dilectus. *el secondo*. in vlt. notab. de simo. & alibi sæpe per Doct. maximè consulen. & cõmunis est opi. quã dixi, vt solùm mandatũ sufficiat, tñ bonũ est, vt ẽt expectetur alia cõminatio, vel detrusio in carceres, vt omnino tollatur omnis suspicio, & quia dixi Bar. loqui in confiscatione iusta ẽt si aliàs fuisset falsa in præiudiciũ creditorũ, vt notabiliter per Dec. in d. consi 25. col. 2. vbi vide. Aduerte tñ dum dixi debitorẽ liberari qñ fit exactio in iniuriã creditoris, ꝙ hoc non procedit si debitor fuit in mora soluẽdi, quia tunc illa mora præpõderat, ita Ang. in d. l. creditor. ff. de solu. Subdẽs tñ verba infrascripta. Argumentum tñ est contra, quia nõ fuit mora ordinata ad illũ casum. l. si vtenda. § idẽ iuris. ff. ad l. Rod. tñ dic morã esse præponderãdã, vt etiam tenet Imo. in d. l. si debitor. & Barba. eum sequitur in consi. 27. in 3. col. in 3. parte. & ita obseruatũ fuit. Itẽ debitor liberatur si potest imputari aliqua culpa creditori, aliàs non. Nã Bar. & Doct. allegant §. culpæ. & ille § ita intelligitur, vt ibi in gl. & ideo qñ creditor bannitus fuisset absque sua scientia, quia esset absens, & nulla notitia ad ipsum deuenire potuisset, soluens non esset liberatus. ita Nell. in tract. in j. par. 3. temp. q 22. col. 2. est materia. l. 2. §. itẽ si in facto. ff. de verb. oblig. qñ quis soluit facto alterius, an damnũ sit soluentis tantum, an et illud possit repetere, nã qñ ꝓcedit aliquod factũ tertij ex cuius facto

soluit, iuxta l. nam & Seruius. ff de neg. gest. licet hoc casu damnū regulariter nō sit soluentis, vt per Doct. in d. §. maximè, Alex. & Socin. tñ si ostenditur diligentia illius tertij, non tenetur tertius, sed damnum est soluētis, & multò magis hoc procedit, qñ nullū factum interuenit, & appareat de diligentia tertij, vt plenè habes in d. §. maximè per Soci. in secundo casu. In casu autem Bar. in d. l. si creditor interuenit factum tertij, quia recessit, & ideo aliter non probata dilig ētia damnum est ipsius tertij, verū in casu D. Renati Triuultij à quo Dux in ciuitate Laudis Pompeæ pecunias expressit, quas debebat D. Catharinæ de Roma habitatrici Mediolani, quia non recesserat ipsa ex ea ciuitate, damnū est D. Renati. quia hic nō interuenit factum, cùm solùm steterit & perseuerauerit vbi erat, Nec ipsa sciuit ꝙ volūtas Ducis esset, vt recederet, & vtcunque sit, fecit quicquid potuit vt recederet, & ideo omnino est damnum D. Renati. l. si per imprudentiam. ff. de euict. Item aduerte ꝙ prædicta non procedunt si exprimatur debitū ab aliquo priuato ēt in iniuriā creditoris, quia tunc debitor nō liberaretur per rationem l. 2. in fi. cum l. seq. ff. si quis cautio. ita Bar. in d. l. si debitor. quod facit
4 ad quæstionem, † qñ extorres, siue banniti reuertūtur ad patriā, occupata ꝑ eos prouincia, & exprimunt pecunias à suis fictabilibus, posteà recedunt, & fiscus iterum vult cogere dictos fictabiles, quia videtur quòd hoc possit, cum à priuato, & nō à tyranno, siue Republica expressę pecuniæ fuerint, sed dic contrarium, quòd imò liberati sunt. non obstat l. 2. § fin. ff. si quis caut. quia ratio illius text. cessat, quæ est quòd debitor habet actionē contra priuatum, vt ibi. & per Cuman. consi. 185. col. 3. & maximè procedit hæc conclusio, quia secum contraxit qui soluit, quo casu liberatur, etiā si locator fuisset prædo. l. si vrbana. ff. de condi. indebi. Bar. in tract. de tyran. col. 5. in prin. imò nō potest dici priuatus sicut loquitur Bart. & Doct. & tex. in d. l. 2. § fi. qa isti extorres erant potentes, vt authoritate iudicis cogerent eū ad soluēdū, maximè quia in tali casu non desunt, qui occupatorum partes sequantur, & eis faueāt quo ad omne auxilium executiuum, & ad hanc considerationem vide Cuman. vbi suprà, col. 3. & Bart. in d. tract. de tyran ibi, si autē potest ei metum, &c. Nec facio differentiam an habeat ipse iurisdictionem, vel opera iustitiæ, ex contractu inito cum fictabile, possit facere, & faciat, vt dicit Cuma. qui ita loquitur, & maximè procedit hæc cōclusio, quia qñ occupator iterū acquirit prouinciam in integrum restituit omnes extorres qui secum exulabant, ad omnia sua bona, & iura. quo casu fictabiles ipsi omnino, tunc tenebantur soluere ei, nec credo quòd requiratur coactio, vt dicitur de tyranno qui exprimit præcedente ordinatione, & quia hic soluitur ministerio iustitiæ, & illi cum quo cōtraxit, nec esset conueniens dicere, quòd nō debuerit soluere ei, sub fundamēto quòd regnās esset tyrannus, quia loco responsionis sine dubio mortē accepisset, sed qñ ante tempus soluunt, & posteà eueniente tēpore promissionis, alter dñs reperit quid iuris sit, dicā infrà, & vide omnino per Bart. in d. tract de tyran. col. 4. & 5. & not. omnino quòd ibi dicit in versic. ex prædictis. exa-
5 ctores, & † alios constitutos ab istis tyrānis, qui pecunias exigunt, & posteà expēdunt eas ad mandatum tyranni, vel ipsi tyrāno tradunt, esse liberatos, & memini me vidisse gratiā regis Francorū per quā liberabat eos qui nomine Ducis Maximiliani, exegerāt pecunias, ita vt nihil remāsisset pœnes eos, quod vt vides, etiā erat de iure, & ad prædicta adde quòd licet nō fiat remissio mercedis in rebus separatis à solo. l. damnū. C. loca. Tamen si fuerunt ablatæ per tales extorres vti dominos rerū suarū, & locatores prædij dictorū fructuum, fiscus seruauit, vt esset habenda ratio, & bene. & ad hæc faciūt, q̄ dicit Dec. in d. consi. 25. col. 2. qñ debitor soluit reipublicæ sub prætextu quòd esset domina vera ratione cōfiscationis, nā licet confiscatio esset falsa, tñ non fuit in culpa qui soluit, & vide Paul. de Cast. quē ipse allegat, & alia, vt per eū. & ad prædicta vide omnino in d. l. si vrbana. & primo Bar. posteà multas illationes ibi relatas per Ias. col. 2. 3. & 4. & ibi habes quid de soluente iniusto dño cū quo nō contraxit, sed bona fide, credens eum verū dñm, & quid

de

de soluente iniusto cũ quo contraxit, & mala fide sciens eum breui tempore esse deponendũ, & quid de soluente iniusto, q tñ erat in possessione illius rei pro qua soluebatur, & vt ibi p eũ, ad quod vl' mirũ iuuat scire, an princeps amittat possessionẽ prouinciæ propter rebellionẽ, de quo vide Bal. in l. malè agitur. C. de præscrip. 30. ann. & Alex. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccl. Quæro ẽt in hac materia so
6 lutionũ, † verũ coloni & debitores q tenentur in diẽ, si soluendo ante diẽ, & existente altero dño, dies veniat, sint liberati, loquor vbi interueniat vera numeratio, quia si tantùm facta est confessio, est alius artic. super quo dubitari potest quã uis ante tẽpus non soluatur, & dic liberatos esse, quia tẽpus est datũ gratia debitoris. l. quod in diẽ. ff de sol. l. j. in prin. ff de condi. & demon. cũ simil. & ibi not. & in l. qui Romę. in prin. ff. de verb. obligat. & per Alex. in l. diuortio. ff. solu. mat. col. 6. versi. iuxta hoc quæro. & sicut alius hæres vel vniuersalis successor nõ posset infringere dictã solutionẽ, ita nec fiscus qui in ius priuati succedit. l. nõ intelligitur. §. si posteriori. ff. de iur. fisc. & l. fiscus. eo. titu. cũ simil. habetur in l. si constante. § si. maximè per Rom. ff. sol. matr. sic etiã qñ dignitas transfertur per successionẽ, vt in regibus, ducibus, marchionibus, & similibus, successor tenetur stare his quæ fecit ille cui successit. Non ita qñ ius electione transfertur, vt in Imperio & Põtificia dignitate, vt per Ias. in l. j. col. 3. ff. de constit princ Aduerte tñ an hæ confessiones & solutiones sint factæ tẽpore multũ suspecto, qñ creditores iã positis calcaribus de fuga cogitabant, quia tunc res est periculosa per not. in l. post contractum. ff de don. imò super hoc extat ordinatio illius tam excellentis ingenij Hieronymi Moroni qui pro arbitrio tẽpore Ducis Francisci secundi omnia administrabat, quæ licet generaliter loquatur, tñ ita fuit obseruata, q si videbantur factę in fraudẽ, earũ nulla habebatur ratio, si etiã non poterat coniici fraus: admittebãtur, sed tñ iterum cogebatur ille ad soluendũ, datis sibi tot ex bonis dñi in solutũ. Non obstat q dixi suprà in versi. adde not quòd siquis. nu. 2. loquendo de Bentiuolis post Ancharan. consi. 287. incip. tria principaliter. quia loquitur Anchar. in creditis quorũ iam dies solutionis venerat. Nos in illis quæ in diẽ sunt, tñ arbitror necesse esse, vt etiam colonus particeps fraudis fuerit, quia non agit causam lucratiuam, iuxta text. in l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in frau. cred. & not. per Bar. in d. l. post cõtractum. col. 2. & in §. item si quis in fraudem Inst. de actio. & ideo cùm in dubio non præsumatur fraus maximè in colono qui ignorat consilium domini, non videtur vt possit rescindi solutio, erat enim debitor, licet in diẽ l. j. in fi. ff. quãdo dies vsu. lega. ced. & potuit renuntiare fauori suo l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. & dixi suprà, in prin. quæst. Inuigilant enim creditores ad suũ consequendum, & ideo si debitor vni creditori soluat, & nõ alij, valet solutio. l. in summa. in prin. ff. de pecu. & videmus ẽt quotidie ipsúmmet fiscũ cogere colonos ad solutionẽ ante tẽpus. Tamen ad hoc vltimũ patet responsio, q princeps ex causa potest ante diẽ exigere. l. j. C. de condi. ex lege. sed ad propositũ opinionis meæ ẽt videmus quòd intrusso potest fieri solutio ita tñ quòd ignorãter fiat, vt dixi suprà per l. si vrbana. cum ibi not. ff. de condi. indeb. & maximè tollitur suspitio in colono qñ apparet de vera numeratione, facit ad prædicta text. in l. aufertur. §. in reatu ff. de iur. fis. qui dicit quòd ẽt ei qui in reatu est constitutus rectè soluitur bona fide soluendo, ergo multò magis ante delictũ etiam paulò ante, ad id facit. l. reo. ff. de solut. Sed loquũtur d. leges vbi credita sunt pura, & ad prędictam distinctionem, & declarationem, vt non habeatur ratio quando conijcitur fraus coloni, bene & elegãter facit, quod prospectus futurorum quamuis pertineat ad sapientem virum, tamen nõ afficit dãno non cogitantem, nisi ex præsenti statu debuerit cogitare, verba sunt Bald. in l. ædẽ. col. 4. versi. quæro de quibus vsibus. C. locati. allegat l. si quis domũ. §. j. ff. loca. quam vide. & l. sed & si quis. ff. si quis caut. & si dicas si re vera datæ fuerunt pecuniæ, etiam paulò ante delictum, cur nõ debet haberi ratio? cùm videamus confessionem, tunc demum nõ nocere fisco quãdo paulò ante delictum facta est, si nume

ratio nō interuenit. d.l. si posthac. in verbo, dotaliū. & ibi Ang. C. de bon. proscrip. & si vera numeratio interuenisset noceret, vt ibi in text. iūcta Ang. declaratione, & dicam in seq. quæst. & prima facie hoc fundamentū fecit me valde dubitare, sed dic ꝙ loquitur de confessione pecuniarū receptarū ad obligādū, nos de cōfessione rerū receptarū ad liberādum debitum in diē, quòd nō poterat exigi ante, nolente debitore, ideo maior præsumptio insurgit cùm appareat quòd fuerit solutum ante à colono, q verisimiliter sciebat statū & conditionem dñi. Do tñ consiliū, vt si omnino appareat de solutione, licet non habeatur rata, & iterū pecuniç exigantur, tñ fiscus faciat vt colonus nō sit in damno, vel dando ei tot ex bonis dñi in solutum, vel aliter eis satisfaciēdo super alijs pecunijs quarū dies solutionis nondū venerit, nec ad hoc somnians moueor, nā Bart. in d.l. post contractū col. 2. dicit, quòd venditio vti in fraudē facta rescinditur si etiam emptor particeps fuit fraudis, sed tñ communis est, vt fiscus etsi rescindat, tñ soluat pretiū postquàm de lucro tractat, nō ita in creditore reuocāte alienata in fraudē, ita ibi cōmuniter Doct. quicquid dixerit Bar. in l. si debitor. ff. de his, q̃ in fraud. credit. & quicquid dicatur in §. itē si quis. Institut de actio. vt suprà dixi. Et hęc procedunt in fisco q successit propter publicationē, & qui succedit in ius priuati, & tenetur seruare, q̃ fecit ipse priuatus, cui
7 successit, secus † si res reuerteretur ad eū morte vsufructuarij, vt quia vsusfructus esset alterius, & proprietas fuisset principis, siue fisci, vel alijs modis quibus vsusfructus finitur. §. finitur. Instit. de vsufru. vel ēt quia princeps fuerit dñs directi, & vtile esset consolidatū cū directo propter confiscationē vel aliter. Et de vsufructuario qñ moritur sine dubio fructus anni secundi sunt proprietarij, & non hæredum vsufructuarij. Item primi anni, secundum distinctionē l. defuncta. ff. de vsuf. quę loquitur in republica vsufructuaria, & dicit quòd fructus primi anni collecti tempore vitæ sunt sui, licet dies pensionis nondum venerit, & secundū d.l. potes determinare casum, de quo vide Fed. consi. 220. col. 2. & Cuma. consi. 170. col. 2. circa fin. Sic ēt in feudatario, quando feudum aperitur domino directi, fructus anni sequentis, scilicet secundi anni, sine dubio nō sunt sui, nec potuisset feudatarius facere præiudicium quo ad secūdum annum, nec alios, domino directi, quo ad primū annū diuiduntur fructus secundum cōsuetudinem, quę est in c. j. §. his consequenter. in titu. hic fin. lex Corr. vbi si aperiatur ante Calendas Martias feudū, omnes fructus sunt domini, aliàs si post vsq; ad Augustū sunt hæredis feudatarij, & per Alex. in l. diuortio. col. 2. ff. sol. mat. vbi dicit quòd communis est opinio. vt seruetur distinctio prædicta, & ibi Ias. in prin. col. 3. vbi ponit etiam quando deberetur pensio loco fructuū, quē Ias. etiā ibi vide col 8. versi. pro clara intelligentia. Et idem est dicendum in fructibus beneficiorum, nā clericus facit illos fructus suos instar fructuarij. vt per gl. in c. pręsenti. de off. ord. in 6. & per Alex. in d.l. diuortio. col. 2. vbi ponit cōmunē esse in hoc vltimo casu, secundum distinctionē d.g. Et aduerte in causis præ
8 dictis, † quando conductor soluit ante tempus, & aperitur posteà feudū vel vsusfructus, vel præbenda, trāsit in aliū, quòd si feudatarius, vel vsufructuarius est soluēdo, restituit quæ habuit, vbi fructus non sunt feudatarij, vel vsufructuarij, vel alterius presbyteri, si verò non est soluendo, tenetur conductor, cui imputandum est, quòd soluerit, per l. si quis domum. §. j. ff. loc. ita Arch. 12. q. 2. c. alienatores. circa fi. & Ang. in notabili cōsi. 245. col. 7. versi. dicit tamen Gofredus. & facit gl. in c. fin. ne præl. vic. suas. Aduerte tamē quod dixi
9 de feudo, clarè procedere, quando † aperitur feudum aliter quàm ob publicationē, sed si aperiretur via publicationis, quia potuisset in ea compræhēdi, iuxta consil. Cur 4 post tract. feud. referendo me tamen ad ea, quæ dixi in specie circa hoc suprà titu. præcedenti, tunc credo idem dicendum, quod in aliis rebus hæreditariis. Nam hoc casu nō potest fiscus dicere colono, Tu non debebas soluere, nam succedit fiscus in ius priuati, &, vt suprà dixi, in aliis bonis, in quibus fiscus succesit. Sic etiā credo, quando feudum sui natura nō venit in confiscatione, tamen acquiritur domino, quia venit contra eum vasallus, iuxta

iuxta c j denique. quæ fit cau. ben. amit. posito q̃ confiscentur bona ipsius feudatarij, & fiscus velit ei succedere. Nã licet iura feudalia nõ trãseant iure cõfiscationis, quia nõ transeunt in extraneũ, sed veniant in dñm ex tacita conditione, quam videtur fecisse ipse dñs tẽpore concessionis, ne in eũ delinqueret, vt no. in d. §. denique. & per Alex in l. si finita § si de vectigalibus. col. 10. ff de dam. infe. tñ postquàm in reliquis bonis voluit esse vniuersalis successor, non debet posse contrauenire, vt per Rom. consi. 35. & Imo in cap. potuit, extrà, loc. & Iaſ in l. 2. C. de iure emph. in pen. & vlt. char. Cogita, quia nõ reperio Doct. in d. §. his consequenter. tã
10 gentes hunc articu. Quæro etiam † an confessiones, quæ quotidie deferuntur præfectis redituum factæ per eos, quorũ bona confiscata fuerunt, colonis suis, vel aliis, in quibus nõ apparet de vera numeratione, præiudicent fisco, qui posteà successit tali confitenti? Iste articulus pẽdet à materia Auth. sed iam necesse. C. de do. an. nup. vbi Bart. vult, q̃ non præiudicent creditoribus etiã futuris, vbi adsit aliqua suspicio fraudis, ergo nec fisco, quia æquiparantur vt plurimùm, vt in l j C. de iure fis. lib. 10 cũ ibi not. & per Bar. in d. l. post contractũ. col. 2. & ita Bart. in d. Auth. sed iam necesse. & Bald in l. si quis post hac. iuxta text. ibi in versi. corporaliter. C de bo. dam. & ille tex. hoc clarè probat, data tñ suspicione, vt quia paulò ante delictũ factæ fuerint, declarat ibi Ang. post glo. & ita intellige Pau. de Ca. consil 82. visis his, quæ superius allegantur. col. j. & 2. secundum antiquã impressionẽ, & Roman. consi. 445. circa fi. Et signa fraudis ponit Alex. consi. 142. col. 2. volu. 5. & Iaſ. in §. item si quis in fraudẽ. Instit. de act. Sed tñ prædicta procedunt, videlicet tex. in d l. si quis posthac. & in d. Auth. & Doctores suprà allegati in confessione ad obligandũ. Nos loquimur i cõfessione colonorũ & debitorũ ad liberandũ, in quã apparet de causa, quare soluitur, & quidẽ verã, & q̃ fit diuersa ratio, patet in l in contractibus. § super cæteris C. de non. nu. pec. Itẽ qñ confessio per se non est efficax, tunc efficitur, qñ aliquæ coniecturæ pro ea militant. Bal. in l. j. C. de pri. dot. Bal. Nouel. in 4. limit. in 10 parte. & Feli. in ca. si cautio. de fide instr. in versi. fallit tertiò. Item qñ præcedit promissio, & sequitur confessio, præsumitur vera. d. l. in contractibus. §. sed quoniam. Felin. vbi suprà, char. pen. versi. fallit quartò. & Bal. Nou. in d. 10 parte, in versi. septimò fallit. Item cõfessio tutoris & similis personę nocet successori, qñ ad liberandum tendit, non qñ ad obligandum, vt per Iaſ. in l. 2. §. creditum ff. si cert. pet. col. 4. In quo articulo etiam vide Fel. in c. si col. pen. ver. generaliter autem. & col. seq. extrà, de præscrip. Breuiter teneo in casu nostro q̃ præiudicet, quia Doct. suprà allegati in hoc artic. ita dicunt, & si præiudicãt quo ad obligãdũ, multo magis quo ad liberandũ, nisi ad sint signa fraudis, & ad hoc vide Dec. in consi. 184. col fin in fi. & ibi habes, quòd contra talẽ confessionẽ hæres nõ potest venire, iuxta l. cùm à matre. C. de rei vẽd. non ita in cõfessione tutoris & procuratoris, nisi tñ posset fraus coniici, q tunc posset contra eã venire vniuersalis successor, vt p Cur. cõsil. j. in vlt. col. & per not. in d. l. post contractum. & in d. §. si quis in fraudẽ. Est verũ, q̃ difficilius potest fraus coniici. qñ confessio tendit ad liberandũ ex causa præambula, nam vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in int. rest. & ideo deberet fortior pręsumptio adesse hoc casu, quàm si tenderet ad obligandũ, aliàs est standũ ipsi cõfessioni, & ita tene.

Tit. de Proclamate, quod fit bonis publicatis.

SVMMAE.

1 *Publicatio an comprehendat bona, quorum sola detentio erat apud delinquentem?*

2 *Descriptio bonorum eius, qui criminis arguitur, quomodo fieri debeat. & nu. 8.*

3 *Cridæ an præiudicent quo ad res, quæ non erant delinquentis, & tamen fuerunt descriptæ tanquam suæ?*

4 *Cridæ an præiudicent quo ad ea, quæ nõ erãt delinquentis, si non fuerunt descripta, & maximè stante decreto Mediolani, vt non apprehensum habeatur pro apprehenso?*

5 *Cridæ an præiudicent ignorantibus?*

6 *Bona fides requiritur etiam in præscriptione statutaria.*
7 *Cridæ an comprehendant hæreditatem tertij, in qua tamen delinquens gerebat se pro hærede, sed non apprehenderat possessionem corporum hæreditariorum?*
8 *Descriptio bonorum fit aliquando per fiscum ad hoc solùm, ne bona transeant in sinistrum, & quomodo, & quando hoc fiat?*
9 *Cridæ seu proclamationes quo tempore fieri debeant per fiscum.*
10 *Publicatio comprehendit etiam ius recuperandi possessionem, si quod erat apud delinquentem.*
11 *Cridæ an præiudicent fideicommissarijs, & cæteris habentibus ius conditionale, si non contradicant, & an præiudicent ijs, qui posteà nascuntur, & an præiudicent emptori in casu euictionis?*
12 *Cridæ an præiudicent hæreditati iacenti, & mulieribus in dote, & pupillis, & alijs absentibus?*
13 *Cridæ factæ non benè seruata forma, sunt ipso iure nullæ.*
14 *Probatio an admittatur post terminum, cùm tendit solùm ad confirmationem eorum, quæ producta sunt in termino?*
15 *Bannitus, vel alius condemnatus, & priuatus bonis, & deinde restitutus, an teneatur creditoribus, si ipsi non contradixerunt cridis? & nu. 16.*
16 *Præscriptio an pœnitus tollat actionem, an verò solùm reddat inefficacem?*
17 *Cridæ an præiudicent illis, qui non contradixerunt, sed tamẽ venerunt statim ab initio, cùm bona fuerunt per fiscum apprehensa?*
18 *Cridæ an lapso termino excludant omne genus probationum, & etiam iuramentum?*
19 *Cridarum terminus respicit id solùm, quod petitur, non autem qualitates exteriores, putà, si quis vellet probare absentiam.*
20 *Cridæ an præiudicent creditoribus, qui non cõtradixerunt eò quia condemnatio erat nulla, vt si facta sit à iudice laico contra delinquentem clericum?*
21 *Cridis an sit legitimus contradictor pater pro filijs?*
22 *Cridis an possit contradicere mater pro filijs, vel etiam pro sua dote, si non habeat tutelam vel curam?*
23 *Cridæ præiudicant etiam creditori clerico, si non contradixit.*



AD intelligentiã eorũ, quæ hoc loco dicenda sunt, scias in hoc dominio extare decretum, vt nõ solùm bona rei sint ipso iure confiscata, verùm etiam habeantur pro appræhensis, vbi appræhensio per officiales esset omissa, vult tamẽ verè fieri debere descriptionem, & appræhensionẽ bonorum ipsius rei, sed, vt dixi, quòd omissum appræhendi habeatur pro appræhẽso. Decretum etiã disponit, vt secuta per sentẽtiam condẽnatione aduersus reum, bona publicata proclamentur in hũc modum, quòd quilibet qui prætendit se creditorẽ, vel ius aliquod habere in bonis relictis per condemnatũ, & appræhensis verè aut per fictionem ipsius decreti, teneatur infra certos menses cõparere, & contradicere, quibus elapsis, & contradictione nõ facta, fingantur omnes nullum ius habere in bonis talis cõdemnati. Ad cuius decreti intelligentiam primò scias, quòd † etsi
1 dictum decretum velle videatur, vt in cõfiscatione non veniant nisi bona propria cõdẽnati, quod idem etiam videtur velle lex in l. j. ff. de bon dam. & alibi. Tamen absolutè est dicendum, quod si etiam sola detentatio esset in condemnato, tamẽ ius illud detentationis trãsit in fiscum, & multò magis hoc idem dicendum est de possessione, in quibus possessione & detentatione est etiam quoddam dominium, secundum Bar. & Doctores in l. si quis vi. §. differentia. ff de acquir. possess. Qua ratione l. fi. C. de edicto diui Adr toll. volens vt hæres mittatur in possessionem earũ rerũ, quæ fuerant defuncti, procedit etiã in sola possessione, & in detentatione, vt ibi in gl. in verb. fuerunt. & Bart. eã expressè sequitur, & absolutè est dicendum, quòd fiscus succedit in omni iure eius, cui bona confiscata fuerunt, quia est instar hæredis tex. est in l. 2. C. ad leg. Iu. de vi pu. & per Alex. in l. si marito. in princ. ff. sol. mat. & quomodo possit esse ius in aliquibus rebus apud condemnatum, licet non esset dominus, docet tex. in l. rem quæ nobis. ff de acq. rer. do. & glo. notabilis ibi, & l. bonorum. §. in bonis. ff de verb. sig. & melius

melius quàm alibi tex. in § fin. quem omnino vide Instit. vi bon. rapt. Ex his in-
2 struitur ille, qui † à proruratoribus fisci, & alijs iudicibus mittitur, vt faciat descriptionem bonorum eius, qui criminis arguitur, ita vt errare non possit in modo descriptionis, quam facere velit, quia debet describere res & iura, prout erant penes suspectum, idest, si solùm erat detentator, putà, conductor, vel depositarius, iuxta l. licet. §. j. ff. depositi. & l. rei. ff com mod. debet describere rem pro conducta vel deposita, & non tanquam eius sit pleno iure, si solùm etiam habebat vtile dominium, vel directum, debet describere rem, prout se habet, & sic de similibus, & facit l. forma. ff de censi. in princ. & melius l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. & effectus est, quia si posteà bona illius ponuntur ad proclama iuxta dictum decretum, & quæ ponit Odofred. de proclamationibus bonorum vacantium, quæ fieri debent per fiscum, in d. l. fin. & in l. prohibitum. C. de iure fisci. eodem lib. 10. Per nō contradictionem nō firmabitur res pleno iure apud fiscum, sed prout posita fuit ad proclama. Nam si solùm vtile fuit descriptum, & sic positū ad proclama, firmabitur vtile, si solùm directum, idem in directo, si sola detentatio fuerit descripta, fir-
3 mabitur ius detinendi. Admitto, † quòd si describens rem, in qua is, cuius bona confiscata fuerūt, habuisset detētionem solam, descripsisset eam pro re propria illius. ignorans quòd esset res conducta, eo casu cridæ, quæ pleno iure rē proclamassent, præiudicarent locatori, & de hoc extat ordo nouus in hoc dominio. Quare, vt dixi, est aduertēdum, vt descriptio fiat secūdum qualitates rerum & iurium. Sed
4 oritur dubitatio, † an si talis res cōducta non describeretur, sed prætermitteretur, an præiudicarent locatori, & dominio? Et videntur præiudicare, quia decretum, vt dixi, fingit quòd non appræhensum habeatur pro appræhenso. Sed dic contrarium, quia etsi pro appræhensa habeatur res conducta, iuxta dispositionem dicti decreti, tamen habetur pro appræhensa sicut est, & non amplius, sicq; detentatio habetur pro appræhensa, & nō vltrà. Esset enim nimis absurdum, si diceremus decretum, dum fingit contra ius cōmune l. cùm hæredes. in princ. ff. de acquir. possess. Et veram conclusionem factam per Alex. in l. si mora. col. 2. ff. sol. mat. vt possessio non transferatur, nisi per appræhēsionem, vel alium actū, iuxta l. quod meo. in princ. ff. de acquir. posses. pariter etiam fingere, vt vna res esset alia, & quòd non solùm asinus deberet haberi pro appræhenso, verùm etiam deberet haberi, ac si equus appræhensus fuisset, quod minus est dicendum, quia lex non fingit, vbi oritur iniquitas ita fingendo l. nec vtilem. ff. ex quibus causis maio. & notatur maximè per Aret. in d. l. cùm hæredes. §. j. ff. de acquir. posses. Vsucapio enim & præscriptio, quæ posteà oritur ita fingendo ex dispositione cridarum est impium & iniquissimum præsidium, vt per Iaso. in l. si is qui pro emptore. charta 7. col. j. versic. secundā rationem. ff. de vsucapio. Et hæc clara existimo in terminis, sicut dixi. Sed pone, quòd suspectus criminis rem possidebat & bona fide, putans esse suam, iuxta totū titulum. ff. de publician. & nulla fiat descriptio talis rei, An cridæ hoc casu præiudicent domino? Arbitror præiudicare, quia habetur pro appræhensa, sicut erat apud illum, cuius bona cōfiscata fuerunt, & consequenter cridæ præiudicant domino, non minus, quàm si esset facta descriptio dictæ rei, describendo eā inter res illius, contra quem secuta est confiscatio, ex præsumptione, quę maximè oritur ex possessione, per quam præsumitur dominium. l. 2. C. de probation. & notatur per Bart. in l. à diuo Pio. § si super rebus. col. 2 ff. de re iudic. & not. per Doctores, maximè per Cin. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Sed difficultas est, quando qui criminis arguitur, est in mala fide, iuxta l. bonæ fidei emptor. ff. de verbo. sign. & quæ ibi not. maximè per Alciat. An hoc casu, si non fiat descriptio talis rei, cridæ præiudicent domino? Et secundum prædicta videtur dicendum non præiudicare, quia licet decretum dicat, vt res non appræhensa, habeatur pro appræhensa, tamen non videtur cōprǽhendere talia bona, quæ iniquè & contra ius per illum tenebantur. Ad hoc accommodo hoc fundamentum, quòd in cōfiscatione

non transeunt nisi bona illius, cuius confiscantur, & hoc non dicebatur esse in eius bonis. tex. est in d. l. bonorum. § in bonis. ff. de verb. sign. vbi dicit, quòd quę possidemus iniustè, & cum mala fide non sunt in bonis nostris. Cridæ etiam iuxta dispositionem dicti decreti non vocant nisi illos, qui prætendunt habere ius in bonis confiscatis, ergo nō compræhenditur hic casus. Fateor quòd si ignoranter essent appręhensa hæc bona, tanquam essent in bonis & dominio illius, cui confiscata fuerunt, cridæ pręiudicarent domino, vel saltem ita obseruaretur de facto: Sed non facta appræhensione, quemadmodū ille, qui tenebat per centum annos, non pręscripsisset, iuxta ca. fi. de præscript. ita nec fiscus, tametsi quo ad eum haberētur pro appræhensis: nam per fictā appræhensionem non posset dici eum aliquid habere, nisi quod reperiebatur apud eum, cuius bona publicata fuerunt, & quemadmodū ab eo possidebatur, & vnico verbo volo dicere, ꝙ fictio decreti non fingit hoc casu, quo bona non dicuntur in bonis eius, cui confiscata fuerunt, sed tantùm fingit, qn̄ bona sunt in bonis confiscatis, & hoc verum esse ostendit decretum ipsum, dū vult vt bona rei confiscentur, & deinde ꝙ illa habeantur pro appræhensis, nō ergo habentur pro confiscatis ea, quæ non sunt in bonis eius, non dico in dominio, sed in bonis, prout declaraui suprà, & si aliter diceremus, esset fingere cōtra æquitatem, vt sic sequeretur præscriptio, quæ aliàs sequi nō deberet, iuxta dicta Odof. in l. fi. col. antepen. & princ. seq C. de bo. vac. lib. 10. vbi vult, quòd

5 † nō facta appręhensione cridæ non præiudicent ignoranti, imò etiam esset cōtra ipsūmmet decretū, ergo hæc fictio tātùm introducitur in bonis eius, cui confiscata fuerunt, non in aliis, & cui dubiū, quod magistratus sustulisset è descriptione bona talia, vbi sciuisset, ergo nec debet pati, vt id, quod non fecisset, siue nō tolerasset, debeat haberi ꝓ facto. Et ex his apparet, quòd ēt est pessima practica, vt propter cridas, res, quæ illius non sunt, qui criminis arguitur, sed ab eo tn̄ bona fide possidentur, nō descriptę habeanē pro descriptis, sumpta ab eo rigido decreto. Sed velle ēt contra decretum, vt locū habeat in nō bonis, esset velle cōtra omnē sensum, & cōtra reg. quòd fictio plus non operaē, q̄ veritas. l. si triennio. ff. de sta. lib. cū simi. Et ad prędicta facit,

6 † quòd ēt bona fides requiritur in prę scriptione statutaria. Abb. 2. vol. consi. 77. col. 5. & per Doct. in c fi. de præscri. & in c. si diligenti. eo. ti. Sed pono quęst. quam

7 habui in facto, Titius † frater defuncti gerebat se pro hęrede, alienādo, & exigēdo credita, confiscātur bona eius propria, & duntaxat appræhendunē à fisco, omissis (qua ratione nescitur) bonis hæreditariis bona Titij ponūtur ad proclama, verus hęres testamentarius non contradicit, Quęro an cridæ excludāt eū à iuribus hæreditatis? Et videnē excludere, quia saltē habuit hoc ius, ꝙ putabat se hęredē, gerēdo se, vt dixi, ergo illud transiuit in fiscum, quapropter debuit cōtradicere. Credo indubitāter contrariū, quia in Titio nō erat dominiū, quod erat in vero hærede, qui adiuerat hæreditatē, iuxta l. cū hæredes. in prin. ff. de acq. pos. & in l. aut facta. in prin. ff. ad Treb. nec possessio corporū, qa nulla interuenit appręhensio, iuxta l. j. in prin. ff. de acq pos. & d. l. cū hæredes. & ꝓ venditiones dictorū bonorū, quāuis intelligeretur hęreditatē adiuisse, iuxta not. in l. gerit. ff. de acq. hær. nō tn̄ dicereē appræhendisse possessionē, vt patet lippis & tōsoribus. Nec ēt ita se gerēdo, vt suprà dicitur acquisiuisse quasi possessionē iuris hęreditarij, vt dicit glo. & ibi Bart. & omnes in l. j. C. de vsu. pro hæ. & maximè quia in quasi possessione rerū incorporaliū requireretur scientia & patientia veri hæredis & dn̄i. l. quoties. C. de ser. & aqua. & not. in l. 3. in prin. ff. de acq. pos. ergo ille suus error, dū putaret se hæredē, nulla in re sibi proderat, nec prodesse poterat. glo. est in c. cōsultationibus. de iure pa. in gl. fi. & tex. ibi ita vult, & Abb. ibi. & Abb. in c. nihil. de elec. vbi est videndū. & dato quòd ēt fuisset in hac quasi possess. tn̄ si erat in mala fide, nihil sibi prodesse poterat, & nihil dicebatur habere in bonis. Abb. in dictis locis, & ita nō potuit trāsire in fiscū, quod non erat penes illum, & res magis est clara, quia fiscus nihil appręhendit, atque ita succedunt prędicta, & quòd nihil dicaē habere in bonis, qui sic credēdo est in

in mala fide prædicatur ab omnibus in l. decernimus. C. de sacrosan. eccl. & i l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. Item quòd non habeatur in aliqua considerratione titulus putatiuus, ubi quis non est in quasi possessione illius iuris, & quòd sit indubitatus casus, dicunt Abb. Imol. Butr. & cæteri in d. c. nihil & volũt quòd etiam eo in casu non solum alienationes non valeant, sed nec debitores potuerint soluere, & ideo cùm ratione hæreditatis non possit dici in possessione nec quasi, vt dixi, per gl. in d. l. j. ff. pro hæred. quã ibi Bar. not. & expressè approbat, & not. ibi per Paul. de Cas. quem vide, & vbi posset dici, cùm hoc cesset deficiente sciẽtia & patiẽtia domini, vt dixi, & ponunt oẽs in hac materia, in d. c. nihil. & Bar. in l. 3. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; pri. merito non ualent quæ per eum gesta fuerunt, quia omne ius deficit in eo. Et in specie si uis scire, quando quis possideat pro hærede, vide tex. in l. regulariter. ff. de pet. hær. & gl. ibi, & i effectu tex. vult, quòd possidere pro hærede non cõsistat in actibus, quibus adiretur hæreditas, sed in his, quibus appręhenditur possessio rerum & iurium hæreditatis. Conclude igitur, quòd si volumus in hac possessione, vel quasi, considerare gesta circa hæreditatem, prout gestum fuit absque appræhensione corporum hęreditariorum, tũc non dicitur possessio, nec dari potest. Si ẽt volumus considerare possessionem corporum, hæc non fuit facta, ergo omni casu nullum ius erat penes eum, propterea nihil transiuit in fiscum, & de hoc titulo putatiuo pro hærede vide Ias. in l. j. C. de inoffic. testa. col. j. Et scias ad cõfirmationem prædictorum, quòd titulus iste non dicitur titulus. Casus est in l hęreditatẽ. C. in quibus causis cess. longi temp. præscrip. & in d. l. regulariter. est gloss. clara. Nec habetur in aliqua cõsideratione, nisi quatenus possidet aliquam rem hæreditariam, vt apparet in prædictis. Vnde cũ etiam decretum velit, vt non appræhensum habeatur pro apprhęnso, nõ militat, quia non entis nullæ sunt qualitates. l. de tem. ff. de verbo. oblig. Sed aduerte diligẽtius, & verius, quamuis quis gerẽdo se ꝓ hęrede in actibus, quib⁹ verus hæres adiret hæreditatem, & non appræhenderet & non possideret corpora hæreditaria, nec etiam hæreditatem, quæ non potest possideri, sicut dixit, tamen esset in quasi possessione se gerendi pro hærede, iuxta ea, quæ ponit tex. in l. pro hærede. ff. de acq. hæred. & ideo tũc potest dici aliquod ius in eo, iuxta notata in c. nihil. & in c. consultationibus. Est verum, quòd requiretur in hoc scientia, & patientia domini iuxta terminos vulgares, & propterea ꝑseuero, quòd nihil transit in fiscum, quia quod non est, &c. Et in effectu in terminis quæstionis nostræ de eo, qui se gerit pro hærede absque appræhensione corporum hæreditariorum, quòd non possit dici ius esse penes eum, apparet ex l. hęreditatem. C in quib. cau. ces. longi temp. præscrip. & glo. ibi. Nam ille titulus ꝓ hærede non est titulus. ita tex. ibi, qui aliàs non concederet petitionem hæreditatis dari contra illum, sicut concedit, vt per Ias. ubi suprà. Tamen vbi possidet corpora hæreditaria ex iusta causa, aliud est, vt ibi in glo. Item debitores hæreditarij rectè soluunt tali, nisi sit quieta possessio bonorum. Paul. de Cast. in l. si debitor. ff. de pet. hære. & satis patet hoc meum assumptum ex d. gl. Bar. & Paul. de Ca. in d. l. j. ff. pro hęred. Fateor, quòd si gerere se pro tali consisteret in eo iure, quòd esset possessor vel quasi, tunc sufficeret illa quasi possessio, per d gl. in d c. consultationibus. Sed cũ i hac quæstione cõsistat solùm in corporibus bonorum, possessio debet esse in bonis ipsis. & ita me audito in Senatu. & quidem sæpius super hoc, quia tuleram sententiam contra fiscum, quam aliqui doctissimi viri impugnare nitebantur, Senatus declarauit decernẽdo meam sniam esse executioni mittendam, nemine contradicente. Secundò scias,
8 † quòd quando pro delicto bona publicãtur, & adest suspicio contra aliquẽ, quòd deliquerit, statim fit descriptio ꝑ officiales ad id electos omniũ bonorũ delinquẽtis, modo cuiusdam inuentarij, ne bona transeant in sinistrum, non autem vt turbetur suspectus i possessione sua. De qua descriptione vide tex. in l. fi. ff. de requir. reis. & ibi omnino Bar. & d. l. fi. C. de bon. vacan. & Barto. ibi, & Bartol. in l. defensionis

sionis facultas. C. de iure fisci. Et sequestratio talium rerum, quæ describuntur, lite pendente est prohibita, vt in dictis iuribus. Decretum tamen nostrum, de quo suprà, illam permittit, & vult vt fiat penes communia, quinimò quòd habeatur pro facta, Vult tamen vt per dictam sequestrationem non fiat præiudicium domino & possessori. Alia est descriptio & appræhensio possessionis, † quæ fit post
9 cognitionem & sententiam, de qua Bart. in d.l.defensionis facultatis. & in d.l.fin. & secundum dictum decretum nostrum lata sententia fiunt allegatæ proclamationes, secundum verò ius commune videtur quòd fieri debeant, facta prima descriptione, ad hoc vt si quispiam velit se opponere confiscationi, vel aliter, &c. ita Odofred. vbi suprà, sed non est ita de iure. Nam primò inquiruntur bona, & describuntur, & tunc proclamantur, si vacãtia præsumuntur, vt si quis sit hæres, compareat & ostendat, & nemine comparente, verum est, quòd ille decessit sine hærede, & sit locus fisco, iuxta l.j.& 3.C.de bon vacant. & ita voluit loqui Odofred. & clarius Plat.in d.l.fi.& est decisio Bart. in l. sancimus.§. cùm autẽ. C. ad Trebel. & sequitur Afflict.in tit.quæ sint regalia. in verbo, bona vacantia.col.2.& tunc nemine comparente fiscus bona appræhendit. Sed tamen sciẽdum est, quòd quãuis sit lata sententia, non tamen statum à fisco capiuntur, nisi ex nouo iussu principis.d.l.prohibitum. & Plat. ibi, & in d.l. fi. col.3. Secundum verò decretum nostrum commisso delicto non solùm bona habentur pro cõfiscatis, sed etiã pro descriptis, vt dixi, ac etiam pro vnitis fisco, & de effectu vnionis dixi suprà in tit. de bonor.publicat. dum tetigi de præscriptione bonorum confiscatorum, & apparet in dictis iuribus. Cùm primùm igitur est factus locus fisco, & in effectu bona sunt ei adiudicata, & appræhensa, tunc ad hoc vt liquidentur dicta bona, fiunt proclamationes, vt si quis prætendat ius habere, agat in termino, vt suprà, & hoc in executione ordinis decreti, q ordo sumptus est ex l. diffamari.C.de inge.& manumiss. per quam l. diffamari. in effectu actor cogitur, & ex practica, q̃ ex ea sumitur, iuxta dictum Bald.ibi col.fi. dum loquitur de scholari, qui volens recedere à publico gymnasio, potest fieri facere proclama, vt si quispiam prætendat habere credita contra ipsum, compareat in termino, &c. & not.per d.l. diffamari. Ang. Aret. Instit. de except. in rubr.colũ 22. vers.2.fallit. Abb.in c. si quis contra clericum de foro compet. Fel.in c venerabilis.col.3 de excep. & Nat.i repetit clem. sæpe de verbo. signific.col.33. & duabus seq & ibi omnino vide circa d l.diffamari. Et hæc dicta sint, dum ordo cogit ad agendum in certo termino, dum verò excludit quemlibet non contradicentem in eo termino, sumitur illud ex l.si eo tempore. C. de rem. pig & ex eo, quod not. Bar.ibi, & de hoc etiam per Doct vbi suprà circa d.l.diffamari. & de hac proclamatione loquitur Oodofred.i d.l.fi.col. antepen.in fi. & prin.seq. vbi vult, quòd cridæ non præiudicent creditori ignorãti, quando nondum facta erat appræhensio, & quod dixi de bonis vacantibus, idẽ est, quando ex delicto bona transeunt in fiscum, quia primò fit descriptio, iuxta d. l.fi.ff.de requir. reis. deinde quæritur an deliquerit, & declarato eum deliquisse, bona apprehenduntur, & hęc patent in tex.& glo.principali ibi, quę incipit, pendente, in d.l.defensionis facultas. C.de iu
10 re fisci. Aduertendum tamen est, † q etsi dominium vel possessio impediant publicationem siue vnionem, vt per Alexã.in d.l.si marito.in princ.ff.sol. matr. Ius tamen recuperandi possessionem, si quod erat in delinquẽte, quẽadmodum omne aliud ius, vt dixi suprà, transit in fiscum. l.2.C ad leg. Iul.de vi publi. Nam actio ipsa dicitur esse in bonis condemnati, vt de se patet. Item tametsi impediatur confiscatio siue vnio rei ipsius, attamen factis proclamationibus debet fieri contradictio per habentes ius secundum suprà dicta. Item est aduertendum, quòd nisi decretum, de quo suprà, fingeret appræhẽsionem possessionis, non procederet præscriptio cridarum, nõ quia sine possessione non procedat pręscirptio.l.sine possessione.ff.de vsuc. Cùm secundum allegatũ ordinem satis sit habeř dominium & ius, ad hoc vt fiat præiudiciũ habenti aliquod

ius

ius in eo, sed quia cridę tanquam rigidæ habent hanc interpretationē, vt nisi fiat appræhensio, nō præiudicent, saltē ignoranti, vt dixi suprà velle Odofred. in d. l. fi. col. antepen. in fi. & princ. seq. & ideo decretum animaduertens ad hoc ordinat vt etiam non appræhensa habeantur pro apprehensis. Et adde quòd cridæ in effectu via quadam præscriptionis auferunt dominium à domino secundum Bar. in l. rem quæ nobis. in fi. ff. de acq. poss. Et †

11 an teneatur contradicere talibus proclamationibus habens ius fideicommissi, cuius dies nondum venerit, vel aliud ius cōditionale. Decretū in effectu vult, vt teneatur contradicere in verbis, de quibus suprà ibi, quilibet prętendēs ius aliquod. & ita Ias. post Cuman. & alios in l si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. ff. de verbo. oblig. Et facit, quòd ius fideicommissi dicitur ius aliquod, & recipit æstimationem. Barto. in l. is potest. col. 3. ff. de acqui. hær. Alex. consi. 94 col. pe. in j. vol. & consi. v. col. 2. in 7. & vide Alex. in d. l. is potest. respondentem ad Bar. qui alibi videtur aliter loqui. Nec obstant notata per Barto. in l. cum Titio. ff. ad leg Falc. vt per Alex. in l. Falcidia non habetur. ff. ad leg. Fal. & licet sint aliqua verba decreti nostri, quæ videantur refragari, tamen etiam patet responsio, si illa bene vides, & ita obseruatur. Sed aduerte, quia licet fiat præiudicium proximioribus natis, tamen si pòst nascantur alij a testatore uocati, illi petere possunt, quia qui nondū ęrant nati, non compræhenduntur in cridis. Si verba cridarum vides, nec culpa viuentium præiudicat sequentibus regulariter. Bar. in l. eum, qui. ff. de interd. & releg. & ita fuit iudicatū à magistratu, nec expectatur mors naturalis non contradicentis, ideo statim aperitur via, ita quòd fiscus medio tempore nihil habet. Alexā. in d. l. eum, qui in apostil. non transeunt Bal. cōs. 284 vol j. & est tex. i l. adoptiuū. in fi C. de in ius voc. Sic etiam Bar. in d. l. eum qui. quia vult vt statim aperiatur via non expectata morte patris, nec dicit ꝙ fiscus teneat, donec viuit, & ita obtinuit. Et quod dixi de iure fideicommissi, idem est in credito conditionali ex contractu, quia etiam dicitur ius aliquod, iuxta glo. in clem. j. de for. comp. & Ias. in d. §. cùm stipulamur. Et creditor, cui sub conditione debetur, est creditor. l. is, cui. ff. de act. & obli. Et si spes fideicommissi, vt suprà, dicitur ius aliquod, multò magis spes crediti conditionalis, & quia militat ratio petendæ cautionis. quod solùm ponderat Barto. in d. l. is potest. & ex quo vult, ꝙ sit alicuius æstimationis, & quia etiam fit trāsmissio, & quia i ratione Falcidiæ debitum deducitur, ut per gl. i d. l. is, cui. & ita seruatur non obstantibus quibusdam cōsiderationibus nonnullorum verborum decreti, quæ aliquando fuerunt factæ in oppositum, & nihil valent. Sed quid in iure, quod habet emptor contra venditorē, casu quo euincatur res empta? Dic practicam esse, quòd tenetur contradicere cridis, de quibus suprà, quæ fiunt iuxta formam dicti decreti. Et facit, quia venditor tenetur emptori etiam ex natura contractus de euictione, si illa sequat. l. ex empto. in princ. ff. de act. emp. & sic emptor in præsens, facto contractu, habet ius sal-

12 tē aliquod, licet sit cōditionale. Et † per quæ uerba compræhendantur iura conditionalia, uide Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. ff. de uerbo. oblig. & Aret. consi. 6. col. 4. Et an tempus cridarum, de quibus suprà, siue proclamationum curat hæreditati iacēti, uide Cuma. in l. j. §. ult. ff. de acqui. pos. Iaso. in l. si is, qui pro emptore. in ult. notab. ff. de usuc. Et quādo quis non se opponit cridis, an possit posteà propria authoritate ingredi, prout potuisset quando non essent factæ, uide Alex. in l. quemadmodum in j. colū. ff. de acqui pos. & in libro memoraliū, charta 162. Item uide Bal. consi. 16. siue 162. in j par. ubi ponit an præiudicent mulieri in dote, & in præfato lib. memoralium eadem char. & secundum dictum decretū præiudicant mulieribus in dote, pupillis & alijs etiam absentibus, etiam denegato beneficio restitutionis integrum, non tamen tollitur beneficium nullitatis, ut statim dicam, & uide etiam ad similes ordines cridarum Rom. consi. 53. uisis themate. Est tamen semper aduertendū per creditores, quibus objicitur lapsus crida-

13 rum, † an fuerit bene seruata forma ipsarum cridarum, quia aliter cridę essent nullæ,

nullæ, iuxta latè not. per Alex. in l. j. ff. de libe. & posthu. & maximè circa citationes, earumq; relationes. Nam si fieri deberet proclamationes in loco bonorum, ac etiam in loco habitationis, vt hic Mediolani fit, vna omissa cridæ essent nullæ. Alex. in d. l. j. col. pen. & nullitas non est sublata per dictum decretum. Sequēdo materiam cridarum ad declarationem allegati decreti, quo cauetur, vt lapso termino cridarum nulla admittatur proba-
14 tio, Quæro, † quidam producit confessionem in termino suspectam, quia paulò ante delictum facta erat, iuxta l. & si posthac in princ. C. de bon. proscript. & nihil opponitur per fiscum in termino, uerum visis scripturis fiscus dicit, quòd est suspecta, An actor poterit probare, non esse suspectam post terminum? Videtur non posse ex allegato decreto, maximè quia est exceptio ex facto resultans ex ipsa confessione, quæ debuit cōsiderari per actorem. Dic contrarium, ꝙ etiam si reus alleget exceptionem, quæ oritur ex iuris præsumptione, adhuc actor potest probare post terminum. Ita Aretin. in l. sed etsi de sua. col. 4. vers. pōt. ff. de acqui. hæred. & fiscus saltem debuit opponere & allegare ante. l. si adulterium cum incestu §. idem rescripserunt. ff. de adulter. Et ideo si antè non opposuit actor, nihil debuit ostendere. Dico etiam, quòd post terminum potest ad confirmationem inualidi adduci aliquid, quod aliàs non posset. Fel. in c. licet causam. char. 4 uersi. limita decimo. dicit, quòd post terminum etiā ad declarationem potest aliquid probari, malè tamen in practica potest sustineri, nisi ex concessione Senatus, nec tamen omni casu loquor, sed ubi est probādum per testes, quia ad probandum per instrumēta passim omnis admittitur saltem cōcedente principe vel Senatu. Etiam scias quòd licet quis sit exclusus, quia non cōtradixerit cridis, tamen fiscus hic seruat, quòd si alia bona extant post confiscationem quæsita, quæ in confiscatione nō ueniunt, vt scis, satisfacit creditoribus condemnati in illis bonis, quę ad cridas posita non fuerunt. Aduerte tamē quia fiscus quando bona publicantur, solus tenetur liberato debitore. l. si tutor. C. de sen. pas. Ang. in l. si debitor. ad fi. j. col. C. eod. liberatur igitur debitor, & fiscus subintrat, qui eo iure tenet, quo tenebat priuatus, & ideo licet bona posteà quærant tñ nō q̄runt ꝑ obligatū priuato, qui iā est exemptus, imò quęruntur per hominem nouum, qui nihil amplius negotij habet cum creditoribus suis, nisi restitueretur ad bona, quia tūc etiam restitueretur ad obligationes passiuas. d. l. si tutor. & vbi supra. & consequenter nec ipse acquirēs debet posse cogi, nec fiscus, quia non fuit contradictum. Sed dic quòd cridæ tunc erant tantummodo respectu illorum bonorum, ut dixi, igitur operantur tantū effectum quo ad illa per regulam, vt dixi. d. l. age cū Geminiano. & ideo remanet fiscus obligatus non respectu bonorum positorum ad proclama, sed respectu aliorū posteà quæsitorum, vbi etiam posteà illa transiuerunt in fiscum ex alio delicto. & ita fuit obseruatum in causa filiorum Petri de Foppa Mediolanensis. Sed hic ori-
15 tur dubitatio, an bonis † positis ad cridas, & non facta per creditorem contradictione, si sequatur posteà recuperatio bonorum, adhuc teneatur debitoribus suis, vide Angel. in l. si debitor. qui dicit, quòd quando quis restituitur, etiam tenetur primis creditoribus, quia actio nō fuit extincta, imò erat viua, sed penes fiscum, Igitur restitutis bonis, etiam actio passiua restituitur. Et ideo infero in casu nostro, quòd ex quo actio extincta fuit, qa non fuit contradictum, amplius non tenetur fiscus, nec debitor, cui bona iam liberata restituuntur. Addo pro confirmatione omnino Bald in l. j. C. qui non pos. ad lib perue. in prin. uers. pone damnato ad perpetua vincula. vbi in damnato restituto quo ad recuperationem amissorū considerat, an essent funditus amissa vel non, per reg. l. qui res. §. aream. ff. de solu. Itē addo postliminium, quod æquiparatur restitutioni, & ecōtra, ut est tex. in l. si quis filio. §. quatenus. ff. de iniust. rup. non tamen integrare quod prorsus extinctum fuit, videlicet vsucapionem. quæ erat fundata in possessione, quæ quidem possessio amissa fuit funditus per capturam, vt est tex. in l. 15. qui pro emptore. ff. de vsuc. & ibi Ias. in euidentialibus. ff. de vsuc. & in

l. in bello. §. facta. ff. de cap. Imò hoc fundamentum est à fortiori, quia postliminium est etiam potentius ad præterita, quàm restitutio in integrum, vt per Doctores in d. §. quatenus. maximè Imol. His tamen nõ obstantibus teneo contrarium, quia restitutio hoc modo restitueret ad commoda, & non ad incommoda contra eius naturam. l. j. C. de reput. quæ fiunt in iudic. in integr. restitu. facit l. fin. C. de codic. & regula, secundum naturã. de reg. iuris. & est text. expressus in d. l. si debitor. vbi facta restitutione banniti tenetur prioribus creditoribus. Nõ obstat,
16 † quòd ex dispositione cridarum posteà actio sit prorsus extincta, quia primò hoc negatur per conclusionem communem, quæ habet quòd ex præscriptione inefficax redditur actio, non tamen oĩno extinguitur, & ideo ope exceptionis debet excludi, secundum Bar. & Bal. in l. fi. C. ex quibus caus. maior. & Fel. qui aggregat quasi oĩa, in c. ad aures. colũ. j. de præscript. Tamen in hoc aduertendũ est ad decretum cridarum, in quo dicitur, ꝙ tales personæ, quæ non contradixerunt, finguntur nullum ius habere, quia ꝑ hæc verba omnis actio funditus videtur extincta. Nam licet in præscriptione legali prędicta procedant, vt nõ extinguatur prorsus actio, vt dixi, tamen in præscriptione statutorum videtur aliud, quãdo statutũ vel decretum disponit, vt quis debeat petere vel comparere certo termino, aliter fingatur nullum ius habere. Ita Bald. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadriennij præscrip. & Fel. in d. c. ad aures. col. 2. versi. limita etiam. & Bar. in l. oẽs populi. col 8 versi. ecce alia ff de iustit. & iure & ibi Bar. facit differentiam, an statutũ inducens pręscriptionem dicat simpliciter, Qui non petierit, cadat à iure suo, an dicat, Fingatur nullũ ius habere, vel fingatur contractus simulatus, & hoc secundo casu valet statutum inducens talem præscriptionem. Tamen reuera nec Bar. dicit verum, ꝙ valeat, nec dictum Bart. verum existimatur, quia hoc modo cum apparatu uerborũ posse statutũ inducere præscriptionem cum mala fide, & tolleret ẽt naturalẽ obligationẽ, & reprobatur, vt ꝑ Fel. in c. si. de pręscript. col. 3. ver. sed tene oppositum. est verum, quòd col. seq. vers. sextam. defendit Bart. in casu, de quo in decreto nostro, quando præcederet monitio dicens, quòd omnes creditores certo termino compareant, aliter, &c. & dicit, ꝙ tunc valet statutum, & tollitur oĩs obligatio, sed reprobatur posteà, quia reuera naturalis obligatio non potest tolli, vt per eũ, & bene dicit, vt apparet in decisionibus ibi allegatis col. præceden. vbi suprà in d. versi sed tene. Vnde vides optimè responsum ad oppositionem, & conclusum, quòd nec in terminis decreti funditus est extincta actio, & consequenter tenetur bannitus liberatus primis creditoribus, iuxta dictã l. si debitor. & l. princeps. ff. de verbo. signifi. & gl. ibi, & Nell. in tracta. bannit. in prima parte tertij tẽporis, quæst. 20 primò quęritur. & not ꝑ Alex. in l. si marito. in princ. col. 2. ad fin. ff. sol. mat. Pro cõfirmatione in casu, quẽ nunc habeo in facto, adduco, ꝙ quia bannitus fuit restitutus restitutione plenissima, omnes effectus secuti ex banno, censentur sublati, & ideo recuperat etiã bona alienata. Ita Cardi. in c. quia diligẽter. de elect. & Fel. in c. quæ in ecclesiarũ. de constitut. col. 8. vers. per istam. & latius in c. inter quatuor. col. vlt. vbi vide, & in ca. super. eo. de offic deleg col. 2. & in c. 4. de testib. col. 2. & per Alex. & Ias. in l. Gallus. § & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. Et aduerte, quia fauore pacis facta fuit dicta restitutio generalis, igitur debet latissimè interpretari, per Bald. notabiliter in tit. de pace Constan. §. hoc quod nos. col. 2. & 3. vbi amplius uoluit Bald. quòd imò sola pax secuta habeat vim huius plenæ restitutionis, & sic recuperationis bonorum, dicens etiam, ꝙ sublato bello tollitur omnis eius effectus secutus propter bellum, quæ verba ponunt gladium ad radicem, & maximè in casu nostro, vbi non solùm est secuta pax, imò plenissima restitutio, & ex hac causa pacis potest princeps ius alterius tollere, vt per Fel. in ca. quæ in ecclesiarum. de constitu. & Ias. in l. venia. C. de in ius vocan. & ĩ d. §. & quid si tantũ. Et ex his sentio, quòd teneatur bannitus primis creditoribus, etiã quòd omnis actio esset funditus sublata. Et facit ad prædicta, quòd quando tollitur statutum,

tutum, intelligitur etiam sublatus omnis effectus inde secutus, quando id plenissimè fit, vt per Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum. in 4. notab. de constitu. & per Fel. in c. fi. eod. tit. col. 3. Et certè si aliter dicere mus, esset summa iniquitas, & talis bannitus ex suo delicto consequeretur vtilitatem, contra l. itaque fullo. in prin. ff. de furt. Moder in l. j. §. cũ quis latrones. ff. de quæst. col. j. & seq. Pone etiam, † quòd
17 bonis per fiscum apprehensis, & nõdum positis ad cridas veniat creditor, & petat, & iuret seruando formam decreti, Deinde bonis positis ad cridas, eis vlterius nõ contradicat, & labantur tempora, an sit exclusus? Est notabilis quæstio, & memor sum, quòd super hoc fuit petita dispensatio à Senatu per quasdam mulieres de Ronchadelis Cremonenses, & fuit obtenta, & aliqui Senatores erant opinionis, vt non esset necessaria dispensatio, & quòd de iure istæ mulieres non essent vocatę, cũ iam essent in iudicio præsentes, quia iam comparuerunt, allegabãt Bald. in Auth. si omnes. C. si minor se ab hære. abstin. col. j. & 2. est tex. in l. 2. de in ius vocan. & Ias. in l. j. eo. tit. qui facit regulam & fallentias. Ego qui tunc eram in Senatu, dicebam oppositum pro fisco, quia decretum ponit certam formam, ut citentur creditores, & qui in termino debent comparere, & iura producere, &c. & ad hoc est vna fallentia Ias. vbi suprà, in 2. limitat. Sed tamen contra videtur, ꝙ non requiratur citatiò talis personæ, ita probat decretũ fol. 168. in lib. meo, versi. quòd quilibet ibi comparare. ergo non loquitur de præsente, & eo, qui iam comparuit. Sed aduerte, quia l. 2. & Bal. & materia loquitur, quando quis est præsens in iudicio, ita quòd non sufficit, si habet litem cum fisco, & sit absens à præsentia iudicis. Nec Docto. allegati per Ias. in d. l. j. uolunt, vt si habeat litem cum fisco, & sit extra locum iudicij, etiam si sit in ciuitate, dicatur pręsens, & hæc est veritas, atque ita etiam consideratio verborũ decreti nihil facit, & ideo requiritur dispensatio. Sed ex alio capite videtur de iure ita esse dicendum, quia decretum fundatum est super negligentia. Et iste fuit diligentissimus, qui etiã præuenit. Itẽ quæ-

18 ro, † si contradicens intendit aliquid probare per iuramentum, ut interesse stante statuto nostro, quòd probetur interesse per iuramentum vsque ad certam quantitatem, vel etiam quando in supplementum probationis iuratur, iuxta l. admonendi. ff. de iureiur. an in termino debeat iurare, aliàs sit exclusus, vide Ias. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & ibi habes, quòd si sit præclusa via omni probationi, non potest postea deferri iuramentum, licet non sit species probationis, vt ibi, & per Iaso. in l. si quando. C. vnde vi. col. j. & intelligo, quòd ita obseruatur, & bene, quia decretum dicit, Nulla admittatur probatio, & requiritur iuramentum in specie, ita vt non sufficeret iuramentũ calumniæ, quod apponitur in omni contradictione, nec aliud iuramentum implicitum, per id quod dicit Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & refert ibi Bal. in char. 25. uersi. & intelligas. ita etiam fe
19 ci seruari. Volo etiam † vt non ignores terminũ cridarum dari respectu eius, qđ quis petit, secus si vellet probare se absentem fuisse, uel aliam qualitatẽ, per quam concederetur longius tempus ad contradicendum. In argumentum adduco decisionem Specul. in tit. de procurat. §. j. versi. sed quid si receptum erat. Refert. & sequitur Alex. in consil. 78. col. 2. v. uol. & ita obseruatur, & fuit obseruatũ in causa dominæ Luciæ de Bonromeis vxoris quondam Comitis Lanzaloti. Dicunt enim cridę, quòd absens possit contradicere in termino sex mensium, & ꝓbare in eo termino igitur satis est, quòd quãdocunque ostẽdam, ꝙ essem absens, dummodo cõtradicam, & probem in tẽpore sex mensium ius meum. Et ita hodie in Senatu declaratum fuit decretum pro domino Ioseph. Cribello Vide tamẽ nouum decretum, vbi de hoc est disposi-
20 tum. Est † alia quæstio, quã in facto habui, Clericus à laico est condemnatus, ut quotidie accidit hoc tempore, quo oĩa peruertuntur, & bona clerici sunt posita ad proclama, creditores non contradicũt. quid iuris? Magistratus dicit se esse merum executorem, & non esse videndum ab eo de validitate condemnationis, sed tantummodo procedendum super contradictione,

traditione, & quòd licet condemnatio sit nulla, tamē cridæ sunt validæ, sed sunt mœrę nugæ, quia decretum de bonis cōdemnatorum loquitur, & sic de validè & iustè condemnatis. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & decretum etiam dat modum procedendi contra personam, & deueniendi ad condemnationē, & sic loquitur de laicis subditis, quia clericos nec tacitè nec expressè compræhēdere potest. cap. ecclesia sanctæ Marię. de constitut. Postea declarato modo procedēdi respectu personæ, etiam ponit quomodo liqui danda sint bona, & sic semper successiuè loquitur de illis, qui condemnari potuerunt. Et ideo si cridæ non compræhēdunt hunc casum, cur necessaria est contradictio? Est verum, quòd apud dominos quæstores procuratores Cæsaris vel Ducis non tractatur de persona, sed tantùm de bonis. l. j. C. vbi causæ fiscal. & ideo recurrēdū est ad principē pro noua cognitione talis sniç, qa sniç criminales in hoc dominio non retractantur aliquo remedio ordinario, nisi ex authoritate Senatus vel principis. Et declarato talem sententiam nullā mœreri executionem, magistratus poterit declarare cridas nō valere, nec tenere.

21 Quæro † an pater nomine filiorum sit legitimus cōtradictor? Dic esse, quādo est legitimus administrator. l. j. C. de bonis mater. vbi tex. dicit, qꝑ ita agunt, ita conueniuntur, atque ita reputantur, ac si perfectè domini essent, & dicitur legitimus administrator, quando habet vsumfructū in illis bonis, aliàs nō, ut per Soc. consi. 33. col. j. & consi. 34. col. fi. & Alex. vbi vide in l. neque ff. de in ius uoc. glos. & Angel. in Authen. excipitur. C. de bon. quæ liber. quæ fisci patronus, quando pater contradicit uti legitimus administrator, diligenter videat, an sit casus, in quo ipse habeat vsumfructum, vel non, iuxta Authen. excipitur. cū duabus sequentibus. C. de bonis quæ liber. Aret. consi. 72. col. 3. Bal. v. vol. consi. 168. & v. consi. 324. in l. fi. §. fi. C. de bonis quæ liberis. & per Bald. 3. vol. consil. 45. Cuman. consi. 81. Corn. j. vol. consi. 146. col. j. & 3. & per Bal. Nouel. in tract de dote, in 9. parte, in 8. priuil. & in 6. in 33. speciali.

22 Quæro, † mater nomine suo contradicit pro dote, & nomine filiorum vti mater & coniuncta persona occasione legitimæ, opponitur per fiscum, quòd nō habebat tutelam vel curam, An filij sint priuati legitima? Et reuera semper contradicitur occasione legitimę. Dubium tamen facit, quia decretum vult bona publicari excepta legitima, & sic non videtur necessaria contradictio, Sed hoc modo etiam creditor non teneretur contra dicere. quia decretum etiam excipit ius suum, vnde est contradicendum, Tamen in casu præmisso Senatus deberet dispensare, attento quòd saltem contradictum est in tempore per coniunctam personā, & dum hodie disputatus esset hic casus, fuit stabilitum dispensationem fieri debere, facto tamen prius verbo cum illustrissimo duce, & concessu ducis ita dispensatum fuit. Adde quòd mater & auia non sunt legitimæ administratrices filiorum. Alexand. in tertiò uolumine. consilio 77. in princip. Aduerte etiam,

23 † quòd vbi creditor sit clericus, tenetur contradicere, quia non citantur, sed simpliciter vocantur, si prætendant aliquod ius habere, ut per Bald. in l. consulta diualia. C. de testam. & Felin. in cap. cùm inter. columna 7. de re iudica. & per Marianum Soc. vbi ponit regulam & fallentias in cap. primo de foro compenti.

Titu. de Alimentis præstandis vxori, atque filiis ex bonis publicatis.

SVMMAE.

1 *Alimenta & expensæ litis debent præstari vxori & filijs, qui contradicūt cridis pendente dilatione ad proferendam sententiam.*

2 *Expensæ litis & victus an debeant præstari actori inopi, si reus est diues?*


3 *Fiscus tenetur ad alimenta, ad quæ tenebatur maritus & pater erga vxorem & filios*

4 *Alendi onus transit in hæredes.*

5 *Legitima reseruatur filiis secuta publicatione, quod an & quomodo procedat in tenuibus facultatibus, in quibus legitima non præberet per tres dies alimenta. & nu. 6*

Alimenta

6 *Alimenta intelliguntur multò magis reseruata per decretum reseruans legitimam.*
7 *Alimenta nullo modo possunt tolli per statutum, quicquid sit in legitima.*
8 *Iudex pronus esse non debet ad transmittendas in fiscum leues pœnas, & publicationes, sed ex illis potest cubile, aptare.*
9 *Iustus nimis esse noli.*
10 *Sanguinem elicit, qui nimis emungit.*
11 *Alimentorum iuri non potest renuntiari etiam, cum iuramento.*
12 *Alimentorum ratione potest legari, tametsi generaliter nihil possit legari.*
13 *Alimentorum priuilegia.*
14 *Alimenta quæ possit petere filius.*
15 *Alimenta quando debentur à viro vxori.*
16 *Legatum alimentorum factum à vxori vel famulo, donec morabitur in domo, quid sibi velit.*



EQVENDO declarationem allegati, dũ dicitur in eo, ꝙ elapsis sex mensibus datis ad cõtradicendũ, infra alios duos menses, Magistratus debet iudicare. Dic † quòd ex hac dilatione filijs contradicentibus ratione legitimæ, vel vxoribus pro earum dotibus prouidendũ est interim, & donec fuerit iudicatum de alimentis, per l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb. vbi etiam vide Bal. & per Alex. in l. alimenta. in vlt. quæst. C. de nego. gestis. & Bald. in l. qui sine. col. 2. C. de bon. quæ lib. facit l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testa. vbi tex. dicit, quòd filius pupillus litigans super hæreditate patris, interim debet habere alimenta. & l. 2 C. de Carbon. edicto. cum gl. fi. ubi similiter filius impubes, cui mouetur quæstio status, & hæreditatis patris, habet alimenta, donec permanet ĩ pupillari ætate. ad idẽ text. in l. j. C. de alim. pup. præst. cum ijs, quos ad idem allegat gl. facit etiam text. qui quotidie allegatur in l. fin. C. de ord. cognit. vbi etiam aduersario dantur vltra alimenta, expensæ litis, ex quo gl. ibi dicit, quòd si subditus agat contra prælatũ, interim debet ali, & allegat multa iura similia. Sic etiam quando vxor litigat cum viro, quia interim habet expensas, vt per Fel. in c. ex parte. de accusat. ad fi. Sic etiã quando litigatur inter patrem & filium super alimentis, filius interim debet ali. l. si neget. & ibi Bar. ff. de lib. agnosc. Et in casu contradictionum, de quibus agitur, non est dubitandum, quin facta contradictione, & cognito legitimam vel dotem ei debitam esse, interim donec fiat liquidatio, debeantur alimenta. & ita loquuntur d. l. qui filium & not. ibi per Bar. & Bal. & dicta per Alex. in d. l. alimenta. & per Bal. in l. qui sine. Sed vbi adhuc esset dubitatio etiam post terminum, quo posset fieri liquidatio, donec causa sit decisa, loquuntur d. § si de inofficioso. in l. si Instituta. ff. de inof. test. & l. 2. C. de ordi. cog. & l. 2. C. de Carb. edic, cum alis suprà allegatis. & in gl. in d. l. si & vide tex. in l. Imperatores. ff. de tut. & rat. distra. ab his. qui probat clarè, quòd si ago contra debitorem vel possessorem, quamuis sim pauper, & reus diues, non tamẽ propterea mihi debentur expẽsæ litis. & ita Bal. illum tex. not. & Bar. ibi post glo. opponit d. l. si Instituta. & soluit dicens illã legem procedere fauore alimentorum, & ratione proximitatis, quia filius vel nepos agebat, & ratione præsumptionis, quam habebat dictus agens ex sententia iam obtẽta in sui fauorem, Opponit etiã ibi Bar. l. fi. C. de ord. cog. post glo. & ibi primò soluit, quòd quæstio erat de bonis, ex quibus agens viuere debeat, & vicerat in causa principali. Secundò, quòd erat quæstio status, & bonorum omniũ, nec habebat vnde se posset alere. Tertiò respondet, ꝙ ibi erat præsumptio pro agente ratione possessionis, vel quasi libertatis, ex quibus solutionibus potes fa-
2 cere regulam negatiuam, ꝙ † reus etiam diues non debet agẽti inopi prębere alimẽta, nec expensas litis. Quæ regula probatur optime in d. l. Imperatores. fallit ratione alimẽtorũ, concurrentibus illis, de quibus modò dixi circa d. l. si instituta. Fallit etiam circa vtrunque, tam alimẽta, quàm litis expensas, in tribus alijs casib⁹, de quibus in dictis tribus solutionibus. Sed iñ secũda fallentia nõ procedit, nisi adsit pr̃sumptio pro agẽte, & probatur in l. qui de inoffic. ff. de inof. testa. & ita Aret. in c.

in c. si qui testium. extrà, de testi. colum. penult. vbi omnino vide. Sic etiam intelligo quod suprà dixi de viro & vxore, & præsumptio est pro agente, si iam habuit sententiam, vt per Areti. vbi suprà. Item si iam ex testibus apparet ita esse, licet adhuc iudicatum non sit, vt per Aret. & Felin. in cap. significauerunt. super glo. in verb. liqueat. de testib. & vide omnino d.l. fin. C. de ord. cogn. vbi iam lata erat sententia, & seruus erat in quasi possessione libertatis, cui præstabantur alimenta, & expensę litis: & sic Aretin. loquitur bene & optimè. Dixi suprà, filiis petentibus legitimam, & vxore dotem, interim esse danda alimenta: sed si vxor nullam habet dotem, quo casu ali debet à viro, & viri hæredibus, iuxta dispositionem statuti Mediolani: quare † etiam fiscus id tace-
3 re nō debet, qui tenetur ad onera, ad quę tenebatur is, cuius bona confiscata fuerunt l. 2. C. ad leg. Iul de vi publ. & princ. & per Alex. in l. si marito. in princ. ff. sol. matrim. & idem de aliis, qui ab eo alendi
4 erant, onus † quorum transit in hæredes, iuxta l. si quis à liberis. §. item rescriptū.
5 ff. de lib. agnosc. Et quia † donec iudices declarent legitimam filiis deberi, iuxta dispositionem decreti, eam publicatis bonis reseruantem, interim præstant alimenta. Quæro, quid si bona publicata sint modici momenti, ita vt etiam nō sufficiant ad medietatem alimentorum, an eo casu concedentur filijs omnia bona, vel solum quid minimum pro legitima, relictis filijs in summa egestate? Dic magistratum, qui manus habet ligatas, ita crudeliter se gerere, vt sæpe tam filios, quàm filias perdat, & fame miseri intereant. Et interdum audiui Senatum dicē tem esse honestum, vt fieret ordo in contrarium siue declaratio, vt decretum, dū solùm reseruat legitimam, intelligatur in illis casibus, in quibus legitima est sufficiens ad alendum, aliter omnia erogen-
6 tur, & credo quòd ita fiet. Credo † quoque decretum reseruans legitimam multò magis reseruare alimenta, quæ magis
7 debita sunt, & † quæ nullo modo possunt tolli per statutum, quicquid sit in legitima, vt per Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. & Bald. in l. cum lege. C. de episc. & cler. & in l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quę libe. facit etiam optimè l. diuus. maximè in fin. ff. de bon. damn. quæ lex vult, vt panicularia, idest, leuia quædam, de quibus ibi, non veniant in publicatione, & licet eti m aliqua veniant, tamen
8 in leuibus cōdemnationibus † non debet iudex esse pronus ad illas transmittendas in fiscum, modò in suum non conuertat vsum, alioquin illos appellat iudices nimię iustitię. & ideo Bar. ibi colligit, quòd ex talibus leuibus publicationibus etiam iudex potest aptare cubile, & satisfacere nuntijs euntibus pro malcficio inueniendo. Alber. etiam ibi dicit, quòd nimia diligentia in iudice repręhenditur, loquendo in terminis nostris, vnde dicitur, No-
9 li † esse nimis iustus. cap. porrò. §. Salo-
10 mon. de pœn. distinct. prima & qui † nimis emungit, elicit sanguinem. ca. deniq;
11 quarta dist. Non omitto etiam † iuri alimentorum non posse renuntiari etiam cū iuramento. Bald. in l. peccatum. in q. si.
12 C. de coll. Etsi etiam † generaliter nihil potest legari, tamen potest legari ratione alimentorum. l. seruos. ff. de ali. & cib. leg. Cuman. consil. 30. Abbas consilio 27. columna fin. 5. volum. Barb. consil. 12. col. 7. ad fin. volum. j. Alexan. in l. j. col. 8. ff. de leg. j. & ibidem Aret. col. 8. versicu. extra
13 glo. & Cardin. consil. 66. colum. 2. Et † de priuilegijs alimentorum vide Cre. consi. 30. colum. j. & 2. & per Fran. Tigri. in l. de
14 alimentis. C. de transact. Et quæ † alimenta possit petere filius, vide text. in l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agno. qui dicit, Iudices pro modo facultatum iubebunt illum ali, ita vt non habeat aliunde vnde se alat. In quo vide Bart. in l. si libertis. §. manumissis. ff. de ali. & cib. leg. Alexan. consil. 72. col. 4. & seq. volum. 5. Anan. consil. 54. Alexan. & Ias. in l. de alimentis. C. de transact. vbi etiam ponit quando debentur ex testamēto iure actionis, de quo etiam vide Bal. j. volum. consi. 235. & 4. volum. consi. 481.
15 Et in vxore, quando † ei debeantur à viro, vide in decis. Neapol. 152. num. 5. Et quando ab hæredibus mariti, vide Deci. in d. l. de alimentis. & an sit considerandum an operata fuerit viro vel non, vide Alex. in l. diuortio. in prin. col. 9. ff. solu.

16 ma. Et † quid contineat legatum alimẽtorum factum vxori vel famulo, donec morabitur in domo, vide Alexan. volu. 3. consil. 4. colum. 1. & Bart. in l. Titio. §. Titio in fi ff. de cond. & demon. Alexand. consi. 100 col. 1. vol. 1. & Benedi. consilio 128. circa fin. Scias autem heri ordinatum fuisse per Senatum, prout suprà fieri debere censebam.

Titu. de Dationibus insolutum, quæ fiunt creditoribus fisci ex bonis publicatis.

SVMMAE.

1 *Datio insolutum creditoribus ex bonis publicatis vitiatur, si res maioris sit pretij quàm sit debitum.*



ET quia lata sententia per dominos quęstores dantur tot bona in solutum creditoribus, dic ꝙ vitiatur
1 † datio in solutum si reperiatur rem plus valere, quàm sit debitum, etiam quo ad minimum quadrãtem. Bart. & Doct. communiter in l. si nõ sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. si verò in hoc non sit error, sed tantùm in æstimatione quæ sit excessiua, valet vsq; ad quantitatem concurrentem, abinde suprà repetitur, vt ibi maximè per Ias. habet tñ creditor facultatem retinendi soluendo suprà plus, iuxta l. fin. col. 2. C. de iur. dom. impe. ad quam Alex. & Paul. de Cast. in d. §. si centum. se reiiciunt. Considera tñ ꝙ decretum velle videtur, vt imò postquàm est facta talis datio in solutũ, debeat prorsus in effectu valere prouidendo, prout prouidet tali errori, & concedẽdo, vt fiscus possit reuocare, & redimere talia bona infrà biennium, ex quo etiam dici potest, quòd minus valebant, sicut dicimus de pacto retrouendendi in ca. ad nostram. per Abb. de emptio. & vendi. & alibi sæpe.

Tit. Quomodo succurratur fisco quando quis contra eũ falsis, siue simulatis artibus sententiam obtinet.

SVMMAE.

1 *Sententia absoluens delinquentem lata ob dolum, quomodo rescindatur.*



QVIA tamen in sæpe allegato decreto circa modum liquidandi bona publicata, dicitur quòd si quocũq; tempore per fiscũ detegatur sententiã fuisse obtentam ex falsis, vel simulatis cõtractibus, nulla habeatur ratio dictæ sententiæ, Est aduertendum
1 quòd † hoc etiã non deueniat à iure, quia qñ dolus interuenit, & si cesset regulare remedium restitutionis in integrũ fisco, iuxta l. vnicam. C. de senten. aduer. fis. lat. & l. Imperatores. ff. de re iud. Tamen non cessat hoc casu etiã perpetuò remedium rescindendi eã, per glo. fi. in d. l. Imperatores. vbi Ias. & gl. & Doct. in d. l. vnica. in verbo, fraus. Veruntamen si à procuratoribus fisci ferretur sententia in fauorem alicuius mulieris pro eius dote, quæ in effectu videretur simulata, quia facta esset immediatè ante delictum, iuxta not. in l. post contractũ. ff. de donatio. & esset solùm conscripta nõ numerata, iuxta text. in l. si posthac. in princ. & ibi Ang. C. de bonis proscriptor. tunc si dictæ qualitates fuissent oppositæ per fiscum, & nihilominus declaratũ fuisset ad fauorẽ mulieris, cessante præuaricatione & dolo iudicis, & fisci patroni non posset retractari dicta sententia, nisi aliter superueniret detectio simulationis, ita loquitur decretũ, si bene vides. sic ẽt vult dispositio iuris communis, vt patet ex his quæ infrà dicã sub tit. si ex falso instr. vel testibus iudicatũ erit, circa princ. & hoc probat tex. in l. j. in fi. C. si ex falsis instru. Decreueram hoc in loco attingere de causis quibus ob in dignitatem

gnitatem bona fisco obueniunt, & succesiuè etiam qn̄ fisco non deferuntur, sed succedunt alij, qui aliàs successissent, & similiter de bonis vacantibus, quæ transeunt in fiscū. qn̄ alius non reperitur hæres.l.j.& 3.C.de bon.vacan.lib.10. de quibus omnibus & alijs modis quærendi bona fisco.ponit tex.in l.j.in princ.ff de iur. fisci. verùm satius existimaui ea nūc prætermittere,quia tametsi in his casibus tractetur de bonis in fiscū perueniēdis, & sic videatur satis congruere continuatio ad materiā cōfiscationis bonorū ex delicto, de qua proximè dixi. Tamen principale propositum fuit in præsentia tractare de pœn.ob delicta imponendis: Ad hoc ne iudices errent in proferēdis criminalibus sententiis,vt dixi suprà, in primis verbis huius materię pœnarum. sed si agatur per fiscum contra hæredes indignos ad recuperationem hæreditatis propter indignitatem agitur ciuiliter petitione hæreditatis,secundum Bart.in d.l.j.in prin.ff.de iure fisci.& not.in l.j.C.de his quibus vt indign. & similiter si agatur ad recuperationem bonorum vacātium agitur ciuiliter, licet per inquisitionem speciali fauore fisci.l.fi.& ibi Ioan.de Plat.in 3. notabi.C. de bon. vacan. Dicam tamen de his loco suo in materia regalium.

Tit. de Sententiis.

SVMMAE.

1 *Defensiones ex communi obseruantia dantur reis confessis, vel conuictis antequàm damnentur.*

2 *Citatio vnica non sufficit quando fit vt deueniatur ad sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam alicuius momenti, sed trina requiritur, secus si fiat ad videndum iurare testes, vel publicari processum vel similia.*

3 *Citatio trina requiritur ex regula in citatione iudiciali, in extraiudiciali verò, seu monitione vnica sufficit.*

4 *Citatio vbi trina requiritur sufficit vt iudex vnam faciat pro tribus cum terminis omnium trium tam in criminalibus quàm in ciuilibus.*

5 *Citatio vbi trina requiritur sufficit vt iudex semel partem moneat, vel nuntius in præsentia iudicis.*

6 *Citatio prima in criminalibus debet continere triginta dies.*

7 *Processus in criminalibus fit sicut fit in ciuilibus.*

8 *Citatio in criminalibus cum termino triginta dierum datur ad componendos mæstos penates.*

9 *Citatio quæ fit ad respondendum inquisitionibus debet continere triginta dies, quia fit vt deueniatur ad annotationem bonorum & ad condemnationem.*

10 *Citationes omnes in criminalibus, licet de iure secundum communem opinionem debeant habere triginta dies, tamen seruantur statuta & maximè Mediolani quæ aliter disponunt.*

11 *Peremptorij forma qualis sit.*

12 *Peremptorium speciale non requiritur in criminalibus, quando reus est præsens, & iudex fecit sibi dari licentiam procedendi eo citato, & non citato, sed sufficit citatio generalis, vt compareat singulis diebus & horis.*

13 *Citatio generalis rescinditur per appellationē ab ea interpositam, quando iudex non fecit sibi dari licentiam procedendi citato, & non citato eo.*

14 *Citatio peremptoria requiritur in criminalibus quando reus est absens, & sufficit una pro omnibus.*

15 *Sententia in criminalibus ferenda est per iudicem in præsentia rei, quando reus est præsens.*

16 *Peremptorium in criminalibus quando non requiratur, & per quæ verba intelligatur sublata citatio.*

17 *Citari debet non solùm accusator & reus in criminalibus, sed etiam fiscus, & syndicus eius, & aduocatus, alias sententia eis non præiudicat.*

18 *Sententia in criminalibus nulla est nisi aduocatus fisci præsens sit. & tit. si aduersus rem iudic. & c.nu 6. & tit de fisco. nu. 23.*

19 *Citari an debeat procurator fisci in causa appellationis qui fuit iudex?*

20 *Citari debet offensus etiam quando iudex processit per inquisitionem ex puro officio, et vult absoluere, aliàs et non fieret præiudicium.*

21 *Vicarius vel assessor prætoris, vel alterius habētis merum et mixtum imperium nō habet ius iudicandi, sed tantùm cognoscendi in criminalibus, nec etiam prætore absente quo ad vltimum supplicium, & membri debilitationem.*

22 *Vices gerens prætoris à principe illi suffectus omnia potest, quæ ipse prætor.*
23 *Vicens gerens prætoris à principe illi substitutus maiorem authoritatem habet, quàm substitutus à prætore etiam habente authoritatem in principio officij substituendi alium.*
24 *Assessor, seu vicarius prætoris non potest iudicare in causa pecuniaria, nisi ex delegatione causarum, in criminali verò nullo modo, quando prætor præsens est. quando verò absens vel mortuus est, vsque ad vltimum supplicium, vel membri debilitationem exclusiuè potest.*
25 *Prætor non potest iudicare in criminalibus sine consensu & deliberatione iudicis sui, vel iudicum, vt res maturius procedat.*
26 *Prætor non debet cogere iudices ad sibi consentiendum quo ad condemnationem, vel absolutionem.*
27 *Iudices maleficiorum debent resistere prætori, & protestari contra eum, quando vident fieri iniustitiam, aliàs ex taciturnitate tenentur in syndicatu.*
28 *Notarij vel præfecti vigilum non tenentur cõtradicere prætori.*
29 *Assessores non accipiuntur vt iudicent, sed vt instruant prætores.*
30 *Assessor non potest esse, qui non potest esse cõsiliarius, & de assessoribus multa.*
31 *Assessor non potest esse iudex, & statutum loquens de assessore non habet locum in iudice.*
32 *Præfecti vigilum & executores, licet non teneantur contradicere prætori, nec protestari, debent tamen abstinere ab executione iniusta.*
33 *Iudex maleficiorum qui tenetur ex taciturnitate, quando prætor iniustè facit, non tenetur tamen appellare.*
34 *Sententia debet ferri non solùm à prætore, sed etiam à iudice cum eo, vbi iudex potest iudicare, & si inquisitio formata est sub examine iudicis.*
35 *Sententia an ferri debeat ad solitum tribunal iuris?*
36 *Causæ expreßio non requiritur in sententia regulariter, & vbi requiritur, non tamen sententia est nulla si non exprimatur.*
37 *Summæ coacernatæ ex varijs condemnationibus delictorum non faciunt vt quis comprehendatur in statuto pœnali loquente de summa integra.*
38 *Sententia an poßit in se continere clausulam resoluentem, vel corrigentem condemnationẽ, vel absolutionem factam.*
39 *Sententia quæ transiuit in iudicatum non potest ex parte, nec ex toto retractari à iudice, et an poßit iudex sibi in sententia reseruare facultatem mutandi?*
40 *Sententia in qua pars pœnæ applicari debet accusatori, vel delatori, pars fisco, ita concipi debet, vt omnia applicentur fisco, à quo postea accusator vel delator partem accipit.*
41 *Iudex solus non potest dare præmium accusatori nisi cum participatione principis, & Mediolani Senatus.*
42 *Soluens priuato pœnam illi applicatam in præmium accusationis liberatur non obstante contradictione fisci.*
43 *Sententia si condemnat duabus pœnis, & secunda sit, in subsidium primæ an sit nulla, & an secunda dicatur pœna delicti vel contumaciæ?*
44 *Sententia in qua secunda pœna in subsidium primæ est corporalis, an dicatur corporalis?*
45 *Iudex condemnans reum pœna pecuniaria, quam si non soluerit infra decem dies luat in corpus, potest lapsis decem diebus adhuc executionem facere in bonis damnati.*
46 *Sententia aliquando fertur ab homine, aliquãdo à lege, & quibus casibus.*
47 *Hæres sicut tenetur ex sententia ab homine lata contra defunctum, ita etiam quando pœna ipso iure infligitur delinquenti à iure etiã si secuta non esset declaratio ante mortem delinquentis.*
48 *Publicatio bonorum non fit ipso iure in crimine læsæ maiestatis.*
49 *Hæres rebellis defuncti non molestatur in bonis, nisi prius contra defunctum lata fuisset sententia ante eius mortem.*
50 *Declaratio an requiratur quãdo princeps dixerit in rescripto aliquem priuatum esse?*
51 *Verbum, careat, vel cadat, an intelligantur ipso iure?*
52 *Declaratio an sequatur procedendo vlterius?*
53 *Citatio an requiratur in declaratione?*
54 *Declaratio quid differat à sententia.*
55 *Declaratio an requiratur in decreto Mediolani disponente, vt commisso delicto bona sint applicata fisco?*
56 *Sententia & notorium æquiparantur quo ad probandum, non quo ad disponendum, & puniendum.*
57 *Notorium debet probari in actis parte citata.*

Notoria



NIHIL omisi quod sciam eorum, quæ iudices cognoscere debent, ne in sententiis ferendis errare possint. Nec mireris ꝙ hunc titulum immediatè non præcedat titulus de defensionibus dandis reis confessis vel conuictis, antequàm damnentur,
1 quæ † defensiones ex communi obseruātia, ac de iure etiā dantur. l. vnius. §. cognitorum. ff. de quæst. & de quibus latè Marian. Soci. in c. qualiter. & qñ in 11. principali artic. q. 92. de accus. quia dixi latè suprà de confessis. col. 1. & 2. vbi vide, & Marian. vbi suprà, Et licet etiā sub titulo speciali suprà tractauerim de citationibus non tñ quæ ad peremptoriam citationē attinent bene explicaui, quare pro intelli
2 gētia scire debes, ꝙ † sunt infinitæ leges, quæ dicunt non sufficere vnicam citationem, sed requiri tres, vt in l. consentaneū. Auth. qui semel. & l. tres denuntiationes. C. quomo. & quan. iud. l. de vnoquoque. §. j. ff. de re iudic. l. contumacia. ff. eo. tit. l. ad peremptoriū cū multis legibus sequentib. ff. de iudi. & c. ex literis. de constit. Videmus tamē ꝙ vnica sufficit, vt in citatione quæ transmittitur ad respondendum inquisitioni, vel qñ quis citaretur ad vidēdum iurare testes, vel ad publicationem processus, vt patet in l. si qñ. C. de testib. & secundum cōmunem obseruantiā, summa hæc est ꝙ si fit citatio, vt deueniatur ad

ad sententiam diffinitiuam, vel etiam interlocutoriam alicuius momenti, vt quia erat proferenda absolutio ab obseruatione iudicij, vel quis mittendus in possessionem ex secundo, vel etiam ex primo decreto & similibus, tunc requiruntur tres, iuxta iura suprà allegata, sed si sit citatio ad videndum iurare testes, vel publicari processum, vel similem actum fieri, tunc sufficit vnica. ita declarat Innoc. in ca. ad petitionem. extrà, de accus. Ange. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Bar. in d l. consentaneum. col. 3 in prin. & in l. si finita. §. Iulian. col. 4. de dam. infe. & Alex. in d. l. de vnoquoque. § j. vbi omnino vide. Et re
3 gula est † in citatione iudiciali. non loquendo magis in peremptoria ad audiendum sententiam, quàm in alia, quòd citatio debet esse trina. ita Feli. in d. c. ex literis. de constit. col. 4. versi. in glo. j. In citatione verò extraiudiciali, siue monitione, regula est in cōtrarium quòd sufficit vnica vt per Felin. in eo ca. ex literis. vbi suprà, qui ad hoc vltimum ponit ampliationes & limitationes. Disputant autem
4 Doct. † an vbi requiritur trina, sufficiat vna pro omnibus cum termino omnium trium, & cōclusio est sufficere, modo exprimatur quod sit vna pro tribus, vt per Felin. in ca. consuluit. de offic. deleg. col. 4. versi. in ead. glo. & Feli. ibi vult in versi. quartò fallit. quòd etiā hæc regula procedat in criminalibus, secundū magis cōmunem opin. quicquid dixerit Cyn. in l. j. C. de requir. reis. Fallit tñ in diuersis casibus vt habetur in d. c. consuluit. & per Alex.
5 in d. l. contumacia. Et scias ꝙ † secundum magis cōmunem conclusionem si requiritur trina, sufficit tamen, vt iudex moneat semel partem, quia habet vim dictarum trium, siue peremptorij. quod idem est d. l. ad peremptorium. imò sufficit quòd nūtius in præsentia iudicis moneat, vt per Dec. in d. c. consuluit. col. 7. versic. secūdò
6 principaliter ex glo. Scias etiam ꝙ † prima citatio quæ requiritur in criminali-
7 bus. (Nam prout videmus, ita † requirūtur tres in criminalibus sicut in ciuilibus, & proceditur in criminalibus sicut in ciuilibus, vt dixi in tit. de citatio. in princ. declarando tñ, prout suprà proximè declaraui, an citatio fiat pro actu grauis præiudicij vel leuis) debet continere dies xxx. l. 2. C. de exhib. reis. & dixi in d. tit. de citatio. col. j & 2. & hoc nullo habito respe
8 ctu ad quē finē, & prout dixi, nisi † quod datur ad componendos mœstos penates, ita declaro quę dixi in d. tit. & ideo dum suprà dixi ꝙ sufficere videtur vnica, qñ sit ad respondendum inquisitioni, non est
9 verum, quia † illa tanquàm prima debet continere 30. dies, & maximè, quia fit ad hoc vt deueniatur tanquā contra contumacem ad annotationē bonorum, iuxta ius cōmune, quo in casu requiritur trina, siue peremptorium secundū Inno. Ang. & Doct. vbi suprà, siue ad bannū etiā vltimū, & sit condemnationē iuxta terminos
10 declaratos suprà in tit. de bānitis. An † autem cæterę etiā debeant pariter cōtinere singulæ alios 30. dies. Dixi in eo tit. de citat. & vltra ibi dicta vide latissimè de hoc Marian. in d. tract. citatio. in 27. artic. prin. in 8 q. & ibi dicit ꝙ opinio, vt singulæ habeant 30. dies est cōmunis, tendunt enim ad annotationē siue cōdemnationē, quo in casu omnes concludunt requiri trinā, vt proximè dixi. In hoc tñ est seruanda forma statutorum, & practicæ quę in hoc dominio aliter se habet. De forma autem
11 † talis peremptorij vide latissimè eundē Marian. in d. artic. 27. q. 7. & tandem redigit rem ad statuta & obseruantiam. Non omitto quòd in his causis criminalibus
12 † qñ reus est præsens iudex facit sibi dari licentiā procedendi citato & nō citato ipso reo, & tunc eū monet cōpariturum singulis diebus, & horis, ēt vsq; ad sententiā inclusiuè, per quæ cessat postea dictū perēptoriū speciale & modo quo suprà. Ita not. Marian. in 11. artic. princ. in c. qualiter. in 90. q. vbi omnino vide, de accu. & in eo artic. q. 97. & Ang. in glo. qui iudex cōmisit. l. præconi quod banniat. & in gl. qui iudex monuit eòs singulis diebus & horis, & sine dicta licentia præambula nō
13 valet talis monitio in effectu, quia † ꝑ appellationē rescinditur secundū magis communē opin. vt ꝑ Marian. in artic. 20. prin. in q. 16. in tract. cita. materia huius citationis generalis ponitur per Docto. in l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. Et qñ est
14 absens † an requiratur perēptoriū, dixi in d. tit. citatio. & nō est dubiū quin requi

ratur & trina citatio, vel vna pro omnibus ad sententiam, vt dixi suprà, & ideo
15 † est necessarium peremptorium, vt etiã qñ est ferenda sententia, & reus præsens est, iudex illam ferre debeat ad eius præsentiam, sic Ang. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. & Bal. in l. reos. C. de accusa qui etiam attestatur ita seruare vniuersum orbẽ, & refert & sequitur Ang. in d. gl. qui iudex commisit. l. præconi. ad fi. & dixi suprà in eo tit. de citatio. Sunt tamẽ
16 casus in criminalibus † in quibus nõ requiritur peremptorium, vt per Marian. in d. artic. 11. q. 12. ad fi. quod procedit ex vi cõmissionis, de quo tñ idest per quæ verba intelligatur sublata citatio, vide Soci. cõ 1.264. col. antepen. & dixi suprà in tit. de banni nullitate. Et ne ignores qui sint citandi in his causis criminalibus. Scias
17 quòd citãtur tam accusator q̃ reus sicut in ciuilibus actor & reus citari debet l. si accusatoribus. C. de accusa. vbi glo. & Docto. & in l. inter accusatorem. vbi Bart. & alij. ff. de publi. iudic. & hoc nisi data sit licentia, & facta dicta monitio, vt suprà. Bal. in d. l. si accusatoribus. Et an fiscus sit citãdus vbi tractatur de eius pœna, vel de vindicta publica, Dic breuiter hanc esse cõmunem conclusionẽ in iure, vt omnes, qui sunt in causa, & cum quibus est lis cõtestata citandi sint aliàs sententia est nulla, quo autem ad alios sententia non est nulla, sed non præiudicat iis, de quorum interesse principaliter tractatur. hæc est communis conclusio in l. de vnoquoque. in prin. ff. de re iudi. & Maria. Socin. in tracta. citatio in 5. artic. princ. versi. j. igitur.
18 col. j. imò † non tantùm fiscus est citandus, sed syndicus eius, siue aduocatus, iuxta consuetudinẽ huius dominij, verùm ẽt requiritur vt aduocatus sit præsens, aliter sententia est nulla l. fi. C. de aduoc. fis. l. 3. §. diuus. & l. si fiscus alicui. ff. de iur. fis. & per Ioan de Plat. in l. vnica. C. de sen-
19 ten. aduer. fis. lat. & in specie † quòd tam fiscus q̃ offensus sit citandus, dicit Bald. per illum tex. in l fi. C. de bon. vacan. lib. 10. & ibi Ang. Et an in causa appellationis procurator fisci qui fuit iudex sit citãdus, vide Bart. in l. j. §. fin. ff. ad Turpil. Et
20 † si procedit iudex per inquisitionem ex puro officio, & velit absoluere, debet absoluendus primò curare, vt citetur offensus, ad hoc vt ei posteà fiat præiudicium, quòd aliàs non fieret. Ang. in gl. & ibi caput à spatulis separetur. col. j. His sic præmissis descendam nunc ad materiã ipsius
21 sententiæ. Quæro † an vicarius prætoris, vel alterius habẽtis merum & mixtũ imperium possit ferre sententias, an prætor ipse teneatur illas ferre, vide Ange. in glo. hæc est quędam sententia. qui in effectu vult, vt vicarius, siue assessor nullam habeat iurisdictionẽ in iudicando, sed tantùm in cognoscẽdo. l. j. C. de assessor. sed mortuo vel absente prætore, vult vt possit etiam iudicare quo ad omnia præter quàm quo ad vltimum supplicium & mẽbri debilitationem per glo. in l. 2. C. de offic. eius. quam ita intelligit. Limitat tamẽ
22 † quando esset suffectus à superiore loco mortui vel absentis, quia eo casu potest etiã in dictis casibus iudicare, & dicit in effectu ꝙ assessor dum iudicat, prout videmus ab eo fieri quotidie, hoc euenit ex delegatione sibi facta per iudicem in principio officij, loquor in causis quæ delegari possunt, iuxta l. j. ff. de offi. eius. D. Aug. de Arim. ibi exclamat contra Ang. & Moder. in d. l. j. quod errarunt, & non viderũt multa peregrina in hac quæstione, & ꝙ cõmunis est opinio cum d. gl. in d. l. 2. quæ loquitur in suffectis à superiore, & consequenter quòd tales omnia possunt pręter quàm punire vltimo supplicio, & mutilatione membri. Breuiter hæc opinio mihi videtur absurda, vt si superior in locũ mortui, vel absentis aliũ cõstituat, ille nõ possit ita exercere omne imperium sicut poterat prætor ipse viuens vel præsens, & si aliud non haberemus quàm hanc rationẽ naturalem, sufficere deberet iuncto eo ꝙ etiam videmus quotidie ita fieri, & obseruari, iuxta l. cum ratio. in princ ff. de bon. damna. in hac tamẽ opin. est præcisè Bar. quem ibi sequuntur Doct. in d. l. j. de offic. eius. in princ. col. 2. versic. oppono. & videtur etiam ad literam hoc dicere, sic intelligens d. l. 2. & concludens quòd his casibus non sumus in materia vicarij, vel vices gerẽtis ipsius prætoris, sed quòd est iudex ordinarius sicut erat prætor ipse, allegat glo. hoc expresè dicentem in l. nequicquàm. §. vbi decretũ. in fi. gl. magnæ. ff. de

ff. de offic. procons. & hoc casu cessat illa disputatio, de qua per Alex. in rubr. de offic. eius. An vicarius dicatur habere iurisdictionem ordinariam, quia loquitur, qñ est constitutus ab ipso prætore, quamuis tamen si ipse prætor constituat, non dicatur ordinarius, vt ibi in sua distinctione, sequitur Alberic. in l. placet. C. de peda. iudi. & Cyn. per eũ relatus. idem Catald. in tract. syndic. c. 182. allegant Bald. vt p eum, & hũc in fi. allegat Augustinusmét ita vt seipsum inuoluat, & ita quamuis cõmuniter Doct. intelligant d. gl. in d. l. 2. in suffectis à superiore, & approbent illam glo. quæ est prima, & quæ facit regulam affirmatiuam, quẽadmodum ipse facio, non tamẽ approbãt limitationes de quibus in vltima gl. vnde apparet respõsum ad exclamationes per Augus. factas. hanc opin. sentit etiã Dec. in d. l. j. in prin. char. penul. col j. dum loquendo de vices gerẽtibus loquitur de ijs qui facti sunt à prætoribus vel principalibus ipsius qui causas imperij delegare non possunt, & hæc opinio eo magis mihi satisfacit, quia Marian. Socci. in d. artic. 21. in c. qualiter. in q 98. tangit articulum per me propositũ, & concludit in versi. aduerte tamen, ꝙ ij locumtenentes. vel vices gerentes creati à principe, vel superiore omnia possunt in quibuscũque casibus, quæ possunt ipsi principales, & dicit hoc sentire glo. & ita tenere Bar. in d. l. j. & scias ꝙ vltra prædictos hanc qõnẽ tangit Put. de syndic. char 78. col. 2. loquitur tamen quando talis substitutus esset factus ab ipso prętore, qui à principio habuit facultatem substituendi vnde non mirum si tandem te-
23 net aliam opin. quia † est differentia, an ipse princeps illum loco alterius ponat, an det etiam facultatem prætori in principio officij, quia intelligitur, prout etiã Put. dicit ciuili modo, & prout ius intelligit, vt per eum. Concessionis etiam uerba hanc difficultatem tollent. Hæc autẽ locum habent, quo ad vices gerentes, sed
24 de vicarijs, & accessoribus prætorũ breuiter vide Maria. vbi suprà distinguentẽ, quòd in sententia pecuniaria nõ possunt etiam iudicare nisi ex delegatione causarum, sicut dixi. In sententia verò corporali, si prætor est præsens vult vt nullo modo ei liceat, si absens oĩa possit quę prętor, nisi in dictis duobus casibus, & hoc contra reum prę sentem, sed contra contumacem tunc potest etiam condemnare verbo tamen pœna vltimi supplicij, & sic etiam in hoc conuenit cum Angel. Aret. de quo etiam per Angel. in d. l. 2. C. de pœ. & per Aug. vbi suprà. Sic igitur vidistis quam iurisdictionem habeant vicarij prætorum, successiuè quia in præto-
25 rum sententijs † dicitur, De consensu & deliberatione iudicis, vel iudicũ, quærit Aret. in versi. de consensu, quare hæc practica fuerit inducta, & breuiter dicit ꝙ ratio est, vt maturius res procedat præsertim cùm de hominis vita tractetur. Ad-
26 dens † quòd tamen prętores non debẽt cogere eos iudices ad consentiendũ condemnationi vel absolutioni indebitæ, ꝙ si secus faciãt grauiter tenentur, Subdẽs
27 etiam † quòd vbi iudices vident fieri iniustitiam debent resistere quantum possunt, & protestari contra prætores, quia etiam ex sola taciturnitate tenentur in syndicatu, vt per eum. Nam prætores ipsi, vt diximus in præcedenti quæstione, possunt sententias ferre, verumtamen debent id facere prædicta ratione cum consilio iudicum suorum, vt per Ang. & Maria. in d. 98. q. col. 2. vbi ad eam præsertim rationem ornatam quòd agatur de vita hominis multa adducit. Itẽ sequitur oĩa alia quæ per Ang. dicuntur aliquibus additis, ultimò dicendo etiam cum ipso An-
28 gelo, quòd tamen † notarij, & præfecti vigilum non tenentur ipsi contradicere, sicut tenentur vicarij, & iudices. Breuiter igitur si vis bene gustare prædictas cõclusiones, & maiori cum ratione vide Dec.
29 in rubr. ff. de offi. asses. vbi dicit, quòd † assessores accipiuntur non vt iudicent, sed vt instruant prætores, qui interdum imperiti sunt, & quòd propriè officiũ as-
30 sessoris est consilium dare vnde qui † nõ potest esse consiliarius etiam non potest eẽ assessor, & assessor tenetur de iniustitia prætoris nisi protestetur, ut suprà, allegat ad hoc vltimum sicut prædicti Bar. in trac. repræsal. in 6. q princip. Prætereà Veron. caute. 214 si potestates terrarum, & Put. i trac. syndic. in 21. char. in verbo, potestas, qui tulit sñiam. Alia etiã dicit de asses-

assessoribus quæ vide. Et de syndicatu quo ad prętorem & assessorem dixi suprà sub rubr. de official. corrupt. pecunia iniustę; iudi est materia l. 2. ff quod quisque iur. vbi Iaso. & Dec. Addo prædictis
31 † ꝙ assessor non potest esse iudex, & largo modo dicuntur iudices assessores, & statutum de assessore non habet locum in iudice, vt per Dec. in l. j. ff de offi. asses. Sunt tamen omnino videnda verba Maria. vbi suprà, dũ de præfectis vigilũ & exe
32 cutionibus loquitur, quia † consilium dat, vt quamuis non teneantur resistere, nec protestari, tamen abstineant ab iniustitia exequenda. Item loquendo de iudi
33 cibus † qui tenentur tacendo, dicit ꝙ tamen non tenẽtur appellare, & subdunt
34 tã Ang. quàm Maria. ꝙ † nõ solùm prætor, debet esse ille qui ferat sententiã, sed etiam iudex cum eo, vbi inquisitio esset formata sub examine iudicis. intelligendo tamen vbi posset etiam ipse sententiã ferre secundum prædicta. De alijs quæ
35 stionibus circa sententias, scilicet, † an ferendæ, sint semper in loco maiorum suorum ad solitum iuris tribunal, & an causa sit exprimenda in sententijs, vide Angel. & Maria. vbi suprà§, quorum dictis nihil addendum puto, quia de prima qõne habes Ias. paucis se explicantem in l. ius pluribus. in j. col. ff. de iusti. & iur. De
36 secunda † autem an causa sit exprimenda in sententia vide Alex in l. properandum. §. illo. C. de iudi. vbi facit regulam, ut non requiratur expressio causæ, deinde concludit ꝙ ubi requiritur, non tamẽ ita requiritur, vt sentẽtia reddatur nulla, illa non expressa, sed non producuntur aliqui effectus, qui aliàs nascerentur, & sic disputatio huius quæst. non redditur multum necessaria. Si quis condemnatus est in pluribus pecuniarum quantita
37 tibus ex diuersis delicti † quæ omnes summam faciant librarum centum, & statuto caueatur, vt condemnatus in libris cẽtum, possit impunè offendi, an talis poterit impunè offendi. Dic non posse, ut ꝑ Bar. in l. ubi fideiussor. ff. de sol. & Iaso. in l. si idem cum eodem. in princ. col. j. ff. de
38 iurisd. omn. iud. Et † quando iudex in sentẽtia possit apponere clausulam resoluentem vel corrigentem condemnationes, vel absolutiones iam factas non tango, quia est materia Bart. vbi Alex. plenè in l. iudex posteaquàm. ff. de re iudi. & ponit Abb. in consi. 73. col. 2. & fi & Cardi. consi. 29. col. 2. in fi Et an possit in sentẽtia sibi reseruare facultatem mutandi, vide Anch. consi. 209. col. 9 in fi & sequen.
39 & hoc vnum verum est, ꝙ † post rem iudicatam non potest iudex prorsus, vel ex parte suam sententiam retractare siue in ciuili, siue in criminali. Abb. consi. 92. col. 2. circa fi. est materia, vt dixi d. l. iudex posteaquàm. & vide etiam ultra Aret. in gl. saluo semper & reseruato Maria. in c. qualiter. *el primo.* de accusat. vbi per vij. col. & in c. qualiter. *el secondo.* in xj. artic. vbi lo
40 quitur de sententia. Si sit † pœna pecuniaria danda fisco pro parte, & pro parte accusatori, vel delatori debet in sententia dici, Condemno in decem applicãda fisco, quia pars posteà suam partem capit a fisco l j. C. de vend. re. fis. cũ priua. lib. x. & Bar. ibi, & Bar. in l. dicitur. §. Senatus. ff. de iure fisci. & ita Ang. in gl. dãdis & soluendis generari camerario, & sequitur Math. no. 71. ſm Aug. de Arim. ad Angel. vbi suprà, & in d. §. Senatus Bar. etiã vult notabiliter ſm Are. vbi supra, quòd
41 iudex † solus absque authoritate superioris possit dare præmium accusatori ex condemnatione facienda, causa inueniẽdi maleficium, vel delinquẽtem occultũ. Quod videretur magnũ Senatui nostro, qui vult vt ferè omnia in criminalibus maximè talia cum eo participentur, sed neque etiam Bart. aliquid de hoc dicit in d. §. vt etiam animaduertit Augu. de Arim. Breuiter in hoc vltimo dic ſm Ang. Are. in verbo, fama publica, in materia capturæ, in 13. q quod non potest iudex facere sine consensu superioris, & ita concludit Dec. in l. j. in princ. ad literam 17. ff. quod quisque iur. qui tamen limitat vbi esset modica impensa, ultra quem intellige, & declara hanc materiam, vt latè distinguit Ang. vbi omnino vide in d. l. j. in prin. col. 2. cuius verba sunt hæc, Vidi de facto Perusij infinitis vicibus in habente potestatem condemnarum legum contra rebelles, an possint constituere salaria officialibus, & famulis eorum, sed redeundo ad principalem articulum, cũ pœna partim danda

danda est fisco, partim accusatori vel delatori, aliud in pręsentia non occurrit addendum, nisi quòd hoc expedit priuato, vt facilius consequatur pecunias opera fisci, qui habet promptiorem viam ad exi
42 gendum, posset † tamen & ipsi priuato solui, & soluens liberaretur non obstante contradictione fisci. hæc Bart. in d. l. j. C. de vend. rer. fis. vbi vide. Tangunt etiam Docto. in hac materia sententiæ, quádo
43 † iudex condénat duabus pœnis, & secũda est in subsidium primę, putà, Condéno in decem, quæ si non soluerit infra mensem soluat viginti, siue quę si non soluerit luat in corpus, uel sit bannitus ad tempus, vel perpetuò, an valeat hęc sentẽtia, & an secũda pœna dicatur pœna delicti, an contumaciæ propter nota. in l. j. ff. de in lit. iuran. de fideiussore qui non tenetur nisi ad pœnam delicti, non ad pœnã contumaciæ, nisi obstaret magna vis ver
44 borum fideiussionis. Et an talis snīa, † & pœna qñ in subsidiũ est corporalis dicaẽ corporalis, ita vt dãnatus nõ possit dimitti fideiussoribus, an verò pecuniaria, uide Angel. in glo. quas si nõ soluerit infra decem dies, soluat cũ quarto pluri, & Aug. de Arim. ibi. In qua materia vide Bartol. in l. 2. ff. de pub. iud. col. 2. & 3. Cœpo. cõs. 16 & Marian. Socci. in c. veniens. de accu
45 sat. in 5. char. col. 3 & seq. Et an † possit iudex non facta solutione infra dictũ mensem adhuc omissa pœna corporali exequi in bonis damnati, Bart. vult eum posse. in l. cùm duobus §. idem respon. so cius. ff. pro socio. de quo vide Fel. in cap. inter cæteras. col. 2. de rescript. uersi dictas Alex. in in l. ita stipulatus. col. vlti. ff. de uerbo. oblig. Cremen. sing. 100. Abb. consi. 6. in v. in 2. dubio. in 2. vol. Cœpol. in d. consi. 16. facit quod vult Alexã. in l. insulam. §. fi. ff. sol. mat. & Doc. ubi suprà, & vide etiam ad prædicta, & alia similia Aret. in d. gl. & in gl. quas si non soluerit infra decem dies amputetur sibi manus dextera. Sententię materiam persequen
46 do, scias † ꝙ sententia aliquando fertur ab homine, & de hac dixi hactenus, aliquando fertur à lege disponente, vt quis ipso iure incurrat pœnam, & de hac habes multos casus in c. cũ secũdũ. de hæreti. in 6. ibi enim vult principaliter, ut bona hæretici sint ipso iure publicata, & refert multos alios casus, in quibus lex ita disponit inferendo ex eis multò magis ad causam hæresis, & de alijs casibus inuenies in locis infrà allegandis. Et sciendũ
47 est, † ꝙ sicut lata sententia ab homine tenetur hæres quemadmodum etiam tenetur ex contractu defuncti, quia repræsentant personam defuncti. l. cũ à matre. C. de rei. uend. & in Authen. de iureiur. a mor. præst. in princ. ita quando pœna imponitur a iure, ut per Bart. in l. 4. §. quod antẽ. ff. quod quisque iuris. & ita omnes ibi sentiunt, licet Ias. teneat contrarium ex quo requiritur declaratio, iuxta d. ca. cũ secũdum. & consequẽter nõ secuta declaratione contra ipsum defunctum hæres nõ tenetur per tex. & ibi Bar. in vers. 2. not. in l. eius qui delatorem in princ. ff. de iure fisci. & licet Dec. in d. §. quod autem. non satis videatur dissentire à Iaso. contra morem suum. Attamen arbitror Ias. errare, quia pręter id quod dicat contra alios omnes, vt etiã aduertit Parpal. ĩ repet. l. si quis maior. C. de transact. versi. v. quæritur. vbi vide, non etiam bene ponderat tex. in d. l. eius qui delatorẽ. qui nõ loquitur in proposito non. n. procedit eo casu quo quis ipso iure cõdẽnaẽ, vti nos loquimur, sed quando quis habetur pro cõfesso & cõuicto. Et ideo Bar. in d. vers. 2. dum not. ꝙ hæc verba, habeãtur ꝓ cõfesso, nõ intelligũtur ipso iure, sed requiritur snīa', vult clarè ꝙ si ipso iure intelligerẽtur nõ requireretur alia declaratio. & pro hac opinione vide Imol. in l. qui à latronibus. §. j. col. 3. ff. de testa. vbi vult ꝙ quando bona confiscantur ipso facto, vel ipso iure, nõ tamen fit actu executio nisi præcedat declaratio per d. c. cũ secundũ. nec vult vt fiat ante mortem, sed quando quis habetur pro confesso & conuicto, & hoc casu vult vt requiratur declaratio ante mortem, & ita intelligit d. l. eius qui delatorem. Hæc opinio etiam est ex mente Dec. in reg. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. vbi facta regula quod morte delictũ & pœna extiguunẽ. l. defuncto. ff. de publi. iud. & l. fi. C. si reus vel accusator mor. fuer. ponit v. limit. & secũda est absolutè qñ pœna est ipso iure & facto imposita, quia tũc trãsit ad hæredem, & allegat

Bar.

Bart. ubi suprà, & in l. j. ff. de priuil. debi. per l. Caius. ff. ad Sylla. & alios ut per eũ: est etiam ex mente Fel. in c. Rodulphus. in verbo, declaratoria. de rescript. & in c. præterea. col j. & 2. de spons. & in c. cùm non ab homine. col. 4. & seq. de iud. dum exclamat requiri declarationem, quãdo pœna imponitur ipso iure quo ad executioné facti, quia nunquàm dicit quòd ante mortem requiratur declaratio, quod verbum vbi fuisset necessarium, profectò summa incuria. & nimis indiligẽter omisisset. Hoc idem vult Bald. in l. vnica. C. ne ex del. defun. col. 2. & 4. in prin. in versicu. sed dubitatur. vbi vult quòd ideo pœna in d l. eius qui delatorem. nõ transeat in hæredes, quia non erat secuta condénatio iudicis, nec legis, & ideo vult, vt si lex ipso iure damnet, tunc transeat, & dum in d. 2. col. allegat c. j. de homicid. in 6. & Authen. de incest. nup. in princ. vult idem, & quòd sufficiat hæc sententia legis, ponit Bar. in l. ex iudiciorum. versicu. quæro pone. ff. de accusatio. & quo magis vbique perquiruntur Doctores eò magis ita reperitur, vt dixi. Et in crimine læsę maiest. communis est opinio, vt bo-
48 na † non publicẽtur ipso iure, quicquid dicant glo. & Doc. in d. c. cùm secundum. per l. pen. §. fi. C. ad l. Iul. maiest. & l. fi. & l. donationes in concubinum. in fin. ff. de donatio. & Bart. expresse in l. post contractum. col. pen. vbi Imol. & Roma. ff. de donat. & dixi suprà sub tit. de crim. læsæ
49 maiesta. Nec vnquàm audiui † dari aliquam molestiam bonis rebellium mortuorum, nisi lata sententia ante mortem, vel posteà damnata memoria defuncti in casibus à iure permissis. In homicidiis verò, & alijs delictis, in quibus iure nostrorum decretorum, & statutorum fit confiscatio ipso iure, etiam hæredes non molestantur, ex quo decretámet clarè præsupponunt, vt prius debeat sequi condemnatio in personam, ordo etiam quidam Ducis Ludouici obstat, vt suprà dixi, in titu. de pœnis. in versi. pœnæ delictorum. dũ commemoraui D. Ambrosium Opizonũ, & quendam alium Doctorem in gratiam Ducis Ludouici aliter consuluisse. Et pdi-
50 ctis addens quæro † in casibus in quibus requiritur sententia, si tamen princeps in rescripto dicat, quem priuatum, vtrũ intelligatur quo ad potestatem priuandi, an etiam vt nulla alia requiratur sententia. de hoc vide notabiliter Fel. in c. cau-
51 sam quæ. col. 6. de rescript. & † quid de verbis, Careat, vel Cadat. An intelligant ipso iure, vide Fel. in c. ex tenore. col. antepen. extrà, de rescript. & plenissiè per Fel. in d. c. Rodulphus. vbi suprà, & in ca. prętereà. col. j. uersi. 2. not. & colũ. seq. de spons. Abb. 2. vol. consi. 18. col. 2. Paul. de Cast. consi. 33. col. 3. & Ang. omnino cõs.
52 255. col. fi. Et † an sequatur dicta declaratio procedendo vlterius, vide Moder. in l, si quis nec quęstio. col. j. ff. de quæstio.
53 Et † an in tali declaratione requiratur citatio, uide ultra Fel. in d. c. Rodulphus. & ubi suprà, & c. cùm non ab homnine. col. v. de iudic. Maria. Soc. in 7. arti. principali, tracta. citatio. in 31. casu. Vide etiam de hac materia latè per Ang. & i apostil. ibi, in gl. qui iudex videns quòd inquisiti
54 non comparent. Et † quid differat hæc declaratio à sententia, vide in c. j. de constit. char. 3. col. fi. uerbo, non obstat etiã. & vide etiam circa decretum nostrum,
55 vel similia, vt † bona omisso delicto sint applicata fisco, An eo casu requiratur de-
56 claratio. Curt. consilio 30. Sententia, † & notorium æquiparantur. l. emptorem. in prin. de actio. empti. & c. fi. de coniug. cler. quod est verum, quo ad probandum, nõ quo ad disponendum. Ang. in l. libertas. §. j. ff. de statu lib. Bal. in l. ictus fustiũ. ff. de infam. & Bal. in l. j. col. j. ff. de cur. furios. & ideo licet pręlatus notoriè sit notatus crimine, non tamen depositus intelligitur nisi secuta sententia, Bald. in l. cũ fratrem. col. 3. C. de his quibus ut indign. atque ita æquiparãtur quo ad manifestãdum, & declarandum, non quo ad disponendum & puniẽdum, & hoc clarè patet. nam confessio facit notorium d. c. fin. de coniug. cle. & tamen qui crimen confessus est debet damnari. l. si confessus. ff. de custo. reor. & vide omnino Ias. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd.
57 cog. vbi dicit † quod notoriũ debet pro-
58 bari in actis parte citata. Item nota † ꝙ ex notorijs aliqua sunt excusabilia, aliqua non, vt not. per Aret. in cons. antepe. col. 9. vers. venio ad secundũ. & quando sunt

sunt inexcusabilia, & nulla tergiuersatione celari possunt, tunc nec requiritur citatio, nec declaratio per sentētiā, & ideo vbi quis publicè esset factus rebellis Cæsaris apertè pugnādo contra eum, vel castrū cuius custodia sibi credita fuisset palàm retinendo nomine inimici ipsius Cęsaris, ut aliquando contigit, Tunc perinde esset, ac si lata fuisset sententia ante eius obitum, & eius bona possunt quandocunque retineri ostenso tali notorio, sine aliqua sententia, ita decidit in specie Iser. in tit. quo temp. mil. §. sancimus. *el secundo*. & satis apparet ex prædictis, & ex d. cōsi. Aret. si bene vides, & ex authoritatibus ad hoc allegatis suprà in tit. quō procedatur in crimine notorio. ad fin. & Dec. hoc apertè tenet in cap. peruenit de appella. vbi dicit quòd ita limitatur c. cū secundum. de hæretic. in 6. & quòd in notorijs clarè non requiratur sententia, sed sola executio tenet glo. & Bar. in d. l. ictus fustium. ff. de infam. & latè Brun. cōs. 19. col. 2. & seq. vbi vide. Et ex hac ratione
59 ordinatum est in hoc dominio, † vt illis qui vti famosi & publici delinquētes morti traduntur sine sententia etiam sint cōfiscata bona. in casibus tamen ubi aliàs secuta sententia venisset publicatio bonorum; de quo ordine aliquando dubitaui, imo adhuc dubito, verum si intelligatur sm notorium inexcusabile satis rectè pro
60 cedit. Sententiæ vim † an habeat simplex relaxatio, ita vt amplius non sit ex eadem causa molestandus, iuxta regulā quod sæpius de eodem delicto quęri non debet. l. licet. §. fi. ff. naut. caup. stab. & l. si cui. §. isdem. ff. de accusa. Anan. in consi. 17. col. fi. versi. præterea subdit hæc verba. quod ex quo semel fuit inquisitus, & missus, & sic quodam modo tacitò absolutus, æquum videtur, vt iterum inquiri nō possit per regulam d. §. fi. & Barto. in d. §. ijsdē. Alex. verò magis cōsideratè loquutus est in cōs. 179. col. pen. uol. 2. incip. In causa Angelorum Hebræorum, dum dicit ꝙ dicta relaxatio simplex facta causa cognita, arguit absque sententia innocen
61 tiam, quia † quoties apparet de innocētia eius, qui criminis arguitur non debet retineri i carceribus vsque ad sententiā, imò incōtinēti dimittēdus est, postea fertur sentētia, allegat tex. i l. 2. C de exhib. reor. & Bal. ibi. Addo Roma. sing 504. accusatus, & aduertendum est ꝙ etiam ille tex. nō requirit fideiussionem, tamen tutius est illam habere, & ita seruari videmus quod præstatur fideiussio. Alex. igitur & etiam in effectu Ana. si bene cōsideras, & Rom. uolūt ut nō censeatur tacitè absolutus, sed dimissus tāquam innocēs, iuxta terminos d. l. 2. & cōsequēter oritur hic effectus quod nō est iterum in carceres conijciēdus, nisi superuenientibus
62 alijs indicijs, & ita seruatur. Addo † prædictis quòd nō ita est custodiēdus, qui est ī casu absolutionis, sicut q est cōdēnādus gl. in l. si pecuniā. §. fi. i uerbo, carcē. ff. de
63 cōdi. ob caus. ubi uide Doctor. Addo † quòd quæ dicta sunt de accusato, ut sit dimittēdus quādo apparet de innocētia, etiam procedūt in accusatore posito in carceribus. Angel. in d. l. 2. & Ang. Aret. in tract. malefic. char. 6. col. 3. ad fi. & idē quod per Alex. dicitur ī d. cōsi. ponit etiā Alex. in l. j. ff. de custo. & exhib. reor. in apostilla quæ incipit, debeat solui. Abso-
64 lutus † igitur ex sentētia, ut dixi, nō debet amplius molestari pro eodē delicto, hoc idem, & multò magis patet in cōdēnato, ut per Aret. cōs. 58. circa sm dubiū, vbi ponit regul. & fallē. & per Fel. in c. de his. extra, de accusat. ubi omnino uide, & unam declarationem habes ex materia immediatè præcedēti, quādo simpliciter est dimissus è carceribus, quia adhuc superueniētibus indicijs potest molesta-
65 ri, quod multò magis procedit quādo † iudex expressè interloquitur eum dimittēdo, rebus stātibus, prout stāt, prout hic Mediolani, & in uniuerso dominio fieri semper cōsueuit, nisi quādo clarè cōstat de innocētia rei, quia tunc absoluitur dif
66 finitiuè. Et † an talis sententia sit diffinitiua, uel interlocutoria, uide oino Bar. in l. Titia. ff. de accusat. & Fel. in rubr. de re
67 iud extra. De iure tamen † accusatus accusatore nō probāte deberet absolui diffinitiuè. text. est in l. qui accusare. C. de æden. & Docto. ibi no. Fel. c. aduersario. colū. 2. de except. Si tamen iudex habet
68 indicia contra reum uehementia, licet † tortus noluerit fateri, non debet eum absoluere, sed debet dari abolitio hoc est circum-

circumduci processus, uel absolui in prima instantia. ita Salic. in l. ea quidem. C. de accusa. & in l. si qui adulteri. C. de adulter. & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & refert, & sequitur Alex. in l. vnius. §. reus. in verb. nec confitetur. ff. de quæst. Per quod dictum ita declara regulam d. l. qui accusare, & quæ dicit Bar. in l. fi. in j.
69 col. ff. de quæst. vt. s. † tortus sit absoluendus si indicia non excedebant metam, & ita loquitur Bar. ibi, sed si erant uehementia, procedunt dicta Alex. Et † quando
70 conuictus torqueretur adhuc videtur ꝙ multò minus sit absoluendus, secundum prædicta & ita Paris in tract. syndi. char. 93 col. 3. in prin. Paul. de Cast. in l. si quis in hoc genus C. de epis. & cler. Alberic. in rubr. C de quæst. col. 2. versi. est etiam notandum. sic etiam Roma. in l. j. § hoc rescriptum col. ult. ff. de quæst. Reperio solum Cœpol. tenere contrarium in cõsi. 32. col. 8. qui sequitur Alber. in l. ædictum diui Augusti. ff. de quæst. & ideo dicit ꝙ solent iudices protestari. vt per eum, & quod hæc est communis obseruãtia, vult tamen Cœpol. vt tormenta debeant esse in tanta quantitate, vt sit sublata omnis probatio, alias posset iudex eum non absoluere, sed pecuniaria pœna damnare, uideo seruari in tali casu quòd fit protestatio secundum modum Cœpol. & deinde ratione probationum concludentium super quibus etiam non interrogatur, & sic
71 cessant omnes difficultates. Et † si ex iniuria officialis, vel ignorãtia super his de quibus conuictus est sine protestatione torqueretur, & vehementer fieret posteà
72 absolutio processus, idest absolueretur † rebus stantibus, prout stant sicut dixi, & eodem modo video obseruari omni casu, quo clarè non apparet de innocentia. & vide etiam de hac materia Moder. in l. reperi. ff de quæst. col. pen. & vide etiam ad prædictam obseruantiam, quæ ponit Ias. in d. l. qui accusare. dum dicit, quòd fallit
73 illa regula, † quando contra reum est præsumptio iuris vide etiam circa dictã regul. l. qui accusare. omnino Perusi. in c. dilecto. de appel. col. 36. uers. si aliquando
74 & tertiò. qui dicit, quòd † debet tamen dari dilatio actori ad probandum, aliter uerè dici non potest, quòd iudici liqueat de causa, nec quòd actor, siue accusator non probauerit, & vide etiam de dicta regula Moder. in l. reus. § in ea. ff. de quæst.
75 Et an † & quando reus actore non probante debeat se purgare antequàm absoluatur. s. per iuramentũ, vide Angel. Aret. in gl. in verbo, falsario. col. pen. circa fin. & in additionib. ibi, & Ana. in c. ad falsariorum de crim. fal. col. 4. ad fi. & seq. De quo iuramento purgationis in criminalibus, vide Ias. in l. ait prætor. *la prima*. in princ. col. 4 ff. de iureiur. non insisto, quia
76 non seruatur apud nos. Quæro quis † est absolutus, quia non fuit probatum, quo casu etiam erit sententia diffinitiua, vt ꝑ Barto. in l. admonendi. ff. de iureiur. in j. q. An tunc etiam procedet dicta regula, vt sæpius quęri non debeat, atque ita nõ possit iterum accusari, vel inquiri, & videtur procedere, quia nõ minus tũc obstat exceptio rei iudicatę, quàm si est lata sententia circa ius. Ita Ias. in d. l. admonẽdi. in repet. in 9. char. in vlt. col. reprobato Rom. ibi. Et Fel. not. in d. c. aduersario. colũ. 3. de except. in versic. sed in dubio. lo-
77 quor vbi fertur sententia † accusatum absoluens in causa criminali mota criminaliter, vbi verò fertur in causa ciuiliter mota super crimine, tunc an pariat exceptionem rei iudicatæ contra eundem, vel alium, ponit not. Bar. in l. 2. ff. vi bo. rapt. vbi vide, quia in hoc casu fit differẽtia, an quis sit absolutus, quia nõ probatum, an quia non sit commissum crimen, nam secundo casu obstat exceptio secũdum cõmunem opin. vt per Socci. i l. qui agnitis col. 2. ff de except. & idẽ etiam vult Bart. ibi quãdo agebatur ad vĩdictam publicã, quòd potest fieri etiam ciuiliter agendo, vt declarat Bart. in l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. & ibi Ang. & Cœpol. cautela 56. & dixi suprà in tit. qũo proced. per actio.
78 in delic. in fin. Et † an in dubio videatur lata sentẽtia, quia non probatũ vide Aret. in l. ex duobus. col. 6. ff. de duob. reis. & omnino per Fel. in d. c. aduersario. col. 2.
79 Et † adde quòd regula vt de eodem delicto sępius quæri non debeat, procedit etiam si imposita esset minor pœna loci delicti, quia tamen adhuc non poterit iterum inquiri, vel accusari. Aret. cõsi. 58. circa fm dubium, ita tñ ꝙ in primo iudicio

ageretur ad vindictam publicam, vt ibi, & per Fel. i d.c. de his. de accusat. ad quã ampliationem vide quę dixi suprà in titu. de foro comp. quia aliter non bene intellige-
80 res. Quæro circa prædicta, si † officialis à syndicatu absoluatur, quia in termino proclamatis nemo venerit ad quærelandum, an posteà ad instantiam eius qui dãnũ passus est, poterit iterũ accusari, dixi suprà in tit. de officialibus corrupt. pecu-
81 nia, &c. Adde etiam † modum per quẽ absolutio proderit absoluto, tametsi facta ex officio per inquisitionẽ etiam superueniente eo, cui facta est iniuria. cui regulariter non obest. d.l. si cui. §. ijsdem. de accusa. & ibi Bar. & per Fel. in d.c. de his. videlicet si citatur iniuriatus ad contradicendum, &c. Aret. in gl. & ibi caput à spatulis amputetur. col. j. quod semper serua-
82 tur hic. Non omitto etiam quòd † semel absolutus via inquisitionis secundũ multos potest iterum inquiri, vt not. in d. c. de his. & per Aret. in c. cũ clamor. col.
83 2. de testib. cog. Et † an probationes factæ in vna causarum ciuilis vel criminalis faciat fidem i alia, uide Bar. in d.l. 2. ff. vi bon. rap. Dec. in l. 2. vbi est materia. C. de ęden. col. pen. & Ias. etiam ibidem, & Fel. in c. causam quę col. 2. de proba. vers.
84 declara tertio. Sententia † valet etiam si maiorem pœnam contineat quàm deberet, videlicet in eo in quo debuit ferri, & ideo opus est appellare. Dixi suprà in tit. de pœ. versi. est in arbitrio iudicis, &c.
85 ad fi. Sententia † nõ debet differri ꝑpter absentes, quando vnus ex inquisitis venit ad iudicium, & maximè si quando est opus constitutione, se constituit ne marcescat in carceribus. Bar. in l. non idcirco. ff. de iudi. vbi idem tenet Angel. & Ang. in l. j. C. si aduer. rem iudi. col. 2. qui tamen volunt vt nec differri debeat, quin terminetur contra contumaces propter præsentes, quia summa est, vt propter vnum nõ debeat alter differri, & ita etiã Ang. in gl. dictum Sempronium. in tercentum libris, &c. col. 4. & in apostil. ibi, & faciunt not. in c. cũ inter vos de re iudi. & per Abb. in c j. de sequestr. poss. & fruct. & tangunt Bar. etiam, & pleriq; alij in l. de vnoquoque. de re iudic. ex quibus vides quòd practica nostra, vt donec fuerint damnati contumaces, res præsentiũ finem non accipiat, non videtur iuridica, sed aduerte, nam aut confessus, vel damnatus, non punitur, sed executio retardatur donec visum fuerit an contumaces venire voluerint ad iudicium, expectãdo sententiam & bannum contra eos, & tũc practica est inhonesta, & contra Doctores, de quibus suprà, & ita loquitur precisè Angel. vbi suprà, & maximè videtur inhonesta, quia ratio practicæ est, vt videatur, an ex depositione confessi cũ posteà comparentibus, & negantibus inuicem facta, possit erui veritas, & tamen ex tali experimento, rarò aut nunquàm negans trahitur in sententiam affirmantis, sed quilibet perseuerat in suo dicto, & sæpe ex hac dilatione aliud maximum incõueniens sequitur, quod confessus vel cõuictus etiam de grauissimo delicto euadit, vel fuga corruptis custodibus, uel aliter, quandoque etiam ope aliqua illicita superioris, ad quod faciunt ea, quæ dicã infrà sub titu. de executione sententiæ. Aut verò qui in carcere detinetur, est absoluendus, sed differtur absolutio propter contumaces, ne illos posteà subornet, &, ut uetitas posteà magis elucescat omnibus præsentibus, & tunc aut est absoluendus, quia plenè ostendit innocentiam suam, & procedit dicta communis opinio Doctorum, aut quia non probatum est, & tunc censerem iudicem bene facere differendo aliquantulum absolutionem, & hoc etiam est intentionis Doctorum, de quibus suprà, non enim tenetur iudex, iuxta dictas leges, sed potest, & sensus est vt debeat, vbi constet de crimine, uel de innocentia, aliter ex iusta causa potest supersedere. Dam-
86 nato principali † an intelligatur damnatus, qui auxilium præstitit, & quid si dãnetur mandatarius, an intelligatur damnatus mandans, & quid etiam quando damnatur producens falsos testes, an ipsi testes intelligantur damnati, & quid si notarius qui confecit instrumentum falsum damnetur an fiat præiudicium illi, in cuius beneficium est factum. Hæc omnia ponit Aretinus. in gloss. & ibi caput à spatulis amputetur. columna quarta, & sequenti. & uide omnino

Bartó.

Bar. in hac materia in l. Lucius. ff. de infa. & Alex. in l. sępe. ff. de re iud. col. 21. & ibi habes, an sententia cōdemnans, uel absoluens vnum noceat, vel prosit alteri, vbi amplissimè. Item an acta cōtra instrumētum de falso suspectum præiudicent testibus in instrumēto descriptis posteà
87 conuentis super falsitate. Et an acta † super falsitate testium præiudicēt producēti, ponit Fel. in c. cū Ioānes. de fide instrumen. char. pen. col. 2. & adde quòd si nocet sentētia, etiam nocent acta, & ecōtra, vt per Ias. in l. si is qui temporali §. si cū de hæreditate. ff. de iureiur. nu. 3. Sen
88 tentię † capitalis formam, quādo damnandus est præsens, & quādo est absens, & non comparet, ponit idem Angel. in d. gl. col. 6. versi. & quod hic dicitur. Dam-
89 nati † pœna capitali quid amittant, longum esset omnia disserere, Quo ad bona dixi suprà sub tit. de publicatione bonor. & suprà sub titu. banniti. quid amittant, & damnati etiam afficiuntur infames. l. j. ff. de his qui notan. infam. Non tamē oēs dānati, sed pro criminibus de quibus ibi, in eadem l. qui tamen si sunt damnati ex contumacia, vel inquisitione, an pari modo reddantur infames, vide Aret. in glos. dictum Sempronium in tercentum libr. condemnauit. col. 2. & seq. & hoc quo ad infamiam iuris, sed quo ad infamiam facti sufficit etiam accusatio. c. omnipotēs.
90 de accusa. quæ infamia † facti quos effectus producat, vide Aret. in l. qui à latronibus. x. in j. col. & seq. ff. de testa. & cōsideratur, vt dixi, ex quo crimine agatur, iuxta d. l. j. ad cognoscēdum si sequi-
91 tur infamia, non † autem ad quem finē agatur, an ad pœnam, vel rem, nec vtrum ciuiliter, uel criminaliter agatur. l. infamē. de pub. iud. & ibi Bar. ex quo Ias. nesciuit quid diceret in l. certi cōdictio. col. 8. ff. si cer. pet. & ꝙ consideretur causa, & non pœna, vide l. ictus fustium. ff. de infa. & Rom. sing. 579. incip. in princip. huius
92 quinterni. Et quòd sit cōsideranda † cā, quę infamiam irroget, & quæ sit infamia iuris & facti, ponit Aret. in §. ex quibusdam. in 3. col. Instit. de pœn. temere litig. ponūt omnes in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cath. & vide Ias. ubi suprà, de aliquibus, an infament, uel non. Dixi de materia & effectibus bonæ, & malæ famæ in tit. de inquisitione, dū tractaui, quæ sint indicia ad inquirendum.
93 Et † an damnati ad mortem possint facere testamētum, & an factum etiam ante inquisitionem irritetur, vide textū in l. eius. §. si cui ff. de testa. vbi dicit, quòd dānatio impedit fieri, & iam factum rumpit, si vitam, uel ciuitatem, vel libertatem tollat, secus si solam famam lædat. & ibi vide Bar. & Doct. ponit Bal. j. vol. cōsi. 382. & consi. 408. col. j. vbi habes, quòd si appellatione pendente fuerit capitali sup-
94 plicio affectus, & an † ad pias causas possit testari, vide Alex. v. vol. consi. 182. Bal. j. vol. consi. 448. col. j. circa medium. & de omnibus Bal. 3. uol. consi. 244. vbi etiā ponit an testari possit pro restitutione abla
95 torum, an † damnatus ad perpetuos carceres possit testari, vide Bal. j. uol. cō. 445. Quid in damnato iniustè & nulliter, vide
96 Bal. 2. uol. consi. 433. Quid † in damnato pœna pecuniaria, qua nō soluta in termino, possit corporali pœna puniri, vide Signorol. cosi. 184. & latè de hac mate-
97 ria. Et quid † in bannitis, an eodem modo sint intestabiles, & serui pœnæ, vide Aret. in gl. & ibi, caput à spatulis separet. col. 6. versi. & bene not. & in apostillis latissimè, & dixi suprà in tit. banniti quid
98 amittant. Et † quando imponitur pœna capitis in consueta, putà vt proijciatur ab vna fenestra, an efficiatur ille intestabilis, vide Aret. in d. gl. col. 10. uer. & bene aduertas tu iudex. vbi etiam in apostillis.
99 Sententia aliqua † an possit per iudicē maleficiorum ferri vltimo mense sui regiminis stāte statuto, ut tunc nō possit absoluere vel cōdemnare, vide eundē Aret. in d. gl. colū. 9. uer. quęro quid si statuto.
100 Et si sit statutum, vt † occidens Perusij forensem puniatur in certis libris, prout intelligo esse in castro Goffredi dominorum Gonzagharum, Si Perusinus alibi occidatur, an debeat occidens puniri eadē pœna, & non ordinaria, vide Bartol. in l. prima in princip. ff. quod quisq. iur. & Angel. in dicta glos. colum. 10 vers. quæro Perusij. vbi etiam in apostil. & Dec. in dicta. l. prima. columna penultima. & fin.
101 Sententia si † imponat pœnam capitalem simpliciter, an intelligatur de pœna

capitis naturalis vel exilij, vide Aretin.in d.gl.col.11.versi.quid si statutum. Dixi latè suprà sub tit.de pœ.vbi te reiicio, & po
102 nit Ang.vbi suprà, etiam circa hoc,† q si clericus esset damnatus pœna capitis, intelligendo de naturali, nihilominus intelligeretur primò quòd deberet degradari,& successiuè morti tradi, & ingredit materiam degradationis, de qua etiam dixi suprà in titu. de foro comp. Sententia
103 † lata côtra mortuum est ipso iure nulla.l.pen.ff.quæ sen.sine app.resc. Cœpol. consi.17.col.3.& consil.23.col 2. Et ideo etiam si velles condemnare memoriã defuncti casibus,in quibus potest fieri,condemnes ipsam memoriã,non defunctũ, & ad hoc est consil. Cœpol.17. quod vide. Hinc est,q cũ seruus habeatur pro mortuo.l.quod attinet.ff.de reg iur. Senten-
104 tia contra eum † lata est nulla.l seruus.
105 C.de iud.& ita Ias.ibi declarat. Addo† q etiam morte extinguitur delictum, & pœna eius.l.defuncto.ff.de pu.iud.l. in Senatus.§.si propter mortẽ.ff.ad Turp.& l. fi.C.si re.vel acc.mor.fue. & ideo etiã cessat accusatio côtra mortuum,vt per Dec. in l.pupillum.§.in hæredes.col.3 ff.de re. iur.imò sententia contra viuum postea, non mittitur executioni côtra mortuum. Dec. ibi. Sed tñ aduertẽdum est, quia ratio vt sententia non valeat contra mortuum,nô est,quia morte extinguatur crimen,nam hoc modo in multis casibus valeret,& tamen nunquam valet.d l.pe. Sed est quoniam ita placuit legislatoribus. Itẽ
106 est aduertendum, quòd † etsi contra mortuum non valeat sententia, valet tñ contra hæredem,ex eadem instãtia prosequẽdo illam contra eũ, quia censetur eadem persona cum defuncto.l.si eum.ff.de fideiuss.l.seruus.ff.de his qui not. infa. & l.si infra.C.de rest. in integ. facta tamen liquidatione prius, quòd esset hæres, & prosequendo & diffiniendo contra eum, non contra mortuum,quia aliter nihil valeret talis prosecutio nec sententia Paul. de Cast.in d.l.si eum.versi.aduerte tamẽ. & Dec.in cap. quia Gu.de iudic.col.pen. versic. secundus casus. loquor vbi possit agi contra hæredes, iuxta dictam regulã l.pupillum.§.in hæredes. & quæ ibi notãtur per Dec. Est etiam aduertendum,
107 quòd † fertur sententia mortuo domino,,qñ procurator in lite iã erat effectus dominus litis,tex.est in l. nulla.C.de procurator.& ibi Ias.in fin. Sic intelligit d.l. pen.ff.quæ senten. sine appellat. rescin. Est verum, quòd in hac ciuitate, in qua peremptorium esset transmittendum domino,ita vt non sufficeret illud transmittere procuratori, ita disponente lege municipali,esset necesse liquidare prius quis esset hæres,& illi deinde trãsmittere peremptorium, posteà causam finire contra procuratorem,iuxta d.l.nulla.& quod ibi declarat Ias.& vide etiam Alexan. in l.in summa.col.2.versi.vlt ff.de re iudic.Sen-
108 tentia † in criminalibus habet instantiam biennalem, in ciuilibus triẽnalem.l. properandum. in princip.C.de iudic.& l. fin.C.vt infra certum temp. cau. crimin. terminen. Super hoc tamẽ nos habemus quosdam ordines,qui tamen non seruantur. Hoc quo ad tempus instantiæ. Quo
109 verò ad tempus cognoscendi, dic † ex regula de delicto posse cognosci infra viginti annos.l.quærelam.C.de fals.de quo latè dixi suprà sub rub.de accusat. nu.30.
110 Et † stante statuto,vt iudex non possit cognoscere iam cõmisso delicto, post sex menses,poterit tamen cognoscere,vbi de eo constet per cõfessionem partis. Alex. in l fin.col.fin.C.de dolo.& ibi etiam ponit, An hoc statutum intelligatur à die scientiæ,an verò tempus sit continuum, & maximẽ quando puniretur iudex,si nô
111 procederet. † Damnatus etiam pœna pecuniaria pro crimine in termino soluẽdi non habet quadrimestre, quod datur alijs damnatis miserationis gratia, iuxta glo.fin.in l.si debitori.ff.de iudicijs,& est communis opinio,secundum Iason. in l. debitoribus. colum.pen. & fin.ff.de re iudic. sed potius tempus est arbitrarium, vt
112 ibi per eum post Alexan. Sic etiam † in condemnatione corporali nulla datur dilatio,nisi in certis casibus. de quibus per Iason.in ea.l.colum.pen. & Felin. in cap.
113 quærenti.de offic.deleg. Et † pendente dilatione dictorũ quatuor mensium, An possit condemnatus capi, ad hoc vt præstet fideiussiones? Dic posse, ita Bart. in d.l.si debitori. Sed an idem sit in damnato pro crimine ad dandã pecuniam certo

tempore? Videtur etiam idem esse, quando illud tempus datur à iudice miserationis gratia, vt possit pecunias perquirere, sic arbitrando tempus solutionis, iuxta dicta proximè, secus si daretur ex natura obligationis, per ea quę ponit Felin. in c. quod ad consultationem. col. 6. de re iud. Et hæc etiam adde his, quæ posui in titu. de captura, in quæst. An inquisitus citatus ad respondendum inquisitioni termino trium dierum, illo tempore pendente possit capi. Non tamen capitur, si esset manifestè diues, vt per Iason. in d. l. debitoribus. nume. 14. nisi bona essent extra territorium. Bar. in l j. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. Ange. in l. exigere. ff. de iud. & vide de prędictis etiam Felin. in d. cap. quærenti. colum. 2. Aretin. consil. 132. colum. fin. Alexan. in d. l. debitoribus. & Barbat. in d. cap. quærenti. col. 3. Senten-
114 tia † lata in loco delicti an mittatur executioni in loco domicilij ad petitionem eius, qui sentētiam protulit. Et an etiam quādo per vnum iudicem imploratur auxilium alterius, sit parendum maximè absque alia causæ cognitione. Primo dic, quod vnus iudex potest implorare auxilium alterius, & ille tenetur parere. l. à diuo Pio §. sententiam Romæ. & ibi omnes. ff. de re iudicata. cap. j. de offic. ordi. l. properādum. §. sin autē reus. C. de iudic. vbi Ias. facit regulam, quòd debet fieri petitio, aliàs non tenetur parere cum ampliationibus & limitationibus, vt per eū, & aliquñ etiam potest is, à quo petita fuit sententię executio, ex integro cognoscere. l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. & magis per Dec. ibidem ad fi. Et quādo delictum est mœrè ecclesiasticū, debet exequi alio non quæsito, vt ibi per omnes, & latissimè dixi, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, supra in tit. de foro compet. & ponit Ange. Aret. in glo. & ibi, caput à spatulis separetur. versic. quæro an sententia corporalis. & ibi habes, an etiam sine literis fiat executio, & quia materia est inuoluta, vt potes colligere ex his, quæ per me dicta latè fuerunt, vbi suprà. Ideo cōclude ex omnium dictis, quòd vnus casus
115 clarus est, quādo † processus est factus à iudice incompetente, quia alter, à quo petitur executio, non tenetur stare illi processui, nec sententiæ. l. diuus. ff. de custod. & exhib. reorum. & cap. at si clerici. in princ. de iudic. Si verò factus est à iudicis competente, tunc an requirantur literę subsidiales, an autem possit fieri executio sine literis, vide Angel. in d. glo. & Ias. in d. §. sin autem reus. & vbi potest fieri sine his literis, vel non potest nisi cum interuentu literarum, & interueniunt, tunc si sententia est lata secundum statuta ciuitatis illius, qui sententiam protulit, & nō militant in loco, vbi est reus, nūquam potest ille exequi, iuxta l. fi. ff. de iur. om. iu. & ita Ias. in d. §. sin autem reus. vbi omnino vide. loquor, quando statuta respiciunt pœnam, non ordinem iudicij, iuxta latè in hac materia tradita per Cuma. cōsilio 140. vbi omnino vide. Sed si est lata conformis dispositioni statutorum loci, vbi est reus, vel iuris communis, tunc adhuc fit executio, secundum Dec. in l. magistratibus in fi. ff. de iur. om. iud. nisi quādo minus esset punitus, vt per eum, & secundum Imol. in ca. j. de offic. ord. & alios communiter in d. l. magistratibus. fit nouus processus à iudice, qui potest cognoscere. per §. si verò crimen. in Auth. de san. epis. Sed sentio cum Dec. qui declarat hanc communem, & ad hoc d. §. si verò crimen. quem vide, quia loquitur secundum Dec. quicquid dixerim, vbi suprà. Est tamen tenendum, quòd quamuis sit exequenda sententia, tamē sit prius adhibenda aliqua cognitio circa executionem, &, vt dixi vbi suprà, circa sententiam in causa ciuili. Et ita concludo, & quia lata sentētia quæritur eius rescissio, ideo quibus modis hoc fiat infrà subiiciā.

Tit. Si ex falsis instrumentis, vel testibus iudicatum erit.

SVMMAE.

1 *Sententia ex falsis attestationibus vel instrumentis lata, quæ transiuit in iudicatum, retractari potest vsque ad viginti annos.*

2 *Sententia ex falsis instrumentis lata, si cognitū fuit de falsitate in eo iudicio, retractari non potest in alio, secus si non fuisset cognitū.*

Falsi

3 *Falsi agi non potest ex sola aspectione testiũ, vel instrumentorum, propter quæ lata fuerit sententia, sed ex alijs probationibus coadiuuãtibus.*

4 *Sententia capitalis fundata super falsis testibus, licet fortè sit nulla, tamen retractatur via restitutionis in integ.*

5 *Condemnatus ex sententia lata prætextu falsorum testium, vel instrumentorum, potest iudicium criminale intentare cõtra producẽtem falsos testes, & in consequẽtiam petere rescindi sententiam intra quadriennium.*

6 *Falsi agi potest in aliquibus casibus vsque ad centum annos.*

7 *Falsi agi potest ciuiliter ad interesse actione in factum vsque ad triginta annos.*

8 *Condemnatus potest excipere contra petentem executionem sententiæ, habita tamen prius restitutione in integrum vsque ad quadriennium.*

9 *Restitutio in integrum, quæ petitur ab excipiente contra sentẽtiam, competit de iure scripto, non ex gratia principis.*

10 *Restitutio competens de iure scripto differt à restitutione, quæ conceditur ex gratia a principe.*

11 *Literas petẽs à principe vt admittatur ad nouas defensiones, debet maximè in precibus apponere, se velle probare testes fuisse falsos, si tamen id verum sit.*

12 *Condemnatus, qui vult probare falsitatem testium, potest directè id facere, si velit etiam probare eos corruptos fuisse, tametsi testes sint publicati, si verò falsitatem tantùm probare intendat, tantummodo indirectè id potest.*

1 ONTRA † sententiam agitur, & illa retractatur, quãuis transiuerit in rem iudicatam, si lata sit ex falsis attestationib9 vel instrumentis ꝓ quęrelã falsi infra viginti annos, iuxta l. quærela. C. de fals. ita disponit totus tit. C. si ex fals. instru. Non obstat tex. in l. fi. in fi. C. de fide instr. vbi in iudicio ciuili fuerat productũ instrumentum, & contra illud oppositũ, ꝙ esset rasum, vel aliter de falso suspectum, iuxta l. iubemus. C. de prob. cũ ibi not. per Paul. de Ca. post Inno. in ca. j. de fide instru. & ita petitũ, vt nulla ei fides daretur, & deinde super eo vti fidẽ faciẽte lata fuerat sententia. Et ibi in fine dicitur, amplius audiendũ non esse opponentem iterũ falsitatem illius instrumẽti, vt tandem causæ finem suum habeant. Nam loquitur ille

2 tex. vbi † in primo iudicio fuit cognitum de crimine, sed si non fuit cognitum, tũc de eo potest agi principaliter, & ita sentẽtia retractari, vt per Bar. in l. j. C. si ex fal. instru requiritur tñ vt sit cognitum in primo iudicio, ad eundem finẽ, aliàs nihil esset. Sic Bart. ibi, & est reg. generalis, ꝙ si excipio ad vnum finẽ, & succumbo, possum posteà principaliter agere ad alium finem. Bar. in l. qui Romæ. § duo fratres. col. 3. versi. 5. oppono ad fi. ff de verb. obl. Aret. in § item si in iudicio. col. antepen. de excep. versi. secundus articulus. ad fi. Dec. consi. 96. col. 1. Socin. in consil. 274. col. pen. & ita in quæstione nostra Gand. in tit. quan. per excep. cog. col. 2. versi. sed pone. Est tñ aduertendum loquendo ad

3 terminos nostros, † ꝙ ex sola aspectione primorũ testium, vel instrumentorũ non potest etiã principaliter agi de crimine, sed ex alijs probationibus coadiuuantibus. ita Bal. Sal. & Paul. de Cast. in d. l. fin. C. de fide instr. Et hæc est alia solutio ad dictã legem, q̃ mihi placet ratione, de qua in illo textu, vt tandẽ causæ habeant finẽ suum. Et hanc rationẽ his diebus proximè præteritis allegaui contra fiscales, qui volebant subuertere sententiã à me latã ciuiliter sub prætextu, ꝙ testamentum quoddam, super quo erat fundata sententia, falsum esset, non adducentes aliam suspicionem falsitatis, quàm quòd illud testamentum in sui aspectione videretur suspectũ, & de qua suspicione per me fuerat cognitum, dicebam ego, Si haberent alias probationes, extrinsecus audiendos esse, aliàs nõ. Cõtra quod tñ facit quod fiscus non interuenerat in iudicio ciuili, per ea, quæ dixi suprà sub titu. quomodo procedatur ꝑ excep. ad fi. Non tñ in causis criminalibus sæpe continget, vt huic conclusioni locus sit, quia iudices maleficiorum vbi vident testes in principali causa suspectos, sunt proni ad qnærendum & inquirendum, An verum vel falsum dixerint, & æquè principaliter, ita vt posteà cesset

set conclusio suprà facta, quia cognitum fuerit ad eundem finem, sicut suprà dixi, & sicut probat tex. in d.l.j. in fin. Si tamen casus contingeret, fieret retractatio, imò fortè nulla esset sententia, secundum Bal. in addition. Specul. in titu. de execu. rei
4 iud. col. 4. vbi dicit, quòd sententia † capitalis fundata super falsis testibus est fortè nulla, per l. si quis obrepserit. in verbo, nihil agitur. ff. de fals. tamen secundum eum potest dici, vt tunc etiam sit necessaria retractatio via restitutionis in integrũ: argumento l.j.§.si quis vltrò. ff. de quæst. Et pro declaratione huius materiæ, scias
5 † quòd quando casus contingit, potest oppressus sibi cõsulere diuersis remedijs, & primò potest intentare, vt dixi, iudiciũ criminale contra producentem falsos testes, quod, vt dixi, facere, potest infra vi-
6 ginti annos, iuxta d.l. querela. † & in nõnullis casibus vsque ad centum annos, vt not. Specul. de senten. prola. § fin. Canonistæ in cap. licet causam. de probat. & Alex. in l. diuus. ff. de re iudic. col. penul. in fi. & quòd possit intẽtare iudicium criminale, est text. in d.l. diuus. & ibi Bart. in fi. not. & cæteri etiam, & in consequẽtiam potest etiam petere rescindi sententiam non principaliter, argumento l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. ita Alex. in d.l. diuus. in 2. col. versicu. vlt. nota. & idem ibi Ias. & Felin. in d. cap. licet causam. col. 21. vbi latè, quod tamen intellige, vt locum habeat infra quadriennium, non post. ita Alex. in d. versic. quod nota.
7 Secundò potest † intentare iudicium ciuile, idest, agere ciuiliter pro crimine falsi ad interesse actione in factũ perpetuò, hoc est, vsque ad triginta annos. Terriò potest petere restitutionem in integrum aduersus sententiam, d.l. diuus. & hoc infra quadriennium, per l. fin. C. de tempo-
8 rib. in integ. restitut. pet. Quartò † potest excipere contra petentem executionem sententiæ, vel agentem iudicati. l. iudicati. C. si ex fals. instr. Hæc Bar. in d.l. diuus. col. fin. Sed difficultas est, an hæc exceptio competat etiam sine aliqua restitutione in integrum & sic perpetuò, iuxta regu. l. purè. §. fin. ff. de doli except. An solùm prius habita in integrum restitutione, & sic infra quadriennium? Et in hoc dic communem opinionem Doctòrum esse, vt solùm competat habita prius restitutione in integrum infra quadriennium, vt attestatur Ias. in d.l. diuus. col. penul. circa fin. Et scias etiam, vt quæ dico intelli-
9 gas, quòd † restitutio in integrũ, de qua loquimur, non est restitutio in integrum ex gratia principis, iuxta l. diui fratres. ff. de pœnis. & l.j. §. si quis vltrò. ff. de quæstionib. sed ex iure scripto ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur, iuxta l.j. in fin. ff. ex quibus causis maiores. ita communiter Doctores in dicta l.
10 diuus. Et † quæ sit differentia inter hanc & illam, patet ex d. §. si quis vltrò. iuncta glo. & dictis per Bart. Alber. & alios ibi. Nam hæc conceditur ab ipsomet præside, qui tulit sententiam. Alia verò ex gratia à principe, vt ibi. Et si haberemus ordines siue consuetudinem, prout hic habemus, vt ad sententiam criminalem nullo modo possit per eum, qui iudicauit, apponi manus, ita vt opus esset recurrere ad
11 principem, † quemadmodum quotidie fit, dum impetrantur literæ ad nouas defensiones pro damnatis, & princeps esset difficilis in concedẽdo, sicuti semper est, quando videt per testes bene fundatam sententiam, tunc cautè agendo, dicẽdum esset in precibus, Si tamen ita verum sit, testes sunt falsi, & probare intendimus falsitatem testium, quia facilè eo casu impetratur noua causæ cognitio per prædicta, dum dixi, quòd licet transiuerit in rẽ iudicatam, non excluduntur hæc remedia etiam iure ordinario. Non omitto ta-
12 men, † quòd victus, qui vult probare falsitatem testium, hoc potest facere directè, si etiam velit probare corruptos fuisse, aliàs solùm per indirectũ, & hoc post publicationem testium. Ita declarat Alexan. in d.l. diuus. col. j. versicu. item fallit vbicunque. & Doctores communiter in d.c. licet causam. & dixi suprà sub tit. de public. testium. vbi omnino vide, quia res est valde vtilis, & per me satis visa. In reliquis in hac materia vide Felin. in d. ca. licet causam. maximè in 21. col. & per Doctores in c. cùm venerabilis. de exceptio, ac in d.l. diuus.

Titu.

Tit. Si aduersus rem iudicatã restitutio postuletur.

SVMMAE.

1 *Sententia ex restitutione in integrum rescindi potest.*

2 *Restitutio in integrum aduersus sententiam quibus competat.*

3 *Restitutio in integrum aduersus sententiam, & restitutio aduersus lapsum temporis ad appellandum quomodo differant.*

4 *Restitutionem petens aduersus sentẽtiam, debet summariè ostendere de læsione, aliàs non conceditur ei restitutio, & posteà debet plenè ostendere læsionem.*

5 *Restitutio aduersus sententiam cõceditur etiã fisco.*

6 *Sententia contra fiscum lata quando dicatur nulla, & quando valeat, sed retractetur.*

7 *Restitutio aduersus sententiam, etiam in causa criminali, datur fisco, non solùm propter instrumenta de nouo reperta, sed etiam propter testes nouiter repertos, licet in priuato sit secus.*

8 *Restitutio aduersus sententiam propter iura nouiter reperta, datur priuato ex gratia principis, non solùm in sententia corpus affligente, sed quæ etiam honore priuet.*

9 *Restitutio aduersus sententiam absoluentem, quæ datur fisco ob iura nouiter reperta, competit ex gratia principis, non autem a iudice dari potest.*

10 *Sententia per iudicem rescindi potest, quando lata fuit interueniente præuaricatione.*

11 *Absolutus propter collusionem vel præuaricationem potest iterum accusari.*

12 *Collusio vel præuaricatio ex quibus signis ostendatur.*

13 *Fraus, vel dolus, si interuenit in sententia, perpetuò succurritur condemnato.*

14 *Fiscales causæ nõ dicuntur, vbi tractatur principaliter de crimine, & persona delinquentis, sed vbi tractatur principaliter de bonis delinquentis.*

15 *Princeps ex absoluta potestate potest iubere, vt iterum cognoscatur de sententia absolutoria ab aliquo crimine, non autem ex ordinaria potestate id potest.*

16 *Rescriptum principis concedens nouam cognitionem aduersus sententiam, non valet, nisi derogetur sententiæ, & dicatur, Etiam si trãsiuerit in iudicatum.*

17 *Restitutio aduersus sententiam, etiam in causa ciuili, non competit fisco, quia potuit appellare.*

18 *Restitutio aduersus contractum solemniter celebratum non competit fisco.*

19 *Restitutio aduersus contractum non competit principi, quando ipsemet contraxit.*

20 *Restitutio aduersus contractum competit ciuitati, vel vniuersitati, quando regitur per administratores, secus si seipsam regat.*

21 *Iudicium criminale non valet aduersus minorem sine tutoris vel curatoris authoritate.*

22 *Minor an restituatur aduersus delictum?*

23 *Restitutio competit minori aduersus confessionem suam.*

24 *Restitutio in integrum non tollitur per verba generalia, & multum ampla.*

25 *Restitutio in integrum duplex est, quædam à iudice conceditur, quædam à principe, à quo partim id fit ex gratia, partim ex iustitia.*

26 *Restitutio in integrum ita datur reipublicæ, sicut fisco, qui in hoc non differunt.*

27 *Restitutio aduersus sententiam peti potest, quoties insurgit æquitas, ne quis locupletetur cum aliena iactura.*

28 *Sententia criminalis postquàm transiuit in iudicatum, quibus casibus retractari possit ab ipsomet iudice, absque eo quòd princeps consulatur.*



1 ONTRA † sententiam agitur etiam remedio restitutionis in integrum. l. cùm & minores. & per totũ titulũ. C. si aduers. rẽ iudicatã. c. scisscitata. de in integrum resti. & in c. j de in integrum restitutione. in 6. & hoc etiã contra sentẽtiam principis locum habet, nõ tñ ex omni causa l. minor autẽ magistratus. in princ. vbi Bart. ff. de minoribus. & ca. cùm ex literis. de in integrum restitutione. vbi Abbas & alij, &
7 † competit minoribus & ecclesiæ, vt in dictis iuribus, ac etiam maioribus ex aliqua iusta causa. l. j in fi. ff. ex quibus causis maiores in integrum restit. Bart. & Doct. in l. cùm filius. §. in hac. ff de verbo. obligat. Bart. in l. qui duos. col. 2. ff. de reb. dub. Aret. consil. 15. in fi. & alibi sæpe. Et est

3 differentia, † an quis restituatur aduersus sententiam, an aduersus tempus lapsum ad appellandum. Nam primo casu perinde est, ac si sententia lata non esset, & ita nullo tempore accipit, fomentũ & robur. Secundo casu debet appellare termino decem dierum, & prosequi tempore anni vel biennij, aliàs confirmaretur. Item primo casu sufficit ostendere lęsionem, secundo requiritur vt ostendatur iniquitas. Ita Imol. in c. fi. col. fi. de restit.
4 in integ. Et quando † quis petit restitutionem aduersus sententiam, debet summariè ostendere læsionem, ad hoc vt audiatur in ipsa causa restitutionis petitæ, & ita auditur, aliàs repellitur, & quando auditur, debet posteà plenè ostendere læsionem, & ita consequitur restitutionem in integrum. Ita Imol. in d. cap. cùm ex literis. col. pen. de rest. in integ. Et est communis opinio in l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiur. vt ibi per Alex. & Iason.
5 Competit etiam † restitutio in integrum fisco aduersus sententiam .l. vnica. C. de sent. aduer. fisc. latis retractan. Aduerten
6 do tamen †. quòd aliquando sententia cõtra fiscum lata est nulla ipso iure, vtputà, si aduocatus fisci erat absens, iuxta ea q̃ dixi suprà in titu. de sentent. vel si pretio lata fuit, iuxta l. venales. C. quan. prouoc. non est neces. Aliquando autem est valida, sed tamen deficit in hoc, quòd gratia vel ambitione lata est, vel omissum fuit aliquod instrumentum. iuxta l. Imperatores. ff. de re iudica. qundo est nulla, cessat retractatio, quando verò est valida, sed adest vitium, sicut dixi, tunc fiscus restituitur infra quadriennium, iuxta l. fin. C. de temp. in integ. rest. pet. Hæc est communis opinio in d. l. vnica. & in d. l. Imperatores. Et quod dico fiscum restitui aduersus sententiam per instrumenta nouiter reperta, procedit † etiam si testes po-
7 steà inueniantur, per ea quæ dicit Ias. in d. l. Imperatores. col. pen. versic. quintò vltrà Bar. Quo ad priuatum autem aliud est, quia non restituitur per nouas probationes. d. l. Imperatores. quod procedit
8 etiam in sententia criminali, in qua † tamen damnato succurritur per aliam restitutionem in integrum, quæ procedit ex gratia principis, text. est in l. diui fratres. ff. de pœn. quæ lex habet locum etiam in sententia, quæ honore priuet, vel alia super crimine, secundum Abbat. in ca. consanguinei. ad fin. de re iud. & Ias. in d. l. Imperatores. colum. j. Videntur tamen esse exponenda illa verba, vel alia super crimine, scilicet corpus affligente, quia in pœna pecuniaria videtur aliud, vbi non fuerit appellatum. l. 3. C. de re iudic. & ita videtur loqui Abb. in d. cap. consanguinei. licet aliquantulum obscurè loquatur. Et hanc expositionem colligo tum ex d. l. 3. tum ex allegatis per Felin. in d. cap. vbi loquitur vnà cum alijs Doctoribus per eum allegatis de sententia corporali retractanda solo beneficio principis. Sed obstat decisio Bart. in d. §. fin. in l. j. ff. de quæstionib. ibi, itẽ nota ad aliud. vbi dicit idem in sententia pecuniaria ap-
9 plicata communi. Sed quæro, † sicut damnatus non restituitur nisi ex mœra gratia principis. iuxta l. diui. ff. de pœn. & l. fin. §. si quis vltro. ff de quæst. & quod dicit Bart. vtrobique. An ita etiam fiscus lata sententia absoluente in causa criminali non restituatur nisi ex mœra gratia principis, & non à iudicémet, qui eam tulit, iuxta dicta Bart. in d. §. fin. vbi vide, & certè videtur restituendum esse, per d. l. vnicam. C. de sen. aduer. fiscum latis. dum absolutè dicit, quòd fiscus in causis suis restituitur, loquendo in plurali per verbum, causas. In contrarium videtur tex. in d. l. diui. dum absolutè dicit, quòd iudex non potest mutare suas sententias latas in causis criminalibus, nisi quando reus damnatur, per restitutionem tamen in integrum à sola clementia principis, ex quibus verbis etiam in casu absolutionis denegatur restitutio, quę fit à principe, & ponderandum est, quòd tempore dictæ legis sequebatur confiscatio bonorum, iuxta l. j. & quæ ibi dicuntur per Bart. ff. de bon. damnat. & sic tractabatur de interesse fisci, & tamen absolutè dicitur, quòd iudex in tali casu non potest apponere manum, & huius ego sum sententiæ, maximè quia de hoc est decisio in terminis Odofred. in d. l. vnica. super verbo, causas, in j. colum. Et licet videretur contrarium, quia etiam dicitur causa fisci, quando nõ tantùm agitur causa pecuniaria

cuniaria solùm, vel bonorum, sed etiam pœna capitalis, & in consequentiam cōfiscationis bonorum. l. j. in princ. ff. de iure fisci cum glo fin. ibi. Tamen l. diui. probat hāc opinionem, & per illam etiam Alex. & Ias. in d. l. Imperatores. dicunt, quod illa lex procedit etiam in criminalibus, sicut dixi. habes etiam decisionem Odof. lex etiam fauet decisioni l. fauorabiliores ff. de reg. iuris. Quare meritò tenenda est hæc opinio, loquor tamē, sicut allegatur d. l. diui. per Docto. in d. l. Imperatores. quando petitur restitutio in integrū per instrumēta noua, vel, vt melius loquar, ꝑ testes posteà repertos. Sed † si alia ratione fieret, putà, præuaricationis, vel fraudis, iuxta d. l. vnicam. in 2. parte. Dico ꝙ procedit d. l. vnica. & quod ibi dicitur, vt scilicet tali casu succurratur læso, hoc enim non est immutatum, igitur manere debet l. pręcipimus, in fi C. de appellatio. Et quando interuenit præuaricatio, vide textum in l. j. C. de aduocatis diuersorum

11 iudic. vbi dicit, quòd † etiam iudex potest rescindere suam sentētiam latam interueniente præuaricatione. Ad idem gl. not. & Doctores, ibi in l. j C. senten. rescin. non posse. & Feli. in ca. de his. in 8. limitatione de accu. vbi firmat conclusionem, quòd absolutus propter collusionē vel præuaricationem iterum potest accu-

12 sari, & ibi etiam † ponit signa ostendentia collusionem, siue præuaricationem, &

13 quando † interuenit fraus vel dolus, ꝙ perpetuò succurratur, est glos. fin. in d. l. Imperatores. ff de re iudic. & ibi Ias. col. fin. & Doct. in d. l. vnica. in verbo, fraus. Cōclusionem, quam suprà feci, vt cessante præuaricatione vel dolo, nō competat remedium fisco restitutionis in integrum ob omissas probationes, satis ostendit d. l. vnica. dum dicit causas, in quibus contra fiscum iudicatum est, intelligendo quòd voluerit loqui de causis fiscalibus, quæ

14 † non sunt, vbi tractetur principaliter de crimine & persona delinquentis, etiam si tractatur de interesse fisci, sed sunt, vbi principaliter tractatur de bonis. l. j. C. vbi causæ fiscal. Et ideò non immeritò dixit Odofr vbi suprà, in d. l. quod loquitur de ciuilib. Accedant dicta Bar. in l. j. § fin. ff. ad Turpil. dum cōcludit, quòd etsi in sententia criminali applicata sit pœna fisco, tamen causa appellationis debet terminari inter accusatorem & accusatum, non aliter citato syndico fisci, qui syndicus posteà est citādus, cùm causa agitur principaliter ipsorum bonorum inter fiscum & priuatum, iuxta dictam l. j. C. vbi causæ fisc. Et licet posset opponi, quod publicæ interest, vt delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & cōsequenter, quòd ex hoc capite debet cōpetere restitutio in integrum d. l. Imperatores. in fin. & l. respublica. C. de integr. restitut. Tamē solutio patet ex d. l. diui. vbi absolutè sententia in causa criminali non potest immutari à iudice, qui eā tulit, propter probationes posteà repertas, nisi in damnato authore tamen principe, & quòd hęc opinio sit vera, patet ex not. per Doctores in illo articulo, An semel absolutus possit iterum accusari, de quo in l. si cui. §. hisdē. ff. de accusationib. & per Felin. in d. cap. de his. de accusatio. in quibus locis Doctores nolunt vt succurratur, quando posteà aliæ inueniuntur probationes, & si aliter diceremus, ferè omnes sententiæ absoluentes infringerentur. Ex quibus omnibus nescio quomodo posset sustineri noua cognitio sententiæ absolutoriæ latæ in fauorem Medetarum, qui occidisse patruum arguebantur, ex qua postmodum secuta fuit sententia cōdemnatoria, & bona eorum fuerunt donata diuersis personis. Illa enim noua causæ cognitio fuit admissa propter literas principis, sub prætextu ꝙ competeret fisco restitutio in integrum, quod est falsum, vt vides, ad quæ etiam vide quæ dixi suprà in titu. de sententiis, in versi. Et quādo iudex in sen-

15 tentia. Est † verùm, quòd vbi princeps ex sua absoluta potestate rescriberet, vt iterum videretur sentētia absolutoria alicuius delicti, maximè talis, prout fuit homicidium commissum, vt præsupponitur per eos Medetas in personam eorum patrui in lecto proprio, noctis tempore, sub fundamento ne tantum facinus remaneret impunitum contra ius publicum, d. l. ita vulneratus. fortè valerent dictæ literæ, per notata in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publ. & in ca. quæ in ecclesiarum. de constitut. cum præsertim princeps ha-

beat magnam potestatē in criminalibus, vt dixi supra, in titu. de pœn. in versic. est in arbitrio, & apparet ex d. l. fin. §. si quis vltrò. cum pluribus legibus ibi in glossa allegatis. ff. de quæstion. & magis ex l. relegati. in fi. ff. de pœ. & ex his, quæ dixit Affl ct. in titu. quę sint reg. in princ. col. 2. versic. 5. solus princeps, sed ex ordinaria potestate hoc facere non potest, vt habetur in l. fin. C. sententiam rescindi nō posse. & apparet ex notatis per Iason. in l. causas vel lites. C. de transaction. in quæstione, de qua ibi per eum, in versic. iuxta
16 prædicta. Et † ideo rescriptum non valet concedens, vt iterum causa cognoscatur, nisi derogetur ipsi sententiæ, & dicatur etiam quę transiuit in rem iudicatam, vt ibi per eum Iason. in prima colum. & alibi sæpe. Vide tamen quæ dicam titulo sequenti in tertio modo retractandi sententiam, vbi intendo vlterius considerare quod dixi de suprema authoritate principis in sententijs criminalibus absolutorijs. Quapropter bene animaduertendo ad omnia, fiscus, quando casus contingit, non est sine remedio, siue interueniat prę uaricatio vel fraus, siue non, vel ex potestate suprema principis, si verū est quod dixi, vel iure priuati, probādo aliquod impedimentum, propter quod non potuit testes posteà repertos inuenire, vel examinari facere, iuxta notata in dicta l. Imperatores. Non sunt tamen omittenda
17 duo ad prædicta. Primum, quòd † etiam in causa ciuili fiscus non semper habet remedium restitutionis in integrum aduersus sententiam quinimo sufficit, vt potuerit appellare, vel legitimè & rectè omnia processerunt. Ita Bartol. & omnes in d l. vnica. per textum in l. illud. ff. de appellation. Ad quam conclusionem addo quòd
18 † etiam fisco non datur restitutio in integrum aduersus contractum, qui fuerit solemniter celebratus, præcedētibus debitis subhastationibus & iusto pretio, si ex noua causa superueniente oriatur læsio, secundum Alber. de Rosa. in l. etsi sine §. quæsitum. ff. de minor. & Afflict. decis. Neapolitana 340. vbi vide omnino.
19 Secundum illud est, † quòd tunc demū conceditur restitutio in integrum fisco, quando per administratores agitatur iudicium vel contractus, & ideo si ipsemet princeps causam ageret siue cōtraheret, cessaret restitutio in integrum, secūdum Nicol. de Neap. in d. l. vnica. C. de senten.
20 aduer. fiscum lat. Et ad hoc vide † quæ dicuntur in quæstione villæ, vel castri, an eis competat restitutio in integrum, nam ciuitati Romæ competit. l. respublica. C. quibus ex causis maior. Idem in alijs ciuitatibus, secundum communem opinionem, vt per Dec. consi. 42. col. fi. Disputāt autem Bar. & alij, quid in castro vel villa, & communis est cum Bar. in d. l. respublica. quòd si regitur per administratores, concedenda sit, aliàs secus, si per seipsam. Socin. consi. 290. colum. 2. Roman. consil. 423. colum. 1. & Calcan. consil. 53. col. 2.
21 Non † esset etiam hoc loco omittenda materia l. clarum. C. de Auth. præstan. quæ lex dicit ꝙ in criminalibus nō valet iudicium cōtra minorem sine tutoris aut
22 curatoris authoritate. Et † an minor restituatur aduersus confessionē suā, & an restituatur aduersus delictū. Sed vide de his Hippol. in l. j. in princip. versic. octauò requiritur. ff. de quæstio. & melius in l. de minore. in princip. columna penult. & fin. ff. eodem titu. Et communis est conclusio, vt in his, quæ fiunt ad ordinem iudicij, procedat d. l. clarum. & dicendum sit, sicut etiam dicimus in ciuilibus, iuxta l. si curatorem habens. C. de in integrum restitut. In his verò, quæ pertinent ad inquisitionem veritatis, valeat sine curatore iudicium, & ita non requiratur præsentia tutoris vel curatoris, quādo minor tor
23 quetur. Restituitur † tamen aduersus confessionem suam, etiā aliter non ostenso errore, quando reperitur confessus, & non apparet aliter probatum crimen, vt per Ias. in l. nam & posteà § si minor. columna secunda. ff. de iureiuran. Quòd verò aduersus delictum non restituatur, habes totum titulum Codic. ne aduers. delict. & text. in l. auxilium. ff. de minoribus. & omnino Alexan. consil. 103. columna sesta volum. j. vbi videndum est, distinguit enim inter dolum verum & præsumptum. Est etiam in hac materia restitutionis in integrum sciendum, per
24 quæ † verba tolli intelligatur remedium restitutionis in integrum, de quo vide glo.

gl in l postquam liti. C. de pact. quæ vult vt verba generalia non includant illud, quam Aret. in consil. 161. colū. 4 sequitur etiam quòd verba essent multùm ampla, vt ibi. Ad id Perus. in c. dilecto. de appel. col. 365. ver. de appellationibus. Et loquitur, quando statutum dicit, vt recurri non possit, quòd tamen non tollatur restitutio in integrum, ad quę etiam vide Bald. consi. 236. statuto ciuitatis. in j. vol. Bar. in l. 2. C. de temp. appellat. & omnino Socci. in cōsi. 299. & Dec. in d. l. postquam liti. vbi ponit an sublata nullitate intelligatur sublata restitutio in integrū.
25 Item est sciendum, † ꝙ duplex est restitutio in integrum, Prima, quæ conceditur à lege scripta minoribus, maioribus ex causa, fisco & reipublicæ, & vt suprà, & conceditur ab eodem iudice, qui iudicauit. l. in causæ. § si. ff. de minoribus. Nec dicitur suspectus ex ratione, quā allegat not. tex. in l. præfecti. vbi vide. ff. de minoribus. Secunda est, quæ conceditur à solo principe, iuxta dictam. l. j. §. fi. ff. de quæst. & l. diui fratres. ff. de pœn. & conceditur ex gratia principis, vt in dictis iuribus, & Bar. in d. §. fin. & hæc secunda aliquando conceditur ex mœra gratia, uti loquitur totus titulus. C. de sentent. pass. & l. j. §. deinde adiecit. ff. de postul. & Fel. in c. cū te de re iud. Aliquando etiam conceditur ex iustitia, ne iniustè quis moriatur. & ita loquitur dictus. §. fi. & dicta l. diui. & dicā infra in titulo, de remedijs iustitię contra sententiam ex concessione principis. & in titulo sequen. de remedijs ex sola clemen. principis cōtra sententiam. Nec est omittendum ad declarationem præmissorum,
26 † ꝙ non fit differentia in hac materia inter rempublicam, & fiscum, ita vt gl. Bar. Paul. de Cast. & alij in d. l. Imperatores. quæ vult vt reipublicæ competat restitutio in integrum. illam inducant, vt declarent per l. j. C. de senten. aduer. fisc. latis. & licet sit differētia, vt per te ipsum considerare potes, & est tex. in l. in fraudem. §. neq;. ff. de iure fis. tamen ęquiparantur in hoc per omnes in d. l. Imperatores. & in d. l. vnica. dum allegant tex. in l. j. ff. de appell. & non omitto, cùm simus in materia retractationis sententiæ via re-
27 stitutionis in integrum, ꝙ † vbi post latam sentetiam insurgit æquitas, ne quis locupletetē cum aliena iactura, potest cōtraueniri sententię. Angel. in l. fullo. ff. de condi. sine cau. restitutione in integrum petita. secundum Bar. in d. l. vnica. C. de sentent. aduers. fiscum latis. Postremò
28 scias † tres esse casus, in quibus sententia criminalis postquàm transiuit in rem iudicatam, potest retractari ab ipsomet iudice, absque eo quòd princeps consulatur, quos refert Aret. in c. de his. de accusatio. & Fel. in c. consanguinei. de re iudic. ad finem. Alios vide per Iaso. in l. admonēdi. ff. de iureiur. in repetitione, char. 3. in j. col. uersi. cōfirmo. vbi vnum ponit, quando condemnatus de facto fuit admissus ad nouas defensiones parte non opponente. Alios multos ponit in ea repetitione, char. 5. col. 2. Et inter cæteros quando absolutus posteà fateretur se delictum commisisse. Et vide etiam ad prædicta Deci. in regula, & si nihil. ff de reg. iur. & vide etiam in hac materia Ang. in d. l. j. C. senten. rescin. nō posse. & in l. sub specie. C. de re iudicata. & Bart. in l. sub prætextu. C. de transactionibus. & ibi glos.

Titu. de Supplicationibus aduersus rem iudicatam.

SVMMAE.

1 *Sententia, à qua non potest appellari propter supremam dignitatem eius, qui iudicauit, potest retractari via supplicationis, secus si causa ipsa sit inappellabilis, quia tunc supplicans incidit in pœnam.*

2 *Sententiæ, quæ in iudicatum transiuit, noua cognitio non debet nisi ex magna causa concedi.*

3 *Literæ ad nouas defensiones, & vt sententia denuo cognoscatur, quæ quotidie Mediolani conceduntur, quando & quomodo concedantur.*

4 *Supplicare contra sententiam non licet, nisi posteà appareat de innocentia apud eundemmet iudicem, vel nisi inuentæ essent probationes, quæ prius inuentæ non fuissent, & literæ concedi non debent, nisi cum clausula, Non obstante sententia.*

5 *Causa magna & iusta concedendi literas ad nouas*

nouas defensiones est illa, quando ex actis constat de innocentia damnati, & quid de causa, quia damnatus sit in contumaciam, vel quia ex ordinibus Mediolani sublata sit appellatio à sententijs criminalibus.

6 *Annotatus infra annum auditur, licet damnatus non possit aliquo remedio agere contra sententiam criminalem.*

7 *Princeps licet habeat potestatem retractandi sententiam, tamen hoc est verum quo ad tollendam vel mutandam pœnam, non quo ad damnandum iam absolutum.*

8 *Causa iusta retractandi sententiam etiam ex absoluta potestate illa non est, quòd reipublicæ intersit delicta puniri.*

9 *Delicti magnitudo est causa sufficiens, vt concedantur literæ ad retractandam sententiam absolutoriam.*

10 *Supplicatio intra decem dies à die latæ sententiæ criminalis, admittitur non ex gratia, sed de iure, nisi statutum, vel decretum obstet, prout Mediolani obstat, licet post decem dies indistinctè nō admittatur, nisi ex gratia.*

11 *Supplicatio ex regula non intelligitur sublata, licet ex statuto sit sublata appellatio.*

12 *Literæ committentes vt de sententia iterum cognoscatur, quæ in iudicatum transfuerit, interdum dicuntur literæ iustitiæ; sed ex clementia obtentæ.*

13 *Sententiæ noua cognitio obtenta intra decem dies, ex quo lata fuit, dicitur remedium extraordinarium, & ex gratia impetratum Mediolani propter decretum.*



1 ETIAM † quis auditur cōtra sententiā via supplicationis. l. si quis aduersus. & Authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imperat. offerend. & est glossa in d. l. j. C. senten. rescindi non posse. Quod tamen intellige, ubi cessat remedium appellationis propter supremam dignitatem eius, qui iudicauit, secus ubi causa non est appellabilis, vel quādo sumus in casibus, in quibus cessat appellatio, vt per Innocēt. & Canonistas in cap. ex literis. de in integrum restitutione. & Iasonem in d. Authen. in quinto notabili. Et ideo cùm in causa criminali non possit appellari ex ordinibus nostris, etiam non licet supplicare sententia lata, pariter etiam non licet, quando sententia transiuit in rē iudicatam, & si fiat, supplicans incidit in pœnam. l. fi. C. vt lite penden. & l. fi. C. de errore aduoc. & vide Iasonem in d. l. fin. in quinto notabili, vt lite penden. qui allegat. Bald. dicentem, quòd postquàm sententia transiuit in rem iudicatam, impossibile est posteà supplicare, nisi princeps rescriberet cum clausula, Non obstante. Et subdit post Innocent. & Bald. quòd in vanum dicitur impetratum quicquid dicitur contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, refertq; Paul. de Cast. dicentem hoc facere cōtra illos, qui post latam sententiam Venetias proficiscuntur, & supplicant, vt † iterum causa uideatur,
2 tur, non obstante, quòd lapsum sit tempus ad appellandum, Nam nō debet hoc
3 concedi nisi ex magna causa. Ex his † videtur demonstrari ratio, quare concedantur literæ ad nouas defensiones bannitis nostris, Supplicant enim se iniustè damnatos, & petunt ut sententia denuò uideatur. Nam de iure non licet etiam supplicare, vt vides, & ubi supplicatur, nihil debet concedi, nisi ex magna causa, & magna causa videtur, quando quis supplicat se non deliquisse, & paratum hoc ostendere in carceribus, Et propterea literæ conceduntur, vt ipso constituto corā illómet iudice, qui eum damnauit, eius defensiones admittantur, nō obstante sententia
4 & banno. Et quod dico † non licere etiā supplicare, procedit, nisi posteà appareat de innocentia sua apud iudicem, qui tulit sententiam, quia mentitus esset contra seipsum, vel nisi repertæ essent probationes prius non inuentæ, hoc habes ex l. j. §. fi. ff. de quæst. & in l. diui fratres. i prin. ff. de pœn. Extra uerò dictos casus remanet firma regula, vt non liceat supplicare, & si supplicetur, nō debeat aliquid cōcedi, nisi magna ex causa, & cum clausula, Non obstante, &c. & ita concedi solēt
5 sub hac forma. Non † esset tamen magna causa, nec iusta concedendi vt res iterū uideretur, nisi adijceretur eum damnatum esse propter contumaciam, Quo in casu etiam fuit opinio Doctorum, vt solum bannitus possit torqueri, vt not. suprà

prà sub tit. banniti quid amittant & hoc patet in d. § fi. & in d.l. diui fratres. & dixi suprà, illis iunctis uidetur oriri magna causa admittendæ nouæ defensionis, cũ præsertim etiam per ordines nostros sublata sit appellatio, & omne aliud remediũ contra sententias criminales ut plurimũ, tamen hæ literæ fundantur in dictis casibus, quando apparet posteà de innocentia, & vt suprà, & ita nihil refert, vt sit ꝓpter contumaciam bannitus. Extra tamẽ hos casus, iuxta dictum. § fi. & l. diui fratres. adhuc cõceduntur hæ literæ ex causa innocentiæ, quę allegatur, iunctis pręmissis. Et omnino aduertendum est, ꝙ d. § fi. & d.l. diui. loquuntur, quando posteà apparet de innocentia, vt dicam infrà in tit. de remedijs iustitiæ contra sententiã ex cõcessione principis. circa fi. vbi vide. Et si iniustè damnatus est, & constat ex actis, tunc multò magis conceduntur dictę literę, cum nec deficiat remedium ordinarium, iuxta ea, quæ dicam vbi suprà, & licet deficiat, tamen ex obseruantia saltem non deficit, quin recurratur ad principem, vt ibi dicam. Et paucis agẽdo, scias quòd vera ratio generaliter loquendo literarum ad nouas defensiones, quę quotidie a Senatu impetrãtur contra sententias in contumaciam latas in causis criminalibus, est illa, quam posui infrà in titu. de quærela contra sententiam. Nec ad prædictarum literarum concessionem aliquid facit. l.j ff. de requi. reis. quia illa lex loquitur in annotatis, nõ in damnatis, pri
6 mi † audiuntur ex dispositione illius. l. infra annum. Secundi non, lata sententia, postquàm ex ordinibus est præclusa oĩs appellatio, & omne aliud remedium, & cùm lata sententia absolutoria cesset ratio de qua suprà, vt amplius de ea cognoscatur. Non video quare princeps nõ debeat accusatores, vel fiscum quærentes, vt iterum causa cognoscatur, repellere. Et ad hoc facit d.l. diui. si bene vides, quę tantùm admittit remedium principis gratia damnati. Et licet princeps habeat potestatem in criminalibus, vt dixi in præcedenti tit. maximè allegando Afflict. Ta
7 men † hoc procedit quo ad tollẽdam vel mutandam pœnam, non quo ad damnãdum iam absolutum, per quire leges, quę verba faciunt de remedio principis, & cõperies eas ita loqui. Nam l. relegati. in fi. ff. de pœn. quam allegat Afflict. ita loquitur, pariter etiam d. § fin. & d.l. diui. & sic etiam loquitur l. moris. §. istæ feræ. & l. aut damnum. § fi. ff. de pœn. & l. j. §. deinde adiecit. vers. de qua. ff. de postul. Et vbi
8 causa hæc, quòd intersit reipublicæ, vt † delicta puniãtur, magna esset, ita vt princeps deberet cõcedere nouam rei cognitionem ex sua absoluta potestate, semper concederetur, & omnes sentẽtiæ absolutoriæ retractarentur. Magna tamen
9 causa † posset asse commissi facinoris magnitudo, & prout considerauit Iureconsul. in alio proposito in l. si quis filio exhære. §. hi autem omnes. ff. de iniur. rup. Et si aliter diceremus, iam perempta esset regul. vt de eodem delicto sæpius quæri nõ debeat, & ideo qui regulam ipsam declarant, vt Felin. & Aret. in cap. de his. de accus. nihil dicunt de hoc remedio. & satis comprobãt dicta per me suprà in præcedenti tit. ad fi. & secundum prædicta intellige quæ dicunt Doctores, dum volunt, vt princeps possit committere, ꝙ res iudicata iterum cognoscatur, quia ius quæsitum sit iure ciuili, vt per Dec. in re
10 gul. res iudicata. ff. de regul. iur. Dixi † quòd non licet etiam supplicare, quando sententia transiuit in rem iudicatam, prout dicitur transire ex forma statutorum disponentium, ut non possit appellari. Sed id intelligo elapsis decem diebus, & sic tempore ad appellandum, nam eo casu non licet supplicare, nisi ex gratia, & ita procedunt prædicta. Sed si su
11 mus in termino decem dierum, † quamuis sit sublata ex statuto appellatio, non tamen intelligitur sublata supplicatio. Ita Bald. in l. final. ad finem. C. de tempor. ad appellan. & ibidem Salicet. & dicam latè in sexto modo de quærela contra senten. ad finem. & eo casu dicetur remedium iuris & ex gratia, nisi quatenus repugnet decretum, prout nostrum repugnat, ut dicam ibidem. Et conclusio est, quòd si iure communi sententia transiuit in rem iudicatam, noua cognitio dicitur obtineri ex gratia, iuxta dictum. §. si verò quis vltrò. Sed si propter statutum tollens appellatio-

12 pellationem, tunc † quia non intelligitur sublata supplicatio, vt dixi, si sumus intra decem dies, non dicitur impetrari ex gratia, nisi ordo repugnaret, si extra illos decem dies, iuxta Authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imperat. offerendis. dicitur impetrari ex clementia, Sunt tamen literæ iustitiæ impetratæ ex clementia,
13 sed † remedium hoc etiam intra decem dies dicitur extraordinarium, & secundũ decretum nostrum dicitur semper ex gratia concedi, vt dicam vbi suprà.

Titu. de appellationibus.

SVMMAE.

1 *Appellari potest à sententia lata in causa criminali, etiam in crimine læsæ maiestatis, sicut à sententia in ciuili lata.*

2 *Appellari a sententia in crimine læsæ maiestatis lata potest, quando quis fuisset dux alicuius factionis.*

3 *Appellare à sententia in causa criminali lata quibus casibus non liceat.*

4 *Executioni mitti non debet sententia condemnatoria contra delinquentem, nisi post decem dies, intra quos etiam tertius potest appellare.*

5 *Sentẽtia criminalis condẽnatoria trãsit in iudicatum post decem dies.*

6 *Sententia criminalis quando nunquam transeat in iudicatum.*

7 *Appellatio à sententia criminali fere in omnibus locis prohibetur per statuta.*

8 *Appellari potest à sententia partim criminali, partim ciuili etiam stante statuto, vt à sentẽtia criminali non appelletur.*

9 *Criminalis causa tota dicitur, quando pœna principaliter applicatur fisco, & in consequentiam venit interesse partis, sicut econtrà.*

10 *Appellatio à principali prohibita censetur etiã prohibita ab accessorijs.*

11 *Appellatio prohibita in delictis non intelligitur prohibita ab incidenti & emergenti.*

12 *Appellatio prohibita à sententia criminali per statuta non prohibetur vbi appareat de euidẽti iniquitate.*

13 *Appellatio prohibita per statuta in certis criminibus, an intelligatur prohibita in alijs?*

14 *Appellatio prohibita fauore causæ an possit interponi, si in oppositum pronuntietur?*

15 *Appellatio simpliciter interposita à sentẽtia, an intelligatur non solùm interposita à causa diffinitiua, sed etiam ab interlocutoria.*

16 *Appellatio videtur reiecta, quando statutum mandat procedi sine lite, & statim, & ex officio.*

17 *Appellari an possit stante statuto vt condemnatus pro percussione non appellet, si ex eo quod non sit plenè paritum primæ condemnationi subsequatur alia?*

18 *Appellatio an intelligatur prohibita, quando statutum negat audientiam et defensionẽ?*

19 *Appellatio & restitutio in integrum dicũtur sublata, quando statutum dicit, Neque sub prætextu quodam altero.*

20 *Statuta, quæ tollunt appellationem, sunt strictè interpretanda*

21 *Appellatio non excluditur, vbi casus clarè non deciditur in statuto.*

22 *Appellatio in dubio est permissa, vbi regulariter est permissa, aliàs secus.*

23 *Dies decem non sunt expectandi, vbi causa non est appellabilis.*

24 *Executio sententiæ fieri non debet, etiam vbi iudici non videtur admittenda esse appellatio, sed scribendum est superiori, nisi periculum esset in mora.*

25 *Executio non debet concedi ex magnitudine delicti, vbi causa est appellabilis, nisi concurrant alia extrinsecus, quæ inducant periculum.*

26 *Iudex differens executionem sententiæ in causa inappellabili, non præiudicat sibi, quominus posit posteà exequi sententiam.*

27 *Appellare non potest confessus & conuictus simul de crimine, tam iure canonico, quàm ciuili, nisi alleget causam probabilem.*

28 *Appellare an possit hæres, contra quem agitur ex confessione defuncti?*

29 *Executio sententiæ retardari non debet, vbi iudex videt tertium appellare solùm vt differat.*



1 RESCINDITVR † sententia ope appellationis, de qua in toto titu. ff & C. de appel. & de sentẽtia criminali, quòd ab ea, sicut à ciuili appelletur, habes text. in l. litigatoribus. C. de appella l. non tantùm ff. eod. & l. additos. C. de episco. aud. & in c. cùm

c.cùm sit Romana. de appel. & ibi Dec. not. & procedit hęc regula etiam in crimine lęsæ maiestatis, vt ibi per Dec. secũdum gl. quam ibi defendit Aret. vbi omnino vide in l. Pantonius. §. rei perduellionis. de acquir. hær. Hanc eandem opinionem latè tenet Aug. de Arim ad Ang. qui erat in alia opinione, in gl. in verbo, præsente Caio, & appellante. col. 4. Et hæc
2 opinio est verior, quia non reperitur, † quòd lex dicat in crimine læsę maiestatis non posse appellari, nisi vno casu, qñ quis alicuius factionis dux fuisset, id est, proditionis. l. constitutiones. ff. de appell. quæ lex etiam non dicit illud in sola proditione aduersum principẽ, iuxta. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. sed in omni proditione. ita Bar. & communiter scrib. in d. l. constitutione. & qui aliter dixerunt, vt Alex. in Apostil. ad Bar. in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de iniust. rup. Angel. Aret. in d. gl. & in d. l. constitutiones. Rom. in d. §. rei perduellionis. Ioan. And. & Archid. in c. felicis. col. 4. de pœn. in 6. in cautè loquuti sunt, qđ apparet ex dicto fundamento, & responsis August. de Arim. ad ea, quæ dixit Are. ubi suprà. Et † qui sint casus, in quibus
3 non licet appellare in criminalibus, vide omnino Alex. in d. §. hi autem omnes. & in d. l. constitutiones. Practic. Papien. in forma appellationis à sententia diffinitiua. col. 4. uer. fallit hæc regula. & per Hippol. in l. vnica. char. 9. C. de rap. virg. & Ang. Aret. in l. non tantùm. col. pen. vers. 2. habes. & plenè in d. gl. Et ex prædictis
4 vides, † quòd statim ex regula loquendo sententia condemnatoria contra delinquentem mitti nõ debet executioni, sed expectandi sunt decem dies, qui dantur ad appellandum, quo tempore potest tã ipse, quàm quilibet tertius appellare pro eo. l. non tantùm. & ibi Bar. ff. de appella. Bar. omnino videndus in l. qui vltimo. ad finem. ff de pœn. & latè Fel. in c. quęrenti. col. 2. de officio deleg. in verbo, in eadẽ gl. ibi, in criminalibus. vbi dicit, ꝙ hæc est communis opinio, ponit tamen duodecim fallentias, in quibus uel differtur, vel etiam aufertur executio, vide ibi omnino, & idem quod Fel. in d. c. quo ad principale ponit etiam Fel. in cap. 2. col. j. & 2. de. re iud. Item ex prædictis habes, quòd
5 transit † in rem iudicatam per lapsum decem dierum sententia criminalis condemnatoria, sicut ciuilis, videbatur tamen dicendum contrarium, per regulam l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Sed sic est, vt per Fel. in c. de his. col. j. i. prin. de accus. & in
6 c. consanguinei. de re iud. Sunt † tamen casus, in quibus nunquam transit in rem iudicatam, vt per Fel. in d. c. consanguinei. Dixi suprà in secundo modo, quo agitur aduersus sentẽtiam, petita in integrũ
7 restitutione, † ad fi. Statuta tamen cauẽt ferè in omnibus locis, vt à sententia criminali non possit appellari, Quæ statuta an valeant, uide Felin. in d. c. quęrẽti col. secunda. Cœpol. consi. 4. Ang. consil. 187. & Aret. in d gl. & stante eorum firmitu-
8 dine, Quæro † quando sententia continet criminalem & ciuilem pœnam, quia partim pertinet ad fiscum, & partim ad priuatum, An hoc casu possit appellari? Et uidetur posse, quia casus est mixtus. & non simplex, & in materia exorbitanti & odiosa, uti nunc sumus, statutum loquẽs in casu simplici, non comprehendit mixtum. Docto. in l. 2. ff. de verb. oblig. & ita Alex. in rubr. C. de iudi. Ang. consi. 256. In cõtrarium, quòd imò tota dicatur criminalis, ex quo magis potens trahit ad se minus potens, iuxta l. cum quæritur. ff. de stat. ho. & consequenter non possit appellari, tenet Papi. in for. lib. quo agit de turba. poss. col. 2. & Alex. sibi contrarius in consi. 82. vol. j. ad fi. & quòd tota sit criminalis, tenet Aret. in c. cum in tua in j. not. de testi. Ego primam opi. sequor. ut possit appellari nõ obstante allegato statuto propter dictum fundamentum, vt in materia exorbitanti & odiosa, &c. Secus si solum esset exorbitans, sed fauorabilis, Sic concluditur communiter in d. l. 2. & ita concordatur Alex. si bene vides eum. Nec etiam uerum est quòd tota censeatur criminalis, ut per eundem Aret. in ca. testimonium. in 2. no. de testi. & vide Ias. in d. rubr. qui dicit, quòd hæc est communis opinio, & hanc opin. etiã tenet Alex.
9 in l. 3. ff. de sepul. viol. Si tamen fisco † venit aliquid applicandum in consequentiam, aliud uidetur, quia tũc tota uidetur ciuilis. Hanc cõsiderationem habuit Bal.

In 3.vol.cõ.226.secundum impressionem
Mediolani, vbi omnino vide, sicut etiam
tota videtur criminalis, quãdo in conse-
quentiam venit interesse partis.l. mixtũ.
§.qui furtum.ff. de furt.vbi Barto.iuncto
text.in l.solemus.§.latrunculatores. ff.de
furt.de quo vltimo vide Corn.j.vol.cõsi.
10 91. col.12. & facit, quòd † vbi prohibe
tur appellatio à principali,etiam intelligi
tur prohibita ab accessorijs & impensis.
Alex.in l.patris & filij.ff.de vulg.& pupil.
col.2. post Imol. Item facit dictum Bart.
in l.solent.ff.de alim.& cibar.leg. Scias tã
11 men † quòd vbi prohibetur appellatio
in delictis nõ intelligitur prohibita ab in-
cedẽti & emergẽti. Bar.in l.arbitrio.i pri-
mis verbis.ff.qui satisd.cogã. in rub.ff.de
12 re iud.& † circa statuta, vt nõ possit ap-
pellari à sentẽtia criminali, vide Curt.cõ
sil.59.dux Philippus.vbi loquẽdo de de-
creto Mediolani, dicit quòd tamẽ potest
appellari,vbi appareat de euidẽti iniqui-
tate.Item vide Bar.in l.2. C.quor.appel.
13 nõ recip.vbi ponit, quãdo † lex vel sta-
tutum prohibet appellationem in certis
criminibus, Quid iuris sit in alijs. Ad qđ
vide Dec. cõsi.49. præstãtissimus doctor.
Bart.cõsi. 165.incip. in quæst.Ang.cõsi.
107.Iacobus & Lucas Augu.de Arim.ad
Ang.in d. glo.in additionib.quæ incipit,
14 Caius.Et quid † vbi gratia causæ prohi
betur appellatio, si in oppositum pronun
cietur,an possit appellari, vide Fel.in ca.
dilectus filius. *el secondo.* de rescript.colũ.
4.versus finem.Mar.in tracta.de aliment.
15 col.penul.Et an † intelligatur nõ solùm
de causa diffinitiua, sed etiam interlocu-
toria, vide in rubr.ff.de re iudi.& Angel.
Aret.in l. creditor.§.iussus.ff. de appella.
Felin. c.causam.col.pen.de rescript.Dec.
l.si quis in cõscribendo.col.fi. C.de pact.
16 Et † quãdo statutum mãdat procedi si-
ne lite,& statim,& ex officio quod videa-
tur reiecta appellatio, tenet Bald.j.volu.
17 cõsi.330.circa fin. Et stãte statuto † vt
cõdẽnatus pro percussione nõ appellet,si
ex eo quòd non sit plenè paritum primæ
cõdemnationi subsequatur alia,an possit
18 appellari, uide plenè Bart.cõsi.101. Si †
statutum negat audiẽtiam ad defensionẽ,
an intelligatur prohibetur appellationẽ,
vide Veron.consi.64.colum.2.Quando di
19 citur † neque sub prętextu quodam al-
tero dicitur sublatum omne remediũ etiã
restitutionis in integrum,vt per Barto.in
l.nemo.C.de temp. appel.& Socci consi.
299.uide Dec.in l.si quis in cõscribendo.
20 col. fi. C. de pact. qui dicit quòd † talia
statuta sunt strictè interpretanda, ad qđ
vltimum allegat etiam seipsum consi.49.
vide etiam in materia appellationis mul-
ta per Parid.de Put.in suo tracta.char.14.
in uerbo,appellatio. & vbi casus clarè nõ
21 deciditur in statuto, Dic quòd † nõ ex-
cluditur appellatio, quia hæc est regula,
quòd si non reperitur prohibita,intelligi
tur permissa. glo. fi.insi.in l.qui restitue-
22 re.ff.de rei vendic.& in dubio † est per-
missa, vbi regulariter est permissa, aliàs
secus,Dec.cõsi.28. in fin. Et nota in hac
23 † materia quòd quando causa nõ est ap
pellabilis,tunc non sunt expectandi decẽ
dies, iuxta ea quæ dixi suprà,quando ve
24 rò est appellabilis † & iudici nõ uidetur
appellationem esse admittendam, debet
scribere superiori, & expectare respon-
sum, & non prosilire ad executionem,
aliàs punitur eadem pœna,si tamen peri
culum esset in mora ubi differetur posset
exequi,deinde scribere, ut per text.in d.
§.hi autem omnes. vbi vide Paul.de Ca.
& ponit de hoc vltimo quando periculũ
est in mora.Felin.in cap.secundò de re iu
dic.colum.2. & licet loquatur tex.in d.§.
hi autem omnes.in manifesto latrone, &
in seditioso, non tamen loquitur in casi-
bus in d.l.constitutiones, & sic in casibus
in quibus non licet appellare,quia illa lo
quitur in insignibus latronibus,& in prin
25 cipe seditionis. Et sciendum est, † ꝙ
ex magnitudine delicti non conceditur
talis executio in casibus in quibus appel
lari potest, sed vbi concurrit extrinsecus
alia causa quæ inducat periculum si diffe
ratur, vt tumultus populi qui iuuat quo
ad hoc,nõ quo ad sniam, vt per Fel.in d.
c.2. & Aret. qui ita declarat in l. Patro-
nius §.rei perduellionis. col.j.ff.de acqui
ren hæred. Dixi quando iudex non de-
tulit appellationi in casu permisso quid
facere debeat, & conclusi cauendum
sibi esse ne exequatur sententiam, Nunc
26 quæro † quid in casu prohibito, ut
in crimine hæresis, capit.vt inquisitio-
nis.de

nis.de hæreti.in 6. & in alijs de quibus supra, Si ei deferat an sibi ita liget manus, vt non possit postea exequi sententiam, & uidetur non posse per c.cùm appellationibus friuolis.de appella. in 6. Veritas tamen est in contrarium, quia tali facto suo non potuit præiudicare reipublicæ, cuius interest, vt delicta tam atrocia, put sunt ea, in quibus prohibetur appellatio, citò puniantur, & facit l.cùm reis.C.de pœ.Hæc est opinio Ang. Imol.& Aret. in d. l. constitutiones.ff. de appel. Inter cæteros casus in quibus non potest appellari, est unus, qui se accommodat omnib.
27 criminibus, † quando reus est confessus & conuictus simul.l.2.C.quorum appellato, non recip. ita Doct.ibi communiter, & Ang.Aret. in d.l.non tãtũ.col pen. circa fin. De iure canonico solùm confessus non appellat.in ca. cùm sit Romana. §.siue autem post sententiam.de appell.ĩ 6.vt per Ang.Aret.in l.creditor.§.iussus. col.v.6.& seq.ff. de appel.Si tamen videretur iudici à quo appellantem cõfessum & cõuictum, habere iustam causamĩ appellãdi, deberet supersedere ab executione, & possunt cõsiderari plures iustæ causæ, vt per Ang.Aret.in d. §.iussus.ubi supra, sed magis tamẽ communis opinio illa est in c.cùm speciali.§. porrò.de appe. vt ibi per Abb. & Dec.quod nõ sit differẽtia inter ius ciuile, & canonicum. & si solum cõfessus nõ alleget ĩ appellatione causam probabilem cõtra cõfessionem, nullo iure audiatur, tãquàm veniat cõtra notorium, aliàs secus. Et quòd etiam cõfessus, & cõuictus audiatur allegãdo causam, vide latè Dec.ibidem in j.notabi. & col.2.versi.in fi.glo.& Dec.etiam ibi quæ
28 rit & soluit, an † hæres appellare possit si cõtra eum agatur ex cõfessione defuncti. Cætera, & circa d.l.nõ tantùm.& circa l.si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes.& circa alia vide per Aret.in d.gl. vide etiam in hac materia Maria.Socci. in cap. qualiter. *el secondo*. in articu. 11 quæst.99. de accusat. vbi per quatuor colum.non omitto tamen circa d.cta l. non
29 tantùm, quòd si iudex † præsumeret tertium appellare, solùm vt differret executionem ob hoc non deberet illam retardare. Abb. in cap. super. eod. ad fin. de offic.deleg.faciunt quæ ponit Fel.in c.de cætero.col.3. de re iud.& in c. licet causam.col.3.de proba. & ibidẽ.ĩ 6. notabili.

Titu. de Nullitate aduersus sententiam.

SVMMAE.

1 *Sententia impugnatur etiam via nullitatis.*
2 *Appellatione simpliciter interposita etiam deuoluitur causa nullitatis.*
3 *Sententia nulla à qua appelletur non confirmatur lapsu fatalium.*
4 *Executio sententiæ criminalis, quæ continet pœnam irretractabilem, non fit pendente iudicio nullitatis, etiam si nullitas requireret altiorem indaginem, nisi euidenter appareat de calumnia.*
5 *Executio sententiæ quando impeditur, impeditur etiam ne bannitus possit occidi.*
6 *Nullitas sententiæ criminalis, ex quibus causis possit apparere.*
7 *Nullitates sententiæ per quem ponantur.*
8 *Statutum prohibens nullitatem, non tamen omnes nullitates excludit.*
9 *Nullitas maximè euidens non prohibetur, vbi prohibetur appellatio.*
10 *Nullitatis exceptio potest opponi etiam contra tres sententias, vbi pœna mortis, vel alia corporalis imponitur.*



1 VRE etiam † contra sententiam agitur via nullitatis, vt not.in l.j. C. de sen ten. rescin. nõ pos. & per pract. Papiensem in forma sententiæ diffinitiuæ. col.2. & hoc largo modo, quia quod nullum est impugnari non potest.c.ad dissoluendum.de despon.impub.&l. nam & si sub conditione.§ post defectum.ff.de iniust.rupt. Hinc est quod etiam appellatur à sententia nulla.l.si expressim.ff. de ap-
2 pel. † imò appellatione interposita simpliciter etiam deuoluitur nullitas, vt not. in d.l.si expressim. & in c.dilecto.de appell.
3 nõ † tamen si appelletur à sentẽtia nulla confirmatur lapsu fatalium.d.l.si expressim.

sim. Et pendente nullitate à sententia
4 criminali non fit eius executio, † quæ cõtineat pœnam irretractabilem, etiam si requireret cognitio nullitatis altiorem indaginem, vt est opi. communis, quemadmodum attestatur Ias. ibi, in l. 3. §. si seruus. ff. de acquir. possess. aliàs distinguitur, an requirat altiorem indaginem, vel non, vt habetur in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Si tamen euidenter appareret de calumnia, fieret executio, vt in d. §. si seruus. per Doct. & per Aug. de Arim. ad gl. præsente Caio & appellante. versi. sinautem non appellauit, & † sicut non fit exe-
5 cutio à iudice, ita etiam bannitus nõ posset interim occidi, vt communiter concluditur in d. §. si seruus. quia in hoc fun-
6 gitur officio iudicis, vt ibi. Et † nullitas sententiæ criminalis potest apparere ex pluribus causis, & primo quando non constito de delicto fuisset captus inquisitus, iuxta dictum Gand. quod nõ constito de delicto, quicquid superædificatur est nullũ in tit. de præsumpt. versi. vnum tamen nota secundo quando inquisitio esset inepta, quòd pluribus modis contingere potest, vt suprà latè dixi in titu. de inquisit. Tertiò quando vitium esset in iurisdictione inquirentis, vt dixi suprà in tit. de for. comp. Quartò quando deficeret citatio, vt dixi suprà sub tit. de citatio. Quintò quando sententia esset lata non data defensione, vt per Hippol. in l. vnius. §. cognitum. col. 9. versi. nunc reuertor. ff. de quæst. Item quando apparet ex actis de notoria iniquitate. c. inter cæteras. cũ
7 ibi not. de re iud. & † si vis plura scire, vide suprà in tit. de bãni nullitate. vbi latè. Item vide Pract. Papien. in forma sententiæ diffinitiuæ. col. 2. vbi ponit per septẽ. col. infinitas nullitates, vide etiam quando sententia sit nulla Specul. plenè in tit. de sentẽ. §. iusta per totum. & in tit. de appel. §. 2. versicu. 18. & in l. prolatam. C. de senten. Quæ verò pertineant ad remediũ nullitatis, vide per Doct. in d. l. si expressim. in d. c. dilecto. maximè per Perusi. ibi
8 dicit † quòd statutum prohibens nullitatem, nõ tamẽ excludit omnes nullitates, vt i quæst. l. j. & pluribus quæstionib. seq. ponit alias quæstiones circa dictum statu-
9 tum. Et † vbi prohibetur appellatio, non prohibetur nullitas maximè euidens, vt per Cur. consi. 59. dux Philippus. col. 8. & pe Hippol. ĩ l. vnica. C. de rap virg. char. x. col. j. & Dec. in l. si. col. pen. C. de edic. diui Adrian. tollen. ubi uide. Et adde quòd
10 † ubi pœna mortis imponitur, vel alia corporalis, semper potest opponi exceptio nullitatis, etiam contra tres sententias, vt per Angel. Aret. in §. appellãtur. Institu. de except. col. 12. versi. ultimo.

Titu. de Quærela contra sententiam.

SVMMAE.

1 *Quærela potest intẽtari contra sententiam, & peti eius reuocatio coram eodem iudice, quando non competit remedium nullitatis.*

2 *Quærelæ remedium est extraordinariũ, nullitatis ordinarium.*

3 *Quærela non potest intentari contra sententiam, quando appellatio ab ea prohibetur, ratione excellentiæ personæ.*

4 *Appellatio remouetur à sententijs per Senatum Mediolani latis.*

5 *Appellari vbi non potest mixta consideratione personæ, & causæ, potest tamen supplicari.*

6 *Mißio in poßeßionem hæredis facta per iudicem non citata parte reuocare ab eodem iudice, si pars posteà contradicat, & quotidie Mediolani seruatur.*

7 *Appellatione per statutum prohibita, non intelligitur prohibita supplicatio, & quis recurri posßit ad superiorem, quo casu non deductum potest deduci, & non probatum probari.*

8 *Querelandi remedium vbi, & per quos tractetur.*

9 *Appellatione prohibita, non censetur prohibita quærela.*

10 *Appellatio & quærela sunt diuersa.*

11 *Quærelare prohibitus, non est prohibitus dicere de nullitate?*

12 *Quærela per statutum prohibita, an intelligatur prohibita appellatio, & ius dicendi de nullitate?*

13 *Quærelæ nomen est generale, et latius quàm verbum appellare, & comprehendit etiam accusationem.*

Con-



1 CONTRA † sententiam iure agi potest via quærela, iuxta dictum Pau. de Cast. in l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. nu. 16. dum not. glos. ibi velle, quod vbi non potest appellari, potest tamen quærela porrigi corã eodem iudice, & peti reuocatio sententiæ, & loquitur Paul. de Cast. qñ sen-
2 tentia non est nulla, quia † cõpeteret tũc remedium nullitatis ordinarium, quod faceret cessare hoc quærelæ extraordinariũ, vt ibi eum declarat I ec. & defendit ab Alex. vide Dec. ibi in vers. & pro defensio. Paul. de Cast. col. pen. Subdens tamen Dec. ꝙ secundum Doct. communiter nõ
3 procedit dictũ Paul. de Cast. quãdo † prohibetur appellatio ratione causæ, secus si
4 propter excellentiam personæ, vt † in Senatu nostro à quo ob virorum & ordinis amplitudinem non appellatur, iuxta Authen. quæ supplicatio. & l. præced. C. de precib. Impe. offer. non faciens differentiã inter supplicationẽ & quęrelã, & licet posteà conetur adhuc Dec. defendere Paul. de Cast. vt regulariter qñ est prohibita appellatio ratione causæ, non tamen si prohibita quærela, siue appellatio ad eundem iudicem. Tamẽ communis est in contrarium. Et ita apparet ex his, quæ suprà dixi in materia supplicationis, ad quę prædicta adde, & maximè quod ponit Deci. vbi suprà, dum dicit ꝙ etiam, vbi nõ po-
5 test † appellari mixta cõsideratione personæ, & causæ, tñ potest supplicari quòd not. allegat Imol. consil. 142. Non omitto tñ in casu l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. & eius quod dicit Paul. de Cast. quod quotidie in hac ciuitate Mediolani seruatur di-
6 ctum Pau. de Cast. quia † iudices absque citatione partis ponunt in possessione hæredem, posteà apparente qui contradicat non citato, & petẽte reuocationem fit reuocatio ab eodem iudice. Est verũ quòd non est hoc remedium extraordinarium quærelæ differens ab aliis, sed remedium nullitatis quod deduci potest coram eodem iudice, si est ordinarius, quia potest cognoscere de sua nullitate. l. absente. C. de accusat. l. si vt proponis. & l. si præses quasi desertam. cùm ibi not. C. quomo. & quan. iud. & quo remedio competẽte cessat omne aliud remediũ extraordinariũ, iuxta declarationem Alex. in d. l. fi. Non omitto etiam ꝙ quicquid sit de iure com-
7 muni, quo † prohibita supplicatio qñ prohibetur ratione causæ, iure statutorũ est aliud, quia si prohibetur appellatio per statutũ non prohibetur quin recurri possit ad superiorem, ita Bal. in l. fi. ad fin. C. de temp. appel. & ibi Salic. & Salic. in l. fi. circa vlt. col. C. de senten. & interlocut. omn. iud. Alex. consi. 88. vol. 4. Imol. cõsi. 145. v. sis ac diligenter. col. 2. & 5. & cõsil. seq. quod incipit in causa Nauis. & ibi in col. 5. in versi. & ideo. cũ similib. dicit hoc amplius ꝙ in ea causa si recurratur ad superiorem, poterit illud ꝙ nõ fuit probatũ probari, & non deductum deduci, & in casu statuti prohibentis appellationẽ, quòd non intelligatur prohibitum quin recurri possit ad superiorem habet pro absoluto. Dec. in d. l. fi. col. pe. ver. vlterius. quinimò ibi tentat idem sustinere prohibita appellatione iure cõmuni quod non placet, & hoc etiam Imol. non vult in l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. & super hac conclusione fundatur etiam practica nostra literarum ad nouas defensiones, quæ impetrantur post sententias criminales à Senatu, quia licet sit prohibita appellatio, & omne aliud remedium, non tamen intelligitur prohibitum, quin ad superiorẽ liceat recurrere, prout etiam magis apertè dicitur per Hippol. i d. l. vnica. char. 10. col. 2. C. de rapt. virg. versic. nolo etiã. quinimò decretum nouissimũ in specie hoc reseruat. Est verum quòd si supplicaretur intra tempus ad appellandum remedium diceretur mœræ iustitiæ, circumscripto tñ decreto nostro, quo stante adhuc nõ simpliciter princeps tenetur cõcedere, vt causa iterum cognoscatur, & hoc per text. in d. Authen. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer. sed post tempus ad appellandum dicitur ex gratia concedi, iuxta §. si
8 quis vltrò. in l. j. ff. de quæst. & † quod not. ibi Bar. In reliquis de remedio quærelandi vide Abb. in cap. quærelam. de procur. & Alex. in d. l. fi. C. de edic. diui Adrian. tollen. Et circa prædictam cõclusionem, quod prohibita appellatione, nõ sit prohibita

9 hibita supplicatio, Adde † quòd nec etiã
est prohibita quærela, vt latè ostendit Fe-
lin. vbi est videndum in ca. pastoralis. col.
pen. versi. considera tertio. de offic. ordi.
& in ca. quærelam. col. 4. de iureiur. & ibi
10 dicit, quòd † sunt diuersa appellatio, &
quærela, & vno prohibito alterum non
11 censetur prohibitum. Item † prohibitus
quærelare, non est prohibitus dicere de
nullitate, vt per Bal. 2. volum. consil. 187.
12 circa fin. & quòd † statutum prohibens
omnem quærelam intelligatur prohibe-
re appellationem, & ius dicendi de nulli-
tate, tenet Bald. 5. volum. consil. 272. col.
13 2. circa princ. Et nomen † quærela est
nomen generale compræhendens omne
genus querelandi. Bald. 3. vol. consil. 335.
colum. 2. Signor. consil. 229. ad fi. & cõsil.
252. colum. j. Cuman. consil. 42. & est ma-
gis latum verbum querelare, quàm appel
lare. Aret. consil. 75. colum. 8. & compræ
hendit etiam accusationem. Cœpol. con-
sil. 65. colum. 2.

Tit. de Via facti, & denuntiationis euangelicæ contra sententiam.

SVMMAE.

1 *Executio sententiæ iniustæ impediri potest via facti, quando iudex vult illam exequi, & dánum irrogandum est irreparabile.*

2 *Sententia, quæ in iudicatum transiuit, potest impediri via denuntiationis euangelicæ, quando est iniusta, & victor scit iniustam esse, seque esse in peccato.*



1 ONTRA † senten-
tiam quis etiam se
tuetur via facti, quã
do est iniusta, & iu-
dex vult eam exequi
damnumq; irrogan-
dum est irreparabi-
le. Abb. in ca. si quã
do. de offic. delegat. & Deci. ibi latè, &
Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Similiter
2 contra sententiam † quæ etiã transiuit in
rem iudicatam vtimur via denuntiationis
euangelicæ, qñ est iniusta, & scit victor
iniustã esse, seq; in peccato esse, ita Abb. in ca. nouit. de iudic. contra Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, denuntiationem. opin. tamen Bart. videtur communis, vt dicit Deci. ibi, col. 5. quem tamẽ vide. Hæc sunt omnia remedia iuris, quibus contra sententiam vti possumus, sed quoniam ex gratia principis, etiam rescinditur, ideo operæpretium existimaui, de hoc etiam aliqua subiicere.

Tit. de Remediis iustitiæ contra sententiam ex concessione principis.

SVMMAE.

1 *Sententia quæ in iudicatum transiuit non potest retractari regulariter ab ipso iudice, in augenda vel minuenda pœna, nisi cum authoritate principis, vbi constaret de innocentia condemnati.*

2 *Sententia quæ in iudicatum transiuerit, quibus casibus retractari possit ab ipsomet iudice, quando ordines loci non obstant.*

3 *Restitutio à principe concessa via iustitiæ plenius prouidet quàm restitutio minori competens fauore ætatis.*

4 *Restitutio à principe ex iustitia facta dicitur remedium extraordinarium, siue speciale.*

5 *Donatarius à quo bona euincerentur via restitutionis ex iustitia non posset de euictione agere, vbi aliàs posset.*

6 *Emptor à quo euincerentur bona via restitutionis ex iustitia posset agere de euictione.*

7 *Restitutio ex iustitia dicitur fieri quãdo præcessit sententia iustè lata, & seruatis seruandis, posteà verò appareat de innocentia, secus si ex processu de innocentia appareret, & appareret sententiam tyrannicè latam fuisse, vel nullam, aut euidenter iniquam esse.*

8 *Sententia tyrannicè lata non meretur nomẽ sententiæ.*

9 *Appellari potest à sententia criminali etiam stante decreto Mediolani, quando tempore sententiæ ex actis apparebat de aperta iniustitia.*

10 *Statutum, vel decretum tollẽs appellationem, & nullitatem, non intelligitur ea tollere, quãdo sententia dolosè lata est.*

11 *Ordinario remedio nullitatis dicitur prouisum,*

quando

quando Senatus ordinat, vt non habeatur ratio sententiæ criminalis, ex vitio citationis nullæ, & etiam si causam nullitatis committat iudici qui tulit sententiam.

12 *Supplicationis & querelæ remedium dicitur extraordinarium quando deficit appellatio.*

13 *Supplicatio ex consuetudine Mediolani habet vim appellationis.*

14 *Appellare dicitur qui arripit iter ad principẽ.*

15 *Literis ad nouas defensiones bannito concessis, quando hæres possit vti.*



DIXI de remediis iuris contra sentẽtiam, videndum modo est, an illis cessantibus, supersit aliud remediũ, saltem authoritate principis, quod tñ non pendeat ab eius clementia, sed à iustitia, & breuiter dic adesse, qñ constat post sententiã innocẽtem condemnatum fuisse, nã postquàm illa transiuit in rẽ iudicatam, vel per lapsum tẽporis ad appellandum, vel ex dispositione statutorum, quæ velint vt nõ possit appellari, licet amplius ad eã manus apponi non possit, vt notatum est, Iudexq;

1 sententiæ, † ea lata non possit amplius se intromittere, in minuenda, vel augẽda pœna. l. acta. §. de ampliãda. ff. de re iudic. nihilominus ex authoritate principis constito expresse de innocentia, potest iudex ipse qui sententiã tulit prouidere, de hoc est tex. in l. j. §. si quis vltrò ff. de quæst. & ibi gl. Bart. & Doctor. & in l. diui. ff. de

2 pœn. In aliquibus † tamen casibus etiam solus iudex hoc potest, nisi vetarent statuta locorum, vt per Feli. in c. consanguinei. col. fin. extrà, de re iudic. & dixi suprà in titu. si aduersus rẽ iudicatam restitutio postuletur. circa fin. & faciũt ad hæc quæ dicit Dec. in cap. at si clerici. §. j. col. 2. in prin. extrà, de iudic. dum vult ꝙ iudex in sententia possit augere, vel minuere pœnam ex causa non post sententiã, sed episcopus superior hoc possit dispensando. Aduertendum tñ est, an id faciat superior via iustitię, an ex mœra gratia, iuxta l. fin.

3 imò totũ titulũ. C. de senten. pass. Et † scias ꝙ plenius prouidet restitutio principis, quæ fit via iustitiæ, quàm restitutio quæ fit gratia minoris ætatis. ita Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. nu. 73. ff. de liber. & posthu. & ibi ponit de restitutione hac principis, quę fit ex iustitia post Nell. per eum allegatum, & vltra eum vide Ang. in d. l. fi. C. de senten. passis. & Salice. ibidem

4 ad finem. Scias etiam † quòd hæc restitutio quæ fit ratione iustitiæ dicitur remedium extraordinarium, siue speciale, sicut etiam remedium restitutionis in integrũ quę competit minori, vt not. in l. minor. 25. annis ff. de euict. & est tex. in l. in causa. *la seconda.* in prin. ff. de minorib. Quo

5 fit, † vt donatarius cui hoc modo euincerentur bona, iuxta d. per Ias. vbi suprà, non posset agere de euictione, loquor vbi aliàs posset agere, iuxta notata per Bart. in l. Aristot. §. Labeo. ff. de donationib. & per Ias. in l. Iulian. § j. ff. de verb. obligat. & hoc per text. secundum vnum intellectum in l. qui res. §. diuersum. ff. de solutionib. Aliud in emptore cui hoc remedio euincerentur bona empta d. l. minor 25. annis. ff. de euictio. & glo. ibi, & Salic. clarè hoc ostendunt in ratione posita,

6 quare † emptor possit his casibus agere de euictione, & qñ ex mœra gratia sequeretur talis euictio, res non haberet difficultatem, quòd non posset agi. l. Lucius. ff. de euictionibus. Est tamen aduertendũ ne erretur in terminis quòd tunc dicitur

7 restitutio ex † iustitia quando sententia fit iuridicè, putà, præcedentibus indiciis quis torquetur, & tortus fatetur, & ita seruatis seruandis damnatur. Nam hoc casu si posteà appareat de innocentia fit restitutio propter iustitiam, & verè est restitutio siue gratia, sed tamen ex iustitia d. §. fin. in l. j & d. l. diui. sed si sententia esset tyrannicæ lata, & ex processu per quod appareret eum esse innocentem, condemnatumq; animo doloso, vt bonis propriis spoliaretur, eo casu non essemus in d. §. fin. imò talis tanquàm spoliatus posset via ordinaria quandocunque intentare remedium reintegrandi se ad possessionẽ bonorum suorum, iuxta not. in cap. conquerenti. de restitu. spol. & per Doct. in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. & Soc. consil. 12. col. 3. & recurre in hoc ad l. decernimus. C. de sacrosan. eccles. & tract. tyranniæ Bart. & idem censerem generaliter

raliter qñ sententia esset nulla, vel euidenter iniqua, & qñ est nulla, quia processus fuit nullus & inordinatus, ꝗ eo casu cōpetat tale remedium, dicūt Abb. & Soci. vbi suprà, & idem dicit Soci. ibi qñ etiam est nulla defectu iurisdictionis, qñ verò esset iniqua euidēti iniquitate quæ ex actis appareret, tunc idem esset, vt probatur ex prædictis, iuncto ca. inter cæteras. cùm ibi not. maximè per Feli. in 3. conclusio. de re iudic. & ꝗ vbi tyrannicè lata est, non regina virtutum, sed iniustitia dominante, vt fuit illa quam Henricus Imperator tulit contra regem Robertum, de qui in

8 clemen. pastoralis. de re iudi. Talis † sentētia non habeatur quoquomodo in consideratione, ita etiā vt non mœreatur nomen sententiæ, est tex. in d. clem. pastoralis. & si dicas hæc procedere iure cōmuni, sed stante decreto nostro per quod à sententia criminali non liceat appellare, vel reclamare, sed solùm sit recurrendum ad principem, tunc omne id quod obtinetur dici posse obtentum per remedium extraordinariū. Respondeo quòd vbi de innocentia apparet post sententiam, tūc procedit d. §. fi & d. l. diui. & ita ponderat Feli. in ca. consanguinei. de re iudic. col. j. & magis col. j. Sed qñ † constabat tēpore

9 sententiæ ex actis de iniustitia aperta eo casu decretum non obstat quin possit appellari, ita latè in terminis Curt. Sen. consil. 59. dux Philippus. col. 8. versic. licet. & quāuis aliter obseruetur, quia recurritur ad principem, vel Senatum, nō propterea immutatur substantia rei, sed solum forma, quia hoc modo iustitia declaratur, vel dic quòd etsi princeps. vel Senatus velint vt ad eos recurratur in hoc, tamē non fit contra naturā remediorum ordinariorum, quia appellatur à iudicibus nostris rerū criminalium ad Senatum, quia alius ordo non est intermedius. l. Imperatores. ff. de appel. Et si Senatus remittat causam cognoscendam eidem iudici, hoc quidem videtur extraordinarium contra l. iudex. posteaquàm. ff. de re iudic. Si verò retinet & cognoscit fungitur in hoc officio

10 iudicis appellationis. Et † decretum tollens appellationē & nullitatem nō tollit qñ dolosè sententia lata est, quia perpetuò succurritur, iuxta glo. in l. Imperatores. & ibi Ias. in fi. ff. de re iudic. & vt suprà, & per Curt. vbi suprà in d. consil. 59. dux Philippus. col. 8. & 9. & per Perusi. vbi omnino est videndum in c. dilecto. in

11 52. col. extrà, de appel. Quare † postquā ad Senatū quis cōfugit quærelans in sententia criminali adesse vitiū citationis, si Senatus ipse cognoscit, declaratq; nullā habendā esse rationē dictæ sententiæ, dicitur id facere remedio ordinario nullitatis, & non fundando me in verbis, sed in rebus, vlterius dico ꝗ quāuis Senatus causam nullitatis nō sublatā à decreto declarando, vt dixi cōmittat alteri, etiā iudici qui iudicauit, tñ si declaretur super nullitate dicitur declarari remedio ordinario, ex quo vt dictū est decretū non tollit iuxta latè not. suprà maximè per Perus. in d.

12 conclu. 52. Et † de remediis supplicationis & quærelæ ꝗ sint extraordinaria ponit Dec. in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. char. fin. col. j. versi. non tñ glo. sed intelligo qñ deficit appellatio, iuxta Auth. quę supplicatio. C. de precib. imper. offer. & si dicas appellatio fit coram iudice qui tulit sententiam l. j. ff. quis & à quo appelle. & clem. 3. de appel. ergo si pars condemnata omisso iudice, qui tulit sententiam coram principe conqueratur, dicitur venire via extraordinaria. Respondeo hoc nihil esse attenta consuetudine, quę est Medio

13 lani, † vt supplicatio habeat vim appellationis, & ita semper concedit Senatus, si in tēpore appellandi supplicatur, & de

14 iure, an † iter arripere ad principem sit appellare, vide Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. col. fi. ff. de oper. no. nunt. & Imo. consil. 146 col. 2. & hæc opin. maximè procedit, qñ ipse princeps, vel Senatus retinet causam, & iudicat, omissa cōsuetudine cōmittendi eā iudici qui iudicauit, vt patet ex prædictis, & certè videretur mirū, ꝗ condemnatus ex sentētia dolosè lata, ad hoc vt priuaretur & spoliaretur bonis suis, non haberet beneficiū remediorū restituentiū possessionem, sicut habet qui est spoliatus, hoc loco caderet materia literarum ad nouas defensiones contra banna quæ quotidie conceduntur à Senatu bannitis, & quę fundantur in d. l. j. & in d. l. diui fratres. sed quia latè dixi suprà in titu. banniti quid amittant. & in titi

in tit. de remed. contra bannum. vbi specialiter super ius loquor, & etiam suprà in titu. supplicatio. aduer. senten. col. 1 & 2. ideo ibi vide, vnũ tãtummodo addidisse
15 sufficiat, † si cõcessis dictis literis, & nõdũ præsentatis, tñ nondũ elapso tempore præsentandi illas, moriatur bãnitus. Vtrũ hæres pro suo interesse, forte propter cõfiscationẽ, possit eas præsentare, & innocentiã docere, nã mortuo bãnito nõ cõceduntur secundũ consuetudinẽ. Dic ꝗ siue velimus tales literas esse rescriptum, siue priuilegiũ tanquã contra decreta tollẽtia appellationem, hæres vniuersalis poterit eis pro suo interesse vti: ita Abb. & cõmuniter Doct. in rescriptis in ca. significauit. de rescri. & in ca. quia. de iudi. & loquitur re integra, & ante præsentationem & in prin. idem, quia literę hæ sunt quędam in integrũ restitutio, quæ tametsi sit priuilegiũ, tñ transit in hæredẽ. l. non solùm. ff. de in integ. restit. Item priuilegium quod est priuilegiũ, quia contra ius speciale, vt est hoc trãsit in hęredes. c. olim tibi. & ibi Abb. in 3. notab. de verb. signifi. & Dec. in reg. in omnibus causis id obseruatur. col. 1. & 3 de reg. iur. nõ tñ morte tollitur crimen, et respectu cõfiscationis q̃ tacitè venit, iuxta l. 2. & 3. C. si pend. apoel. reus mor. fuer. quia illæ leges, loquunt de appellatione, quæ prorsus suspendit pronũtiatũ. Nos de his literis q̃ nõ elidunt quoquomodo cõdẽnationẽ, sed tantũ permittũt, vt possit cõtrariũ probari, vt declaraui in tit. de remed. cõtra bannũ. dũ loquor de literis istis. Cõtigit hodie hic casus in Senatu, & videbaẽ mihi cõcludendũ sicut dixi tũ de iure, tũ ex æquitate & cõsciẽtia, Cũ princeps salua cõsciẽtia nõ possit talia bona retinere contra hæredẽ, q parãtus sit ostendere innocentiã defuncti, tñ de rigore iuris cõditio illa literarũ, ipso se constituente, & c. nõ potest in hęrede cõuenire, & sic reliquũ nihil est propter defectum cõditionis. Quapropter si præsentatum fuisset rescriptum, & facta cõstitutio, purificata esset conditio, & reliquũ ꝗ potuisset defunctus probare contra bannum, militaret etiam quo ad hæredem, qui est eadem persona, siue censetur, & tunc vtcunque sit, literæ perpetuassent iuxta notata in d. ca. significauit.

Titu. de Remediis ex sola clementia principis contra sententiam.

SVMMAE.

1 *Gratia concessa per verbum, Gratia, vel verbum, Indulgeo, trahitur ad personam tãtùm, non autem ad bona, nisi ante concessionem de innocentia condemnati constitisset.*

2 *Gratiam concedere, & rebannire est restituere.*

3 *Restitutio via iustitiæ trahitur etiam ad bona alienata, tametsi per verbum, indulgeo, concessa sit.*

4 *Priuilegia fisco damnosa debent ad minus præiudicium fisci restringi.*

5 *Gratiæ verba dubia interpretanda sunt largè, vt restitutionis vim habeant.*

6 *Restitutio bannitorum latissimam recipit interpretationem.*

7 *Gratia facta à principe Mediolani, intelligitur solùm facta quo ad personam, quia consuetudo est, vt ita fiat.*

8 *Interpretatio à solitis fit in qualibet dispositione.*

9 *Verbum, indulgeo, & verbum, restituo, quid significent.*

10 *Restitutio tantum restituit, quantum ablatum fuit.*

11 *Restitutio à principe ex gratia facta, non trahitur ad iam alienata, nec ad fructus per acquirentem perceptos, nec per fiscum.*

12 *Restitutio à principe facta trahitur etiam ad alienata, quãdo princeps id voluit, scilicet quãdo fauore pacis restituit rebelles, & extorres sui dominij.*

13 *Restitutio facta à principe ex gratia non trahitur ad non acquisita, nec ad condemnationes feudatarijs acquisitas.*

14 *Restitutio rebellibus facta non trahitur nisi ad rebelles viuos.*

15 *Testamentum à rebelle factum, non reconualescit concessa restitutione, post mortem, secus si eo viuo, vel facta restitutione bonorum post mortem.*

16 *Restitutus à principe an intelligatur quo ad feudalia vel ad emphyteusim restitutus?*

17 *Retractatio actus a principe facta non trahitur ad præiudicium tertij, nec de lataatio actus nulli ab eo facta.*

18 Restitutus post damnationem de falso an possit iterum in testem admitti?

19 Cancellatus è banno, vel restitutus, an intelligatur restitutus quo ad famam?

20 Recipere ad plenitudinem gratiæ quid sit.

21 Restitutio principis idem operatur quod fictio postliminij, vt omnia in primo statu sint.

22 Restitutus tenetur nihilominus creditoribus satisfacere, etiam si bona tempore publicationis posita fuissent ad cridas per procuratorem fisci, & nullus contradixisset.

23 Princeps potest omnem pœnā tam corporalem, quàm pecuniariam remittere, pariterque bona absque consensu, & remissione partis, tam coniunctorum offensi, quàm etiam ipsiusmet offensi.

24 Gratia Mediolani non conceditur, nec approbatur à Senatu, nisi adsit remissio partis, & hoc ex laudabili consuetudine ipsius dominij.

25 Princeps potest commutare pœnam ex corporali, in pecuniariam, vel ex vna in aliam, licet Mediolani id non fiat, nisi adsit pax, præterquàm in pecuniarijs condemnationibus, in quibus quotidie fiunt compositiones.

26 Pax siue remissio requiritur, non solùm in delictis factis ad offensionem personæ, sed etiam in rebus.

27 Furtum est offensio absolutè, licet non sit offensio in personam.

28 Remissionem non dicitur consecutus fur qui vult satisfacere, nisi passus furtum expressè, vel tacitè remittat.

29 Gratiam petens non dicitur fateri delictum, nec iudex potest dicere volenti vti gratia impetrata, quod fateatur delictum, aliàs non vtetur ea, ex ordinibus tamen Mediolani gratiā impetrans tenetur fateri delictum cum qualitatibus suis ante sententiam.

30 Transigens reus an videatur fateri delictum?

31 Generalis abolitio, seu remissio delictorum, ad quæ trahatur, & an ad eos qui sunt in carceribus?

32 Detegenti complices, seu socios criminis quando parcatur.

33 Gratiam petens debet exprimere delictum cū omnibus qualitatibus, licet non teneatur exprimere delicta separata.

34 Gratiam petens tenetur ea exprimere, quæ si non exprimantur, de iure appareret quod princeps gratiam vel non concessisset, vel difficilius.

35 Gratiam petens non modo non tenetur exprimere delicta separata, sed nec similia quæ paterent nisi de eis iam gratiam habuisset.

36 Gratia à Senatu Mediolani approbata, non potest in dubium refricari etiam prætextu subreptionis, nisi in approbatione interuenisset dolus, aut præuaricatio in aduocato fisci, vel sententia venalis fuisset, vel ordo in approbatione datus non seruatus, vel prætextu falsæ pacis, aut instrumentorum facta esset.

37 Occidi impunè potest qui gratiam nullam impetrauit.

38 Gratia concessa ei qui dannatus de rebellione prius fuerat, quàm condemnationem & princeps, & Senatus ignorabat est nulla.

39 Princeps debet esse mitis erga subditos suos non versus rebelles.

40 Secundum priuilegium tollit omnem subreptionem.

41 Gratia non est indistinctè à principe concedenda, sed tantùm matura cognitione.

42 Gratia si Mediolani à principe concederetur sine pace esset res monstrosa, & Senatus eam non approbaret, sed dimitteret è carceribus impetrantem, vel iterum examinaret vel torqueret, &c.

43 Gratiam Mediolani impetrans, quare debeat se constituere, dum petitur approbatio.

44 Senatus Mediolani potest absoluere, mitigare pœnas, mandare, vt non procedatur, vel ecōtra, prout illi conueniens visum fuerit, quoties vel æquitas scripta, vel etiam non scripta id suadet.

45 Melius est regi à iusto rege, quàm lege scripta.

46 Senatus Mediolani non facit gratias, sed cauet via iustitiæ, et gratiæ reseruātur principi.

47 Gratia licet habita pace soleat à principe concedi, tamen impetrans in approbatione gratiæ iubetur à Senatu exulare per annum à die cōmissi homicidij si gratia id non continet, & licet quādoque Senatus remittat tale exilium, quando homicidium fuit sine dolo, tamen id non facit in scriptis, sed tolerando eum.

48 Gratia licet non soleat per principem Mediolani concedi de homicidio facto animo meditato & preparato tamen id quandoque facit ex causa rempublicam concernente habita tamen pace ab offensis.

49 Gratia à principibus Mediolani solet concedi pro vulneribus præparato animo illatis: habita tamen pace, licet Senatus in approbatione

soleat addere aliquam pœnam, vbi videt aperte delictum meditatum et præparatum fuisse.

50 *Gratia pro homicidio cogitato interdum concessa est ad sedandum vinum populum.*

51 *Gratia non potest concedi per feudatarios dominij Mediolanensis suis subditis, nisi quo ad bona, & pœnam quæ ipsis applicaretur, nisi verba inuestituræ essent adeò ampla, vt illis omnis gratia permitteretur.*

52 *Multitudo delinquentium facit, vt princeps facilius remittat.*

53 *Gratia super publicatione bonorum vnius dominij facta non trahitur ad bona in alieno dominio sita.*

54 *Gratiæ ad hoc vt valeat non requirit scripturam, sed adprobationem tantùm.*

55 *Gratia à principe facta nemo in effectu potitur, nisi illam ostendat scriptam & absolutam.*

56 *Gratia tanquam de homicidio in rixa facto impetrata ante sententiam, non facit quominus perfici debeat processus, & stantibus probationibus, & in dubio præsumetur minus delictum.*

57 *Impunitas promissa reo si fateretur, an per iudicem sit seruanda?*

58 *Securitas potest indistinctè concedi per principem, & per iudicem pro veritate habenda quando quis non est bannitus, secus si sit bannitus.*

59 *Securitas an possit per principem concedi vsque ad centum annos, quando non potest concedi gratia?*

60 *Securitas indistinctè conceditur per Senatum inquisitis de aliquo delicto, vel vocatis, secus quando non uacantur, sed sponte se offerunt.*

61 *Necessariò facienti actum magis succurritur, quàm facienti ex voluntate.*

61 *Securitatis materia per quem tractetur.*

63 *Securitatem habens, donec durant induciæ, censetur habere, etiam securitatem donec possit ruptis inducijs recedere à loco non tuto.*

64 *Contra banni tempus quod dicatur.*

65 *Carcer non debet aliquem excusare ex suo delicto.*

66 *Securitas simpliciter concessa an intelligatur data respectu maleficiorum, an respectu ciuilium debitorum tantùm?*


67 *Securitas concessa Titio cum equis decem, & totidem personis; & rebus suis, an intelligatur concessa vxori si vxor eat cum rebus, & non Titius?*

68 *Securitas data non obstantibus delictis respicientibus statum & honorem principis, & non obstante aliquo banno vel condemnatione, an trahatur ad crimina, de quibus non erat cognitum.*

68 *Securitas data per principem debet seruari, etiam si verba possent variè interpretari.*

70 *Securitas data pro maioribus delictis extenditur etiam ad minora, & copulatiua accipitur pro disiuncta.*

71 *Renuntiatio facta securitati tam impetratæ, quàm impetrandæ an valeat?*

1 I † princeps cōcedit gratiam dānato, sub hoc verbo, Gratia, trahitur ad pœnam personæ, non ad bona, sicut si per verbum, Indulgeo, gratiam faceret, iuxta l. ij & aliàs multas C. de sent. pass. nisi tamen constito prius de iustitia, iuxta l. j §. si quis vltrò. ff. de questio. gratiam faceret, quia tunc cùm innocens nullam debeat pati pœnam, causa innocentiç adiecta effectum debet habere restitutionis, quç restitutio trahitur ad bona. l. j. & multis aliis. C. de sent. pass. vt per Salic. vbi est videndum in l. fi. circa fin. C. de sentē. pass. & licet Bart. velit absolutè, vt hæc concessio gratiæ sit in effectu restitutio in d. l. fi. ad fin & in d. §. si quis vltrò. in l.
2 i. ff. de quæst. ex hoc inferens † quòd etiā rebannire sit in effectu restituere, & sic etiā āb bona, tamen opinio Salic est multum iuridica, quia fundamētum Bart. est super d. §. si quis vltrò. ad quē tex. Salic. respondet, quod imò illud procedit, quia gratia concedebatur ratione innocētiæ, & ideo id restituendū est, quod abstulit iniustitia, secundum Ang. in d. l. fi. col. iii.
3 versi. & prædicta. Hinc est † quòd quānis restitutio etiam non trahatur ad bona iā alienata, vt dicam infrà, si tamen fit via iustitiæ, trahitur etiam ad illa. Cuman. in l. Gallus. § & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. Nell. in tract. banni. in 1. parte tertij temporis. q. xj. in fi. & sequitur Ias. in d. §. & quid si tantum. nu. 73. vbi addit ꝙ

restitutio quæ fit ex iustitia pinguius prouidet per l.si quis minor.§.Scæuola.ff.de minor.& ideo quamuis etiam gratia fieret per verbum, Indulgeo,quòd in se solam pœnam personæ continet, vt dixi. Attamen ratione causæ innocentiæ deberet ab ea regi,& bona compræhendere per regu.l.si olei cum vulga.C.loca. adducit etiam Sali.fundamenta suã opin. plurimum comprobantia,maximè,quòd
4 †priuilegia fisco damnosa restringuntur ad minus fisci pręiudicium, vt est tex.vltra eum,& ibi Ias.in l.nec damnosa.C de precib imper.offer.& secundum hãc opinio.regulariter facere gratiam & rebannire,est solùm indulgere,quam opinionem etiam tenet Cyn. in.d l.fi.& Bald. in l.si ademptis.C.de sent.pass.Cõmunis tamen est, cum Bart.in d.l.fin in fi.& in
5 d.§ si quis vltrò quòd †hæc verba,& alia dubia interpretẽtur latè,& vim habeant restitutionis, vt per Ias.in l.fin.col.iii.de manda.princip.& hanc.opin.etiam tenet Nell.in tracta.bannit in i.parte tertii tẽporis in q.iiii.vide tamen in apostil.longa ad Bald.in tit.de pace Constan.col.ii. ad literam B.& ibi etiam ponit de verbo, gratia quo ad alia in beneficiis loquor, non in priuilegiis, vel rescriptis, ex quo tollũtur fundamẽta Salic.& fundatˉ intẽtio Bart.&cõmunis iũcta d.l.fi.ff.de constit.princ.p.& dicit Bart.expresse in d.l.fi. col.pe.& sequitˉ Ias.in d.l.fi.col.iiii.versi.
6 perpetuò nota.ꝙ in †restitutione bannitorũ debet fieri latissima interpretatio. Est
7 tamen aduertendum quòd †vbi princeps nõ soleret facere gratiã nisi ratione personæ, prout in principe nostro videmus. cessaret difficultas,quia intelligeretˉ princeps secundũ vsum suum fecisse,quia om
8 nis dispositio †capit interpretationẽ à solito. Innoc.in c.olim.in prin.de verbor. signif. Ias.latè in l.certi conditio.§.si nũmos.col.iii.& seq.ff.si cert.pet.& vide omnino quid significet verbum, indulgeo,&
9 quid †verbum, restituo & alia de quibus suprà, Salic.in d.l.fin.col.pen.& fi. Nell. in d.q.iiii.& alibi sæpe,& nota quòd sem
10 per †restitutio tantum restituit quantũ id abstulit aduersus quod restitutio petitur,ita Bart.in d.l.fin.col.iii.C de sentẽ.
11 pass.& ideo †nõ diciˉ quis restitutus nisi consecutus fuerit plenam restitutionem, vt latè Dec.in regu.in condemnatione.§. cùm verbum,restituas.ff.de reg.iur.nõ tamẽ in præiudicium tertii trahitur.c.quãuis.de rescript.in vi.glo.in l. Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de lib.& posth.& ideo non trahitur ad iam alienata per fiscum, secundum Bart.& communiter Doct.in d.§.& quid si tantũ.& Feli.in c.inter quatuor.col.pen.& fi.de maior.& obed.nisi, vt dixi, fieret via iustitiæ.& in pluribus aliis casibus, de quibus ibi per Alexand. Ias.& alios Moder. Item restitutio etiam non trahitur ad fructus perceptos per fiscũ,de rebus adhuc nõ alienatis,& minus de alienatis,vt est cõmunis cóclusio in d. § & quid si tantũ.licet non possit sustineri per tex.in d.§.cum verbum.& l.videamus.l.ii.§.infamiam.ff.de vsu.& aduertit Dec.in d.§ cùm verbum, & Nell.etiã ibi per eum allegatus, & Ias.in d.l.fi col.iiii. & Ias.in d.§ & quid si tantum nu.64.quẽ vide,& quem ipse sequor,& dicit Nell.ita vidisse iudicari. Et inter alios casus in quibus trahitur restitutio etiam ad alienata
12 †vnus est quando princeps gratia pacis restituit rebelles, & extorres sui dominii vti factum fuit in fœdere Bonomẽsi inito inter Cęsarem,& ducem Franciscũ Sfortiã anno 1529.in ciuitate Bononiæ,cuius fœderis cognitor & executor ego sum, quia etiam in eius capitulis stabiliendis interueni.sic Alex.& Ias.in d §.& quid si tantùm.intelligendo tamen, quòd clarè voluerit princeps derogare tertio, aliàs non procedit hæc limitatio, vt aduertit Nell.in tractatu bannitor.in i.par.iii.tẽpor.q.xi.& Ias.in d.§.& quid si tantùm. nu.83. Dixi latè suprà sub tit. quomodo procedatur per actio.in delictis,circa fi. & ibi dedi alias declarationes ad hãc fallentiam,& conclusi etiã non cõpræhẽdi
13 clericos. Et nota †quòd quemadmodum non trahitur regulariter ad iam alienata amissa per eũ,ita,imò multò minus trahitur ad nõ acquisita, exẽplũ si hæreditas, quæ non capaci obuenisset.fuisset acquisita ab alio veniẽte ab intestato, iuxta not. in l.i.C.de hæred.instit.ita Bart.in d.l.fi. col.iiii.vbi clarè dicit.ꝙ restitutio nõ trahitur aduersus non quæsita, allegat glo. in d.§.& quid si tantùm.in fi.maximè secundum

eundum eum, quia restitutio non fingitur retrò. & hęc communis opin. Bart & scrib. in d. §. & quid si tantùm. in quæs. de legitimato post mortem patris, dum concluditur quòd non aufert acquisitam hæreditatem venientem ab intestato, quę sibi ob incapacitatem quęsita non fuit. Item ex eo quòd non trahitur ad pręiudicium tertij etiam infero quòd non trahitur ad condemnationes feudatarijs acquisitas, & ita Anchar. consi. 160. in j. dubio. Afflict. in tit. quæ sint regalia. in verbo, & bona committentium crimen læsæ maiest. versi. item iuxta hoc. nu. 127. Non
14 etiam uidetur trahi † restitutio facta rebellibus nisi ad viuos, ita vt ij qui hæredes eorum fuissent non restituantur ab bona, & hoc quia dum dicunt capitula rebelles vel extorres non compræhendũt iam mortuos, qui non sunt tales ex quo mors omnia soluit. §. deinceps. in Authē. de nupt. & non entis nullæ sunt qualitates. l. decem. ff. de verbo. oblig. cum simil. Hic est quòd verba restitutionis de qua in d. consi. 160. in 2. dubio expresse compræhendebant mortuos. Seruaui tamen ego contrarium circa capitula fœderis Bononiensis de quibus suprà, etiam permittente Senatu ex mente tamē potius, quàm ex uerbis eorũ per quos facta fuerant, ponderando rationem, vt dicam infrà, dum specie loquar de capitulis quæ fiunt finito bello inter principes. Nec
15 etiam testamentum tamen reconualescit. ita Anchar. in d. consi. in 2. dubio. nisi restitutio esset facta viuo, quia conualesceret eius testamentum, ut ibi. Item secus si bona talium rebellium post mortē etiam fuissent restituta, vt per Bald. i cōs. 241. vol. 1. & in consi. 408 cætera vide in d. §. & quid si tantum. & in d l. si. Prætereà uide Afflict. in tit. hic finit lex Feder in prin. in 6. notabi. per quinque col. Nel. in tract. banni. in j. parte terti j temporis. ubi de multis quæstionibus in l. venia. C. de in ius vocan. Fel. in c. si. col. 4 de constitu. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. col. 10. circa prin. & in c. super eo. de offi.
16 delega. col. 2. Et † an intelligatur restitutus etiam ad feudalia vide Bald. in d. c j. col. fi. & ibi Afflic. Flor. i l. loci. §. si cui. ff. si serui. uend. & quid de emphyteusi vide Abb. 2. vol. cōsi. 94. col. 4. in fi. & seq. Iser. in c. j. in 2 col. de uasal. & c ubi not. loquitur. vide etiam an trahatur quo ad tertiũ, Fel. in c. at si clerici. §. j. de iud. col. 7. circa fi. & seq. Bal. 4. vol. cōsi. 32. col. 3. Soc.
17 cō. i. 32. col. pen. Adde quòd † retractatio alicuius actus facta per principē, etiā quod declaret eum nullum, non tamen operatur in præiudicium tertij, vt per Socin. cōsi. 266. col. antepen. & uide in hac materia restitutionis, Angel. omnino cōs. 287. Bal. 2. vol. consi. 145. col. 2. Signorol: cōsi. 132. col. 2. Lauden. in tit. de pace. col. 6. uide etiam omnino Alex. ad d. l. fi. in addit. quæ incipit, pro declaratione maximè
18 in final. An autem ille † qui fuit de falso damnatus ob falsum testimonium, & deinde restitutus posit iterum admitti in testem, uide Alex. 2. vol. cons. 34. col. 4. in fi. & Fel. in c. ex literis. col. 4. de con
19 stitut. & † an restitutus, vel cancellatus è bāno simpliciter intelligatur restitutus ad famam, vide Alex. in 2. uol. cōs. 111. Et
20 † quid sit aliquem recipere ad plenitudinem gratiæ, vide Bal. in tit. de pace Con-
21 stan. col. 2. Adde † quòd restitutio idem operatur quod fictio postlimin. j. l. si quis filio. §. pen. ff. de iniusto rupto. & ius post limin. j. facit quòd omnia sunt in primo statu. l. postliminij. in princ. ff. de capt. & renasci facit illud quod extinctum fuit penitus. d. l. si quis filio. §. sed & si pater. Paul. de Ca. in d. §. & quid si tantùm. col.
22 pen. Ex his infero † quòd si bona post sententiam sunt posita à procuratore Cæsaris ad proclama, & nemo contradixit creditorum, facta restitutione, Nihilo minus tenetur restitutus creditoribus iuxta l. si debitor. C. de senten. pass. dixi suprà in titul. de bonor. public. vide tamen omnino pro decisione huius qōnis, quæ dicit Ang. in d. l. si debitor. dum facit differentiam, an penitus sit ius extinctum, uel non. Ex prædictis maximè ex multis legibus de quibus in tit. C. de sentē pass. quæ uolũt sine distinctione quod si princeps indulget alicui, remittat ei omnē pœnam corporalem, & si restituit omnia re-
23 mittat, colligo, quòd † est in manu principis omnis pœna, quia potest, prout vult, remittere nō solũ bona, & pœnam pœcuniariam, sed etiam corporalē absq; con-

cōsensu, & pace offensæ partis, & ad hoc f. cit. l. relegati. ff. de pœ. in fi. cū gl. & ita latè Andr. de Iser. in tit. quæ sint regalia: in verbo, bona committentium crim. læs. maiest. in j. col. & seq. & Afflic. ibidē vers. quærit hic Andr. nu. 122. concludentes in effectu etiam in foro conscientiæ, & etiā authoritate sancti Thomę, quòd quātum ad interesse partis pecuniarium hoc non licet, nisi ex causa publicæ vtilitatis, iuxta not. in l. venia. C. de in ius uocā. & quæ dixi suprà, sed quo ad interesse publicum potest, & loquuntur in coniunctis offensi, sed in ipso offenso aliter, putā, in eo qui non occisus fuisset, sed vulneratus, quia tunc nō videtur posse stante cōtradictione ipsius, Nihilominus adhuc dicunt quod si princeps hoc casu remittit, ualet remissio absque partis cōsensu, quin arbitrandū est illud euenisse permissione Dei, cū propter peccata Deus permittat fieri contra ius, vt patet Oseæ c. 8. & Prouerb. 8. c. vt per eos. Addo prædictis quòd si ualet remissio quo ad bona, quæ etiam fuerunt ablata in pœnam homicidij eodem modo debet valere quo ad pœnam corporalem, quia illa regula quod publicæ interest delicta puniri, non magis loquitur de vna pœna, quàm alia. Item addo quòd nunquam in d. l. si C. de sentent. pass. & in d. §. & quid si tantū sit difficultas, vtrum valeant hæ gratiæ, nisi quando tractatur de præiudicio tertij, & semper exemplum ponunt huius præiudicij in bonis alienatis in tertium, siue in pœna acquisita parti, & sic in interesse pecuniario, & his meis considerationibus, quæ ponunt gladium ad radicem nō vtūtur præfati Iser. & Afflic. & idem quod princeps sit liber in remittendo, quo ad pœnam corporalem nedum pecuniariam ad se spectātem, tenet Ias. in d. l. venia. C. de in ius uocan. ubi expresse, & probat tex. etiam in l. rescripta. in fi. & ibi Bald. C. de precib. imp. offer. Ex laudabili tamen cōsuetudine

24 † in hoc excelso dominio Mediolani, vbi maximè iustitia viget, propter integritatem Senatus non cōceditur gratia alicui, nisi adsit pax offensæ partis, & idē attestatur Paris de Put. in suo trac. syndic. fieri per reges ibi, char. 30. in verbo, compositio. col. j. & si concederetur, Senatus non approbaret, prout est in eius potestate omnes approbare, vel improbare, ita permittentibus principibus nostris. Hinc post præsentē titulum subijciam rubricam de pace, & eius materiam tractabo. Addit Iser. vbi

25 suprà, & pariter Afflict. nu. 158 quòd † multò magis princeps potest cōmutare pœnam in aliam, & corporalem in pecuniariam, sed neque hoc permittitur in hoc dominio sine pace, nisi in pœnis pecuniarijs in quibus via compositionis sine pace pœna redigitur ad minorem summā, de quibus compositionibus & remissionibus, quę fiunt per principes & iudices, vide Parid. de Put. in tracta. synd. char. 3. in uersi. compositio. ibi per plures colū. Et

26 non † solū, stante allegata cōsuetudine, vt requiratur pax necessaria est in delictis factis in offensam personæ, vt in homicidijs & in similibus, sed etiam in delictis, quæ fiunt in rebus, vt in furto, & rapinis hęc est practica semper obseruata in hoc

27 dominio, & † licet furtum non sit offensio in personam, est tamē offensio absolutè. Bar. l. licitatio. § quod illicitè. ff. de publi. in duobus locis, & ita requiritur pax si dicat statutum, vel cōsuetudo, vt nō remittatur delictum, siue offensio sine pa-

28 ce, Nec sufficit † vt fur velit satisfacere, quia hoc non est consequi remissionem, nisi expresse, uel tacitè passus remittat. Differūt enim inter se remittere iniuriā, & consequi satisfactionem, vt per Iaso. in l. j. ff. de pac. col. 3. & in l. si tibi. §. quædā. ff. eo. tit. Hinc est quòd statuta dicunt, & vt furta tollantur pace, non autem satis-

29 factione. Et an † qui petit gratiam videatur fateri crimen? Dic non videri. Alex. in l. j. in princip. col. 3. ff. de oper. no. nuntia. Alex. & Ias. in l. decem. ff. de verbo. oblig. Fel. in cap. literas. col. 4. de pręsumpt. & vide Alex. consi. 70. col. 4 versi. nec etiam obstat. vbi vult quòd ille qui se submittit misericordiæ iudicis non videtur fateri saltem, vt possit damnari, & quod iudex nisi ei concedat gratiam, debet eum reponere in statu priore. Idē Afflic. in tit. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. in §. naturales. in 4. notab. & ibi etiam dicit ꝙ impetrata indulgētia nō potest iudex dicere ei, qui illa vult vti, Fatearis

prius

prius delictum, aliàs non vteris. vide ibi omnino, & eundem in tit. quæ sint regalia. in verbo, & bona committentiũ crim. læs. maiest. vers. an autẽ delinquẽs nu. 146. Ex ordinibus tamen nostris, cauetur, vt impetrans gratiam, debeat fateri crimẽ, & cum qualitatibus suis, & hoc ante sententiam ad hoc, vt confiscari possint bona illius ex ea confessione, vult tamẽ ordo, vt si non obtineat gratiam, super ea non possit fieri fundamentum sicut proximè dixi post Alex. consi. 70. in j. Et memor sum quòd tempore conditi ordinis contradixi quãtum potui ne fieret, quia adhuc nimis est confiscare bona per sententiam, & tempore regis quando gratia concedebatur, trahebatur solum ad bona

30 na expresse cõfiscata. An autem † trãsigendo videatur reus fateri delictum, vide Ias. i l. trãsigere. col. j. C. de trãsact. & i fi. Et vt hoc euitetur solẽt fieri paces notario

31 rio stipulanti, vt ibi not. Ad † quæ delicta non trahatur generalis abolitio, siue remissio delictorum, vide Bal. in 3. C. de episc. audien. Ang. in rubr. C. de generali aboli. Augu. ad Ang. in verbo, necnon ad quærelam. in materiã abolitionis. & Bal. j. vol. cõsi. 305. & ibi etiam an trahatur ad eos qui sunt in carceribus. col. j. in fin. vide etiam tex. & ibi Bar. in l. Lucius. ff. ad

32 Turpil. An † delinquenti prodẽti alios qui in eadẽ causa sint, parcatur, vide tex. in l. j. §. cũ quis latrones. ff. de quæst. qui vult vt impunitatem nõ consequatur, sed Bar. dicit aliter, quando sponte compareret cõfitendo delictum, & prodendo alios plures, quæ non concurrebant in casu illius text. & si uis videre casus, in quibus parcitur delinquẽtibus prodẽtib. socios, vide tex. in l. j. in verbo, qua lege dãnatus. ff. ad l. Iul. de ambitu. & gl. ibi, & Doctor. Item vide Alber. in l. quisquis. C. ad l. Iul.

33 maiesta. Qui petit gratiam, † licet non teneatur de iure fateri se delinquẽtẽ, tamen debet exprimere non solũ delictum pro quo illam petit, sed omnes qualitates eius, aliter vti subreptitia nihil ualet. Ias. in l. nec damnosa. C. de precib. imper. offer. vbi allegat cõsi. Alexan. & alia. Adde aliud consi. Alex. 114 in j. uol. & omnino Roma. cõsi. 449. & Anchar. cõsi. 160. col. 4. & ibi dicit ꝙ debet exprimi quis fuerit author criminis, non tamẽ est necesse exprimere alia delicta separata. Fel. in c. postulasti. col. 3. uerbo, declara etiã notabiliter, extrà, de rescript. vbi dicit post

34 Aegidium Belamerũ, ꝙ † nõ oĩa tacita quorũ expressio potuisset mouere princi pẽ ad negãdũ gratiã, vitiãt eam, sed ea solũ de quibus reperitur iure cautum ꝙ eis expressis gratiam nõ concessisset, & ideo si dixisset in supplicatione se crimine notatum, verisimile esset ꝙ Papa fuisset difficilior in cõcedẽdo, & tamẽ tacere hoc nõ nocet, quia valet gratia facta criminibus notato, vt ibi per eũ, est mirabilis declaratio ad illum tex & ponit etiã Socci. cõsi 13. præsens cõsultatio. col. 2. versi. 2. prĩcipaliter. col. 8. versic. nũc verò superest. vbi vide, & ad id quod dixi post Ias. ĩ d. l. nec damnosa. vide etiam latè Fel. in d.

35 c. postulasti. col. 4. imò non tãtùm † non est necesse exprimere alia delicta separata, sed nec etiam similia nisi habuisset gratiam de eis, per dictum Guliel. de Cun. in l. 3. C. de episc. audien. quod non valet secũda gratia secũdi homicidij tacita prima, sentiens clarè ꝙ si prima gratia non adfuisset, valuisset secũda, & qui sequuntur magnificant illud dictum, vt Ias. in d. l. nec dãnosa. & Fel. in d. c. postulasti. col. 4 qui hoc expresse volunt, & hæc clara sunt, quando solę adsunt suspitiones, sed ego loquor etiam vbi crimina patẽt, quæ dixisse volui, quia multa sæpenumero dicuntur quæ tandem falsa reperiuntur, & cõmemorat Plinius quod Cato fuit quater & quadragies accusatus de diuersis delictis capitalibus, & tamẽ semper fuit

36 repertus innocens. Quæro † iuxta hæc si approbata gratia per Senatum, posteà appareat de subreptione, an liceat recedere ab ea. si posteà iterum quærere an fuerit subreptitia in alijs sententijs Senatus, non licet. Nec fiscus etiam potest petere restitutionem in integrum. l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæst. & l. diui fratres ff. de pœ. & ita declaratur. l. vnica. C de senten. aduer. fis. lat. lib. 10. & ibi per Odofr. Et ꝙ non liceat appellare, imò nec petere vt res amplius cognoscatur, adest ordo in erectione Senatus, & de iure ꝙ nõ liceat appellare, est tex. in l j. ff. qui. appel. non lice. & ideo non video quare hoc idẽ non sit di-

sit dicendum in his ordinibus quæ continent gratiam esse approbãdam, maximè quia fiunt considerate eo qui gratiã obtinuit, cõstituto, & data gratia fisco, ac vni Senatori, quia omnia videnda vident, & demum in pleno Senatu referunt, & tũc Senatus debita inuestigatione habita, datisq; suffragijs iudicat, & cum approbatio ad alium finem non fiat nisi vt videatur, an sit subreptitia, & an casus sit remissibilis, & cum semper hoc à Senatu facta fuerit ordinatio, vlterius non potest quæri. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Est verum, ꝙ si in approbatione interuenisset dolus, perpetuò posset fiscus petere sibi succurri, sicut & quilibet alius priuatus. gl. i l. diuus. & ibi Alex. & Ias. in fi. ff. de re iud. Item si interuenisset præuaricatio in aduocato, posset etiam fiscus infra quatuor annos petere remedium via restitutionis in integrum, vt habetur in d. l. diuus. & in d. l. vnica. in gl. & per Bar. & oẽs. C. de sentẽ. aduer. fis. latis. lib. 10. Si etiam sententia fuisset Venalis, quod non est præsumendum, tunc fuisset nulla. l. venales. C. quando prouo. non est necess. & similiter si ordo datus per Senatum, in approbatione non fuisset seruatus. l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iud. posset quoque fiscus insurgere, si fuisset approbata prętextu falsæ pacis vel instrumentorum, siue testium falsorũ, iuxta tit. C. si ex fals. instru. Cessantibus istis, & his quibus regulariter potest esse succursum aduersus rem iudicatam, nullũ superest remediũ.

37 Ante † verò approbationem vbi etiam non fuisset necessaria, subreptio reddit gratiam nullam, & hoc adeò, vt is, qui habuit gratiam, possit impunè occidi. Alex. consi. 114. vol. j. & dixi suprà in materia bannitorum, sed post approbationẽ procedunt prædicta. Et hic casus semel contigit in comite Francisco Maria Taurello, qui occiderat patruum, & reperiebatur defectus citationis illius, qui fecerat pacem, & extabat ordo Regis eo tpe, vt citãdus esset, qui pacem dicebatur fecisse, nunquam tamen fuit res decisa, quod sciam, nisi dicamus ꝙ Deus Opti. Maxi. eam terminauerit, ex quo ipse etiam occisus fuit, iuxta illud, Homicida quod fe-

38 cit expectet. Non omitto tamen, † ꝙ si gratia concessa fuisset rebelli, & de rebellione damnato, principe hoc ignorante, & pariter fuisset approbata à Senatu, qui & ipse ignoraret hoc impedimentum, tũc non deberet haberi ratio gratiæ, etiã superueniente gratia generali rebellibus, quia tempore concessionis fuisset collatio nulla, iuxta dicta per Bar. circa pœnas rebellium in verbo, rebellando. in extrauag. qui sint rebel. & ad hoc vide Fel. in d. c. postulasti. de rescript. colũ. 3. in ver. vbi supra. Et quod dico de hac qualitate, dico de omni alia, quę debuisset exprimi extra ipsum delictum, putà, ꝙ obtinuerit gratiam alterius delicti. Nam qualitates delicti debent exprimi, & in hoc uersatur cognitio Senatus, extra illud non, & ideo quoties reperitur subreptitia extra delictum, pro quo gratia impetratur, de illa subreptione fieri debet fundamentũ. atq; ita declaro hanc notabilem quæstionem quæ nunc detinet Senatum in maxima ambiguitate. Et ad qualitatem rebellionis non expressam, addo quòd si fuisset expressa, princeps non concessisset, quia

39 † debet esse mitis erga subditos fideles, non rebelles & hostes. Bal. in tit. de pace Const. in j. colum. Adde etiam prædictis,

40 † quòd secundũ priuilegium tollit oẽm subreptionẽ. Iaso. in l. dãnosa. C. de prec. Imp. offe. vsquequo autem possit opponi subreptio, vide per Ab. i c. ad audiẽ. col. fi. de rescript. Dixi suprà, quòd sm laudabilem morem huius dominij non concedi-

41 tur gratia sine pace. Addo, † quòd nec etiam cum pace debet indistinctè concedi omnibus, sed adhibita cognitione, putà, quãdo quis commisit homicidium, an sit solitus occidere, & an in rixa, vel ex proposito illud fecerit, nec omnibus eadẽ gratia indifferenter est concedenda. cap. per venerabilem. & ibi Abb. not. in 3. col. qui fil. sint leg. Alioquin vbi vnũ homicidium committitur, decem fierent, Si enim parcitur malo, fit nocumẽtũ bono. §. homicida. in Auth. de man. princ & regulariter non debẽt crimina indulgẽtia subleuari. l. si apparitor. C. de cohor. libr. 12. Fateor quidem, quòd possunt, vt dixi, sed tamen non conuenit, & in hoc domi-

42 nio † est monstrosum videre gratiam cõcessam homicidę animo deliberato, & testibus

stibus falsis ad offensam in causa capitali. Eadem ratione etsi princeps concederet, Senatus non approbaret, Est verũ, quòd nec exequeretur sententiam, sed illum dimitteret extra carcerem, & restitueret pristinæ libertati, quia nemo debet decipi authoritate publicæ scripturę. l. j. C. de his, qui veniã ætatis impetra. & si ex processu potius appareret homicidium animo deliberato factum fuisse, quàm aliter, non tamen clarè constaret, & impetrans narrasset se non animo deliberato illud fecisse, posset torqueri ad veritatem inueniendam sine ipsius iniuria, nisi per alias probationes vellet ostendere, quæ narrasset vera esse. Et ad hunc finem ordo vult,
43 † vt impetrans gratiam se constituat, vt si quandoque reperietur subreptitia, posset sententia executioni demãdari, & ita vidi sæpe fieri, & Senatus noster non concedit gratias, sed princeps ipse, licet ante sententiam Senatus ex ordinibus possit tam pro iustitia quàm pro æquitate & de
44 core principis prouidere. Et ideo si † cognoscit, dum sibi causę ipsæ criminales referuntur, prout fit ante sententiam, quòd quamuis subtilitate iuris quis mereatur condẽnari, vel absolui, nihilominus æquitas non etiam scripta exigat contrarium, absoluit, mitigat, mandat non procedi, vel econtrà, sicuti sibi magis conuenire uidetur. Et hæc clara sunt, quando militat æquitas scripta, secundum quã etiã iudices inferiores possunt apponere manũ, iuxta tex. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. & not. per Fel. in c. qualiter, *el secondo*. §. ad corrigendum. de accusa. & latè dicta suprà in tit. de senten. & dicta per Dec. in regula, ferè. ff. de regu. iur.. Sed loquor etiam militante æquitate non scripta, ſm quã Senatus quotidie iudicat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & bene, quia aliter non esset differentia inter iudices inferiores, & Senatũ, & ideo iuxta sententiam Theologorum
45 † melius est regi à iusto Rege, quàm lege scripta, quia rex iustus in singulis causis iudicat ſm æquitatẽ, quæ sibi videtur, de qua Bar. in l. præsenti. i prin. C. de his qui ad eccl. cõfug. Hinc Plato formauit rempublicã absq; lege scripta, sed quæ re
46 geretur à viris prudẽtibus, facere † tamen debet Senatus supradicta magis via iustitiæ, quàm gratię. Hinc ordo ipse dicit ꝙ possit quocunque in casu prouidere, & gratias reseruat soli principi. Non
47 omitto tamẽ † ꝙ etsi habita pace regulariter cõcedatur gratia à principibus nostris, tamẽ gratiã impetrãtes pro homicidio iubentur in approbatione gratiæ à Senatu exulare per annum à die homicidij patrati, nõ dico sniæ, si id nõ cõtineaẽ in gratia & hoc in aliquã pœnã homicidij, & quia esset res admodũ turpis, ut homicida sanguine adhuc calescente deberet ambulare ĩ populo, maximè ante cõspectũ offensorũ, facit. l. cũ suprà virẽtes. C. de re mil. lib. 12. Vidi tñ indulgeri in approbatione gratiæ per Senatũ, qñ annus est quasi in fi. ex causa tñ, qñ homicidiũ fuit absq; magno dolo, nõ tñ patẽti scri-
48 ptura, sed tolerãdo. Item non omitto, † quòd etsi prĩceps noster nõ soleat cõcedere gratias homicidij cogitati, tñ ex cã rẽpublicã cõcernẽte vidi cõcedi. facit l. si hoĩem. ff. mãda. Nã anno 1521. exercitu Ducis existente vltra flumẽ Abduæ pro recuperatione huius dñij cũ transire non auderet, Gallis resistẽtibus, & in hoc tota victoria cõsisteret, fuere aliqui, q omni timore abiecto trasfretarũt. & inde vniuersus exercitus sequutus est, illis Dux cõcessit gratiã etiã pro talibus homicidijs, habita tñ pace, & hoc etiã eadem ratione fecit obsessis in castro Portæ Io-
49 uis cum ipso Duce. Licet † tñ nõ soleat princeps cõcedeẽ gratias pro homicidio cogitato, tñ pro vulneribus præparato animo illatis facere solet, cũ pace tñ semper. Est verũ, ꝙ vbi in approbatione uidetur apertus animus deliberatus, Senatus etsi approbat, id tamẽ facit addita aliquã
50 pœna vel exilij ad tempus, vel pecuniaria. Vidi † etiã gratias cõcessas ad sedandum vnum populũ, licet homicidia meditata & præparata fuissent. An feudatarij
51 † huius dñij Mediolani possint gratiam cõcedere suis subditis? Dic nõ posse, nisi quo ad bona, & pœnam, quæ eis applicãtur. Bal. ĩ l. relegati. ff. de pœ. per illũ tex. Salic. in l. cũ indulgẽtia. C. de sen. pas. Iacob. de sancto Georgio in tract. feu. ĩ 17. specialitate principis, in 5. char. & in glo. cũ mœro & mixto imperio & oĩmoda iurisdi-

risdictione. col. 2. Bald. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publ. vbi dicit, quod tamē Barones seruāt contrariū, & ita etiā cauetur in ordinibus huius dñij, & tēpore Regis, quo adhuc ordines non erāt ędīti, vidi suspēdi quēdam subditū feudatarij cū gratia collo annexa, & uide in hoc articulo ad idē omnino Bar. in l. acta. § ampliāda. & ibi alios
52 ff. de re iudi. Posset tamen † tāta vis esse inuestiturae, ut ēt permitteretur feudatarijs omnis gratia, & fortè dicā infrà in tit. de regal. Scias etiam quod propter multitudinē delinquentiū priceps facilius remittit, Mart. in tract. de princi. in tit. de prin.
53 cōclusione 112. An † si in publicatione in hoc dominio cōpraehendantur bona alterius territorij, iuxta not. per Bar. ī l. cunctos populos. ad fi. C. de sum. trini. possit princeps huius dominij cōcedere gratiā quo ad bona alterius dominij? Credo nō posse, quia debet remittere suas pœnas non alienas, per praedicta. Et satis decidit
54 hoc Anch. cōsi. 160. Ad hoc † vt valeat gratia, nō requiritur scriptura, sed tātū vt probetur. Bal. in l. si qua per calūniā. in fi. C. de epis. & cler. & in l. humanū. C. de legi. gl. & Gemi. ī c. per. de rescript. i 6. Ad idē Bal. in l. fi. C. sen. resc. nō pos. i gratia
55 tamen principis, † qua in affectu nemo potitur, nisi illā ostendere possit scriptā, & absolutā omni ex parte, videtur quòd etiam requiratur scriptura, quia videtur fieri illo actu, vt inde conficiatur scriptura, sm Bald. ī c. j. ī. 2. col. per quos fiat inuestit. Gem. ī proœ. Sexti. & Afflic. in decision. suis 243. circa fi. ubi etiā allegat Fel.
56 in rubr. de cōstit. Quando † quis ante sniam nondum facto processu impetrat gratiam homicidij, tanquam fuerit in rixa, licet praesumatur minus delictum, & sic non animo deliberato factum. l. merito. ff. pro. soc. & dixi suprà in tit. de homicid. tamen non est talis gratia approbāda, nisi prius ad instantiam fisci examinētur examinādi super homicidio & eius qualitate, & tunc in dubio est praesumendum, vt dixi, minus delictum, aliàs stamus certo. l. continuus. in prin. ff. de verb. obliga. Est verū, quòd cū fisco incūbat hoc onus regulariter. d. l. merito. illi prodest, vt uides, & ita feci saepe seruari, An † autem
57 iudex teneatur seruare impunitatem datam

tam rea, si fateretur, dixi suprà in materia torturę, in 9. q. prin. tit. de confes. per
58 tort. De securitatibus † an possint concedi per iudicē, quia de principe non est difficultas, quòd ab ipso possunt concedi. l. relegati. ff. de pœ. vide Salic. in l. cū indulgētia. C. de senten. pas. vbi distinguit, quod si est bannitus, non pōt iudex, aliàs pōt pro veritate habenda, & dixi suprà in tit.
59 de citat. circa fi. & in tit. de captura. Et † an possit concedi per principem vsq; ad centum annos securitas, in casu, in quo non posset fieri gratia, vide Nel. in 3. par.
60 2. tēp. q. 19. Et scias, † quòd Senatus passim cōcedit inquisitis pro aliquo delicto, uel aliter vocatis occasione alicuius delicti securitatem pro alijs delictis, non autē qñ vocati non sunt, sed spontè se offerūt, vt quādo volunt se cōstituere pro aliqua gratia approbanda, iuxta dicta suprà, vel se cōstituere uolunt admissi ad nouas defensiones, iuxta. l. j ff. de req. reis. ad quā
61 distīctionē facit reg. quòd † magis succurritur faciēti actum ex necessitate, quàm ex volūtate. l. rem legatam. ff. de adi. leg.
62 Adde etiam † circa materiā securitatis Claud. in tract. clausul. in clausula, nihil nouari securitate pendente. vbi latissimè Signor. consi. 102. & 103. Bal. consi. 400. ī j. Ias. in l. j. col. 3. prope fi. qui satisd. cog. Et in materia securitatis nūc pendet no-
63 tabilis qō, Factae † sunt induciae usq; ad annos decē inter Cęsarē & Galliarū regē, per quas subditi Caesaris ēt de rebellione dānati possunt securè in patria commorari, franguntur hae induciae, & rebelles recedūt, vnus autē repertus est, antequàm frāgerētur, in carceribus Mediolani pro delicto, quod durantibus inducijs domi cōmiserat, ita vt non potuerit recedere, quaeritur an posit puniri, & an exequenda sit snia, quae de rebellione fuerat ante inducias contra eum pronūtiata? Et pro intelligentia decisionis est sciēdum, quod qui habet securitatē donec aliquid duret, etiam illā habet eo amplius non durāte per tantum temporis spatium, quo securè possit recedere, & nisi ita esset, non diceretur habere securitatem, durante
64 re illa, & appellatur hoc vulgo † tempus contra banni, Ita Bartol. in l. vtimur. ff. de sepul. viol. & in l. fin. C. de dign lib.

lib. 12. & probatur in c. fi. de treuga & pa
ce. & ibi latè ponit Fel. in princ. & in cap.
ego enim. de iureiuran. col. 4 in fi. & seq.
& Bar. i l j. C. de nauicular. lib. 11. & ideo
videtur hunc, de quo agimus, nõ esse mo
lestandum, donec ipso in libertate posito
non labatur tantum tempus, vt possit re-
cedere. In contrarium facit, quòd vide-
tur iustè positus in carceribus ex suo de-
65 licto, & ideo † carcer non debet eum ex-
cusare, iuxta tex cum glo. in l. 3. §. fi. ff. si
quis cautio. Et propterea ego sentio, q̃ si
apparebit (quia adhuc non est absolu-
tus processus) eum non deliquisse, dimit
tendus sit, ut dixi, aliàs non, nam quo ad
hoc dicetur iniustè detentus, si non deli-
quit, quamuis præcedentibus legitimis
indicijs captus esset, ut per Alberic. in d.
66 §. fi. Et † an securitas data simpliciter in-
telligatur etiam data respectu maleficio-
rum, an solùm respectu ciuilium debito-
rum, vide Barto. consi. 169. Ias. in l. quo-
ties. C. de preci. Imp. offer. & Bal. in d. cõ
67 sil. 400. Si fuit † cõcessa securitas Titio
cũ equis decẽ, & totidem personis, & re
bus suis, si mittatur vxor cũ rebus, an se-
curitas ei prosit, quãuis ipse nõ sit cũ vxo
re vel reb⁹; Bal. tenet prodesse. j. vol. cõs.
68 409. Securitas data † nõ obstãtibus deli
ctis respiciẽtibus statũ, & honorẽ princi-
pis, & nõ obstãte aliquo bãno vel cõdẽ-
natione, an trahatur ad crimina, de qui-
bus nõ erat cognitũ, vide Bal. i d. cõs. 409.
69 vbi notabiliter, Securitas † data ꝑ prin
cipẽ debet seruari, ẽt si verba possent va
rio modo interpretari, vt p Bal. i d. cõsil.
70 400. Securitas † data ꝑ maioribus crimi
nibus ẽt extẽdit ad minora, & verba co-
pulatiuè ꝑlata capiunt ẽt pro disiũctis in
71 hãc materia Bald. ibidẽ, Et si quis † re-
nũciet securitati tã impetratæ, quàm im-
petrãdæ, an valeat renũtiatio, vide Corn.
consi. 45. in j. vol.

Tit. de Pace.

SVMMÆ.

1 *Gratia non minus dicitur subreptitia si facta sit sine pace, quæ requiritur ex consuetudine, quàm si de iure requireretur.*

2 *Pax est finis siue sedatio discordiæ.*

3 *Concordia non venit appellatione pacis, & quare.*

4 *Pax interdum induciæ appellantur.*

5 *Induciæ sunt securitas personis & rebus ad tempus præstita, discordia nondum finita.*

6 *Subpitus Cæsaris tractans de præstando auxilio hosti, durantibus inducijs, incidit in l. primam, ad leg. Iul. maiestatis.*

7 *Pax quid sit, & quotuplex, & qui sint eius effectus, & multa de pace.*

8 *Pax ita haberi debet à fœmina sicut à mare.*

9 *Pax interueniens non impedit quominus possit agi ad vindictam, & pro interesse fisci.*

10 *Pacem faciens, item iniuriam remittens, non intelligitur remittere damna.*

11 *Confessio peccatorum non facit, vt intelligatur facta remissio iniuriæ.*

12 *Pax facta de vulnere, si sequatur mors, an prosit?*

13 *Pax facta ab offenso, qui posteà moritur, non valet.*

14 *Iniuriæ remissio à tutore pupilli vel curatore facta valet, & quotidie dantur curatores ad tales actus.*

15 *Pax quando ab hæredibus requiritur, & defunctus non habet hæredem, quid fiat.*

16 *Iniuria facta filio potest per patrem remitti, etiam filio inuito.*

17 *Iniuriæ remissio facta ciui, clerico, vel famulo, an spectet ecclesiæ, ciuitati, vel domino, an vero sibi?*

18 *Iniuria facta monacho debet remitti per monasterium, non per proximiores monachi.*

19 *Iniuriam factam monacho an possit prælatus remittere sine capitulo?*

20 *Pax & iniuriæ remissio non potest fieri absenti, nisi interueniat nuntius, epistola, vel notarius, vel persona publica, quæ stipuletur nomine absentis, & quid quando facta est sacerdoti tantùm.*

21 *Pax hab ita à proprijs filijs, quando pater occidit vxorem, an prosit, licet non habeatur pax à filijs occisæ natis ex priore matrimonio?*

22 *Pax habita à maiori parte hæredum sufficit, & an si sint extranei, excludant sanguine coniunctos?*

23 *Pax inducit indicium ad torturam contra reum.*

24 *Pax debet fieri à monasterio, quando filius occisi post mortem patris ingressus est monasterium capax successionis.*

25 *Iniuria facta monacho, videtur facta monasterio.*

Pax

26 *Pax habenda à Papa, quando rapta fuit monialis.*

27 *Pax facta ab aliquibus offensis cum promissione rati pro alijs, & præsentata in termino statuto à decreto Mediolani, quod tollit delicta, si certo termino præsentetur, si sequatur ratificatio post terminum, non prodest, & quo casu prosit.*

28 *Absolutio in foro pœnitentiali facta pro blasphemia operatur pacem, vt sibi remittatur.*

29 *Pacis materia vbi tractetur.*

30 *Iudex non debet inuigilare, vt ciues concordes reddat, quando facta fuit rixa, sed debet eos punire.*

31 *Mulier tutrix sine cõsensu propinquorum, an possit pacem facere pro pupillo?*



IXI quòd secundum cõsuetudinem huius patriæ, & obseruãtiam in gratia,
1 requiritur pax, & ideo † non minus sine dicitur obreptitia, quàm si iure requireretur, quando gratiam concederet simpliciter non existente pace. Bald. in l. quod fauore. col. 2. C. de legib. Fel. in c. 2. in uer. stylus curiæ. extrà, de rescript. Propterea non ab re fuerit de pace aliqua pertractare, neque solũ propter prædicta, sed etiam propter gratias, & remissiones delictorum, quas faciunt sæde statuta, vt hic Mediolani in furtis & insulti-
2 bus etiam cum vulnere. Et primò scias, † ꝙ pax est discordiæ finis. Hosti. in sum. de treuga & pace. in prin. siue sedatio discordiæ, vt per Alex. in l. de fideicommis-
3 so. C. de transact. vbi tamẽ vult, quòd † concordia, quæ simili modo est sedatio discordiæ, non veniat appellatione pacis, quia pax denotat perpetuam remissionẽ, concordia etiam potest esse ad tempus, & propterea statutum de pace nõ habet locum in concordia, vt per eum, & ita vides, quòd Hosti. locutus est optimè, dum dixit, quòd est finis discordiæ. Addit ta-
4 men, † quòd pax etiam interdum induciæ appellantur. Et aduerte, dum ponit, quid
5 sint induciæ, dicens † esse securitatẽ personis & rebus ad tempus præstitã discordia nondum finita, quia infertur ad quæstionem, quæ nunc viget, Nam arguũtur
6 subditi Cęsaris, † quòd debuerit tractasse nescio quid contra Cęsarem, cum rege Francorum, cum quo bello acerrimo existente secutæ erant induciæ, quæ durabant tempore tractatus, & per eos dicitur, quod facinus consistebat in eundo ad seruitia Regis, cum quo erat concordia, & cessabat bellum, & ita non sumus in casu l. j. & 2. ff. ad leg. Iul. ma. quod dederimus vel tractauerimus dare auxiliũ hosti. Infertur enim ex ea diffinitione induciarum, ꝙ imò rex erat hostis, & quidem propriè, licet esset suspẽsa offensio. Et licet durantibus inducijs non potuissent lædere Cæsarem, potuissent ipsis finitis. Vnde quærant aliud fundamentum, & multa pulchra de pace & concordia, vide per Rom. consi. vlt. col. 6. post med. & duabus sequentibus. & Alberic. in dictionario in verbo, pax. Firmian. & Brixien. i ver. pax. Addo de materia inter pacem & concordiam Bald. Angel. & communiter
7 Doctores in l. j. ff. de pact. Et † quid sit pax, & quotuplex, & qui sint eiꝰ effectus, vide Bal. in d. l. j. in fi. & plenius in titu. de pace Constan. in fi. & plenius Rom. in d.
8 consi. vlt. Scias enim, † ꝙ à fœmina ita debet haberi pax, sicut à mare, secundum veram opinionẽ in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. per Fel. in c. cũ oporteat. colũ. v. de
9 accusa. Pace † interueniente de iure potest nihilominus agi ad vindictam publicam, & pro interesse fisci. Bar. in l. j. §. vsq; adeò. ff. de iniur. Fel. in c. nulli. col. 2. uers. item inquantum. de accus. & not. in l. trã-
10 sigere. C. de transactionibus. Quia † ẽt pax fit tacitè, id est, remissio iniuriæ. Si vis videre modos, vide Iaso. in d. l. j. colũ. 3. ff. de pact. & ibi habes, ꝙ tamen non intelligitur remittere damna remittens in-
11 iuriam. Et † an per confessionem peccatorum intelligatur facta iniuriæ remissio, vide Bar. & Iaso. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. Et qui recipit satisfactionem, an videatur remittere, dixi suprà in titu. de
12 partu supposito. in fin. Quãdo † fit pax pro vulnere, si posteà sequatur mors, an prosit, vide Barto. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infecto. & ibi etiã Barto. di-
13 cit † pacem factam ab offenso, qui posteà moritur, non valere, & ita seruat Senatus

natus noster, & Roman. in d. §. Cato. dicit quod opinio Bar. est communis, contrarium tenet Nell. in tract. bannit. in 3. par. 2. temp. quæst 41. vide Crot. & Mod.
14 in d. §. Cato. An possit † tutor vel curator remittere iniuriam factam patri pupilli, vel ipsi pupillo? Doctores in l. pactum curatoris. C. de pac. tenen. posse, nisi in casu vt ibi per Ias. & ita quotidie obseruatur, imò dantur curatores speciales ad hūc actum, & valent paces. & vide etiam Bal. omnino in l. j. C. de in integ restitut. min. vbi ponit quid in pupillo cum authoritate iudicis, & quid in adulto, & ibi habes quòd et pupillus, qñ habet tutorē, debet
15 interuenire. Quid † qñ requiritur pax hæredis, & non habet hæredē? Vide Nel. in tract. bannitor. vbi suprà, quæst. 40 An
16 † pater possit remittere iniuriam filij, eo inuito? Dic posse, sed fallit in certis casibus. Ias. in l. quædā in prin. ff de pact.
17 quam legit cum l. præcedenti. Si † fiat iniuria clerico, ciui, vel famulo, an sibi spectet remissio, an ecclesiæ, ciuitati, vel domino distinguitur, an fiat in iniuriam domini, vel ciuitatis, vel ecclesię, an verò ipsius, vt per Bar. in l. j §. idē ait ff. de iniur. vide Marti. in tract. de princ. in j. rub. conclu. 364. Fel. in c. licet causam. de probat. col. 8. in vlt. not. Aret. in c. illa presbytero
18 rum. col. 3. de accu. Et si fiat † monacho, vtrum sibi an monasterio spectet vel proximioribus? Dic spectare monasterio. gl. in c. parochianos. de sen. excom. quę dicit secus in ecclesia seculari, & sequitur ibi
19 Abb. Et † an solus prælatus sine capitulo possit, vide glo. & Doct. in ca. contigit interdum de sent. excom. & Aret. in cōsi. 138. circa fi. Feder. consi 119. & cōsi. 120. & Aegid Bellamera decis. 401. & ibi habes quid de monacho facto priore, pax
20 † non est adeò fauorabilis, vt possit fieri absenti. ff. de donat. & l qui absenti. ff. de acqui poss. imò debet interuenire nūcius, vel epistola, vel notarius, vel alia persona publica, quæ stipuletur nomine absentis. Anton. de Butr. in cap. fin. in 7. col. de confes. per Alex. in l. non solùm. §. iniuriarum actio. ff. de iniur. Tamen in cōtrarium videtur esse alia conclusio, quæ habet, quòd remissio facta sacerdoti valet quo ad remissionē iniurię & actionis iniuriarum, nedum quo ad animi offensionē qñ apparet ita voluisse remittentem, vt per Ias. in d. l. si tibi. § quędam. ff de pact. & ita videtur velle Bart. et quòd in testamento absque aliis verbis testator remittat iniuriam, in d. §. iniuriarum, vt valeat et sine præsentia partis, difficultas pendet à glo. in d. §. fi. Instit. de iniur. vbi primò vult, quòd non requiratur præsentia partis. posteà in ver. item econtra. dicit quòd requiritur partis præsentia, nec potest habere alium intellectū, nisi quòd loquatur in foro pœnitentiali, in primo casu, in secundo autem in foro iudiciali. Et est rationi consentanea distinctio, quam tenet Aret. vbi omnino vide in l. pro hærede. §. fi. ff de acqu. hæred. vbi tamen distinguit, nisi esset facta sacerdoti in foro pœnitentiæ, quia dicitur persona publica, sicut si esset notarius, & ita teneo, & est ex mente magis communiter Doct. intelligēdo qñ apparet ex verbis, quòd etiam remittit iniuriam, nedum animi offensionem. Et nota hæc quia sæpe video in testamentis fieri remissiones, nam nō valent nisi cum pręsentia partis, vel notario stipulāte nomine absentis etiā circūscripta opinione Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. ꝙ remissio offensi posteà mortui non va-
21 let. Quādo † vxor occiditur à viro, quæ habet filios ex eo, & ex alio matrimonio, tamen plures sunt ex homicida, qui omnes fecerunt pacem, an sufficiat? Videtur sufficere, quia satis est habere pacē à maiori parte hæredum. Bart. & communiter Doctores in l. 4. §. Cato. ff de verb. oblig. & maximè hoc procedere videtur, si ex primo matrimonio extat fœmina, ex secūdo autem mares, iuxta not. per Aret. post Ang. in d l. pro hærede. §. fin. & per Barb. in apostillis ad Bal. in c j § hoc autem notandum. quem legit cum §. & quia videmus qui feud. da. poss. in gl. in verbo, pertineat. Dubito de hac decisione. Et est aduertendum tam in hoc casu, quàm si etiā solùm superessent filij ex vtroque, an pacem viderentur fecisse timore, ob debitā reuerentiam orto, iuxta l j §. quæ onerādæ. ff quarum rer. actio nō datur. & not. Felin. in cap. nónne. col. fin. de præsumptio. Et nunc in Senatu est hæc quæstio de facto, & Senatus reddit se multùm dif-

ficilem in admittenda tali pace habita à filiis propriis. Cessaret tamen omnis difficultas, si propinquiores matri occisæ cōsensissent remissioni dictorum filiorum.

22 Dixi ꝙ si sunt † plures hæredes, maior pars sufficit, de quo vide Bart. & Doct. in d. §. Cato. & in d.l. pro hærede. §. fin. vbi etiam habes, an si sint extranei, excludāt

23 sanguine coniunctos. Ex pace † oritur indicium ad torturam contra reū. Bald. in tit. de pace iur. firm. §. iniuria. col. 6. versi. item quæsiit. de quo dixi suprà in materia torturæ i tit. de indic. & cōsideration. & c.

24 Quæro, † si filius occisi ingreditur religionem ad succedendum capacem, iuxta Auth. ingressi, & Auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. an dicatur succedere in iure vindictæ patris, ita vt ad monasteriū spectet facere pacem, videtur non pertinere, quia pax non est quid hæreditariū, sed quid separatum, secundnm Bart. in d. l. damni. §. Sabini. ff de dam. infe. & in l. filius qui patri. circa fin ff. de vulg. & pup. & in l. pro hærede. §. fin. vbi omnes ff. de acquir. hæred. Item hoc ius non pertinet nisi ad vindictam sanguinis, quę non videtur honesta monasterio, glo. in c. fraternitas. 12. q. 2. Præterea facit quòd monasterium non habetur loco hæredis nec filij, nisi in casibus à iure expresis, vt habetur in ca. in præsentia, de probatio. vt ibi per

25 Dec. char. 36. col. 1. Fateor quòd † si fiat monacho, postquàm ingressus fuerit religionem, tunc videtur aliter dicendū, quia iniuria videtur fieri monasterio, iuxta gl. in c. parochianos. de senten. excōm. & dicta suprà in versi. & si fiat monacho, maximè quando non adest filius monachi, iuxta notata latè per Dec. vbi suprà, charta allegata, col. 4. vbi vide, quo in casu res patet, vt ibi. Sed si iniuria illata sit, antequàm efficeretur monachus, nec iniuria facta dicitur monasterio, vt vides, nec trāsit cum hæreditate, quia non est quid hæreditarium, nec etiam in eo monacho remanet, qui est mundo mortuus. l. Deo nobis. C. de episc. & cler. Sed aduerte, quia non concurrente filio offensi, etiam qñ iniuria facta est antè, videtur monasteriū succedere, quia tunc non fit difficultas in d. § fin. in d. l. pro hærede. quin pertineat pax hæredibus extraneis, vide ibi Docto res, maximè Aretin. col. 1. Non obstat ꝙ non habeatur loco hęredis, nisi in casibus expresis, quia satis est expressum, dū lex vult, vt succedat in omnibus bonis & iuribus. Nec obstat, quòd non sit honestū, sicuti dixi, per ea quæ not. in cap. sententiam sanguinis. ne cler. vel mona. & in d. cap. fraternitas. Est tamen aduertēdum,

26 † an monasterium succedat quo ad omnia, an verò quo ad partem. Addo etiam,

27 † quòd si fieret raptus monialis, pax esset contrahenda cum Papa, quia principaliter Deus est offensus. Ita not. Bald. per illum tex. in l. vnica in 2. notab. C. de rap. vir. Si habetur pax ab aliquibus ex offensis, & non ab omnibus, tamē adsit promissio rati quo ad alios, & præsentetur in termino statuto à decreto disponēte vt pax tollat delicta, dummodo in certo termino præsentetur, deinde sequatur ratificatio post terminum, an dicta pax prosit, & an simus in casu decreti. Bal. dicit, quòd sumus in ca. cùm inter. *el primo.* de elect. & in l. proficisci. §. potest. ff. de offi. procon. & lega. Senatus tamen noster non admisit tales ratificationes in gratia generali concessa ob aduentum Ducissæ, & fortè non immeritò, quia contrarium tenet idē Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. circa fi. versi. 6. quęro. de adopt. & sequitur Deci. in l. contractus. de reg. iur. col. 5. & facit l. bonorum. ff. rem rat. hab. & quod determinat Bart in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adul. dicens, quòd si erat facta pax etiā nomine aliorum, apposita pœna contrauenienti, deinde vnus offendatur ante factam per eum ratificationem, licet posteà sequatur, non tamen habet locum pœna d. l. bonorum. Sequitur Alex. in l. quod meo. in prin. col. 2. de acquir. poss. & ita feci seruari in causa cuiusdam Iudæi. Adde

28 quoque, † quòd absolutio facta in foro pœnitentiali ratione blasphemiæ operatur pacem, vt pœna sibi remittatur, quia offenditur Deus duntaxat. Deci. consil.

29 137. col. 2. volum. j. Alia † in materia pacis vide per Nel. in tract. bannit. in 3. par. 2. temporis, vbi format circa pacē 23. siue 24. quæst. & per Ang. Aret. in glo. compa rēt dicti inquisiti in termino defensionis.

30 vbi latissimè. Non omitto, quòd † iudex nō debet elaborare facta rixa inter ciues,

vt

vt eos concordes reddat, sed debet eos castigare, nisi adsit timor, ne ex ea rixa perturbatio reipublicę sequatur, vt latissimè per Felin. in rubrica extrà, de treu. & pa. Dixi quòd tutor potest remittere iniu-
31 riam pupilli. Modò quæro, † si fœmina vt tutrix, an stante statuto, quòd mulier non possit se obligare sine consensu propinquorum, requiratur etiam talis cõsensus? Dic non requiri, quia ipsa nõ se obligat. Alex. in l. quæsitum ff. de in ius voc. Et ideo aliud esset, vbi ageretur ad præiudicium mulieris, vt ibi per Alex. nisi in hoc vltimo in ipsa datione tutelæ interuenisset. & ita intelligo obseruari in hac ciuitate. Est verum, q in hoc esset recurrẽdum ad distinctionem Ias. in l. j. §. item acquirimus. ff. de acqu. posses. col. 2.

Titu. de Restitutionibus, quæ fiunt à principibus finito bello ob pacem inter ipsos factam.

SVMMAE.

1 *Restitutiones, quæ fiunt per principes finito bello, dum bannitos vtrinque restituunt ad bona, famam, & honores, ita concipiendæ sunt, vt contineant omnia, quæ sunt è voluntate principum.*

2 *Restitutiones, quæ fiunt à principibus finito bello, in dubio prosunt non tantùm rebellibus viuis, verùm etiam defunctis, quo ad hoc vt eorum testamenta valeant, & filijs restituatur bona, licet melius sit verba restitutionis clara ponere.*

3 *Hæres rebellis mortui post capitula restitutionis per principem bello finito facta restitui debet.*

4 *Restitutio rebellis vt trahatur etiam ad rescissionem gestorum per filios medio tempore quomodo concipi debeant verba.*

5 *Pax omnia restituit quæ abstulit bellum.*

6 *Bona rebellium tempore rebellionis alijs concessa facta pace sunt restituenda primis dominis.*

7 *Sententiæ contra rebellem occasione rebellionis latæ facta pace rescinduntur.*

8 *Bona rebellis etiam quæ Imperio spectarent, & tempore belli acquisita fuerint per priuilegium, vel contractum à principe, restituuntur secuta pace, si ita dicent capitula, aliàs in dubio secus.*

9 *Rebellium bona donata à principe alicui facta pace semper restituta fuerunt rebelli.*

10 *Sentẽtia rebellionis, & etiam aliæ eo tempore latæ occasione mutui, vel depositi, vel vbi bona fuerunt pœnes fiscum stantibus ipsis damnatis de rebellione quomodo rescindantur facta pace.*

11 *Capitula facta Bononiæ inter Cæsarem & Ducem Mediolani rescindebãt sentẽtias & processus secutos occasione rebellionis.*

12 *Sententia inter extorres & existentes domi ex compromisso inter eos facto lata quomodo valeat.*

13 *Fictio postliminij restituit quæcunque captiuitas abstulit.*

14 *Restitutio facta per illa verba, Restituãtur ad bona sua, intelligetur etiam quo ad detentationem ex natura rei.*

15 *Restitutio ad bona, quæ quis amiserat, vel quibus fuerat spoliatus, non trahitur ad bona non acquisita, eò quia incapax esset virtute cõdemnationis.*

16 *Deiectus cum armis quando quis dicatur.*

17 *Fructus percepti ante capitula pacis nõ solùm ex bonis alienatis, sed etiam ex nõ alienatis non restituuntur extorribus restitutis.*

18 *Fructus à die capitulorum citrà percepti restituẽdi sunt extorribus restitutis, si capitula dicãt, Ipso iure sint restituti, secus si dirigãtur iudicibus, vt restituãt, quando sit restitutio ex gratia, licet Senatus Mediolani aliter iusserit seruari ex mente principum.*

19 *Fructus post litem contestatam percepti, etiam quãdo verba capitulorum dirigũtur iudicibus sunt restituendi.*

20 *Pacis priuilegia, & conuentiones principum, & fœdera per quos tractentur.*



DECVRSIS in hac materia pacis his, q̃ pertinent ad restitutiones, siue gratias, quas in specie principes faciunt bannito vel condemnato, & in genere quãdoque omnibus bannitis vel condemnatis, Reuertor ad materiam, aliqua dicendo de

1 restitutionibus, quas † faciunt sæpe prin cipes finito bello, quia restituũt vtrinque bannitos & extorres ad eorum bona, famam, & honores, & dum moui plures dif ficultates suprà ex eis facilè potes intelligere quomodo uerba concipienda sint, ita vt ea omnia contineant, quæ sint è vo
2 luntate ipsorum principum. Et si vis † vt non tantùm restitutiones viuis prosint, sed etiam rebellibus iam defunctis, ita vt etiam eorum testamenta sortiantur effectum, clarifices adeò verba vt illud dicãt. Est verum, quòd sola ratio tranquillitatis reipublicæ, super qua fundantur fortè capitula, posset esse sufficiens ad hoc vt etiã ad mortuos se extenderent, tametsi verba hoc non disponerent, iuxta text. & ibi Bart in l. pater filium. §. fundum ff. de leg. 2. & per Abb. in cap. porrò. de priuileg. Nam si legitimis hæredibus, & maximè filiis essent sublata bona patris, Cui dubium, quòd animus eorũ remaneret perturbatus? Et hac ratione seruaui, vt fœdus Bononiense, quod loquebatur de extorribus, & rebellibus, etiam locum haberet in hæredibus. Quo verò ad hæredes
3 rebellium post capitula mortuorum, res est sine difficultate, quia remedium restituens etiam interdictum vnde vi trãsit in hæredes, vt per Socin. in l. rem, quæ no-
4 bis. ad si 2. char. ff. de acqu. poss. Et † si velis vt restituantur omnia etiam quo ad rescissionem gestorum per filios medio tempore, quod simplici restitutione non fit. .. fin. C. de senten. pass. & d. ca. j. in princ. hic finit lex Cor. & ibi Afflict. in 6 notab. col. 3. claram reddas rem ipsam, & in effectu facias quo ad hæc & alia, vt rebellio nullius vnquam fuerit momenti, & perinde sit, ac si orta non fuisset. Et aduerte
5 † quia videntur superflua talia capitula finito bello, ex quo pax omne illud restituit quod abstulit bellum. Et hac ratione dicit Bal. in titu de pace Constan. §. hoc,
6 quod not. quòd † si bona rebellium tempore rebellionis aliis sint concessa facta postmodum pace sunt reddenda primis dominis, ita dicit per illum tex. ibi, & hoc idem etiam asserit ponderando illum tex. in §. sententiæ quoque. vbi etiam vult,
7 † quòd sententiæ latè cõtra rebellem occasione rebellionis pace facta rescindantur, non aliæ, vide etiam Bald ibidem in
9 versi. possessiones. dum dicit, quòd † possessiones, quæ possidebantur ante tẽpus belli, debent restitui possessoribus, nisi tamen spectarent Imperio. Quod verbum seruaui nolens restituere rebelles ad castra, & bona, quæ erant ipsiúsmet principis, & qui acquisiuerunt à principe, qui dicebatur intrusus, & hoc seruaui ex mente ipsorúmmet principum. Sed respódeo supradictis ꝙ imò simpliciter secuta pace non restituuntur bona acquisita aliis, nisi essent acquisita ex sententia ipsa. Ita declarat Afflict. in d. 6 notab. col. pen. vbi vide omnino. Attamẽ Afflict. nesciuit quid diceret, quia Bal. clarè vult, quòd fauore pacis, etiam per priuilegium, vel contractum quęsita aliis reuocentur, nõ tantùm per sententiam ipsam, & hęc est mœra veritas, vt apparet ex dictis doctoribus, maximè Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. in 4. limitatione, declarando tamen quando apparet ita velle capitula, aliàs non in dubio, vt per eundẽ Ias. in d. versic. Aduerte tñ diligenter, & dixi suprà, & ita ego semper vidi seruari,
9 † quòd finito bello bona rebelliũ donata à principe suis, fuerunt restituta expresse restitutis rebellibus. Afflict. tamen in se dicit veritatem, ꝙ bona, quæ quæruntur tertio immediatè per sententiã facta restitutione etiã particulari, restituuntur ipsis restitutis, vt per Ias. in d. §. & quid si tantùm. in 3. limitatione. Et dum dixi Bald. velle in tit. de pace Const. in verbo, sen-
10 tentiæ quoque. ꝙ sententiæ † latæ contra rebelles occasione rebellionis nihil valent. Adde tamẽ in hoc, vt plenius & cõsideratè multùm dicit Bal. ibidem, quòd nõ tantùm sententiæ rebellionis sunt rescindendæ facta pace, verùm etiam aliæ occasione mutui, vel depositi, vel simil. vbi nullus vti procurator ausus fuisset cõparere, iuxta clem. pastoralis. de re iudic. vel vbi bona eorũ fuissent pœnes fiscum ipsis damnatis de rebellione, quia instantia nõ transit in fiscum. l. si constante. §. fin. ff. so
11 lu. matr. imò † capitula facta inter Cæsarem & Ducem nostrum Bononiæ etiam rescindebant sententias & processus secutos occasione rebellionis, putà. obtẽtas à creditoribus, non contra eos, sed fiscum,

iuxta

iuxta d. §. fi. in l. si constante. dicunt enim capitula, quòd restituantur ad patriam, famam, honorem, & eorum bona quibuscunque sententijs & processibus proptereà factis, id est, factis occasione dictæ rebellionis nō attentis, & ita interpretatus
12 fui, & secutus est Senatus. Si autem † lata esset sententia inter extorres & existentes domi ex cōpromisso facto inter eos, vide Bald. in d. §. sententiæ quoque. Adde
13 prædictis, † quòd quęcunque aufert captiuitas, restituit fictio postliminij l. fi. C. de capt. & l. si quis fortè, quæ est l. pen. C. eod. & in d. l. pen. dicit Ange. hoc esse vtile pro extorribus, qui tempore pacis reuertuntur cum pactis, vt eis restituantur quæcunque tenebant tempore suæ exactionis. quia recuperabunt mobilia, & immobilia, quorum habebant dominium & possessionem, & etiam mœram detentionem asininam. Et ita † licet prędicta di-
14 cant, Restituantur ad bona sua, intelligatur etiam quo ad ea, quæ solùm detinent ex natura rei. Sic probant glo. Ang. & cōmuniter Doctores in d. l. pen. iuncto tex. ibi, qui dicit, quòd qui reuertuntur ab hostibus, recuperant res proprias. & idem probatur in l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. iuncta glo. quę extēdit tex. etiam in his, quæ solùm tenentur. Et facit quòd etiam ratione iuris possessionis & detentionis dicor habere dominium. Bart. in l. si quis vt. §. differentia. ff. de acqu. poss. Item adde,
15 † quòd si dicunt capitula, Restituantur ad bona, quę amiserunt, vel quibus spoliati fuerunt, non recuperant bona non acquisita, eò quia incapaces essent propter condemnationem, iuxta l. j. C. de hær. instit. & quæ dixi suprà post Bart. in l. fi. C. de sen. pass. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. in quæst. de legitimato. ff. de liber. & posthu. Ad hoc igitur vt comprahēdatur hic casus debent ita concipi, vt etiam recuperentur non quæsita. Et ad declarationem verborum, Quæ amiserunt, vide tex. in cap. reintegranda. 3. q. j. ibi, & per quascunque iniustas causas res ecclesiæ perdidisse noscuntur. cum ibi not. Et ad
16 declarationem † verbi, Cum armis deiectus. vide l. j. §. armis deiectum ff. de vi &
17 vi arm. An stantibus † dictis capitulis pacis extorres restituantur ad fructus, nedū ad bona? Dic non restitui, secundum communem opinionem non solùm ex bonis alienatis, sed nec etiam ex non alienatis. Ita Ang. loquendo in his capitulis pacis, in d. §. & quid si tantùm. Curt. consil. 49. col. antepen. recolēdæ memoriæ dux Philippus. & licet contradicant fortibus iuribus Dec. Nell. & Ial. vt suprà dixi, hæc tamen est communis, vt suprà dixi circa principium materię, & hoc post confecta capitula retrò, citra verò est aduertendū,
18 an † d. capit. Ipso iure sint restituti, & tunc veniunt fructus etiam ante declarationem. Si verò verba in capitulis directa sint iudicibus, velintq; vt ipsi restituant. Tunc quia inuito bannito non fit restitutio, ita demū veniūt fructus, si petit restitutio, vt per Bald. in l. non solùm in fi. ff. de in integ. rest. & latè per Fel. in ca. Rodulphus char. 7. col. fi. de rescrip. & per Cur. in d. consi. circa decretū disponens, quòd ipso iure bona sint publicata à die delicti commissi. & Pic. in l. post contractum ff. de dona. circa idem. Et in casu capitulorū Bononiæ factorum, & de quibus suprà quia non dicitur ipso iure non venirent fructus à die, quo facta fuerunt. Attamen in Senatu ex mente principum interpretata sunt dicta capitula, vt veniāt à die, quo facta reperiuntur, & ita semper executus sum, loquor in casu restitutionis ex gratia, non propter iustitiam, vt per Curt. in d. consi. col. pen. Et faciunt quę suprà dixi, loquendo in bonis iam alienatis, dum volo ad ea trahi restitutionem, quæ fit
19 ope iustitiæ. Difficultas † tamen proximè mota in verbis directis iudici, vt restituat, non dicendo, sint restituti ipso iure, procedit tantum vsque ad litis contestationem, per quam posteà quilibet dicitur in mala fide. l. 2. vbi Bald. not. C. de fru. &
20 lit. expen. Non omitto tamen, † quòd Mar. Laud. fecit tract. de cōfœde. pace, & conuen. princ. vbi ponit 63 capitula, ibi vide omnino, & vide Corf. in tract. suo de pote. & excellentia regia, dum ponit priuilegia pacis. Alia mihi non occurrunt in præsentia circa hunc modum impugnandi sententiam virtute gratiæ. Quare cessante omni remedio impugnante eā siue iuris, siue gratiæ, reliquū est, vt de executione ipsius sententiæ aliquadicamus.

Titu. de Executione sententiæ.

SVMMAE.

1 *Executioni sententia mitti non debet, nisi post decem dies, quando admittitur appellatio, aliàs secus.*

2 *Exequi iudex sententiam non debet, sed scribere principi, quando causa est appellabilis, & tamen ipsi videtur supersedendum, & debet expectare responsum, nisi periculum esset in mora.*

3 *Appellationem iudex facilius debet admittere, quàm exequi sententiam, ne teneatur in syndicatu.*

4 *Iudex tenetur lege Cor. de sic. vbi sententia est iniusta, & vltimi supplicij, et posset illi de facto resisti.*

5 *Exequi potest iudex sententiam, quando causa est inappellabilis, & tamen ipse detulit appellationi.*

6 *Sententia post decem dies, & non ante, mittitur executioni contra reum, nisi aliud statutum disponeret.*

7 *Sententia lata contra reum præsentem Mediolani statim mittitur executioni, & morti traditur, nec de ea amplius cognoscitur, secus in sententia contra absentem lata.*

8 *Executio sententiæ in criminalibus, quibus casibus differtur, vel prorsus aufertur.*

9 *Executioni per quem mandetur sententia per alium iudicem confirmata, an per iudicem à quo, an ad quem?*

10 *Executio quando differatur, quia condemnatus esset obligatus reddere rationem, vel esset artifex eximius.*

11 *Executio sententiæ criminalis an fiat per iudicem loci originis, an delicti?*

12 *Remissio in delictis an requiratur?*

13 *Exequi sententiam alterius iudicis an teneatur iudex requisitus sine literis?*

14 *Punitus pœna statuti loci delicti, quæ minor sit, an possit puniri pœna statuti domicilij, in quo captus fuerit, si maior sit?*

15 *Bannitus captus an possit absque alio processu damnari, vel debeat prius patere delictum, & ipsum esse bannitum?*

16 *Reus damnatus ducitur per loca publica & consueta, & interdum ad locum, in quo fecit delictum, quando fit executio cõdemnationis.*

17 *Solutio facta ab vno ex condemnatis an pariat cancellationem sententiæ, quando pœna est pecuniaria?*

18 *Cadauer suspendi non debet, quando mortuus est damnatus pendente appellatione, vel ante executionem, nisi damnanda esset memoria, licet aliquando id fiat.*

19 *Executionis sententiæ multa, vbi dicantur.*

20 *Condemnatio an fingatur iustè lata, quando aliquis mortiferè vulneratur, & vulnerans morti traditur, deinde vulnerati mors sequitur?*

21 *Iudex debet esse solicitus de anima rei condemnati, & qua diligentia vti debeat.*

22 *Damnatus in metallum, vel ad triremes, potest reuocari per iudicem post decem annos. si fiat infirmus vel debilis, & vnus ex consanguineis, vel seruus loco eius subrogetur.*

23 *Damnato ad metallum vel ad triremes dupli catum tempus, si fugiat.*

24 *Damnatus ad triremes simpliciter vel ad tempus, non expresso tamen certo tẽpore, an in perpetuum, vel ad decenniũ cẽseatur damnatus?*

25 *Damnato ad triremes, si submersis triremibus liberetur, vel funis scindatur, dum suspenditur, vel securis ferire non possit, debet facilis princeps esse in concedenda gratia.*



N hac materia executionis sententiæ criminalis vide quę dixi suprà in quarto modo rescindendi sentẽtiam via appellationis, sub tit. de appellationibus
1 videlicet † quòd sententia cõdemnatoria non statim debet mitti executioni, sed sunt expectandi decem dies ad appellandum, iuxta titu nil noua. penden. appel. in casu tamen, in quo admittitur appellatio, aliàs secus, & ꝙ vbi sententia est appellabilis, sed iudici videtur supersedendum,
2 adhuc † non debet exequi, sed scribere principi, & expectare responsum, nisi periculum esset in mora, per text. in l. si quis filio exhæredato. §. hi qui. ff. de iniusto rupt. Quibus addo quę dicit Maria. Soc. in ca. qualiter. *el secondo.* in 11. artic. prin. in materia appellationis. in versi. & aduertat iudex. de accusat. vbi dicit iudicem de
3 bere aduertere, † vt sit facilis in admittenda

tenda appellatione potius, quàm in faciē da executione, ne teneatur in syndicatu,
4 & † q si sententia esset nulla, & vltimi supplicij, teneretur lege Cornel. de sic. & posset tali iudici de facto resistiq; prosequē do etiam qñ appellatio esset manifestè fri uola, quod aliud esset, vt ibi latè per eum.
5 Dixi etiā in loco, vbi suprà, † q si casus sit in appellabilis, licet iudex deferat appellationi, nihilominus potest sententia mitti executioni, vide ibi totū illū tit. Sed
6 breuiter in hac materia dic, † q statim lata sententia reus non ducitur ad suppliciū, sed post decem dies, nisi statutū diceret aliter, vel tolleret appellationē, vt dixi suprà in materia appellationis. & ponit clarè Fel. in c. quærenti. col. 2. de offi. deleg. & melius in c. 2. de re iudi. vbi dat eandem regulā, limitando eam, qñ reus esset confessus & conuictus, vel crimen esset notoriū, vel qñ cum confessione adessent indicia ita valida, vt negari nō posset, maximè si maleficium esset valde atrox. Itē qñ crimē desideraret subitam vltionem, dicendo quòd licet ad sedandū populum non possit imponi pœna corporalis, iuxta l. decurionū. C. de pœn. tñ si est imposita per sententiā potest executio accelerari ex dicta causa, vt ibi latè per eum. & vide ēt Marian. in d. c. qualiter. in d. artic. 11. q.
7 100. vbi latissimè, & per quatuor col. Et † Mediolani lata sententia in præsentem, statim condemnatus morti traditur, nec mirū, quia ex ordinibus cessat omne remediū, quo iterū cognosci possit, & non solùm ordinariū, verùm etiā extraordinariū, per literas Senatus ad nouas defensiones, vt sæpe dictum fuit. Nam sententia fertur re prius relata in Senatu, & ideo amplius retractatio ni locus esse non potest, non ita est in damnato absente, vt sæ
8 pe dixi. Sunt † tñ aliqui casus, in quibus vel differtur executio in criminalibus, vel prorsus aufertur. Primus est, qñ princeps scribit. Suspendas illum, iuxta l. si vindicari. C. de pœn. & cap. cùm apud. 11. q. 3. de quo suprà i materia homicidij latè. Alius qñ pater offert filium, vti aliquando facere cogitur, nimiū prouocatus à pessimis moribus ipsius filij. vel qñ ductus ad mortem obuiam habet Cardinalem, vel propter excellentem artem damnati, & alijs multis modis, de quibus per Cæpol. in caut. suis in pr. cautelarum, & Fel. d. cap. quærenti. & Marian. Socin. vbi suprà. Et an differatur vt accusatio prius instituta perficiatur, vide Salic. in l. j. C. qui acci s. non poss. & in l. cū reis. C. de pœn. Quærit etiā Mari. Socin. vbi suprà, qñ iudex ad
9 quem confirmant sententiam, † quis mā dabit eam executioni, an ipse, an iudex à quo, & qñ petitur vt differatur executio,
10 quia † sit obligatus reddere rationem alicui, vel quia sit artifex eximius, vide Ang. Aret. in glo & ibi caput à spatulis separetur. quæst. quæro aliquis est damnatus.
11 & ibi per Aug. de Ari. Et † per quos fieri debeat executio sententiæ criminalis, an per iudicem loci originis, vel delicti, &
12 † an requiratur remissio in delictis, & qñ possit vnus iudex exequi sententiam
13 alterius sine literis requirentib. Et † qñ requirantur literæ, vide Ange. Aret. in d. gl. & ibi caput à spatulis. versic. quæro an sententia corporalis. cum apostilla longa Aug. de Arim. & dixi suprà in tit. de foro
14 compet. Et † si est punitus secundū statuta loci delicti minori pœna, an possit puniri, si capiatur, in loco domicilij secundum statuta ibi imponentia maiorem pœnam in eo, in quo nō est punitus, vide Alberic. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. & dixi vbi suprà, & in tit. de nullitate banni. & omnino vide, an vnus iudex possit exequi sententiam alterius, maximè si requisitus fuerit, quę dixi suprà definitè in vlt. versi.
15 in tit. de sententiis. Et † an bannitus captus non secus ac si præsens fuisset condemnatus, possit sine alio processu damnari, vel debeat prius fateri delictum, & se illum esse, vide per Ang. in d. glo. Caiū Sempronii, & quæ dixi suprà in titu. banniti quid amittant. vbi latè & concludenter. Et † qñ fit executio, ducitur reus per loca publica & cōsueta, vt per Ang. Aret. in gl. Caium. q duci debeat, & ibi laqueo suspenditur, interdum etiam ante ædes illius, quē interfecit, vel vbi graue facinus perpetrauit ad terrorem aliorum, vt vidi fieri sæpe, maximè tempore regis Galliæ. Et ponit Areti. in glo. vsque ad locum iu
15 stitię consuetum. Et † quando pœna est pecuniaria, & plures sunt condemnati, an vno soluente debeat cancellari sentētia?

vide Ang.in glo. dante & soluente. Mor-
18 tuo † damnato pendente appellatione, vel aliter executionem, non debet suspēdi cadauer. Dec.in regula l.pupillum. §.in hæredes. ff. de reg. iur. nisi memoria hominis eo casu esset damnanda, vt per Aretin. in glo. præsente Caio, & appellante. versi. quòd si reus moriatur. video tamē aliquādo in vilibus & publicis latronibus
19 seruari contrarium. Alia † etiam circa executionem sententiæ possunt colligi tā ex dictis per me in materia appellationis, quàm ex dictis per Ang. in d glo. maximè
20 præsente Caio & appellante. Quādo † aliquis vulneratur mortiferè, & vulnerans traditur morti, deinde sequitur mors, an fingatur cōdemnatio iustè lata, vide Put. char. 25. col. 3. versic. condemnatio. & ibi in ca. seq. quod incipit, iudex multa dicit pulchra circa executionem sententiæ, vi-
21 delicet † quòd iudex ante mortem damnati debet esse solicitus pro salute eius animæ, & facere vt cōfiteatur peccata sua. Accedere etiam debet noctu ad eum, & hortari ad patientiam, & tenere cum eo aliquē religiosum tota nocte, ne tentetur à Diabolo, ponens de quodam, cui ea nocte, quæ diem supplicii præcedebat, apparuit dæmon sibi persuadens, vt seipsum
22 necaret. Et tandem quòd si † quis damnatur ad opus metalli, potest reuocari per ipsum iudicem post decē annos, si superueniat infirmitas, dummodo vnus ex cōsanguineis subrogetur, qui seruiat pro eo
23 l.in metallum. ff. de pœ. quod † facit vt damnati ad triremes possint liberari, si efficiantur infirmi vel debiles, dando vnum seruum, & si tales ad metallum damnati fugiunt. duplicatur tempus, & eodem modo de damnatis ad triremes, per l. aut damnum. §. quisquis. vbi vide text. ff. de pœ.
24 Et † si quis simpliciter damnatur, vel ad tempus, tempore non expresso, an intelligatur ad decenniū, vel perpetuò, vide l. sine præfinito. ff. de pœ. Et not. omnino,
25 † quòd si dānatus ad triremes, & super triremibus existens liberetur tempestate maris, triremibus submersis, vel ruptis, princeps debet esse facilis hoc casu in cōcedēda illi gratia (qui nutu Dei liberatus est) per dictum Lucæ de Pen. de quo meminit Dec. in l. fauorabiliores. ff. de pœ. in fi. quando rumpitur funiculus suspendendi per gulam, dum deiicitur, & idem, quādo securis, qua caput est obtruncandum, non potest caput tangere, vel ferire, quia princeps tunc debet illi concedere gratiam, sicut cōcessit hac ratione annis proximè præteritis, Marchio Vasti cuidam, cui hoc contigit, vt etiam latius suprà dixi. Et ita cum laude atque auxilio Dei Opt. Max. remanet absolutum opus rerum criminalium. Sed quia multis annis in munere fisci patroni in hoc excelso dominio Mediolani totis viribus elaboraui, & collegas in eo habui clarissimos & celeberrimos Iureconsultos Simonem Bossium, ac Ioannem Baptistam Specianum ob eius ingenii acumen in Senatus ordinem delectum, mox capitaneum iustitiæ in vniuerso Mediolanensi dominio creatum, & à secretis principis consiliarium. Et talium ac tantorum virorum docta & assidua conuersatione vsus, vltra criminalia multa vidi & didici ad principem, & præcipuè ad fiscum pertinentia, ideo in ea materia nonnulla breuiter attingā.

Tit. de Principe, & priuilegiis eius.

SVMMAE.

1 *Princeps exponitur, idest, Imperator, & quis dicatur princeps, quilibet, qui habet baroniam dicitur princeps.*

2 *Baro dicitur ille, qui habet aliquam dominationem, & est idem quod capitaneus.*

3 *Capitaneus est ille, qui inuestitus est de aliqua plebe, vel parte plebis.*

4 *Barones vulgò dicūtur, qui habent aliqua regalia.*

5 *Baro quis dicatur.*

6 *Dux, vel Marchio quis dicatur.*

7 *Principatus accipitur pro nobili dominatu meritò comparādo dignitati regiæ.*

8 *Principis nomē non verificatur in tyrāno, sed in iusto domino, & inuestituram habēte à Cæsare, & iusta præcipiente.*

9 *Principi quæ conueniant, & quid deceat.*

10 *Romanos tria fecerunt dominari.*

11 *Pactum nudum habet executionem paratam, vbi causa agitur coram principe.*

Prin-

12 *Principis contractus sunt omnes bonæ fidei.*
13 *Princeps potest reuocare suum priuilegium, etiam sine causa.*
14 *Feudum, quod sine culpa reuocari non potest per principem, tamẽ tunc potest reuocari, quã do per priuilegium est concessum.*
15 *Priuilegium non subdito concessum ex regula reuocari non potest, sed quibus casibus possit.*
16 *Principis volũtas debet apparere, quòd voluerit tollere priuilegium, vt per clausulam, Non obstante.*
17 *Variare licet etiam interdum priuato.*
18 *Inconstantia reprobatur in principe.*
19 *Princeps debet habere vnum calamum, & unam linguam.*
20 *Princeps quando reuocat quod fecit etiam motu proprio, fingitur circumuẽtus, nec contrarium probari potest.*
21 *Principis concessio quando per eum reuocari non possit.*
22 *Princeps ex potestate ordinaria, non potest uiuente patre, vel agnato auferre eius filijs quæsitum ex inuestitura, licet ius illud sit in spe.*
23 *Pater non potest filio præiudicare in feudo delinquendo, nec aliter.*
24 *Princeps legitimando spurium potest agnatos excludere.*
25 *Princeps ex plenitudine potestatis potest præiudicare cuicunque.*
26 *Citari an debeat is, cui fit præiudicium, quã do princeps concedit priuilegium?*
27 *Reuocare an possit princeps priuilegium?*
28 *Princeps reuocare non potest priuilegium, quã do esset donatio remuneratoria, vel feudum emptum, vel desiit esse priuilegium.*
29 *Princeps nouus an teneatur seruare contractus sui prædecessoris?*
30 *Princeps non tenetur ad debita vasalli, quando feudum ad eum reuertitur ob finitam generationem, & quando non teneatur.*
31 *Expensas & sumptus factos in re feudali, an dominus, ad quem feudum reuertitur, soluere teneatur?*
32 *Principi conuenit rigor iustitiæ.*
33 *Principis proprium est facere iudicium & iustitiam dulcedine temperatam.*
34 *Iustitia sine misericordia vertit verum principem in tyrannum.*
35 *Officium principis est deprimere malos, & scelera cohibere, & impios perdere, & exaltare bonos.*
36 *Principis virtus et dignitas qualis esse debeat.*
37 *Princeps licet sit dominus legum, non est morum dominus.*
38 *Tyrannidis materia per quos tractetur.*
39 *Tyranni priuilegia & concessiones cancellantur veniente iusto domino.*
40 *Priuilegia & concessiones continentes bona publicata tempore tyranni, an sustineantur sub iusto domino?*
41 *Fructus iurisdictionis an sit feudum, quod deuoluitur ad dominum ob finitam generationem tempore tyranni?*
42 *Feudatarius dominij Mediolanensis existens in possessione exercendi imperium contra ciues & nobiles bona fide, sed contra decretum facit publicationes suas, nec reuocari possunt, licet per dominũ declaretur in petitorio, quòd tales sint comprehensi in decreto.*
43 *Tyranni tempore gesta circa iustitiam an valeant?*
44 *Tyrannus non potest concedere licentiam feudatario alienandi feudum, sed reuocantur alienata posteà per iustum dominum, quando alienans decessit sine prole.*
45 *Tyrannus si consentiat feudatario alienanti, cuius non deficit linea in eo, in quo consensisset verus dominus, non reuocatur alienatio per succedentem verum dominum, nisi acquirens non veniret ad recognoscendum verum dominum, vel talis esset, qui ab eo non deberet recognosci.*
46 *Excommunicatus vel bannitus dominus interim debet ab alienatione abstinere.*
47 *Fructus percepti ab aliquo ex re donata per tyrannum notorium restituendi sunt sub vero domino, sicut res restituenda est.*
48 *Error iuris vel facti facit cessare malam fidem, & sufficit ad acquisitionem fructuum, nisi res notoria sit, quia tunc probanda est ignorantia.*
49 *Conductor tyranni expulso tyranno tenetur soluere nouo domino.*
50 *Solutio per colonum tyranno facta an noceat vero domino?*
51 *Contumax non est, qui non venit coram tyranno.*
52 *Leges tyranni & decreta an teneatur verus dominus seruare?*
53 *Gesta ratione publici officij semper valent, & tolerantur, etiam si ab inhabili & indigno ministrentur.*
54 *Confirmatio tyranni in dominio per priuilegia Cæsaris vel Pontificis an valeant?*

55 *Tyrannicè se exercēs Comes, vel Marchio cōtra subditos suos, & præcedente monitione nō desistens ab iniustitia deponendus, & priuandus est feudo vltra alias pœnas.*

56 *Subditi possunt expellere dominum suum se tyrannicè exercentem.*

57 *Feudatarius se tyrannicè exercens contra subditos, potest cogi ad vendendum alteri feudum,*

58 *Feudatarius tyrannicè tractans subditos potest criminaliter accusari ad pœnam capitis, & in consequentiam perdet iurisdictionem et dignitates.*

59 *Monitio præcedere debet, vt feudatarius priuetur feudo, etiam in actu momentaneo tyrannicè facto.*

60 *Feudatarius vt feudo priuari possit, non sufficit quæuis angaria in subditos.*

61 *Feudatarius in consequentiam priuatur dignitatibus si principaliter actum sit, de sola vi publica & priuata, ad deportationem & relegationem.*

62 *Pontifex potest deponere principes si grauant subditos suos.*

63 *Principum excessus per quem latè tractētur.*

64 *Cōsiliarij mali nō sunt memores dicti Baldi.*

65 *Officialis dicatus durante officio præsumitur ditatus ex bonis fisci, vel principis.*

66 *Tyrannicum regimen quando sit, & quòd peius sit à tyranno, an à tyrannis regi?*

67 *Princeps in contractibus suis vtitur iure communi, nisi appareat aliud velle in priuilegijs vero transfert dominium sine traditione.*

68 *Dominium quibus casibus transferatur sine traditione.*

69 *Princeps potest egredi vices libelli in iudicando vbi velit, & coram eo ineptitudo libelli non nocet.*

70 *Princeps quicquid facit, facit vt Deus.*

71 *Solemnitas omnis est exclusa in principe.*

72 *Princeps præsumitur velle vti iure communi potius quàm speciali.*

73 *Principis præsentia supplet omnem defectum solemnitatis.*

74 *Princeps si coram eo vna causa est intentata, & alia probatur, tamen potest iudicare, qua solam veritatem attendit.*

75 *Principis in causis ita ordo seruandus est, sicut in causis priuatorum.*

76 *Capitalis causa non potest agitari per procuratorem coram principe, ex potestate ordinaria.*

77 *Princeps potest iudicare secundum suam conscientiam, etiam si tunc solùm informatus esset quando in minoribus erat.*

78 *Principis verbis narratiuis creditur quando in eis se fundat.*

79 *Principi attestanti de fama, vel infamia alicuius quando credatur.*

80 *Principis literis attestantibus aliquem esse bānitum, super quibus posteà se fundet donando bona illius non creditur.*

81 *Decretum Mediolani incipiens prouidere, volentes quòd credatur literis principis, & cæ. non valebat vti tyrannicum, & proptereà sublatum fuit.*

82 *Pœna omnis in principe est arbitraria, per iudicem verò mutatur plus & minus ex causa tantùm.*

83 *Princeps est solutus legibus, tam per eū, quàm ab antecessoribus conditis, & an statutis subiaceat etiam ex honestate?*

84 *Contractus facti à principe vel ciuitate, quæ possit condere legem, habent vim legis.*

85 *Principis rescriptum directū vniuersitati, vel epistola inserta inter alia decreta habent vim legis quando apparet de voluntate principis.*

86 *Empta res à principe non potest ab aliquo euinci, sed datur actio contra principē infrà quadriennium, licet Mediolani semper intelligatur reseruatum ius tertij, non solùm in concessionibus gratuitis, sed etiam onerosis, & coram quocunque iudice.*

87 *Vices gerentes principum habentem potestatem quàm principes.*

88 *Imperator per quæ verba comittendo causas, vel regimen alicuius prouinciæ, videatur etiā transferre ea, quæ sibi soli sunt reseruata, & quid tribuat committendò vices suas, vel constituendo quem vicarium Imperialem.*

89 *Clausula, Dantes vobis vices nostras. apposita in rescriptis per Cæsarem vel principem nihil tribuit.*

90 *Princeps delegatus fungitur in dubio vice principis.*

91 *Principis delegatus præfertur ordinario etiam maiori in ea causa, & honoratur tanquàm princeps, non tamen quo ad principem, sed quo ad alios.*

92 *Princeps committendo cum clausula, Vices nostras damus etiam non trāsfert ea quæ sunt ardua, licet non sint ex reseruatis.*

93 *Principes infra Imperatorem, vt reges, duces, vicarij Imperiales, vicarij Papæ an habeant vim Imperatoris in suis regnis.*

94 *Regi succeditur per quemlibet e domo regia, etiam si esset in centesimo gradu.*

Vsufru-

bet

bet aliorum grauamen imminui, quantum est portio illius, qui immunis factus est respectu onerum per principem imponendorum, sed respectu onerum per communitatem in necessitatibus imponendorum, non est approbanda.

165 *Immunitatum priuilegia reuocanda sunt, si posteà incipiunt esse iniqua.*

166 *Immunitatis priuilegium admittitur quando quis scit descriptum in loco debitorum, & non appellat.*

167 *Immunitas an admittatur quãdo quis soluit sine protestatione conseruationis iurium suorum?*

168 *Descriptio sola in catastro, absq; eo quod quis citatus sit ad soluendum onera utrum sufficiat, an verò requiratur citatio ad soluendum?*

169 *Catastrum in se continet, non solùm bona soluentium onera, sed etiam exemptorum, & qua ratione.*

170 *Immunitas rei an transeat ad emptorem?*

171 *Priuilegia an transeant in hæredes & singulares successores?*

172 *Exemptionis priuilegium, an censeatur renouatum per generalem derogationem, & an vnum priuilegium tollat aliud?*

173 *Priuilegium exemptionis, vel aliud quanto tempore tollatur.*

174 *Clerici non tenentur ad vectigalia, sed eorũ coloni pro fructibus ipsorum colonorum.*

175 *Princeps potest ordinare ex causa, vt coloni & partiarij clericorum teneantur soluere nõ obstante priuilegio sicut fit in alijs exemptis, nisi priuilegia ipsorum essent adeo ampla, vt etiam talem casum comprehenderent, vt putà belli.*

176 *Priuilegium ecclesiæ concessum à principe seculari potest per eundem tolli iam facta acquisitione, & ex interuallo.*

177 *Princeps potest interpretari suum priuilegium.*

178 *Ecclesiasticæ personæ immunes sunt, si bona habent, & illa colunt, vel etiam si ab alijs colantur, ad quos medietas fructuum pertineat, immunes sunt fructus ad ecclesiasticas personas spectantes, & bona ad vsum eorum, & pub'icatis ex capitulis Mediolani factis cum fisco tenentur hæc seruare.*

179 *Immunitatis materia & excusatio à muneribus, & quis possit concedere immunitatem, vbi & per quas tractetur.*

180 *Legitimare illegitimè natos, restituendo eos natalibus solus princeps potest.*

181 *Legitimare in terris Imperij potest Imperator quo ad prophana tantùm, Pontifex in terris ecclesiæ quo ad prophana & sacra.*

182 *Legitimare in terris Imperij quo ad prophana non potest Pontifex.*

183 *Legitimare in terris Imperij tam ipsi subiectis quàm infeudatis potest Cæsar.*

184 *Decretum Mediolani, vt nemo possit impetrare priuilegium à Pontifice, vel Imperatore non valebat, & hodie sublatum est, quòd verò nullus possit vti priuilegio sine licentia principis valet, & obseruatur.*

185 *Legitimare non potest Cæsar quo ad feuda in terris Imperij infeudatis sine licentia ducum, & feudatariorum.*

186 *Imperator an possit à se abdicare supremum dominium infeudando, uel donando ciuitatem, vel prouinciam?*

187 *Princeps non recognoscens superiorem ex ordinaria potestate qualibet naturali ratione motus, potest rem alicuius auferre, soluto tamen prius pretio.*

188 *Ratio naturalis multum ualet quando tractatur de potestate vel actu principis.*

189 *Causa non præsumitur in principe, quando tractatur de auferenda re mea.*

190 *Princeps ex plenitudine potestatis potest rem alicuius auferre sine causa, etiam pretio non soluto.*

191 *Causa requiritur, etiam quando dominium acquiritur actu iuris ciuilis, quia dominiũ est de iure gentium.*

192 *Princeps qui plenitudine potestetis vtitur sine causa peccat.*

193 *Princeps in dubio non censetur velle vti plenitudine potestatis, quando potest illa vti.*

194 *Princeps non præsumitur in dubio velle tollere rem meam, etiam si cum causa id possit.*

195 *Clausula, ex certa scientia idem operatur quod de plenitudine potestatis.*

196 *Princes licet aliquid concedat ex plenitudine potestatis, non tamen ille cui conceditur habet plenitudinem potestatis.*

197 *Princeps non videtur tollere ius tertij, etiam si illud solùm esset in spe. & nume. 200. vbi latè de iure tertij, an princeps possit, uel velit illud tollere, & quomodo remissiuè?*

198 *Princeps etiam sine causa potest derogare iure in spe acquirendi ex iure ciuili, secus si ex testamento, uel ex contractu tertij quæsitum esset.*

199 *Clausula ex certa scientia, & aliæ accessoriæ non operantur in his quæ sunt facti.*

Clau-

nio suo, vt quodlibet castrum, & locus sint sua quo ad iurisdictionem.

234 Spoliatus à principe castro existente in territorio principis non potest obtinere nisi iustificato titulo.

235 Titulus debet ostendi à publicano qui ad fraudem agit, alias non obtinet, nec prodest quasi possessio exigēdi, & quibus casibus necesse sit ostendere titulum.

236 Spoliatus à principe feudatarius alia re quàm iurisdictione, non tenetur ostendere titulum, sed debet princeps probare rem esse feudalem.

237 Feudalis res quomodo præsumatur.

238 Castrum præsumitur quo ad muros liberum & allodiale.

239 Feudalis præsumitur esse res illa, quæ probata est pro parte esse feudalis quando est vnica.

240 Feudalia præsumuntur omnia bona in territorio sita quando maior pars eorum est feudalis.

241 Feudalia an præsumantur omnia bona quando quis præstitit seruitia vti vassallus.

242 Feudalis non præsumitur fundus existens intra territorium licet nesciam ostendere vnde habuerim.

243 Finium domini præsumitur quod est intra fines quo ad iurisdictionem, non quo ad dominium.

244 Iure concesso quod habeo in castro, nihil est concessum, nisi ostendam aliter ius quod habeo.

245 Pertinētiæ castri si sint concessæ debet aliter doceri quæ illæ sint: & titu. de regalijs. nume. 40

246 Regalijs concessis, omnia vectigalia dicuntur concessa tametsi non à iure, sed à consuetudine fuerint inuenta.

247 Feudalem fundum petens qui scit eum allodiali permixtus, nisi sciat clarè rem ostendere succumbit.

248 Syluosum fundum petens qui erat cultus, nisi sciat clarè ostendere quod sit ille idem, succumbit.

249 Feudalis fundus quomodo ostendatur.

250 Feudalis fundus non efficitur, licet dominus ignorans de illo se recognouerit à principe.

251 Feudalis fundus præsumitur donec vasallus probet contrarium, & quid si tenere rem, & eam habere pro feudali.

252 Feudale an sit castrum ædificatum in re feudali, & quid de sumptibus factis in re feudali.

253 Feudalis res secūdum statutum Mediolani n° potest probari per testes, de quo statuto quomodo intelligatur.

254 Spoliatus iurisdictione à principe restituendus est, si ostendat titulum saltem coloratum.

255 Tituli demōstratio sicut requiritur in interdicto vnde vi, ita et in remedio c. reintegrāda.

256 Princeps an habeat intētionem fundatam in suo dominio contra feudatarium?

257 Feudatarius an teneatur ostēdere titulum contra dominum?

258 Princeps potest cogere vasallum ad tradēdum sibi castrum, vel ciuitatem tempore belli pro defensione directi sui.

259 Vasallus vbi videret periculum contra dominum, debet denūtiare domino, aliàs posset priuari feudo.

260 Vasallus debet nominare dominum suum in iudicio vbi oriretur lis inter reum, & alium principem, qui se prætēderet dominum super iurisdictionē, vel quæ pēderet ab ea ne dominus priuetur possessione.

261 Vasalli duo alicuius principis non possunt litigare de re feudali coram alio principe, nec valet processus, & potest præcipere eis dominus sub pœna priuationis, vt desistant.

262 Iurisdictio, vel quasi possessio eius quomodo probetur.

263 Protectioni alicuius se submittens, & obligans se omni anno ad donandum aliquid vt saccum auenæ, non propterea efficitur suus subditus.

264 Iuramentum fidelitatis quando quis præstat, vel fatetur se esse subditum alicuius, an propterea efficiatur eius subditus?

265 Possessionem ciuitatis acquirens, intelligitur acquirere etiam possessionem locorum subiectorum.

266 Iurisdictionis quasi possessio quibus modis probetur, & quot testes etiam de auditu probent.

267 Iurisdictio probatur per plura instrumenta, non autem vno solo, & in arbitrio iudicis est quot esse debeant, & quomodo concepta verba.

268 Iurisdictio probari debet per veras & proprias probationes, vbi reus iustè possideret.

269 Iurisdictio quando probatur per testes, debent produci articuli de confinibus qui erant tempore antiquo, non qui nunc sunt.

270 Medium probatur in confinibus quando instrumenta sunt, & ante, & post.

Consi-

Comitissa

Con-

358 *Confirmatio cum clausula, quatenus expediat de nouo damus, non tollit uitium nullitatis quando priuilegium est nullum, secus si clausula siue tenuerit, siue non tenuerit.*

359 *Clausulæ supplentes, &c & ex certa scientia non tollunt uitium subreptionis.*

360 *Confirmationem producens facientem mentionem de priuilegio quando teneatur parte petente producere etiam priuilegium.*

361 *Ciuilitatis priuilegio an ciues fiãt subiecti, gaudeantque statutis & beneficiis ciuitatũ, & teneantur ad onera & ad quæ.*

362 *Ciuis quis propriè sit.*

363 *Municeps quis sit.*

364 *Ciuilitas quomodo contrahatur.*

365 *Ciuis quando teneatur ad detrimenta.*

366 *Ciuilitas patris non obligat filios, nec alios descendentes, nisi sit acceptata.*

367 *Ciuilitatem concedere an sit ex reseruatis principi.*

368 *Ciuilitatem an cõmunitas possit concedere.*

369 *Ciuis quis in dubio præsumitur esse illius loci in quo est.*

370 *Ciuium plures sunt species.*

371 *Ciuis Mediolanensis an differat à Mediolanensi. & ciuis Patauinus à Patauino absq; eo quòd dicatur ciuis.*

372 *Iurisdictio castri an possit exerceri per principem dum alius contendit super dicta iurisdictione.*

373 *Vniuersale quid sit.*

374 *Ciuitates inter se contendente de mero imperio non possunt interim erigere furcas.*

375 *Sententia super dominio castri, trahitur etiam ad iurisdictionem, quando iurisdictio cohæret castro.*

376 *Princeps expellens alium pariter principem in eodem dominio, in quo ipse est princeps sibi præiudicat quo ad dominium & possessionem*

377 *Princeps rescribit appellatione remota, & an inferior possit idem facere.*

378 *Principis sententia est in appellabilis.*

379 *Princeps non potest uiuo uasallo de feudo dispensare. & mortuo uasallo sine prole si ita disponat inuestitura uti ambitiosa ullo tempore non ualet.*

380 *Materia principis. & eius officialium, & de eius potestate, & etiam de potestate Papæ ubi tractetur.*

381 *Signa ad cognoscendum quæ sint reseruata soli principi.*

382 *Princeps non potest alienare iurisdictiones, & regalia quando alienatio tendit in magnam diminutionem dominii.*

383 *Feudum quomodo cognoscatur à donatione & quid differat.*

384 *Alienatio regalium etiam si non tendat in magnam diminutionem dominii sui non ualet quo ad successorem.*

1 PRinceps † dicitur Imperator. ff. de consti. prin. per totum, ut per Alb. in dictionario suo, in uerbo, princeps. ubi ẽt multis aliis modis sumi ostendit, sed latius quis princeps dicatur ponit Iacob. in sua inuestitura. in uerbo, princeps Pedemontium, & dum dicit in principio quòd largè sumitur pro quolibet habente dominium, siue dominationem aliquam. & sic compræhendit habentem aliquam baro-
2 niam, declarat, quòd omnis ille † dicitur baro qui habet aliquam dominationem, & ita ipse aliquando iudicaui infringendo quandam legitimationem factam a comite Palatico, in cuius priuilegio excipiebantur filii principum, comitum, baronum. Est enim baro idem quod capitaneus. Bald. in cap. 1. §. marchio. colu. ulti. qui feud dar. poss. text. gloss. & Geminia. in cap. fundamenta. de electionib. in 6. latè Corset. in repetitio. cap. grandi colum. 1. & secunda de supplendo. negligen. prælat. in 6. Pau. de Cast. in secũdo uolum. consil. 107. & in antiquis consil. 231. quantum ad primum dubium. in prima & secunda columna. Præposit. in ca. uenerabilis. in antepenultima charta. qui fil.
3 sint legit. Et † capitaneus est ille qui est inuestitus de plebe aliqua, uel parte plebis. cap. 1. §. 1. qui dicatur dux, &c. Et quia Corsert. & Paul. de Cast. dicunt quòd in hoc statur communi usui loquendi, uide Bald. in c. innotuit. col. ult. de electio. & di-
4 cit † quòd uulgus, siue communis usus appellat illos qui habent aliqua regalia barones, & uidi de hoc consil. Curt. Iun. quod non erat impressum, in quo consuluit baronem, dici eum qui dicitur capitaneus, & sic qui est inuestitus, ut supra, & idẽ consuluit dominus Carolus uicecomes

doctor excellens nostri uenerandi colle-
5 gii. Et quis † dicatur baro uide clarè Alua rot. in tit. de capitaneo qui curiam uendi. in princip. col. 2. Præpos. in c. 1. in prin. qui feud. dar. poss. col. 2. Ias. ibid. col. 8. uersi. in tex. ibi, per Cur. Iun. in suo tract. feu. char. 16. col fin. uersi. sed quia glos. Ex prædictis habes declarationem uerbi appositi in ea clausula baronum, habes etiam ex dictis per Iacob. declarationẽ quis sit princeps. & Alber. ubi suprà pariter declarationem uerbi, principum, in ea clausula, & uide omnino de dignitatibus nostri temporis, Alcia. in tract. de singul. certã. siue de duello c. 32. & ibi etiam habes quis dicatur baro, nec recedit à mea opinione, nisi ratio-
6 ne cõsuetudinis. Et † qui sint duces & marchiones, uide Iacob. in in eo tract. in 1. col. tracta. in uerbo, ibi dux. & in 2. char. in uerbo, marchio. Non tamen credas quòd accipiatur nomen princeps, prout principatus est, quædam dignitas regularis, ut principatus Achaiæ & Pedemontium, & prout est principatus Salernitanus, & Bisignani, & aliorum in regno Neapolitano, quia es-
7 set nimia restrictio, sed accipitur † pro nobili dominatu meritò comparando digni-
8 tati regiæ. Nec † tamen uerificatur in tyrannis, quibus in Italia nunc sydera fauẽt, sed in iustis dominis habentibus inuestituram à Cæsare, & iusta præcipientibus, hæc in tex. & glo. nunquàm tradenda obliuioni in clem. 1. de baptismo. in uerbo, regum, & in ea glo. etiam fit conclusio quam suprà
9 feci de barone. Et † quæ requirantur in principe, & ei conueniãt. ponit Iacob. ubi suprà, in d. uerbo, princeps. col. 1. ibi dicamus nunc aliqua de principe, & inter cætera dicit ꝙ non decet principem priuilegium suum reuocare. c. decet. de regul. iur. in 6. habetur in c. quod dilecto. de consangui. & affi. Ad hoc addo ꝙ nihil magis decet principem quàm recta fides, epistola inter claras. de fide catholica, & in ore principis firmior debet esse ueritas, quia est Deus & lex animata in terris. Curt. Sen. consil. 66. col. 6. & ideo crimen periurii, licet sit grauè in omni persona, tamen in principibus est grauissimum. Innocen.
10 in c. ad apostolicæ. de re iudic. Et † tria fecerunt Romanos dominari, sanum consilium in republica, paupertas priuata, & dictis suis pertinaciter inhærere, non frãgendo finem, ut refert Marti. in tit. de principe conclusio. 258. & in tit. de consiliariis principis. in conclusio. 2. imò si agatur cau
11 sa coram principe, pactum † nudum executionem habet paratam. Alex. in l. iuris gentium §. sed cùm nuda. prope finem ff. de pact. & quia in principe debet exhube-
12 rare bona fides, omnes † contractus qui fiunt cùm eo sunt bonæ fidei. Ias. in l. cùm fundus. colum. 2. ff. si cert. pet. & alibi sæpe.
13 An tamen † possit reuocare princeps suũ priuilegium. Iste est alius casus. Dixi quid deceat principem, nunc quid possit, in primis ad perfectam declarationem sunt uidenda quæ dicam infrà in uersic. princeps solus potest auferre dominium rei meæ. ubi latè super generalibus, An & quando princeps possit prẹiudicare tertio, deinde ad rem ipsam uide gloss. in dicto cap. licet in gloss. fin. quæ uult quod possit moderari, & prorsus tollere priuilegium suum, & ita probat ille tex. dum dicit, decet, & sic clarè determinat Bald. in leg. qui se patris. colum. antepen. ubi omnino est uidẽdum. C. unde liberi. ubi dicit esse speciale in principe, ut possit reuocare suum priuilegium, etiam sine causa. Et ideo uult
14 † ꝙ etsi feudum non possit reuocari sine culpa. c. 1. de feud. sine cul. non amit. in rubr. & nigro. in usib. feud. Tamen secus sit, ubi feudum sit concessum per priuilegiũ, & quod possit princeps reuocare suum priuilegium, tenet Alexand. consilio. 216. uol. 2. col. 4. uersi. secundo. nam & Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. in uersic. quinta declaratio. ibi, secundò confirmatur. ubi dicit, ꝙ speciale est in principe, ut possit reuocare suum priuilegium etiã sine causa. Deci. etiam in d. c. quç in ecclesiarum. de constit. uersic. prætereà. ad fin. pro hac opin. allegat aliud consil. Alex. & glo. & sequitur eandem opin. hanc etiam opin. tenet Dec. ubi uide in cap. nouit. de iudic in char. uers. secunda conclusio. prius
15 præmissa alia conclusione. Quod † scilicet priuilegium non subdito concessum non potest reuocari cum quinque limita-
16 tionibus, de quibus ibi. Et uerum † ꝙ debet constare de uoluntate principis ꝙ uoluerit priuilegium tollere, & clausula, nõ obstante hoc operatur. Bart. in l. fin. C de loc.

loc. præd. ciuil. lib. 12. & per Dec. cõsi. 191.
17 col. 1. & 2. Est etiam uerum † ꝙ quamuis in aliis quàm in principibus interdum liceat uariare, & facere cõtrariũ eius quod iam factum est, & promissum, iuxta illud, Sano utitur consi. qui reuocat illud quod malè fecit. ca. cùm cessante. de appella. &
18 ibi Dec. Tamen † in principe inconstantia reprobatur, quia in principe tanquã in fonte iustitia debet esse cõstans uoluntas, & principibus conuenit illud uerbum, Semel locutus est Deus, & quod scripsi scri-
19 psi. & † ideo princeps debet habere unũ calamum, & unam linguam. & non plures, quia scriptum est, Quæ processerũt de labiis meis non faciam irrita. unde debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo. ita Bald. consil. 279. pridie
20 enim uolum. 3. & ideo † quando princeps reuocat quod fecit etiam motu proprio fingitur circumuentus, adeò ut contrariũ
21 probari non possit. Et hæc † & alia de reuocatione concessionis principis, an ualeant, ponit Dec. in regu. nemo potest mutare. ff. de reg. iu. ponit etiam Dec. in consi. 191. col. 1. & 2. quę tamen intellige secundum prędicta. Et quod dixi principẽ posse reuocare priuilegium suum, etiam fine
22 causa, † procedit sicut etiã retuli in feudo. ita Bal. in d. l. qui se patris. & Alex. in d. consil. 116. uol. 2. col. 3. uersi tertio confirmatur. & Brun. in consi. 1. maximè col. 3. circa fi. & seq. & col. 6. & cons. 2. 8. & 10. Et quando dominium est translatum in uasallum res est magis dubia, quia eo casu quamuis sit translatum ex actu principis, & quodam iure ciuili, tamen dominiũ est iurisgentiũ, & consequenter princeps non potest illud auferre sine causa, ut dicã infrà in d. uersic. princeps solus potest auferre, & hoc nisi princeps uteretur potestate absoluta, iuxta dicta ibi, sed quando nõ est translatum dominiũ, ut in filiis uel agnatis adhuc uiuo patre, uel uasallo, in quo sit possessio & dominium feudi magis procedunt prædicta, quia licet ius sit ipsis quæsitum ex prouidentia concedẽtis, & dicatur diuersa cõcessio in persona eorum, ut per Bar. in l. 1. ff. de inter. & releg. & in l. ut iusiur. §. si liberi. ff. de oper. liber. & in l. quod dicitur. ff. de uerbo. oblig. & in l. si mihi & Titio. ff. eo. & per Aluar. in c. 1. de eo qui si bi & hære. suis. circa fi. & per Doctor. in l. apud Iulianum §. si quis alicui. ff. de leg. 1. & Iser. in c. 1. de succes. feud. in pri. & §. 1. & ita non possit pater eis præiudicare delinquendo, nec aliter, ut in dictis locis. Ta
23 men † uidetur ꝙ princeps possit eis præiudicare, ex quo dominium adhuc non est quæsitum eis, & ius est in spe, per ea quę dicam in d. uersi. post Doct. in l. Gallus §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & ad hoc Brun. in consi. 3. & in consi. 1. & aliis positis in prin. consi. Est tamen aduertendum
24 † ꝙ dum legitimatur spurius ad exclusionem agnatorum, & habilitatur filia ad similem exclusionẽ, res magis de plano procedit, quod sit præiudicium agnatis, quia non est priuare inuestitura, sed habilitare & tollere obstacula, ita procedunt quæ dixit Brun. in d. consi. & Deci. consi 360. col. 5. & 6. Sed quando princeps uult priuare inuestitura de potestate ordinaria, non uidetur quod possit, sicut nec in primo uasallo, ex eo quod ius est quæsitum eis, sicut dixi, & hoc est intentionis Doctorum super regula, quod dominus non potest sine culpa priuare inuestitura uasallum, etiam cum tota sua maiestate, ut per Bal. & Alua. in c. 1. §. si. qui feud. dar. poss. & alibi sæpe qui loquuntur quo ad omnes inuestitos,
25 non † dico quãdo princeps uult uti plenitudine potestatis, quia tunc cõtra stimulũ nõ possumus calcitrare, uel quãdo dixisset potẽtia nostra regia. Aret. consi. 15. col. antepẽ. sed loquor quãdo sumus ĩ dubio, † &
26 de potestate ordinaria. Et an & quãdo princeps debeat in cõcessione priuilegii citare eum, cui fit præiudiciũ, uide omnino Soci. consil. 156. col. 2. & ibi omnino uide cir
27 ca articulũ reuocationis priuilegii, An † possit princeps illud reuocare. & Soc. cõs. 164. col. 7. uide & Bar. & Doct. in d. l. Gal. §. & quid si tantũ. in illo artic. An princeps dum legitimat post mortẽ patris debeat citare agnatos? & Cur. Iun. in cons. 1. & alibi
28 sæpe, & † si donatio esset remuneratoria, uel feudum emptũ, uel aliter priuilegium desiisset esse priuilegium, quia transiuisset in contractũ cessaret hæc facultas ordinaria principis, reuocãdi priuilegiũ. Bal. in d. l. qui se patris. & ubi suprà, & quãdo attendantur merita habetur per Ias. in l. ex hoc

iure. ff. de iusti. & iur. & dicā infra in uersi.
29 principis in manibus. Sed † an nouus prin ceps teneatur seruare contractus sui prædecessoris? Dic ut per Iaco. in d. uersi. princeps. col. 3. & latè per Ias. in l. 1. col. 3 ff. de
30 constitut. princip. Addo ꝙ † princeps nō tenetur ad debita uasalli quando feudum ad eum reuertitur, generatione finita, uel aliter. Iser. Aluaror. & alii in c. 1 §. quid ergo. in titu. de inuestit. de re aliena facta. & Iacob. in glo. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramētum fidelitatis. char. 28. col. 3. uersicu. sed an quando. nisi pecunia esset conuersa in utilitatem domini, & nisi debitum fuisset cōtractum circa onus feudi, ut per Isern. & alios ubi suprà. Et est ad
31 uertendum an † ad dominum peruenerint fructus pertinentes ad heredes uasalli, uel sumptus facti per uasallum, iuxta §. his consequenter. & §. item si uasallus. hic finit lex Corradi. Tenetur enim princeps hoc casu, uel pati, ut hæres auferat illos, uel ipse soluere per text. in d. §. si uasallus. ad cuius tex. declarationem, scias loquendo secundum terminos communes, ꝙ quādo dominus alias erat facturus sumptus, quod eo casu debet reddere impensam si uult rem, ita tamen ut si minus impenderit quā sit pretium rei per eum factæ, reddatur impensa, si magis pretium ipsius rei. ita tex. in l. in fundo. ibi usque eo, &c. ff. de rei uēd. & glo. clara in uerbo, plus pretio, & ita Feli. in c. cùm causa. col. pen. de re iudic. & Bal. in d. l. in fundo. ubi uide, sed nec etiam consideratur æstimatio, tametsi conueniat cum sumptibus, ut erat tēpore impensę, sed ut est tempore restitutionis. Ias. in l. domos exustas. ff. de leg. 1. in 3. notab. & procedit hæc conclusio, siue impensa sit utilis, siue etiam uoluntaria, ut declarat Bart. in d. l. in fundo. quia satis dicitur utilis in tali casu. De necessaria non cadit dubitatio. Scias etiam quòd quādo dominus est pauper, & pauper ualde, sicut loquitur d. l. in fundo. & ibi Bart. in fi. ita ut non posset soluere talem impensam, nisi uenderet etiam domum. hoc casu non tenetur reddere impensam, sed permittitur possessori qui sumptus fecit tollere eos, permittitur tamen domino soluere eorum pretium, ut hominum malitiis obuietur, & procedit hæc conclusio in impensis utilibus secundum Bart. in d. l. in fundo. col. 2. uersic. si uerò erat pauperior. & in uoluntariis secundum Bart. ibi, col. 3. uersic. sequitur uidere. De impensa necessaria non conuenit dubitare, quia passim deducitur, ut Bart. in d. l. in fundo. col. 2. uersic. quæro primo. de bonæ fid. poss. & sine dubio loquitur in domino, aliás non facturo, quia in paupere loquitur. Item scias à contrario sensu eorum quæ proximè dixi, ꝙ si sumus in utilibus, & diuite domino, qui etiam non esset aliás facturus, reddit impensam, ita etiam glo. in d. l. in fundo. in uerbo, plus pretio. & Bar. ibi, col. 2. uersi. tunc aut dominus erat diues. & Alberic. ibidem in summario. Nota etiam ex d. l. in fundo. in fi. uersi. finge eā ꝙ etiam possessor deducit impensam, si dominus sit rem distracturus, & tanti pluris uendere potuit, sic notant omnes ibi, maxime Alber. & intelligitur tam in utilibus, quàm in uoluntariis secundum primā conclusionem, ita Bar. ibi. colu. 3. uersicu. sequitur uidere de uoluntariis. Ex omnibus istis fit regula ꝙ emptor (nam de eo loquitur tex. d. l. in fundo.) regulariter deducit sumptus factos in re empta, & loquitur hæc regula in utilibus, & multò magis in necessariis, quia tūc etiam malæ fidei possessor passim deducit, ut dixi, & quando erat distracturus, ut dixi, & omnino aduerte ꝙ loquitur hæc regula diuite domino. Pauper uerò dominus non tenetur, sed lex concedit possessori, ut tollat declarando, ut suprà. Item loquitur hæc regula, ut dixi, in emptore, & sic in bonæ fidei possessore, quia malæ fidei possessor non deducit, etiam diuite domino impensam utilē, sed sibi solùm conceditur facultas tollendi. l. domum. C. de rei uendic. & Bart. in d. l. in fundo. uersic. uenio ad malæ fidei possessorem. & uidetur habere locum hæc regula, siue in ædificando, siue in plantandis arboribus fiat impensa, tex. est in d. l. in fundo. in prin. in uersic. conseruisti. iuncta glo. super eo uerbo, ita ut omnia prædicta etiam procedant in plantatione, sed Bart. ibi, tenet contrarium col. 1. in 1. opposit. & col. 2. in fine uersi. quandoque per tales, & hoc per text. in l. si fundi. ff. de rei uendic. gloss. tamen sequitur Alberic. ibi, col. 2. uersi. item opp. ꝙ indistinctè ueritas est quam ponit Bar. ut non procedat d. l. in

fundo

fundo. nec prædicta, sed quod ipse dicit, q tamen quomodo intelligatur, uide Pau. de Cast. in 2. uolum. consi. 270. col. 2. & seq sine dubio tamen non habet locum hæc regula in impensa facta gratia quærendorum fructuum, quia illa tanquam necessaria semper deducitur etiam à malæfidei possessore. Bart. in d. l. col. 2. uersic. primo ergo circa expensas. & alii omnes. & Pau. de Cast. in eo consi. Nam malæfidei possessor, ut dixi suprà, deducit impensam necessariam. d. l. domum & Areti. consi. 17. colu. 12. disputatur tamen quid de impensa facta gratia custodiæ arcis, ut per Bart. in l. cùm quæritur. §. prædiis. ff. de legat. 2. & ibi Alex. Aretin. in l. fructus. ff. sol. mat. col. 2. & in l. diuortio. §. impendia. ff. eod. titu. ubi etiam Alexan. Aduerte tamen, quia malæ fidei possessor si faceret in re ędificium de nouo, uideretur illud donare. d. l. domum. & Bart. in d. l. in fundo. uersi. uenio ad malæfidei possessorem. Et si uis scire quæ sint impẽsæ necessariæ, quæ utiles, & quę uoluntariæ uide text. in leg. impensæ. ff. de uerbo. signifi. & ibi Alcia. & omnino Paul. de Cast. in l. ex duobus. ff. de nec. gest. ubi uult, ut si fiat domus ampla, quam non fecisset dominus, licet melior reddatur, tamen impensa dicitur merè uoluntaria, nisi haberet eam uenalem. Quia dixi possessorem in utilibus posse consequi impensam, præcisè loquendo in bonæ fidei possessore, nam in malæ fidei possessore est in electione domini, & c. d. l. domum. Scias hoc procedere in re nõ feudali, cùm in re feudali, tametsi impensa fuerit utilis in electione sit, &c. Casus est in d. §. si uasallus. Et quid de emphyteuta uide Ias. in l. 1. C. de iur. emph. num. 28. & seq. & d. §. si uasallus. loquitur in uoluntariis & utilibus secundum Paul. de Cast. in d. consil. 270. col. fi. uolum. 2. & Bal. in d. §. si uasallus. & quo ad uoluntarias non mirum est, quia ius cõmune etiam ita uult, ut dixi, & talis hæres uasalli consequitur impensam ædificii nõ ruderum. quicquid dixerit Ias. ubi suprà, & ita Bald. in d. §. si uasallus. & in authen. excipitur. C. de bon. quę lib. & Paul. de Cast. ubi suprà, col. fin. & d. §. etiam ponit aliam differentiã inter feudum & alia, quia in non feudalibus non est alternatiuè positum in obligatione, ut dominus soluat, uel permittat tolli, uti in feudo dicit d. § sed in obligatione solùm ponitur, ut possessori permittatur auferre, licet domino etiam detur facultas soluendorum ruderum. text. est in d. leg. in fundo si bene uides. & in d. l. domum. in fi. & sequitur hoc, ut in casu §. si uasallus. præcise teneatur dominus soluere, uel pati, &c. etiam si res fieret deterior, sed quando solum tenetur pati, possessor potest tollere nisi deterior res fiat quàm à principio esset, casus est in d. l. domum. in fi. & in d. l. in fundo, & probatur in tex. in cap. 1. §. econtrariò. de inuesti. de re alie. fac. cũ his, quæ ibi dicit Cardi. Alexand. ad fi. & ita quasi intelligis d. §. si uasallus. circa quem ut perfectè eum intelligas, scito in primis eum loqui in bonæfidei possessore, & ideo si fuisset malæfidei haberet locum d. l. domum. & materia d. leg. in fundo. Secundò aduerte, quia procedit quãdo quæstio est cum domino, secus si esset cũ uasallo mota à tertio, qua propter licet dux Mediolani inuestiuerit Spinulã de castro Sarauallis, in quo sumptus facti sunt ab Axaretis qui in eo ius prætendebant, & consequenter uideretur esse quæstio cum domino, tamen dicitur esse cũ Spinula, qui à duce illud nõ habuit ex feudo nouo, sed uirtute antiquarum inuestiturarum, & consequenter nunquam onus soluendi spectauit duci, sed ipsis Spinulis, & ideo non sumus in eo §. sed in d. l. domum. & in l. in fundo. quando enim sumus in necessariis semper deducuntur et à malæfidei possessore. d. l. domũ. quando uerò sumus in utilibus, & sumus extra feuda, & in bonęfidei possessore, habes tex. in d. l. in fũdo. sed in feudalibus in bonæfidei possessore habes tex. in d. §. si uasallus. Si autẽ sumus in malęfidei possessore extra feuda, in utilibus, licet possessori auferre d. l. domũ. & in rebus feudalibus idẽ credo, quia ille §. solũ loquitur in bonæfidei possessore, sed si sumus in uolũtariis, & in bonæfidei possessore extra res feudales, uide d. l. in fundo. & in effectu licitũ est auferre. In feudalibus uerò ẽ in electiõe domini, &c. si sumus in malęfidei possessore de iure cõi nõ fit deductio d. l. domũ. & idẽ credo in re feudali, quia tex. in d. §. nõ habet locũ, nisi in bonæfidei possessore, & secundũ prædicta apparet sentẽtiam qua declaratum est

Spinulam teneri soluere, uel pati &c. fuisse inquam, nam non sumus in eo §. quia quæstio non est cum domino, sed in materia d.l.in fundo.& d.l.domum . & ita in utilibus non bene dixit, siue fuerint Axareti bonæ fidei possessores, siue non, & maximè, quia impensa partim ēt erat necessaria & partim uoluntaria: non tantum utilis, & scians circa hanc materiam, ꝙ si habeo domum hypothecatam, etiam habeo hypothecam in sumptibus factis à bonæ fidei possessore in quem peruenit domus, tamē non aduocatur possessio domus nisi ipsis sumptibus solutis, quatenus pretiosior facta est domus.l.Pau.§.domus.ff. de pign.& practica erit, ꝙ iudex debet scire cuius pretii domus esset antequam sumptus fierent, & deinde cuius hoc tempore, & si ob impensam decem antiquo pretio accreuerunt, declaret creditorem esse ponendum in possessione domus solutis prius decem, in quibus facta est pretiosior, quæ decem cedunt utilitati possessoris, sed pretium domus antequam sumptus fierent cepit utilitati creditoris. Ad materiam ēt scias ꝙ si faciens sumptus etiam damnum intulit, ut putà capto castro ui bellicorum tormentorum, muros restituit multis sumptibus, eo casu damni etiam est habenda ratio, & cum sumptibus ad ratam compensari debet, text.est, & ibi Bart.in d.l. si negotia.ff. de neg. gest. & ibi apparet debere probari damnum, si debet haberi consideratio sumptuum, & per quod probentur sumptus, & quomodo uide Aret. consi.83. incip. quia multa fuerunt.in antep. col. & quando teneatur possessor compensare fructus rei, in qua sumptus facti sunt cum ipsis sumptibus, ponit Feli.in d.c.cum causam col.pen. de re iudic.cætera in materia uide per Fanum in suo tract.de pigno.in 4.membro. 5. partis col.3.uersi.10.fallit. ibi in hac materia quæ est utilis ualde, cùm quotidie contingat, facit duodecim conclusiones, & illas prosequitur: & nota omnino undecimā quæ habet in effectu, ut quamuis regula sit, ꝙ possessor ita demum retinet rem hypothecatam, si soluit debitum.l. quādiu. C. de distract.pign.tamē si fecit sumptus, sufficit ut soluat rei æstimationem. allegat Bar.in l.1.C.de pręd. &om. re. nauic. lib. 10.& alia, ut ibi per eum. Quæ conclusio est plena utilitate, & admiranda, & eam ēt tenet Soc.consi.224.eleganter.col.1. & 2. Et quando possessor est dominus, res uidetur sine difficultate, per tex.in d.l 1.qui loquitur in domino. Sed difficultas est in solo possessore: & uidetur idem, quia quilibet possessor habet ius offerendi.l.Paul.§. 1.ff.qui pot.in pign.hab. tamen quando sūptus fecit, uidetur ut solùm sufficiat dare æstimationem: & ita sētit Fanus, ubi suprà: text.tamē ille loquitur in domino: & ideo cùm sit singularis, secundum omnes, nō trahitur ad consequentias. l. quod uerò contra.ff.de lega. cum uulga. Et aduertendū est probari per illum text. ꝙ si is, qui obligauit, non fuit ille idem, qui sumptus fecit, sed alius, in quem translata res est, licet hypotheca duret in re, non tamen in sumptibus ipsis, & proptereà illas non potest uendicare, sed retinere soluendo ęstimationem: secus si fuisset ille idem, qui hypothecam contraxisset, & ita Ias. explicat in l.creditor.ff.si cer.peta. Item aduerte, quia non loquitur d.l.1.in quibuslibet minimis sumptibus, sed in his, quę rem ipsam reddidissent ualde pulchram. Et ideo allegatur, ꝙ ex magnitudine ædificiorum præsumitur quis magnanimus, uide aliqua ad hoc per Cors.in c.grande.de sup.neg. prelat. Reuertendo ad ea, quæ conueniunt
32 principi, dic † quòd est uigor iustitiæ, si est, ut esse debet, nō autem tartarus.l.prohibitum.C.de iure fis.lib.10.Sic.Iacob.ubi
33 suprà. Addo quòd † proprium principis est facere iudicium & iustitiam.c.rex.& c. regum.21.q.5. Tamen hæc iustitia debet esse dulcedine misericordiæ temperata. c.
34 disciplinam.45.distinc.quia iustitia † sine misericordia uertit uerum principem in tyrannum. Et alias qualitates requisitas in principe latè ponit Corse.in tracta.de pot. reo.uersi.quæro 20.ubi omnino uide.& in eo tractatu, quæst. quæro 32. ponit, quòd
35 † officium eius est deprimere malos, & ex altare bonos.ca.regum.22.q.5.ac furta & scelera cohibere, & impios de terra per
36 dere, ut ibi per eum. Et † de uirtute principis.& qualis esse debeat, & eius dignitate, uide Brunum consi.12.col.2.cum seq.&
37 ibi col. 6. dicit. † ꝙ licet sit dominus legum, non est dominus morum. Loquendo de principe, & consequenter de uero & iusto

sto domino, iuxta glo. in clem. 1. de bapt. cuius contrarium est, ꝙ sit iniustus & tyrannus: ideo hic esset attingenda materia
38 tyrannidis. Sed † quia Bart. fecit amplum & ordinatum tractatum, temerarius existimarer, si ulterius putarem posse aliquid boni dicere, ibi igitur uide, quis propriè sit tyrannus, & an ualeant gesta eius, & qua pœna puniatur, & amplissimè per Barbat. in rubr. de test. extrà. char. 4. colu. fi. & pluri-
39 bus seq. Scias tamen, † ꝙ quicquid fit in actis uia iustitiæ, in priuilegiis & concessionibus factis à tyranno, illa cancellantur ueniente iusto domino. d. l. decernimus.
40 Dec. consi. 191. Et † an sustineantur sub iusto domino, quando continent bona publicata tempore tyranni, tanquam sint fru-
41 ctus iurisdictionis suæ, Et † an feudum, quod deuoluitur tempore suo ob finitam generationem, sit ex fructibus iurisdictionis, uide quæ dixi suprà in titu. de pœn. in uer. confiscatio. Et tyrannus, si tamen sit in bona fide, facit confiscationes suas, ut ibi
42 infero. quia † si feudatarius huius dominii est in possessione exercendi imperium contra ciues & nobiles, non obstante decreto de maiore magistratu, & sit in bona fide, ꝙ publicationes talium sunt suæ, nec reuocantur posteà à principe, nec reuocari possunt, licet, per eum apertis oculis declaretur in petitorio. ꝙ iurisdictio spectat sibi, & ꝙ sunt compræhensi in dicto decre-
43 to. Et † an ualeant alia circa iustitiam præsertim, uide ultra Bart. in eo tracta. & Doct. in d. l. decernimus. Abb. in c. cōsultationibus. de iure pat. & Anc. consi. 289. iste
44 6. uersi. ulterius. An † tyranni possint concedere licentiam feudatario uolenti alienare feudum, & debeat seruari sub iusto domino? Videtur non debere, quando in effectu est alienatio, quia alienans posteà decessit sine prole, iuxta ea, quę ponit Dec. in reg. aliud est alienare. in prin. ff. de reg. iur. iunctis allegatis per Dec. in d. cōsi. 191. col. 3. Sed si non deficit linea, uidetur
45 ꝙ debeat ualere: quia † tyrannus faciebat ex iure quodam publico, iuxta not. per Abb. in d. c. consultationibus. col. fi. & quo ad uerum dominum non uidetur resultare interesse probabile, iuxta gloss. & Bar. in l. indebiti. §. sed si nummi. in fi. ff. de cond. indub. & latè tradita per Soccin. in l. 2. ff. de exce. rei iud. & Ias. in d. §. sed si nummi. Tamen responderi potest ex not. in d. l. decernimus. & per Dec. in d. consi. Nec obstat, ꝙ authoritate iuris publici, &c. quia imò uidetur authoritate priuata, sicut dicimus in quolibet priuato consentiente tali alienationi, qui authoritate priuata facere uidetur. Non obstat ꝙ non esset alius, qui consentiret: quia hoc nihil est, sicut dici-
46 mus, † quando dominus est excommunicatus, uel bannitus: quia interim debet abstinere ab alienatione. glo. est approbata in cap. 1. in prin. hic finit lex. & hoc maximè procederet, quando consensisset tyrannus in eo, in quo uerus dominus non consensisset, iuxta not. per Bar. in tract. tyran. in 7. q. Ad fundamentum, ꝙ non interest domini directi, dic interesse posse considerari: uel quia ille non uult se recognoscere, iuxta dicta Socci. in d. §. sed etsi nummi. in fi. uel non comparet ad se recognoscendum & est talis, quem non solum princeps non recognosceret, uerum etiam eiiceret è dominio suo, iuxta not. in c. 1. & in cap. cùm terra. de elect. & quæ tradita per me fuerunt in tit. ban. qui pos. dum locutus sum de clerico seditioso, an possit per principem secularem eiici. Quod sine dubio procederet, ubi non comparerent aliqui ex generatione eius. Teneo tamen primam opi. præterquàm si essemus in his ultimis casibus. & ita fuit seruatum. Si tyran-
47 nus donet rē alicuius extorris, an † quemadmodum sub iusto domino reuocatur donatio, ita donatarius teneatur ad quoscunque fructus? Videtur eum teneri per tex. in d. l. decernimus. ubi lex uult, ꝙ uniuersa restituantur antiquatis funditus gestis per tyrannum, & consequenter fieri debet plenaria restitutio etiam respectu fructuum, iuxta capitu. grauis. de re. spol. & dicta per me supra. in materia uiolentiarum circa remediū interdicti unde ui, & c. reintegrandæ. loquor quando quis est tyrannus notoriè, uti erat dominium Venetum, quando possidebat Cremonam: & loquor in caso, qui tūc contigit in facto. quia donauit dominium Venetum uectigal notariarum, quod erat Marchisini Stangæ cōmunitati Cremonæ, Nec dicatur, fuit cōmunitas in bona fide, iuxta no. per Fel. in c.
48 de quarta. de pręscri. ubi † error iuris uel

facti facit cessare malam fidẽ, quod sufficit ad acquisitioné fructuum, ut ibi: quia propter rem notoriã præsumitur malã fides, nisi probetur ignorantia. c. ordinationes. cum glo. ibi. 9. q. 1. & ita Bar. in tract. de tyran. col. 3. uer. sicut. in uer. quomodo auté allegat d. c. ordinationes. Pro hac opin. pódera, ꝙ uerba, quibus cancellantur gesta per tyrannum designant canonem latæ sententiæ, ibi, antiquatis, & infirmatis, quæ sunt præteriti temporis, iuxta gl. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. & hoc a principio rei gestæ, per illud uerbũ, funditus, ut dixi, & declarat Sal. in d. l. decernimus. ergo ẽt fructus ueniũt, iuxta ea, quæ dixi circa declarationem capitulorum, quæ fiunt finito bello circa restitutionem rebelliũ, & extorrum. Põderandum est ẽt, ꝙ hæc restitutio fit uia iustitiæ, per d. l. decernimus. & alia allegata per Dec. in d. cõsi. 191. quo casu plenaria debet fieri restitutio, iuxta ea, quæ dixi supra in materia harum restitutionũ, de quibus in l. Gal. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Et ita in casu concessionis factę, ut suprà, de d. uectigali fuit iudicatum per excellentissimum uirum Do. Iacobum Philippum Saccum nunc præsi-

49 dem Senatus. An † conductor tyranni, ex pulso tyranno, teneatur ei soluere, an domino uero? Dic nouo domino teneri, Floria in l. si operas. ff. de usufr. Firm. in tract. gabel. in 2. parte. q. 27. est materia l. si ui ba

50 na. ff. de condic. indeb. An etiam † solutio facta per colonum tyrãno noceat uero domino, uide Bart. in l. creditor. ff. de solu. & dixi suprà in materia publicationis bonorũ, in tit. debitores an delinquenti, &c. Et

51 † circa hanc materiam tyrannidis uide ẽt Ang. in cons. 379. optimè & uerè. ubi dicit, ꝙ non dicitur se absentem facere à loco, qui tempore tyrannidis inde recessit: nec est contumax, qui non uenit corã tyrãno.

52 Et † an uerus dominus teneatur seruare leges & decreta tyranni, uide Alb. in l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. Mar. Laud. in tracta. de principe. in q. 64. & Fel. in c. translato. col. 1. de constit. Et in hoc dominio plura decreta seruantur condita ab his, qui tyrãni nunc habentur, tanquam fundata super bona ratione. Et ad prædicta uide Ancha. consi. 289. iste 6. quod ẽt allegaui supra. ubi

53 dicit, ꝙ † illa, quæ geruntur ratione publici officii, semper ualent, & tolerantur propter bonum publicum, etiã si ab inhabili & indigno ministrentur, allegat. l. Barbarius. ff. de offi. præt. & l. 1. C. de testa. ad quam ẽt supra allegaui Abb. in d. c. consul

54 rationibus. de iure pat. Et † an priuilegia Cæsaris, uel Pontificis confirmantia tyrannum in dominio ualeant, uide Barb. in d. rub. de testa. char. 5. col. fin. & seq. est materia. l. authoritatem. C. unde ui. quæ dicit, ꝙ per rescriptum principis uiolenta possessio non cõfirmatur, per quem tex. ibi Bart. uult, ꝙ talis confirmatio non prosit, quin spoliatus sit restituendus. & idem Alex. in 4. uolum. consil. 121. col. pen. & fi. Barb. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. in 1. glos. in ult. char. in fi. plenè Feli. in c. postulasti. col. antepe. de rescrip. Alex. 5. uol. consil. 3. col. pen. Mart. Laud. in tracta. de principe, tit. 1. conclu. 12. Bal. 1. uolu. consi. 382. circa fi. & in c. 1. in fi. pr. de nat. feud. Bal. 3. uo. consi. 233. Et quia Bar. in tract. tyran. ponit qua pœna puniatur tyrannus, maximè in uer. 9. & Barb. ubi supra char. 5. col. 3.

55 Quæro † quando Dux, Comes, uel Marchio, qui habent titulum, & sic manifestè non sunt tyranni, iuxta dicta per Bar. in eo tracta. exercitio tamen sunt tyranni, quia subditos suos cruciãt & affligunt, imponẽdo noua onera, & magis fauendo uni parti quàm alii, & non habendo rationem iustitiæ, an sint deponendi & priuandi feudo, ultra alias pœnas, quibus puniuntur, iuxta dicta ubi suprà? & dic priuãdos esse, secundũ Bar. in d. 9. q. Iac. de S. Georgio in tract. de roydis & oper. in ult. char. col. 2. & prin. seq. & ibi etiam dicit, ꝙ monitione nõ præcedente possent priuari. latè etiam idem tenet Ias. præcedente tamen trina monitione, in auth. qui rem. col. 2. C. de sac. sanecclés. & in prælu. feu. col. 25. ibi tamen generaliter loquitur, & precedente monitione: & ꝙ requiratur monitio, probat text. in c. 1. circa fi. de pa. te. & ꝙ possint priuari, quando denegant iustitiam subditis suis, probatur in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. in §. sed. ubi Gem. & alii not. Ad quod facit, quod ponitur in tracta. Cors. de excel.

56 reg. in 1. char. in 3. q. ꝙ † etiam subditi possunt expellere suum dominum se tyrannicè exercentem. Quòd autem requiratur monitio, Bal. de pa. ten. §. quicunque dicit.

pro-

procedere, si culpa fuit in omittẽdo, secus si in faciendo sic etiam Præpos. ibi, multi alii, maximè Ias. ubi suprà absolutè tenẽt, ꝙ requiratur monitio. Et hæc secũda opinio est ipsa ueritas, patet in d. §. quicũque. si illum bene uides. & in d. c. ad apostolicæ. §. sed. & fuit opi. Alex. & Aret. si bene uides in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. ex quorum dictis constat hanc esse ueram & cõmunem opin. non obstante ẽt d. Inno. in c. extirpantæ. §. quia uerò. nam ita uolunt iura hæc particularia feudorum, & consequenter cessant termini iuris cõmunis, de quibus per Alex. in l. ita stipulatus. *la gran de* ff. de uerb. obli. col. 3. & amplius dico, ꝙ illa distinctio, aut omittẽdo, aut faciendo, non loquitur in actu momentaneo, putà, si fecerit furtum: tunc esset ridiculum dicere, ꝙ debuerit prę cedere monitio: sed nos loquimur in actu successiuo, sicut est negligentia, quemadmodum est malè subditos tractare: quod non solùm uerificatur in uno actu, sed in multiplicatis, & in Senatu hæc opinio apud multos fuit in causa Intrinensium habita uerior: quia ille Comes, de quo tractabatur, non fuit priuatus, sed duntaxat condemnatus ut restitueret malè acquisita, & monitus ne in futurum perseuraret, iuxta opinionem Bal. in auth. statuimus. C. de epis. & cle. Fuit tamen inhibitum ipsi Comiti ad offensiones euitandas, ne accederet per quinquennium ad locum, de quo quærebatur, prætorq́; eius loci poneretur per eum, sed eligeretur & nominaretur à principe. Posset

57 † etiam cogi ob tales causas feudatarius ad uendendum feudum alteri. Roma. in l. 2. ff. so. mat. & Bal. in l. 2. §. dominorum. per illum tex. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iuris. Ego tamẽ ut effugerẽ has difficultates,

58 si casus eueniret. putarẽ optimũ esse, † ꝙ procederetur criminaliter ad pœnã capitis, & iuxta. ti. de ui pub. & pri. & alia iura secundum qualitatẽ cõmissorum inhæren do doctrinę Bar. in d. 9. q. quia in eo casu in consequentiã perderet iurisdictionẽ & dignitates, ut ibidẽ, & opinio eorum, de qui-

59 bus supra. uolentium † non requiri monitionẽ in actu momentaneo: non est iuridica, quãdo agitur propter malè gesta ad priuationem feudi: & est cõtra cõmunẽ, quæ absolutè uult requiri monitionẽ in locis,

60 ubi supra. Est tamen aduertendum, † ꝙ ẽt si agatur ad solam priuationem iurisdictionis non sufficit omnis angaria in subditos, ut ostẽdit Afflict. ubi omnino unde in hac meteria in c. licet. si de feu. fuer. contr. int. do. & agn. col. 2. & 3. & ita in effectu uolui loqui in tit. ad l. Iul. de ui pub. & pri. supra.

61 ubi in hoc uide. Et † in materia domini malè tractantis subditos suos: si tamẽ ageretur de sola ui publ. & priuata, ad pœnam deportationis, & relegationis, & infamiæ. iuxta d. Bar. in d. 9. q. sequeretur in consequentiã priuatio dignitatum, ut in ea 9. q. Sic ẽt licet pro uiolentiis & extorsionibus non priuetur dominus iurisdictione, iuxta dicta Afflict. ubi suprà. post Luc. de Pen. tamẽ illud habet locũ. si principaliter ad id agatur, aliàs procedit in consequentiam.

62 quod dixi. Addo prædictis, † ꝙ summus Põtifex potest deponere oẽs principes, si grauãt subditos suos. Mar. in tract. de principe. col. 1. conclu. 7. Aliud mihi nõ occurrit in præsentia notatu dignũ in hac mate-

63 ria tyrãnidis, eo excepto, † ꝙ si uelis scire quot & quib. modis excedãt tyrãnidẽ exercendo Imperatores, & reges, princeps, barones, & consiliarii principũ, ac ẽt aduocati, & milites, uideas Put. in trac. synd. in prin. ubi pulcherrimè hæc pertractat, maximè dũ de malis consiliariis uerba facit,

64 cui addo † ꝙ tales, si essent memores eius, quod dixit Bal. in l. 1 col. 2. C. de hæ. uel ac. uẽ. in uer. itẽ ut offi. tali officio non funge-

65 rentur: ait. n. Bal. ꝙ † officialis ditatus durante officio præsumitur id fecisse ex bonis fisci uel principis, ut not. in l. facultas. C. de iure fisci. & quòd hoc custodiunt tyranni: quia rarò officiales recedunt ab eis cum pecuniis. Quod quomodo intelligatur, dicam infrà in titu. de fisco. Et si uis sci-

66 re, † quando regimen fit tyrannicè, & an peius fit regi à tyranno, quam tyrannis. uide Bar. in tractatu de regim. ciuitatis. Dixi quæ conueniant principi, & sic de bono & iusto principe. & quia eius contrarium est, quòd sit iniustus & tyrannus. Aliqua non inutilia (ut mihi uidetur) tetigi de tyranno & tyrannide, reuertor nunc ad materiam ipsius principis. & subiiciam aliqua notanda & singularia in principe.

67 Et in primis scias, † quòd princeps ex suo titulo transfert possessionem sine traditio

ne, ut per Iaſ. in l. traditionibus. C. de pac. & in l. quoties. C. de rei uend. & in l. fi. col. antepe. in fi. & ſeq. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quod intellige in priuilegio, ſed in contractu cenſetur uti iure cõmuni: & ſic ꝙ non transferat, ſi traditio non interuenit, iuxta d. l. traditionibus. transfert tamen et ex contractu, ſi ita apparet eum uelle. Ita Iacob. in ſua inueſtit. in uer. princeps. col. 2. & 3. & clarius & conſideratius per eundem char. 6. col. 2. uerſic. quinquageſima ſecunda ſpecialitas. ad fi. illius ſpecialis. Et eandem opinionem, ꝙ princeps uideatur uti iure communi in ſuo contractu feudorum, & aliis contractibus, tenet Deci. in d. l. traditionibus. col. 2. Secus autem in priui
68 legiis, ut ibi per eum. Et † qui ſint caſus, in quibus ſine traditione transferatur dominium, uide in gloſſ. in l. ſi ager. ff. de rei
69 uendic. Aliud not. ꝙ † principi licet egredi uires libelli, quamuis ex regula contrariũ ſit, iuxta c. licet Heli. de ſimo. ita Ant. de But. & ibi. & Abb. in c. cùm ſuper. col. 3. uerſic. ad hoc, quod not. extrà, de confeſſ. ubi dicit, ꝙ ſi in cauſa beneficiali reus fateatur nullũ ius habere, & actor nihil probet de iure ſuo, inferior à Papa non poterit procedere ſuper illa inſtantia, contra reum confitentem, quia nihil poteſt ultra libellum. d. c. licet Heli. Sed inchoando poſteà nouam inſtãtiam uia inquiſitionis, poterit confeſſum priuare ex ſua confeſſione, per not. in c. inquiſitionem. de elect. & refert & ſequitur Iacob. in loco, ubi ſuprà, char. 5. col. 1. uerſi. quinta ſpecialitas. ubi etiam allegat Bal. in l. Aemylius. circa 18. col. ff. de mino. qui dicit, ꝙ princeps de plenitudine poteſtatis poteſt ſupplere circa libellum, ex cauſis ſibi notis: quia corã principe non attenditur ineptitudo libelli, & potius attenditur cauſa, quàm concluſio: ſed coram delegato à principe attenditur concluſio. Et dicit Ang. in l. omnium. in quibuſdam lect. C. de teſta. ꝙ licet requiratur concluſio in libello, tamẽ in principe ſufficit narratio. & in ſumma Felin. hoc idem tenet in d. c. licet Heli. in 12. limit. ad regulã illius tex. & ratio huius ſpecialis eſt, quia princeps non arctantur ad obſeruantiam ſolennitatis, imò, in ipſis om
70 nis ſolennitas ceſſat: nam † quicquid facit princeps, facit ut Deus, in auth. de hæred. & Falc. in pri. ergo ſola facti ueritate attenta debet iudicare, cùm Deus ſit ipſa ueritas, ut not. in c. cum omnes. de teſta. quæ nõ fallit, nec fallitur. Et ideo ubi princeps ſcit ueritatem, non debet ire per ambages: & per cõſequens omnis ſolẽnitas iudiciaria uidetur ab eo excludi. Et hanc rationem ad prædictũ ſingulare aſſignat D. Geor. Nata. in repet. clem. ſæpe. de uerb. ſig. in uerſi. non ſic tamen. col. 4. uerſi. nono fallit. Nam ibi ponit regulam iuxta d. c. licet Heli. de ſimo. & fallentias, ſicut etiã
71 ponit Fel. in d. c. licet Heli. Et latius † ꝙ in principe ſit excluſa omnis ſolemnitas, ponit idem Nata. in d. clem. in uerbo, & quia. ſuper glo. in uerbo, peremptoriè. in illo articulo, an ualeat ſententia principis ſine citatione. Videtur tamen ex mẽte Doctorum, ꝙ hoc procedat, ubi appareat principem uelle ſolam ueritatem ſequi omiſſo ordine & ſolẽnitatibus iudiciariis: quia
72 † aliàs in dubio princeps præſumitur uelle uti iurecommuni, per ea etiam, quę dixi in præced. ſpeciali. Et ita in ſpecie declarat Deci. in leg. uinum. ff. ſi cer. pe. col. pe. ubi primò aſſignat rationem, quam dixi: poſteà dicit procedere de plenitudine poteſtatis, & ꝙ ideo debet conſtare uoluiſſe uti plenitudine poteſtatis: quia in dubio non præſumitur, ut per eum. Et eſt declaratio in effectu Bar. in d. l. Aemylius. col. 2. ad fi. ubi uide. Et facit ad prædicta, ꝙ adeò princeps eximitur à neceſſitate
73 ſeruandi ſolennitates, ut † eius præſentia suppleat omnem defectum ſolennitatum. d. l. omnium. & ibi not. C. de teſta. Et facit
74 etiam, ꝙ † quamuis non probetur cauſa intenta, ſed alia, tamen poteſt per principẽ iudicari licet regulariter ſecus ſit, ut per Soc. conſi. 146. col. 7. & Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 6. ff. de uerb. ob. quod ideo euenit: quia princeps iudicat uti Deus, & ſola ueritate attẽta. Et hac eadem ratione ſufficiunt nõ ita exactæ probationes, ut per Dec. qui ponit utrunq; in c. delicti filii. col. 2. de iudi. extrà. Quãuis tamen corã principe non ſeruetur ordo iu
75 ris, tamen † in cauſis principis ita ſeruari debet, ſicut in cauſis priuatorũ. l. 1. C. de cõduc. & procur. præd. ſiſ. lib. 11. & ibi Bar. & in l. pe. C. de dela. li. x. Iaſ. ĩ præl. feu. nu. 50.
76 Adde prædictis, † ꝙ ex ordinaria poteſta-

te coram principe non potest agitari causa capitalis per procuratorem, Angel. in leg. seruum. §. publicè. ff. de procurator. & Marti. in tractatu de principe, conclusio-
77 ne 228. Princeps † potest iudicare secundum suam conscientiam. Bartol. in l. 1. in fin. colum. C. ut quæ desunt aduoc. part. etiam quòd sua conscientia esset informata, dum in minoribus esset, Dec. consi. 463. ad fi. & dixi suprà in titu. de partu supposito, ad fin. ubi inferro ad terribilem casum, qui contigit his proximis diebus in ciuitate Romæ contra magnum uirum. Caueant tamen principes, ne sua conscientia sit malè informata. cap. 1. de re iudic. in sexto. Martin. in tract. de principe, conclu
78 sione 41. Creditur † uerbis narratiuis principis, quando in eis princeps se fundat, clem. 1. de probat. Regulariter contrà, quia non creditur uerbis narratiuis legis, uel principis, gloss. ordinaria in leg. unica. C. quando non pet. part. ubi latè, uide
79 Ias. char. 3. colum. 3. & seq. Et † si attestetur de fama uel infamia alicuius asserendo, creditur. secus si narrando. Abb. cap. cùm oporteat. de accusa. Iacob. leg. testium fides §. eiusdem quoque. de testi-
80 bus. Sed † an credatur literis principis attestantibus aliquem esse bannitum uel rebellem, super quibus posteà se fundet donando bona sua. Decretum habebamus disponens, ut crederetur, quod incipiebat, Prouidere uolentes. sed fuit abolitum, uti tyrannicum, in compilatione nouorum decretorum facta à clarissimo uiro domino Francisco Lampugnano Senatore & me, ex authoritate Senatus: & quòd in tali casu non credatur de iure, patet: quia dicta clementina non procedit in his, quæ sunt magni præiudicii, per ea, quæ dicit Abb. ibi circa fin. & Paul. de Cast. consilio 158. uiso & examinato. col. fin. Butr. in c. post cessionem. colum. 8. uersicu. octauus casus. de probat. & Aret. in c. cùm à nobis. de testi. Deci. consi. 198. col. fi. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. col. 18. uers. secundò limita. aliàs esset uia aperta principi faciendi per indirectum, quod aliàs non posset, contra regulam, cùm quid. de regu. iur. in 6. & hæc est potissima ratio
81 Doctorum allegatorum, & in specie, † ꝙ allegatum decretum non ualeret, consuluit Curt. Sen. consil. 49. memoriæ recolendæ dux Philippus. præcipuè in antepenult. char. & consil. sequen. char. pen. sic etiam tempore dicti decreti obseruabatur. Et pro conclusione negatiua etiam uide Iser. relatum per Iacob. in sua inuestit. in glo. & dicti uasalli pro dictis rebus feudalibus. colum. antepen. uersicu. sed circa præmissa. & uer. inquantum. uide etiam in terminis decreti nostri & quæstionis propositæ, Dec. consi 410. colum. 3. uide tamen in contrarium Soccin. consi. 28. colum. fi. in fi. uolu. 3. & consil. 226. colum. 12. & consil. 87. colum. 10. uolum. 3. Sed ueritas & communis opinio est præcedés, & in materia dictæ clem. uide Alex. consil. 15. in quinto. uol. & consi. 70. col. 5. uersi. prætereà fortificantur. uol. 1. Felin. in d. c. cùm à nobis. & in ca. cùm in iure. de offic. deleg. & in cap. nonnulli. §. 1. de rescript. col. 4. Aretin. consi. antepenult. colum. 3. & seq. & Hieronymus Tortus post consil. Ant. de Butr. char. 5. col. fi. & seq. & Feli. in cap. ad audientiam, colu. 3. & seq. de præscript. ubi notabiliter, & an credatur summo Pontifici in his, quæ facta sunt ante susceptam Pontificiam dignitatem, uide Perus. in ca. ad apostolicæ in prin. colu. 2. de
82 appel. Pœna omnis † in principe est arbitraria, in iudice uerò mutatur plus & minus est causa, iuxta leg. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. ita Iaco. ubi suprà, in 7. speciali, & dixi latè suprà in tit. de pœn. in uer. est in arbitrio iudicis. ibi habes, ꝙ ét post sententiam princeps indulgendo tollit pœnam: ad quod facit totus titu. C. de sen. pas. & l. rescripta. C. de prec. Impe. offe. & suprà latè dixi in titu. de reme. ex sola
83 clem. princip. contra sed. Princeps † est solutus legibus. l. princeps. ff. de legi. quæ lex potest intelligi duobus modis, aut de legibus conditis per eum, aut prædecessoribus suis: Primo casu res est clara, nisi de honestato Et idem dico in Papa Doct. in cap. 1. de consi. Sed an subiaceat statutis ciuitatis Dic non subiacere etiam de honestate. Card. consi. 2. Fel. in d. c. 1. colum. 9. Quæ cóclusio fortè non procederet, quádo essent per eam confirmata: quia omnia nostra facimus, & c. & per ea, quæ tradit Abb. in c. eum accessissent. in pe. not. eod. titu. de consti. Secundo casu quo ad leges

prædecessoris, dic etiam non subiici. c. innotuit. de elect. & l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. Tamen in contrarium facit glo. fi. in c. penitentiam. 15. q. 9. quæ dicit, ꝙ Papa peccat reuocando ea, quæ bene fuerunt statuta. & idem Abb. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. Aliqui dicunt, ꝙ illa glo. procedit de honestate, & non bene: quia contraueniens legi honestatis leuiter etiam non peccat. Abb. in d. cap. 1. & ideo illa glo. loquitur in principe reuocante legem fundatam super ratione naturali, aut diuina, quia tūc peccat. Abb. in repet. c. per tuas. col. 10. de arbit. Feli. in d. c. 1. col. 7. & in c. ad audientiam. 2. colu. 4. de rescript. & ideo aliud esset, quando esset fundata super ratione ciuili. Omnes
84 † contractus facti à principe, uel ciuitate, quæ potest legem condere, habent uim legis, & ita possunt allegari in similibus casibus, sicut leges, Bar. & Ias. post alios in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & idem dicit ibi Ias. in epistola, ut per eum. col. quarta. Addo
85 † idem esse in rescripto, ut not. Domin. post Anchar. 38. distinct. in cap. ignorantia. per text. in c. licet. 16. q. 3. & 2. q. 1. c. multi. & loquuntur non solùm quo ad compræhensos, sed etiam quo ad alios. Sed intelligenda sunt hæc omnia, quando apparet mentem principis esse, ut hæc habeantur pro legibus, putà, quando dirigeretur rescriptum uniuersitati, uel epistola, uel quando insererentur inter alia decreta loquor etiam de contractu, ut not. Alex. in d. l. ciuitas. col. fin. Et sequitur hanc opinionem Dec. in rub. extrà, de rescrip. colu. 1.
86 ubi uide, & in d. l. ciuitas. Princeps † si uēdit rem emptor statim est securus, nec potest per dominum euinci, sed habet actionem contra principem infra quadrienniū. leg. bene à Zenone. & leg. omnes. C. de quadrien. præscri. Iacobin. ubi suprà, in ea char. 5. in uer. quadragesima specialitas. ponit sex limitationes. In hac tamen ciuitate Mediolani. & eius dominio, non seruantur dictæ leges. Et hoc procedit propter decretum disponens, ut nunquam intelligatur sublatum ius tertii, in concessionibus & gestis per principem: & ita fuit seruatum in donatione facta illis de Manfredo bonorum Cusaghi referente magnifico domino Francisco Taberna tunc fiscali, & nunc supremo Cancellario, & non solùm seruatur in concessionibus gratuitis, sed etiam onerosis, & non solum in Senatu, sed coram omni magistratu, fueruntq; editæ dictæ leges ad conseruandum honorem principis, cessantibus contentionibus super contractu ipsius inter priuatos: de quibus legibus ultra Iacobi. uide Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. col. 11. Ias. in authen. quas actiones col. 2. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. in 3. not. ff. solut. matr. Bal. 1. uol. consilio 363. circa fin. ubi loquitur de duce Mediolani. & alibi in c. ossi. & per Barba. in cap. cæterùm. col. pen de iudic. & quando princeps possit alienare communem rem, uide Dec. consil. 235. in causa magnifici domini. colum. 2. Princi
87 pum † uices gerentes habent eādem potestatem, quam princeps ipsi, Ias. in l. conuentionum. col. 2. uersi. limita tertiò. ff. de pact. per Mart. in tract. feu. in c. imperialē. in prin. col. 2. de prohi. feu. alien. per Fed. & Iacobi. de S. Georg. in sua inuestit. in gloss. in uerb. uicarius perpetuus. ubi uide omnino. Et de regentibus ciuitatem uide Ang. Aret. in tract. in uer. fama publica. col. 2. Quæro autem, si Comes uel Marchio suspendatur ab administratione, & subditi porrigant preces Cæsari. petantq;, ut ex quo caput non habent, uelit aliquē eligere, qui possit omnia, quæ poterat comes uel Marchio, & Cæsar rescribat Senatui, ut in his, quæ accident in eo dominio, faciat quæ cōueniunt iustitiæ & æquitati. an Senatus poterit non solum exercere iustitiam, uerùm etiam facere gratias delinquentibus, & remittere condemnationes? uideretur id posse, si absolutè uoluisset, ut ipsius uices gereret: quia tunc posset omnia, quæ princeps, secundum Bar. in l. 1. §. si quibus. ff. de leg. 3. & in l. 2. C. de his, qui ui. alie. ge. post glos. ibi. Sed non ita fecit Cæsar, imò, se restrinxit ad ea quæ concernunt iustitiam & æquitatem: nec etiam in generali concessione ueniūt reseruata principi: & quando ueniant, & per quæ uerba, uide Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. char. 3. col. 3. uer. quarta declaratio. & ibi dicit ꝙ nec uicarius imperialis habet talē potestatē nec rex, Marchio, Dux, & Comes, nisi aliter uis uerborum uelit, ut ibi not. per eum, & ideo quod

dicit

dicit Bart.in d.l.1.de leg.3.& ubi suprà, & Ias.in l.conuentionum.col.2.ff.de pact.restringitur ad exercitium imperii, non supra:& est ex mente Doctorum, qui in istis uicariis & uices gerentibus disputant, an possint deportare, uel causas sanguinis decidere:nam dum distiguunt, utrum superior alios creet, an ipse officialis, uolentes ut primo casu ea possint, sine dubio inferút, ꝙ licet possint omnia etiam imperii exercere, tamen non possunt quo ad reseruata principi authoritaté habere. Et est aduertendum ad quæstionem propositam, ꝙ dubitatio Doctorum, an transferantur reseruata principi non cadit, quando aliquis constituitur officialis ad tempus:quia túc non est hæsitandum, an consequatur reseruata principi:sed cadit, quando quis creatur dominus perpetuus, ut est Rex, Dux, Comes, uel Marchio:& ideo cùm Senatus non creetur Marchio. sed duntaxat durante suspensione detur aliqua authoritas, cessat omnis dubitatio:& sumus in difficultate, de qua per Alex in rub. ff.de offic.eius. an sit ille, cui cómittuntur uices alterius, ordinarius, uel delegatus, sentiens Alexa. neutro casu, quamuis possit circa iustitiá, tamen supra eam nihil posse. Est etiam aduertendum, quòd Fel.ubi suprà, uult, ut
88 † quamuis Cæsar constituat Ducem uel Marchione, & dicat ꝙ possit, quæ ipse Cæsar potest, tamen debeat addere, quæ potest Cæsar etiam ex plenitudine potestatis:atque ideo non sufficit constituere uices gerentem, quinimò sentit ut requiratur dignitas regni, ducatus, uel comitatus. Quod tamen non affirmo, quando uerba priuilegii essent ampla, prout dicit Felin. ubi suprà. Contra prædicta tamen facit decisio Bal.in cap.2.de offi.deleg. de qua per Ias.in l.penul.ff. de iustitia & iur. ut si petatur rem iudicatam retractari, & princeps rescribat, ꝙ fiat iustitia, sine alia clausula, uidetur rescribere, ut etiam retractetur, quamuis non dixerit expressè, uel nó adsit clausula, Non obstante re iudicata, iuxta l. fin.C.sentent.rescin non posse.& sequitur Sicul.ut ibi per Iason.qui etsi opinioné eorum impugnet, tamen dicit, ꝙ durum esset ab ea recedere: ad quam Dec. respondet, quod principale fundamentú est Bal. quia aliàs datio delegati nihil operaretur:quod fundamétum corruit in casu isto, ut uides. Secundum etiam fundamentum Bal. ꝙ delegatus tenet uices delegantis, nó obstat: quia non procedit in reseruatis principi, nisi simpliciter illa concessa sint, uel modis, de quibus per Fel.ubi suprà, & electio sit perpetuò duratura, non ad tempus, ut in præsenti quæstione. Et propterea non intelligetur Senatus habere ius, nisi quo ad ea, quæ concernunt iustitiam, ut suprà dixi. Dum tamé hæc dubitatio fuisset proposita in Senatu nullo præcedente studio, uniuersus Senatus me excepto contrariú asserebat:quod fuit in causa, ut deinde prædicta considerauerim, quæ magis atq; magis confirmarunt me in meam sententiam, ut in præcedenti quæstione tollitur omnis dubitatio: quia Cæsar se restrinxit ad iustitiam & æquitatem, iuxta l placuit.C de iudic.& d.l.penul.cum ibi not.ff. de iusti. & iure. Ex prædictis habes declaratum id, de quo quotidie in Senatu dubitatur, quádo Cæsar committit causam Senatui sub
89 illis etiam uerbis,† Dantes uobis in prædictis uices nostras. Nam hoc uerbum nihil designat:quia exprimit illud, quod taci
90 tè inest, cùm † delegatus principis fungatur uice principis.cap. sanè. el secondo. de offic.deleg.sicque possit omnia, quæ po-
91 test princeps. in re commissa:& † ideo etiam præfertur in ea re ordinario etiam maiori, ut in dicto cap. sanè & honoratur tanquam princeps in re cómissa, non tamen quo ad principem, sed quo ad alios, ut declarat Deci. in dicto cap. sanè. qui infert ex hoc Regem bene facere, dú uult, ut Dux Sabaudiæ legatus suus præferatur legatis Venetorum, & dicitur ordinarius uel delegatus, secundum distinctionem, de qua suprà, ut per Deci. in rubr. de offic. deleg. nec est differentia, an dicatur uices gerens, an locum tenens. cap. fin.93.distinct. ibi, tunc enim sicut locum tenens honorabitur, loquendo de delegato.& dicto cap. sanè. an uerò dicatur uicarius: quia uicarius dicitur uices gerens §.interdum in authen.de mand. princip. & in aliis locis, de quibus suprà. Et non uidetur dubitandum prosequendo significatum illorum uerborum, Dantes uobis in prædictis uices nostras, quin possit procedere sola facti ueritate inspecta: & eo

modo. quo posset ipse Cæsar, sed quòd uideatur data facultas exercendi ea, quę sibi sunt reseruata nullus amplius hoc dicat, ne sibi obiiciatur leg Domitius Labeo. ff.
92 de testam. Et in terminis † quando Papa committit uices suas quo ad tales ecclesias, uel in talibus locis: ꝙ tamen non intelligatur transtulisse ea, quę sibi soli erāt reseruata, est glo. expressa in cap. mandata. de præsumpt. quæ nō tantùm in his procedit uerùm etiam in non reseruatis, quæ ardua sint: & ideo non posset talis committere causam simpliciter de plano, &c. ut ibi declarat notabiliter Abb. quem omnino uide. & in cap. fi. de confirm. utili uel inuti. Quod ultimum etiam obstare uidetur his, quæ dixi: quia is non gereret quo ad omnia uires domini, si non posset procedere sola facti, &c. siue summariè, &c. nisi dicas quæ suprà dixi, locum habere in ipso delegato, ut ipse possit ita procedere. Abb. uerò uelle, ut delegatus uel talis uices gerens, non possit alteri committere cum dictis clausulis. Et in hoc casu fortè est etiam differentia inter inferiorem Papa, & inferiorem Cæsare, ut not. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & dixi, quòd inferior Papa non potest ita committere: inferior uero principe seculari potest. Et uide etiam ad prædicta Iacob. in sua inuest. in uerbo, uicarius. & quando reseruata principi transferantur, dicam infrà in
93 titu. de regalibus. Reges † an habeant uim Imperatoris in suis regnis, uide Feli. in c. cùm non liceat. colu. 5 & seq. de rescript. Corn. 1. uolum. consil. 100. colum. 1. & 2. Et quid in ducibus & aliis principibus uide Felin. in c. cùm nobis. colum. 3. de præscript. Alex. 5. uolu. consi. 15. colum. 2. circa finem. Abb. 2. uolum. consil. 20. col. 2. & consil. 33. col. penult. Corn. in dicto consil. Quid in uicariis ecclesiæ, uide Ancharan. consi. 109 colum. 2. in princ. Quid in uicariis imperialibus, uide Cuma. consi. 153. & consi. 158. colum. 2. & consil. 162. colu. 3. ubi etiam de uicariis Papæ loquitur. Et de Duce Mediolani dixi suprà in titu. de crimine læsæ maiest. de quo per Curt. in tractatu feud. char. 17. colum. 1. & 2. & per Ias. in l. ex hoc iure. colum. 4. ff. de iustitia & iure. & Soccin. in ultimo uolum. consi.
94 3. colum. 6. uersic postremo. Quilibet † è domo regia succedit Regi, non habita ratione in quo gradu sit, quod adeò uerum est, ut etiam non excludatur, si esset in centesimo gradu. Iacob. in sua inuesti. in uer. Dux. colum. 3. Aliis uerò non succeditur, nisi usque ad decimum gradum, iuxta §. fi.
95 institut. de gradib. Collectam † solus princeps imponere potest l. unica. C. de superindicto. libro 10. & hoc quando est imponenda pro utilitate fisci: secus si occurreret aliqua necessitas ciuitati uel munici-
96 pio: quia † ciuitas & municipia hoc casu non solùm imponere possunt, uerùm etiā coguntur, si pecunia non sit in communi, ut per Bartol. & Doctores in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. nō tamen absolutè potest princeps collectam imponere, sed certis casibus, ut latè prosequitur Parpal. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle. in 3. char. col. 1. uersi. item addatis ultra aliud notabile. & Iacobin. in tractatu de homag. char. 4. col. 3. uersic. nunc quæro, nunquid princeps,
97 Quando castrum † habet bona catastrata, sicut uicus, & aliqua ex eis bonis uenduntur ciui, uel nobili ciuitatis, Quæro, an emptor teneatur soluere pro illis bonis positis in illo catastro cum castro uel uilla? Hanc quæstionem uidetur determinare Iacobin. ubi suprà, in tractatu de homag. char. 4. colum. 2. uersi. sed pone quædam. ubi ponendo exemplum ipsomet domino terræ, cui debetur collecta, emente ex bonis catastratis, dicit tanti minoris ei soluendum esse, uel etiam ipsum teneri contribuere, ut ibi latè per eum.
98 Sed tamen aduertendum est, ꝙ † aut quis describitur pro bonis suis in catastro, & tunc tenetur, tametsi recedat, & efficiatur incola, & ciuis ciuitatis: uel etiam iam esset ciuis uel incola ciuitatis, sed tamē passus esset se describi in catastro: quia tunc licet sit forensis, & non subditus, uel ex territorio illius loci, tamen ex quadā promissione oriente eò quia passus est se describi, tenetur. gloss. & Bart. in l. incola iam muneribus. ff. ad municip. Bald. in l. 1 §. ꝙ si nemo. colum. 3. uersi. super tertio puncto. ff. quod cuiusque uniuersit. & in leg. etiam. C. de execut. rei iudic. & ideo etiam
99 † ecclesia hoc casu teneretur. Salicet. in authen. sed periculum. C. sine cens. uel reliq. & Barto. in repetitione l. placet. col. sexta

sexta. C. de sacrosanct. eccle. quemadmodum teneretur ex pacto expresso, ut per Ias. in dicta l. placet. in ultima columna, in utraque lectura. Et ad hanc opinionem ui de Corn. omnino consil. 217. uol. 2. col. fin.
100 & etiam prima. Aut † uerò non describitur ipse, sed emit ab eo, qui erat descriptus: & tunc uidetur parimodo, quòd propter potentiam catastri, per quam res in effectu dicuntur effici tributariæ, teneatur possessor, iuxta notata per Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & honor. dum postquàm dixit collectam non posse imponi forensi, dat remedia, quibus efficiantur res tributariæ· quia sic transeunt cum onere. Et ad hoc bene facit Bal. consil. 427. uolu. 1. secundum antiquas impressiones. Tamen ueritas uidetur in contrariũ, quòd teneatur qui est descriptus, & non emptor: quia attenditur extimum, & quomodo loquatur: sed sic est, quòd loquitur in persona uenditoris: ergo, &c. Ita Deci. consil. 285. colum. 2. uersicu. quarto. iuncta colu. 1. Nec obstant dicta Bart. in d. §. sciendum. quia procedunt, quando fit statutum, ut bona omnia sint tributaria: & ideo in hoc dominio ad tollendum hoc quod iniquitatem continere uidetur, adest ordo, ut si ciuis uel exemptus emat bona ruri catastrata, soluat onera imponenda per principem. Et ita ego sententiam tuli secundũ hoc decretum contra quosdam ciues Placentinos, qui emerant bona in loco Casellarum ibi allibrata. Quo uerò ad collectas, quæ imponuntur per ipsam uillam, decretum nihil dicit, & ideo sumus in terminis iuris. Aequũ tamen uidetur, ut ad illa onera, quæ etiam concernunt utilitatem & conseruationem bonorum ipsorum ciuium, teneantur pro rata parte, saltem ex tit. ff. & C. de neg. gest. ad alia non. Quo autem ad onera, quæ personis imponuntur, ut in salario prætoris, & onere salis, quod sui natura datur capiti & buccis, In hoc dominio res non habet difficultatem, quòd non tenentur cum ruralibus propter defectum iurisdictionis: & quia in hoc non attenditur extimum, ut uides.
101 Et aduertendum est, † quòd attenditur natura oneris quomodocunque per oneratos distribuatur, ut per Bartol. in l. 45. actor. ff. de re iudic. & Bald. in leg. etiam. ad finem. C. de executio. rei iudicatæ. & quotidie obseruatur. & ideo si sal distribuatur per rusticos super extimo, tamen hoc non est attendendũ, quo minus remaneat uera natura oneris, & non subditus non teneatur, & sic de similibus Est etiam ad-
102 uertendum ad aliud, † quòd semper emptor, siue possessor rei, quæ fuit in catastro alterius, tenetur hypothecaria pro onere, ad quod lex obligauit ex eo catastro bona catastrata: quia sunt bona pro collectis tacitè obligata. Ita Doctores in l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de legat. 1. ut ibi per Iasonem, quem uide. Et sunt obligata non solùm pro collectis fisci, sed etiã communitatum, ut ibi, & per Fanum in tracta. de pignor. in quarto membro secundæ partis, in 10. casu. Aduertendo tamen ad ea, quæ dicit Deci. de excussione, quæ primo fieri debet, in dicto consilio, & re-
103 spectu communitatis, an † adsit catastrum: quia in fisco oritur tacita hypotheca, eò quia res est tributaria etiam sine catastro. l. 1. C. in quibus causis pignus taci. contrahitur. & ad ea, quæ scribit Bartol. consi. 180. ubi uide omnino, & ad ea, quæ ponit Bald. in titu. de pace Constan. col. 5. quem sequuntur Deci. in dicto consi. 285. & Soccin. consil. 243. col. 2. & consil. 119. uersic. decimo. dum loquitur, quando extimum est certũ & perpetuum: secus si mutabile. Non tamen loquitur Bald. habito respectu ad extimum, id est, quod mutetur de quinquennio in quinquennium, ut fit in hoc dominio, seu fieri deberet, sed habito respectu admodum extimi: quia uult, quod si imponitur per æs & libram, & habeat semper hanc formam, quòd eo in casu succedat hypotheca. Et etiam ad-
104 uertendo, † quòd respectu fisci non solùm ille ager tributarius, pro quo est cessatum hypothecatus est, sed uniuersa bona illius. d. l. 1. C. in quibus causis pignus tacitè contrah. & ibi Bald. clarè, & in l. 1. C. si propter public. pensitat. sed respectu communitatis solùm bona catastrata, & non alia alibi sita, sunt hypothecata pro cessatione onerum bonorum catastratorum, & hoc ex defectu potestatis facientis catastrum. Et ita præsupponitur per omnes su

prà allegatos, qui nunquam loquũtur nisi de bonis catastratis:& ratio est, quam dixi, & hanc quæstionem nunc habeo in facto. Et quia dixi post Dec.in consil.285.
105 uersi.tamen ueritas,† ꝙ emptor non est conueniendus,sed descriptus uenditor pro collectis, Scias ita clarè sentire Bal. & Salic.& post eos Alex.in l. si negotium.C.de negot. gestis . dum formant quæstionem, quando ego uendo rem positam ad catastrum meũ, & interim donec res ponitur ad extimum emptoris, ego soluo ut ibi, sentiens me esse obligatum ad soluendum propter extimum,donec mutetur.Sed dic, ꝙ clarè non decidunt,ꝙ descriptus sit obligatus,imò magis cõtrarium, quia uolunt, ut si soluat, fortè fatuè, ex quo onus spectat emptori, ab eo possit repetere actione negotiorum gestorum. Est uerum. ꝙ Bald . Salic . & Alexand . apertè uidentur determinare contra Dec. quòd non attendatur extimum, sed possessor sit conueniẽdus in effectu, & distinguere secundum Dec. quòd aut collecta imponitur secundum extimum,& tunc attenditur extimũ, aliter non est inconueniens:quia cùm imponitur collecta, semper uidetur imponi secundum extimum,ut uolunt omnes. Et in istis terminis etiam loquuntur Doctores in dicta l.si negotium.Nec obstat decisio Bart.in l.1.C de exact trib. lib.10. quia non loquitur habito respectu ad possessorem, sed solum ad non descriptum. Non obstat Bal.in l.1.§.quòd si nemo.uer.super tertio.ff. quod cuiusque uniuer. quia non dicit hoc etiam Angel. in l.fi. C. sine cen. uel reliq. non dicit,quòd possessor non debeat soluere,sed ꝙ non est soluendum habita ratione ad quantitatem possessorum, sed ad quantitatem extimi.& ita consuluit Ant.de But.consi.60.& ibi, licet statutum redderet clarum casum suum, tamen idẽ
106 uult de iure. Conclusio ergo est, † ꝙ tenetur ciuis uel nobilis emens, ut suprà, & ita Anton.de But.in d.consil. 60. ubi uide. Adestque decretum in hoc dominio conforme,ꝙ ciuis imò exemptus soluat onera omnia imposita, & imponenda per principem, usquequo reformetur extimum.
107 quod ultimũ dixit decretum: quia † iure collectæ imponuntur ciui in ciuitate, uel incolæ alterius loci pro bonis etiam alibi sitis,ut dicit glo.fi.in fi. & Bar.in leg. unica C.de;mul.& in quo lo.lib.10.sentiẽs degrauari debere in uilla, & omnia iuxta ordinem suum in ciuitate redigi posteà debere in catastro. Et aduertendum est, ꝙ
108 quando † ciuis emit bona catastrata ruri, quo casu,ut dixi,debet ibi soluere, etiã non potest se excusare cum rusticis uillæ, ꝙ soluat pro omnibus bonis in ciuitate,& ꝙ in duobus locis quis grauari nõ debeat pro eadem re, iuxta d.glos.in d.l.unica.quę est communiter approbata ibi,& quem sequitur Fed.de Senis consi 151.Soci.consi. 302.& Ias.in d.l.placet. sed debet se excusare cum ciuitate, & recurrere ad superiores,& dicere,Sum allibratus pro tali re ruri,prouideatis ut nõ soluam in ciuitate, & in hoc est audiendus,per d.glo.Sed ꝙ non teneantur soluere ruri, hoc nec glo. dicit, nec quispiam alius, nisi dicat animo calumniandi. Ideo uolunt Doct. dum formant quæstionem,quãdo una res in uno loco allibratur,uel iudicatur,ꝙ alibi non debeat allibrari:ciues igitur sibi consulant cõtra ciuitatem,& non contra uillam, quæ liberas sedes habet quo ad ciues, uide diligenter d.glos.& Soc.in d.consi.col 2. & Fede. ubi suprà . quia sic comperies , & ita latæ sunt infinitæ sententiæ magnorum uirorũ. Est etiam aduertendum circa d.gloss fi.ad
109 difficultatem,ut quis † non debeat allibrari pro eadem re in duobus locis:ꝙ hęc difficultas cessaret,ubi in uno loco imponeretur idem onus super extimo:& in alio loco, putà, in ciuitate in casu, de quo suprà , imponeretur buccis & capitibus. quod contingit nunc in onere mensualis, quod soluitur in uillis super extimo : & in ciuitate super carne , pane , farina, & aliis edilibus.Nam hoc casu cessat quæstio, ꝙ earum res non extimatur in duobus locis. Item cessat dubitatio:quia cum non soluatur in ciuitate super extimo . sed ut suprà, non necessariò soluitur:potest enim recedere, & ruri habitare, & etiam in ciuitate cum eo numero personarum, quem uoluerit: & consequenter non soluit in duobis locis nisi ex uoluntate sua. Hinc superioribus diebus habita consideratione ad hoc Senatus inter ciuem Mediolanensem &

Can-

Candiensem, ord nauit ut pro eo tempore, quo in ciuitate Mediolani onera fuerunt imposita super extimo generali facto de anno 1524. pro omnibus bonis Mediolanensis ubique sitis, ad eadem onera non teneretur ruri, pro bonis, quæ prius ibi erant allibrata. Verùm postquàm eadem onera imposita super extimo rurali fuerût imposita. prout & nunc imponuntur in ciuitate Mediolani buccis, ut suprà, ordinauit ut solueretur ruri, non habita consideratione solutionis eiusdem oneris in ciuitate, quia cessat quæst. glo. & inconueniés ad conclusionem suprà factam, quod etsi quis debeat soluere in loco, ubi est subditus, tamen si res sit alibi extimata, debet soluere: ubi est extimû. Et quod ita seruet consuetudo, consuluit Bald. in consi. 427 uol. 1. secundum impressionem antiquam: & ibi dicit, quod statuta communiter disponunt hoc modo, prout præallegatum decretum nostrum disponit. Et quia dixi suprà, quod si dominus emit à priuatis bona catastrata, tâ-
110 tò minus ei est soluendum. & sic † quod in effectu bona etiam in principem transeût cum onere suo. De hoc, quando princeps succedit propter publicationem, uel aliter in talibus bonis, uide tex. in l. 1. & 2. C. de priuil. do. August. libr. 11. quę leges uolût, ut sit exemptus ab extraordinariis, ad ordinaria uerò tenetur. l. fi. C. de col. fun. fisca. qui est titulus immediatè præcedens. Et fuit factum prædictum decretum non tantùm ad tollendum dubitationem, de qua suprà, inter me, & Deci. Sed ad dilucidandum, quòd licet quis ciuis sit uel nobilis. & habitator ciuitatis, tamen tenetur soluere cum rusticis. non obstantibus iis, quę poterant allegare nobiles & ciues, tû ex dispositione aliorum decretorû uolentium, ut quis debeat soluere ubi habitat, tû ex iuris dispositione, iuxta ea, quæ scribit Iacobin. in dicto tractatu de homag. char. fin. colum. 2. uersic. sed pone, dum in primis opponit ad partem negatiuam. Et
111 † quando collectæ iam impositæ fuerût, antequàm bona uenderêtur, An possessor teneatur solus, an etiam uenditor, uide Aretin. consilio 105. ubi loquitur & in tributo, & in collecta. & Roman. consil. 128. Et quo ad onera præterita est differentia inter ementem à priuato, quia tenetur: & à fisco, quia tunc non tenetur pro præteritis. l. fi. in fi. C. de fide instr. iuncta l. Impe-
112 ratores ff. de public. Collecta † non imponitur ratione iurisdictionis, sed cuiusdã potestatis, quæ habetur in bonis territorii. Bart. in l. omnes populi. colu. 1. & 2. ff. de iustitia & iure & ideo etiam municipium, ut supra dixi, potest imponere colle-
113 ctas. Locus † originis collectam imponit originario suo etiã alibi habitanti pro bonis sitis in territorio originis, non locus incolatus. Bar. in l. assumptio §. filius. ff. ad municipales. & hoc, quando loca ipsa uolunt imponere collectas, sicut etiam locutus sum secus si edicto principis utriusque loci imponeretur: nam tunc attenditur locus incolatus etiam pro bonis originis. Socci. consilio 129. colum. 1 & 2. & ui-
115 de † qui locus attendatur in subeundis muneribus uel oneribus, an domicilium, an origo propria, uel paterna. Alexand. 2. uolum. consilio 155. col. 5. Bald. 1. uolum. consilio 207. 3. uolum. consil. 139. 5. uolu. consil. 415. Alexand. consil. 16. colum. 4. in 4. uolum. & Soccin. ubi suprà.
115 Et † quando allibrata sunt bona in loco incolatus, non debent allibrari in loco originis, nec econtrà: quia nõ est soluendum in duobus locis, glos. in l. unica. C. de mulierib. & in quo loco. libro 10. Federic. consilio 151. Socci consil. 302. & per Ias. in dicta leg. placet. in prima colum. in prima lectura. & in 2. colum. in secunda lect. & ibidem etiam per Parpal. quod quomo-
116 do intelligatur, dixi suprà. Villa † tenetur de iure contribuere cum castro uel ciuitate, cui subiicitur, tanquã sit pars eius. iuxta l. qui ex uico. ff. ad municipal. ita Alexand in leg. si se non obtulit. columna tertia uersicu. & iuxta hoc quærit. Ang. ibi, sed Imola hic dicit de re iudi. & ita Bart. in leg. sed & reprobari. §. fin. ff. de execu. tutor. Angel. in dicta leg. prima C. de mulier. & in quo loco. circa finem. Ex quo sequitur, quòd solus exactor fiet in ciuitate tanquam in capite. qui etiam exiget in uillis. Quod facit contra Lacuanos comi. & comitatum Laude. In contrarium est textus in leg. uerum. C. de incol. libro 10. circa quê uide Bar. ibi, qui in effectu redi-

git rem quo ad habitatores uicorum ad l. unicam. C. ne rustic. ad ullum obseq. deuoc. lib. 11, & sic quòd teneátur ad collectas, quæ solùm capitibus imponuntur, nó ad alias, ut ponit Barto. in l. 1. colu. 2. uersi. respondeo. ff. ad municipal. est uerum, ꝙ glo. in dicta l. unica. dicit, quòd malè hæc seruant ciuitates. Tamen Moderni ibi dicunt, quòd iudices debent cogere ciues ad ita seruandum. Et hæc opinio est æqua, quia nec ciuitas cótribuit cum ruralibus. Hæc procedunt, iudicio meo, in collectis ciuitatum: secus ubi princeps collectam imponit in toto dominio, uel in ciuitate cum comitatu: Nam túc cessat omnis difficultas: & ideo etiam seruatur, ꝙ hoc casu uillæ separatim soluunt à ciuitate. Item hæc procedunt, quando uicus est unitus cum ciuitate: secus si esset separatus ex priuilegio principis. Ad quod tamen est ad-

117 uertendum, an † separatio sit ampla & respectu bonorum, uide tamen Afflict. circa prædictam difficultatem in tit. quæ sin regal. super uerbo, plaustrorum. colum. 3. uersic. sed iuxta hoc. & ibi multa de collectis, maximè his quæ imponuntur per focos: & unus an teneatur pro alio, & an inhabiles & miserabiles personæ teneantur. & dicam etiam infrà sub titu. de regal.

118 Quæ † sint onera ordinaria, & quę extraordinaria, uide Ias. in dicta leg. placet. col. 1. & 2. in prima lectura, & Aret. consil. 133. col. 2. & seq. sed omnino recurrendú est ad Salic. in l. si. C. sine censu uel reliq. super qua decisione fundaui sententiam latam superioribus diebus in ciuitate Vi-

119 gleuani. Princeps † sicut noua uectigalia imponere non potest, ita nec collectá nouam, Cor. consi. 197. col. 2. in fi. & seq. &

120 col. pen. uolum. 1. Quæro † an conductor sit exemptus à collectis, & teneatur locator, uide Ias. in l. 1. char. 2. col. 3. uersi. adde etiam. in 6. differentia. nu. 30. C. de iure emphyt. ubi loquendo de hac materia in emphyteuta priuati & ecclesiæ etiam ponit de colono simplici: concludendo ꝙ si soluit pecunias, ipse tenetur, nisi adsit có suetudo in contrarium. Et propterea solét tales sibi in instrumentis consulere paciscendo aliter. sed si soluit fructus, secus est & ita Soccin. consil. 217. uer. 6. uide etiam Parpa. in repetitione sua l. placet. C. de sacrosan. ecclesi. char. 6. col. 3. uersi. item dicatis, ꝙ colonus, ubi uult, quòd nec possit colonis simplicibus pro rebus, quas colunt, imponi collecta, allegat l. litibus. §. fi. C. de agric. & censi. lib. 11. quam etiam allegant Albe. & Ias. suprà. & addit Alex. consi. 35. uiso processu. in 4. uol. quòd nec statutum potest fieri ut tenerentur, ut per Bar. in leg. si penes. C. de agri. & censi. & in l. colonos. eod. tit. & dicit, ꝙ hanc conclusionem uult Bar. & Alex. in l. 1. C. de anno. & trib. lib. 10. uidelicet quòd tales coloni etiam soluentes in pecunia, non teneantur ad collectas, nec cogi possit, dicens generaliter, ꝙ non solum hæc conclusio procedit in partiario siue in colono, qui soluit de fructibus, sed etiam si percipiat omnes fructus, & soluat mercedem. Ias. uerò, ubi suprà, dicit contrarium, & allegat ipsummet Bart. in d. l. 1. qui Bar. reuera potius id dicit, ad quod Ias. eum allegat: quia in tributo uult ut teneatur colonus, quando in pecunia soluit. In collectis uerò non passim uult, ut teneatur colonus: sed ꝙ sit cósiderandum, an sit subiectus uel ne, ut primo casu teneatur, aliter non. Nec aliam differentiam uoluit Bart. constituere inter unum casum, & alium, nisi an colonus esset subiectus, uel non. Nec de hac conclusione est mirandum, etiam habito respectu ad nostra tempora, in quibus non uidemus colonos arctari, sed dominos: nec uidemus in extimis apponi conductoribus prædia conducta, sed locatoribus: quia coloni ferè omnes, aut sunt partiarii, aut soluunt de fructibus pro ficto. Sint igitur cauti, qui conducunt nummis, ut si cósuetudo non sit pro eis, quę, ut dixi, est obseruanda, secúdum Bar. & Doct. ubi suprà, sibi prouideát pacto: opinio tamé Parpal. uidetur æquior, ut dominus teneatur, & non conductor, et ꝙ in pecunia soluat. Et fateor, ꝙ ratione fructuum soluitur collecta. l. si pendétes. §. si quid locari. ubi tex. ff. de usufr. super quo se fundat Ias. in d. l. 1. de qua ratione ponit Alex. in l. si negotiú. C. de neg. gest. Tamé intelligo deductis oneribus, scilicet pensione, quæ præstatur domino locatori per ea, quæ ponit Dec. cósi. 156. col. 1. & 2. Et ideo reperio Alex. in cós. 4. in 5. uol. col.

a. apertè uelle, ut conductor etiam, qui in pecunia soluit, non tenetur ad collectas: secus ad tributa, sic declarando Bar. in d. l. 1. C. de anno. & trib. & allegat Bal. ita declarantem in ea leg. & bene dicit: quia Bald. hoc uult. Bart. profectò non habuit hunc sensum. Tamē quia opinio est æqua, & magis placet hominibus, ideo illam sequor, & eam tenet Io de Plat. in d. l. 1. C.
121 de agric. & censi. De colonis † ecclesiæ uide Parpal. in d. leg. placet. char. 7. col. 1. uersic. & ponatis quartam ampliationem. ubi allegat Bart. in d. l. si penes. C. de agri. & censi. qui uult non teneri, imò Bart. dicit, quòd nec etiam potest fieri statutum super hoc, ut dixi suprà, tamen in parte coloni uidetur aliter dicendum: quia dominis, qui sunt ecclesiastici, non potest imponi grauamen: ergo ipsis saltem debet posse imponi: Quæ ratio cùm non militet in dominis priuatorum, ideo ipsis non potest imponi: & allegat Federi. in consil ut per eum, & pro ueritate Bar. loquitur quo ad portionem locatoris, non pro portione coloni. Vnde monasteria nostra obtinuerunt à ducibus huius dominii per omnia tempora priuilegia etiam pro fictabilibus & massariis, ut pro bonis ecclesiæ sint exēpti & liberi in conducendis fructibus natis in dictis bo nis ubique per dominium quia aliter, ut uides, sua exemptio
122 non se extenderet ad massarios: sed † an se extendat ad famulos? Azo dicit se extendere, in l. ędita. C. de æden. & ita in Senatu fuit hoc habitum pro absoluto in causa illorum de Siccis: remitto tamen me determinationi sanctæ matris eccle-
123 siæ. De emphyteuta priuati † Ias. post Bald. in d. l. 1. tangit, & uult eum teneri, & quid in uasallo priuati ponit idem Ias. in in usib. feudo. charta 3. colum. 4. uersicu. item pro perfecta. ubi idem tenet, & sequitur in utroque capite hanc opinionē Alexand. in d consi. 4. uolum. 5. per totum. & Deci. post alios in consi. 285. colum. 2. Et si dicas, ꝙ in emphyteuta, qui soluit canonem non solùm respondentem fructibus, sed etiam excedentem, est ualde inhonestum. Dic imputandum esse tali emphyteutæ, qui sibi non prospexit per pactum. De quo ultimo tamen an pacto hoc potuerit fieri, uide tex. & Doctores ibi in l. fi. C. sine cen. uel reliq. & in d. leg. si penes. C. de agric. & censi. Sed tamen aperias oculos: quia si loquamur secundum mœros terminos iuris, possessor, & qui fructus percipit, debet soluere onera. Verùm si considere-
124 mus, † quòd principes, qui onera imponunt, habent rationem ad facultates, Cessant prædictæ amaritudines: quia tempore, quo fiet æstimum, æstimabitur utile dominium: & hoc assignabitur emphyteutæ, æstimabiturque dominium directum, & hoc assignabitur domino directi: unde cessat inconueniens, quòd colonus, qui soluit in pecunia, debeat sustinere onera: quia hoc modo nec sustinet, nec sustinere debet de iure, cùm non dicatur esse inter facultates coloni prædium conductum, ad quas facultates solùm uult imponens respicere: & facit, quia si collecta est imponenda per æs & libram, id est, iuxta facultatem patrimoni, secundum Bart. distinguentem & Doctores. in d. leg. 4. §. actor. ff. de re iudic. Cur aliud est considerandum, præterquàm an talis habeat tantum in patrimonio? Et cui dubium, quòd quis tantò minus habet, quanti refert onus, ut per Dec. in d. consil. 156. col. 1. & 2. & de se patet. Tu igitur, qui secundum hanc uoluntatem principis facis æstimū, debes considerare estimationem rerum: ad quam considerandam est habenda ratio onerum, quæ præstantur super illa re, & unicuique dandum quod suum est. Est uerum, quod in æstimatione rerum est animaduertendum, ut scias bene æstimare ad utilitatem & perceptionem fructuum: & ita intellige Imolam in l. apud Iulianū. §. hæres. ff. de legat. 1. & Alex. in l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & hon. qui uolunt, ut
125 collecta † potius imponatur habita ratione ad fructus, quàm æstimationem rerum. Et ideo si domus sit pretiosa, ex qua tamen nihil, aut parum percipiatur, etiam non multùm sit habenda in consideratione, quia dicitur sterilis, ut notat Bald. per illum textum in l. fin. §. sin autem legata. C. de bonis, quæ liber. & uide omnino Bald. in dicta l. 1. C. de annon. & tributis.
126 qui dicit, † ꝙ collecta imponitur locatori, quia est dominus rei, allegat l. neque. ff. de impēsis in rebus dotal. factis. Et ideo
127 dicit, † ꝙ usufructuarius quantum ad

hoc habetur loco domini, ut per eum, quem sequitur Alex. in dicto consil. 4. in 5. uolum. colum. 2. de quo etiam infrà. De
128 emphyteuta ecclesiæ,† utrum princeps noster possit ab eo collectam exigere pro bonis ecclesiasticis, uide Ias. in dicta l. 1. char. 2. col. 3. & ibi tenet non posse, post Bartol. per eum allegatum in l. priuatæ. C. de excus. muner. lib. 10. & uide Parpal. in dicta l. placet. char. 7. col. 1. uersic. moueo questioné qui idem tenet. Et ad hanc opinionem pro ratione, quam adducit Bar. allegat etiam glo. ut per eum. Hanc quæstionem uide latè & subtiliter disputatam per D. Petr. de Vbald. in tractatu suo collectarum, in ultima char. colu. 3. uersic. quæritur in dubium usque ad finem. & tandem tenet hanc partem negatiuam, ut non possit illo principali fundamento, quia dominus in spiritualibus potest emphyteutæ ecclesiastico collectam imponere, igitur non debet posse id fieri à domino temporali, Ne quis duplici onere grauetur, & quia bona ecclesiastica à domino temporali onere collectæ grauari non possunt, ut latè per eum, hæc uia est tutior.
129 An † onus soluendi collectas pertineat ad hæredem, uel legatarium conclusio est hæc, quòd imponitur legatario, & non hæredi etiam ante traditionem. l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de legatis primo. ubi uide
130 Bal. & Alexand. Quid † in usufructuario, uide tex. in l. quæro. ff. de usufruc. legato. qui dicit quòd tenetur, & ibi uide Bartol. & Soccin. in consilio. 236. colum. prima in fi. & consil. 243. & consilio 247. Roman. consilio 230. & singul. 22. & singul. 26. sub titu. de testam. Aretin. in §. & si rem suam. colum. 2. instit. de lega. Alex secundo uolum. consilio. 206. colum. 1. in. istis locis habes, ad quæ teneatur usufructuarius, & etiam suprà dixi.
131 Quotidie † contingit ob nó solutas collectas quòd exactores castri, uel uillæ uendunt bona non soluentium sub hasta & uili pretio, & deinde comparent qui fuerũt domini, & debitores collectarum uolentes bona recuperare, & collectas soluere, an audiantur & quibus fundamentis, uide text. in leg. 1. C. si prop. pub. pens. uend. qui uult, ut si sit uenditio solenniter facta non audiantur amplius. & Bald. ibi, columna secunda uersicul. item possunt. ostendit practicam seruandam per dictos exatores in uenditione talium bonorum, & nulli dubium quòd si non interuenit solennitas subhastationis rescinditur talis uenditio. leg. prima. ibi, neque ordine peracto. C. de fide instrum. lib. 10. & de solennitate subhastationis, uide Bartol. in leg. licitatio. in princip. ff. de public. & Fabian. in tracta. empti. & uendi. in quinta parte principali. in antepenulti. char. uersicu. sequitur de solennitate subhastationis: sed difficultas est quando solennitas interuenit, sed allegatur uilitas in pretio, & uidetur text. de hoc expressus quòd rescindatur. leg. si quos. C. de rescindenda uenditione. & ibi not. Pau de Cast. quem omnino uide redigentem rem ipsam ad l. secunda. C. de rescinden. uenditio. & ita Alexand. in leg. si quis cum aliter. ff. de uerbor. obligat. in articulo, an dicta lex secunda habeat locum in subhastatione, imò si interuenerit fraus & dolus, etiam uilitas pretii citra dimidiam sufficeret. lege secunda C. de fide instru. & l edicto. C. si aduersus fiscum. glos expressa, & Bartol. in leg. si minori. C. de iure fisci. & licet d. leg. prima C. si propter public. pensita. loquatur in tributo, tamen idem est in collectis, ut per Fanum in tracta. pigno. in 4. membro secundæ partis. numero 125.
132 Principes † tempore belli in hoc dominio Mediolani uolunt annatam à feudatariis, & à donatariis, id est, fructus, siue reditus unius anni bonorum donatorum, & ita quando illam uolunt id ordinant uia decreti. Sicq; tempore multorum Principum factum fuit, & uerba decreti sunt hæc, qui habuerunt donationes à Cæsare, necnon à retroactis principibus teneantur, &c. & post ultimum decretum sub Cæsare facta est declaratio, ut soluant ipsi donatarii, ac eorum hæredes, non autem bonorum possessores, in quos translata essent bona titulo oneroso, secus si titulo lucrario, & quia fiscus inuenit bonorum possessores, & non omnes donatarios saltem habiles, uellet uexare bonorum possessores absolutè, quæritur an possit? dico non posse stante dicta declaratione quæ clarè obligat donatos, & eorum hæredes, & possessores absoluit sicut dixi. Nec mirum est

est quòd grauentur donatarii qui alienauerunt, & bona non possident liberatis possessoribus, quia ipsi gaudent pretio, & sic re ipsa gaudent liberalitate principis. Bona uerò tempore decreti obligantia donatarios non fuerunt tacitè hypotheca ta, ex quo non erant in dominio, nec bonis debitoris. l. rem alienam. ff. de contrahenda emptione. cum glos. & l. quæ prædium. C. si aliena res pignori data sit. & in l. qui filios. C. quæ res pigno. obligari possunt l. 3. & per totum C. de priuileg. fisci. & totum titulum ex quibus caus. pign. taci. contrah. & ponit Bart. in l. rem alienam. ff. de pignor. act. colum. 2. ubi ponit practicam obtinendi in hypothecaria, quæ est ut in speciali hypotheca probetur quod res erat in bonis debitoris tempore obligatio nis, in generali uerò quòd fuit aliquando etiam post contractam obligationem, nec est differentia in hoc, inter expressam & tacitam hypothecam, ut in dictis legibus, de priuileg. fisci. & ex quibus cau pign. taci. contrah. per totum, nec unquam Doctores disputant de tacita hypotheca respectu tertii nisi quando in eum deuenit à debitore principali, ut per Aretin. in consilio centesimo quinto, & Franc. in suo tra cta. de quo infrà similiter etiam bona non erant ante decretum annexa huic oneri, quia in hoc onere deficit ius commune, & quia, ut dictum est, talia decreta fiunt, quando placet principibus, nec est aliquod decretum quo decernatur, ut omnia bona donata sint annexa tali oneri, nec ut soluant hoc onus quandocunque tempore belli, uel alterius necessitatis, sicut adsunt leges de tributis, per quas nemo possessor rei tributarie dicitur immunis, etiam pro præteritis. l. Imperatores. ff. de publica & l. cum possessor. §. fi. ff. de censi. & latè Aretin. in d. consil. 105. & ubi ageretur de solutione annatæ impositæ ante alienationem non dubitarem quin bona essent tacitè hypothecata, ut per Aret. in d. consilio sicut dicimus quod oritur tacita hypotheca fauore collectarum triburorum, & decimarum, ut per Fan. in tract. suo pigno. in 4. membro secundę partis. num. 125. 126. & 127. & eo casu posset sine dubio contra possessores bonorum agi, & ubi hoc onus esset merè reale sicut tributum, solùm in subsidium posset agi contra principalem, sed si esset mixtum personæ impositum ratione bonorum, etiam æquè principaliter posset agi contra donatarium, imo si ageretur contra possessorem posset ipse dicere, Conuenias primo principalem. Bartol. in leg. moschis. in pri. ff. de iure fisci. & Aretin. ubi suprà loquor super generalibus quando essemus in terminis tributi & collectæ. In casu tamen pręsenti cum onus sit impositum fructibus ipsis perceptis per donatarium, deinde alienatis bonis fortè posset agi principaliter tam contra unum, quam contra alium, sicut dicimus in onere decimæ & pensionis, iuxta consil Feder. de Sen. 81. laicus de prædio. & Cardin. in clem. de censi. quæsti. 11. Et possessor qui ignorauit onus uenditore eum non admonente, fortè posset agere quanti minoris fuisset empturus rem. dicta leg. Imperatores. & per Aretin. in eo consilio. Addo circa declarationem supradictam, uel donatarii teneantur, & non eorum emptores quod etsi princeps ita uoluerit per legem suam, tamen pretium iure non succedit loco feudi. Are. in. consil. 14. colum. 2. circa finem. Ias. in l. si eum seruum. col. penu. ff. si certum petatur. ubi uide. Idem tamen decreto suo declarauit dux Philippus, uolens ipse dux ut si donatarius feudatarii non sit soluendo in subsidium, teneatur feudatarius. Et hæc in præsentia sufficiāt quo ad materiam collectarum, Modo ali-
133 qua dicamus † de immunitate ab oneribus quam concedit princeps non ciuitas, uel locus, ut per Bartol. in l. hi qui. ff.
134 de iure immunitatis. Ciuitas † tamen interdum, siue locus potest concedere, ut quando concessio fieret ei, qui posset prodesse reipublicæ, & uenienti de nouo ad habitandum, ut per Parpal. in l. placet. colum. penult. C. de sacrosan. eccles. & circa hoc an ciuitas possit immunitatem concedere, uide Alex. 5. uolu. consil. 30. colu. 3. Bartol. consil. 59. col. 2. & notabiliter Bal. 2. uolu. consi. 483. & omnino 4. uolu. consi. 240. & nos Mediolani habemus decretum
135 prohibens ne fiat. Princeps † autem concedit (ut dixi) & concedere potest ab omnibus, etiam patrimonialibus, ita tamen ut adsit clausula, quo ad patrimo-

nialia, non obstante. l. euacuatis. & aliis in contrarium facientibus aliter non ualeret. Bart. in d. l. hi qui. uersicu. quæro qualiter. Alexan. consil. 101. in primo uolumi

136 ne. & Parpal. ubi suprà. Sunt † enim priuilegia imunitatis regulariter à iure prohibita. Ancha. consil. 261. colum. 2. & consilio 304. colum. 1. & consilio 390. colu. 3. & ostendit optimè hoc Alberi. in rubric. de immunitate. ubi facit tractatum in materia onerum, & latius & ordinarius loquitur quàm alius ibi uide eum, char. 5. col. 2.

137 uersi. nunc transeamus. Concessio † immunitatis an extendatur ad futura, quando conceditur propter infirmitatem, uel aliud impedimentum, & si cesset impedimentum an expiret. Et quando cóceditur ob numerum liberorum, an duret eis mortuis, & quando est concessa euntibus ad mercatum, an habeat locum dum redeũt, & an sit excusatus immunis factus ab his quæ breui tempore expediuntur, & à debilibus & leuibus, & an extendatur ad hæredes, & descendentes, & an comprehendantur sub illo uerbo, posteris. & an extendatur immunitas ad tempus belli docet Parpal. in d. leg. placet. & ibi habes

138 † qualiter uerborum conceptio esset apta ad tollendas omnes difficultates. Adde circa modum concipiendi uerba ultra Cęp. etiam per eum allegatum. Marti. in tractatu, de principe. in titulo, de priuileg. conclusio. 76. & 78. & titulo, de fisco. conclusio. 17. & Alexand. in dicto consilio 30. colum 2. uolumi. 5. & Soccin. consilio. 272. columna 5. Et dum dicit Parpal. quòd

139 † immunitas non se extendit ad tempus belli, iuxta notata per Alexand. in leg. si ex toto. ff. de legatis primo. Dic quòd in hoc semper allegatur Dy. in dicta l. si ex to

140 to: quòd immunitas concessa ab oneribus non trahitur ad onera, quæ postea imponuntur propter bellum superueniens, & hæc est opinio Dyni, licet Alexand. ibi eum corruptè referat, contrarium tenet Rayn. ut ibi per Alexandr. quem sequuntur Imol. & Paul. de Cast. Alexand. tandem tenet opinionem Dyni. ut ibi, columna tertia: saltem quando necessitas superueniens est ualde insolita, opinionem etiam Dyni simpliciter sequitur Ias. in l. principalibus. colu. 3. ff. si certum petatur. & Felin. in cap. causam quæ. de rescriptis. colum. 11. uersicu. quinta declaratio. & in cap. nonnulli. in 22. colum. eodem tit. de rescriptis. & ibi dicit etiam quòd hæc est communis opinio, & uide omnino Alexand. in dicto consil. 30. columna secunda uersi. nec ét obstat. & colum. 4. uersicu. circa sextam. & ibi uidetur sequi opinionem Ray. contra Dyn. Tamen libentius eam sequitur, quia in casu suo uerba erant ampla, ita ut res non haberet difficulta-

141 tem. Adde quòd † immunitas realis transit ad hæredes. Bald. 2. uolum. consilio 283 colum. 2 Alexand. in d. l. hi qui.

142 Nam regula est quòd † immunitas concessa alicui, non se extendit ad hæredes. leg. 1. ff. de iure immunitatis. in fi. si tamen est realis transit secundum Bald. ubi suprà, intellige etiam d. l. 1. in fi. si ex priuilegio sit concessa, secus si ex contractu, uel donatione, uel simus in beneficiis, ut per Ias. in leg. si sic. post penult. quæstio. Bart. ff. de uerbor. oblig. Alexand. consil. 160. uolumi. 2. Firmia. in uerbo, descendentes. in repertorio. Deci. consi 468. col. penulti. & etiam consil. 498.

143 Adde etiam † quòd priuilegium immunitatis concessum posteris, non se extendit ad fœminas, nec natos ex fœminis. d. leg. prima in fi. & Ias. remissiuè in leg. 1. in ulti. colum. ff. de constitut. princip. & ibi ad finem ponit de illo notabili dicto Bart. in l. quoties. C. de priuileg. scholar. lib. 12.

144 An † priuilegium concessum etiam fœminis extendantur tantùm ad fœminas uirgines, an etiam ad nuptas. Et ubi à fœ

145 mina † concederetur immunitas tibi & posteris, intelligeretur etiã de posteris natis ex fœminis, ut per Ias. in leg. stipulatio ista habere licere. §. hi qui sunt. colum. 2. uersic. 4. de uerbor. oblig. ubi allegat consilio Ancha. quod tamen reprobat.

146 Et nota † quòd pendente quæstione super immunitate, interim qui se prætendit immunem debet cogi ad soluendum. Bal. 1. uolum. consil. 138. colum. 2. Item nota

147 † quòd conuentio facta pro certis oneribus excludit alia onera. Bart. consil. 59.

148 col. 1. & 2. Nota etiam † quòd qui est in possessione soluendi, debet soluere donec sit decisum in petitorio. c. quærelam, de electionibus. Iacobi. in tract. de homa.

char.

char.3.colum fi & sequen.& per Abba. in cap. peruenit. de censi. & differentia est,
149 An † quis per priuilegium acquirat sibi immunitatem, an liber per pactum reseruet sibi libertatem. Bal. not.2. uolumi. consi.302.& 3.uolumine.consil.166.
150 Scias etiam † quòd immunitas quamuis ampla non se extendit ad uectigalia. Bald. 5. uolumi.consilio 407.colu.2. Alexand.in d.l.hi qui. in prima apostilla. & Bald. in l. omnium.C.de uectigalibus. Tamen ualet si appareat ita principem uoluisse, quia in effectu potest hoc facere, ita Bald.in dicto consilio 407. & in effectu dic, ut dixi suprà quòd ualet ubi apparet eum, sic uelle cum clausula, non obstante. ita Bartol. in l. euacuatis. & ibi Doctores communiter. C.de decur. lib. 10.& seruatur in hoc dominio, ut ualeat à quibuscunque oneribus & non solùm extraordinariis, sed etiam ordinariis datiis, & gabellis: ita tamen quod appareat principem, ita uoluisse, est uerũ quòd posteà coguntur ad soluẽdum exempti & non exempti hoc tempore quo turbatum est dominium, & quomodo intelli-
151 gatur hoc, † quòd exempti, & non exempti soluant, uide Alexand.in dicto consilio 30. uolumi.5.colum.prima & sequen. & sine dubio non intelligeretur, quando exẽptio esset ex causa onerosa, quia etiam in specie non posset illam reuocare, iuxta notata per Bald.in l.qui se patris.C.unde liberi. & dicta per me suprà, circa principium huius tituli, de Principe. Et quia saltem non est uerisimile, ut uelit apponere manum ad tales exemptiones, iuxta notata per Alexand. in dicto consil. colum. 2. in fi & princ.sequen.dum loquitur de quadam immunitate concessa in cõtractu feudi, & sic quæ erat pars contractus, & ita seruatur in hoc dominio. Sed difficultas
152 est, † quomodo dicatur onerosa, & in hoc dic, quòd si princeps concedit ex liberalitate, quamuis propter benemerita, quia tamen non poterat cogi dicitur causa lucratiua, & ita nulla donatio remunerans dicitur onerosa, sed si concedit ex necessitate, uel titulo oneroso dicitur onerosa. sic probat gloss. communiter approbata in leg. sed & si lege. §. consuluit. in uerbo, obligauerunt. ff. de petitione hæreditatis. Bartol. in leg. Mæuius. §. duobus. colum. 8. uersicu. secundo quæro. ff. de legat.2.& ita sic dicente me in Senatu, super interpretatione decreti, quòd concessio gratuita non transeat in fœminas, nec extraneos in causa D. Vermensium contra communitatem Bobii Senatus iu-
153 dicauit. Est tamen aduertendum, † an pretium respondeat, iuxta notata per Alexand. in leg.Gallus.§. instituens. in fin.ff.
154 de liberis & posthum.& circa illud † an se extendat immunitas ad futura, & quid si essent permutata, & subrogentur loco priorum, uide Bald.primo uolumine consi. 112.colum 1.circa finem. Alexan. in l.fin. ff. de iureiurando. & de immunitate propter sexdecim uel duodecim liberos, uide Alexan.in l.sciendum.§.fin.ff. qui satisdare cogantur. & Parpal. in d.l.placet. char.5. colum 3.uersic.ultimum casum.& practicabilem. Iass.in d.leg.sciendum.§.fi. & nos Mediolani habemus decretum super hoc, super quo consuluit Bald.consilio 117.uolumine primo. & licet interdum facta sit
155 dubitatio. An † etiam se extenderet ad filiam nuptam, tamen posteà declaratum est ad eam se extendere, & quòd etiam habeat locum, uiuo patre, tametsi filii omnes tollerentur è medio, iuxta etiam ius commune, ut per Deci. in regula, in omnibus causis id obseruatur. ff. de regulis iuris.in fine. Non ita si unus solus moreretur defuncto patre. Nec mirum quòd mortuo patre res ita strictè procedat, quia iure communi cessat hæc exemptio mortuo patre. Soccin.consilio 84.colum.prima uolumi.primo & dum dicit quòd in communione uiuant, intelligitur idest expensis communibus patris, iuxta notata per Bar. in leg. Quintus.ff.de annuis legatis.& consequẽter etiam quòd pater habeat in duodena filium dicitur in communione uiuere, & ita obseruatur, etiam seruatur quod in utero existens habeatur pro nato, dum-
156 modo sit prope natiuitatem. Et † quanto tempore quis acquirat præscriptione immunitatem non soluendo, uide Parpal. in d.l.placet.char.5.colum.3. uersicu & si uultis uidere, est materia Bar.in leg. licitatio.§. earum. ff. de public. ponit Alexand. in dicto consilio 30.colum.4.uolumi. 5. &
157 ibi etiam dicit quòd † licet concessio immunitatis non ualeat ut quãdo à com-

munitate recognoscente superiorem facta esset, uel etiam à principe non recognoscente, sed sine clausula, non obstante, supra dixi, iuxta doctrinam Barto. in dicta leg. euacuatis. nihilominus hæc concessio operatur, ut illud præscribi non poterat, puta tributum, iuxta dicta Bart. in dicto §. earum præscribatur quadraginta annis. quod not. uide etiam Alexand. consilio decimosexto. columna octaua uersiculo, ex his ergo apparet. uolumi. quinto & Bar. consi. 59. uersicu. præterea hoc certum est.

158 Et † quid in censu uide latè Felin. in cap. ad audientiam. columna sexta in fin. cum sequen. de præscript. ubi distinguit. & nos Mediolani habemus ordinem,

159 † quòd inter priuatos non solutio uectigalis quod exigitur ex frumento in horrea, & uino in cellas deportato per triginta annos parit libertatem amplius non

160 soluendi. Quo uerò ad † fiscum nemo est immunis non soluendo per aliquam præscriptionem, nisi sit lapsum tantum tempus cuius initii memoria non existat in contrarium, qua præscriptione etiam quæ ad iurisdictionem attinent acquiruntur, & hoc regulariter.

161 Tamen † in taxis equorum requiritur priuilegium in specie de exemptione, uel quod priuilegium sit ita interpretatum tandiu, ut non sit memoria hominis in contrarium, sic in ordinibus nouis huius dominii. Aduerte

162 tamen † quòd etsi indulgentia domini in non exigendo prosit, ut per Bartol. in d. §. earum. & Doctores ubi suprà, Tamen indulgentia publicani non prodest, & consequenter non nocet domino. dicto §. earum. prodest tamen, ut quis non soluens non incidat in pœnam, ut per Bartol. in dicto §. earum. & Firmia. ubi uide in 9. parte principali. tracta. gabell. columna secunda uersiculo secundo quæro. Bald. secundo uolumi. consilio 79. plenius in 3. uolum. consilio 311. & quarto uolum. consilio 256. & Bald. quinto uolumine. consilio 34. & Cuman. consilio quinto.

163 Et adde ad id quòd † indulgentia publicani non nocet domino, quòd hoc est regulare in quolibet conductore qui nõ potest interuertere possessionem domini sui. leg. cum nemo. C. locati. leg. quamui. §. primo. ff. de acquiren. possessi. & leg. 3. §. si rem. & §. sequen. columna tertia.

164 An † si princeps concedit immunitatem alicui, alii debeant grauari pro eius portione. An uerò ipse princeps debeat exonerare communitatem, uide Bart. in leg. ab omnibus. ff. de lega. 1. & Ias. in leg. auus neptis. ff. de pact. Felin. in cap. accedentes. colum. sexta de præscript. & ex his quæ ibi dicuntur, præsupponitur quòd princeps hoc etiam possit in præiudicium tertii. Tamen si supplicetur per grauatos tenetur princeps reuocare, uel minus grauare per cap. suggestum. de decim. & per ea, quæ dicit Barba. consil. 13. in secundo uolum. & uide Alexand. An possit in dicto consilio 30. uolum. quinto. Et quo tempore eram fiscalis semper opponebam contra talia priuilegia, cùm eorum peteretur approbatio à Senatu, iuxta ordines laudabiles principum nostrorum, ut quo ad onera principis nõ fieret approbatio, nisi prius facta grauaminis diminutione, quo uerò ad imponenda per communitates in necessitatibus suis non approbarentur, & ita centies feci seruari. Et in hac ma-

165 teria immunitatum scias quòd † reuocantur priuilegia si postea incipiant esse iniqua d. cap. suggestum. Dec. in consilio. 335. & in cap. nouit. de iudi. in illo articulo. An priuilegium concessum non subdito possit reuocari si incipiat esse iniquũ in char. 44. colum. prima uersicu. secundo limita. suprà dixi quòd acquiritur immunitas non soluendo, iuxta dicta Bart. in d. leg. licitatio §. eadem ff. de publica.

166 Hic igitur est quærendum † quomodo perdatur priuilegium exemptionis, & dic quòd quando scio me descriptum in libro eorum qui tenentur & non appello, amitto immunitatem. leg. prima §. si quis tuto. ff. quando appel. sit. & ibi Angel. expressè, quem sequuntur Imol. & Aretin. ibi, & est communis opinio in d. §. & apparet ex consil. Alex. 101. uolum. 1 colum. penult. & dictis Ias. in leg. falso. C. de diuer. rescin. & in leg. fin. ad fin. ff. de constit. princip. quicquid teneat Ias. maximè in d. l. fi.

167 Et si soluo † sine protestatione conseruationis iuri mei, an perdam immunitatem, uide Alexand. consi. 33. uolu. quinto & consil. 193. colum. penulti. in quarto dubio secundo uolum. Ias. in d. leg. fin. & consi.

consi. 25 in tertio uolum. Ias. in leg. non solùm. §. morte. colum. fi. de oder. no. nunt. Alexan. consi 190. colum. fi. in 2 Et intelli
168 ge id quòd † si scio me descriptum, & non appello, priuilegium amitto, prout. text. dicit in d. §. si quis tutor. quando quis uocatur ad munus, ut quando citatur quòd soluat, & ita exemplum ponit Ange. in d. §. quem alii communiter sequuntur, atque ita sufficeret sola descriptio in catastro, ut nunc aliqui dicunt in quęstione quam habeo in facto, & malè, & licet posteà uideantur Angel. & Doctores requirere citationem ad ostendendam scientiam quod sit descriptus, & ita sufficere uideatur quod sciam me esse descriptum, tamen in descriptione catastri, quod dixi, existimo esse
169 uerissimum, quia † catastrum non describit exemptos, ut absolutè soluant, sed ut cessante exemptione soluant, uel bonis exemptis transeuntibus in alios. Et quia etiam interdum exempti coguntur soluere, ut tempore belli, iuxta dicta suprà, & ideo seruatur quòd in catastro ponuntur ecclesiæ & loca pia, unde Doctores non ponunt exemplum de catastro, sed de libro eorum qui soluere debent, & sic quando omnes describuntur ut soluant, & uide Deci. ad prædicta in cap. cum accessissent. in quinta quæsti. de constitutio.
170 An † rei immunitas transeat ad emptorem, uide Bartol. in leg. licitatio. §. mercatores. ff. de publica. Deci. consilio 48. & maturè & diligenter. & consilio quinquagesimoprimo. columna secunda. & Abb. in cap. ex parte. *el primo.* de decimis. Alexan. consilio 301. uolumi. primo colum. quarta. in fin. & secundo uolum. consi. 191. in primo dubio. & quarto uolum. consilio.
171 trigesimoquinto colum. septima. Et † an priuilegia in genere loquendo extinguantur cum persona, uel transeant in hæredes, & singulares successores, Dicam infra late, uersicu. si etiam uis scire.
172 An † per generalem derogationem intelligatur reuocatum priuilegium exemptionis in specie alicui concessum, & an unum priuilegium tollat aliud, est materia Abb. & Doctorum in cap. primo. de rescriptis. ubi uide Felin. & Dec. & dicam infrà, circa finem huius tit. de principe.
173 Et † quanto tempore priuilegium exemptionis, uel quodlibet aliud priuilegium tollatur etiam infrà dicam. Quæro etiam
174 † an clerici teneantur ad uectigalia? in qua quæstione dic quòd non tenetur. cap. quanquàm. de censi. in 6. & Bart. in l. 1. in fi. C. de mul. & in quo loco lib. 10. Tenentur tamen eorum coloni partiarii pro fructibus eorum colonorum, id est, pro parte eorum, ita Feder. de Sen. consil. 111. ubi uide, & refert & sequitur Francus in d. cap. quanquàm. istam opinionem etiam tenet Parpal. in leg placet. C de sacrosan. eccle. in 7. limitat. & in effectu Abb. in c. ex parte. *el primo.* de decim. Quando priuilegium est datum personæ, secus si esset datum rebus, & sequitur Soccin. consil 297. col. 3. & de opinione Federi & de materia uide latè Firmia. in tracta. de gabel. in 7. parte. & ideo in ciuitate Mediolani uidi multa priuilegia impetrata à religiosis personis concedentia immunitatem ab omnibus non solùm ipsis religiosis, & eorũ prædiis, ac bonis, uerum etiam eorũ colonis, & partiariis & fictabilibus. sed quæri-
175 tur, An † princeps ipse possit ordinare ex causa (ut tempore belli) quòd ipsi coloni & partiarii, de quibus suprà, soluere teneantur non obstante priuilegio, sicut fit in aliis laicis exẽptis, iuxta nota. per Din. & Alexan. in l. si ex toto. ff. de lega. 1. Crederem eum posse per not. ibi per D. Alex. cuius opinio uidetur communis, ut dixi suprà, nisi tamen uerba immunitatis essent ita ampla, ut excluderent casum belli, iuxta not. per Alexan. in consil. 30. in 2. col. in 5. uolu. ubi est uidendum, & ita continetur in capitulis uectigalium nostrorum à quibusdã annis citra propter malam qualitatem temporum, & bella maxima quæ uiguerunt, & adhuc uigent, quia disponitur expressè, ut fictabiles qui pecunias soluunt, & massarii partiarii, qui habent immunitatẽ à ducibus, teneãtur soluere uectigalia pro fructibus suis, donec aliud ordinabitur, est uerũ quod non uidetur hoc potuisse fieri, ex quo prius cócessũ nõ fuit colonis, sed ecclesiæ pro colonis, & consequenter concedẽs non potest reuocare cõtra non subditũ: nam licet princeps secularis possit tollere beneficiũ suũ clericis, ut not. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstit. col. pen. & Dec. in d. c. char. 33. col. 1

& Alexand. in leg. ab administratione. in fi. C. de lega. Tamen non potest tollere quando iam acquisitum fuit priuilegium. Deci. ubi supra, char. 34. colu. prima uersic. non obstat. c. ita fin. tamen solutio patet ex his quæ tradunt Alexand. & Ias. in l. non amplius. §. primo. ff. de lega. 1. ubi ostēdunt communem esse conclusionem, ut
176 † priuilegium concessum ecclesiæ possit per eundem tolli, etiam ex interuallo iam facta acquisitione, cuius contrarium uolebat Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecclesiæ. & ita in effectu Dec. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. char. 34. col. 1. uersicu. & prædicta procedunt in ultima linea, dum dicit, Paul. tamen de Cast. & melius per Feli. ibidem, char. 10. col. fi. uersi. duodecimo quæro. quæ opinio eò magis bona est, quia nō tollit prorsus priuilegium, sed suspenditur, & ratione belli. Sicque & talis casus non comprehenditur, iuxta dicta Alex. in d. l. si ex toto. & licet aliqua uerba, priuilegii, sint ambigua super hoc, an etiam tempus belli comprehendatur,
177 tamen princeps † potest interpretari suum priuilegium. c. cùm uenissent. de iudic. & hæc conclusio quo ad colonos locum habet. Quo uerò ad principales per-
178 sonas ecclesiasticas nemini dubiū † ꝙ sunt immunes hoc modo uidelicet, si habent bona & ipsi illa colunt, uel per alios diuidendo fructus, tunc omnes fructus sui gaudere debent immunitate d. cap. quanquàm. de censi. in 6. & c. non minus. extrà, de immuni. eccles. ubi latissimè per Abb. & alibi sępe: si uerò bona non habēt, sunt immunes in rebus ad usum eorum. ita Firmia. in tractat. de gabell. in d. 7. parte colum. 4. uersi. item uerum etiam pro rebus seu fructibus. & ideò cùm in hoc uerū sint ad usum eorum, an non, adeatur iudex laicus, ut per Firmian. ubi suprà, d. col. 4. uersicu. statur autem iuramento. non mirum si etiam in dictis capitulis publicanorū datur modus, & limitatio in rebus pertinentibus ad usum dictorum religiosorum, & si consequerentur quod nimis parcè res procederēt, domini Quæstores prouiderent, & ad eos hoc onus spectaret, ut dixi, & in eis capitulis dicitur expressè quod pro fructibus dictorum religiosorum, passim, & absolutè datur immunitas, pariterq; quod sint immunes pro rebus ad usum eorum, unde cum dicta capitula fuerint uisa in Senatu, & mihi demandata esset prouincia illa referendi, unà cum dubitationibus adiacentibus circa obseruationem eorum, semper fuit ordinatum quòd domini Quæstores illa obseruarent. Veruntamen cum aliqui ex Senatoribus ecclesiasticis dixissent quoòd malè obseruabantur, fuit dictum hoc dominis Quæstoribus, & iniunctum quòd illa facerent
179 obseruari. Reliqua † in hac materia immunitatum & excusationum munerum, & quæ sit excusatio à muneribus, iuxta titu. ff. de uacat. & excus. muner. & quis possit concedere immunitatem, & quibus personis sit concedenda, & ex quibus causis, quia, ut dixi regulariter, sunt prohibitæ immunitates, & de effectu immunitatum, & excusationum, uide per Alberic. in d. rubr. ff. de muner. & honor. char. 5. colu. secunda uersicu. nunc transeamus. ubi per duodecim col. prosequitur hanc materiam, & per Vbal. & Parmen. in tractatibus de collectis. & Ias. in d. leg. placet. & uide leg. unicam. C. de his. qui à princip. uaca. accep. lib. 10. & tit. sequen.
180 Princeps † solus legitimat illegitimè natos restituendo natalibus. leg. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiar. & toto titu. ff.
181 de natal. restit. Imperator † in terris imperii quo ad prophana, & summus Pontifex in terris ecclesiæ quo ad ea, quæ sacra & prophana sunt, extra uerò terras ecclesię, tantummodo in sacris, ita in effectu Bartol. in authen. ex complexu. C. de incestis nuptiis. & materia hæc, an Cæsar in terris ecclesiæ possit legitimare, & Papa in terris Imperii, quæ traditur in cap. per uenerabilem. qui fil. sint legiti.
182 iuxta text. ibi, qui uult, ut Papa † non possit in temporalibus in terris Imperii legitimare, nisi subsit causa maximè ardua, in quo articulo dic communem esse
183 quòd ad hoc ut ualeat † requiratur, personam & bona esse ex territorio legitimantis. Corn. consil. 1. colum. 6. uersic. nec obstat quod ultimo. in tertio uolu. & consilio 9. colum. penult. in fi. & sequen. uolu. 4. Anchar. in cap. primo de sponsal. & consilio. 320. primum dubium Abba. in dicto cap. per uenerabilem. columna sexta Ro-

ta decisio.200.inferior à principe. Bald.in l.eam quàm.C.de iure aureor.annulor. & in consil.306.in 2.uolum,impresso Mediolani, ubi tamen interueniret consensus domini territorii, ualeret per ea, quæ dicam paulò infrà,in uersicu.est tamen . & aliter non,quia requiritur derogatio legum,quibus non potest derogari in alieno territorio secundum præfatos Doctores,& ita ét Ioan.Fab.instit.de nupt. ad finem. Fulgos. consil.33.col.2.Cuma.consil.158. colu. 3. Capra.consi.2. colum. 4. Alexand. consil. 67. colum.fin.uolumi.1.ubidicit quòd ita se habet communis opinio Curt.Seni.consil.74.colum.23.est uerum quòd Cæsar in terris ubi habet directum,legitimat, quia persona non est omnino non subdita , nec bona,ut per Doct.ubi suprà , & infrà in d. uersicu. Est tamen sciendum,retinuitque Cæsar quando infeudauit sibi reseruata in signum supremi principis,iuxta notata per Felinum in cap. quæ in ecclesiarum de cóstitutionib . dum tractat quando princeps uideatur transtulisse ea , quæ sunt sibi reseruata , & per quæ uerba. Et hæc est causa propter quam in hoc dominio duces fe

184 cerunt decretum † ut nemo posset impetrare priuilegium à Papa, uel Imperatore sub pœna grauissima , & quòd comites Palatini etiam habito priuilegio cum licentia non possint illo uti sine licentia, de quibus decretis an ualeant tanquam sint contra legem superioris,uide D Franciscum Curt. Iun . in consil. 157. & Barbat. consil.58.char.2.colum. ulti. uolu. 2. & primum quod non possint impetrari priuilegia in hoc dominio est sublatum , quia unitum est utile cum directò , & Cæsar est dominus pleno iure . Secundum uerò quòd impetretur licentia , durat etiam approbante Cæsare , & hoc ad finem ne Comites Palatini illo malè utantur : quæ ratio etiam facit illud ualere sicut consuluit Barbat. ubi suprà.

185 Est tamen † quòd quamuis Cæsar in terris imperii etiam infeúdatis possit legitimare , tamen hoc non potest quo ad feuda sine licentia ducum , & feudatariorum quibus acquiruntur feuda ob finitas generationes , hæc est communis opinio doctorum, ut apparet in consilio allegato Curt. Iun. 157. licet ipse teneat contrarium , allegat Salic. Alexand. & alios , ac Curt. Sen. consil. 74 . char. antepenulti . uersicu. quinto principaliter , & idem tenet Curt.Senior , consil. 16. & Marti.Lauden.in tractat. de principe. in uersicu. 59. incipiente , consentiente domino feudi , & ad rationes Curt. Iun . apparet facilis responsio . & si uellem loqui ulterius in materia legitimationis exirem materiá principis,quantum tamen attinet ad potestatem Cæsaris & Papæ, uide Martin. Lauden. in d. tracta. legitima. in 1. colum. & seq. & per alios tractatus, materia est trita,& quæ etiam latissimè tractatur in d. c. per uenerabilem . & pendet quæstio de qua suprà ab alia quæstione, uidelicet , an

186 † Imperator possit à se abdicare supremum dominium donando,uel infeudando ciuitatem, uel prouinciam, de qua per Caccialup. in leg. cunctos populos.C. de sum.Trini.& fide cathol.col.7.uersi.prædictis adde.& quo ad terras ecclesiæ , quas ei donauit Constantinus,clarum est quod nihil retinet,ut ibi,& consequenter uerificatur prædicta conclusio quòd non possit legitimare in terris ecclesiæ,& uidetur sentire contra hanc communem opinionem Brun.consi.2.col.10.uersic.considerari.& uersi. seq.& consil.11.colu. 8. dum uult quòd princeps cócurrat cú feudatario , & quod ideo possit alterare statum feudatarii. ut ibi per eum , tamen fundamentum Bald. in leg.qui se patris. C.unde libe. quod pro se allegat , non facit in proposito,quia loquitur quo ad iurisdictiones datas officialibus.ut declarabo infrà d.tit.de regaliis.

187 Princeps † solus potest auferre dominium rei meæ,ut est Papa, uel Imperator qui superiorem non recognoscunt : alii uerò recognoscentes superiorem hoc nó possunt , ut sunt duces,comites , & barones. Albe.in l.quoties.C.de precib.imper. offer.refert. & sequitur ibi Paul. de Cast. in 1.col.& dicit Paul. ibi se ita consuluisse Bergomi.& idem Bald.in l.item si uerberatum.§.1 ff.de rei uend.in quo articulo breuiter dic , quòd cum causa princeps hoc potest soluto tamen pretio, ita Ias. in l. fi. in col.1.uersi.ultra.C.si contra ius,uel utili publi. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. de

constit. char. 3. col. fin. uersicu. & ex illa. & Dec. in regu. id quod nostrum est. col. 1. ff. de regul. iur. & licet Ias. in d. l. fi. dicat causam hanc debere côcernere publicam utilitatem, & in l. quominus. ff de flumi. dicat circa principium φ hæc est sola causa, tamen generalius uideretur tenendum φ
188 † omnis ratio naturalis mouens principem ad ita faciendum sit sufficiens, ita notabiliter dicit Abb. in c. fin. de consuetud. colu. 2. & facit φ ratio naturalis multum ualet quando tractatur de potestate uel actu principis. Bald. in proœm. C. & Mart. in tracta. de principe conclusio 85. & hoc idem tenet Aret. quod non requiratur causa publica in l. Gallus. §. & quid. col. pen. ff. de liber. & posth. Et † causa non præsumitur in principe quando tractatur de auferenda (ut dixi) re mea, ut per Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum post Felin. char. 4. col. 3. uersic. tertia conclusio. & col. sequen. & efficax ratio est, quia hoc modo destrueretur allegata conclusio, quod princeps non potest sine causa auferre rê alterius, quæ procedit tam directè, quàm per indirectû, ut not. Aret. in l. 1. in princ. colum. 3. de acquir. posses. & licet in oppositum sit Abb. & Alex. tamen etiam pro hac opinione nô deficit authoritas ultra hos solennes uiros Feli. & Dec. ut ibi per Dec. Item non potest responderi ad rationem allegatam, & ad hanc opin. latè uide Ias. in l. si testamenta. C. de testamê ubi facit regulam, quòd causa præsumitur in principe secundum communem opinionem, postea eam limitat, quando princeps facit contra ius gentium, & hanc limitationem comprobat tam ualidis fundamentis, ut amplius non sit dubitandum. & dicit Socci. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. col. antepen. uersi. circa tertium. φ hæc est communis opinio. & Marti. in tracta de principe. conclusio. 87 ubi allegat Rayn. & Bar. De plenitudi-
190 ne uerò potestatis † uidetur φ princeps possit hoc facere sine causa. ita Ias. in d. l. fi. C. si contra ius. in 6. limitatio. & Dec. in d. cap. quæ in ecclesiarum. char. 4. colu. 1. uersicu. resoluendo. qui tamen loquitur soluto pretio per principem, sed communis est in contrarium quam tenet Abb. in cap. 2. de uoto. Barbat. cousi. 24. clementia. in 2. uolu. & consil. 55. utrum & quando, in 4. uol. & quòd hæc sit communis attestatur Soccin. consil 264 col. 4. & sequen. &
191 quando † dominium acquiritur actu iuris ciuilis, quia tamen dominium ipsum est de iure gentium, tunc etiam requiritur causa, ut dicit Soccin. in d. §. & quid si tantùm. ubi suprà, & ita Ias. in d. l. fi. in 7. li-
192 mitatio. Et † scias circa hanc plenitudinem potestatis, φ princeps qui ea utitur sine causa peccat. Innocent. in c. innotuit. de electi. & Paris de Puteo in tracta. syndic. in titu. de regum. principum, & ducû excellentia, col. 2. circa finem. Item scias
193 † quòd in dubio princeps ea non uidetur uti, ita not. in d. c. innotuit. præterquá si actus aliter non ualeret, ut per Deci. in l. si donatione. C. de collatio. nume. 14. & Dec. in regula, in contrahenda. ff. de regu. iur num. 7. Intellige tamen hoc ultimum ubi expressè potest ea uti per prædicta, & in dubio princeps uidetur uti iure cômuni per ea quæ dixi suprà hac eadem rubrica, circa traditionem dominii in priuilegiis principis, & quando contractus principis habeatur pro lege. Scias etiam
194 † quòd quãuis princeps cum causa possit tollere rem meam, tamen non præsumitur in dubio id uelle facere. Propterea procedit hoc quando clarè apparet eum ita uoluisse facere, ut not. plenissimè maximè per Ias. in leg. fin. ff. de constitut. prin
195 cip. Scias etiam quòd † clausula. Ex certa scientia: idem operatur quòd ex plenitudine potestatis, ut per Dec. consil. 191.
196 col. 2. Scias quoque † φ etsi princeps aliquid concedit ex plenitudine potestatis, non tamen ille, cui conceditur habet plenitudinem potestatis. Mart. in tractatu.
197 de principe. conclus. 107. Et dû dixi † φ princeps non uidetur tollere ius tertii, Adde quòd hoc procedit etiam quod illud ius solum esset in spe; ut per Fellin. in c. cûm olim. colum. 2. de re iudic. & dato φ de modico præiudicio agatur, ut per Dec.
187 in d. c. col. 9. Princeps † tamen etiam sine causa potest derogare iuri in spe, ut per Soccin. Allexand. & alios in d. §. & quid si tantùm. & Dec. consil. 390. colum. 5. ubi uide. qui tamen loquuntur in iure quærendi de iure ciuili, sed si aliud ius quis haberet,

ret, ut fidei commissarius uocatus, si hæres decedat sine liberis, qui dicitur habere ius in spe probabili. Bart. in l. is potest. ff. de acqui. hæred. & qui non dicitur uenire à lege ciuili, quia ex testamento uenit iuxta notata per Ias. in l. unica. quando nō pet. pars. circa l. obuenire. ff. de uerb. sign. Aliud arbitrarer, si etiam ius in spe esset quæsitum ex contractu tertii, minus difficultatis remaneret. Et circa prædicta etiā
199 non ignores, † quòd clausula, Ex certa scientia: non operatur in his quę sunt facti, & quæ princeps ignorat. Bal. in l. impetrata. C sentent. rescin. non pos. & Abb. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. delega. sicut neque aliæ clausulæ accessoriæ quicquam operantur. Alex. consil. 52. & consil 225. uolu. 7. Cur. consil. 50. colum. 51.
200 Et † de prædictis, & etiam quid operetur clausula, Non obstante, &, Ex certa scientia: Et de plenitudine potestatis, uide Curt. Iun. consil. 157. quod fecit pro comite Francischino Ruscha, & Soccin. omnino consi. 256. Dec. consi. 161. col. 1. Brun. in consil. 1. & pluribus sequentibus. & alibi sæpe, & quando princeps censeatur præiudicare tertio per clausulas, motu proprio, & ex certa scientia. Et an & quando uoluit præiudicare tertio, & latè de iure tertii uide Alciat. in tract. de præsumptio.
201 præsumptio. 11. regu. 3. Princeps an † uia legis generalis possit priuare tertium re sua, dixi eum posse, etiam non restituto pretio. ad differentiam quando particulatim aufertur, iuxta proximè dicta, ita Alexand. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. & Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum. de constit. char. 3. colum. fin. uersicu. secundo hoc. & ita tene quicquid dicat Ias. in leg. Barbarius. colum. 8. uersicu. inuenio. est uerum quòd requiritur causa, iuxta etiam proximè dicta, & per Doctores ubi suprà, & dicit Innoc. in cap. quæ in ecclesiarum.
202 quòd † constitutio principis contra ius naturale, uel gentium, sine causa nihil ualet, quem refert & sequitur Marti. in tracta. de principe conclusio. 286. Sed tamen non restituitur pretium, & ita uideo seruari, & sicut potest prosus tollere ius meū
203 uia legis (ut dixi) ita & † multò magis pollet imponere seruitutem, & onus in re. Bald. in l. nuptę. ff. de senat. in prin. Nicol. de Matare. in l. qui agros. C de omni agro deserto. lib. 11. Anchar. consi. 142. & Bald. in l. qui se patris. col. penult. C. unde liber.
204 & ideo in † donationibus principum nostrorum titulo donationis, uel feudi, ut memoria beneficiorum collatorum per principem non amittatur per alienationē in extraneum uel fœminam, apposita est seruitus uia decreti generalis quod obseruatur sicut Euangelium, ut non possint transire in extraneas personas, nec titulo particulari, nec uniuersali, nec alio quouis modo. Quinimo quòd solùm filii legitimi & naturales, & eorum descendentes succedere possint, quod tamen decretum fuit editum à duce Ludouico Sfortia in hodium Vermensium, ut eos priuaret bonis feudalibus quæ habebant, ut intellexi à nonnullis qui de hac re edocti erant, & deinde cognoui in causa mihi commissa inter eos & Bobienses. Quæ pendent à
205 principis uoluntate censentur † impossibilia nisi sint consueta concedi, Dec. in regu. ea quæ. ff. de reg. iur. in fi. & in l. quæ
206 cunque. ff. de offi. eius. Princeps † debet eligere consiliarios sapiētes secundū Bart. in tract. de regim. ciuit. quod. Marti. in tracta. de principe. conclus. 154. dicit fecisse ducem Mediolani tempore suo, qui in cōsilio suo prudentes Doctores, & uiros peritissimos, & Deo deditos elegerat. Et
207 hoc idē † nostra tempestate summo iudicio, & accurata consideratione obseruauit dux noster Franciscus Sfortia secūdus, qui Senatum cōstituens in eum ordinem delegit clarissimos, ac eloquentissimos Iureconsultos, & ex aliis florentissimis ordi-
208 nibus ipsa lumina inter † quos nunquā satis laudati sunt. Franciscus Taberna nūc supremus cancellarius, Franciscus Sfondratus, qui non ita pridem ciuitatis Senarum gubernacula tenebat, munere sibi à Carolo Quinto Imperatore demandato, posteà autē in amplissimum Cardinalium colegium cooptatus est. Necnon & Ioannes Baptista Specianus, cui tam acre ingenium inest, ut & in secretis consiliis principis omni tempore uersatus fuerit, & sine quo nihil satis consulto uideretur agi posse. Præterea Petrus Paulus Arrigonus sūma

prudentia, ac uirtute prǽditus, & in optima ratione constans, ac fortis ad omnia summa natus, omitto cęteros ingenio, doctrina & recta animi uoluntate prǽstantes, qui omnes, si de me ipso dixerim huic celeberrimo Senatus ordini magnum etiã splendorem afferunt, eumque mirum in modum exornant, quod non minus à prudentissimo principe in deligendis prǽlatis factum uidemus, inter quos erat Ioannes Moronus episcopus Mutinensis his annis proximè prǽteritis ob eximias animi uirtutes Cardinalis creatus, equites prǽtereà, nobilitate, ingenio, multisque uirtutibus insignes elegit, sed prǽter eos ut ipsiusmet principis utar uerbis, quo munus Senatoriǽ dignitatis firmo semper subsisteret clauo, nec uentis aut fluctibus labefactaretur, elegit prǽsidem & moderatorem ipsius ordinis, defuncto alio prǽside Frãcisco Marliano uiro celeberrimo, Iacobum Philippum Saccum uirum grauitate, rerum usu, ac ingenii uelocitate nemini secundum, in quo munere iam per quatuordecim annos, ita laudabiliter se gessit, & Senatus authoritatem, ac dignitatem adeò auxit, ut non solùm boni, qui iustitiam colunt, uerum etiam mali, & peruersi homines cogantur hominem hunc uenerari, & constanter affirmare, donec conseruabitur hoc ipso prǽside authoritas, Senatus, securè in utranque aurem dormiendum esse. Non possum tacitus silentio pręterire quod Cardinalis Tornonius Gallus uir prǽter excellentiam dignitatis summǽ etiam apud Christianissimum Galliarum regem existimationis, palàm in ciuitate Alexandriǽ dixit, dum in Galliam ab urbe Romana reuerteretur. regem suum nullam aliam rem huic dominio Mediolani inuidere, nisi talem, ac tantum Senatum ostendens eius famam non solùm urbes, ac uicos regnorum suorum penetrasse, uerum etiam cor ipsius re-

209 gis. Et † quia prǽlatos dux elegit, quoniam sǽpe contingit ecclesiastica tractari, iuxta dicta Bal. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. & Marti. Lauden. in tracta. suo, in tit. de consilio. princip. conclusio. 30. & qui etiam ut eis locis habes, non sunt irregulares, dato quòd consentiant iis ex quibus deinde indirectè sequatur mors.

210 Ideo † quęro an Senatus possit cognoscere de re spirituali, & ecclesiastica, & quo ad ius, & proprietatem, res est sine difficultate, quod non potest, nec principaliter nec incidenter, c. tuam. de ordi. cogni. & in c. lator. qui fil. sint legit. Abb. in c. literas, de iuramen. calum. col. 3. uersic. me-

211 rè spiritualis. Quo uerò † ad possessionem rei spiritualis, & ecclesiasticę, glo. in d. c. literas. ibi & not. uult ut causa possessoria iuris spiritualis dicatur laicalis. Anto. de Butr. dicit ibidem, quod si agitur de possessione beneficii dicitur tamẽ beneficialis, & idem si agitur causa matrimonii, sic etiam Abb. & alii communiter ibi inferentes absolutè, ꝙ ideo est tractanda corã ecclesiastico, & quǽstio hǽc inter clericos de beneficio disputantes est sine difficultate, nec est aliquis, qui dubitet, nec dubitare possit, quia hoc quod solùm agatur de facto, & non de iure procedit si agatur inter laicos, ut de matrimonio, & decima: secus si inter clericos, quia tunc de quacunque re agatur cognoscit ecclesiasticus. cap. cùm non ab homine. de iudi. & dixi suprà in tit. de so. comp. Nec in hoc po-

212 test cadere difficultas eo excepto, ꝙ † si pararentur arma ad uim inferendã contra possessores beneficii, posset & secularis animaduertere, ut tollatur uia facti, & nõ sequãtur publicę perturbationes, quǽ ut euitẽtur cessant ferè omnes iuris regulǽ, ut per Felin. in c. 2. de prǽscrip. & faciunt nota. an l. ǽquissimum. ff. de usufruc. & per Alex. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact.

213 Vnde nescio quomodo, Rescripta † quǽ quotidie uideo inter ecclesiasticos, uno spoliante, alium disponentia, ut quis procedat quo ad uiam facti, uirtute quorũ postea delegatus procedit super spolio, admittendo capitula, & testes examinãdo, & diffiniendo causam, possint & aliquo colore iustificari, sed quǽstio cadere posset in

214 his quǽ beneficii sunt, † quando agitur inter clericũ agentem, & laicum reũ, qui fortè turbauit in possessione rectorẽ, uel ei furatus est calicẽ, quia agitur de mero facto, & persona nõ est priuilegiata, & ut latè per Ab. in d. c. literas i uers. merè tẽporalis ẽ, sed ubi agitur iter clericos, est ridiculum

culum dubitare, & ideo ille Sylua. qui tractatum fecit de beneficio, & qui dubitat in char. 31. col. 1. & seq. loquitur somniado, Potest etiam quæstio non inepta esse, quo ad clem, dispendiosam etiam inter clericos, uidelicet, an causa sit tractanda summariè iuxta illum tex. & prout in his terminis disputat Oria. in d. clem. col. 1. sed quo ad indagandum, an laicus possit cognoscere contra clericum, est facta dubitatio. potest etiã aliter quæstio hæc dubitandi cũ ratione procedere, iuxta tradita in d. c. literas, sed non, ut dixi, quo ad hoc, ut cognoscat laicus. Hinc non immeritò dixit Guido Papæ decis. 3. quod Parlamenta cognoscunt in possessoriis beneficiorum authoritate Papæ, de quo tamen ẽt dubito, per ea quæ dixi, ubi suprà d. tit. de fo. compet. ubi
215 uolui, ꝙ † ẽt Papa non possit cõmittere laico, ut iudicet clericum, & quo ad terminos clem. dispendiosam quorum respectu quæstio est probabilis. Aduertendum
216 est † ꝙ ubi agitur remedio c. reintegranda. 3. q. 1. non uidetur causam esse spiritualem, nec quasi, quia non est necesse afferre ẽt colorem ad titulum, ut docet Soc. l. rem quæ nobis. in 7. q. de acquir. poss. ita limitando cõmunem, de qua in c. in literis. de resti. spol. sed ad hoc repugnat ꝙ dicitur quasi spiritualis duabus rationibus, Prima est, quia aliqualiter cognosceetur de titulo. Alia, quia continentia causæ facit in effectu indemnitaté, ita Doct. in d. clem. dispendiosam. ut refert. Abb. in d. cap. literas. colum. 2. & Anto. de Butr. in d. cap. literas. ubi omnino uide, & ideo succedit regula ꝙ una cessante & remanente alia, non cessat dispositio. §. affinitatis. institut. de nupt.
217 Et † de authoritate Senatus non est recurrendũ ad l. & gl. in l nõ ambigitur. ff. de legib. & not. per Ias. in l. quominus. in 2. no tab. ff. de flum sed ad authoritaté sibi à prefato principe attributam, & deinde cõfirmatã à Cæsare in nouis constitutionibus, ubi præter ea quæ concedit cætera denegat, maxima tamen ei cõcessa est authori-
218 tas, ut uidere licet. Princeps † an potuerit facere ordinationé, prout fecit in hoc dominio, ut nemo accedat ad curiam Romanam ad impetrãda priuilegia, & an potuerit condere statutum, puniens eos qui absque placito ipsius principis, se intromittũt in possessione beneficiorũ, & aliud eos puniens qui citant aliquem ad curiam Romanã. propter quod uideo quotidie uexari, & in carceres trudi deferentes tales citationes, notarios scriptores relationũ, ac ẽt ipsosmet sacerdotes, ad quorum instantiã fiunt citationes, & loquitur hic ultimus ordo, uel saltẽ obseruatur ẽt quo ad personas ecclesiasticas in causis ẽc beneficibus, & sine dubio concludendũ est, non potuisse fieri hæc, & tam eos qui condiderunt, quã qui ea seruauerunt, & seruant incidisse, & incidere in c. nouerit. & c. graue. de sent. excom. cum simil. Et quo ad statutũ ut nemo possit se intromittere in possessione beneficiorũ sine licentia principis, quãuis Ang. consuluerit statutum ualere consi. 23. nulla persona, quia sine eo statuto Florentiæ, ubi uiget quotidie imminebãt perturbationes & per pericula etiam reipublicæ statum tangentia, propter potentes agnationes quæ sunt in ea ciuitate, & propter inordinata desideria, & ambitiosos appetitus cupiẽtium promoueri ad beneficia, & quamuis ẽt ultra Ang. in hoc dominio nonnulli uelint se excusare dicentes id fieri, quia aliqui seditiosi & turbatores status pacis possent se intromittere, quo casu etiam liceret eos bãnire, tametsi essẽt pacifici possessores, iuxta notata per Abb. in ca. 1. & in c. cùm terra. col. 2. de electio. Tamen ueritas est in contrarium, & est contra libertatem ecclesiasticam, & incidimus in euidentem excõmunicationẽ seruando tale statutum, & hoc ex defectu potestatis, ita (ut breuiter agam.) Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. char. 10. colu. fin. uersic. 11. de constit. & ad nota. per Abba. in d. c. cum terra. & c 1. Responde (ut dixi) notabiliter suprà in tit. bãniri qui possint, & statutum ne quis impetret literas uel priuilegia apostolica, quod & ipsum sit cõtra libertatem ecclesiasticam, habes Lap. allegatione 82. colu. 2. & ibi idem dicit de statuto usurpante iurisdictionem, non solùm Papæ, uerum etiam aliorum inferiorum, prout est quod nemo citetur ad cu-
219 riam Romanam. Et idem † si princeps secularis banniret episcopum à suo episcopatu, quod facit ad ea, quæ dixi, ubi suprà in articulo, An clericus à principe seculari possit banniri quando est seditiosus.

& uide Mart.in tract. 1, de principe conclus.492. qui allegat & sequitur Lap. dum tenet esse contra libertatem ecclesiasticã si disponatur ut non possit litigari in curia Romana, & quod literæ non impetrentur in ea curia. Est etiam contra libertatem ecclesiasticam, quando causa cognoscenda est ab ecclesiastico, uel ratione iuramẽti, uel usuræ, uel aliis rationibus, iuxta notata per Feli.in c. cùm sit. de foro compet. facere ut cognoscatur à seculari, quia hoc modo usurpatur iurisdictio ecclesiastica, iuxta allegationem Lap. ubi suprà, & quæ modo dicam. Et ut generaliter scias quæ sint contra libertatem ecclesiasticam ultra Lap. ubi suprà, quem omnino uide.

220 Scias † quod illa dicuntur contra libertatem ecclesiasticam quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesiæ, & clericis non solùm à Papa, sed etiam ab Imperatore, & principibus secularibus. ita Bart. & communiter scrib. in authen. cassa. C. de sacrosan. eccles. Item ea propter quæ clerici redduntur timidiores. Bar. & communiter scribentes in d. authen. Item quando statuitur contra concessa clericis, tam de iure ciuili quàm canonico. Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 1. & 2 de constitutionib. potest tamẽ statutum esse præiudiciale ecclesiæ, & tamen non erit contra libertatem ecclesiæ secundum Anto. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutionib. in 5 notabi. & Bald. in rubrica, de constitutionib. in princ. quod not. ad aperiendos oculos tenebris inuolutos.

221 Sed quæro † an Senatus, qui apposuit manum ratione belli ad immunitatem colonorum monasteriorum huius dominii sibi concessam à Cæsare, disponendo ut soluerent, non obstante immunitate, donec duraret bellum, sit excommunicatus uti ille qui fecit contra priuilegia sua, siue ducum retroactorum, credo non esse, quia etsi regulariter ita facere sit contra libertatem ecclesiasticam, ut dixi, tamen cum hic casus non sit clarè decisus in priuilegiis ipsis, an tempore belli debeant esse immunes, uidetur quod cesset priuilegiũ ex notatis per Alexan. in leg. si ex toto. ff. de legat. 1. Item ad principem concedentẽ in dubio pertinet interpretatio sui priuilegi. cap. cùm uenissent. de iudic.

222 Item communis est opinio † ut possit princeps tollere suum priuilegium concessum ecclesiæ & clericis, licet tollat post iam factam acquisitionem. Et licet Bar. fuerit in alia opinione in l. 1. C. de sacrosan. eccles. tamen communis uidetur esse contra Bartol. ut ostendit Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. char. 10. colum. fin. uersi. duodecimo quæro de constit. Alex. & Ias. in l. non amplius. §. 1 ff. de legat. 1. & Dec. etiã in d. c. ecclesia. in 34. char. col. 11 in fi. post Pau. de Cast. & Salic. quæ opinio in casu nostro omnino obseruaret, quia adhuc non est expresse dispositum contrariũ in priuilegio, sicut dixi. Item priuilegium quamuis factum sit intuitu ecclesiæ, tamẽ laicis & non ecclesiæ est concessum. Item non est tollere priuilegium, sed moderari. Item quòd fecit Senatus est cum causa, atque ita licet Ias. in d. §. 1. dicat super generalibus, quòd opinio Bartol. esset tenenda in iudicando, & consulendo, quia in dubiis opinionibus debemus fauere animæ. Tamen hoc casu ex præmissis omnino cessat illud suum dictum, etiam ex mente ipsiusmet: quamuis etiam sit contra communem. Est tamen aduertendum ne laboretur in æquiuoco, quod Doctores qui sunt opinionis, ut princeps possit statuere contra priuilegia sua, & quæ iam semel concessit, loquuntur quando hæc data essent à statuto, uel lege, uel consuetudine, quia non præsumitur eum qui dedit uoluisse à se abdicare authoritatem reuocandi sicut est ex natura legis, quia fit & reuocatur ad libitum, sed ubi agatur de concessione in forma uia priuilegii, tunc si sit facta non subdito, non potest absolute reuocari per dictum Innocent. in d. cap. nouit. & ita si absque causa tractaretur in casu de quo suprà de reuocando priuilegio clarè concesso ecclesiæ, essem alterius opinionis, uerũ non post quàm fuit concessum laicis, & non apparet clarè quod etiam uoluerit concedere tempore belli, & non tractatur de reuocatione, sed suspensione ad tempus, & ex causa. Non uideo quare non potuerit fieri, per ea quæ dicit Ias. in d. §. 1. ad finem. Et ex prædictis nulli dubium quòd alius ordo factus à principe his diebus proximè præteritis quem Senatus ob

223 seruat, ut † non habeant effectum collationes

lationes beneficiorum curatorum à Pontifice factæ in præiudicium electorum à parochis, & hominibus terrarum, est contra libertatem ecclesiasticam: Nam quamuis bona ratione editus sit, & fauore animarum, tamen deficit potestas, iuxta ea quæ dicit Felin. in d. cap. ecclesia char. 10. colum. fin. uersic. 11. Et ideo concludendum est, quòd † nemo fauens dictis ordinibus est securus, imò laqueatus excommunicatione, iuxta d. c. nouerit. & ca. graue. cum similibus. Nec quis se defendat propter inconuenientia quæ sequuntur, quia (ut dixi) cessat potestas; & donec reuocata non fuerit ab habente potestatem permanere debent. l. præcipimus. in fi. C. de appellan. Et ulterius si uis scire, an

224

225 † & quando rex, uel Cæsar, possit conferre in suo imperio beneficia ecclesiastica, & cauere ne electio prælati fiat absque suo placito. Et an ualeat consuetudo ita faciendi, uide Corset. in tracta. de potestate

226 regia. in 11. quæstione. Elegit † etiam princeps in Senatu suo milites quibus si contigisset tractari de re militari esset stãdum, ut dixit Marti. in titu. de consi. princip. conclus. 13. & in eo titu. omnino uide de consiliariis, siue Senatoribus principis. & maximè quod debent esse graues, & liberi in dicendo, ut ibi conclusio. 11. & qui abiecta priuata utilitate ad publicam respiciant, ut ibi, conclusio. 20. Et dicit conclusio. 31. quòd tempore quo ipsi sedent debent silere alii magistratus, quemadmodum fit in hac ciuitate Mediolani.

227 Princeps † solus concedit gratiam deportatis, bannitis, & aliter damnatis. l. relegati. ff. de pœnis. & dixi suprà in materia gratiæ, sub titu. de remediis ex sola clemẽtia principis. in uersic. an feudatarii.

228 Princeps † nõ potest directum dominũ quod habet in re concessa in feudũ transferre in alium sine consensu uasalli. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federi. in §. præterea ducatus. & ideo uidetur, filium summi Pontificis qui non ita pridem fuit inuestitus de ciuitate Nouariæ non posse dicere multis nobilibus habentibus feuda in agro Nouariẽsi, Iuretis mihi fidelitatem, quia estis mei uasalli, & amplius non estis uasalli Cæsaris. Et pulcher articulus, an &

229 † quando uideantur translati uasalli, creato aliquo duce, uel marchione in hoc dominio nunquam uidi fieri super hoc difficultatem, quominus dux habuerit omne ius in uasallos, & omnes se cognouerint, & idem in dominio Sabaudię quod qua ratione proueniat patebit ex infrascriptis.

230 Nam conclusio uidetur esse hæc † quod cum uniuersitate transferantur uasalli sine eorum consensu, non in generali concessione, & minus si in specie id fiat. Dec. consilio 56. colum. 2. & Alexand. in leg. 2. in princip. colum. fin. uersicu. & ex prædictis. ff. solut. matrimo. ubi limitat. dicens quod iura uariè loquuntur ante d. §. præterea ducatus. sed quod d. § tollit difficultatem ob eius claritatem. & uide Alexand. consilio uigesimo quinto. colum. penultima. uolumine quinto. uersicu. tamen qui concludit quòd si dominus uult transferre ius quod habet una cum territorio uel curia, potest non attenta uoluntate uasalli, uel subditi. per capitulum primum. §. ex eadem lege. de leg. Corradi. & uide Felin. in cap. dilecti. in uerbo, hominibus. colum. secunda de maioritate & obedientia. Nota tamen quòd in curia Mediola-

231 ni dominus † potest maiori uel æquali alienare suum directum, etiam sine curia, sed cum curia cuilibet d. §. ex eadem lege. de qua consuetudine Mediolani uide latissimè Ardizonum in summa quam allegat Aluarot. in dicto. §. præterea ducatus. Nota etiam quod eo ipso quòd

232 † quis creatur rex uel princeps, Iura in uasallos uidentur translata, ut dicam infrà in titulo, de regal. in pri.

233 Princeps † habet fundatam intentionem in suo dominio quodlibet castrũ, & quilibet locus sint sua quo ad iurisdictionẽ. Hostiẽsis Ioannes Andreas, Imola, & Abbas in cap. nimis. de iureiurando. & Abbas consilio octogesimosecundo. uolumine primo.

234 Et ideo † spoliatus à principe tali castro, etiam debet iustificare titulum. cap. ad decimas. de restitut. spoliatorum. in 6. ita Anchara. consi. 311. col. 1. & fin. & per totum. Alexand. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. uersic. sextò fallit. ff. de acquir. possess. ibi, unde similiter. Bal. in l. unica. col. 3. C. si de moment. poss. fuer. appel. Sic publi

235 canus, † qui ad fraudem agit, non obtu-

net propter quasi possessionem exigendi, nisi titulo ostenso. Florian. in leg. sicut. §. si quæratur. ff. si seruit. uendi. Firmian. in tracta. de gabel. in 4. parte. q. 17. Sic qui dicit se esse exemptum, debet ostẽdere titulum, & sola quasi possessio non prodest. c. cùm personæ. de priuileg. in 6. Cyn. & Bald. in l. solennibus. C. de fide instru. Faciunt quæ donit Ias. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. in quæst. de notario putatiuo, & in eadẽ questione per Felin. in c. 1. de fide instrument. & ita præsupponunt omnes in dicto ca. ad decimas. maximè Francus in 2. colu. circa finem. Non tamen quod dico procedit respectu tertii, sed tantùm quo ad principẽ. Ita glos. Doctores in cap. ad decimas. de quo tamen uide Perus. limitantem ibi. Est
236 uerum, † ꝙ feudatarius est restituẽdus, si est spoliatus à principe alia ratione quã iurisdictionis, absque eo quòd ostendat titulum. Ita loquitur Præpos. in c. 1. in tit. de controuer. inter uasal. & episcop. quia princeps, qui uult dicere rem esse feudalem, debet probare, ut per Deci. consil. 61. col. 1. & 2. quia in dubio res præsumitur libera. glos. in cap. quanquàm. de censi. in 6. c. 1. de l. Cor. §. si fuerit. & c. uasallus si feudũ
237 si de feudo fuer. controuer. & satis † probaretur ꝙ esset feudalis, si ostenderetur priuilegium principis, qui concessisset castrum cum territorio & possessionibus, dicens, quibus omnibus cohæret à mane & sero, & c. respectu possessionum, quæ ostenderentur possideri intra illas cohærentias, dato quòd intra illas cohærentias ex aduerso ostenderetur quòd aliquæ res essent priuatorum, & allodiales. Et ita not. Barbat. consi. 57. col 6 uersic. nec obstat. cùm allegat dictum Hostien. uolu. 4. Nam respectu habentis titulum est præsumptio, quòd possideat ex illo titulo, iuxta glos. in l. quædam mulier. ff. de rei uend. & text. in l. nimis. & ibi Bartol. C. de acquiren. poss. nisi quatenus ostenderetur contrarium, & respectu non habentium titulum, præsumitur (ut dixi) res allodialis. Et an omne id quod est intra confines concessionis, dicatur concessum, uide Alex. consi. 54. colum. 1. uolu. 3. & Soccin. consil. 127. colum. 2. Et procedit quod proximè dixi, quando in specie nominantur cohærentiæ, & bona sunt intra illas. & ita loquitur Barbat. & idem etiam uidetur, quando simpliciter concessum est territorium cũ possessionibus, ex ratione allegata, quicquid dicat Brun. in consi. 1. uolum. 1. Et aliter de modo probandi, quod bona sint feudalia, uide in repertorio consil. Bruni, in uerbo, allodiale. & Alciat. in tractatu præsumpt. reg. 2. præsump. tertia. Aduerte tamen, quia Barb. in suo consi. 57. non loquitur, quando cohærentiæ datæ sunt tã possessionibus, siue bonis, quàm castro, sed quando solùm castro datæ fuerunt: sed in concessione dicebatur, Castrum cum possessionibus ita apparet in 1. col. in qua referuntur uerba inuestituræ. Et loquitur etiam Barbat. in casu, quo agebatur inter dominum & emphyteutam, quorũ neuter erga alterum potest referre quæstionem dominii, iuxta l. si quis conductionis. C. loca. Et facit illud, quòd quando non apparet quæ bona sint emphyteutica, omnia emphytheutica præsumuntur. Ias. l. 2. C. de iure emphyt. nu. 137. Et castrum ip-
238 sum † nedum alia res quo ad muros prę sumitur liberum, & allodiale. Iacobin. de sancto Georgio in gloss. de castro Rubei
239 montis. col 4. uersi. item quæro † an castrum. & per Alciat. & alios. ubi suprà. Si tamen esset unica res, & constaret de parte, ꝙ esset feudalis, tota præsumeretur feudalis. Præpos. in tit. si de feu. fuer. controuer. inter. domi. & agn. c. uasallus *el primo*. col. 1. Et si ageretur de probãdo an omnia
240 † bona in tali territorio sita sint feudalia: si apparet de maiori parte, residuũ præsumitur feudale, & econtrà: si maior pars esset allodialis, reliquum præsumeretur allodiale, nisi aliud obstaret in oppositum. Iser. in c. 1. de controuer. inter masc. & fœmin. de benefic. & Præpos. in eo cap. Et
241 † quando quis præstitit seruitia uti uasallus, an omnia bona sua præsumãtur feudalia, uide Isern. ubi suprà, & Præpositum in d. c. uasallus, uide etiam Soccin. ad hæc consi 86. col 2. uers. tertia conclusio. Alex. consil. 129. col. 1. uol. 1. & Curt. Iuniorem in tract. feud. char. 19. colu 2. uersic. sexto,
242 Scias aũt, † ꝙ licet fundus sit intra territorium meũ, tamen non præsumitur feudalis, etiam si ego nesciam ostendere unde habuerim. Alex. consi. 55. in pe. dub. uol. 4. & ex communi doctrina Doctor. maximè

Imolæ

Imolæ in c.nimis.extrà,de iureiur.ubi uo
243 lunt illud, † quod est intra fines,præsumi quo ad iurisdictionem domini finium, nó quo ad dominum,aliàs in dubio præsumerentur omnia esse principis,quo ad dominium,contra regulam,quòd res præsumitur allodialis,nec Soc.qui solet allegari in contrarium consil. 87. col. 2. uersic. tertia conclusio. obstat huic sententiæ, quæ loquitur de duabus communitatibus contendentibus super pascuis, quæ non erant in dominio aliquorum particulariũ: sed una uel altera communitas erat domina:si tamen fines essent dati & territorio & possessionibus in priuilegio concessis
244 aliud esset,ut dixi. Et † si uendo ius, quod habeo in aliquo castro,nihil operatur uẽditio,nisi ostẽdatur per alias probationes quod ius habeam.Bar.in l.si sic.§. 1.
245 ff.de legat.1. Et idem est,† si sit dictum, Concedo castrum cum eius pertinentiis, nisi ostendatur aliter quæ sint pertinẽtiæ. Bar.ubi suprà, & Brun.consi.1. colum.1.
246 Si † tamen sit dictum,Cum regaliis,omnia uectigalia dicuntur data,per text.quæ sint regaliæ. etiam si non sint à iure inuenta,sed à consuetudine,ut ibi in uerbo,ripatica.& per Andr. Iser. & Afflict. super eo uerbo.& ita Soc.consi.7.col.1.uol.3. Qui petit fundum feudalem permixtum cum allodiali fortè ex amotione terminorum, succumbit,nisi sciat clarum reddere feudalem ab allodiali,propter incertitudinẽ. Iacob.in rub.ff.de rei uendic. nu.23.uersic.
248 item quæro. Qui † etiam petit fundum syluosum, qui erat cultus, nisi sciat clarè demonstrare, ꝙ sit ille, idem succumbit. Soc.consi.89.col.4.in fi.& seq.uol.1.Ostẽ-
249 ditur † etiam rem esse feudalem per inuestiturã & successionem.c.1.§.fi. de cog. feu. Item si quis eam teneat per triginta annos uti feudalem præstando seruitium. c.si quis per 30.annos.si de feu. fuer. contro. Item per famam in antiquis, ut per Alex.consi.136.col.3 & per totum, uol. 1.
250 & consi.25.uolu.5.& ibi ponit,† an credatur uerbis narratiuis principis,ꝙ res sit feudalis.& per Alex.d.consi.55. dub. pen. & Brun.consi.1.col.1.Si tamen ostenderet uasallus,ꝙ erat ipsius, licet ignorans se recognouerit à domino tanquam de re ipsius domini,aliud esset,iuxta doctri. Bart. in l.si aliquam rem.uers.ulterius quæro.ff. de acq.poss.& dicta Alex.ibi,& in cons.29.
251 col.ult.in 5.uol.præsumitur † tamẽ res feudalis,donec probet uasallus contrariũ, per l. cùm falsa. C. de iur. & facti igno. & Alex.in d.consi.& uide omnino in materia Curt.Iunior.in tract.feud.char.19.col. 2. uersi.sexto.maximè in fin. Et quando quis tenet pro feudali rem,& illam pro feudali possidet,an onus probandi contrarium incumbat aduersario? Est materia l. si prius. ff.de oper.no.nunt.ubi uide Ias.nu.44 uersic. secunda reg. negatiua est. & ponit in hac materia reg.& fallẽtias in d.l.si prius.
252 nu.40.uer.quarta & ultima.Si † ædifico castrum in re feudali, an erit feudale, & quid de sumptibus factis in domo feudali, uide Iacobi.in q.feud.nu.13. In ciuitate Mediolani adest statutum, ut per testes
253 † nó possit probari rem esse feudalem, & tale statutum ualet:limitatur tamen pluribus modis, & inter cæteros quando per quinque testes probaretur,per l.testiũ C. de testib. & quando simul instrumentis & testibus fieret probatio:quia est casus mixtus,qui non compræhenditur in statuto, ut per Deci. ut paucis agam,de prædictis omnibus in c.sicut consuetudo.in uers. postremò.in 2.& 6.limi.& usq; ad fi.de prob. & primam limitationem ex l. testium. ponit pro singulari Hipp.Marsi.sing.157.Intelligitur tamen, quando testes essent idonei,& integræ opinionis,secundum d.l.testium.Tamẽ dum Comes Camillus Somalia in causa contra Comites Triuultios tẽpore Gallorum uoluisset talem probationẽ facere, & in primis probare optimam qualitatem testiũ,fuit reiectus.& ita & in effectu succedente tempore Cæsareo perseueratum fuit: & quomodo intelligatur limitatio casus mixti,uide Bar. & Doct.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cer.peta. & Dec.omnino in consi.11 col. 3. & ibi ẽt habes ualere dictum statutum Mediolani, & alia circa illud. Scias autem ꝙ à mense citrà me referente in Senatu ordinatum est multa bona esse allodialia, & non feudalia,agnato dicente bona esse feudalia,& fœmina oppositum contendente, atq; ita iudicauit nulla habita ratione, ꝙ testes agnati de auditu & fama publica deponerent bona esse feudalia, & concessa primo

inuestito, & in antiquis loquerentur: & hoc, quia non reddebant rationem cõcludentem, cur essent feudalia, & illi concessa, prout tenentur reddere etiam non interrogati, quando deponunt bona esse feudalia: & etiam absolutè, quando deponunt de fama & auditu. Ita Alex. in cons. 136. uolu. 1. ubi uide: nam ibi etiam ponit omnes modos, quibus probant rem esse feudalẽ: & uult, ut testes debeant adducere aliquã ex eis rationibus: & loquitur in antiquis: & ita iudicauit consilium Neapolitanum, ut in decisio. Neapol. 277. ubi uide. Et ita intellige Alex. consi. 15. uol. 1. & Ias. in l. si prius. ff. de oper. no. nunt. dum uolunt, ut fama probetur res feudalis. Et nulla etiam fuit habita ratio in dicta sententia, ꝙ inuestitura diceret in genere post concessionẽ castri cum bonis, iuxta consi. Brun. 1. in 1. col. aliter non ostenso ꝙ essent feudalia: fuit quidem habita de hoc ratio in diuersis uectigalibus, licet in genere priuilegiũ diceret etiam cum regalis, attento ꝙ ex sui natura sunt principis, & inter regalia. c. 1. quæ sint regalia. quod non est in aliis bonis & possessionibus. Et licet fœminã uel parentes eius, quorum erat hæres, fassi essent bona esse feudalia, & ita præsumerentur, per l. Publi. §. fi. ff depos. & l. generaliter. C. de non nu. pecu. & Alex. con. 29. col. fi. uolu. 5. tamen quia aliter ostendebatur ea prouenisse à priuatis, fuit iudicatũ esse allodialia, per l. cum falsa. C. de iuris & facti ignor. Et hoc idem factum fuit in regalibus, ostenso clarè ꝙ à priuatis pro-
254 uenerant. Et † an teneatur spoliatus à principe ostendere uerum titulum, an uerò sufficiat coloratus? Credo sufficere coloratum, arguendo uti facit Bald. in d. leg. unica. C. si de momen. posses. fue. appel. de rebus ecclesiasticis ad eas, quæ ad iurisdictiones attinent, iuxta ea, quæ scribit Ab. in c. literis. de re. spo. ubi etiam de modo adumbrandi titulum, uidelicet per ostensionem tituli non habentis apparentem morbum, uel per possessionem habitam à superiore, uel per longam possessionem acquisitam sciente superiore, & non longã: interueniente tamen aliquo facto superioris, ut per eum, & Perus. in d. c. ad decimas. Abb. in c. cùm ecclesia Sutrina. de cau. pos. & prop. & allegatos per Alexan. in §. nihil commune. in 8. fallentia. & Feli. in c. in nostra. in 37. priuileg. de rescript. in prin. Et
255 † sicut requiritur demõstratio tituli in interdicto unde ui, ita uidetur in remedio reintegrandæ, quicquid dixerit Soc. l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. uersi. circa septimam quæstionẽ. & hoc propter fundamenta Socci. allegata pro sua opinione, si benè uides, & Alex. loquitur passim in d. uersic.
256 octauò fallit. Et de quæstione, † an princeps habeat fundatam intentionem in suo
257 dominio contra feudatariũ. Et † an feudatarius contra dominum teneatur ostendere titulum, uide latissimè Afflict. in titu. de prohib. feudi alien. per Fed. §. illud quoque col. 2. uersi. subsequenter. cũ pluribus sequẽtibus. ubi omnino uide, & ego prius
258 eum non uiderã. Princeps † tempore suspicionis belli potest cogere uasallum, ut sibi tradat castrum siue arcẽ uel ciuitatem pro conseruatione directi sui, ad eã custodiendam simul cũ uasallo, & non aliquo malo ingenio. Ita Bal. per illũ tex. in c. 1. §. quid ergo. de inuest. & re alie. fac. Ang. in l. fi. C. de litig. & latè Præpo. in eo §. quid ergo. col. 2. ubi inter cætera etiam dicit, ꝙ
259 † propter hoc non liberatur ipse uasallus à custodia: & ꝙ uasallus, ubi uidet periculum imminens, debet illud denunciare domino, aliàs posset priuari suo utili. Et
260 ideo † ubi oriretur lis inter eum & aliũ principem, qui se prætenderet dominũ, & lis esset super iurisdictione, uel depẽderet ab ea, deberet nominare dominũ suum in iudicio, & illũ monere, ne ex ea lite sequeretur sententia contra ipsum uasallum: & deinde executio, propter quam incurreret dominus periculum priuationis, saltem possessionis, iuxta text. cum ibi nota. per Abba. in cap. cùm super. de re iudic. & Alexan. in leg. sæpe. colum. 29. & tribus seq. ff. de re iudic. ubi dicit communẽ esse, ꝙ dominus priuaretur possessione post sententiam. Non tamen credas, ꝙ
261 † sit in facultate duorum uasallorũ principis litigare de re feudali principis corã alio principe, uti fecerunt Comites Taurelli litigãtes super feudo Guastallæ, quod est Cæsaris, corã Papa: & si litigant, nõ ualet prorogatio, nec processus. Bar. in l. 1. §. & post operis. ff. de ope no. nunt. ubi uide Ias. & Doct. in c. cæterũ. de iudi. Et hoc ne

ex collusione, quam facere possent, priuarent suum principé possessione sua: ita Doctor. ubi suprà. Et potest dominus, quamprimū scit, ꝙ litigant corā alio principe, præcipere eis sub pœna priuationis feudi. ut desistant, secundū Bal.& Doct. in c. 1. §. præterea. *el secondo*. colu. 5. de prohib. feu. alie. per Fed.& Doct. in d. §. & post ope. & in d. c. ceterū. Et dum contigisset casus, ut suprà, habita scientia post rem judicatam, Dux noster uolens euitare periculū perditionis possessionis, iuxta not. in d. c. cū super.& per Alex. ubi suprà, auditis Do. Sfōdrato, & me, misit officialé suum. in eum castrum Guastallæ ad custodiendū ne fieret

262 executio. Princeps sæpe † eget modo probandi iurisdictioné in tali loco, & quasi possessioné iurisdictionis. Ideo in his uide Soc. consi. 187. ubi per duas colu. ponit qūo probetur iurisdictio, & per duas alias qūo probetur quasi possessio eius. & per Fel. in c. auditis. de præscrip. col. 5. uersi. ceterū. Ias. in l. 3. in prin. col. pe. de ac. pos. in lect. noua. Pau. de Leaz. in c. in literis. de re

263 sti. spol. col. 5. Et † quando quis se submittit protectioni alicuius. uti fecerunt multi iuxta Varisium cum domo Vicecomitū, & aliis hac de causa omni anno se obligātes ad donandum saccum unū auenæ, uel quid simile, an propter hoc efficiatur eius subditus, uide Soc. consi. 84. col. 4. uer. præte-

264 reà. ubi dicit nō effici. Et quādo † quis pręstat iuramentū fidelitatis, uel fatetur se esse ex eius subditis uel hominibus, uide Bald. in l. 2. char. 3. col. ulti. C. de seruitut. & aqua. in duobus locis. & Alex. consi. 44. uolum. 1. de celerrima. & Brun. consi. 97. ad

265 finem. Et † quando quis acquirit possessionem ciuitatis, ꝙ intelligatur etiam acquirere possessionem locorum subiectorum, dicit Soccin. consi. 74. colum. secunda, uersicu. tertiò probatur. Et idem consilio 311. colum. fin. & Ias. in dicta leg. 3. in princ. ff. de acquir. possessione.

266 Et † si uis uidere quæ dici possunt in probanda iurisdictione, & eius quasi possessione, uide Marian. in cap. cùm contingat de foro competenti. Et inter cæteros modos unus est, si sumus in antiquis, quando ostenduntur iuramenta antiqua, quæ loquuutur de re sita in territorio talis castri: quia per illa probatur ré esse in territorio illius castri: textus est in c. cùm causam. extrà, de probatio. qui etiam uult ut hoc casu testes de auditu probent. Et hanc conclusionem latè ponit Iason in l. cùm aliquis. C. de iure deliberan. & Alex. ibidem quam conclusionem sciunt dicere

267 omnes. Sed aduerte, quia † non sufficit unum instrumentum, sed debent esse plura, in arbitrio tamen iudicis, an debeant esse plura duobus: nec etiam hoc sufficit, sed debent esse enuntiata illa uerba, in tali territorio, à diuersis notariis: uel, si sunt uerba partis, à diuersis partibus, aliàs non probarét: loquor respectu eiusdé rei, quia aliter dicerentur singularia: & tunc, ut dixi, requiruntur plures attestationes. Item non sufficeret, ꝙ instrumenta loquerétur de tempore proximiori, quàm attendatur probari allegando quòd ex his præsumitur idem fuisse tempore retrò, sed oportet ut sint eiusdemmet temporis, de quo contenditur. Hoc ultimum habes per Alexand. consi. 16. in 5. uolum. colu. 1. & 4. Et ideo eadem ratione si loquerentur de tépore anteriori, non probarent. Cætera habes egregiè. & melius quàm alibi per Aret. in dicto cap. cùm causam. ubi omnino uide. & per Soccin. 194. col. penulti. & ultima. & Soccin. consil. 266. col. 5. Item

268 † si reus possideret iustè, non sufficeret hæc probatio, sed requireretur uera & propria secundum cōmunem opinionem, ut dicit Soccin. in dicto consil. 194. colu. fi. & Aretin. in dicto cap. cùm causam. licet ipse Aretin. ibi impugnet.

269 Et aduertas tu, † qui uis hæc probare per testes, ut articules de confinibus, prout erant tempore antiquo, non ut sunt in præsentia, quia succumberes, ut patet ex prædictis, & per Decium in Dicto cap. cū causam. col. 1. & nunc habeo in facto hanc materiam in causa, quæ uertitur inter Ducem nostrum, & Ducem Sabaudiæ: in qua è latere Ducis electus sum iudex & cōmissarius. & ideo cùm tractetur in dicta causa per Sabaudienses de probandis confinibus, qui erant tempore cuiusdam donationis factæ anno 1427. nihil probant instrumenta per eos adducta octuaginta annis antè confecta, nec aliis temporibus pòst: quia, ut dixi, ex præsenti non præsumitur in præteritum, nec ex futuro in præsens,

270 uel aliud tempus: nisi diceres, † quod ubi concurrerent instrumenta antè & post, & nihil esset in cōtrarium, quod probaretur medium iuxta dicta Salic. in l. ex persona. in fi. C. de probationibus. & Soc. consi. 89.
271 colum. fi. Et † omnino uide de modo probandi confines in antiquis dictum textum in cap. cùm causam. ubi uult, quod per quælibet signa & adminicula probentur. & Soccin. in d. consi. 187. ponderando ad hæc priuilegia exemptionis ab oneribus exactiones gabellarum, priuilegia in his, quæ pertinet ad dominos, statuta antiqua, in quibus apparebat de electione capita-
272 nei. Et an illa bona, de quibus contendebatur, essent registrata, & soluerent cēsum: quod ultimum etiam signum est, quod sunt ex territorio illius loci, ubi soluunt, secundum glossam & Bal. in l. 3. C. de natural. liber. & glo. in §. si quis igitur. in Auth. quibus modis natur. effi. sui. & præter eū
273 uide de hoc ultimo, † & aliis ad probandum talia bona esse in territorio alicuius loci, Bald. in leg. data opera. colum. 6. uersicu. super situ. C. qui accusare non poss. Alexand. consilio 23. colum. 2. in princip. uolum. 5. Felin. in cap. Rodulphius. colu. 10. de rescript. ubi latè habes quid sit territorium, & quid districtus, & diœcesis.
274 Et si uis scire, † quomodo uerè probentur fines, & quòd tales res sint intra eos fines, uide Bartol. in l. 1. C. si unus ex pluribus appellauerit. ubi dicit, quòd si sunt mutati fines, prout sæpe mutantur, capitulandum est, quòd quicquid est intra fines præsentes, est illud, quod erat intra fines primos, & ita Deci. consi. 109 colum. 2. & de dicto Bar. ponit Felin. in ca. auditis de præscrip. colum. 18. post med. & in ca. cùm Ioannes. de fide instrum. colu. 3. & duabus sequentibus. & Alexand. 5. uolum. consilio 159. colu. 3. & melius, si uis scire quomodo probentur situs & confines, uide Bal. in dicta l. data opera. colu. 9. & sequen. & ibi
275 inter cætera dicit, † quod debent testes assignare rationem, etiam non interrogati, & sufficit, quòd in genere loquantur, quādo probatur iurisdictio in genere, & infinita alia, & uide omnino Bald. in leg. 2. C. de seruit. & aqua. de modo probandi possessionem iurisdictionis, & illam amittendi: ubi etiam latè tractat de quasi possessione aliorum incorporalium. Et scias,
276 † quod si ageretur de probanda iurisdictione, procederent prædicta sine dubio, quòd requiritur uera probatio in recentioribus, sed in antiquis sufficiunt adminicula. Sed si ageretur de probandis confinibus, tunc etiam quòd essemus in recentioribus, uidetur quòd sufficiant probationes per præsumptiones & argumenta. Ita notatur in l. fi. ff. finium regundor. & glos. in cap. si Papa de priuileg. in sexto. in uerbo, probata & sufficiunt semiplenæ probationes. Cardinal. in element. 1. in tertia opposit. extrà, de probation. & latè hæc ponit Decius consi. 42. colum. 7. uersicu. his tamen non resistentibus. & consilio 109. colu. 2. quæ uera non arbitror, nisi in probandis antiquis finibus, ut clarè apparet ex eodem Dec. in dicto cap. cùm causam
277 colu. 1. Scias etiam, quòd † ubi flumen esset datum pro confinibus, quia dictum esset, ut in casu, quem nunc habeo in facto, quod citra Sicidam esset ducis Mediolani, ultra autem ducis Sabaudiæ: & flumen Sicidæ mutasset alueum, prout à subditis ipsius ducis Mediolani mutasse dicitur, ita ut ultra Sicidam dimiserit pagos atque prædia, quæ tempore datorum confinium erant citra ipsam: & ita uerum esse appareret ex inspectione loci, uel testibus, uel omnibus etiam iunctis, tunc uiderentur attendendi fines, qui erant tempore datorum confinium, atque ita iurisdictio in illis pagis & prædiis esset nostra, per regulam leg. si ita. ff. de auro & argen. lega. quę procedit in omni materia, ut per Iason. in leg. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris. In contrarium facit, quòd quando dispositio profertur ab homine sine tempore, siue etiam per uerba præsentis temporis, si fiat uariatio circa eandem rem, attenditur futurum. l. quod in rerum. §. si quis post. & l. si ex toto. in principio. ff. de legat. 1. & l. fi. §. fi. ff. de leg. & in l. Mela. §. sed si alimenta. ff. de aliment. & cibar. legat. & per Bartol. in sua distinctione, in dicta l. si ita. ff. de auro & argen. legat. Attamen contra hanc opinionem est consilium domini Alexan. 25. in 1. 2. & 3. colum. uolum. 7. ubi respondet ad oppositiones, est materia Bart. ubi suprà, & Felin. in cap. fi. de constitution. & Alexand. facit differentiam, an mutatio fa-

cta sit per alluuionem, an uerò aliter, pu-
278 tà, per saltum. Scias etiam, quòd † in his, quæ antiquitus facta fuerunt, melior est probatio per instrumenta, quàm per testes: & sic cæteris paribus præferentur instrumenta. glossa magna in cap. tertio loco. de probationib. & Bal. in l. optimum. C. de contrahen. & commit. stipul. Alexan. in 6. uolum. consilio 177. col. 4. & Socin. con-
279 silio 187. uersi. non omitto. Scias † etiam in hac materia iurisdictionis esse multum aduertendum quando per unum actum iuridictionis acquiratur possessio in cęteris. Quam materiam per regulam & fallentias ponit Iason in lectura nouissima in dicta l. 3. in prin. ff. de acquiren. posses. & ibi habes, quòd unicus actus consentiente aduersario sufficit ad acquisitionem possessionis, in uniuerso castri uel ciuitatis, sicut etiam uicus actus sufficit ad retinendum & conseruandum ius & possessionem in uniuerso. Bar. in l. 1. §. si quis in hoc interdicto. ff. de itinere actúque priuato. in primis uerbis. & Rip. in c. cùm ecclesia Sutrina. in fine, de causa posses. & propriet. Et quia in
280 uersiculo, scias etiam quòd † ubi flumẽ, attigi de mutatione aluei fluminis dati pro confine, an consideretur ut nunc reperitur, an autem prout erat tempore datorum confinium, quo ad iurisdictionem & territorium. Adde in terminis Bald. in rub. ff. de rerum diuisione. colum. 5. uersic. sed ulterius quæritur. ubi format quæstionem, an immutet quo ad iurisdictionem: & dicit non immutare, quia non immutat iura publica, allegat leg. maritus. ff. de acquirendo rerum domin. & dicit ita tenere Bartol. & ita tenet in tract. Tyberia. in uerbo, acquiritur. in uersic. quæro si territorium. Et si hoc procedit in alluuione, sine dubio etiam procedet in saltu aquæ, quæ etiam nihil antiquis dominis detrahit. leg. 3. §. si aquam. ff. de aqua quotid. & æstiua. leg. ergo. §. alluuio ff. de acquirendo rerum dominiò. §. prętereà. Inst. de rerum diuisio. & leg. adeò. §. prætereà. ff. de acquirendo rerum dominio. & leg. 1. & ibi notatur. C. de alluuio. & multò magis hoc procedet, quando fines essent constituti, ut in casu, quem nunc habeo in facto à principe, per leg. in agris limitatis. ff. de acquirendo rerum dominio. & per rationem Bartol. in dicto uersicu. quæro si territorium. quę est super dicta l. in agris limitatis. in argumentum. & ita latè & notabiliter per Corn. consilio 187. uol. 3. ubi omnino uide, si uis perfectè intelligere terminos materiæ, quos non declarat Alexã. in dicto consilio 25. sed tantummodo tangit articulum in genere, an attẽdatur locus temporis, quo dati fuerint confines an mutationis factæ, loquendo in terminis tantum quæstionis nostræ, & est consilium Bal. & in terminis propriis, quod incipit, Factum tale est, Inter duo territoria est flumen, quod diuidit territoria, & confines ponit: accidit quòd flumen mutauit alueum antiquum, & constituit nouum, & abstulit de iure unius territorii, occupando terras sitas in alio territorio, modò quæritur an augeatur territorium, uel immutetur, uel sint mutata confinia, & decidit non esse, & q attenditur locus contractus, per leg. Rutilia Polla. ff. de contrahenda empt. & leg. in leg. ff. eodem titu. & leg. in agris. ff de acquiren. rerum dominio. & leg. item si fundi. §. sed si insulam. ff. de usufruc. & ita refert Corn in suo consilio, colum. 4. & sic uides, quòd Baldus amplexus est suo excellenti ingenio ex allegatis legibus, quicquid dixerunt Alexan. in dicto consilio 25, ac alii Doctores relati per Corne. & ipse Corne. Aduerte tamen tu, qui desideras nihil omittere, ubi casus occurrat, An cõmunitas, cui flumen abstulit, saltem per uiginti annos, steterit in possessione sui territorii, quia adhuc præscripsisse saltem ius seruitutis: loquor ubi abstulisset iuridicè. Ita Corn. in eo consilio, colum. 4. uersic. ultimo. Vide tamen omnino circa mutationem fluminis, an mutetur iurisdictio, Curtium Seniorem in consilio 57. ubi latè ponit, quòd mutatur iurisdictio per alluuionem: sua tamen opinio est contra communem, ut in eo etiam dicitur maximè in casu. de quo suprà, in quo princeps constituerat primo territorio diuisorio flumen Si-
281 cidæ. Princeps † cognognoscit de secundis causis in terris suorum feudatariorum, at feudatarii de primis. Bal. in l. secunda. conclusione 43. ff. de rerum diuisione. Ioã. Fab. Institu. de Atiliano tuto. §. fi. & Curt. Iun. in consil. secundo, in 1. & 2. colum. ubi
282 ex hoc infert, † quòd si ab aliquo ex liti

gantibus in loco in feudato recusatur iudex feudatarii uti suspectus, non potest princeps dare rescriptum, ut procedatur cum adiuncto, uel consultore, quia hoc modo manum apponeret ad primas caussas sibi non spectantes, & turbaret in sua iurisdictione feudatarium, ut latè per eũ.
283 In secundis † uerò causis ipse feudatarius non potest se intromittere. Et ad hoc uide late Iacobin. in sua inuestitura, in gl. cum mœro mixto imperio, &c. colum. 3.
284 uersic. sed an ille. qui dicit, † quòd cognitio causarum appellationum non compræhenditur in concessione mœri & mixti imperii & omnimodæ iurisdictionis, nisi nominatim exprimat in inuestitura. Et ad hoc uide latè Brun. in consilio 102. columna. 1. & 2. ubi limitat, & declarat. Et quia cognoscit de primis causis feudatarius, se
285 quitur † quod ordo disponens in hoc dominio, ut si altera pars etiam in terris feudatarii, petat in prima instantia consilium sapientis, causa committatur in ciuitate uni de collegio, est cõtra ius. Sed dic quòd iste ordo factus est ante infeudationes, ab his, qui poterant facere, & ita non obstat iuxta tradita per Curt. in dicto consil. 2. columna penul. Vide tamen Curtium Iuniorem opponétem contra hoc, quòd imò debeat uasallus cognoscere de secundis causis, in ultima parte tractat. feudor. q. 11. Sed nihil obstat, quia in ipsum uasallum non transfertur ius circa appellationem, quéadmodum residet in principe, qui uicariũ
286 constituit. Est † etiam alius ordo in hoc dominio imminuens iurisdictionem feudatariorum etiam in primis causis, & non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus qui appellatur ordo siue decretum de maiore magistratu, disponens ut inter ciues, siue nobiles, & rusticos loci infeudati non possit procedere feudatarius, sed prætor ciuitatis, de quo latissimè dixi suprà in titulo, de foro competenti. & ibi habes an potuerit fieri. de quo ultimo uide quæ suprà dixi in titulo, de pœnis. in uersic. an
287 confiscatio bonorum. in fine. Domini infeudati de castro uel ciuitate possunt condere leges & statuta etiam pœnalia, quando fuerunt inuestiti non solũ de iurisdictione, sed de mœro & mixto imperio. Iacobin. de sancto Georgio, in glossa, cum mœro & mixto imperio. colum. 2. est materia Bart. in leg. 1. in princi. ff. quod quisque iuris. & in leg. omnes populi. in quarta quæstione primæ quæstionis principalis. ff. de iusti. & iur. non tamen uidetur, quòd possint statuere contra ius commune; quia esset statuere contra legem superioris, cap. quod super his. & cap. cùm inferior. de maior. & obedientia. Deci. in dicta leg. 1. in princip. ubi uide, & Ias. in dicta leg. omnes populi. columna penultima & finali. ubi tamen limitat, nisi ex causa euidenti & necessaria hoc statuerent, per leg. si hominem. ff. mandati. hæc tamen pendent à priuilegio. Et in dictis locis etiam habes quid in aliis magistratibus, & si contra ius non possunt statuere, etiam non possunt rescribere prætoribus & officialibus eorum, ut procedant summariè, &c. in causis ordinariis, ut per eundem Iasonem in dicta l. omnes populi. in fine. & sic de similibus literis concedentibus aliquid contra ius commune, & propterea quoties Senatus intelligit talia fieri à feudatariis, excandescit, & in eos animaduertit. Puto tamen, quò feudatarii possint statuere contra ius, ut dixi, re bene cõsiderata suprà in titu. de pœn. uersic. an publicatio bonorum. ad finem. Princeps
288 † ubi uidet feudatarium spoliatum possessione utilis, non potest spoliare incontinenti spoliatorem, iuxta regulas communes, nec agere rei uendicatione contra illum, quia sua non interest, ubi uelit eum recognoscere spoliator, sicut fecerat alius. glos. Bar. & Doctores in l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condict. in deb. Socin. in l. 2. ff. de except. rei iudic. & Ias. in dicto §. sed si nummi. & posui suprà hoc eodem ti. ubi de tyranno loquor, & non sine ratione dixi, ubi uellet eum recognoscere, quia secus esset, ubi nollet hoc facere, etiam negans uerum principem dominum esse directi, & existimans tyrannum, qui se prouinciæ dominum assereret uerè dominum esse. Nam tunc cũ maximè interesset iusti principis illud spolium securum non fuisse, quia tendit ad priuationem sui directi, & ipse turbatur in sua ciuili, iuxta latè tradita per Bart. in l. 1. §. quod ait prætor. ff. uti possidet. & in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. possess. cõperit ei

omne

omne remedium, imò remedium etiam recuperandi propria authoritate, iuxta notata in dicto §. qui ad nundinas. & ita habetur in dicto §. sed si nummi. & per Socin. iu dicta l. 2. in fi. & hoc habui in facto, & ita determinaui in ardua causa, & dixi suprà, ubi omnino uide in tit. de plurib. uiolentiis. uersic. excusatione. circa finem il-
289 lius uersiculi. Princeps † spoliatus possessione sui dominii potest etiam ex interuallo illam recuperare propria authoritate, quod regulariter non conceditur, iuxta dictam l. 3. §. cùm igitur. ff. de ui & ui armata. ut per Ias. in dicto §. qui ad nundinas. col. 8. & Socin. ibi, colum. 2. & dixi suprà in titu. de pluribus uiolent. uersi. excusationes. Est uerum, quòd hoc non est speciale in principe, quia quilibet alius etiam potest hoc facere, ubi militat eadem ratio, quæ in principe suo dominio priuato, uidelicet quòd res perdita sit difficilis recuperationis, & requiritur impensa maxima, quia negari non potest, quin dicatur in cõtinenti, quamprimùm detur opportunitas recuperandi. ita in Doctoribus allegatis per præfatos. & ita non offenditur regula d. §. cùm igitur. uerumtamen intelligitur, si semper habuit animum recuperandi, & fecit debita præparamenta, aliàs diceretur perdidisse ciuilem, cuius respectu posset recuperare naturalem, iuxta notata per Alexand. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acquirenda possessione. & hoc est secundum mẽtem Doctorum, ubi suprà. Princeps
290 † non potest alienare subditos ipsis inuitis. gl. in l. inuiti. ff. de fideicom. libertat. quæ est communiter approbata, ut patet in locis allegatis per Iasonem in l. si non sortem. §. libertus. colum. 11. ff. de condictione indeb. & per Brun. latißimè, & melius quàm alibi, consilio 11. Et ideo Bernabos uicecomes, qui habuit Varisium in feudum, non potuit obtinere reluctantibus ipsis, & in feudo est textus in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienat. per Federic. & in ca. 1. §. ex eadem lege. de lege Corradi ubi tamen dicit, quòd Mediolani potest feudum alienari maiori uel æquali, non inferiori, ut ibi in illo tex. non tamen claro, sed eum declarat Aluarotus ibi satis bene, & melius Felin. in ca. dilecti. colum. 1. 2. de maioritate & obedien. & ibi intelliges illud, quòd cùm uniuersitate potest fieri alienatio, & quid in hoc uelit consuetudo Mediolanensium, & ubi infeudari solidum esset inferiori, posset alienari in alium inferiorem, argumento capi. 2. extrà, de feud. & textus in dicto cap. 1. §. ex eadem. arguendo à consuetudine. de qua ibi, & ab eo, quod dicit Felin. in dicto cap. dilecti. colum. 2. Et quomodo inducatur talis consuetudo: uide in dicto ca. 2. de feu. Et uide in hac materia etiam Felin. in cap. 1. de probation. colum. 4. uersic.
291 secundò declara. Potest † tamen Cæsar de plenitudine potestatis alienare suos subditos. Bald. consilio. 333. colum. fin. uol. 1. quod tamen ultimum pendet à nota. is in cap. quæ in ecclesiarum de constitut. Prin-
292 ceps † uidetur habere priuilegium, quod qui uult allegare ab eo sibi concessũ fuisse priuilegiũ, debeat hoc scriptura ostẽdere, & ideo canonici ecclesiæ sanctæ Mariæ à Scala huius ciuitatis, qui mortuo Duce allegant, quòd Dux ipsis dono dederat multos reditus, & hoc testibus conant. ostẽdere, non uidentur ex audiendi, de quo priuilegio est glossa in cap. 1. de censi. in sexto. quæ dum enumerat casus, in quibus requiritur scriptura, ponit inter cæteros de hoc priuilegio principis. quam glossam sæpe allegant Doctores, & ita Bald. in l. gesta. C. de re iudicata. & in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleric. Hunc articulum examinant Doctores in procemio sexti, maximè Geminian. & Ioan. Andr. Et ueritas est secundum determinationem
293 Baldi in l. humanum. C. de legibus. Et † priuilegium, siue gratia principis, etiam uiua uoce concessa, & antequàm sit confecta scriptura, ualet, tamen non potest ostendi nisi per scripturam, & ideo mortuo illo principe, non est extinctum priuilegium, uerumtamen non habet effectum, nisi successor de illo facta mentione faciat priuilegium in scriptis. & ita Felin. in rubr. extrà, de constitutio. colum. 3. uersi. & conclusio est, & ita quòd non sit necessaria scriptura, ut ualeat priuilegium, pro absoluto tenet ibi Deci. & allegat glossa. in clement. 1. §. nos. de sepultur. & ideo cautè idem Bal. in l. prima. C. de. constitutionibus princip. dicit, quòd in priuilegiis & officiis a principe concessis requiritur

hæredes essent in possessione, tanquam omnis uirtus possessionis existentis apud uasallum, uel tales hæredes, esset consumpta ex apertione feudi. Nec obstat textus in dicto cap. licet episcopus. quòd etiam posset uia dispensationis hæc possessio esse non uitiosa apud uasallum: uel tales hæredes: quia hoc non debet haberi in consideratione. l. 4. ff. de fideicommissariis libertatibus. & Roman. in consilio. 499. columna secunda, ubi uide. Adduco autem in
297 proposito duo, Primum,† quòd etsi possessio continuetur in hæredem uigore decreti nostri contra leg. cùm hæredes. in principio. ff. de acquiren. possessione. tamẽ tertius possessor est citandus. Ita Alexand. consilio 82. columna 2. & plenius in consilio 83. uolum. 2. & ita seruatur, ubi res ponitur in controuersiam in hac ciuitate Mediolani. Secundò adduco ad propositum
298 ualde, iudicio meo, † quòd etsi dominus posset propria authoritate expellere emphyteutam, ut dixi: tamen si ipse emphyteuta iam interuertisset possessionem, putà, quia non possideret amplius uti emphyteuta, sed nomine suo uti quilibet tertius, & dominus, eo casu non posset expelli. de hoc est glossa in dicta leg. 2. C. de iure emphyteut. in dicto uerbo, expellere. & ibi Iason columna sexagesima dicit, quòd bene dicit, & quòd omnes eam ita tenent, declarando tamen ut ibi per eum. Et sic remanet hæc opinio quo ad tertium possessorẽ
299 bene defensa. Ex his sequi uidetur, † quòd Comitissa Gaiatia, quæ erat in possessione tempore uitæ filii sui feudatarii castri Biandratæ, uigore alimentorum sibi debitorum, donec peteret dotem suam, & quæ etiam in ea possessione reperiebatur tempore obitus filii mortui sine descendentibus, potuerit priuari possessione à fisco: Licet enim mater succedat filio per Tertullianum, tamen clarum est non esse capacem huius successionis in materia feudali, tum de iure communi, tum ex forma decretorum nostrorum, ideo uidetur, quòd potuerit priuari propria authoritate secundum prædictam distinctionem. Est uerum, quòd cùm ipsa non ueniat iure successionis, sed uigore iurium suorum dotalium, & ita dicat, & semper dixerat, allegando potuisse hypothecari, & alienari uigore literarum Ducum Mediolani, ideo uidebátur citanda, & non ita de facto priuanda. Sed aduerte, quòd imò id fieri potuit de facto, quia ipsamet in iudicio reintegrandæ aduersus fiscum, produxit scripturam authenticam demonstrantem, qualiter ipsa erat in possessione, in omnibus, & quo ad omnia loco filii, ad hoc ut perciperet alimenta, donec peteret dotem, & ideo saltem post priuationem possessionis, apparuit quòd ipsa non erat in possessione uigore dotis, imò contra dotem, donec peteret eam, & quòd erat loco filii. Si igitur erat, ut ipsamet dicit in possessione loco filii, ut inde haberet alimenta, donec peteret dotem, apparet clarè de nullo iure ipsius post mortem filii, quia literæ Ducum ad hunc casum se non extendunt. Dicunt enim, Occasione dotis, & consequenter apparet in hoc iudicio reintegrandæ clarè de nullo iure Comitissæ, & quòd plus iuris nequaquam habebat tempore, quo ablata fuit possessio, quàm haberet filius uiuens, Ideo potuit propria authoritate spoliari, secundum terminos supradictos. & si tamen instaret, dicens quòd imò uti tertii possidens non potuit, &c. secundum dictionem suprà factam posset responderi duobus modis, Primo, quod fuit priuata tanquam esset hæres filii, sed incapax, & si constitit in iudicio, quod erat in possessione uti quilibet tertius, pariter etiam constitit de nullo eius iure, & utcunque sit, potest secundò dici fiscum petere posse se confirmari in possessione etiam aduersus remedium reintegrandæ. Ita Deci. in consil. 191. in fine, ubi allegat Paul. de Castro & Aretin. consilio 21. in fine. Corroboratur hæc opinio fisci, quia anteà Dux noster tempore uitæ filii ob culpam notoriã eum priuauerat possessione, posteà dignis rationibus eum reposuerat, & sic in effectu ad beneplacitum. Igitur potuit quandocunque reuocare dictam possessionem, & in iure appellatur, Concessio precaria. leg. 1. in principio, & per totum. ff. & C. de precar. Fateor, quòd si tempore mortis filii ipsa, quæ iam erat in possessione eo modo, quo dixi, declarasset animum suum,
300 quòd † exinde uellet stare & perseuerare in possessione, uigore iurium dotaliũ id facere potuisset, iuxta dictum Baldi in

l.penultima.C.de pignorat.actione.& quę notabiliter ponit Socinus consilio 131.co. 3.& per totum.Sed hoc non fecit,igitur dicebatur eam esse in possessione, sicut antè erat, ut per Socinum in dicta columna 3.Tamen adhuc hæc opinio est scrupulosa, quòd dictum Baldi in dicta l.penult.possit se accommodare ad hunc casum, ex quo iam erat in possessione, ita ut non peteret dotem. Et ex his infero,quòd etiam respectu alterius oppidi, scilicet Pontis Curoni, sicut ipsa dicebatur , uiuo filio esse in possessione iure familiaritatis l.qui iure familiaritatis. ff de acquirenda possessione. ita etiam post mortem,ex quo non apparet aliter de mutatione uoluntatis, iuxta dicta Socini in dicto consilio, columna 3.

301 Et † quando ob culpam reuersum est feudum ipso iure ad dominum, an tunc possit propria authoritate illud accipere, uide latè Iacobinum de sancto Georgio in tractatu feud. in dicta glossa, dictique uasalli promiserunt iuramentum fidelitatis charta.33.columna secunda & tertia.& ibi tenet non posse, etiam quòd notoria esset culpa, loquendo etiam in terminis Bald. in dicta l.1.ff.de rerum diuisione.& in terminis Bal.in dicto consilio,quando infra annum non petitur,uide latè Iacobin.in glossa,qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis. charta.4. columna prima. & ibi tenet cum Baldo,licet de eo mē-

302 tionem non faciat. Si † tamen dominus declarauerit ita uelle, & quando decedit uasallus etiam cum filio legitimato,donec clarè constiterit,utrum sit legitimatus,ad feuda, & an ualidè sit ad ea legitimatus, potest de possessione feudi per fiscum fieri sequestrum . Ita Afflictus in tit de prohibita feudi alienatione per Federic. in §.illud quoque.columna decima, uers. deinde

303 quæro. Principis † in manibus non potest feudatarius in præiudicium filiorum suorum renuntiare feudum, nisi esset hæreditarium, quia tunc non posset illud habere, nisi esset hæres, & hæres non potest

304 uenire contra factum defuncti, & † quomodo sit hæreditarium, ponit Bartol.in l. ut iurisiurandi.§.si liberi.col.1.ff de operis libertorum. & in l. si tibi.§. si pactus. ff. de pactis. cum glossa in leg. quod dicitur in penultima colum. ff. de uerborum oblig. & in l.si non sortem. §.libertus. ff de condict.indebi. Ias.ibi columna penultima & ultima habetur in l. Gallus.§. etiam. & §. quidam recte.ff.de liberis &posthum.per Curt. in tractatu feudor. charta.8.colum. 4.uersic.quarto. & Ias.in prælud.feu.char

305 ta.156. uersic. an † autem feudum peti possit in petitione hæreditatis,& per Bart. & alios in l.si patroni.ff.ad Trebel. Et unus

306 casus est dubitabilis, an sit † hæreditarium,quando est concessum pro se & hæredibus masculis,quia intelligitur de filiis c.1.§. & si clientulus. de alienat.feudi.Sed dubium est,an etiam requiratur,quòd sint hæredes. & Decius uoluit non requiri, consilio 185 column.2. Tamen Brunus cōsilio 24. col. 2. contrarium tenet.& Alexand. consilio.13.perspectis. colum.2.in fine.& 3.in quinto uol.& Præpo. Mediolanen.in cap.1.colum.4. & 5.an agna.uel fil. & Do. Ioannes Andr. Alexandrinus in dicta l. Gallus.§. quidam rectè.folio.18.columna 4.ff. de liberis & posthum.ubi uide. Sed quando simpliciter est dictum.Pro se. & hæredibus. Casus non uidetur dubius, quin hoc casu etiam requiratur, ut sint hæredes, ut per Alexand.in consilio.19.colū. 4. in 5.uolum.& dicit esse communem opinionem. Alexand.consilio. 10. colum.3. uersic.item responde ad dictam inuestituram.colum.3.in 3.uolum.Brun.in dicto cōsilio 24. Deci. consilio. 208.columna 2. & 5.Cur. Sen. consi. 82.colum. 4. uersic.sed quid opus est tot suffragiis. Et res est clara quo ad agnatos, sed quo ad filios, ubi simpliciter est dictum, Pro se, & hæredibus, uidetur intelligi de filiis, ita ut non sint hæredes. Ita Ias.in l.si non sortem.§.si libertus. colum.fin.ff de condict.indeb.& alibi,quod mirabiliter facit pro Decio in dicto consilio 185. qui uult, quòd quando dicitur, Pro hæredibus masculis, intelligatur pro filiis, ita ut non sint hæredes. quia si quando non adest dictio. masculis, hoc procedit, ergo multò magis cum dictione. masculis. Alius est casus dubitabi-

307 lis, quando principalis dispositio, dicit Pro se & filiis & descendentibus. & posteà in aliis clausulis etiam executiuis dicitur, Hæredibus, uide in hoc Curt. Iuniorem consil. 3. Et magnum casum nunc habeo in facto, in quo Imperator dixit in priuilegio,

308 legio, Pro se, & eo quem nominaueris ex tuis hæredibus, secuta postea nominatione statim post testamentum. in quo illum instituerat, & dicitur quòd est hæreditarium, per communia, de quibus per Ia. in dicto §. libertus. & ubi suprà. Tamen uidetur non esse hæreditarium, ex quo uerba Cæsaris in sola nominatione consistunt & uerificantur, & consequenter uiuo testatore, & ita non est hæreditarium, cùm uiuus non habeat hæredem. Ita Bart. in leg. Gallus. §. etiam. de liber. & posthu. & per Angel. consil. 306. & mens Cæsaris etiam ex aliis compræhenditur, quod non sit hæreditarium. Sed non decido causam, ex quo pendet quæstio. Adde tamen declarando, quòd eo ipso quod fit nominatio, statim quæritur ius nominato, quod non potest esse, quia sit hæres, cùm hæres non possit esse uiuentis. l. 1. ubi glos. & Doctores. ff. de hæredit. uel actions uend. & maximè sic est interpretandum, quia dixit Cæsar in eo priuilegio, quòd solùm infra annum posset nominare: ex quo clarè colligitur, quòd non de hærede dixit, sed de successore sanguinis. Alioquin Cæsar saltem restrinxisset facultatem testandi, ꝙ non est dicendum, quia fuisset turpe. l. pactum quod dotali. C. de pactis. Et certè etiã Cæsar, qui omni uia quærebat satisfacere illi, cui concessit feudum, ob seruitia ei mirum in modum collata, ut ipsemet Cæsar attestatur, fecisset contrarium, quia ubi hæreditas tempore mortis suæ fuisset damnosa, ut in ea se non inuolueret, feudo fuisset priuatus, & ita non satisfecisset. Est ergo præsumendum, quòd uoluerit ei dare feudum, licet non hæredi. Et cum his, & aliis coniecturis etiam Decius consil. 38. columna quarta & quinta, concludit in quadam clausula, de qua ibi, de hærede in hæredem, quod intelligeretur de descendentibus, licet non sint hæredes ex coniecturata mente, quæ in omnibus attenditur, & præfertur uerbis, sicut anima præfertur corpori, iuxta glossam in cap. intelligentia. de uerborum significatione. & Hippolyt. in l. si quis uiduam. columna quarta & quinta. ff. de quæstionibus. Bartol in l. non dubium. columna secunda. C. de legibus. & Deci. in l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. Et quia etiã dixi supra, quòd clausulæ executiuæ declarant principalem dispositionem, ut etiam intelligatur quòd filii sint hæredes, uide in contrarium Decium in dicto consilio

309 trigesimooctauo, columna quinta. Et † scias in hac materia, quòd licet feudum non sit quid hæreditarium, & ideo non ueniat in petitione hæreditatis, ut per Decium consilio 78 & est textus de successione feudi. in princip. tamen quando conceditur simpliciter alicui non expressa alia persona, nec filiorum, nec aliorum, tunc tale feudum est hęreditariam. Ita Curt. Iun. in dicto consilio tertio, columna secunda,

310 ubi uide. Et si est hæreditarium, † an possit pater filiis præiudicare, sicut in alia re hæreditaria, uide per Alexan. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. & in consilio 13. columna tertia, uolumine quinto. & per Iasonem in l. 2. columna finali. C. de iure emphyteut. & Iaco. de sancto Georgio in tractatu feud. in glossa, & unus ex dictis uasallis refutauit feudum. columna quarta. Nec hoc casu opus est ingredi illam difficultatem, An confectio inuentarii prosit filiis, quia si est hæreditarium, censetur idem de eo, quod de re hæreditaria, & ideo est extra omne proposi um hoc casu inuentarium, quod facit ut hæres, nó sit in damno, nec lucro. l. finali §. licentia. C de iure deliberan. ita ut sit perinde, ac si non esset hæres, & habeatur hæreditas uti iacens, secundum Bald. in dicta l. fi. §. in computatione. in prima oppositione, & in l. debitori. circa principium. C. de pactis. & Iaso. in dicto §. in computatione. Et

311 quando non † est hæreditarium, puta, quando est pro se, & filiis, & descendentibus, ut sunt ferè omnia, quòd tunc non possit fieri talis renuntiatio, patet, quia dicuntur duæ concessiones, una in personam patris, alia in personam filiorum, & consequenter factum patris non debet nocere filiis. Ita Dyn. Bal. Ang. & Paul. de Castro in dicto §. si quis alicui. ubi Alexander post infinitas authoritates ita tenendo dicit, ꝙ in feudo magis communis uidetur inclinare, ut pater non possit præiudicare. Sic etiam Iacobin. de sancto Georgio in tractatu feu. charta tertia & quarta. & Alexã. consilio 106. columna ultima, uolumine 3. & consilio sequenti, & consilio. 22. co-

lumna quarta, circa fi. uolumine quinto. Hæc tamen conclusio est multùm dubia: primò, quia habemus Baldum in l. quoties. C. de suis & legitim. qui dicit uasallum in præiudicium agnationis posse in manibus domini renuntiare feudo. Secundò, quia principale fundamentum Doctorum in dicto§.si quis alicui illud est, quòd uidetur ius eis acquisitum, non autem soli patri, quod fundamentum est communiter reprobatum, secundum Aretinum in dicto §.si quis alicui. Tertiò, quia hæc quæstio pendet ex his, utrum quando facto meo tertius aliquid acquirit, illud possim reuocare, de quo uide regulam & fallentias per Iasonem in l.quiRomæ.§.Flauius. ff. de uerborum obligationib. & in l. finali.ff.de pactis. Et quòd hęc quęstio ex hoc fundamento pendeat, dicit Imola in dicto §. si quis alicui. Quartò, quia de hoc uidetur textus, quòd licet non possit fieri præiudicium agnatis, filio tamen potest, cap. primo. §. hoc quoque. ubi Baldus in 1. quæstio. de succesione feudi. Quintò, quia filii uidentur habere ex donatione paterna, ut latè per Alexandrum consilio 28.columna secunda, uolumine quinto. Et ideo si erant in potestate, non ualuit, meritò potuit illam reuocare. Ita hoc argumentum deducit Aretin.in dicto §. si quis alicui. Et has oppositiones in effectu facit Aret.in eo §. Attamen ipsemet in uero feudo, quod habetur gratis, idem tenet, uidelicet quòd pater non possit præiudicare filiis, quia hoc casu ueniunt filii ex mortis causa capione, ex dispositione non patris, sed concedentis, ut declarat Bartolus in leg. si mihi & Titio. ff. de uerborum obligationib. & l.mortis causa capitur. ff. de donationibus causa mortis. Sed in alio feudo non gratis concesso, uidelicet quando pater pecunia sua comparasset feudum, & in filio in potestate, aliter dicit, Concludendo quòd potest præiudicare, quia filii habent ex quadam donatione patris, quæ potest reuocari, quãdo sunt in potestate Et idem dicit Are. ibi in fin. Quando ex forma concessionis appareret, quòd contemplatione patris dicta donatio facta fuisset à principe, putà, quando ob benemerita donasset, uel id aliter legitimè ostenderet, ita ibi egregie p eum. Sed tamen circa hoc ultimum est cōsiderandum, an merita essent nomina ta in genere, uel in specie, quia primo casu dicitur esse simplex donatio Secundo remuneratoria, ut per Alexandr. & Doctores in l. si donatione. C. de collatio. & Socin. in consilio.295.columna ante penultima & sequenti. & loquitur Aret. in feudo nouo, sed in antiquo sentit quod etiam in tali feudo non posset pater pręiudicare filiis. Et ideo etiam Ias. facit hãc differentiam in dicta l.2.C. de iure emphyte. columna 95. ubi uide. Item in filio si non est in potestate, se redigit ad notata in d. §.Flauius. quando possit quis iuri alteri acquisito præiudicare, si est quæsitum facto suo, in quo seipsum reiicit ad cōsilium suũ, quod est consi 53. Et quicquid sit tandem post Bal. in l.qui se patris. columna 8.C.unde libe. dicit, quòd si renuntiatio patris loquitur tantùm de patre, non nocet filiis, secus si loquatur etiam de filiis, quia tunc si non est heres, non fit præiudicium in feudo, si est hæres, & facit inuentarium, non fit sibi præiudicium, si non facit, præiudicat, ut per eum. Est tamen aduertendum ad tex. in cap.1.an fil, uel agna.poss.retin.feud.repud.hæred. ubi est textus, quòd uasallus non potest repudiare hæreditaté patris, & habere feudum: tamen non loquitur, quando feudum est concessum pro se & filiis, ut ibi per Bal. & Doctores, maximè Prępos. qui ponit hanc fallentiam. & alias infinitas, de quo tamen uide Cur. Iuniorem consilio.138.& consil.155. Quia, e Aretin. etiam re ipsa parum discrepat ab opinione aliorum in dicto.§. si quis alicui In reliquis uide Anchar. consi 75. colu.2.Bald.5.uol.consi.377. Alexan. in leg. stipulatio ista.§.alteri.ff.de uerb.oblig. colum.3. in fi.Federic.consi.228. in fin. Alex. in d.§.Flauius.colu.11.& uol.5.consi. 124. col.3.& sequen.Anchar.consi. 142. col. 1. & 2.Roman.consi.35.Bald.2. uolumi.consil.70.in princ.& circa finem. Socin. consilio 25.col.3.& seq. Ias.in d.l.2.C. de iure emphyt. ubi latissimè Fulgos. consil 132. col.2. circa fin.& Paul. de Cast. primo uolumine, consi.374.uisis omnibus col. 2. &
312 Deci.consi.208.col.3. Et † aduerte quia quæstio non habet dubium in feudo paterno, & auito, quod tunc non possit fieri.

præ-

præiudicium filiis, & ideo si in nouo feudo adesset clausula, Iure feudi paterni antiqui & auiti. cessaret hæc dubitatio, quia clausula talis operatur, ut censeatur antiquum secundum communem opinionem, ut attestatur Curt. Iun. in tractatu. feud. charta. 7. colum. 3. Est uerum quòd tamen non operaretur, ut transiret tale feudum in transuersales, sic disponentibus ordinibus huius dominii, uerùm præter hoc retinet omnem effectum, quia limitata causa limitatum producit effectum l. age cum Geminiano. C. de transactionibus. Dux
313 Mediolani † an præferatur duci Sabaudiæ in sedendo, & eundo, uidetur ducem Sabaudiæ præferendum esse, quia primò fuit factus dux, quàm noster qui non habet inuestituram à Cæsare de hoc dominio nisi à paucis annis citra, & hoc per l. 1. C. de consulibus. lib. 12. & ibi omnes maximè per Plateam. præfertur enim qui primo adeptus est dignitatem parem, ut ibi, & ita latè Dec. post alios in l. cùm quid. ff. si certum petatur. & in consilio 161. ueritas uidetur in contrarium, quia non consideratur persona horum, ducum, & dignitas in eis respectu acquisitionis, per ipsosmet factæ, sed consideratur dignitas antiquior, unde cùm primò fuerit prouincia Mediolanensis in ducatum erecta tempore ducis Ioannes. Galeatii uicecomitis, quàm prouincia Sabaudiæ, ut historiæ ostendunt, præfertur dux Mediolani Hæc conclusio est ex mente Doctorum allegatorum per Decium & alios, ubi suprà, & per Felinum in rubrica, de maioritate & obedientia. & uidetur mihi decisio in terminis, Abb. in capit. nimis. de excessibus prælatorum. ubi fratres predicatores præferuntur minoribus, quia eorum regula
314 fuit primò approbata. Sic † igitur consideratur antiquitas ipsius dignitatis, non acquisitionis in persona eorum qui disputant, Hæc quæstio nunc pendet in facto, & scito quòd non consideratur sanguis, nec diuitiæ, ubi contenditur de pari dignitate nisi essent concessæ eodem tempore, ut per Decium ubi suprà.
315 Princeps † quando concedit secundum priuilegium, an uideatur derogare primo, Et an unum priuilegium deroget alteri? Dic quòd si unum est speciale, & aliud generale, speciale derogat generali si generale contineat ius ad rem, secus si contineret ius in re, ut per Abb. in cap. primo, columna tertia, de rescriptis. Nec refert an genus præcedat, uel sequatur. ca. abbatem de rescriptis. & not. in regula, generi, de regulis iuris. in 6. Si uerò utrunque est generale, uel utrunque speciale, tunc secundum Abb. si utrunque est clausum in corpore iuris, secundum tollit primum. Ratio est secundum eum, quia ita iudicamus de priuilegio in iure clauso quod de iure gloss. in capit. ut circa. §. primo. in uerbo, corporali. ibi, item priuilegium. de electionibus. in sexto. Felin. in dicto cap. primo, in octaua columnæ, circa principium. & clarum est quòd ius secundum non faciens mentionem de iure præcedenti tenet. capit. primo. de constitutionibus. in 6. & ex hac decisione Abbatis, quæ pro-
316 batur ab omnibus. Pondera quòd † non solùm princeps præsumitur habere iura communia. & generalia in scrinio pectoris, sed etiam iura particularia, & decisiones particulares, insertas tamen in iure, quod est bene notandum ad dictum capit. 1. sed si primum tantùm est clausum in corpore, & secundum non, tenet secundum, dummodo fiat mentio de primo clauso, quia secundum Abb. ex quo primum est usu sum dicitur esse ius, & sic secundũ priuilegium contra illud ius debet facere mentionem de illo iure, iuxta gloss. in cap. primo, de constitutionibus in sexto. in uerbo nascatur. facit l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis. Breuiter in hoc. Abbas non bene dicit, & communis est cõtra eum quod secundum non clausum, tollit primum licet de eo non faciat mentionem, & ratio est, quia postquàm princeps uult secundum esse priuilegium, quia ipsum appellat priuilegium, uel ipsum obsignat sigillo priuilegiorum, & cum dicatur priuilegium, quia priuat legem, certè apparet quòd uult tollere legem contrariam, & sic illud aliud priuilegium contrarium, de quo habetur mentio, quia est insertum. ita declarat Baldus in leg. item lapilli. columna secunda. ff. de rerum diuisione. & cæteri communiter sequuntur, & difficultas Abb. non obstat, ut per Felinum in dicto capitulo primo, columna octaua, qui

dicit, ut etiam modo dicebam, quod quando priuilegium est insertum, censetur ius, & ideo aliud priuilegium debet ualere, etiam non facta de eo mentione, quia hæc est conclusio communis, quòd priuilegiũ ualet, licet non faciat mentionem de iure contra quod emanat, ut est glos. in dicto capitulo primo, in uerbo, notcatur, ad finem, & latè Felinum in capitulo nonnulli. in secunda fallentia, secundæ regulæ, de rescriptis. & sic limitatur lex. rescripta. ut procedat in rescripto proprio uti loquitur. Hæc tamen conclusio communis contra Abb. uidetur confundi per gloss. in Authentica, si qua in prouincia. C. ubi de criminalibus agi oporteat. sed responde, ut subtiliter & bene per Felinum in dicto capitulo. primo, in octaua columna. in fine. ultra quem dic quod nos loquimur, quando contra primum priuilegium insertum emanat aliud priuilegium, conclusio glos. in dicta Authentica non loquitur in alia concessione priuilegii, sed in dispositione derogatoria tantùm, & hæc est propria diuersitas, quæ est inter has duas conclusiones. Ratio diuersitatis est, quia si secunda concessio est priuilegium, & sic priuatiuum legis, certè potius debet tollere primum, quia etiam est concessum ad hoc, sed dispositio derogatoria non est concessa, ut tollat ius, imò ut redigat nos ad ius commune, quare non mirum si non tollit illud priuilegium insertum, nisi de eo faciat mentionem in specie. Sic ergo dispositio derogatoria tantùm, non tollit priuilegium in corpore clausum, nisi de eo faciat mentionem, & ita omnes tenet, ut per Doctores in dicto capitulo primo, & alibi sæpe, & ideo apparet quòd si primum priuilegium non esset clausum, dispositio derogatoria tolleret illud, licet de eo non faceret mentionem, & ita omnes Doctores, & ideo pessimè dixit Alexander. in consilio ultimo. in quarto uolumine, in fine. qui tenet oppositum, dicens quòd generalis abolitio primi priuilegii, quod non erat insertum, non tollit illud nisi de eo faciat specialem mentionem, allegando leg. 3. C. de silentiariis & decurionibus eorum. libro 12. cum glos. & alias decisiones, & idem Alexander. consilio centesimoprimo, in primo uolumine, ubi similiter loquitur de quodam priuilegio non inserto, & dicit quòd illud non potuit tolli per derogationem generalem, quia non fuit facta in specie mentio de eo, allegat eadem fundamenta, sed errat. Nec obstat textus cũ glossa in dicta l. tertia. quia loquitur de priuilegio clauso. Item non obstat regula generalis, quòd dispositio generalis nunquam trahitur ad casum specialem, ut plenè per Iasonem in l. prima, prima, columna tertia: ff. soluto matrimonio. quia procedit, quando ille casus specialis est clausus in corpore iuris, aliàs nõ. Et aduerte, quòd etiam contra communẽ, ut secundum priuilegium non tollat primum clausum, uidetur facere, quia licet princeps, qui habet notitiam primi, uideatur illud tollere, tamen sic de facili uidetur tollere ius tertii, quod quidem resultat ex primo priuilegio. l. nec auus. C. de emancipationib. liberor. Sed dic illud procedere in dubio, Nos autem sumus in casu claro, quia princeps scit illud priuilegium, & consequenter scit etiam quòd ex eo acquisitum est ius priuilegiato, & ideo si per secundum priuilegium tollit primum, tollit etiam ex intentione sua ius resultans ex priuilegio. Et dum Baldus in dicta l. item si lapillis. in secunda columna, dicit quòd ubi fit secundum priuilegium, tollitur primum. Dic etiam uerum esse, ubi tollitur ius tertii. quod est notandum. Vltimò in hoc articulo Abbas in dicto ca. primo, uult quòd ubi sunt duo priuilegia contraria non clausa, siue ambo sint specialia, siue generalia, unum non tollit aliud, imò attenditur primum, per cap. ueniens. quod intellige etiam si impetrarentur hæc duo priuilegia ab eodem, nedum a diuersis, quia hoc casu etiam secundum non tolleret primum nisi esset de eo mentio facta. Ita propriè loquitur textus in dicto cap. ueniens. de rescriptis. Item intellige, quòd unum priuilegium, scilicet, secundum non tollit primum, etiam si primum sit generale, & contineat ius. Ad rẽ textus est notabilis in l. secunda. ff. de in integrum restitutione. In reliquis uide Felinum & Decium in dicto cap. 1. Principis

317 † priuilegium, an tempore tollatur? Fac infrascriptas conclusiones, Prima erit, quòd priuilegium concessum ad tempus, cessat

cessat elapso tempore, ita est textus in leg. quoties. C. de precibus Imperatori offerendis quæ lex loquitur de securitate concessa debitori, ut non possit conueniri infra certum tempus, & sentit clarè quòd cesset elapso tempore, quia aliàs illa securitas non cócederetur, ut in dicta l. quoties. in secundo casu. Et hanc conclusionem facit Abbas in ca. cùm accessissent. in penultima columna, de constitutionibus, ubi traditur hæc materia, & expirat ipso iure absque alia declaratione. cap. de causis. de officio delegati. & ibi Baldus ad hoc notat illum textum. & ideo relegatus ad tempus potest finito tempore redire domum sine licentia principis secundum Bald. in cap. ex literis. de constitutionibus. & multa ad hoc ultimum ponit Franciscus de Cremonà, in singulari quadragesimoseptimo. con

318 suluimus heri. Secunda est † conclusio, quòd priuilegium concessum ex certa causa expressa, uel tacita cessat cessante causa, ita est textus notabilis in cap. suggestũ. de decimis. ubi priuilegium decimandi có cessum monachis certi ordinis fuit retractatum, quia posteà multum creuerũt monasteria illius ordinis, & Papa cócesserat à principio, quia erat paruum præiudiciũ illis contra quos decimabatur, propter raritatem monasteriorum, ad idem est textus in leg. generaliter. C. de episcopis & clericis & ita Panormit. in dicto cap. cum accessissent. cum quo alii transeunt. In contrarium tamen obstat text. in leg. 2. §. primo. ff. de excusationib. tutorum. Sed dic quod ibi non cessat prorsus causa, & sic non aduersatur directo actui, ut infrà dicam. ad idem in oppositum ex textu in leg. fin. ff. de decurionibus. qui multum obstat, nam loquitur etiam quando causa penitus cessat, sed dic quòd est propter reliquias prioris dignitatis quæ multum operatur, ut per Felinum latè in cap. quæ in ecclesiarum. numero. 81. de constitu. & uide etiam ad solutionem harum difficultatum, Ioan. Andr. in regula, decet. de regulis iuris. in 6. & Iaso. in l. sciendum §. fin. ff. qui satisdare cogantur. & Bald. in d. l. generaliter. & Mode. in ca. cù n cessante. de appella. Tertia con-

319 clusio est † quòd priuilegium consistens in facto tollitur non faciendo decem annis, textus est singularis in l. 1. de nundi. & non solùm procedit in priuilegio concesso priuato, ut in eo textu, in uerbo, qui, quod denotat ueram personam, ut per Baldum in leg. omnes populi. ff. de iusti & iure. Verumetiam si concessum sit ciuitati, ita Bartol. in dicta leg. 1. & communiter Doctores in leg. fin. ff. de constitutibus principum. & in dicto capitolo cùm accessissent. In ecclesia tamen est secus, ut dicit Panormit. in dicto capitolo cùm accessissent. & si dicatur quòd ecclesia, & ciuitas æquiparantur leg. fi. C. de sacrosanctis ecclesiis. respondeo quòd æquiparantur in casibus de quibus in dicta leg. fin. In aliis est magna diuersitas, ut ibi per Iasonem, sed contra hanc conclusionem obstat. leg. si falso. C. de diuersis rescriptis ubi dicitur quòd rescripta sunt perpetua, ergo similiter priuilegia. Sed responde; ut per Decium in dicto capitulo cùm accessissent. quod priuilegia tolluntur citius quàm rescripta, quia facilius tollitur ius priuilegiorum quàm commune. leg. & militis. §. militia missus. ff. de re militari. & hæc est uera solutio reiectis aliis. & sic firma remanet conclusio, quod priuilegium in faciendo decem annis tollitur. quæ tamen conclusio non procedit quando priuilegium est concessum in liberam uoluntatem alicuius, quia hoc casu est perpetuum, & sic fit differentia utrum sit concessum alicui simpliciter, an uerò per illa uerba ad libitum uoluntatis tuæ. ita Doctores in locis suprà allegatis, sed quia in hoc est uarietas inter Doctores, Ideo ne ueritatem ignores scias quod aut hæc libera uoluntas respicit tempus, aut ipsum priuilegium, si respicit tempus procedit limitatio, aliàs secus, & ideo si dicatur, Concedimus tibi tale priuilegium quando uolueris, uel quandocunque tibi libebit, non est dubium, quin priuilegium sit perpetuum, quia ita ostendunt uerba, & hoc est ex mente principis, sed si dicatur si uolueris, priuilegium propter hoc non erit perpetuum, quia solùm exprimitur quòd tacitè inest, & hoc nihil operatur. leg. 3. ff. de lagatis primo. & idem est si dicatur ad libitum uoluntatis, tuæ quia non secus est, ac si dicatur si uolueris, nec tale uerbum respicit tempus sed ipsum priuilegium, & ita arbitror, licet

dominus meus Rochus de Curte diceret tale uerbum, denotare tempus, sed malè, ut apparet. Quarta & ultima conclusio est,
320 quod priuilegium † in non faciendo tollitur unico actu contraueniendo, leg. commissoriè. C. de pactis inter emptorem & uenditorem. & dicto cap. cùm accessissent. in fine. Nam contraueniens etiam unico actu censetur renuntiare priuilegio. Hæc conclusio primo non procedit ubi fieret protestatio in contrarium. secundum Bartolum in leg. prima. C. de his, qui sponte munera publica susceperunt. & ita tenent Doctores. Secundo intelligitur quando quis contraueniret directo alias secus, ita Panormita. in dicto capitulo, cùm accessissent. & dicitur contrauenire directo quando est concessum unum priuilegium tantùm, & quis uenit contra illud faciendo actum contrarium priuilegio, ut in dicto cap. cùm accessissent. sed si esset concessum priuilegium generale alicui, ut esset exemptus ab omnibus oneribus, uel etiam à tribus uel quatuor tantùm, certè his casibus contraueniendo quo ad unum, non diceretur quis contrauenire directo, & ideo propter hoc non admitteret alia sua priuilegia, ut est casus in l. uoluntariæ. C. de excusationibus tutorum. qui textus etiam probat, quòd nec præiudicat sibi in illo actu cui contrauenit, & hoc ultimum etiam tenet Panor. in dicto capit. cùm accessissent. & uidetur etiam communis opinio, tamen in hoc ultimo considera diligenter quid uelint Doctores. Tertio intelligitur hæc conclusio, ut procedat in priuilegio habente tractum momentaneum, ut in dicto cap. cùm accessissent. sed in priuilegio habente tractum successiuum non procedit, putà, si habeo priuilegium non soluendi collectas, uel alias exactiones, quod ut uides habet tractum successiuum semel soluendo etiam sine protestatione non fit mihi præiudicium, ut est doctrina Bartoli in dicta l. fin. in fi. de constitutionib. principûm. & sequitur Alexan. consilio centesimo nonagesimotertio, ex tenore. uolumine secundo, columna tertia. & consilio centesimo nono, uisis in fine. in tertio uolumine. & plenius trigesimotertio, ponderatis in primo uolumine, cætera uide per Doct. in locis præ allegatis. Est uerum quòd contra hanc communem obstat. l. 1. §. si quis tutor. quando appellandum sit. & quòd ibi not. Angel. sed dic notabiliter quòd ibi non interuenit unica contrauentio tantùm, sed generalis omnibus futuris actibus quotquot erant, quia in libro scriptum fuerat, Titius debitor centum omni anno, uel quid simile. & & nota hanc declarationem, quia est noua. Nota etiam aliam declarationem gene-
321 ralem † quod siue priuilegium consistat in faciendo, siue non, nunquàm perditur quando potest capi alia coniectura quàm renuntiationis priuilegii secundum glos. in capitulo. pro illorum. de præbendis. & Doctores in locis suprà allegatis. Principes nostri Mediolanensis dominii ne memoria beneficiorum collatorum per eos
322 perderetur, decretis sanxerunt. Quòd † concessiones gratuitæ factæ à principibus retro actis, & quæ fierent quibusuis clausulis munitæ essent ad extraneas personas non transirent, sed solùm ad filios & descendentes legitimos, & de legitimo matrimonio natos, & nascituros, ita ut etiam non transirent ad legitimatos, nisi per subsequens matrimonium ubi tamen donationes iam sortitæ non essent effectum per adeptionem etiam possessionis. Hæc decreta in dominatiobus sunt contra ius, ut per Decium consilio ducentesimo octauo. colum. 3. & leg. unica. C. si libera imperia. libro decimo. In feudis uerò satis conformia sunt iuri communi. toto titulo, de successione fratrum. in usibus feudorum. & per Aluarot. in capitulo. primo. de fratribus, &c. in principio. colum. fin. Sed est aduertendum
323 † quòd loquuntur in concessionibus gratuitis, quare si fiant titulo oneroso non procedunt, & dicitur onerosa concessio, quando fit causa prætii, uel facti quod habet instar perpetuum rei concessæ, ita Baldus notabiliter ualde in l. qui se patris. C. unde libe. columna antepenultima. & sequitur Alexand. consilio ducentesimodecimosexto, columna secunda, uolumine secundo. & propriè loquuntur in concessionibus & priuilegiis principis, & ad effectum. An possit posteà ea reuocare, & uolunt non posse: quando titulo oneroso. & hæc est ratio, quia etiam princeps

quando

quando condidit decreta quæ in effectu continent diminutionem donationum, & priuilegiorum noluit loqui nisi de gratuitis, & uult decretum, ut etiam quod sint factæ donationes, & concessa priuilegia ob benemerita, tamen sint gratuitæ, & superioribus diebus dū comes Vitalianus uicecomes, peteret approbationem priuilegii plebis Brebiæ concessi à Carolo Imperadominio nostro pro se & quibus dederit contra dicta decreta, & peteret sub eo fundamento quod sibi concessum fuisset ob benemerita paterna, & domus suæ & expressa (ni fallor) in priuilegio, tamen Senatus noluit apppobare, nam etiam legata quæ fiunt propter merita. leg. nec adiecit. ff. pro socio. sunt ex titulo lucratiuo, secundum Bart. in leg. Mæuius. §. duobus. colum. 8. uersicu. secundo quæro. ff. de legat. 2. Et fundamentum est, quia ille qui dat, & qui solum est obligatus ex naturali obligatione, qua benefacientibus bene facere debemus, ut nos loquimur, dicitur dare ex causa gratiosa, & lucratiua, non autem onerosa, ut est decisio Barto. in dicto §. duobus. in dicto uersicu. quæro secundo. & est cum ratione, quia non potuisset cogi argumento leg. Titius. ff. de obsequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis. Et ideo ad cognoscendum an sit titulus gratiosus siue lucratiuus, non est recurrendum ad materiam donationum pro remuneratione, de quibus in l. Aquilius. ff. de donationibus. & in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & ubi suprà. Sed ad hoc, an dato quòd sint factæ causa remunerationis, & merita sint grandia, & æquiualentia. An tamen dicantur factæ titulo oneroso, uel lucratiuo, de quo articulo habes decisionem Bartoli, ubi suprà, & glossam communiter approbatam, in l. sed & si lege. §. consuluit. in uerbo, obligauerunt. ff. de petitione hereditatis. & uerba clara decreti. Est igitur necesse ad hoc, ut simus in casu quod pretium æquiualens numeretur, uel fiat tale quid quod habeat in stat rei concessæ, ut dixi, & ideo in feudo, licet illo concesso teneatur uasallus ad ser-

324 uitium, Tamen † non est onus illud cū lucro conferendum, & ideo dicitur potius gratia. Alexand. not. in leg. Gallus. §. instituens. in fi. ff. de liberis & posthumis. ubi

325 uide & alibi glossam, dicit quando † res digna magno pretio, emitur paruo, quòd non est titulus onerosus, sed quasi lucratiuus. le. apud Celsum. §. si quis autem. uersiculo, cæterùm. in uerbo, causam. ff. de doli exceptione. & Bartol. in dicto §. duobus. columna. 8. uersiculo. præterea. in quo ultimo uidendi sunt Doctores in leg. si quis nec causam. ff. si certum petatur. circa regulam textus, quod attenditur id quod principaliter agitur, maximè Moderni Senenses, & quæ dicuntur circa leg. cùm quęritur. ff. de statu hominum. secundum quam regulam est, & non est donatio uel uenditio secundum id quod agitur, & si sumus in dubio, tunc seruabimus quæ dicit Alexand. in §. instituens. unde in quodam priuilegio habito à duce Francisco Secundo præcedente numeratione duorum millium aureorum nummorum, quia noluit dux, ut in eo fieret mentio pretii, sed quod esset mœrum benefitium, & gratia, attenduntur uerba, & secundum sonum eorum accipietur dictum priuilegium, & consequenter habebitur mœra gratia, sicut loquitur. sed pone alium ca-

326 sum, † Dux conuenit cum maximo ductore exercitus, & non subdito suo, ut sibi operam suam præstaret ad recuperandum prouinciam suam, & eam augendam, & cū tot militibus, sub promissione quod ei in feudum dedisset pro se, & descendentibus in ampla forma nonnulla castra, & prout ex tunc dedit in feudum, & promisit Imperator exercitus sibi & prouinciæ suæ, ut suprà, inseruire, & posteà non multò post promissa adimpleta fuerunt ab utraque parte, an feudum dicatur gratiosum, ita ut sit subiectum dictis decretis? & uidetur eum esse onerosum, sicut quando conceditur priuilegium non subdito, quia dicitur transire in contractum, & tenet ut contractus, Cardina consilio centesimo quadragesimoseptimo. colum. fin. Roma. consilio trecentesimo quinquagesimosecundo. & Felin. in capit. nouit. de iudic. sed hoc nihil est, quia etiam cum non subdito potest fieri contractus lucratiuus, ut de se patet, unde melius dic, quòd cùm his contractus factus fuerit ex causa onerosa, quòd etiam dicitur, habitus titulo onero-

327 so, sicut dicimus † quando datur immu-

nitas forensi, ut ueniat habitatum in ciuite iuxta dicta Barto. in leg. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in 4. quæstione principali. uersicu. & circa prædicta. & est in colum. 10. Alexander in consilio decimoquinto, uolumine secundo. & Decius in capitulo nouit. de iudiciis. columna decima in uersi. quarto fallit. & per Alexander. consilio ducentesimo decimosexto, uolumine secundo. columna secunda incip. nec arguendi sumus, & princeps etiam quod essemus in dubio non uideretur sensisse de tali immunitate. Alexander. in dicto consilio ducentesimo decimo septimo. uersicu
328 lo nono. Et † aliud est quod donet ob merita præterita quantumcunque grandia etiam iuxta l. si pater. §. 1. ff. de donat. Aliud ob futura ut seruiat donatarius, & ita ex his & aliis iudicauit Senatus, me referente, iuxta notata per Iaso. in prælud. feud. char. 197. ubi est uidē lum. Item est aduer
329 tendum circa dicta decreta † dum uolunt ut donata non transeant in extraneos, ne finita generatione, hæredes extranei sint continuandi in possessione, iuxta aliud de decretum, quo possessio defuncti continuatur in hereditate, & deinde in hæredē, uel sint inducendi in possessionem, iuxta l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. An non, contradicentibus uocatis in donatione, & & breuiter uidetur quod hæc dubitatio conformis sit quæstioni, quando in feudo deficit generatio masculorum, & fœmina hæres instituta, & feudi in capax petit se poni in possessionem, An audiatur uel non contradicentibus agnatis uocatis in priuilegio feudali. In qua quæstione Alexan. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. dicit ꝙ fœmina mittitur in possessionem, & quod agnati masculi non sunt legitimi contradictores, & sequitur Curt. Iunior in tract. feud. in 25. char. colum. 1. uersiculo 21. est uerum quod procedit in dubio, uerùm si pateret feudum esse & ipsam in capacem feudi, totum contrarium esset, & ita loquitur textus in cap. 2. si de feud. fuer. contro uer. inter domi. & agna. & ita Hern. ibidem, & alii communiter. ita pariter dicendum est in quæstione nostra, ad quod facit
330 † ꝙ notorius defectus tituli impendit dicta remedia possessoria. Imol. consi. decimosexto. & idem in exceptione quæ potest incontinenti probari, ut not. in l. 2. C. de edicto diui adriani. tollen. & facit etiam
331 consil. Bal. 161. uolu. 4. in fin. Accedat † quòd fiscus quando res patet pro eo, potest absque citatione partis finita generatione ingredi possessionem rei feudalis. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum, de constitutionibus. col. 5. uersic. sed ecce. & Præposit. in c. 1. de feudo sine culpa non amitte. & sicut dixi suprà, ita uidi seruari, tam in feudo quàm in donatione, & in feudo in causa Crotorum heri fuit ita decisum in Sena-
332 tu. Et notabilem casum † quando est dubium habuit Senatus in facto his diebus proximè præteritis, dominus Angelus Simoneta senior inuestitus fuit tempore ducis Francisci primi, de quodam castro pro se & filiis, & descendentibus tam legitimis quàm legitimatis, & moriens reliquit castrum nepoti suo legitimato etiam nato ex filio suo naturali contra formam dictorum decretorum, quæ tantùm uocant descendentes legitimos, & excludunt extraneos, fœminas, & legitimatos filios, ut suprà dictum est, sed tamen fuit licitum ita facere domino Angelo uigore suæ inuestituræ, & eo nepote existente in possessione dicti castri facta fuerunt ea decreta, quæ tamen non procedunt in casu quo iam res translata in personas prohibitas habuisset effectum sicut diximus. Verùm quia posteà decessit dictus nepos, relicto alio filio legitimato, est dubium an sit exclusus uigore decretorum, & uidetur eum exclusum esse, quia licet dispositio in personam prohibitam iam habuisset effectum etiam contra regularē naturam feudi, attamen remanet feudum in reliquis, ex quo uocati erant ex forma inuestituræ, secus si ex facultate alienandi in extraneum deuenisset ut notabiliter decidit Matthæus de Afflictis in capitulo primo. §. si feudum ea lege. in fine. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. & sic uidetur compræhendi in regula decretorum prohibentium ligitimatos succedere, augetur difficultas, quia decreta quo ad feudalia non discrepant à iure communi iuribus uulgaribus, non ita est in donationibus quæ in omnes transeunt, ut dixi in principio. Et consequenter debent intelligi, ut respectu eorum, qui reperiebantur

tur

tur in possessione tantùm, haberet effectum alienatio, non ultra. In contrarium urgent uerba decreti præsupponentia alienationes, quæ semel habuissent effectum, perpetuò debere esse firmas & illibatas. Additur quòd hæc decreta sunt fundata super ratione, ne perdatur memoria beneficiorum per alienationes in extraneas personas quæ ratio cessat in hoc filio legitimato, ex quo & ipse uocatus est ad feudum, & uenit uigore inuestituræ, ut dixi, & durat feudum. ut per Afflic. ubi suprà, Senatus iudicauit secundum hanc opinioné in fauorem dicti legitimati, quoniam posuit in possessione ouliarum amoto domino Hieronymo Petrobono, contra quem agebatur remedio reintegrandæ, & ubi fuissemus in remediis decreti continuandi hæredem, uel mittendi eum in possessionem, iuxta dicta legis fin. ratione dubii secundum opinionem de qua suprà fuisset iste continuandus, nisi dicas quod hic solùm uertitur dubium de iure, iuxta leg. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. & l. nam & posteà. in princip. ff. de iure iuran.

333 Est † uerum quod magnum dubium iuris æquiparatur dubio facti, ut not. in leg. cùm prolatis. ff. de re iudi, Item est aduer-

334 tendum † quando donatarii alienant in extraneos contra dispositionem decretorum, an deuoluantur alienata ad fiscum, credo non deuolui, quia ponunt solam pœnam annulationis contractus sicut facit textus in emphyteuta uendente sine consensu domini in l. fi. in fi. C. de iure emphy. & text. de feudo loquens in ca. 1. in 1. & 2. col. de prohib. feud. aliena. per Lotharium. & in cap. Imperialem. de prohib. feud. alie. per Feder. in §. calidis. distinguitur tamen inter feudum nouum, & antiquum, Nam primo casu reuertitur ad dominum, secundo aperitur agnatis, ut est communis opinio in ca. 1. §. si quæ sit pri. cau. benefi. amit. ita Curt. Iun. in tract. feud. in 5 parte principali. col. 5. uersicu. quarta principalis. & Aluarot. in dicto §. fin. in 16. & sequen. conclusione. sed in decreto non dicitur quod transeat in alium, sed simpliciter sequitur annulatio contractus, & ponderandum est, quod uerba quæ nullam reddunt alienationem sunt ita pinguia, ut nec etiam ualeat alienatio in præiudicium alienantis, & in effectu iste uidetur etiam sensus decreti, scilicet simpliciter annullare, quia decretum æditum fuit ob hanc solam rationem, ne propter alienationem in extraneas personas perdatur memoria beneficii, & ideo satis est, quòd alienatio habeatur pro non facta, & res remaneat alienati tamen obstat quòd ipse non uidetur posse uenire contra factum proprium, & reuocare quod à se semel abdicauit. leg. cùm confitearis. C. de reuoc. don. & uidetur distinguendum quòd aut ignoranter alienauit, & illud sibi restituendum sit, aliàs non, & ita Aluarot. & alii in ca. 1. si de feud. fuer. contro. §. si uasallus alienauerit feudum ignorans. col. 1. uersicu. oppo. quòd imò, per nouas tamen constitutiones est clarè decisum quod non reuertatur amplius in alienantem, quod etiam me monitore & authore fuit sancitum, & ulterius scio obseruari solere, ut decretum nó tollat. l. 1. C. si soc. liber. imperial. lib. 10. & ita factum fuit in feudo Salarum in nobilibus de Bottis, & bene, quia hoc modo seruatur ratio decreti de qua suprà. Item decretum recipit interpretationem à iure communi. leg. 2. C. de noxal. & ponit Feli. in c. 1. de præscript. columna. 2. Item scias

335 quòd † ubi fieret inter uasallos de feudo contendentes transactio ualeret, non obstante hoc decreto, & non obstante regula tradita in l. nulli. C. de transact. si tamen fieret bona fide, & ualeret etiam hoc casu sine principis consensu, si dimitteretur feudum illi parti, quæ aliàs nullum ius haberet. nec posteà, decedente uerò uasallo sine prole reuerteretur ad dominum, sed perseueraret penes eum. text. est in c. si uasallus de suo feudo. in tit. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna & ibi Andr. de Iser. col. fi. & si non dimitteretur, ut suprà, sed transferretur possessio in alium etiam ualet, modo tamen interueniret cósensus domini, & hoc tametsi fortè uerus uasallus fuisset senex, & capularis ita ut nulla uel parua superesset prolis suscipiendæ, non obstante quòd diceretur consensum illum tacita hac qualitate fuisse subreptitiú, quia uerè nó fuisset subreptitius, nam imputandum esset domino quòd ante consensum nó curasset bene intelligere rem ita Isern. ubi suprà, quem cæteri sequuntur ꝙ adeò

336 est † uerum ut tacitus consensus etiam sufficiat. ita Bald. in d. §. si uasallus de suo feudo. qui inducitur ex scientia & taciturnitate per notata à Barto. in leg quo enim. §. primo. ff. rem ratam haberi. & hæc conclusio quod sufficiat tacitus consensus in in qualibet feudi alienatione expresse fit in capit. Imperialem. in princip. de prohi. feudi aliena. per Federic. & ita si postea uerus uasallus decedat fine prole fiscus est exclusus, & ultra Isern. ubi supra, habetur per Curtium Iuniorem in dicto tractatu. char. 42. col. 1. uer. 3. principaliter. & per Iacobi. in suo trac. in glos. de non alienãdo. & in dictis locis habes etiã quando dicatur fieri bona fide, ueruntamen Isern. magis apertè prædicta declarat, & in casu comitis Franchini contra fiscum hæc à Senatu habita fuerunt uera, quia quamuis
337 † eques Pusterla Possessor feudi trãstulerit trãsactionis titulo fundũ in comitem Franchinũ, quẽ alias debile ius dicebatur habere, & eques postea decessisset sine prole, tamen fuit declaratum trãsactionem ualere, & nullũ ius esse in fisco, & est aduertẽ
338 dum † quòd licet feudum non sit antiquũ, sed sit nouum, tamen si adsit clausula concedens iure feude antiqui perinde est, ac si esset antiquum, & ueniunt agnati, ac transuersales. ita Curtius in dicto tractatu, char. 7. col. 3. uer. sed hic cadit pulchra & quotidiana dubitatio. & Decius consi. 53. & dixi suprà, sed nihilominus per decretũ cessat, & ita seruatur. De hoc tamen an & quando nouum efficiatur antiquum quando princeps ita uult, uel appellat antiquũ uide Alciat. in tract. præsumptionum, regu
339 la 3. præsumptio. 28. Principes † etiam nostri ordinauerunt, ut non possit fieri alienatio in non subditum, & seruatur quod etiam non fit in ecclesiasticam personam, nisi ex concessione Senatus, de quo decreto siue ratione laicorum non subditorum, siue ecclesiasticarum personarum, uide Bar. in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de legatis primo. colum. 3. uers. quæro an per statutũ ciuitatis. And. Sicul. cõ. 14. uol. 3. Bald. con. 147. in 3. uol. & con. 308. uol. 3. & con. 463. uol. 1. & con. 421. uol. 3. & consi. 31. uol. 3. Alexan. cõsi. 102. col. 3. in 2. uol. Felin. in ca. uenerabili. col. 2. de officio delega. Barba. in c. Raynaldus. chàr. 58. de testamẽtis, col. 2. Alexã. 2. uol. cõsi. 93. col. 2. & latissimè Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionib. in 38. col. ubi distinguit uersi 9. quæro aliquid in cap. in præsentia. colũ. 17. de probationibus. Cardin. consilio. 102. col. 2. & cõsi. 144. & Barbat. consilio 43. col. 13. & columna 17. uolumine primo. & in repetitione rubricæ, de rebus ecclesiæ non alienandis. colum. 4. & omnino uide doctores in dicto §. diui. & communis opinio est respectu forensium ut ualet statutum, & respectu ecclesiasticarum personarum communis est, ut si expresse loquatur de ecclesiasticis personis sit nullum si generaliter etiam per uerba quantumque generalia non compræhendantur, ut per Iasonem in dicto §. diui. numero 71. & pluribus numeris sequentibus. & licet forensis possit petere restitutionem in integrum aduersus statutum tanquam illud ignorauerit. Alex. consilio trigesimoseptimo, columna quinta, uerbo, suadetur, uolumine secundo. Decius consilio undecimo, col. 3. uersicu. sed tamen his non obstantibus. & Ias. in l. quã diu. ad finem. C. qui amit. Tamen ex quo hoc decretum est expresse conditum contra forenses, non datur restitutio in integrum. ita Alex. consilio. 165. in prima columna, uersic. superest uidere. in 6. uolumi. & quandoque audiui dubitari, an licet in locis finitimis dominii, in quibus non reperitur publicatio de eo, iuxta textum in Authen. ut fac. no. consti. & uidetur quòd etiam in singulis uillis esset publicandum, ut per Alexã. consil. 181. uolum. 6. & consi. 73. uol. 6. Tamen hæc dubitatio fuit leuis existimata à Senatu, quia ex antiquitate præsumitur, iuxta notata in c. sicut. de re iudic. & in l. sciendum. ff. de uerbor. obligatio. maximè quia in Metropolitana reperitur facta publicatio, non est tamen necessaria in uillis, sed in unaquaque ciuitate, ut est tex. in dicta. Authentica. & ibi Bart. expresse, nec authoritates. Alexand. illud dicunt, & maximè quia contingit casus in maiori parte dominii, etiam in locis finitimis, & semper fuit seruatũ decretum. Audiui etiã dubitari, an casum dotis cõpræhenderet decretum, in hoc uide Ias. in dicto §. diui. & alibi sępe, & quicquid sit de iure recepit hãc interpretationẽ, ut etiã haberet locũ in casu dotis, & ideo in nouis constitu

tionibus

tionibus hoc clarè posteà decisum fuit, & ꝙ etiam sit iuris, apparet ex his quæ dicã infrà in tit. de fisco. ad finem, circa l. nõ puto. ff. de iure fisci. Et aduerte, quia etsi ignorans non sit restituendus, ut suprà, tamen si aliqualiter esset obtenebratum ius decreti sub colore consuetudinis, in contrarium posset saltem recuperare forensis pretium suum, Imol. in clementina prima. col. 3. de rebus ecclesiæ non alienandis. Felin. in cap. cùm causa. num. 6. de re iudic. & Alberic. in 2. parte statutorum. quæstio. 1.
340 col. 2. in princi. Et † an operetur hoc decretum, ut non subditus proximior non possit succedere ab intestato, & uidetur eum posse succedere, quia prohibitio est respectu certi generis personarum. Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de uerbor. obliga. Alex. consi. 56. ponderatis uerbis testa. uolum. 1. Si tamen diceret decretum, quod forensis posset acquirere, tunc esset prohibita hæc successio Bar. in l. uentre. in tertio casu. glo. ff. de acquiren. hæred. & Pau. de Cast. in d. §. ea lege. Anchar. in c. canonum statuta. de consti. uersic. quæro ulterius statutum Perusii. & sequitur Barb. ubi suprà, in rubr. faciens ibi regulam & 17. fallentias, & dictam decisionem refert, char. 2. col. ulti. uersicu. quarto limit. Pau. de Cast. in d. l. uentre. Ias. in d. §. diui. in secunda lectura, char. penultima. uersi. limita istam notab. regulam D. Ferdinandus Loazes in repetit. ibi, col. 24. uersicu. secundo singulariter limita. Areti. tamen & Imol. in d. l. uentre aliter tenent. Sed in uno casu saltem ueritas est sine dubio, ut etiam prohibitus sit proximior, ut suprà, quando uerba decreti sunt admodum ampla, iuxta ea, quæ ponit Aret. in d. l. uentre. & in l. Pantonius. §. 1. ff. de acquiren. hære. & Ias. in d. §. ea lege. ad fin. ex nouis autem constitutionibus etiam talis proximior expresse prohibetur succedere, & uide quæ dixi suprà, circa hunc ordinem, in titu. de
341 pœn. ad finem. Princeps † si iubet priuato ut aliquem occidat, an sit excusatus mandatarius ubi pareat, & an iudex, cui etiam iubetur à principe, ut statim, faciat aliquem suspendi, sit excusatus, si statim exequatur, uide latè, quæ dixi circa utrunque, suprà in titu. de homicid. in uersicu. licet etiam occidere. esset hoc loco tractanda materia priuilegiorum, beneficiorum, & rescriptorum principis, nec non consiliariorum, legatorum, officialium, atcium præfectorum, militum & confœderationum principis, sed quia de his omnibus Martin. Lauden. separatim tractauit in suo tracta. de principe. Ideo ad eum te reiicio ibi, uide ultra ea quæ dixi suprà. ut tamen terminos nõ ignores, & citò inuenias principaliora in materia saltem, priuilegiorũ, beneficiorum, & con firmationum eorum,
342 si uis intelligere, quid sit † propriè rescriptum, quid priuilegium, & quid beneficiũ, uide Abb. in rubrica, de rescriptis. & Alex. in leg. quia tale. in prima columna. ff. solu.
343 matrimo. Si uis etiam scire, an † priuilegia extinguantur cum persona, uel transeant in hæredes & singulares successores, & an in dubio præsumantur personalia, uel realia, uide Bar. in dicta l. quia tale. & ibi Alex. & omnino Decium in regula; in omnibus causis id obseruatur. ff. de regulis iuris. ubi per quatuor columnas. Et quia clara est conclusio, ꝙ quando priuilegium conceditur contemplatione personæ, ita ut persona sit causa immediata priuilegii, quod tunc extinguitur extincta persona, ut in dictis locis. Ideo am-
344 plius non ignores, quod † edictum Apostolicũ Leonis Pontificis concessum Christianissimo regi Francorum duci Mediolani, ex eo solùm quòd esset rex Franciæ, pro subditis dominii Mediolani non trahendis ad curiam Romanam, & ut plenius in eo, non militauit illo expulso sub duce Francisco Sfortia, nec militat sub Cæsare domino nostro, quia concessum fuit uti in procemio indulti dicitur solùm, quia ipse Franciscus esset rex Galliarum, & licet fortè maior ratio militet in Cæsare, tamẽ
345 nihil refert, quia † non fit extensio in priuilegiis unius personæ ad aliam ex eadem ratione secundum D. Anton. de Butr. in cap. sanè. de priuilegiis per illum tex. & Deci. ubi suprà, columna secunda, uersicu. & sicut. & quod plus est indultùmmet, circa finem clarè uult, ut duret tempore quo existet ipse Franciscus rex Franciæ, & dux Mediolani, & sic tempore quo permanebit ipse rex dux, uide edictum, quia ita se declarat, & multa etiam circa hoc, an
346 † concessio dicatur personalis, uel rea-

lis, ponit Dec. in consilio 262. ubi uide, & uide etiam in hac materia Soccin. consi-
347 lio quinquagesimooctauo. Et an † transmittatur priuilegium ad singularem successorem, uide Bar. in leg. post dotem. colum. penult. & fin. ff. soluto matrimonio. & faciunt notata per Barto. in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publi. quando fiscus priuilegiatus uenerit alteri, an & ipse sit priuilegiatus de quo dixi suprà & ponit Dec. in dicta regula, columna prima.
348 Quæ † autem sit differentia inter priuilegia, & eorum confirmationes satis patet si ipsa uerba considerentur, quia priuilegia de nouo tribuunt, secus autem confirmationes, quę solùm corroborãt ius prius quæsitum, non dico quod extendant, quia et tunc darent de nouo, sed dico quod addunt, scilicet confirmationes & ideo dicit Bald. in l. nominationis. C. de appellationibus. uersicu. illud. certum est quòd confirmatio non extenditur ultra actum confirmationis, & ita latè Deci. in rubrica, extrà, de confirma. utili, uel inutili. uersic. secundo
349 pro introductione. Addo etiam † quod ratificatio non extendit actum, ut plus contineat. Soccin. consilio 159. columna penultima. circa finem, & sequen. nec extenditur nisi ad principalem dispositionẽ, & non ad omnia enuntiata. Felin. in cap. cùm uenerabilis. colum. 5. extrà, de exceptionib. loquor in dubio, quia in claris non est opus coniecturis. leg. continuus. §. cùm ita. ff. de uerbor. obligat. & quo ad differentiam inter priuilegia & confirma-
350 tiones. Dic etiam † quòd illę confirmationes quas quotidie facit Senatus instrumentorum, dum ea confirmat si ualida sint, intelliguntur si ualida sint, & ualida esse reperiantur, & magis hoc uolunt quando clarè dicitur, quatenus ualida sint, & esse reperiantur, sicut ut plurimũ
351 dicunt, Priuilegia † uerò dicentia, Sicut faciebat talis, uel, Sicut continetur in tali scriptura. non habent aliquam conditionem, quia eum priuilegium lex sit priuata, certum debet ibi poni, ut aliquid cõcedat, aliàs esset inutile, ita gloss. fin in c. examinata. de confirm. utili. uel inutili. & cum illa glo. transeunt Doctores ibi, non tamen uolentes ut sit differentia inter priuilegia, & alias dispositiones, quę sui natura ordinantur ad aliquid de nouo dispo-
352 nendum, quia † semper dictio. Sicut. causam designat, & ponitur pro quia, ut per Felin. in cap. 1. in char. 2. de rescriptis. & Deci. suprà dicta glo. & uide omnino Dec. in l. ædita. C. de ædendo super gloss. in uer-
353 bo, prout. Et si dicis † quid operatur confirmatio quando fit conditionaliter, sicut siue quatenus ualidum sit, uel quando esset circa possessionem, quatenus siue sicut iustè possidet. Dic eam operari tamẽ multos effectus, ut not. & latè per Deci. in c. de confirmationibus. de confirma. utili, uel inutili. col. 4. Sed talis confirmatio in hoc differt à confirmatione non conditionali, & quæ absolutè confirmat actũ, quia prima dicitur confirmatio in forma communi, alia uerò nõ ita dicitur, & ubi actus fuisset nullus qui confirmatur, tribueret
354 ius, est uerum † quod dicitur in forma communi, tametsi etiam simpliciter dicatur confirmamus, quando sine causæ cognitione facta fuit, secus si cùm causæ cognitione, & ex certa scientia, ut per Dec. in rubrica, de confir. utili, uel inutili. col. 2. uersicu 3. & col sequen. ibi uera resolutio, & per eundem in dicto cap. de confir-
355 mationibus. col. 4. uersi. 3. Et † quando confirmatio est ex certa scientia non potest opponi manus ad illum actum, præter quàm à principe confirmante. secus si est in forma communi. Abb. in dicto cap. de confirmationibus. in gloss. fin. in quo tamẽ uide Deci. ibi, colum. 4. Dico igitur quòd
356 confirmatio simpliciter facta sine conditione, & dictione, sicut, uel quatenus, sine tamen causæ cognitione etiam dicitur in forma communi, & ita in effectu nullum ius tribuit quatenus confirmatum esset inualidum, & est conclusio communis, licet Dec. non dicat, quòd ubi confirmatum sit nullum, confirmatio non ualeat, ita not. Felin. per illum textum in cap. inter dilectos. de fide instrumentorum. colu. 5. uersiculo, in textu ibi cùm igitur, & allegat alia iura, & dicit quod ita consuluit Anchara. consi. 382. uisis diligenter, & hęc nisi utatur confirmans uerbis ius nouum conferentibus, putà talia, & talia tibi concedimus, & confirmamus, uel siue tenuerit priuilegium, siue non tenuerit de nouo damus, ut ibi latè per eum post alios

Doctor.

Doctorores. Addit tamen post Abba.
357 quòd † ubi priuilegium esset nullum uitio falsitatis, confirmatio quibuslibet clausulis munita, etiam ex certa scientia non prodesset, uide ibi.
358 Sed pone quòd † dicat Cæsar, Confirmamus, & quatenus expediat de nouo damus, & priuilegiū sit nullum, an ipsa clausula tollet uitium nullitatis, & uidetur eā tollere, per ea quæ dicit Felin. post alios suprà, sed dico quòd loquūtur Doctores, scilicet Innocent. Ioan. And. Cardin. Butr. & Abb. in cap. inter dilectos. Quando princeps dixit, siue tenuerit, siue non tenuerit, sed ubi solùm confirmat cum clausula, & quatenus expediat de nouo damus non uolunt Doctores ut eo casu cesset uitium subreptionis, sed sentiunt intelligendum esse, quatenus fuerit ualidum priuilegium. Nam causa quare Cæsar confirmauit, fuit ipsum priuilegium, & ideo corruente causa confirmationis, corruit ipsa confirmatio. leg. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. & patet hoc ex dictis per Doctores circa subreptionem, quæ ita annullat priuilegia, & beneficia sicut alia de quibus per Soccin. consil. 273. colum. fin. uersicu. postremò. in primo uolumine, & consilio, 120. columne primo, & si uides diligenter Abb. ubi suprà, ita uult ibi. Si autem in primo originali priuilegio non apparuisset falsitas, uel illi nō inniteretur, & c. quia uult ut licet apparuisset falsitas, si tamen illi concessioni non inniteretur Princeqs, ualeat concessio dando in effectu exemplum quæstionis, in qua sumus, ut si dicat, Talia tibi concedimus, & confirmamus, quod est perinde, ac si dixisset confirmamus & concedimus, siue confirmamus, & quatenus expediat de nouo concedimus, limitat postea dictum illud Abb. ut non procedat si falsitatis facta mentio non esset, ergo ibi est decisio pro hac opinione. uerùm quando princeps dicit, siue tenuerit, siue non, & c. ualet non obstante subreptione, quamuis hoc etiam casu, quòd subreptio tollat concessionem, colligendo id ex dictis Abb. uoluit Ias. in l. more. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. columna sexta, uersiculo, ultra Bartol. & Doctores, & dicta Ias. ascripsit sibi quidam apostillator ad Abb. uel econtrà, sed iudicio meo uterque de-
359 cipitur. Est uerum † quòd clausulæ, supplentes, & c. & ex certa scientia non tollunt uitium subreptionis secundum Abb. ut ibi dixi, & Ioan. Andr. in cap. inter dilectos. allegatus per Abba. etiam non ponit limitationem ratione subreptionis, quando dicitur, siue tenuerit, siue non: sed solùm quando dixit, Donamus, & con
360 cedimus. Et † an quando confirmatio facit mentionem priuilegii teneatur producens confirmationem, etiam parte petente producere priuilegium uide Abb. in d. cap. inter dilectos. & ibi Felinum columna quinta, uersicu. & iuxta hæc. Ias. in Authentica, si quis aliquo columna penulti. & fin. C. de ædendo. & in dicta l. more. & est notabilis quæstio. & in qua Ias. in dicta Authētica dicit quod eum multi sæpius consuluerunt: uerùm aduerte quòd in terminis Ias. quæstio non uidetur habere difficultatem quia si princeps concedat mihi ex priuilegio aliquid sicut prædecessor suus concesserat, confirmando ꝙ ille fecerat, adhuc ualet hoc priuilegium, non ostensa alio priuilegio. cap. Abbate. & ibi gloss. de uerborum significatione. gloss. in c. priuilegia. tertia distinctione, & alibi sæpè. & Roman. consilio trecentesimotrigesimosexto, circa medium. imò non solum hoc procedit in priuilegio, sed etiam in qualibet dispositione, ubi disponens intendit disponere, ut per Felinum in cap. secundo colu. 5. de rescriptis, & fuit declaratio Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo, prout. & ponit Ias. in leg. si testamentum. C. de testamentis. Sic ergo ubi cōfirmatur priuilegium, uel aliud, dicatur, sicut prout & similia; non est necesse ostendere rem relatam, multò minus necesse erit in casu formatę quæstionis, ubi simpliciter confirmatur tale priuilegium, & res penes me clara est, sed debet intelligi secundum Iasonem latè ibi quando in confirmatione inseritur tenor primi priuilegii, aliàs secus. pro hac opinione, adde gloss. 1. quæ multum facit in c. uenerabilis de confirmatione utili uel inutili. ubi uide omnino, & Abba ibi: pro hac opinione, adduco etiam ꝙ licet adsint prędictæ dictiones, tamē si tex non est incertus ualet confirmatio, etiam

alio non constito, dato quòd res confirmata fuisset nulla, & idem est quando ex certa scientia fit confirmatio, ut not. per Ab. in c. examinata. circa finem. de confirmatio. utili uel inutili. & Alexan. consilio primo, in quinto uolumine, colu. ix. Princeps

361 † concedit priuilegium ciuilitatis in ciuitatibus dominij sui forensi, & habitanti extra dominium, sed habenti bona in ipsis ciuitatibus, & uult ut possit acquirere, succedere, & omnia facere in ipsis ciuitatibus, ac si esset ciuis originarius, & antiquus ipsarum ciuitatū, in omnibus, & quo ad omnia, facitque eum ex iurisdictione ipsarum ciuitatum, & cum clausula nō obstantibus quibuscunque statutis & decretis, maximè statuto ut qui non sunt subditi, non gaudeant statutis ciuitatum, quod etiam est iuris communis. l. fin. C. de summa Trinita. & fide catholica. & decreto ut immobilia non possint alienari etiam per ultimam uoluntatem in non subditos in ampla forma. Quæritur an iste erit subiectus ipsis ciuitatibus, & gaudere poterit beneficiis, & statutis, quibus gaudent ueri ciues, ꝙ sit factus subiectus, patet dum clarè eum facit ex iurisdictione ciuitatum quod sufficit ad hoc, ut sit subditus, ut per Decium consilio 273. colu 6. patet etiam dum facit eum ciuem, & non secus ac si esset originarius, &c. leg. 1. C. de municip. & origin. lib. 10. & in l. ciues. cùm ibi not. C. de incol. cùm similib. & hoc pro absoluto habet Alexand. in l. si Ruffinus. col. 2. uers. & ideo si posteà efficiatur subditus. C. de testamen. milit. An autem gaudere possit beneficiis & statutis, uide Ias. in l. adoptionem. §. patronum. ff. de in ius uocan. ubi tenet gaudere posse quando est factus ciuis in omnibus, & per omnia, uel dispositum, ut habeatur pro ciue, & sit ciuis. idem Barto. in l. si maritus. §. primo. ff. de adulteriis. ubi tamen restringit hoc, quando ciuilitas esset concessa à communitate ad beneficia communitatis, non principis, & sequitur Imol. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. Tamen non loquuntur ubi uerè esset factus ciuis, quia eo casu ueniunt in consequentiam quælibet priuilegia, etiam principis. sic est ex mente Bartol. Imol. & non est dubium in casu suprà posito, quin ille forensis ita priuilegiatus, uti narratui gaudeat omnibus statutis, & ordinibus fauorabilibus, quia expressè priuilegium illud dicit, Doctores uerò loquuntur in dubio. Et an teneatur talis ciuis ad onera, & ligetur statutis odiosis, uide Alexan. latè disputantem hoc in d. leg. si Ruffinus. qui concludit quod etiam si priuilegio sit concessa forensi ciuilitas, tamen efficitur (ut dixi subditus) & consequenter tenetur ad uectigalia & onera ciuitatis, quia non est odium, sed ex natura rei concessæ, id est ciuilitatis, cui est annexū hoc onus, allegat Bald. in l. quod fauore. C. de legibus. in septima oppositione, & Paul. de Cast. in l. si duo. ff. de acquirend. hæred. & ibi post Paul de Cast. dicit quod qui acceptat ciuilitatem in loco, censetur se obligare oneribus loci, etiam si illa ignoret, & hoc posito ꝙ sit sibi cōcessa ex gratia speciali, & ob eius mœrum fauorem, & hanc partem sustinet, licet aliqui tenerent, aliter quando ex priuilegio esset concessa ciuilitas, quia dicebant debere intelligi quo ad fauores, & non quo ad odia. Et aduertendum est non esse differentiam, an creatio ciuilitatis dicat, habeatur pro ciue, siue tractetur, ut ciuis an uerò sit ciuis, quia utroque casu dicitur uerè ciuis. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucapionibus. in tertia quæstione principali. ad finem & Alexan. in d. l. si Ruffinus, colum. fi. ubi omnino uide Alexan. tamen ibi, in ea col. fin. facit differentiam quo ad hoc, an creatio ciuilitatis dicat, sit ciuis simpliciter, uel habeatur pro ciue, an dicat habeatur pro ciue, siue sit ciuis in omnibus, & per omnia allegat Angel. ut per eum Addo ad confirmationem quæ dicit Ias. in dicto §. patronum, circa beneficia est tamen aduertendum quod quando princeps concedit priuilegium forensi, sicut dixi in casus positione quem clarescit princeps non esse habitaturum in ciuitatibus suis, & cōcedit ad eum honore afficiendum, & non onerandum, tunc etsi non soluit onera personalia, de quibus oneribus infrà dicam, tamen non desinit esse ille de quo in eo priuilegio, & quin eo possit uti, iuxta di-

362 cenda infrà, quando † talis ciuis non soluit onera, an desinat habere effectum ciuilitatis, & ratio est, quia non fit ciuis absolutè, sed secundum quid, id est, quo

ad

ad commoda, fit enim ciuis, & de iurisdictionibus ciuitatum non absolutè, sed quo ad effectum acquirendi, succedendi, statutisque circa acquisitionem utendi, & ideo non sequitur, ut idem sit, etiam quo ad soluenda onera, quæ sunt ex natura ciuilitatis, cùm ciuilitas ipsa, ut dictum est, non sit data absolutè sed quo ad quid, quo casu non dicitur propriè ciuilitas secundum Bar. in d. l. is qui pro emptore. bene sequitur quidem in eo ꝙ fit ciuis, & ex iurisdictione, quo ad succedendum, & acquirendum, & statutis utendum, ut circa ea seruetur natura rei concessæ, id est, ut masculus succedat non existente fœmina, ipsa sola existente succedat ipsa, prout statutum uult, & sic de similibus per regu. l. si duo. ff. de acquiren. hæredi. ubi Bald. per illũ textum dicit quòd qui facit actum, dicitur se astringere legi loquenti de illo actu, & ideo Paul. de Cast. ibi dicit quòd qui acceptat ciuilitatem, uidetur se astringere oneribus illius ciuitatis, & hæc sequitur Alexan. consil. 103. in tertia columna, uolum. secundo, & Felin. in cap. cùm inter. colu. 7. de exceptionibus. Est tamen aduertendũ circa prædicta ad uerba Bartol. in d. l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. dum facit differentiam quando ciuitas, iuxta statutum suum, creat quem ciuem: uult enim Bart. quod si ciuitas obseruat statutum, & dicit quod sit ciuis per omnia, tunc uerè sit ciuis, aliàs secus, sicque confirmat prædictas opiniones, & declarat. Et quia dixi suprà quod tenetur ciuis factus ex natura ciuilitatis ad onera, dic eum teneri ad personalia, & etiam mixta, quæ imponuntur ratione subiectionis personæ, non ad mœrè patrimonialia, l. 1. C. de mulieribus, in quo loco munera sexui congruentia, uel honores agnoscant. lib. decimo. l. cùm neque. C. de incol. cùm ibi not. eodem lib. & l. rescripto. §. fin. ff. de muneribus & honoribus. & quia dixi teneri ad onera etiã incognita. Adde ad hoc Alexan. in d. consilio 103. in secundo uolumine, circa quartam columnam. Felin. in cap. quoniam. colum fi. de offic. ordin. & Alexand. 2. uolum. consilio 157. colum. 4. & ibi dicit etiam ꝙ habitatio non est necessaria, ad hoc quòd quis subire teneatur onera in loco etiam personalia, per dictam l. primam. & alia ut per eum. Et an qui onera non sustinet factus ciuis & priuilegio, & uerè ciuis factus iuxta prædicta, gaudeat priuilegiis, & statutis ciuitatis, credo non gaudere, quã do statutum dat formam, ut emat sibi domum, uel possessionem, quia hoc dicitur absque dubio ad hoc. ut onera sustineat, & absolutè etiam quando simpliciter est à communitate in ciuem acceptatus, & aggregatus, opinio communis est, ut non gaudeat, ita Alexan. attestatur in rubrica, ff. solu. matrimonio. & licet opponat hoc

363 procedere in municipe † qui non dicitur propriè talis, nisi subeat onera. l. 1. in principio. ff. ad municipales, & non in ciue, qui etiam dicitur ciuis propriè quamuis onera non sustineat dicta le prima, & ibi Barto. expressè, Tamen ueritas est in contrarium, quia ciuis propriè non dicitur si onera non sustineret, ut per Soccin. in dicta rubrica, colum. 3. Est tamen uidendus Bald. in l. si non speciali. colum. penult. C. de testamentis. quem refert & sequitur Ias. in hac materia in d. l. is qui pro emptore. ubi uult contrarium, quando esset factus ciuis in omnibus, & per omnia. Tamen sequor communem quę est in contrarium. Quando ciuis ex priuilegio habeatur pro uerò ciue, uide Alexan. in d. l. si is

364 qui pro emptore. in apostil. Et † quomodo contrahatur ciuilitas, uide Alexan. consi. 20. colum. fi. in secundo uolumine, & eodem uolumine, consilio pręallegato 157. colum. 6. Felin. in cap. Rodulpdus. colu. 7. de rescript. Bar. in d. l. si is qui pro empto-

365 re. ubi uide. Et † quando ciuis teneatur etiam ad detrimenta. Ias. in d. l. si Ruffinus. ubi facit regulam, & 6. fallentias, & sem-

366 per aduerte † ꝙ ciuilitas concessa patri, & filiis, siue descendentibus, debet esse acceptata per filios & descendentes, alioquin non ligat eos. Anchar. consilio 168. colum. 2. & dixi suprà, sub titu. de foro competen. in materia decreti Mediolani de maiore magistratu, ubi plura habes de ciue, ad quod uide Paul. de Cast. in l. 1. C. de patribus qui filios suos distraxerunt. & quando dicitur quòd debent tractari in omnibus, & per omnia uti uices, uide Soccinum consi. 1. colum. 2. de materia etiam uide Soccin. consil. 11. Barto. consi. 62. Anan. consi. 82. circa finem. plenè

Bald. tertio uolumine, consilio 491. & 5. uolumine. consilio 409. Cuman. consilio 178. colum. 3. circa finem. & Socin. consilio 289. colum. 4 & quia dixi supra quod oportet sustinere onera ad hoc, ut ciuis ex priuilegio gaudeat priuilegiis ciuium, uide Brun. in tracta. quod extantibus masculis, &c. in 6. artic. quæst. 1. col. 2. uide etiam ad prædicta Barba. in leg. 1. in pri.
367 col. 25. ff. de uerb. oblig. uide etiam † an concedere ciuilitatem sit ex reseruatis
368 principi. Et † an communitas possit eam concedere. Alexand. in leg. neque stipendium. ff. de impe. in reb. dor. fac. & ibi etiam aliqua tractat ex prædictis. Addo
369 † etiam quod in dubio quis præsumitur ciuis illius loci in quo est. Feli. in dicto ca. quoniam. colum. 2. in princ. de offic. or-
370 din. Et † de pluri. specie ciuium uide Bald. 1. uolumi. consilio. 460. col. 2. & quis dicatur propriè ciuis uide Soci. consilio. 129. col. 3. & sequen. & quæ allegaui su-
371 prà, in tit. de foro compet. nu. 26. Et † an differat eius Mediolanensis, siue Patauinus, & Mediolanensis, siue Patauinus absque eo quod dicatur ciuis Patauinus. uide Bartol. in leg. prouinciales. ff. de uerbo. sig. ubi uult ut cùm dico Perusinum intelligatur origine, uel domicilio, & uide omnino Bald. in l. sed reprobari, in princi. ff. de excusat. tutor. Bartol. & Doct. in dicta rubri. ff. soluto matrimonio. & in l. 1. ff. ad municipal. & cùm dico de Perusio, siue de Mediolano, intelligo secundum communem usum loquendi, ratione originis, non domicilii, sic Bart. in d. l. prouinciales. in fi. Idem Alex. in 2. uolum. consilio 149 circa principium. Bart. tamen aliter tenet in tracta. repræsal. in 1. quæst. principali.

372 Princeps † si contendit cum alio de iurisdictione castri, an interim possit exercere iurisdictionem in illo castro, uide Bart. in l. si post litem. uersi sed quæro. ff. de except. qui decidit non posse, nisi quo ad ea quæ sunt tempore peritura, ubi tamen bona fide iudicium motum sit, & idem si contra rectorem Ecclesiæ agatur, quia interim rector non potest exigere fructus secundum Ang. ibi, Contrarium tamen quo ad rectorem tenet Bald. in l. emptorem, colum. 2. uersiculo, pone, quidam tanquam prælatus. C. locati. & sequitur Ias. in §. pro iudiciales. colum. 2. de actionib. & ita uideo seruari quando rector est in possessione muneris illius exercendi. est materia l. si urbana. ff. de conditione indebi. Quo ad iurisdictionem quando dominus esset in possessione iurisdictionis, uideretur mihi mirum quod deberet supersedere ab exercitio pendente quæstione super iurisdictione, & satis hoc apparet ex illa quæstione, An quando seruus ex seruitute, & quasi possessione seruitutis in qua est, petit se liberum pronuntiari, interim possit cogi ad præstanda debita seruitia, & gloss. uult posse in leg. lite. C. de liberali causa. Nam tunc interim habetur pro seruo, secus quando ex libertate Dominus uellet eum in seruitutem uendicare, & ita intelligit dictam l. lite. uide l. ordinata. in principio. ff. de liberali causa. & not. in §. præiudiciales. Institut. de actionibus. Bartol. tamen in dicta l. si post litem. loquitur in possessore, & non reperio contradicentes Bartolo, & satis Iason eum sequitur in dicto. §. præiudiciales. columna secunda. & in quæstione serui de statu litigãtis, ipse etiam habetur pro libero, quando ex possessione seruitutis petit se declarari liberum esse, ita ut cessare debeant interim obsequia debita, & intentari particulares lites. leg. seruum quoque. §. eum quoque. ff. de procur. & dicta l. ordinata in gloss. quæ allegat dictam leg. seruum quoque. & quia in effectu Bartol. in dicta leg. si post litem. redigit rem
373 ad materiam, An † iudicium sit super uniuersali, & tunc cessent quæstiones particulares, & an uerò super particulari, & secus sit. Ideo si uis scire quid sit uniuersale, siue inter uniuersalia, uide Bart. in rubrica. ff. soluto matrimonio. circa finem. & idem quod Bartol. in dicta l. si post litem. dicit idem Bartol. in leg. si quis libertatem. ad finem. ff. de petitio. hæreditatis. & facit ad
374 opinionem Bartoli, † quòd si est contentio inter duas ciuitates de mœro imperio. non licet alteri earum lite pendente erigere furcas. Ita Bald. in l. 1. C. ut nem. liceat sine iudicis authoritate. & sequitur Iacobin. in tractatu suo feudor. in glossa, cum mœro. & mixto imperio. columna 1. Bartol. etiam in dicta leg. si post litem, expresse sequitur Angel. ubi uide in dicta l. si quis libertatem. §. quotiens. columna fin.

Imol.

Imol. & Paul. de Castro in dicta leg. si post litem. Est tamen aduertendum, quòd loquitur Bart. quando est quæstio, quis sit dominus in iudicio uniuersali: secus si dominus haberetur, sed tamen priuatus propter aliquam culpam, ut quia seruus diceret dominum esse nimis seuerum, iuxta l. si dominus, in princip. ff de his, qui sunt sui uel alieni iuris. uel feudatarius diceret sibi denegatam inuestituram, iuxta textum de forma libelli. cap. 1. in fine. & qualiter dominus proprietate priuetur, & Bald. in cap. 1 quibus modis feud. amit. col. 4. Nec obstat glossa in. §. præiudiciales. Institu. de actio dum ad ostendendum quare dicantur præiudiciales, allegat rationem Ioan. nec etiam notata per Angel. in dicta l si quis libertatem. §. quoties. columna fi. ibi, in omnibus. quia non negatur, licet omnes aliæ lites cessent, quin quæstio loquatur, sicut dixi. Item donec pendet hæc quæstio, remanet dominus, sicut & notarius, qui falsi arguitur, interim tamen perseuerat in quasi possessione rogandi instrumẽtá. Bartol. & Doctores in l. Barbarius. ff. de officio præsid. & sententia fertur priuatiua. loquor quando dicitur, quòd est priuandus. Verum dubium magis posset oriri, quando esset quæstio, in qua ipso iure esset priuatus, & sententia deberet esse declaratoria. Item est aduertendum, quòd differentia Bar. qui loquitur in castro, cui cohæret iurisdictio, utrum principaliter
375 † disputetur super dominio, an super iurisdictione, uidetur erronea. Quia licet principaliter disputetur super dominio, tamen quando iurisdictio cohæret castro, si feratur sententia super dominio, etiam uenit iurisdictio. Nam etiam uendito castro, cui cohæret iurisdictio, uenit ipsa iurisdictio, ut per Iacob. in glos. cũ mæro. & mixto imperio. & habetur in l. imperium. ff de iurisdic. omnium iudic. & in l. 3. in princi.
376 ff. de acquiren. poss. Princeps † si fratrẽ uel alium appellat pariter principem in eodem dominio, in quo ipse est princeps, sibi præiudicat quo ad dominiũ & possessionem respectu illius, Card. in c. fi. §. 1. de senten, excommu. & ibi Imol. in fi. & idem Card. in cap. per tuas. de probat. Princeps
377 † solus rescribit appellatione remota. l. 1. in fi. ff. à quibus appel. non licet. & ubi ita rescribit, intelligitur de friuola ca. pastoralis in princip c. ut debitus. de appellat. c. super. eo de officio delega. & c. licet. de offic. ordi. Sicut etiam intelligitur clausula. Recusatione remota, ut per Iaso. in l. apertissimi. col. 4. C. de iudic. & non solùm friuolas tollit hæc clausula, sed etiam omnes alias ex legitima causa interpositas, quando tamen causa non reperitur in specie expressa in iure, & hoc ut aliquid operetur, & ideo solùm illæ non uidentur sublatæ, quæ à iure expresse sunt approbatæ puta, quia reperiatur expressè cautum, ut ex illa causa liceat appellare. d. c. pastoralis in prin. nisi tamen diceretur, Omni appellatione remota: quia absolutè tunc omnis uidetur reiecta, cùm princeps possit tollere appellationem. d. l. 1. in fin Abb. & Deci. in rubr. extrà, de appellat. & per Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. in 19. colum, uersic. sed hæc declaro duobus modis. Sed aduerte, quia secundũ Hostien. & Doctores relatos per Perusin. in dicto cap. pastoralis. ad finem prin. in uersic. nonò & ultimò quæritur. Causa dicitur à iure hoc casu approbata, quando in iure reperitur eo casu in specie permissa, posito quòd ius aliter non loquatur, quando appellatio esset prohibita. Nam ex quo iura permittunt appellationem, ex illa causa grauamen uidetur notorium: & sic nihil operatur clausula, Appellatione remota: imò nec clausula, Omni appellatione remota: quia grauatur notoriè potest appellare, licet esset in rescripto omnis appellatio remota. glossa notabilis iuncto textu in cap. ex conquestione. de restitutio. spoliatorum. Abba. in dicto cap. pastoralis. in principio, columna penultima. Decius tamen ibi columna quarta tenet contra communem. Tollit tamẽ hæc clausula omnem appellationem, quando esset apposita ex conuentione partium, Perus. in dicto cap. pastoralis. in principio, columna quarta, uersic. & hoc. idem Felin. in cap. pastoralis. §. fin. columna prima, de officio de leg. Et quia appellatio operatur effectum qui suspendit, & deuoluit, ut per Abba. in dicta rubrica extrà, de appellationib. quando prohibet princeps appellationẽ, loqui uidetur quo ad utrunque effectum, ut per Deci. in dicta rubri.

columna quarta, uersi. secundò principaliter. & iudex à quo non tenetur deferre appellationi: uerum tamen est, quod uia quærelæ poterit adiri superior, qui poterit reuocare grauamen illatum uia quærelæ. Ita intelligo textum in dicto cap. pastoralis. in prin. in uersi. sed si appellans. & ita Dec. in eo cap. columna quarta, uersi. in tertia quæstione. Et dum dico principem solum posse rescribere cum hac clausula, intelligo de Cæsare uel Pontifice: alii uerò inferiores, qui cognoscunt superiorem, non possunt ita describere uel statuere, ut per Decium in dicta rubrica, & in dicto cap. pastoralis. colum. prima & secunda. Et quid de inferioribus à principe, qui habét perpetuam iurisdictionem, ut sunt Marchiones & Duces, unde textum in dicta l. 1. in fine. qui satis clarè, ut nó possint. Bal. & Pau. de Castro uolunt oppositum relati per Felinum in cap. primo, de rescript. columna secunda. & Dec. in dicto cap. pastoralis. columna secunda, uidetur esse in hac opinione: Tamen Decius in dicto cap. 1. tenet cótra hos per illum textum, & ita ego teneo, quod inferior à principe, qui recognoscit superiorem, non possit ita rescribere. Et fundamentum est in conclusione communi, quæ habet, ut inferior à principe non possit tollere ius tertii etiã cum causa, ut per Doctores in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutionib. Alexan. consilio primo, in quinto uolu. Et hanc rationem assignat gloss. in cap. fin. de hæretic. in sexto. Et de inferiore à Papa, res nó habet dubium, quod non potest, per dictam glossam. Secus autem uidetur in inferiore à seculari. Et quod dicitur non posse rescribere inferiores à principe cum hac clausula, Appellatione remota, idem dicitur de aliis clausulis tollentibus legem superioris, ut est clausula, Summariè, & facti sola ueritate attenta, & simil. ut dixi suprà sub hoc titulo. in uersi. domini infeudati. & de omni effectu clausulæ, Appellatione remota, uide per Perusin. ubi suprà in dicto cap. pastoralis. & ibidem per Decium. Aduerte tamen, quòd etsi inferior non possit rescribere cum clausula, Appellatione remota: tamen potest, quando partes consentirent tali commissioni. quod probo. quia possent partes solæ renunciare appellationi. l. fin. §. fin. C. de tempor. appellatio. ergo magis iudice. Et faciũt quæ suprà proximè dixi, quando ex conuentione apponitur clausula hæc.

378 Princeps † si fert sententiam, ab ea nó appellatur, dicta l. 1. in principio. ff. à quibus appellare non licet. & 9. quæst. 3. cuncta per mundum. & quid de sententia consilii Regis Francorum, & aliorum non recognoscentium superiorem, uide Perus. in rubr. extrà, de appellationibus. Et quid de habentibus perpetuam iurisdictionem, dato quòd recognoscant superiorem, ut sunt Comites, Duces, & Marchiones, uidetur licitam nó esse appellationem: quia omne illud, quod statuunt, habet uim eiusdam legis. Bal. in proœmio Digestorũ, in secunda columna, in l. 1. ff. de officio præfecti prætorio. in fine. Paul. de Castro consilio 227. super dubio. in fine. Abbas tamen uidetur tenere contrarium consilio sexagesimoprimo, in primo uolumine. Sed Felinus componit eos in cap. quæ in ecclesiarum. in columna duodecima, uersic. 49. de constitutionibus. & ita Alexand. consi. 1. in 2. columna, in quinto uolumi. Prin-

376 ceps † an possit uiuo uasallo disponere de feudo, ita ut posteà mortuo ipso uasallo sine prole, ualeat inuestitura, uel conualidetur? Et dic non ualere ullo tempore uti ambitiosam, nisi ille reperiretur in possessione mortuo uasallo, uel nisi inuestitura esset facta in casu mortis uasalli, uel quo decederet sine filiis & descendentibus. Hæc & alia plenè habes per Deciũ consilio 144. colum. 1. & 2. & decis. Neapolita. 292. ubi uide. & est textus de hac quæstione in titu. quo tempore miles. § si quis

380 fecerit inuestituram. Reliqua † in materia principis uide per Mar. Lauden. in tractatu de principe, sed de eius consiliariis, senatoribus, officialibus, & militibus, ac de priuilegiis principis. & per Cors. in in tractatu, de quo suprà, de potestate regia. & uide breuibus de potestate principis, & de reseruatis ipsi principi. Et deinde in specie, de reseruatis & potestate Papæ, Bald. in l. rescripta. colu. 2. uersic. not. ergo hic aliqua. C. de præcibus Imperatori offerend. & ibi habes nouendecim capita, in quibus princeps solus habet potestatem, & infinita, in quibus Papa solus. uide

etiam

etiam Baldum in l. prima. C. de iure aureorum annul. ubi ponit multa, quæ permissa sunt soli principi propter excellentiam, & amplè per Afflict. in titu. quæ sint regalia. in princip. in usibus feudorum. ubi ponit. 126. casus reseruatos soli principi. Ponunt etiam Bal. & alii in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudic. Felin. in c. cùm nobis.
381 col. 3. de præscrip. ubi etiam † dat signa ad cognoscendum, quæ sint reseruata soli principi. & latius Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & ibi habes de potestate principis, & Papæ, tam in iure diuino, quàm gentium, & dominio rerum nostrarum, & de reseruatis principi soli, & quando ueniant in concessione generali, dicam infrà in tit. de regaliis. ubi uide. Omittenda tamen non esset dubitatio in hac
382 materia principis, † an possit princeps alienare iurisdictiones, & regalia, de quo uide Afflict. in tit. quæ sint regalia, in rub. in quinta quæst. Et conclusio est, ꝙ non possit, quando alienatio tendit in magnam diminutionem dominii sui. Bartol. in l. prohibere. §. planè. ff quod ui aut clàm. Deci. consilio 191. columna prima. Alexand. omnino consi. 1. colum. 5. uolu. 5. Et dicam latè in dicto titu. de regaliis. In præsentia tamen scias, ꝙ quæstio hæc minus dubium habet in donatione, per quam transfertur omne dominium, quàm in feudo, per quod solùm utile transfertur, iuxta latè notata
383 in articulo, † quomodo cognoscatur feudum à donatione, de quo per Iacobin. in sua inuestitura, char. 8. col 1. & 2. & Ias. in præludiis feud. colum. 6. & seq. Per donationem etiam transit in fœminam: quod non est in feudo regulariter, Dec. consilio 207 columna 2. in principio.
384 Et † an alienatio regalium, licet nó tendat in magnam diminutionem, saltē quo ad successorem non ualeat, iuxta dictum Bal. in cap. 1. §. amplius. de pace Constan. qui ita uult, & eum sequitur Felin. in cap. 1. de probatio. uersic. quarto. & Brun. consilio 2. columna nona, uersic. considerari. & consilio 11. col. 8. & Afflict. in dicta rub. de regaliis. in d. quinta quæst. dicam & concludam in ea materia regalium, ubi omnino uide.

Tit. de Fisco, & priuilegiis eius.

SVMMAE.

1 *Fiscus quid sit.*
2 *Respublica & fiscus an sint idem*
3 *Camera fiscalis, & camera siue patrimoniũ principis non sunt idem*
4 *Priuilegia eadem habet princeps, Augusta & fiscus.*
5 *Fisci priuilegia ubi tractentur.*
6 *Fisci etymologia.*
7 *Ciuitas non habet fiscum, & non quærit sicut fiscus, nisi haberet ex priuilegio uel præscriptione, cuius initii memoria non extaret & quid de feudatariis.*
8 *Ecclesia uniuersalis habet fiscum, non particularis, ut episcopi.*
9 *Iura loquentia de sacerdotibus, & rebus sacris, satis habent locum in fiscalibus & republica ciuitatis.*
10 *Camera fiscalis & principis sicut sunt diuersa, ita diuersos habent iudices.*
11 *Reus tenetur ædere fisco ad fundandã illius intentionem in ciuilibus, non in capitalibus, nec in criminalibus.*
12 *Subtraxisse præsumitur fisco instrumenta ad fiscum pertinentia, qui illa non exhibet.*
13 *Bona fisco spectantia ut inueniantur, proceditur per inquisitionem.*
14 *Bona quot modis ad fiscum pertineant.*
15 *Delatorum officium.*
16 *Delatio fieri potest usque ad uiginti annos, sed ex ordinibus Mediolani restrictum est tempus, & quare.*
17 *Defert quis interdũ aliũ, interdũ seipsum. et quæ differẽtia sit inter tales delationes.*
18 *Proceditur de facto & ad capturam debitorum in exactionibus pro fisco.*
19 *Literæ in forma cameræ quid prosint.*
20 *Feriato tempore proceditur in causa fiscali.*
21 *Fiscus restituitur aduersus omissas probationes, allegationes, appellationes, contractus, & quòd possit probare. licet didicita sint testificata.*
22 *Fiscus semper uidetur apponere pactum addictionis in diem. tà in locationibus, quã in uenditionibus.*

23 Sententia contra fiscum lata sine præsentia aduocati ipsius fisci, est ipso iure nulla. & nouissimè Mediolani ordinatum est, ut non sufficiat citatio, secus si contra priuatum lata sit. Et supra titulo, de sentent numero 18 & titu. Si aduersus rem iudic. restitut. in integ postuletur. numero 6.

24 Fiscus secundus creditor præfertur primo in bonis quæsitis post contractum cum fisco: in bonis uerò quæsitis ante præfertur primus siue habuerit specialem siue generalē hypothecam.

25 Fiscus an præferatur in hypotheca tacita uel expressa, an uerò mulier, maximè quādo instrumenta eodem die facta sunt, & nō apparet quod præcesserit?

26 Hypothecata tacitè sunt bona omnia eorum, qui censentur fisco, & communitati, etiam pro collectis.

27 Bona catastrata possunt uendi pro collectis non solutis, & pœnis impositis.

28 Venditio si legitimè facta sit per subhastationem non potest res uendita recuperari à domino soluente collectas.

29 Hypothecam tacitam licet fiscus uel communitas habeat, non tamen sic habet soluens fisco.

30 Statuta communitatum ut plurimum cauēt, ut omnia bona intelligantur tacitè hypotecata pro oneribus. & an talia statuta præiudicent ecclesiæ?

31 Hypothecata fiscus habet tacitè bona eius, cum quo contrahit, etiam si expreßè sibi non caueat.

32 Fiscus habet hypothecata bona suorum administratorum.

33 Fiscus potest exigere debita sua etiam ante diem.

34 Fiscus primus creditor cum hypotheca repetit solutum posteriori creditori, & an priuatus creditor idem poßit?

35 Fiscus non conuenitur, nisi in subsidium, à creditoribus hæreditariis, uēdita per eum hæreditate, licet in priuato sit secus.

36 Fiscus non tenetur de euictione ultra simplum.

37 Fiscus non potest uendere habita fide de prætio, sed solùm soluto prætio.

38 Fiscus non potest alienare nisi cum subbastatione legitimè facta.

39 Fiscus ratione partis totum alienat, etiam si minimam partem habeat.

40 Fisci contractus habent uim legis.

41 Emens à fisco tenetur stare colono.

42 Donatarius uel emens à fisco statim est securus, & solum à domino potest agi contra fiscum infra quatuor annos.

43 Fiscus habet suos iudices, licet sit actor non habita ratione fori rei. & idem inter priuatos si causa pependit à fisco.

44 Instantia non transit in fiscum.

45 Instantia an transeat in fiscum in causa appellationis?

46 Fiscus quando succedit aliter quam ex publicatione, an utatur iure priuati quo ad instantiam, ita ut non transfert in eum?

47 Appellare debitor fisci condemnatus nō potest, si sit manifestè conuictus, & idē in debitore priuati patrimonii principis.

48 Appellari potest à sententia lata super publicatione bonorum hæreditatis uacantis, & quæ pertinet ad bona, quæ indignis auferuntur.

49 Fiscus potest uendicare ab officiali empta per eum pecuniis domini.

50 Officialis emens prædium durante officio, non præsumitur emisse ex pecuniis domini, nisi quando debuit statim restituere pecunias, & non restituit, sed mercatus est, uel debuit certo termino dare et nō dedit.

51 Fiscus lapso quadriēnio, non potest possessorem molestare, quando hæreditas denuntiata est illi spectare, ut uacans, uel ex indignitate. & quid in bonis uniendis ob uectigal non solutum.

52 Publicatio tollitur quinquennio ante deuolutionem ad fiscum & publicationem.

53 Decretum Mediolani uult ut bona statim sint publicata, & unita fisco à die commissi delicti.

54 Vectigalia & angariæ telluntur consuetudine non soluendi, & præscriptione quadraginta annorum contra fiscum, non contra priuatum, nisi solueretur in recognitionē uniuersalis dominii, quia tunc non præscrībitur ullo tempore.

55 Præscriptio centum annorum nunquam intelligitur esse exclusa.

56 Subiectionis signa non præscribuntur.

57 Præscribi possunt taxæ equorum, census salis, dobana. & similia, quia inuenta sunt ad protegendos subditos, non in signum subiectionis.

58 Cēsus præstatio nō arguit subiectionē hodie.

59 Præ-



Icturus in præsentia nōnulla de fisco, in pri-
1 mis † quærendum est, quid sit fiscus: de quo dic ꝙ primò erat crumena, & diuitiis crescētibus transiuit in saccum, & illis adhuc magis crescentibus transiuit in domum, quæ ærarium, interdum etiam camera nuncupatur, ut per Salicet. in rubrica. C. de priuileg. fisci. & & doctè more suo per Alciatum in l. inter publica. super uerbo, fiscus. ff. de uerborum significat & quid sit, & contineat siue crumena sit, siue camera, uide Baldum in leg. 1. C. de hæreditate uel acti. uend. Alber. in rubrica. ff. de iure fisci. in principio glo. & Docto. in rubr. C. de iure fisci.
2 An † respublica & fiscus sint idem? Dic ut per Ioannem de Platea in rubrica. C.
3 de iure fisci. columna 1. & 2. An † camera fiscalis & camera siue patrimonium principis sint idem? Dic no esse, ut per Bald. in dicta l. 1. colum. 2. ubi uide, & Alberic. ubi suprà, & Ioan. de Platea in dicta rubrica.
4 colum. 2. Habent † tamen princeps, Augusta, & fiscus eadem priuilegia l. fiscus cùm in priuati. §. fi. ff. de iure fisci. Sali. in l. fi. colum. penul. C. de priuileg. fisci. glossa in dicta rubr. C de iure fisci. & uide omnino Ioannem de Platea ibi, columna secunda.
5 Et † ideo in priuilegiis fisci etiam recurras ad priuilegia principis, de quibus per Iacobin. de Sancto Geor. in sua inuestitura in uerbo, princeps Pedemontium. colum.

tertia & sequenti. & de quibus dixi satis
6 sub titulo praecedenti, de principe. & † de etymologia huius uerbi, fiscus, uide Ioan.
7 de Plat. ubi suprà. An † ciuitates habeant fiscum, & sic an quemadmodum fiscus multis modis quaerit, iuxta l. 1. in principio. ff. de iure fisci. ita & ciuitas? Dic non habere, nisi priuilegio, uel praescriptione tanti temporis, cuius initii, &c. quaesiuisset, Ioan. de Platea, ubi suprà, col. 3. ubi omnino uide. Fan. in tractatu de pignor. in quarto membro secundae partis, uersi. item intelligе. char. 43. colum. 1. & Martin. in tractatu de principe. in titu. de fisco, conclusione quarta. & Bart. in l. 2. ff. de iure fisci. & in l. 1. C. de bonis uacantib. Mar. in dicto titu. de principe, conclusione 64. ubi uide. Alexand. in consilio 13. colum. 4. uolum. 8. & ita similiter est dicendum de feudatariis,
8 Quid † in eclesia, an habeat fiscum, uide Alber. in dictionario in uerbo, fiscus. Ioã. de Platea, ubi suprà, colum. 3. Et conclusio est eam habere, loquendo de uniuersali ecclesia: sed aliud in episcopo, ut ibi, & per Salic. in rub. C. eod. in fin. & Mart. ubi suprà, in tit. de fisco, conclus. 95. & subdit
9 Ioan. de Plat. ubi suprà, ꝙ † iura loquentia de sacerdotibus, & rebus sacris, habent locum in fiscalibus & republica ciuitatis, ut per eum. Dixi, quòd camera fiscalis & prin
10 cipis sunt diuersa. Dic † ꝙ quemadmodum sunt diuersa, ita etiam diuersos habēt iudices, ut per Cyn. & alios in l. procurator. C. de aedendo. & quae sit differentia inter titul. de iure fisci, & titul. de priuilegio fisci. Dic ut in glossa in dicta rubrica. C. de iure fisci. & ibi per Plat. Sed descendendo ad priuilegia fisci, maximum est ipsius
11 priuilegium. Quòd † licet actor debeat esse instructus. l. si quando. C. de dilationibus. & proprias probationes à seipso adducere. l. nimis graue. C. de testibus, & c. 1. de appellationibus. in sexto. Et hac ratione reus non teneatur ędere actori ad fundandam eius intentionem. l. prima. & ibi Doctores. C. de aedendo. Bartol. & Doctores in l. fina. C. eodem, tamen reus tenetur ędere fisco actori. l. secunda. §. diuus. *el primo*. ff. de iure fisci. in uersiculo, item diui fratres. loquor in ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus fisco accusatus nihil tenetur aedere. Bartol. in dicto §. diuus. Alexan. consilio 132. uisa facti naratione. columna finali, in primo uolumine. & ita sentiunt Doctores generaliter loquendo: ueruntamen textus in dicto. §. diuus. solùm uidetur loqui de causa capitali. Et ita in hac opinione residet Decius in cap. primo de probationibus. charta secunda, columna tertia, uersi. prędicta, eo praesertim fundamento, quia aliàs sequeretur, ut in causa criminali decem assium non ędere tur fisco: & secus esset in ciuili causa maximi momenti. Sed certè glossa in dicto. §. diuus. absolutè uult, ut in causa criminali non aedatur fisco, & clarius Bartol dum loquendo de causa capitali & criminali, uult generaliter ut in causa criminali non ędatur, uide in uersiculo, reassumo. & ita comperies. Sic etiam est mentis omnium, & bene: quia absolutè non sunt in criminalibus sumendę probationes è domo rei. l. de minore. §. tormenta. ff. de quęstionib. quē textum etiam principaliter allegat Alexander, ubi suprà, qui enixè sustinet hanc opinionem. Et ad inconueniens, quod adducit Decius, respondetur per regulam dicti. §. tormenta. & hoc propter infamiã, quae oritur ex crimine, pro quo damnatur etiam pecuniaria poena, iuxta l. primam. & l. athletas. §. finali. ff. de furtis. imò etiam si agatur condictione furtiua · tamen grauatur opinio furis ut notatur in l. cessat. ff. de actionibus & obligationibus. Caetera circa hoc speciale fisci uide per Deciũ in dicto cap. primo, de probationibus. maximè dum ponit duas limitationes in charta 3. uersiculo secundo, & uersiculo tertio. Et haec adde his, quae dixi latè suprà sub rubrica, de exami. reorum. dum quaero, an semper possit reus interroga-
12 ri. Et addo, † quòd qui non exhibet instrumenta fisco, cùm potest, si probetur ea pertinere ad causam fisci, praesumitur subtraxisse furto: & quòd illud continеant, quod ipsi nociturum erat, dicta leg. prima. §. diuus. *el prima*. de quo uide Bartolum ibi, uersiculo, sed dubitatur. & Felinum in cap. sicut. columna quarta, uersicu. quarto, de re iudicata. & hoc est aliud speciale in fisco, & non leue.
13 Proceditur † per inquisitionem ad inueniendum bona fisco spectantia. l. si uacantia. ubi Bartolus & Angelus notabiliter.

C. de bonis uacantibus. lib. decimo. & fit accerrima indagatio ad illa inuenienda et per torturam. l. prima. C. de naturalibus liber. & Bal. in l. prima. C. de hæreditate uel actione uendita. Salice. in l. finali, columna finali. C. de priuilegiis fisci. & ita aliquando uidi fieri à procuratoribus Cæsaris.

14 Et † quot uiis bona fisco pertinere dicantur, ponit textus in l. prima, in principio. ff. de iure fisci. & patebit infrà in declaratione singularum regalium, iuxta titulum, quæ sint regalia. in usibus feudorum.

15 Et † ad inuenienda talia bona etiam leges introduxerunt officium delatorum, quibus datur præmium ex delatione. l. edicto. §. extat. ff. de iure fisci. leg. prima. C. de his, qui se deferunt. libro decimo. & gloss. in rubrica. C. de delatoribus. lib. decimo.

16 in fine. Si tamen probant, ut ibi, & † delatio fit usque ad uiginti annos. gloss. & Doctores in leg. prima. §. diuus. ff. de iure fisci. & leg. in omnibus. ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus. quod magis expedit utilitati fisci, quàm ut minori tempore fiat, prout disponitur ex nouis ordinibus huius dominii, quibus delatoribus, ad hoc ut præmium consequantur, præfigitur quoddam breue tempus: tamen princeps consuleret delatori, si casus contingeret, ut ante delationem uellet conuenire cum fisco. Et secundum leges non fit differentia, an statim deferatur quòd res ad fiscum peruenerit, an non: Tamen dicti noui ordines in his, quæ proueniunt ex bonorum publicatione, maturius rem ipsam considerarunt: quia uolunt, ut prius inquiratur à iudice, & describantur, deinde ponantur ad proclama, & denuntientur certo & determinato tempore, per eos, qui illa detinent, & posteà delatores præmium consequantur.

17 Et aduertendum est, † quòd aliquando quis defert alium, ut loquitur totus titulus. C. de delatoribus. & maior pars legũ in titulo ff. de iure fisci, loquentium de delatoribus. Aliquando quis seipsum defert, & tunc loquitur lex prima. C. de his, qui se deferunt. & lex prima, in principio, & multę aliæ. ff. de iure fisci. & differentia inter hos patet ex lectura dictarum legũ. Et quia dixi, quod in rebus fiscalibus inueniendis proceditur per inquisitionem,

18 & torturam. Addo quòd † etiam in exactionibus proceditur de facto, & etiam debitores detinentur. & ita Baldus in dicta leg. prima. C. de hæreditate uel actione uend. [illegible] Et hæc est ratio, propter quã

19 † quotidie creditores quærunt literas à Senatu disponentes, ut possint debitores suos in forma cameræ conuenire, & idẽ, quod Baldus, tenet etiam Salicetus in l. fin. columna finali. C. de priuilegiis fisci. Si tamen est dubium, an sint debitores, non proceditur ita summariè. l. hi, qui cũ fisco. C. de conueniendis fisci debitoribus.

20 libro decimo. & proceditur † in causa fiscali etiam tempore feriato, ob necessitates hominum, ut in clementina, sæpe. in uerbo, etiam tempore feriarum de uerborum significatio. & l. publicas. C. de feriis.

21 Fiscus † an quemadmodum restituitur aduersus sententiam. l. unica. l. de sententiis aduersus fiscum latis. libro decimo. ita etiam aduersus alia restituatur, putà, aduersus omissas probationes, allegationes, appellationes, quòd possit probare, licet didicita sint testificata, & aduersus contractus. Cyn. in l. respublica. C. ex quibus causis maiores. latè disputando uult non restitui: & refert Petr. ita tenere, dicens quòd in causa Regis Franciæ, & regni, Petr. consilio suo id approbauit. Idem etiam tenet Paulus de Castro & Alberic. ibi. sed Aretinus dicit indubitanter fiscum restitui, in consilio 20. columna finali. & not. Alberic. sibi contrarius loquendo in contractu, & distinguendo in leg. etsi sine. §. quæsitum. ff. de minoribus. & refert & sequitur Afflict. decisio. 340. ubi omnino uide, & ibi habes, ꝙ tamen non restituitur, quando omnia bene acta sunt ex superuenienti læsione. Item ꝙ licet res fisci locetur pacto insolito, quo casu regulariter rescinditur locatio. l. prima. C. de pascuis publicis. libro decimo. Tamen si uerisimiliter princeps fecisset, non rescinditur, uide ibi omnino etiam circa hoc. Sed redeundo ad principale propositum teneant Albericus, Cynus, Petrus, & Paulus de Castro quicquid uelint in dicta l. respublica. ego sum in opinione Aretini fundamento inconuincibili, quia non fit differentia in hac materia inter rempublicam, cui competit restitutio in integrum, dicta l. respu-

blica.& fiscum, glossa & omnes in l. Imperatores.ff. de re iudicata.& gloss.& omnes in l.unica.C.de sententiis aduers. fiscum latis.maximè dum allegant l.illud. ff. de appellationibus.& propterea non immeritò dixit Aretin.in dicto consilio fiscum indubitanter restitui. Et ad hoc etiã uide Baldum in l.finali,quorum appellationes non recipiuntur. & declarationes ac limitationes ad hanc conclusionem perquire per Alexandrum in l. prima.§. nuntiatio. ff. de noui operis nuntiatione. per Bartolum & Doctores in l.nam & posteà.§. si minor. ff. iureiurando.per Felinum in cap. fraternitatis columna quarta,quinta, & finali. de testib.& per Marianum ibidem.Circa prę
22 dicta tamen habeas ante oculos, † φ fiscus semper uidetur apponere pactum addictionis in diem in suis uenditionibus. l. Lucius.§. idem respondet. *lo ultimo*. & ibi Bartol.notabiliter.ff.de iure fisci.quod uidetur contra prædicta:sed intellige & declara tam in uenditionibus, quàm in locationibus,ut in l.etsi instruméta. & per Doctores,maximè Platè.C. de fid. instrumen
23 torum. Sententia † lata contra fiscum,sine præsentia aduocati ipsius fisci, est ipso iure nulla.l.finali.C. de aduocatis fisci. secus contra priuatum. l. uelamento. C. de postulan. dixi supra in titulo, de sententiis. & in titulo, si aduersus rem iudicatam restitutio in integrum postula. Hæc tamen conclusio non seruatur Mediolani: quia dummodo sit citatus, habetur pro ualida sententia, etiam si non interfuerit.Addo,φ in præsentia ordinatum est, ut nihil fiat in causa fiscali, sine interuentu fiscalis, ita ut citatio non sufficeret non solùm in sententia diffinitiua, prout etiam lex disponit, sed nec in qualibet interlocutoria. Et sciendum est, quòd dicta lex finalis, & l.uelamento.non loquuntur in sententiis in causis criminalibus: quia etsi tractetur de interesse fisci, in eis tamen non sunt causæ fiscales, de quibus dictæ leges loquantur, & titul.C.ubi causæ fiscales. ut dixi suprà in materia sententiæ, sub titu. si aduersus rem iudicatã restitutio in integrum postul.Pro fisco tamen etiam non citato. Ias.in l.furioso.columna prima.ff.de re iudic.
24 Fiscus † secundus creditor præfertur primo in bonis quæsitis post cõtractum cum fisco.l.si is, qui.ff. de iure fisci. In bonis uerò quæsitis ante,præfertur primus,siue habuerit generalem, siue specialem hypotecam: gloss.& Bartol. ibidem, Alex. consilio 58. in 6. uolum. intellige tamen, ut per Fan. in tractatu de pignoribus. in quinta parte in secundo membro, numero 42. illa colum. & sequen. & ibi etiam ponit quis debeat probare bona empta fuis-
25 se post uel ante. Fiscus utrum † præferatur in hypotheca tacita uel expressa, An mulier, maximè quando eodem die facta sunt, & non apparet,quòd præcesserit,uide per Fan.de pignorib. in secunda parte, in quarto membro,numero 108.& dicam infra sub hoc titulo, uersi.in dubio. Spe-
26 ciale est † in fisco, ut uniuersa bona eorum,qui censentur,sint ei tacitè hypothecata.leg.prima.C.in quibus causis pignus uel hypotheca tacitè contrah.quæ lex etiã procedit in collectis respectu bonorũ catastratorum, quę sunt tacitè hypothecata pro collectis fisco, & non solùm fisco, sed etiam communitati. ita notatur in leg. apud Iulianum.§.hæredes. ff. de legatis 1. ut per Iason ibi post alios, & per Fanum, ut breuibus agam, in secunda parte, in quarto membro, in uersic.decimus casus.
27 & ibi dicit, φ † talia bona catastrata pro collectis non solutis, & pœnis impositis
28 non soluenti, possunt uendi: & † quòd si uenditio facta sit per subhastationem, & legitimè, uti fieri debet, dominus non potest recuperare soluẽdo debitas collectas.
29 Et† de hac tacita hypotheca propter collectas etiam ponit Decius consil. 285. Et licet fiscus ipse habeat, uel communitas ipsa, hanc tacitam hypothecam, non sic est in soluente fisco, uel communitati. l. si cum pecunia.C.de priuilegiis fisci. & Roman.consil.111. Item licet,ut dixi,etiam communitates habeant hanc tacitam hypothecam in bonis catastratis: tamen ge-
30 neralius † solent statuta ciuitatum cauere,ut scilicet omnia bona intelligantur tacitè hypothecata pro oneribus: per quæ statuta hoc potest induci, ut per Soccin. consilio 240.colum.1. Anchar.consil.304, & Cremonæ adest simile statutum, quod tamen an præiudicet ecclesiis,uide Bar.in l.sciendum.§.rescripto.ff.de muner. & honoribus.

noribus. & Ias. & Parpal. in l. placet. C. de
31 sacrosanctis ecclesiis. Fiscus † dum contrahit, quamuis non obligentur sibi bona ab eo, qui secum contrahit, tamen tacitè uidentur sibi obligata ex dispositione legis. l. secunda. C. in quibus caus. pignus uel hypot. tacitè contrah. Quod. quomodo intelligatur, & an idem sit ratione pœnarum sibi debitarum ex delicto, uide Fanum in tractatu de pignor. in secunda parte, quarto membro, uersi. quintus casus num. 113.
32 Habetque † etiam fiscus tacitam hypotecam in bonis suorum administratorum etiam futuris. l. si quis post. iuncta glossa in uerbo, habuit. & ibi Salic. C. de bonis pro
33 scrip. Fiscus † potest agere & exigere debita sua etiam ante diem. l. 1. C. de condictione ex lege. Alex. Deci. & Ias. in l. pecu-
34 nia quam. ff. si certum petatur. Fiscus † primus creditor cum hypotheca repetit hypothecaria solutum posteriori creditori. l. pecunia. C. de priuileg. fis. Et ita quando mercator, qui decoxit, conuenit cum posterioribus creditoribus, & soluit, solutum à fisco potest repeti, si est anterior, non ita uidetur in creditore priuato anteriore argumento l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. & ibi Bartol. glossa tamen in dicta l. pecunia. dicit idem in priuato, & sequuntur Salicet. & Angel. ibi, uide ibi & Afflictum decisio. 190. concludentem in priuato non posse anteriorem creditorem auocare pecuniam talem, si bona fide cósumpta fuit. de quo articulo omnino uide Bartol. in dicta l. pupillus. Federic. consilio 55. Bald. primo uolumine, consilio 249. columna 4. & consilio 432. Angel. consilio 58. in fine. & consilio 208. col. 2. & sequen. & Anan.
35 consilio 34. colum. 1. Vendita † hæreditate à fisco hærede, creditores hæreditarii conueniunt emptorem non fiscum, nisi in subsidium, quòd si uendantur à priuato, conueniunt ipsum uenditorem l. 1. & ibi glos. Doctores. C. de hær. uel act. uend. iuncta l. post uenditionem. C. de pact. ubi Doctores. & est speciale hoc in fisco non parui ponderis, quod sit primum speciale
36 in suis uenditionibus. Secundum est, † q fiscus ex contractu suo non tenetur de euictione ultra simplum, etiam si duplum sit promissum. l. si procurator. in principio ff.
37 de iure fisci. Tertium, † quòd non potest alienare habita fide de pretio, sed solùm soluto prætio. d. l. si procurator. §. finali.
38 Quartum, † quòd non potest alienare, nisi cum subhastationibus l. 1. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscal. libro 10. In quo aduertédum est, an legitimè sit facta, & conuenienti loco & tempore, & non datur postea restitutio in integrum aduersus ipsam alienationem, etiam quòd postea appareat causa læsionis. Si uerò minus legitimè facta sit, nihil ualet, nec est opus remedio restitutionis in integrum, ut per Albericum in l. etsi sine. §. quæsitum. ff. de minorib. & dixi suprà in uersi. fiscus an quemadmodum restituitur. & formam ponit subhastationis Bartol. in l. licitatio. in pri. l. ff. de public. & in l. si tempora. C. de fide instrumentor. libro decimo. forma licita[...]
39 Quintum, q ratione partis totum alienat. l. secunda. commun. C. rerum aliena. & procedit etiam si habeat fiscus minimam partem rei, ut notat Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. columna decimanona. circa finem. ubi etiam dicit æquum esse, ut princeps prius requirat consortem, quàm alium extraneum. Et procedit hoc speciale, etiam per alium contractum, putà, pignoris. Salicet. in dicta leg. secunda, in fine. & ibidem etiam per alios, Ioan. de Platea in leg. prima. C. de uendit. rerum fiscal. cum priuatis commun. libro decimo. & Bal. quinto uolum. consilio 336. in principio. ubi etiam loquitur de locatione Fan. in tractatu suo pign. in secunda parte, in tertio membro, numero 36. & sequen. & uide de hac materia Decium consilio 235. in cau. magnifici domini. columna quarta. & Bald. consi. 171. condemnatus fuit quidam. uolum. primo. & qua ratione totum alienat propter communionem, quam habet in re eadem, licet sit posterior creditor in re, poterit alienare pignus, & ex prætio anterioribus creditoribus satisfacere, residuum ipse retinere l. res. §. primo. ff. de iure fisci. Sex-
40 tum † est priuilegium, ut eius contractus non tantum obtineat uim contractus, sed etiam uim legis. l. Cæsar. ff. de publi. Dec. post alios in l. ciuitas ff. si certu peta. & in rubrica extrà. de rescriptis. & dixi suprà in tit. de principe, ubi declaraui quomodo intelligatur: & si tempore cótractus nó erat

dominus, sed postea factus est, propter hoc non potest uenire contra factum proprium: quia honestas & æquitas non patitur, ut rem, quam uendidit, euincat. l. prima & secunda. C. ne fiscus rem, quam uendidit, euincat. libro 10. Septimum est priui-
41 legium, † ut emptor fisci teneatur stare colono. l. si ff. de iure fis. quod non est in priuato. l. emptorē C. loca. & ibi not. quod speciale intellige & declara ut per Alex. in l. si filio §. fi. columna antepenult. uersi. item fallit. ff. soluto matrimonio. ubi omni-
42 no uide. Octauum † est priuilegium contra fiscum, ut donatarius uel emptor eius, sit statim securus, & solùm à domino potest agi contra fiscum infra quatuor annos. l. secunda. C. de quadrien. præscriptio. & idem est in emente a principe. l. omes & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscriptione. quod priuilegium tamen non est contra fiscum, imò pro eo, & ad honorem eius, ut contractus sit pro lege inconcussè seruatus, ut dixit Salic. in l. prima, colu. fin. ubi aperit oculos circa prædicta. C. de hæreditate uel actione uendita. de quibus legibus dixi supra in titulo præcedenti. ponit Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, columna undecima, de constitutionibus. Ias. in Authentica, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Iacobin. de sancto Georgio, in opere de feud. in glossa, princeps Pedemontium. in uerbo, sed an princeps obligatur. columna quarta. & Ias. in l. fin. C. si aduersus fiscum. & Mediolani, ut etiam dixi ubi suprà, non seruantur hę leges ratione, quam ibi dixi : uide omnino de dictis legibus Balbum in tractatu præscript. in secunda parte quintæ partis principalis, in octaua quæstione, quæ est ultima.
43 Fiscus † habet suos judices, licet sit actor, non habita ratione fori rei. l. prima, & per totum. C. ubi causa fiscalis. & l. secunda C. si aduersus fiscum. & pariter inter priuatos cognoscunt iudices fisci, si causa pependit à fisco l. cùm eorum. & ibi Bartol. secundum primam lecturam. C. de sententiis & interlocutionibus omnium iudic. & l. cum uendēte. C. ubi causæ fiscalis. & per Soccinum declarantem quomodo intelligatur, consilio 244. columna prima & secunda. Et ideo solebant in hac ciuitate procuratores fisci cognoscere inter priuatos de bonis, quæ aliquando fuissent publicata, quia spectauerant fisco: sed decretis nouis ordinatum est contrarium, & uide etiam Paul. de Castro in l. ædicto. columna prima, circa medium. C. si aduersus fiscum. & Bald. in dicta l. cum uendente. text. gloss. & Bartol in l. prima. C. de uenditione rerum fisc. libro. 11. Alberic. in Authentica, statuimus. C. de episcopis & cleric. tex. & ibi Ang. in l. 31. C. de fide instrumentorum. lib. 10. & uide etiam Angelum in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iudic. ubi uult, quòd præuentio iurisdictionis non habeat locum in fisco
44 succedente. In fiscum † non transit instātia: quia litigantibus duobus priuatis coram iudice ordinario, si alterius bona confiscentur, instantia perit, & iudicium fit per iudices fisci, licet regulariter sit cōtrarium. l. si constante. §. finali. ff. soluto matrimon. & ibi Alexand. Felin. in cap. quia G post alios, de iudic. Et hoc etiam procedit, quando in contractu dictum est ꝙ stetur arbitrio amicorum communium, uel talis: quia si unus eorum moriatur, fiscus non tenetur stare tali contractui, imò habet etiam eo casu suos iudices Bartol. in leg. si quis arbitratu. columna ultima, quæstione penultima. ff. de uerborum
45 obligatio. & ibi Ias. post alios. Et † an in causa appellationis instantia transeat in fiscum, uide Salicetum in leg. prima. C. si pendente appel. mors interuen. & Doctores in dicto cap. quia G, & ubi supra. Et dum dixi perire instantiam, si bona alterius ex litigantibus publicentur, scias me
46 † loqui in fisco succedente propter publicationem: sed si est hæres, transit & fiscus utitur iure priuati. Deci. in dicto cap. quia G. columna finali. ex quo sequitur, ut quia in hæreditate uacante est hæres. l. uacantia. & ibi Bartol. expressè. C. de bonis uacantibus. lib. 10. eo casu non perire. Contrarium tamē, ꝙ fiscus non sit hæres, uult Bartol. in rubrica. ff. de acquirenda hæreditate. & ibi idem Alexand. columna fina. & in l. fin. ff. de solutio. post Angel. in quæstione sua Asten. & patet in l. prima. C. de bonis uacantibus. libro decimo. in uerbo, uendicandus. per quem textum mouetur Alex. in dicta rubr. & consequenter hoc casu non transit instantia in fiscum, & ita

teneo

teneo, & opinio Barto. in dicto §. fin. ut sit speciale in fisco, ut in eum non transeat, etiam si esset hæres. Quam opinionem tenet Abb. etiam in dicto cap. quia G. est cómuniter damnata, ut per Imol. in dicto §. final. ultra Decium, ubi suprà. Et licet Ioan. de Plat. in dicta lege prima, columna prima & secunda, uelit ut hoc casu transeat, quia personæ & bonis succeditur tamen fundamentum eius est damnatum, in dicto §. fin. ut ibi, maximè per Imol. per dictum §. fin. Senatus tamen, quando causa iam est instructa, ad parcendum laboribus, & impensis solet ordinare. ut fiscus remaneat coram primo iudice, & permitti ut bona ponantur ad proclama iuxta ordines & appræhendantur à fisco & facta contra dictione per eum, qui litigabat, nihilominus ordinat, ut primus iudex sententiam ferat, & ita uidi seruari ter una hebdoma-

47 da. Si † damnetur debitor fisci, non potest appellare, si sit manifestè conuictus. lege, quoniam nonnulli. & ibi glos. Salic. & communiter Doctores. C. de appellationibus. in leg. abstinendum. & in lege fin. C. quorum appellationes non recipiuntur. Si uerò esset debitor priuati, requireretur ut esset conuictus, & confessus, ad hoc ut prohiberetur appellare. lege, obseruare. C. quoquorum appellationes non recipiuntur. & ita uides in quo consistat priuilegium fisci: & ita expressè Baldus in dicta lege finali. Et loquor non solùm in debitore fisci, sed etiá priuati patrimonii ipsius principis, ut dicta lege, abstinendum. & dicta lege finali. Sed

48 † si feratur sententia super publicatione bonorum hæreditatis uacantis, & super bonis, quæ indignis auferuntur appellari potest absolutè. leg. lata. C. de appellationibus. & notatur in dicta lege, abstinendum. Ex ordinibus nostris in hoc dominio absolutè à sententia lata inter fiscum, & priuatum non solùm non potest appellari, uerùm nec supplicari, quærelari, aut in integrum restitutio peti, per quod datur facultas procuratoribus Cæsaris faciendi omnia mala, cùm nec princeps ipse sæpe uelit, ut ad eum recurratur, contra Authéticam, quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offerendis. si iniustitia tamen esset notoria, non arbitrarer procedere tales ordines, iuxta ea quæ suprà dixi subti-

49 tulo, de appellationibus. Si † officialis aliquid emat pro seipso ex pecuniis domini, poterit fiscus illud omne uendicare, iuxta legem, ut proponis. cùm ibi notatis. C. de rei uendicatione. ut per Baldum in lege, si eum seruum. columna tertia, ff. si certum

50 petatur. Et † præsumitur emisse pecunia domini, quando prædium illud non habebat ante officium, ita Bald. in dicta l. 1. C. de hæredite uel actione uendi. per glos. in leg. facultas. C. de iure fisci. libro decimo, qui subdit à tyrannis solere hoc custodiri, quia raro permittant officiales recedere cum pecuniis, ut idem quod Bald. ratione præsumptionis, tenet Salicetus in leg. fin. C. de priuilegiis fis. i. Et si uera esset hæc conclusio, actum esset de omni substantia quam plurimorum, fiscusque nullo negotio non mediocriter locupletaretur, sed falsissimam esse manifestè probatur in lege, si defunctus. C. arbitrium tutelæ. Vbi tutor non præsumitur quæsiuisse quæ comparauit post administrationem ex redditibus pupilli, sed ex industria. & ita Bartol. & communiter doctores in dicta lege, facultas. & Dec. consilio centesimoseptuagesimoquinto. columna finali. & dicit Bartolus in dicta lege, facultas. non præsumi pecuniis fisci quæsitū, nisi liquidò constet, & sequuntur alii communiter, ut dixi. Si tamen lucraretur ex pecuniis fisci, id est, ex mercatura, quem exercuisset cum pecuniis fisci, tunc uidetur illud lucrum spectare fisco, ut notat Bartolus in lege prima. C. de auri publici persecutoribus. libro decimo. & in lege, diu minimè. per illum textum. C. de susceptoribus, præpositis, & arcariis. libro decimo in lege prima. C. de his, qui ex publicationibus mutuam pecuniam accep. libro decimo. Sed hoc quoque falsum est, nisi quando statim debuisset restituere pecunias, & non restituit, sed mercatus est cum illis, uel quando debuit tenere pecunias, semper paratas ad usum publicum, at quando debuit certo termino dare pecunias & interim lucratus est, tunc lucrum non est fisci, quod adhuc est mirabile. Ita breuiter agam, Decius consilio sexto, ubi omnino uide. Sit igitur cautus thesaurarius uel alius administrator redituum principis, ut benè reddat rationem receptorum, & tunc cessabit omnis

amaritudo Decius, in dicto consilio sexto. Præterquàm tamen ut dixi, quando mercatus esset cum pecuniis fisci, quia aliter adhuc essemus in communi, de qua suprà, ut excludatur turpis præsumptio, & eo in casu sufficeret reddere bonam rationem receptorum. Et de aliis officialibus non administrantibus pecunias cessat dubitatio, de quibus per Ioannem de Platea. in dicta lege, facultas. ubi uide, columna. fin. De præscriptionibus in rebus fiscalibus dixi supra proximè in uersiculo, octauum est
51 priuilegium, quòd † contra fiscum uendentem rem alienam sublato omni remedio contra emptorem solùm datur actio, infra quatuor annos, sequendo alias præscriptiones quadriennales, Sed præterea uide textum in l. prima. C. de quadriennii præscriptione. per quem Bartolus ibi dicit, quòd in omni casu, quo denuntiatur fisco, putà, hæreditatem alicuius esse uacantem, uel ei spectare ex indignitate, & iuxta textum in l. prima. in principio. ff. de iure fisci. solùm habet locum præscriptio quatuor annorum, quia fiscus lapso quadriennio non potest molestare, quod procedit facta tamen denuntiatione, quia ante potest fieri denuntiatio, & dari molestia infra uiginti annos, uel decem, secundum quod declarat Bartolus in l. in omnibus ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus, & access. possess. ubi omnino uide de præscriptionibus currentibus contra fiscum, quia textus ibi dicit, quòd uiginti annis currũt, quam legem Bartolus ibi assumit pro regula, & limitat, quando bona iam essent unita cum fisco nisi in casu leg. finalis. C. de sa sanctis ecclesiis. & in l. eum. C. de fundis rei priuatæ, & saltib. diuinæ domus. & de fundis patrimonialib. leg. finali. & leg. penultima. Item limitat in rebus uniẽdis ob uectigal non solutum, delatis tamen, quia currit præscriptio contra fiscum lapso quinquennio. l. secunda. C de uectigalibus non solut. & ob aliam causam delatis, quia tunc sufficit quadriennium. Sed si non sunt denuntiata fisco tunc procedit ille textus, qui de uiginti annis loquitur, nisi possideret quis cum titulo, quo casu sufficiunt decem uel uiginti anni, iuxta l. quamuis. C de usucapio. uide Bartolum ibi omnino, & eius opinio est communis, ut per Aretinum consilio centesimotertio, columna septima. & per Abbatem in capitulo cùm à nobis columna finali, de præscriptionibus. qui in effectu sequitur distinctionem Bartoli ibi, reprobata opinione Bartoli in leg. commissa. in fine. ff. de public. dum dicit, quod fiscus debet uindicare infra quadriennium, aliàs excluditur, quando bona adhuc non erant unita. Et quæ dicit Bartolus in dicta leg. commissa. & in leg. secunda. C. de apostatis. procedunt secundum distinctionem eiusdemmet Bartol. in dicta leg. in omnibus. quando quid commissum est propter uectigal non solutum. & ita loquitur Alexander consilio trentesimoprimo. in fine, quinto uolumine. Aduerte tamen, quia loquitur Bartolus in dicta leg. in omnibus. in bonis fisco deuolutis, & ideo distinguit,
52 an sint unita, uel ne. Sed † si sumus in casu, quo nondum deuoluta & publicata sint, tunc quinquennio tollitur publicatio. l. in cognitione. ad senatusconsultum Syllania. & ibi Angel. & Aretin. in glossa, & eius bona publicamus charta penultima, columna prima, uersicu. quæro, licet accusatio, intelligendo ut ibi, & per Felinum in dicto cap. cùm à nobis. columna fin. ubi uide. Per de-
53 cretum † tamen nostrum cessant hæc, quia ex eo à die commissi delicti ipso iure sunt publicata bona, & quod plus est, unita, & pro unitis habentur, ita ut omnis alienatio rescindatur, quod tamen ultimum in ordinibus nostris nouis fuit mode-
54 ratum. Prædictis adde, † quod uectigalia, & angariæ tolluntur ex consuetudine non soluẽdi, & præscriptione. leg. licitatio. §. earum. ff. de public. & tolluntur quadraginta annis, quando debentur fisco, secus si priuato. leg. omnes. C. de præscriptione triginta annorom. & Bartol. in dicto §. earum. in uersiculo. quæro quintò. nisi tamen soluerentur in recognitione uniuersalis dominii, quia tunc nunquam oritur præscriptio. leg. comperit. C. de præscriptione triginta annorum. & Bartolus in dicta § earum. in uersicu. oppono, quòd uectigalis. limitando ut per Alexandrum consilio 30. columna quarta, uolumine quinto, & Iason in leg. imperium. ff. de iurisdictione omniũ iudic. columna nona, uersicu. limita istam communem. Baldus. & communiter Doctores in dicta leg. comperit. uidelicet, nisi im-

si immunitas fuerit concessa per rescriptũ principis, & non uiolata permanserit per annos quadraginta, etiam quòd non fuisset ualidè concessa, & ideo dicit Abbas in capitu. ad audientiam de præscriptionibus. quòd omnis solutio census præscribi potest, excepta illa, quæ fit in signum subiectionis, iuxta capitu. cùm non liceat. de præscriptio. de quo ultimo uide Felin. in dicto capitulo. cùm non liceat. columna sexta. Est
55 tamen aduertendum, † quòd præscriptio centum annorum nunquam intelligitur exclusa, quia tunc non dicitur præscriptio, sed priuilegium, iuxta gloss. & Doctores in capitulo super quibusdam. §. præterea. de uerborum significat. Et ideo quãuis decretum diceret, uel statutum, ut nulla admittatur præscriptio, tamen hæc non dicitur exclusa, & hoc latè per Felinum in rubrica, de præscriptionibus, colum. fi. unde decretum nostrum nouissimum dicit exprèsè, quòd non admittatur præscriptio contra fiscum, nisi sit tanti temporis, cuius initii memoria non existat in contrarium, licet in taxis equorum dicat in specie, ut nemo possit allegare exemptionem, nisi habeat priuilegium speciale, uel priuilegium fuerit ita interpretatum usu tanti temporis, ut non sit memoria hominis in contrarium. Et de decreto, quod nulla admittatur præscriptio, uide etiam Aretinum in dicto consilio centesimotertio. columna septima. Non tamen credo, quòd in casu leg. comperit etiam sufficiat præscriptio temporis, cuius initii memoria non existat in con
56 trarium, quia ratio illius legis est, † quòd tributum soluitur in signum uniuersalis dominii, & sic obedientię. & ideo Salicetus ibi dicit signa subiectionis non præscribi, sic etiam Cin. & alii in effectu, & Bartol. in dicto. §. earum & consequenter dicitur pręscribi non posse. ea. cùm non liceat. eod. titulo. & sic etiam tollitur præscriptio centum annorum, Felin. in dicta rubrica. & hoc satis uult Iason in leg. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum. columna nona, uersicu. limita. Et licet sit dubitatio in his, quæ Princeps sibi reseruauit in signum supremæ potestatis, ut ibi, tamen non est difficultas in his, quæ stãtuta sunt in signum uniuersalis subiectionis, ut est, quòd omnis anima soluat tributum, ut est textus expressus in ca. omnis anima. extrà,
57 de censi. Ex his sequitur, † quòd si taxæ equorum, census talis, doana, & similia essent inuenta à Principe in signum subiectionis uniuersalis præscribi non possent, ita ut etiam non sufficit tempus centum annorũ, uerùm potius fuerint instituta ad protegendum subditos, cessat prædicta con
58 sideratio. Et † quòd præstatio census quicquid fuerit tempore Cæsaris Augusti in tributo, non arguat subiectionem, uide Abbatem in dicto. capit. omnis anima. Felin. in cap. cum Bertholdus. columna decimaquarta, in fin. & sequen. de re iudi. & Abbatem consilio centesimosecundo columquarta, in principio, uolumine primo. Tamẽ magis in specie de ratione uectigalium quæ à principe exiguntur, uide Afflict. in rubrica, quæ sint uectigalia. in quęstione. & ibi dicit, quòd in effectu præstantur, ut iustitia ministretur inter subditos suos, ex qua ratione etiam cessat consideratio, de qua suprà. Sed tamen non est ignorandum,
59 quòd licet aliqua res præscribi non possit, si tamen qui est in possessione, turbatur, po potest agere contra turbantem, & expellere turbatorem, Angel. consilio ducentesimodecimonono, thema tale inter cætera capitula pacis. columna secunda, & sequenti. Iaso. in lege. quominus. ff. de flumin. charta. octaua, columna prima. uersiculo. quinto. uide tamen Cardina. consilio. 38. columna. prima & secunda. Item
60 non est ignorandum in materia præscribendarum libertatum ab exactionibus, bonum esse inniti quasi possessioni, quia debet possessor manuteneri in sua quasi possessione, donec sit decisum petitorium, capitulo quærelam. & ibi Abb. not. de electio. & per Iacobi in tracta de homag. chart. 3. columna fina. & sequenti. & Abb in capit. perue
61 nit. de censi. Et si uis latius scire, quanto † tẽpore præscribatur contra fiscũ, uide Baldũ in tractatu præscrip. in secunda parte, quintæ partis principalis, ubi habes quanto tempore præscribatur contra fiscum, An reseruata principi in signum iuris superioris, & an ipsum ius superioris possit præscribi, ita ut quis non subsit Cæsari, & an ea, quæ ad iurisdictionẽ attinent, possint præscribi, & quomodo, & de aliis circa hoc an. s. uectigalia, & pedagia, & alia reseruata in signum

priuilegii, possint præscribi, ut etiam facultas legitimandi filios, & tabelliones creãdi, an libertas non soluendi uectigalia, uel collectas, & potestas imponendi collectas acquiratur præscriptione, & quanto tempore, & ultimo quãto tempore præscribãtur res aliena uendita uel donata per fiscum, & sic de leg. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. de qua dixi suprà, & de his suprà dixi, & etiam infrà, ubi locus sese offeret aliqua attingam. Et quia inquærenrendis reseruatis principi, mœro, & mixto imperio, uectigalibus, & similibns, requitur tantum tempus, cuius initii memoria non existat in contrarium, ut per Bald. ubi suprà & quæ ego dixi. Ideo si uis uidere quid operetur tantum tempus, & quando habeat locum talis præscriptio, & quomodo probetur, uide eundem Balbum in secunda parte tertii temporis principalis uersicu. sexto quæro, & quomodo probetur, uide Roch. in tractatu consuet. charta 30. columna fi. uersi. tertiò aduerte. Et de effe
62 ctu tanti temporis uide etiam Decium cõsilio 85. col. secunda, & ibi habes, † quòd inducit ueritatem ipsam. Cessat tamen ubi clarè apparet de mala fide. Et ubi ille, se fundat in tali acquisitione, est incapax iuris illius, ut esset laicus ratione beneficii ecclesiastici, ut per Bal. ubi suprà. Item cessat, ubi statutum clarè disponeret, ut etiam non admitteretur præscriptio tanti temporis, cuius initii. & cætera Aliàs si simpliciter diceret, Nulla præscriptio admittatur. non intelligeretur de tali præscriptione, ut per Balbum in secunda parte tertii
63 temporis principalis. & dixi suprà. Fiscalia bona † non tenentur ad extraordinaria onera. lege prima & secunda. C de priuilegiis domus Augustæ, uel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habent. libro undecimo quod est sine dubio uerum in bonis principis, uel fisci propriis, prout loquuntur dictæ leges, sed in his quæ subiecta sunt oneribus & confiscatione. uel alio titulo particulari per fiscum quæruntur, quid iuris sit, hic est alius articulus, uidetur hæc quæstio in terminis trutinata per Iacobi. de sancto Georgio, in tractatu de homagiis. charta 4. columna. 2. uersiculo, sed pone quædam. ubi concludit in effectu transire cum onere suo, quia communitas quæ principi soluebat quotannis super extimo certum quid postea debet soluere tantò minus, dicens uidisse super hoc consilia famosissimorum doctorũ maximè. Papiensium, inter quos erat D. Cato Saccus subdens plura alia maximè quòd si adest consuetudo in contrarium illi statur, sed latius, & maioribus nixus fundamentis iuris, de hoc articulo dixi in titulo, de principe. in uersiculo, quando castrũ ponens latissimè quando bona catastrata ruri transeunt in ciues, uel exemptos. Fi-
64 scus † non tenetur ultra uires hæreditarias, & ideo non est necesse, ut conficiat inuentarium. leg. prima. §. an bona. & ibi Bartol. ff. de iure fisci & dicam infrà in titu. de bon. uacan. uersicu. dixi post Ioan. Fiscus
65 † si occupat bona delinquentis, & ueniant creditores producentes instrumenta crediti quod habent, debet eis debitam pecuniam soluere summariè, interueniente iudice fisci, idest, procuratore Cæsaris, absque eo quod cogantur dare libellum, & expectare sententiam. Bart. in leg. res autem in princ. ff. de iure fisci. & Alexand. in leg. si marito. in princ. ff. soluto matrimo-
66 nio. Fiscus † non potest agere ad pœnam appositam in contractu, nisi notarius fuerit illam stipulatus nomine fisci. Bartol. in leg. 1. princ. ff. de iure fisci. & in leg. arbiter. ff. de arbitris. Alexand. consilio trigesimo-tertio, ad finem uolumine primo. Fisco
67 † an quærantur sine aditione uide Barto. in l prima. §. an bona. ff. de iure fisci. Cuman. consilio trigesimosecundo, circa finẽ & dicã infrà sub rubrica de bon. uac. Fiscus
68 † ad quem perueniunt omnia bona, habetur loco hæredis, & in eum transeunt debita & credita. leg. 2 §. cum ex causa. ff. de iure fisci. Alexan. omnino in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris. Aretin. consilio centesimodecimo, in 3. dubio. ubi limitat, & plenè Alexande. in l. si marito. in 1. & 2. colum. ff. soluto matrimonio. dicam infrà sub rubrica. de bonis uacantibus. & suprà dixi in titulo, de bonorum publicatione. & ibi habes an fiscus in omnibus æquiparetur hæ-
69 redi. Quæro † an præsens fiscus Cæsareus in hoc dominio Mediolani quod ob finitã generationem Sfortiadum reuersum est ad Cæsarem dominiũ directi, sit ille idem qui erat ipsorum ducum, ita ut possit con-

sequi, & prosequi iura fiscalia spectantia fisco ducum, sicut potuissent ipsi duces, Dubium facit quod Cæsar non est successor, nec hæres ducis ultimi, & ideo non tenetur ad debita sua, ut suprà dixi, in titulo, de principe. Sed tamen uidetur ut possit non secus, ac ducalis fiscus prosequi, consequi, & retinere omnia iura fiscalia, quemadmodum potuisset ipse fiscus ducalis, quia fiscus cohæret dominio, cuius qui dominus est habet fiscum, & licet potuerit dux, uel tyrannus disponere de confiscationibus uti fructibus iurisdictionis suæ, iuxta dicta suprà sub titulo de principe. dum loquor de tyrrano, Tamen si læsus fuit fiscus uidetur fiscum dominii subsequentis intentare posse remedia restitutionis integrum, & alia quæ competebant fisco præcedenti, quia est semper idem fiscus. Nec propterea dicitur Cæsar successor uel hæres, sed dominus prouinciæ, & consequenter habet fiscum, quem habebat dux ante, & quod sit idem fiscus, & non mutetur mutatione dominii est consilium Baldi 363. columna. 2. uersiculo. nec obstat si dicatur. uolumine primo, & patebit ex his, quæ dicam infrà in titu. de regaliis. in principio. uersicu. & eo ipso, hęc tamen intelligo procedere ubi Cæsar esset creditor ducis, & & ut sibi satisfaceret, quia aliàs non posset agere ad recuperationem fructum iam perceptorum per ducem, ex quo hæredis sunt ducis, & creditorum suorum in effectu, ita text. & ibi not. in cap. 1. §. consequēter his. hic finit lex Corrad. & not. per Alexand. in leg. diuortio. in princ. columna secunda. ff. soluto matrimonio. Et † de fructibus preceptis res est sine difficultate di

70 cunda. ff. soluto matrimonio. Et † de fructibus preceptis res est sine difficultate dicto. §. consequenter his. fructus uerò solùm seminati (ut ita dixerim) loquendo in fructibus iurisdictianis, ut quia solùm commissum esset delictum, uidetur ut ad sequentem fiscum pertineneant per decisionem Bart. & Doctorum in l. h. ff. soluto matrimo. loquentium de uxore quæ dedit in dotē, castrū quia uolunt ut cōfiscationes pœnæ secutæ tempore uiri sint ipsius, reliquæ uxoris, ad idem dictus. §. consequenter is, qui uult ut de fructibus separatis à solo possit feudatarius disponere & ita not. ibi Afflict. in primo notabili. uidenda tamen sunt dicta Alexand. in dicta leg. diuortio. §. si fundum. colum. fin. uersicu. postremò. de quibus etiam aliquid per eundem consilio septimo uolumime tertio. Sed si præcedens fiscus qui fuisset in aliqua sententia uel contractu læsus fuisset tyrannus, & fecisset ob bonam fidem suum fructus suos, dico idem, sin aliter, sine dubio essent fisci ueri succedentis in dominio, qui posset prosequi, & capere tanquàm ex bonis hostis, iuxta notata per Bart. in leg. 1. in fi. C. de hæredibus instituendis. & in uerbo, rebellando, in extrauaganti, qui

71 sint rebelles. Si † in uno loco publicantur bona ex forma statutorum, ita ut alibi sita non publicentur. & condemnatus habebat creditores, tam in eo loco, quàm alibi, quis teneatur ad debita, an ipse debitor, an ille fiscus? uide Imol. consilio trigesimo

72 septimo, colum. 7. 9. & sequen. Fisco † an quæratur dominium ipso iure secuto delicto, dic ut per Bartolo. in lege. imperator. ff. de iure fisci. & consilio octogesimo primo. colum. 2. in fi. & sequen. & consilio centesimoquinquagesimoseptimo, colum. 4. Ias. in secunda lectura, in leg. fin. C. de sa sacrosanctis ecclesiis. columna tertia, in fi-

73 ne. & an quando † bona publicantur ipso iure requiratur declaratio, & ad illam citatio partis, uide Felin. plenè in capitulo. prætereà. columna prima & secunda. de spons. dixi suprà in titu. de bonorum

74 publicatione. In dubio non errat † qui iudicat contra fiscum. lege. non puto. ff. de iure fisci. & dicit Marti. Lauden. in tract. de principe. in titulo, de fisco. conclusione 14. Quod in magnis dubiis est iudicandum contra fiscum per dictam leg. non puto. & licet Barto. ibi uelit ut procedat dicta lex, non solùm quando esset dubium circa interpretationem legis, sed etiam quando esset dubium in facto, an num instrumentum esset anteriùs altero factis ambobus eodem die, & Mathesillanus etiam notabili 71. nota unam regulam, uelit ut procedat in quolibet dubio, tamen in exemplum facti duorum instrumentorum, quando concurrit priuatus, & fiscus, est secundum ueriorem opinionem distinguendum, an prætendat fiscus causam lucratiuam, iuxta naturam tit. de iure fisci. maximè l. 1. in princip. ff. eodē. & tunc procedat quod dicit Barto. an one-

rosam, & præferatur fiscus ita Ias. in leg. prima, colum. 9. ff. soluto matrimo. & illam opinionem ostendit ueriorem. Fan. in tracta. de pigno. in secunda parte, in quarto membro, numero 117 & ibi habes quod siue dubium sit in iure, siue in facto procedit hæc distinctio, & declaratio ad dictam l non puto. quia non potest assignari ratio diuersitatis, an oriatur dubium circa ius, uel circa factum. & ita absolute dicamus quod lex, non puto, procedit in omni dubio, sicut dixit Bart. & latius Mathesil. sed quod loquatur, sicut dixi, iuxta naturam illius tituli, ita in effectu dicit Deci. in regula in ambiguis. ff. de regu. iuris. qui etiam dicit. leg. non puto. posse procedere, quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum, quia in dubio debet iudicari fiscum non esse priuilegiatum, cùm seruetur ius commune, ubi fiscus non habet speciale priuilegium. leg. quod placuit. in fi. ff. de iure fisci. Hinc
75 etiam est dicendum † quòd in generali statuto etiam uenit causa fisci, & dotis, nisi reperiatur speciale priuilegium, per quod eximatur, ut etiam uult Decius in uolum. quinto, consilio trecentesimoprimo, & in leg. secunda. C. unde liberi. quicquid teneat Iaso. in dicta leg. prima. ff. soluto matrimonio columna 3. & malè. Hæc tamen declaratio ad dictam leg. non puto. licet in se sit uerissima tamen non congruit dicta lex. nõ
76 puto. quæ loquitur (ut dixi) quando † dubium uertitur in iure, uel in facto, non autẽ an fiscus sit priuilegiatus, quia non est dubium eum non esse nisi in specie reperiatur ut dixi, & est glos. in l. prima. C. de petitione hæreditatis. & in l. item ueniunt. §. in priuatorum ff. de petitio. hæredi. Ias. in l. 1. col. 3. C. de ædendo. & alibi sæpe. quando uerò
77 concurrerent † dos & fiscus præfertur dos secundum magis communem opinionem in dicta leg prima & ita etiam attestatur. Fan. ubi suprà, numero 108. de quo etiam uide Deci. in dicta. l. in ambiguis. maximè quando in uno appareret de hora, & circa dictam leg. non puto. uide etiam Felinum in cap. fi. colum. 3. de re iudic. in cap. pastoralis. in princi. de rescrip. Socin. consi. 107. columna. 3. Fulgos. consilio 78. columna. fi. & consilio. 215. columna. 2. circa finem Bal. nouellum in trac. dotis. in primo priuilegio nonæ partis. Abb. consi. 69. circa finem, & uide etiam ad prædictam leg. non puto. Alcia. in tracta. de præsumptionibus. & regu. tertia, præsumptione 41. ubi latè. Cætera
78 † priuilegia fisci & pertinentia ad materiam fiscalem ultra Marti. Lauden. ubi suprà, maximè in titulo, de fisco. & Francisc. Parmen. qui etiam facit tract. in hac materia, uide suprà, tam in titulo, de publicatione bonorum. quàm in titulis sequentibus de sententiis & earum impugnationibus. & successiuè sub titulo, de principe. & infrà in titulo, qui sequitur, de regalus, de quibus loquar non solùm in genere. sed etiam particulatim iuxta enumerata in dicto titulo, quæ sint regalia, ac etiam in ultimo titulo, infrà de remissione mercedis conductorum, possessio. princip. ac uectigalium eius-
79 dem. Omissa † iuris communis dispositionẽ, scias quod in hoc dominio Mediolani cùm dabantur bona insolutum creditoribus eorum quorum bona confiscata fuerãt fiscus ex decreto habebat priuilegium, ut posset redimere ea bona infra biennium, & generaliter per aliud decretum conditum anno M. CCCCXXVI. cauebatur, ut bona & iura quæ in futurum contingeret per cameram uendi, uel alienari quãdocunque intelligerentur alienata & uendita cum facultate redimendi, & pro principe & c[illegible]ra ea retinendi, & ponderandum est, quod dictum decretum non dicit ut quandocunque possit fieri redẽptio, sed ut quandocunque fiat alienatio, & ideo decennio currebat præscriptio. Anchara. consilio 331. columna. 2. secus si uerbum, quandocũque, positum fuisset ad uerbum, redimere quia tũc triginta annis completum fuisset, ut per Iaso. in l. petens. col 4. C. de pactis. Hæ declarationes tamen tollebantur per aliud decretum cõditum anno M. CCCCXLVI. quo cauebatur, ut nulla præscriptio curreret contra fiscum. propter cuius decreti uires non obstantibus Ancharano, & dictis Iaso. castrum Landriani fuit redemptum. & licet tempore regis collegium nostrum Mediolanense à Senatu consultum respondetit allegatum decretum non esse in usu, tamen ita factum fuit, ex quo non creditur doctori, nec doctoribus de consuetudine attestantibus, ut notatur in l. de quibus. ff. de legibus Senatusque consultis, & longa consuetudine. Est uerum, quòd in constitutioni

bus

bus nouis huius domini nō est mentio de allegatis decretis dantibus facultatem redimendi, & consequenter remanent antiquata & abolita ex decreto Cæsaris in eis constitutionibus inserto, & ubi etiam non esset antiquata, facta est constitutio, ut contra fiscum possit allegari præscriptio tanti temporis, cuius initii memoria non sit in contrarium, & dicta decreta loquuntur ad beneficium cameræ, non alterius. quod nota omnino.

Tit. de Regaliis.

SVMMAE.

1 *Regali quæ sint.*

2 *Regalia dicuntur, quia ad solum regem pertinent in regno suo.*

3 *Regalia quæruntur eo ipso quòd quis creatur rex quasi specialiter ei concessa.*

4 *Ius in uasallos trāsfertur eo ipso quod quis creatus est rex, siue princeps, & debet ei præstari fidelitas, non iure successionis.*

5 *Regalia & etiam omnia quæ specialiter soli principi, & imperatori sunt reseruata uidentur in eum translata qui dux creatus est, & potest legitimare naturales, & spurios.*

6 *Regalia sunt etiam ea, quæ rax percipit ex priuilegio Romanorum Pontificum uacante ecclesia.*

7 *Regales dignitates quæ dicantur.*

8 *Regalem dignitatem uel simpliciter dignitatem concessisse dicitur Cæsar, uel rex, uel dux, aut magnus Valuassor etiam si concesserit feudum simplex cum iurisdictione cum cognitione in aliqua uilla, uel castro.*

9 *Torqueri possunt simplices feudatarii in dominio Mediolani ex consuetudine, nec curatur de eorum dignitate.*

10 *Dignitatem an quis habeat attendimus quēadmodum in ciuitate habeatur.*

11 *Dignitates non solùm à Cæsare uti fonte proprio sed etiam ab aliis inferioribus descendunt & dicuntur ducales, uel marchionales.*

12 *Torquentur in dominio Mediolani feudatarii, licet deliquerint extra dominum ubi tamen in loco delicti esset talis consuetudo.*

13 *Regalia transferuntur in regem nō recognoscentem superiorem de iure, uel de facto, uel etiam creatum à Papa, & ipsi subditū.*

14 *Regalia fisci non competunt non habenti fiscum.*

15 *Fiscum non habet, habens mærum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, nisi ex priuilegio, uel præscriptione haberet.*

16 *Iurisdictione concessa non censetur concessum ius collectandi, & uectigalia imponendi contra subditos suos.*

17 *Leges condere potest qui habet iurisdictionem ac mærum & mixtum imperium.*

18 *Regalium concessio non includit iurisdictionem, nec ea quæ reseruata sunt soli principi.*

19 *Mærum ac mixtum imperium habens, non potest statuere contra ius nisi hoc sit concessū in priuilegio, uel nisi quis esset in possessione ita statuendi patientibus subditis.*

20 *Vicarii prouisionis Mediolani, qui præfectus urbis est officium circa carnes & frumenta non censetur concessum illi cui concessum est castrum in feudum.*

21 *Regalia præscribuntur tanto spacio temporis cuius initii non extat memoria in contrarium.*

22 *Probatio contra præscriptionem tanti temporis cuius initii memoria non extat in contrarium non admittitur nisi quo ad demonstrandum non esse lapsum tantum tempus.*

23 *Regalia censentur concessa quando princeps inuestiuit aliquem de castro cum mæro, & mixto imperio & omnibus regaliis,*

24 *Regalia omnia censentur concessa quando in priuilegio aliqua in specie sunt concessa, & subiicitur cum aliis iuribus quibuscunque.*

25 *Regalia non censentur concessa quando simpliciter concessum est castrum cum omni iure principis.*


26 *Regalia censentur concessa in suprascriptis casibus quando persona est uirtutibus prædita, & talis in qua posit conquiescere princeps.*

27 *Regalia facile à principe reuocantur.*

28 *Vectigalis impositio non censentur concessa, nec pedagium per uerba quantumcunque generalia.*

29 *Regalia non censentur concessa sub his uerbis generalibus, Conceduntur alia principi reseruata.*

30 *Feuda-*

1 
VAE † ſint regalia, uide tex. quæ ſint regalia. in uſibus feudorum. & Doctores ibi maximè Bald. in prin. & omnino in tit. epiſcopum uel abbatem. in princ.
2 colum. 2. Et † regalia dicuntur, quia ad ſolum regem pertinent, ut ibi in tex. & com petunt non ſolùm imperatori, de quo non eſt dubium, quia tex. in d. c. quæ ſint regalia. fuit editus à Federico imperatore, ut per Afflict. in rubrica dicti tituli, in prima quæſtione, ſed cuilibet regi in regno ſuo, ut per Afflict. in ea rubrica, quæſt. 2. & Corſet. in tracta. de poteſtate regia. quæſt. 49. & pluribus ſequentib. Bald. & Docto-
3 res in dicto cap. 1. Et † eo ipſo quod quis creatur rex, regalia quæruntur ei quaſi in ſpecie conceſſa. Bal. in dicto cap. 1. uerſicu. ultimo nota. & ſequuntur alij communiter in dicto cap. 1. Corſet. in dicta quæſt.
4 49. & quæſt. 49. Item † eo ipſo quòd quis creatur rex, in eum, quia fit rex, ſiue princeps nō iure ſucceſſionis transfertur ius in uaſallos, & ita uaſalli illius regni tenentur ei præſtare fidelitatem. Bald. in tit. de pace Conſtan. in. §. hoc quod nos colum. 4. ſuper uerbo, inueſtiturā recipien. quod nota ad ea, quæ dixi ſuprà latè, in tit. de prncipe. uerſic princeps non poteſt directum. ubi tango, an translata ciuitate, & eius territorio ius in uaſallos uideatur
5 translatum? Et † quando quis creatur etiam dux nedum rex non ſolum regalia. de quibus in dicto titulo, uidentur translata, uerùm etiam omnia quæ ſunt reſeruata in ſpecie ſoli principi, & imperatori propter excellentiam, de quibus dixi ſuprà in titu. de principe. & de quibus per Baldum in l. reſcripta columa ſecunda. C. de precibus imperatori offerendis. & ita etiam poteſt legitimare in ſuo dominio, & quo ad ſuum dominium naturales & ſpurios. Iacobi. in ſua inueſtitura. columna prima. uerſiculo, dubitatur. & columna ſequenti. & Felinus in capitu. cum nobis. columna tertia. uerſicu. tertia declaratio.
6 de pręſcript. Et † aduerte quia non ſolùm adſunt bona regalia, de quibus in dicto textu quę ſint regalia. ſed etiam ea quę rex percipit eccleſia uacante ex priuilegio Romanorum Pontificum, ut in capitulo, generali. de electionibus in ſexto. Et de his regaliis loquitur gloſſa ſecunda, in capitulo primo, in tit. qui feudum dare poſſunt. quæ tamen communiter non proba-
7 tur. Item † adſunt dignitates regales, ut ducatus. marchionatus, comitatus & ſimiles, quæ ſoli regi ſpectant, ut per Socinum conſilio centeſimoſexageſimo quinto,

to, colum. 1. uersiculo secundo. & plenè per Corset. in tract. ut suprà in quæst. quinquagesimaprima. Et † si rex locum Cæsaris in
8 regno suo tenens, uel ipse Cæsar conferat feudum non regale alicui, sed simplex feudum, ita ut non sit dux, comes, uel marchio, sed simpliciter feudatarius, An dicatur ei concessisse dignitatem regalem, uel saltem generaliter dignitatem, effectus est ultra alios quod torqueri non posset. l. omnes iudices. C. de decurionibus, libro decimo. & l. milites. C de quæstionibus. & dixi suprà latissimè in materia torturæ, tex. de feud. marchi. in princi. in usibus feudorum. uidetur uelle ut non intelligatur concessa regalis dignitas, imò hoc clarè uult, quia loquitur de regalibus dignitatibus, exemplum ponendo in ducatu, marchionati, & comitatu, non tamen negatur quin acquirat dignitatem. Mart. Lauden. in cap. 1. qui feudum dare possunt. in princ. clarè præsupponit eũ nullam dignitatem acquirere, & ita etiam Iacob. de sancto Georgio in tracta. feudodorum. in glos. in feudum. colum. 1. Sed uerior est altera opinio ut acquirat dignitatẽ in genere, licet non regalem pro qua uide Aluarot. omnino in tit. quis dicatur dux, &c. colum. 2. uersicu. præmitte. iuncto uersiculo, intelligas. aduertendum tamen quod feudum sit iurisdictionis. ita ut feudatarius habeat cognitionem in aliqua uilla, uel castro, nec in hoc secundum Aluarotum, & eos quos allegat, fit differentia, An sit Cæsar, uel rex qui feudum concedat dummodo sint duces, marchiones, comites, & magni ualuassores, & ut bene intelligas hæc, uide aliam diuisionem feudi dum dicitur, quod aliud est nobile, aliud ignobile in prælud. feudo. & per Iacobi. ubi suprà, colum. 3. in eis locis habes quod etiam est nobile, quando ab inferioribus à principe conceditur, licet non tantùm. Est uerùm † quòd in simplicibus feu-
9 datariis non seruatur in hoc dominio, ut torqueri non possint tanquàm sint in dignitate, imò de dignitate eorum non curamus, nec arbitramur esse in dignitate, unde succedit quod in effectu non sunt, quia
10 † ad cognoscendum, an quis sit in dignitate, attendimus id quod existimatur in ciuitate. Barto. in leg. unica. columna secunda, uersicu. dico ergo. C. de mulieribus, in quo loco munera sexui congruentia, uel honores agnoscant. Item an quis sit nobilis idem attendimus. Barto. in leg. prima, columna fin. C. de dignitatibus libro duodecimo. & per Paul. de Cast. consilio ducente simotrigesimo, dubitatur primo an comes Palatinus, columna. 4. & consequenter tollitur alia conclusio iuris quæ habet, ut existens in dignitate torqueatur, non posse induci consuetudine, de qua suprà in materia torturæ, quia non inducitur hoc, sed quod non sit in dignitate, & quod non habeat dignitatem simplex feudatarius, satis clarè uult Iaso. in præludiis feudorum in octaua quæstione, in prima diuisione feudi, si bene uides, conueniendo cum Lauden. & Iacobi. Tamen perseuero in alia opinione, per textum in dicto ca. primo. de feud. marchi. in primo. & in capitu. primo. quis dicatur dux. uersicu. qui uerò a principe. & §. cęteri. & reperio ita tenere Socin. in dicto cõ
11 silio. 165. colum. secunda. & † ex his apparet eos qui dicunt omnes dignitates uti à fronte profluere à Cæsare, ut in dicto capi. primo. de feudo marchionatus. & per Cur. Iunior. consilio quinquagesimoseptimo, numero decimo. non benè dicere, quia etiam ab aliis inferioribus descendunt, & quemadmodum de pręcedentibus dixi, quòd sunt regales, hæ erunt ducales. marchionales, sic de similibus. Et quia dixi quòd consuetudine torquentur in hoc dominio feudata-
12 rii, Scias † hoc mane Senatum ita attestatum fuisse, & scias etiam quòd hic torquentur, licet deliquerint extra dominum, ubi tamen cõsuetudo ibi esset simpliciter, quia tortura fit ad inueniendum, & est ex genere probationis, datur enim in subsidium aliarum probationum. leg. prima. C. de iuram. calumn. & probatur in toto titulo. ff. & C. de quæstio. & consequenter est ex decisiuis, juxta dicta Felini in capitulo quod clericis. in fine. de foro competenti. & ita attenditur locus delicti, ut not. in dicto cap. quod
13 clericis. Et dum † dixi in regem transferri omnia regalia, eo ipso quod est creatus, intellige ut procedat in rege non recognoscente superiorem de iure, uel de facto, uel etiam creato à papa, & ipsi papæ subdito, ut per Corsetum in dicto tractatu, quæstio-
14 ne quadragesimanona: Et adsunt † ex regaliis, de quibus in dicto textu, quæ sint rega-

lia, aliqua regalia fisci, id est, competentia fisco consequenter non competentia illi qui non habet fiscum, ut ciuitati recognoscenti superiorem, uel non habenti fiscum priuilegio, uel præscriptione, ut satis considerate ponderat Corset. in tract. ubi suprà, quæstione quinquagesima, ubi uide ad terminorum declarationem, & Bald. in leg. prima. C. de hæred. decur.

15 Ad cuius declarationem quæro, † an habens mœrum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem etiam habeat fiscum, ita ut publicationes quas facit. & pœnæ sibi competant, & uidetur non habere, nisi ex priuilegio habeat, uel præscriptione. ita Iacobin. in sua inuestitura, in glos. cum mœro & mixto imperio. columna antepenultima, uersiculo sed an iste nobilis. & ita Alexand. consilio decimotertio uolumine sexto columna. 4. iunctis his quæ dicit, columna præcedenti, & satis probatur in dicto capi. primo quæ sint regalia. ubi inter regalia sola creatio magistratuum numeratur, & ubi etiam numerarentur illud solùm uidetur concessum, non alia per dictum textum, & consequenter ille cui concederetur, solùm haberet exercitium iurisdictionis, ut habent officiales, iuxta latè notata per Iacobi. super dicta glos. col. 1 & 2. In contrarium uidetur ueritas, quia inuestitus de castro cum mœro & mixto imperio etiam habet has pœnas, iuxta latè dicta suprà in tit. de pœnis. in uersiculo. an confiscatio bonorum, & patet ratio diuersitatis inter uasallum qui proprio iure utitur, & officialem qui gerit alieno nomine, ut etiam optimè in hoc proposito ostendit Comens. consilio centesimosexagesimosecundo, maximè in fin. Tamen aduertendũ est, quòd pro altera opinione uidetur decisio Bartol. communiter approbata in leg. cunctos populos. C. de summa Trinitate & fide catholica, columna penultima, uersiculo mihi in ista quæstione. qui clarè uidetur uelle ad hoc, ut quis publicare possit & sibi ascribere confiscationem bonorum, necessarium esse, ut habeat imperium, item regalia ex priuilegio, & consuetudine, aliter non potest sibi ascribere, & Bald. in leg. prima in fin. C. de hæreditate, uel actione uendita. & in effectu Bartol. in leg. prima. C. de bonis uacantibus. in fi. & absque dubio clarè. Alexand. ita interpretatur has decisiones in dicto consilio, quia in colum. tertia uult ut illi nobiles habeant ius publicandi, eò quod haberent mœrum & mixtum imperium, posteà in columna quarta, decidit, ut publicationes sint eorum, non quia essent inuestiti cum mœro & mixto imperio, sed quia regalia acquisiuerant, nihil tamen uidetur magis in terminis quam decisio Iacobi. ubi suprà, nisi dicas quòd illa decisio loquitur quo ad succedendum in bonis uacantibus, quod non prouenit à iurisdictione, nec imperio, non mirum si succedit, quamuis habet mœrum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem nobilis, nisi habeat fiscale ius in genere, sed quando ex iurisdictione & imperio oritur publicatio & pœna, tunc uidetur quòd etiam hæc concessa fuerint, & dicere solùm exercitium censeri concessum esset ridiculum, quia ex dicta inuestitura facta, ut suprà fiunt procuratores in rem suam. & dicuntur facti, iuxta notata per Bartol. in dicta leg. prima. C. de summa Trinitate, & fide catholica. & dicto consilio. Cumã. 162. colum. fin. Et ad hoc, ut sint & intelligantur fructus iurisdictionales concessi, uide quæ dixi suprà in dicto uersiculo, an publicatio bonorum. sub eo tit. de pœn. & ad Barto. in dicta leg. prima & Bald. in leg. prima. C. de hæredita. uel actione uendita. satis patet responsio, eò quòd non explicitè loquuntur, & defendi possunt, & in effectu Iacobi. satis tenet hanc opinionem in dict. glos. col. 2. uersiculo sed an pœnæ pecuniariæ. & uersiculo sed an inuestitus. Conclusio est igitur quod fiscalia, quæ sunt fructus iurisdictionis sua sunt. Alia uerò fiscalia, ut bona uacantia & similia, & alia regalia non fiscalia, sed ipsius regis, iuxta terminos de quibus suprà, non censentur concessa, ex eo quòd omnis iurisdictio concessa censeatur alicui, quia ex separatis non infertur. leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquire. posses. & ideo non immeritò Ia-

16 cobi. in dicta glos. clarè decidit, ut non † ueniat sub tali concessione iurisdictionis, ius collectandi, & noua uectigalia imponẽdi contra subditos suos. Hinc sequitur, ut etiam possit cui concessum est, ut suprà

17 statuere † & leges condere, quia pendet ab habente iurisdictionem, ut per Iacobin.

in dicta glos. cum mœro & mixto imperio. columna secunda uersicu. an autem. Et
18 quid econtrà, an † concessio regalium includat concessionem iurisdictionis mœri & mixti imperii, quæ etiam Doctores in mille locis appellant regalia, licet non includantur in illo textu est materia leg. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum ubi ponitur per quæ uerba transferátur, & ego habeo concessionem in loco Axiati omnium fructuum iurisdictionis mœri & mixti imperii, & omnium regalium, non tamen habeo ipsam iurisdictionem, nec eius exercitium, unde patet ea esse diuersa. Præterea uidetur quòd non includat concessionem iurisdictionis, per text. in dicto capitu. primo. quæ sint regalia. ubi hoc non numeratur inter regalia, & non ualet consequentia, Iurisdictiones sunt regis & principis, ergo ueniunt appellatione regalium, ut in illo textu, imò licet reseruata soli principi. de quibus infrà sint principis, & soli principi competant, & ita possint appellari regalia, nihilominus non ueniunt appellatione regaliū. dicto capitulo primo uide tamen Bald. in d. cap. primo. in fi. qui uult per illum textum, ut iurisdictiones sint principis & ideo decidit non posse alienari, ut ibi. Item omnes doctores maximè in articulo, An regalia possint alienari, etiam ponunt iurisdictionem inter regalia, est uerum quod tamen concessio regalium non includit nisi contenta expresè in dicto capit. primo & non ea quæ innuuntur, ut quod iurisdictio sit principis, quod fit non propter dictum textum. sed quia pendent ab Imperio, & ad prædicta, An qui habet mœrum & mixtum imperium habeat fiscum, & uectigalia possit instituere, uide Firmian. in tract. de gabel. in prima parte. columna. 3. & 4. uersicu. tertio quæro. & uersicu. quarto quæro. Et quia dixi quòd potest cui est concessum mœrum & mixtum
19 imperium statuere, Quæro † an possit statuere contra ius, de quo uide Iaso. in leg. omnes populi. in fi. ff. de iusti. & iur. & dixi suprà in tit. de pœnis. uersicu. an publicatio bonorum. in quo ultimo tamen est aduertendū, An etiam hoc sit concessum in priuilegio, iuxta tradita per Felin. in c. quę in ecclesiarum. columna. 11. uersicu. sed cogitabam. de consti. & c. porrò. de priuileg.

Item est aduertendum, an talis dominus sit in possessione statuendi etiam contra ius patientibus subditis, & magis, an tanto tempore sit in possessione, ut præscripserit, iuxta notata in leg. prima & secunda. C. de seruitutibus & aqua. & Iacob. in suo tracta. feud in glos. & cum uenationibus. columna. secunda uersicu. cautela. & not. per Bald. in l. lapilli in 4. quæst. ff. de rerum diuisione. & per eundem Iacobin. in dicto tracta. in glos. & cum piscationibus, ad fi-
20 nem. An concesso † nostro in hoc dominio Mediolani in feudum transferatur illud ius quod habet præfectus urbis uicarium prouisionis appellamus, circa carnes, pisces, & frumenta, iuxta leg. primā. §. cura carnis. ff. de officio præfecti urbis. si cōstitueretur præfectus, de quo loquimur à principe, crederem quod illud etiam concessum censeretur quia fit in effectu princeps ipse in illis terris, maximè si concessio esset ampla. iuxta dicta Felini, ubi suprà, sed cùm creetur à ciuitate, & talis iurisdictio sit in ciuitate, credo cōtrarium, quia nemo dat quòd non habet.

21 Dixi † quòd regalia quæruntur præscriptione, sed talis esse debet ut non sit memoria hominis in contrarium Iacobin. in dicta glos. columna penultima: uersic. sed utrum ipse nobilis. Bartol. & Doctores in d. l. 1. C. de summa Trinita, & fide catholica, ubi suprà, & in d. l. 1. C. de bonis uacantibus. & per Alexan. in dicto consilio 13. colum. 4. est tex. in c. super quibusdam §. præterea. de uerbor. signifi. & Afflict. in d. c. 1. in 2. quæst. ad finem. & est in colum. 3. qui etiam in seq. quæst. uult in uersi. restat ergo ut nec requiratur sciētia imperatoris, est materia Bart. in leg. si publicanus. §. in uectigalibus. ff. de publ. ubi cōcludit idem, eo excepto quòd uult requiri sciētiā saltem iudicis imperatoris, & opinionē Affli. in omnibus tenet Alexād. consilio 6. in primo uolumine, & in fi. subdit ea. quæ dicit in pedagio habere locum in quibuscunque gabellis, mulctis, & bonorum cōfiscationibus & dicit Alexan. ibi communem opinionē Doctorum esse, ut non requiratur sciētia iudicis loquēdo in præscriptione tāti tēporis cuius initii, &c. & idem Ias. in l. imperiū. ff. de iurisdict. omnium iudic. colum. 8. uersicu sed huic fundamento. idē Felin.

te.cap. cùm nobis.columna.2.uersiculo.sed adderte. de præscript. & uide de hac materia Alexand.in l.1.circa finem.ff. de iurisdictio.omnium iudi.& quinto uolumine, consilio decimosexto colum.8. Socin.consilio. 187.columna. 8.Firmian.in tracta.de gabellis.in prima parte, in decima quæst. & Alexan.in 3.uolumi.consilio.87.circa fi Feli.in c. primo de præscrip. colum.3.in fi.& in ca, cùm non liceat.eod.tit.col.9. in fi.& seq. & dicit Bal.2.uolum.consilio undecimo.quod cùm generaliter seruetur in Italia ut soluantur pædagia, præsumitur scientia,& idē uolum. 2. consilio.112. circa finem. & uide
22 omnino Bald.3. uolum. consilio. 340.& † contra præsumptionem quæ oritur cursu tanti temporis, &c.non admittitur probatio in contrarium, sed solum non esse tantum tempus.Felin.in dicto c. cùm nobis.colum.3.Barba.consil.41.colum.11.in 1.uolu. Alexand.consil.125. in 1.col.in 2.uolumi.& dicto consilio.6. in 1.colum.& con.82.col.2 eo.uolumi Feli.in c.de quarta.de præscript. col.fin. & uide Aret. consi. 30. col. quarta. eundem consi. 154. colum. penulti. & fin. & possem allegare usque ad duas horas au-
23 thoritates Doctorum, Quando † princes inuestiuit aliquem de castro, cum mæro & mixto imperio, & omnibus regaliis, an ita loquendo in genere ueniant omnia regalia, de quibus in dicto ca.1.An uerò requiratur ut in specie transferantur, suprà uidistis quando creatur aliquis rex uel dux,quod eo ipso sunt in eū translata omnia regalia,hic quæro, quando nobilis inuestitur, uel infeudatur cum translatione omnium regalium, an sufficiant hæc uerba generalia ad illa transferenda. Dic sufficere secundum decisionem in terminis Bart. in leg.prima.C.de bon.uaca.lib.decimo quā ibi sequūtur Ioā. de Plat. & communiter alii,est uerum quòd princeps debet uti saltem uocabulo in genere regalium, quia alioquin non essent
24 comprehensa, adeò ut dubitetur, † concessis aliquibus regaliis in specie, si subiiciatur eum aliis iuribus quibuscuuque, an uideantur cætera concessa, deciditur tamen, ut hoc etiam casu uideantur reliqua concessa, propter potentiam expressorum in specie cum dicta clausula generalissima, ut per Roman.consilio. ducentesimoseptuagesimoprimo.& Afflict.in tit.de cap.qui cu
25 riam uēd.in primo nume.33.& † quod simplex concessio castri cum omni iure principis non sufficiat, est decisio Alberi.in leg. fi. in fi.C. de iurisdi. omnium iudic.& sequitur Lauden.in tit.de principe conclusione centesimadecimaquinta hanc opinionem ut sufficiat in genere translatio regalium, etiam tenet Isern. in dicto c. quæ sint regalia.& sequitur Afflict. ibi in 6.quæst.cùm bono tamen temperamento in uersi. sed hanc
26 conclusionem.ut scilicet ille † cui concessa sunt regalia sit uirtute præditus, & in quo possit princeps conquiescere,loquendo tamen hoc casu etiam quod in specie essent concessa. Item loquendo eo casu quo ualet concessio, ut quando non exit uitam uasalli, ut per eum.& quando etiam ualeat concessio regalium, uide eundem in quæst.
27 præced.quæ est quinta.qui dicit † has cōcessiones regalium facilè à principe reuocari, quia regalia ministrare,est maiestatē regis minuere, secundum Ciceronem secundo Rhetoricorum,& hæc est communis intentio Doctorum in dicto cap.1.ut sufficiat generalis concessio regalium, & uide omnino in hac materia Cuman. consilio. 162 qui non solùm hoc tenet, sed plura declarat circa hanc dubitationem, est uerum quod Imol. consilio 121.post medium,uult ut per uerba quantumcunque generalia,
28 non ueniat † facultas imponendi nouum onus uectigalis, ad idem Cuma.in dicto cōsilio, ad finem. uide tamen Bal. consilio, 243. in 5. uolumine, qui uidetur uelle ut ut non ueniat pedagium sub uerbis quantumcunque latis,etiam loquendo de pedagio iam formato, sed non explicat an etiam loquatur de uerbis magis generalibus quā sit uerbum, regalia, & ideò non obstat, sed concordat,& de hoc, & an etiam ueniat ius cudendi monetam, uide infrà in tit.de monetis. & in titulo, de uectigalibus.Non est
29 omittendum † quòd licet sub nomine generali cum regaliis omnibus ueniant regalia sicut tamen dixi, nihilominus non ueniunt sub uerbis generalibus, alia reseruata principi, de quibus per Bald. in leg. rescripta. C.de precibus imperatori offerēdis.& in leg.imperium. in prima lectura.columa. tertia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ut suprà maximè per Afflict. in principio dicti textus capitulo primi. quæ

quæ sint regalia. ubi per plures columnas, hæc habentur in dicta l. imperium. & uidetur tex. in c. quod translationem. de officio delega. Bal. in leg. 2. C. de seruitutibus & aqua. & in leg. à procuratore. C. mandati. & per Præposit. in dicto cap. 1. quæ sint regalia. colum. 2. & Felin. in c. cùm nobis. colum. 3. uersicu. tertia declaratio. de præscript. & latius Feln. ubi omnino uide. quia aliter nõ intelliges in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. ibi de potestate principis secularis & Papæ, circa ius diuinum, gentium & ciuile, ibi habes etiã de his reseruatis soli principi, & deniquæ de hoc quod in generali concessione principis, non ueniunt hæc soli principi reseruata cum certis declaratio nibus, quas non ponit in dicto capitu. cùm nobis. & ideò Senatus noster non patitur,
30 † ut feudatarii huius dominii in rescriptis ponant clausulas appellatione remota, & quod procedatur simpliciter, & de plano, &c. & solùm uult ut literæ eorum sint secundum iustitiam, & qui ab ea uult recedere recurrat ad Senatum, uel principem. An tamen hæ clausulæ ad solum principem spectent, dixi suprà, sub tit. de principe. Et
31 † an ualeat alienatio regalium dixi sub titulo de principe, ad finem. In quo articulo nunquàm mentem tuam exeat, quòd si sit facta alienatio a principe, de regalibus, de quibus in dicto cap. 1. quæ sint regalia. Princeps ipse, uel saltem successor, potest illam reuocare. ita Felin. post Bald. in cap. 1. de probat. in uersiculo. quarto declara. Et aduertendum est, quòd quamuis in conces
32 sione iurisdictionis fiat distinctio, An † sequatur ex tali concessione magna diminutio dominii, uel non, ut dixi ubi suprà, & & uult Dec. in dicto cap. 1. in uersicu similiter. & Felin. ibidem, uersicu. tertio declara, Tamen in concessione horum regalium absque distinctione, ita concluditur maximè per Felin. ubi suprà, Credo tamen non esse rationem diuersitatis inter concessionem regalium, de quibus in dicto cap. primo, & concessionem iurisdictionis, & quòd cadat eadem distinctio, an concernat diminutionem magnam dominii &c. & quòd sit uerum etiam Bald. in leg. qui se patris. C. unde liberi. columna penultima uersiculo item non concessii. uult ut priuilegium cõcedens iurisdictionem etiam possit reuocari, ubi aliàs non posset reuocari, & sequitur Decius, ubi uide in cap. nouit de iudiciis. in uersiculo, suprascripta conclusio limitatatur. & tamen in hoc fit eadem distinctio quam dixi, & utranque authoritatem allegat Brunus ad idem consilio secundo, columna decima, & consilio undecimo co-
33 lumna octaua. Ex his uidetur sequi, † quòd princeps habet non modicam authoritatem etiam in his quæ data sunt in feudum, saltem uia legis, & hæc est ratio nostri decreti de maioratu æditi ad moderandã iurisdictionem feudatariorum, sicut dixi circa dictum decretum, suprà sub titu. de foro competenti. Quo tamen ad quæstionem quando donantur iura regalia, & iurisdictiones compono omnia. Nam illa distinctio an tendat in magnum præiudicium dominii, uel ne, procedere uidetur quo ad
34 hoc, ut ualeat alienatio ab initio, qua † ipsemet princeps qui alienauit, potest ipsam alienationem non seruare, secundum distinctionem, sed quo ad successorem uidetur quòd absolutè possit reuocare sine dicta distinctione, ita loquitur Bald. in capitu. primo. §. amplius. de pace Constantiæ. & Felin. in dicto capitu. primo. qui propriè loquitur quo ad successorem, & in hac opinione residet tandem Afflict. in rubr. in 4. quæstione in fin. dum dicit, sed successor non tenetur confirmare. & dum allegaui Bald. in leg. qui se patris. colum. penulti. uersicu. item in concessis. ad hoc quòd princeps concessam iurisdictionem reuocare potest etiam ubi aliam rem non posset, Scias ne erres, eum loqui in officiali, cui cõcedit non merum, nec mixtum imperium, sed exercitium horum, ut fit in quolibet officiali, & ideo non mirum si habet potestatem reuocandi ad libitum, & est textus in leg. secunda. C. de agricol. & censit. lib. undecimo. & ita etiam intelligit Deci. in dicto capitu. nouit. in uersiculo ista tamen limitatio iustificari potest, & est uerissima conclusio, quòd potest ad libitum etiam sine causa princeps amouere officialem suum, nisi tamen cum causa expressa in specie fuisset constitutus, ut latè per Afflic. in dicto titulo, quæ sint regalia. super uerbo, potestas. columna. secunda. Ad declarationem tamen præcedentis quæstionis, an regalia & iurisdictiones possint alienari, tam

in præiudicium ſucceſſorum, quam con-
35 cedentium ſubiicio queſtionem. An † dux Mediolani poſſit uectigal aliquod alicui concedere, & uidetur dicendum non poſſe ſine licentia Imperatoris, nam habet illud ab imperatore, & illum recognoſcit, igitur ſine eius licentia non debet poſſe illud concedere, ita Bald. in titulo, de pace Conſtantiæ, in uerbo ſucceſſorum. & Bald. in capitulo unico. quæ ſint regalia. & Bart. in leg. ſi in diem. in fi. ff. de aqua pluuia arcenda. Bertachin. in tractatu, de gabellis. in prima parte, quæſtio. decimaquarta. ubi omnino uide, ſed tamen dic, quod aut duci ex priuilegio hoc datum eſt, & tunc poteſt. capitu. quod translationem. extrà, de officio delegati. Angel. conſilio ducenteſimo decimo quarto. in cauſa accuſationis. Paul. de caſtro in conſilio ducenteſimotrigeſimo quinto, & Moder. in dicto capitulo primo, quæ ſint regalia, & ad hoc omnino uide Felin. in capitulo. quæ in eccleſiarum. numero 33. de conſtitutionib. ubi declarat dicta cōſilia Paul. & Angel. loquentia de duce Mediolani, & Curt. in tracta. feud. charta. 17. columna. 1. uerſiculo. ſecundo principaliter. Aut hoc habet dux ex conſuetudine tāti temporis cuius initii memoria non exiſtat in contrarium, & idem cap. ſuper quibuſdam. § præterea. de uerbor. ſignificatio. Ceſſantibus priuilegio & conſuetudine nō poteſt hoc facere ſine conſenſu Imperatoris, ubi tamen apparet eum uelle uendere ipſum ius, ſecus ſi uelit commoditatem uēdere, uel ſimus in dubio, quia etiam in dubio ipſa commoditas uidetur uendita, ut actus potius ualeat, quàm non. ita Imol. in di. leg. in diem. de aqua pluuia arcenda. & Bart. in l pontem. ferro. §. qui marimos. in quæſt. 3. ff. pe publi. & in quæſt. publicanus. columna. 4. & ideo etiam princeps ipſe poſſet reuocare ubi ius uenditum eſſet, Nec Bald. in tit. de pace Conſtantiæ. dum dicit non ualere alienationem in præiudicium ſucceſſorum, uult ut tempore ipſius ualeat, ſed id dicit de ſucceſſore, quia ubi ipſe uellet de facto non infringere, ſaltem ſucceſſor poſſet, & ita etiam intelligit Felinum. qui allegat deciſionem Baldi in cap. ad audientiam. columna ſecunda, de præſcript. & Iaſo. in leg. prima, columna tertia. ff. de conſtitutionibus principum, & ita clarè in indiuiduo ſentit Soccinus in ſuo conſilio ſolemni, in hac materia ſeptima, in tertio uolumine, uidelicet non ualere etiam in præiudicium concedentis, & ſimpliciter reuocari contractum, non ita quando commoditas uenditur, uel cenſetur uendita, quia tunc tenet quo ad eum & ſucceſſorem, niſi tamen dominum reſolueretur ex neceſſitate, iuxta terminos dictæ leg. in diem. & ibi per Bartol. Paul. de Caſt. & alios, quia tunc tantùm ualeret durante dominio concedentis, & ultra Soccin. qui uult non ualere in præiudiciū ipſius concedentis, eſt deciſio Martini Laudenſis in capitulo primo, in in principio. in tertia columna, qui feudum dare poſſunt. niſi in conceſſione adſit clauſula motus proprii, uel certæ ſcientiæ, & refert & ſequitur Iaſ. in præludiis feudorum. charta 167. in illo articulo, An imperator uel rex poſſit alienare caſtra aliqua imperii, & loquuntur Martin. & Iaſo. etiam in non recognoſcēte ſuperiorem, & ideo in recognoſcente arbitror, ut non poſſit directè, nec aliter cum aliqua clauſula.

Sed tamen hæ diſputationes ceſſant in du-
36 cibus † Mediolani qui eandem poteſtatem habent quam imperator ut in dictis cōſiliis Pauli de Caſtro, & Angeli, & priuilegia eorum ſunt latiſſima, & ex conſuetudine etiam faciunt duces iſti alienationes dando caſtra & uillas in feudum, & ſortiuntur effectum etiam quo ad ſucceſſores, quādo non tendunt in magnam diminutionem dominii, & multò magis ſortiuntur effectum alienationes uectigalium. Et tempore ducis Ludouici Sfortiæ multæ factæ ſunt ex cauſa, & inter eas una genitori meo, quæ ſemper habuit effectum, etiam tempore regis Francorum, & aliorum ducum, & inuictiſſimi Cæſaris Caroli Quinti, & uide omnino in hac materia Deci. in conſilio centeſimononageſimoprimo, columna prima. & Alexandr. in conſilio primo, in quinto uolumine, columna quinta & ſequenti. Cardinal. conſilio centeſimo trigeſimoſeptimo, columna penultima. Bartolus. conſilio centeſimononageſimoſexto, columna prima, & ſecunda. & de duce Mediolani uide Anan. conſilio octogeſimoprimo, de quo duce etiam Deci. & Alexandr. ubi ſuprà, Corne. primo uolumine, conſilio ducenteſimoquadrageſimoſeptimo, columna

na prima, & Iaso. in dictis præludiis feudo-
37 rum. Et † an regalia possint pignorari, uide Firmia. in dicta prima parte, in decima sexta quæstione, & Felin. in dicto capit. ad audientiam, columna secunda.

38 An † concessis regaliis, ueniat castrum, ut si mihi concedatur oppidum in quo adsit castrum, siue arx, nulla de eis facta mentione, sed dicto cum regaliis utrum ueniet castrum, Dic uenire si ibi solebat habitare princeps, uel ius ibi solitum esset exerceri aliàs non. ita tex. quæ sint regalia. in uerbo, palatia, & ideo in dubio castrum censetur allodiale, ut per Iacobin. in glos. de castro, columna quarta. in sua inuestitura. Deci. consilio ducentesimosexagesimonono, in principio. & consilio ducentesimoquinquagesimosecundo, columna secunda, uersiculo. secundo principaliter. loquitur tamen tex. in ciuitatibus, sed uidetur extendendus sicut lex ex eadem ratione quia consuetudines feudales quæ non sunt contra ius ex eadem ratione extenduntur ad casus similes. Alex. in leg. diuortio. §. si feudum. colũna secunda. ff. soluto matrimonio. & consilio. 106. uiso themate in penult. colum. in 4. uolumi. & Roch. Curt. in tractatu consuetu. folio 16. uersicu expræmissa, & infinitas quæstiones de Castro uide per Iacobi. ubi suprà, & de palatiis & ædificiis per Afflict. in uerbo, palatia. & secundum grammaticos palatium dicitur domus superba & ampla, A Pallante gigante qui primum palatium ob sui magnitudinem fecisse dicitur, nec facio differentiam an sit castrum, siue palatium, si usus erat castro sicut dixi iuxta duas expositiones Iser. & Bal. ibi. & hoc satis Gemin. si bene uides in cap. si ciuitas. columna. 2. de sentent. excom. in 6. & castrũ casa alta dicitur munita muris, siue fossis. Barto. in extrauagan. qui sint rebelles. in uerbo, Lombardiæ. Iaso. in l. si hæres §. ui-
39 cis. in fi. ff. de legatis primo. Et † quid de fouea castri, crederem quod tanquam pars castri. idem esset de ea iudicandum quod de castro, ut de balneis & horto dicit textus. in leg. prædiis. §. balneis. & §. qui domum. de lega. tertio cum his quæ latè per Alexandr. consilio penultimo uolumine secundo ubi idem dicit de stabulo contiguo domui, & consilio uintesimosexto. consideratis circa. primo uolumine. quarto repetito consilio trentesimotertio. uolumine septimo. & Ias. in l. fin. ff. de constitutionib principum. columna secunda. & idẽ in qualibet re connexa, ut per Aretin. relatum per Alexand. in dicto consilio. penultima columna. 1. & facit quod hortus dicitur paratus causa domus, quando est pedisequus domus, ut consuluit Bald. per Felin. relatus in cap. Rodulphu. colum. decimosexta uersicu. hortus. de rescript. & quod fouea comprӕhendatur in uenditione castri, imò cuiuslibet loci cui adhæret, uult. Barto. in tracta. Tiberia. columna. 4. uersiculo. quomodo dicatur adiici. & circa dubitationem principalem an castrum sit ex regalibus, in qua sentio esse, ubi destinatum esset, &c. Aduerte non mirum esse si text. quæ sint regalia dixit de palatiis, & non de castris, quia palatia sunt amplæ domus, in quibus multa esse possunt, quæ ut plurimum sunt principis, quia ad ea fabricanda opus est impensa regia sicut habemus tit. de palatiis, & domibus dominicis in C. lib. undecimo ubi in rubrica, uide Plato. Castrum uerò, id est, arx potest esse non destinata ad habitationem principis, nec iustitiæ ministrandæ, sed ad solam defensionem loci, ita ut esset principis, tamen non de regaliis. Si uerò etiam ibi habitaret princeps uel esset locus exercendæ iustitiæ quamuis nõ soleat esse amplum, imò paruum ut minori impensa custodiatur secundum Doctores, ubi suprà, non uideo rationem diuersitatis, quare non comprӕhenderetur inter regalia maximè si in ciuitate esset,
40 per prædicta. Et † quando donatur uel uenditur alicui castrum cum pertinentiis, & deinde princeps dicit aliquid esse de pertinentiis, an ei credatur. Dic ei non credi, sed opus esse ut illud probet Innocentius. in cap. cùm ad sedem. de restitut. spol. Doctores maximè Præposit. in cap. primo de eo qui cur. uendi. columua. 4. ad finem. Iacobi. in glos. de castro. columna prima. Alexand. consilio quadragesimotertio, in princip. & consilio uigesimotertio, in quinta, colum. 2. Aretin. consilio centesimoquadragesimonono, columna. 1. & 2. & ibi etiam habes quando uendita re principali, intelligantur uenditæ pertinentiæ, & qualiter probetur quæ sint pertinentiæ, & quæ sint uide Bald. primo uolumine, consilio. 420.

& consilio. 438. & tertio uolum. consi. 245 & consilio. 478. & quinto uolumine, consilio. 445. Cardin. in consilio. 47. circa fin. Bald. in capitu. primo. in fin. secunda colum. de cap. qui cur. uendi. Bald. secundo uolum. consilio. 477. colum. prima. circa fi. Cald. de don. consilio. 6. in pluribus locis. & de uerbor. signific. consil. 6. Socin. consil. 47. colú. 3. & in primis uide Innoc. in c. cùm ad sedé. de restit. spoliat. Angel. in leg. cùm propria. C. si quis alteri, uel sibi. nec postponas Ias. in le. si. colum. 2. ff. de constitu. princip. ubi post Imol. & Alexan. in leg. 3. in pri. ff. de acquir. posses. dicit quòd liceat quis habeat possessiones in territorio sui castri, Tamen concesso castro cũ pertinentiis nõ ueniũt possessiones, quia pertinentiæ sunt circa iurisdictionem. Et quid si princeps donat castrũ, an uideat donare iurisdictionem, uide Alex. & Iaso. in l. 1. ad fin. ff de iuriscom. iudic. Feli. in c. Rodulphus. de rescript. in uerbo, territorium. Iacobi. ubi suprà, & Doct. maximè Præposit. ubi suprà, & determinatur donatam esse, quia priuilegia principis sunt latissimè interpretanda, & hæc quæstio procedit, siue iurisdictio esset a principe attributa castro, siue in eo princeps resideret, sed si quis se recognoscat ab alio de castro, an etiam uideatur se recognoscere ratione iurisdictionis? hæc quæstio locum habet, ubi iurisdictio esset attributa castro per principem, uel præscriptionem, & ita intelligitur Præposit. ubi suprà, columna, quinta in pri. & determinat non uideri se recognoscere, de qua etiam per Felin. in dict. c. Rodulphus. ubi suprà. Et an uendito castro, uideatur uendita iurisdictio? Doctores suprà in donatione loquentes sentiunt non uideri uenditam, quia cessat ratio latissimæ interpretationis, uide Iacobi. ubi suprà, Iaso. in leg. prima. ff. de iurisdi. omn. iudic. in articulo, an præscripto castro intelligatur præscripta iurisdictio. Aretin. consilio. 149. colum. 1. & Doctores suprà. Et quid sit ciuitas, castrum, uilla, municipium, & similia, uide Gemin. in c. ciuitas. de senten. excom. in 6. colum. 1. & 2. & ibi etiam ponit differentiam quo ad extensionem faciendam de priuilegiis & beneficiis respectu pertinentiarum. Item ibi dicit castrum non habere pertinentias, & de materia castri, uide etiã Felin. in c. licet causam. colum. prima. de proba. & in c. Rodulphus. de rescript. An concesso castro ueniant munitiones eius, uide Iaso. in leg. fin. ff. de manda. princip. Castro concesso non ueniunt iura alteri data in feudum ut, est decisio Neapolit. 334. & decisio 361. De castro limitropho quando possit princeps disponere, & illud destruere, uide Brun. consilio. duodecimo. columna. undecimo. & multa de concessione castri ponit Iason. in dicta leg. fina. ff. de const. princ. co-
41 lumna prima & sequen. Quæro etiam † an dominus loci habens furnum, uel molendinum, habeat etiam ius prohibendi, aliis ne furnum, uel molendinum ædificent in eo loco, atque ita cogantur accedere ad suum furnum, uel molendinum, hocque possit numerare inter regalia sua, quamuis enim dominus habeat uectigal ex consuetudine quod non sit comprænsum, in tit. quæ sint regalia, tamẽ dicit inter regalia, ut ibi in tex. in uer. ripatica, iunctis dictis Doctorũ ibi maximè Iser. & Afflict. & ita Soci. con. 7. co. 1. uol. 3. Dic non habere tale ius prohibendi, & quemlibet in suo posse ædificare furnum & molendinum, quod adeò uerum est ut licet aliquis iuerit longissimo tempore ad furnum, uel molendinum domini, Tamẽ dominus non dicatur acquisiuisse tale ius contra eum, ex quo dicitur iuisse iure facultatis, si tamen dominus prohibuisset, & deinde longissimo tempore perseuerasset prohibitus in coquendo, uel molendo in furno, & molẽdino domini aliud esset, ut per Iasonem in leg. quominus. ff. de fluminibus, & ne quid in flumine publico. charta secunda, columna secunda, uersiculo, tertio principaliter. & columna sequenti. & per Iacobinum de sancto Georgio, in tractatu suo, in uerbo, cum molendinis. uersiculo, ulterius quæro. & multis sequentibus quæstionibus, & ibi dicit quòd tamen dominus, quando furnus, uel molendinum fisci essent, & eorum redditus deseruiret publicis necessitatibus, prohibere posset, ne quis accederet ad alia, uel ne alia molendina aut furnos ædificaret quod uidi, malo nostro fato, non ita pridem fieri in hac ipsa ciuitate Mediolani, & quia Docto. dicunt dominum non præscribere longissimo tempore, nisi post prohibitionem, An hoc idem locum habebit in tempore cuius initii memoria non existit in contrarium

trarium. Ias. uult ut tantum tempus habeat uim cõstitutionis, iuxta latè dicta per eum circa secundam quæstionem Bartoli ibi, ubi uult ut quod aliàs præscribi non potest tanto tempore præscribatur, & idem in l. is putat. nume. 11. ff. de acquirē. hæredita. Tamen uidetur error si ita uoluit encere cùm deficiat possessio sine qua non oritur aliqua præscriptio. l. sine possessione eundi per certam uiam ad ecclesiam, cùm etiam potuerim ire per aliam: tametsi mille annis iuerim per eam, quia mœræ meæ facultatis fuit semper etiam per aliam ire, est uerum quod per prohibitionem constituo me in tali possessione, & ideo incipit currere præscriptio, propterea in casu nostro acquirendi certum uectigal ex molendino, uel furno requireretur etiam post talem prohibitionem tantum tempus cuius initii memoria, &c. cap. super quibusdam. §. præterea. extrà, de uerbor. significa. & ita fortè uoluit loqui Ias. & uide Balb. in tractatu præsciptionum, & iuxta prædicta succedit alia quæstio circa uenationem.

42 An † feudatarius possit facere proclama, ut nemo capiat lepores, perdices, & huiuscemodi, non loquor de Cæsare, uel alio principe, qui facit iure uel facto, ut sibi pareatur, sed de feudatariis huius dominii, qui obediunt suo principi duci Mediolani, & etiam Senatui, & concluditur non posse, quia ita faciendo dicitur subditis facere uiolentiam. Sic Hostien. in cap. non extra. de decimis. & per Iacobi. in suo tracta. in uer. & cum uenationibus, & nonnũquàm uidi feudatarium talia proclamata facere, sed Senatus non tolerauit, ubi tamen non appellaretur post prohibitionem sequeretur præscriptio, iuxta dicta suprà, ut per Iacobi. ubi suprà, & nota omnino id quod ibi, in fine, dicit, ꝙ si priuilegium dicat cum uenationibus, & dominus ita possideat sine contradictione acquirit utile dominium sibi, & domino directum, & de hac materia uide Afflictum in §. nemo. de pace tenenda. & in dicta l. prima. C. de uenatione ferarum. lib. undecimo.

43 Et † an uenari liceat, communiter concluditur, recreationis causa licere, etiam in agris alienis, canibus, & auibus, non retibus, laqueis, foueis, & huiusmodi artibus fraudulentis, præterquàm in capiendis & occidendis bestiis nociuis, prout sunt apri, lupi, ursi, leones, & similes, sic in dicto. §. nemo retia. maximè per Afflictum & Præpositum Succeditque alia quæstio, & quidem similis circa piscationem,

44 An † feudatarius loci in cuius territorio adsit lacus, uel flumen, possit illam prohibere, de qua dicã infrà in titulo, de aquis & fluminibus. ibi uide.

Tit. de Aquis & fluminibus.

SVMMAE.

1 *Flumina nauigabilia sunt iter regalia.*

2 *Aqua non potest extrahi, è flumine regali sine licentia Regis uel principis quamuis è publico tantùm & non regali possit, nisi Princeps uetet, uel extractio fit contra usum publicum, nauigando autem & piscando potest quis aqua uti.*

3 *Regalia dicuntur publica.*

4 *Princeps potest usum fluminum publicorum interdicere & prohibere.*

5 *Fluminis publici tantum usum impediens Princeps malè facit nisi ex præscriptione id quæsiuisset.*

6 *Flumina principis priuata eiusdem iuris censentur cuius quælibet res, ita ut de eis possit Princeps disponere.*

7 *Nauigium magnum Mediolani & Martesanæ dicuntur priuata flumina.*

8 *Decretum Ducis Philippi admodum tyrannicum quo omnem usum aquarum, nauigiorum & fluminum prohibebat & temperamentum exinde secutum propter rumorem aduersus eum excitatum.*

9 *Flumina præscribuntur solum tanto tempore ut non sit hominis memoria in contrarium.*

10 *Procuratores Cæsaris sunt Iudices, ubi oritur quæstio tam de publicis quàm de priuatis aquis. & etiam super dependentibus ab aquis. ut si de alueo ageretur ex forma decreti Mediolani.*

11 *Aluens fluminis licet mutetur. nõ tamen mutatur iurisdictio principis, quam habebat*

durante alueo ueteri. & in titu. de princi-
pe, nu. 278. & 280.

12 Flumina ueniunt in generali concessione regalium.

13 Flumina non sunt in dominio principis, qui in loco habet imperium, nisi etiam habeat regalia.

14 Flumina quo ad dominium non censentur acquiri ab eo, qui acquirit castrum, et eius territorium, licet quo ad iurisdictionem acquirantur.

15 Flumen censetur esse commune, quando est in confinibus duarum ciuitatum. & iurisdictio cuilibet competit usque ad medietatem.

16 Flumen præsumitur possideri ab eo, qui habet imperium.

17 Fluminis proprietas per quos sit probāda.

18 Piscari flumine & mari, quando quis non possit.

19 Piscari prohibere & uectigal imponere piscantibus, licet possit princeps, tamen non possunt feudatarii & barones. & in tit. de regaliis, nu 44.

20 Vicarius prouisionum Mediolani licet non possit prohibere piscationem, tamen potest statuere ut certo modo piscetur, et alio nō, & ut quis non utatur certis retibus.

21 Piscatoria materia per quem tractetur.

22 Piscari sicut licet in mari & fluminibus, ita potest etiam in lacu, nisi esset Perusinus.

23 Molendina an ueniant in concessione generali?

24 Scientia & patientia aquæductus. qui quæritur longo tempore, quomodo probetur.

25 Longi temporis præscriptio requiritur, ubi aqua est priuata. ubi uero est publica, requiritur tantum tempus cuius initii memoria non sit in contrarium.

26 Seruitus non habens causam continuam acquiritur tanto tempore, cuius initii memoria non extet.

27 Seruitutes habentes causam continuam an præscribantur longo tempore?

28 Consuetudo antiqua seruatur in aqua.

29 Scientia & patientia aduersarii non requiritur in interdictis prohibentibus ducere aquas sed sufficit solus usus, non ui, nec precario, sed iure seruitutis ex aliqua causa apparente qua putaret sibi deberi.

30 Bona fides requiritur in interdicto de aqua.

31 Refectio riui potest fieri ad hoc ut currat aqua, quæ iure seruitutis ex riuo deducitur, & alter non potest cogere alterum ad refectionem riui communis.

32 Publica dicitur fossa, in quam deducitur flumen publicum, & est perennis: sed si in eam pars fluminis deriuaret, & non esset perennis, esset priuata, nisi aliud appareret.

33 Flumen nauigabile uel decurrens in aliud nauigabile est proprium principis, nec priuatus, nec populus in eo potest aliquid facere.


34 Populus potest facere uel immittere in flumen nauigabile, si in eo habet regalia ex priuilegio, uel consuetudine, aliàs nullam in eo authoritatem habet.

35 Aqua duci potest ex flumine nauigabili, quādo flumen propterea non efficeretur minus nauigabile.

36 Veneti quare possint uectigalia imponere nauigantibus per sinum suum Adriaticum.

37 Vectigalia possunt imponi per non recognoscentem superiorem, tam super publicis fluminibus, quàm in terra.

38 Fluminis commoditas aurum ducentis an sit feudatarii, an domini superioris?



1 FLumina † nauigabilia sunt inter regalia, dicto cap. 1. quæ sint regalia. & in hac materia aquarum & fluminum, sciat
2 † è flumine regali non licere extrahere aquā sine licentia regis uel principis, quia sua est, ut in titulo, quæ sint regalia, sed è flumine publico tantūm, & non regali licere, nisi uetet rex uel princeps, uel illa extractio sit contra usum publicum, text. est in. leg. quominus. ff. de fluminib. à principio usque ad finem. licet tamen regali aqua uti in nauigando, piscando, & simi-
3 libus: Et hac ratione † talia regalia etiam dicuntur publica, id est, destinata usibus priuatorum. l. secunda. §. primo. ff. ne quid in loco publico. & in lege unica. ff. ut in flumine publico nauigare lice. & ita Cæpol. in titul. de fluminibus. columna secunda, uer. usus autem. ubi loquitur etiam
de

de regalis: & tamen utile, ut usus sit utentium: est uerum, † quod talem usum potest
4 princeps interdicere. Bartol. in rubrica. ff. ut in flumine publico, nauigare lice. qui tametsi generaliter loquatur non solùm in regalibus, sed etiam in aliis tantùm publicis. tamen ita est intelligendus, quia allegat titu. quæ sint regalia. Sic loquitur Cardinalis consilio trigesimooctauo, ubi uide. Sic etiam Angel. consilio ducentesimonono-
5 uigesimonono. Et † ideo ubi simpliciter in publicis hæc exercent, malè faciunt, nisi ex præscriptione aliud esset: & ita etiam est intelligendus Alexan. in l. tertia. §. Nerua filius. ff. de acquiren. poss. Propterea si princeps potest impedire, ne tali uia eatur, ut per Cæpollam in titu. de seruit. uiæ. uersic. quæro octauo. post Bald. & Aluaro. hoc procedit: quia uia est ex regalibus,
6 ut in titu. quæ sint regalia. & hæc † in flumine publico, & regali ac publico tantùm: in flumine uerò priuato, quod non sit publicum, sed principis tantùm, & sic priuatum, quo ad eum tantùm, ut est nauigium magnum Mediolani, & nauigium Martesanæ eiusdem ciuitatis Mediolani: quæ duo nauigia facta fuère à ducibus nostris, uidelicet à Turrianis nauigium magnum, anno Domini M. CCLVII. sic attestante Corio in historia sua: & à duce Francisco Sfortia primo nauigium Martesanæ, qui dux creatus est anno millesimo quadringentesimoquinquagesimo: & ambo extracta fuerunt è fluminibus regalibus ipsorum ducum. Res non habet dubium, quòd de eis est quo ad omnia dicendum, uti diceremus de qualibet re cuiuslibet priuati: & ideo non haberet locum alluuio in eis. ita Cæpol. in titulo, de flumine priuato. in uersiculo, item potest dici. & in titulo, de lacu. Sicque etiam dice-
7 rentur † priuata, quamuis essent perennia: nesciuit igitur quid diceret Præpositus in cap. primo. §. si quis de mensoribus. si de inuestitura fuerit controuers. columna sexta. dum dixit nauigium magnum Mediolani esse publicum, nisi dicas quòd dicitur publicum, non secundum terminos istius materiæ: sed quia in eo consistit bonum publicum, iuxta ea, quæ dicit notabiliter Bartolus in l. quominus. in secunda oppositione, in uersi. posses & de istis nauigiis. Et an & quando flumen dicatur publicum uel priuatum, & an princeps, uel dominus inferior, ut Baro, siue feudatarius possit interdicere nauigationem, & piscationem, dicam latius infra, Et quia dixi suprà, quòd ex flumine publico tantùm potest extrahi aqua, non uetante principe, dicta l. quominus.
8 Ideo † Philippus dux Mediolani, qui omnia ad proprium commodum gerebat, ut patet in suis admirandis decretis tantopere æquitati, & iuri communi aduersantibus, fecit decretũ de anno millesimo quadrigentesimoquadragesimosexto, quo prohibuit omnem usum aquarum, nauigiorum, & fluminum, tam nauigabilium, quàm non, siue essent aquæ regales, siue tantùm publicæ, uel aquæ decurrentes ad beneplacita ipsius principis. In quo ultimo decre um inconueniens non erat, infregitque omnem concessionem aquarũ, uel acquisitionem, etiam ex tali præscriptione possessionis, cuius initii memoria non existeret in contrarium, etiam quòd ultra dictam præscriptionem allegatus esset titulus uerus, permittendo tamen concessionem in specie signatam quodam annulo suo. Verùm cùm posteà maximus rumor aduersus eum insurrexisset, rubore confusus illud declarauit habere locum in fluminibus regalibus, & his, quæ fecerat ipse fieri, & prædecessores sui, ut in dictis nauigiis, temperando etiam crudelitatem subuertendi iura priuatorum, tam ex concessionibus, quam ex præscriptio-
9 nibus. Præscribuntur † enim flumina tanto tempore, ut non sit memoria hominis in contrarium, quòd ille non possederit. leg. finali. ubi omnes. ff. de usucapionibus. Bartol. in dicta leg. quominus. in decimaquinta quæstione. & ibidem Bart. secunda quæstione. & uide omnino Iasonem in dicta lege, in octaua charta, colu-
10 mna prima, uersic. quarto & † ubi occurrit quæstio de his aquis, si sunt priuatæ principis, ut dicta duo nauigia, iudices sũt procuratores Cæsaris, uti dicimus in quibuslibet aliis rebus fiscalibus, iuxta totũ titu. C. ubi causa fiscalis, uel diui. domus, hominumque eius agantur, & est textus in leg. 2. §. hoc interdictum. el secundo ff. ne quid in loco uel itinere publico fiat. Si ue-

strum super hoc tollens omnem difficultatem, etiam respectu aquarum publicarum tantùm. Et uult decretum, ut etiam procuratores Cæsaris sint iudices in his, quę pẽdent ab istis aquis: & sic etiam ubi ageretur de alueo, in cilibus, septis, aggeribus, & similibus: & ita pridie me referente ordinauit Senatus ita intelligendo decretũ.

11 Non omitto, † ꝙ etsi mutetur alueus fluminis non tamẽ mutatur iurisdictio: & sic princeps ille, qui ibi habebat iurisdictionem pariter illam habet, tametsi alueus relinquatur in eo loco, ubi anteà alius dominus erat usque ad flumen: ita latè dixi suprà sub titu. de principe. in uersiculo, princeps sæpe eget. ibi, scias etiam. & ibi, & quia ex hoc sequitur, ꝙ si oriatur contentio respectu dominii, uel possessionis in illo alueo antiquo inter subditos utriusque principis, cognitor est, qui retinet iurisdictionem, etiã si subditi sui essent actores, & hoc ratione rei sitæ, iuxta l. finalem. C. ubi in rem actio exerceri debet. Et ita hodie dixi in Senatu, & probatum fuit.

12 Et an † in generali concessione regaliũ ueniant flumina? Videtur non uenire, sed in concessione iurisdictionis in tali loco, & eius territorio uenit etiam iurisdictio in flumine, ut dicit in effectu Iacobin. in suo tractatu, in glos. & cum piscationibus, columna secunda, uersic. ulterius quæro. iuncto uersic. unum etiam notetis. Et ideo in priuilegio Ludouici Imperatoris concesso ciuitati Cremonæ de regaliis, etiam adest specialis concessio fluminis Olei ab utraque ripa: super quo tamen est magna controuersia inter Cremonẽses, & ducem Mediolani, ex unà, & ciuitatem Brixię siue dominium Venetũ ex alia: in qua ego è latere ducis & Cremonensium electus sum. Afflictus tangit quæstionem in uerbo, flumina. in titu. ubi suprà, quæ sint regal. & bona ratione tenet non uenire: non loquitur tamen, quando regalia sunt concessa, sed castrum cum pertinentiis. Baldus uerò, quem allegat Iacobi. in cap. primo §. si quis de mansoribus. colum. penultima. de controuer. inuestitur. uidetur loqui de concessione regalium: Sed tamen non ita est. quia loquitur de feudo regali. Breuiter hæc quæstio uidetur decidi per Bartolum in dicta rubrica. ff. ut in flumine publico nauigare liceat: qui uult, ut cursus aquarum fluminum & lacus pertineãt ad eum, cuius sunt regalia. Ex quibus uerbis clara fit conclusio, ꝙ concessis regaliis, ueniunt etiam flumina. & idem etiam tenet Cardinalis, ubi suprà, consilio trigesimooctauo, columna secunda. Et plus ẽt dixit Bartolus in tractatu de alueo super

13 uerbo, publicis, † ꝙ sunt in dominio principis, qui ibi habet imperium: Sed non credo uerum, quia etiã requiritur, ut habeat regalia, & ita Cæpol. in tractatu de seruitut. in titu. de fluminib. columna prima & secunda. Et satis declaratur hoc ex quæstione, quam suprà tetigi titulo præcedente, uersi. & ad cuius. ubi conclusi translationem mœri & mixti imperii non inferre ad trãslationem cæterorum regalium, sed solùm eorum, quæ descendunt ex mœro & mixto imperio. Cæpolla tamen in eo titulo, columna tertia, uersicu. sed aduer-

14 te. ubi omnino uide, dicit, eo ipso, † ꝙ acquiro castrum, & eius territorium, etiam acquiro alia syluestria, & flumina. Quam tamen decisionem intelligo quo ad iurisdictionem, quæ etiam exercetur in fluminibus & mari. Angel. in l insulæ pars. ff. de iudiciis. & Barto. in l. prima. C. de classicis. libro undecimo. & Canonistæ in cap. ubi periculum. extrà, de electio. libro sexto. quod sit uerum uide Bald per Cæpollam allegatum in cap. primo. §. si quis de mansoribus. in penultima columna, de controuers. inuestitu. qui in effectu uult hoc idẽ, nisi in eo dictum etiã sit in inuestitura, ut territorium sit à tali flumine usque ad tale flumen, ut per eum. & sequitur Baldus in dicto §. si quis de mansoribus. Iacobin. in tractatu suo super gloss. & cum piscationibus. columna secunda, uersi. ulterius. & idem Cępol. ubi suprà, columna finali. Aduertendo tamen omnino quòd loquitur Baldus in concessione feudi regalis, uide etiam Afflictum, qui format quæstionem, ubi suprà, quando conceditur castrum cũ pertinentiis & iuribus suis, an ueniant flumina? Et tenet non uenire, quia sunt publica respectu usus Quod fundamentum apud me nihil facit: quia in eum, cui conceditur, nihil potest transire, nisi id, quod erat penes concedentem & sicut erat, maximè ex uerbis generalibus, & ambiguis

Perquire

Perquire igitur alia fundamenta, de quibus suprà, & satis eris clarus, ubi casus cõtingat. Nec tamen sis immemor Afflictũ, ubi suprà, dicere omni in casu etiam uenire flumen, quando ex consuetudine esset, ut in concessione castri ueniret flumen
15 ipsum, quando † flumen est in confinibus duarum ciuitatum, præsumitur esse commune, & iurisdictio cuilibet competit usque ad medietatem. Cæpol. ubi suprà, columna fin. Soccin. consilio 79. columna prima, uolum. 3. & Iacobin. ubi suprà, limitando tamen, ut ibi per eum. & declarat quando quis dicatur possidere flumen, dicens
16 ꝙ † præsumitur possideri ab eo, qui ha-
17 bet imperium ibi. Et † per quos testes sit probanda proprietas fluminis, & an sit in tali territorio, uide Cæpollam, ubi suprà, columna prima. Et quia dixi suprà, ꝙ licet cuilibet piscari in flumine & mari, Adde
18 † ꝙ tamen hoc multis modis limitatur, ut per Iacobin. in dicta glos. & cum piscationibus. ad fi. ubi ponit quinque limitatio
19 nes. Et † adde ꝙ etsi princeps possit prohibere ius piscandi, & imponere uectigal piscantibus, iuxta dicta suprà: tamen feudatarii & barones hoc non possunt, ut per eundem Iacobin. in dicta glo. columna secunda, ubi uide: & quia arguit de præsidi-
20 bus ad barones, Adde † quòd quemadmodum potest præfectus urbis, quem in hac ciuitate appellamus uicarium prouisionis ordinare circa carnes & pisces, iuxta l. primã. §. cura carnis. ff. de officio præfecti urbi. ita poterit statuere, ut piscetur certo modo, & altero non, ad hoc ut ciuitas piscibus abundet: poteritque ordinare, ut non capiantur pisciculi, cum certis retibus magnis, quæ uulgò appellantur, *Rarioni*, nec cum calcina, & aliis similibus modis: & ita seruari uidi per eũdẽ prouisionis uicarium super lacu maiori, & aliis lacubus: & uidi etiam sententiam latam ad instantiam Cattellani Galiati iurisdictionis meæ contra quosdam piscatores, qui piscabantur cum talibus perniciosis retibus super lacu Gauiratæ meo etiam in parte, quatenus adhæret territorio dicti loci Galiati, & aliorum meæ iurisdictionis, iuxta dicta suprà: non tamen posset dictus uicarius prouisionis statuere: ut in eo lacu non piscaretur, sed tantummodo utiliorem ciuitati legem tradere quo admodum piscan-
21 di. Alia † etiam multa in hac materia piscandi siue piscinarum: uide per Cæpo. in titu. de seruitut. sub rubr. de piscatione. ubi per duas columnas. Et quia dixi lice-
22 te piscari in mari & fluminibus, † hoc & habet locum in lacu, nisi esset lacus Perusinus, ut per Cæpollam sub rubrica de la-
23 cu. De molendinis, † an ueniant in concessione generali, uide per Iacobinum in suo tractatu, in u. rbo, & cum molendinis. in fine, in dicta glossa multa habes de hac materia: & reliqua uide per Bartolum in l. quominus. & ibi Ias. ff. de fluminib.
24 Et † quia aquæductus quæritur longo tempore, cum scientia & patientia domini. l. si aquam. C. de seruitut. & aqua. quomodo probetur scientia & patientia, uide Papiensem in libel. de confess. uersic. seruitus aquæductus col. 6 uersicu. circa quintam. & Bald. in rubrica, de controuer. inuestitu. uersic. adde si testis. & Alexan. consil. 108. in causa & lite uertente. uersicu. tertius testis non probat. & uide limitationes ad hoc, quòd requiratur sciẽtia & patientia, per eum Practic. Papien. ubi suprà, columna quinta, uersi. nunc restat quærere quæ sint. Et aliam limitationem etiam ponit Cæpolla in titu. de seruitut. cap. 20. columna quarta. & Taurinen. in tractatu præscriptio. in secunda parte quartæ partis. & ibi ponit de dictis Bartoli in dicta l. si aquam. de seruitut. & aqua.
25 Et † quando aqua est priuata, procedit acquisitio longo tempore, ut dixi: si est publica, requiritur tantum tempus, cuius initii memoria, &c. Cæpol. in titulo, de seruitu. aquæductus. columna undecima. uersicu-
26 lo, quartò principaliter. Item † quando seruitus non habet causam continuam, requiritur tantum tempus, cuius initii, & c. Bart. in dicta l. si aquam. sed limita ut per Taurin. ubi suprà, uersi. primò igitur quæro. columna prima & sequenti. & Cæpol. in titu. de seruit. cap. 19. columna tertia & sequen. uersi. sed si est seruitus.
27 Et † circa seruitutes habentes causam continuam an præscribantur longo tempore, uide Firmian. in opere de gabell. in prima parte, columna nona, uersi. illud etiã est. Veron. in tit. de seruitut. cap. 20. columna septima, uersicu. quartum, quod re-

requiritur. & cap. 19. colum. 3. uers. hinc ita que. Taurinen. ubi suprà, uersic. secundo principaliter. col. 1. & 2. Et quia textus in dicta l. si aquam. uult ut ductus aquæ præscribatur longo tempore, & contrarium uidetur uelle text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æsti. uide Bart. circa hoc contrarium in d. l. si aquam. & Alex. consi. 69. in 5. uolum. colum. 2. Et no-
28 ta, † quod antiqua consuetudo in aqua est seruāda. l. si manifestè. C. de serui. & aqua. & ideo si diuertitur à suo solito cursu, potest agi, ut in integrum restituatur. l. 2. in
29 fin. C. de lege Aquil. Item nota, † quòd etsi ad obtinendum in præscriptione seruitutis aqueductus, requiratur scientia & patiētia aduersarii, ut dixi: & similiter quo ad obtinendum in aliis remediis possessoriis: Tamen in interdictis, quæ sunt inuenta contra prohibentes ducere aquas, ut est interdictum de aqua quotidiana, interdictum de aqua æstiua, interdictū de aqua ex castello ducenda, & interdictum de riuis, solus usus sufficit, sic probat textus in l. 1. in principio. ff. de aqua quotidiana & æstiua. & in l. 1. in pri. ff. de riuis. & in titulo, de fonte. in princip. & in effectu competunt sicut priore æstate, siue priore anno quis usus fuit: & ita latè Cæpol. in titulo. de seruitut. aquæduct. charta 18. colu. 3. uersi. quæritur undecimo. cum multis sequentibus. & per Specul. in titu. de causa possess. & propriet. in interdictis priuatis. ubi latè & explicatè. Sic etiam in interdicto de itinere actuque priuato. tenet Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. col. penul. uersi. ulterius. ff. de itinere actuque priua. Est uerum ad hoc, ut quis obtineat in his interdictis, necessarium esse, ut probet se usum fuisse non ui, nec clàm, nec precario, sed iure seruitutis sibi debitæ: & quia ex aliqua causa apparenti putabat talem seruitutem ita sibi competere. l. prima, in prin. & § quod si iure. ubi Bartol. & Ange. ff. de aqua quotidiana & æsti. Alexan. consi. ult. uolum. 1. colum. 2. & Paul. de Cast. consil. 261. uidetur quòd non in antiquis, & quia quælibet res præsumitur libera in iis præsumitur mala fides. Aret. consilio 30. columna secunda. Ideo requiritur ut appareat aliqua causa ex qua putauerit uel pu-
30 tare potuerit id sibi competere, & † quod requiratur bona fides in hoc interdicto etiā tenet Alexan. consilio 69. circa principiū, uolumine quinto. Sed intellige prout declarat Bartol. in dicta l. prima. §. primo. ff. de itin. actuque priuat. uersicu uenio ad sequentem, & in uersic. ulterius quæro, ubi ponit practicam sine cuius dictis, secundū dictas decisiones Alex. & Paul. de Castr. facilè posses errare. Et ad declarationem
31 interdicti de riuis nota † quod si debetur mihi seruitus aquæ, puta ex riuo tuo possum reficere riuum ad hoc ut currat aqua, nec potes me prohibere, & si prohibes ex eo interdicto rem tueor. l. prima. in prin. ff. de riuis. & competit etiam si non doceam de seruitute: sufficit enim, ut dixi, usus. §. hoc interdictum. dicta l. prima. & ubi suprà, & non solùm possum reficere ego cui debetur seruitus uerùm etiam teneor ut per Cæpol. in tracta. de seruitutibus rusticorum prædiorum. quæstione octaua. in fin. allegat text. clarum in leg. nam si fortè. §. etiam. uersicu. nam. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. & si sumus plures socii riui uel habentes riuum communem, alter non potest alterum cogere ad refectionem, tamen si solus reficit habet plura remedia contra alios. Bartol. in l. quominus. quæst. 17. ff. de flumin. & ibi Ias. Angel. in l. quidam Iberus. ff. de seruitutibus rusticorum, & urbanorum prædiorum. Cæpol. in tract. de seruitutibus urban. prędio. in titu. de refectione. uersicu. quarto quæritur. & de refectione itineris cui cōpetat uide. leg. inde. §. ait prætor. ff. de itinere actuque priua. Dixi suprà in principio, quòd nauigia nostra Mediolani sunt priuata ipsius principis. Sed ad materiæ decla-
32 rationem, scias † quod licet fossa manu facta sit per quam flumen publicum fluit, tamē est publica, & ideo si totum Ticinum uel totum Padum uellem diuertere per aliam fossam quam facerem, & ita diuerterem, fossa illa efficeretur publica, & ita loquitur tex. in l. prima. ff. de flumin. in §. si fossa. sed si partem Ticini uel Padi traherem extra eum prout fit de nauigiis Mediolani, quorum magnum extra Ticinum, alterum uerò Martesanæ extra Abduam conducitur Mediolanum, diceretur fossa illa priuata, ita probat text. à contrario sensu. in lege prima. in dicto. §. si fossa. quæ res non

non paruam affert utilitatem, ut apparet dictis Bartol. in l. quominus. in duodecima quæstione. ff. de flumin. in his enim locis priuatis, nemo inuito domino potest aliquid facere. Sicut, nec in aliqua alia re, nec molendina, nec pontes nec alia. §. hoc interdictum. in leg. prima. ff. de fluminib. sed in publicis secus, & ex hoc dicuntur publica: ita Bartol. in dicta l. quominus. in secunda quæstio. nisi tamen fieret cum alterius iniuria ut ibi, & nisi impediretur usus publicus. dicta l. quominus. in prima parte. & dicta leg. prima §. non autem. in uersic. sed Labeo. ff. de fluminib. & Bartol. in dicta l. quominus. in secunda oppositione. in uersicu. posses alio modo legere, & uide late Alexand. consilio centesimononagesimotertio. uolumine secundo, colum. prima, & secunda. At Præpositus, in capitulo primo. §. si quis de mansoribus. in sexta columna. de contro. inuest. ubi clare sentit publicum locum esse loquendo in nauigio Mediolani, & publicum esse, Bart. uerò in dicta l. prima. ff. de flumini. se reiicit ad dicta sua in dicta l. quominus. in quæstione duodecima. & ibi illud concludit, quod est uerum ut si per talem locum aqua non semper cadat uel uadat dicatur locus priuatus, sicut etiam gloss. in dicta leg. prima. ff. de fluminibus. uoluit in fine, & ita Doctores ibi omnes sequuntur, & text. ibi in gloss. allegatus hoc probat & idem Cæpol in titulo, de fluminibus. in principio, & in titulo sequen. de flumine priuato. & & hæc opinio est uera in dubio, sed ubi clarè appareret cuius esset ut in nauigiis prædictis currentibus ad ciuitatem Mediolani, quæ sine dubio sunt principis, Tunc non dicerentur publica, sed illius principis tantum etiam si perennia essent, hoc patet, & ita etiam per Cæpol. in dicto titulo de flumine priuato. uersicu. item potest dici, & licet quo ad aliquid diceretur in publico usu, quia est principis. ut in secunda oppositione Bartol. in dicta leg. quominus in dicto uersicu. posses. non tamen dicetur publicum secundum terminos dicti tituli. ff. de fluminibus. & materiæ, & ideo non habet locum alluuio secundum Cæpoll. ubi supra, & in tit. de lacu. sunt et principis alia ratione dicta nauigia, quia sunt nauigabilia: ut in d. l. quominus. in secūda parte. & in titu. quæ sint regalia. Posset etiam cuiuslibet esse nauigium perpetuò currens, & etiam nauigabile puta si à principe emerem ius extrahedi aquam, ad hoc ut fieret unum nauigium ex aliquo flumine, nec quisquam eo casu per illud posset nauigare nisi me consentiente. Termini igitur præcedentes quod aut est perenne aut nō, loquuntur in dubio, sed isti quando sumus clari, & ita intellige Præpositum de nauigio Mediolani loquentem, quod est publicum eo respectu quia prin-

33 cipis est. Si † flumen est nauigabile uel in aliud flumen nauigabile fluit non dico mare iuxta dicta Bartol. in dicta lege quominus. in tertia oppositione, dicitur principis, ut in dicta lege, quominus. in secūda parte. ff. de fluminibus, & ne quid in flumine publico. & ibi Alber. Bartol. in secūda quæstione. & alii, & Cæpol. in titul. de fluminibus. colum. prima. & sic priuatus nō potest in eum aliquid immittere, uel facere, nec etiam populus ubi currat, ita Bal. in rubrica. ff. de rerum diuisione. columna tertia, uersicu. sed nunquid populus, & Ias. in dicta lege, quominus. in sexto notabili, ubi uide.

34 Fateor † quòd populus ubi est flumen potest facere uel immittere in eum si habet regalia prout habebant ciuitates Lombardiæ ex pace constantiæ, ut per Bartol. & omnes in dicta quæstio. 2. in dicta l. quominus. Sed hoc sublato ac etiam ubi nō habeat consuetudinem uel priuilegium iuxta dicta Bartol. in dicta quæsti. 2. populus nullam authoritatem habet. Nō obstant dicta Bald. in leg. si plures. C. de condit. insert. colum. quarta. dum uult talia flumina, si uniuersa accipiantur, esse in dominio Cæsaris, & si singula populorum, quem Bald. sequitur Alexand. in dicto consilio 193. uolum. secundo, & Præposit. in titu. de contro. inuesti. in §. si quis de mansoribus. colum. sexta. & Ias. in dicta leg. quominus. super ea quæstio. 2 quia hoc dictum Bald. intelligendum est, pro concesso habendo flumen esse populorum ex dicta pace uel præscriptione uel priuilegio, & tunc de eo est dicendum: ut de qualibet alia re nostra, quæ tamen, si res uniuersas consideremus, Cæsaris est, omnium domini, iuxta l. deprecatio. ff. ad

legem Rhodiam de iact.& Bartol.in l. hostes.ff.de capt.Nec obstat consiliũ Signorol.septuagesimum, columna tertia. dum dicit esse in dominio principis quo ad iurisdictionem tantum.l.littora.ubi gloss.ff. ne quid in loco uel itinere publico fiat. quem ad hoc allegat Præpositus. quia loquendo in flumine nauigabili male loquitur & contra omnes,& dicta l.littora. ubi loquitur in littore maris,ut declarat Cæpol.in titu.de littore maris.in princip. Ex
35 flumine † nauigabili, & pariter ex eo, quòd fluit in aliud nauigabile flumen nõ ducitur aqua, nec in eis aliquid fieri potest,nisi consentiente principe, ut omnes dicunt in dicta l. quominus. Bart. ibi in 2. quæst.& alii.Fallit tamen,quando non efficeretur flumen minus nauigabile. text. est in dicta l.1.§.non autem.ff.de flumin.& ita Ias.in d.l. quominus. in 6. not. & licet in oppositum alleget text.qui uult prohibitum esse, ne aliquid fiat in aliquo loco publico sine licentia principis: Tamen ita tex.ille intelligitur,& ita Doctores uolũt: & ideo infertur, quod si aqua reuertatur in flumen nauigabile, quando ducitur ex flumine publico non nauigabili, ualebit ædificium ibi factum, non secus ac si fieret in ipso flumine nauigabili, quando nõ nocet nauigationi.Tamen re uera ille textus obstat, quòd in uia publica, etiam si non noceat,fieri aliquid non possit sine licentia principis: sic etiam per illum textum tenet Aret.in consilio 30. ubi allegat etiam alia duo iura,quæ tamen non loquũtur,quando sine incommodo id fieret,pro ut textus allegatus per Iasonem, & primo per Aretin.qui est in l.seruitutes.§.penult.ff.de seruitut.Sed ad hunc.§. penultimum responde secundum Iasonem, ꝙ debet subaudiri,maximè sicut facit gloss.ibi. Vel dic,ꝙ in uia hoc reperitur, ut non liceat etiam sine incommodo, & ita Cæpol. in titu.de seruitut.uiæ.uersic.quæro decimotertio. In fluminibus uerò locum habent,quæ suprà dixi.Ex hoc autem, quòd flumen sit principis, sequitur, quòd in eo potest imponi uectigal transeuntibus. Ita
36 Alberic.in dicta l. quominus. Et † ideo Veneti in suo sinu licitè ex hoc imponunt uectigal nauigantibus, aliàs non liceret, quia mare est omnium. Ita Bal.in l.3.in 3. colum.in fine.C.de naut.fœnore.& idem ibi per Salicet & Cæpol.in tractatu serui tut.in tit. ne mari.in quinta colu.post Bal. in rubrica.ff.de rerum diuisio. in secunda colum.& Firmia.in tract.suo gabel.in prima parte,quæst.sexta. in contrarium uidetur tex.in l.unica,cum rubrica.ff.ut in flumi.public.nauig.lic. ubi dicit licitum esse nauigare in flumine publico, & neminem posse contradicere.Sed responde,ut suprà
37 dixi,ꝙ † licet domino fluminis prohibere,& imponere uectigalia,ut latè per Angel.in d.consil.299.maximè. columna secũda,ubi omnino uide,& colum.sexta.Bar.in dicta rubr.ut in flum.public.nauig.liceat. & Cardi.in dicto consil.37.ubi uide in quibus locis concluditur,quòd licet loca sint publica, tamen non licet prohibente domino illis uti,scilicet nauigare,piscari, & similia facere: sic etiam Alexand.in l.tertia.§.Nerua filius.ff.de acquirenda possess. & hoc locum habet non solùm in flumine nauigabili,uerùm etiam in eo,quod simpliciter publicum sit: nam quamuis liceat, ut suprà,tamen dominus illius loci potest prohibere,per dictam l.quominus.ibi,nisi Imperator,&c. & loquitur in flumine nõ nauigabili.Et ꝙ ita pedagia, & uectigalia imponantur super fluminibus, sicut in terra,est textus in uer. riparica, quæ sint regalia.& ibi Aluarotus & alii, & per Cæsarem possunt imponi, uel alium non recognoscentem superiorem: & hæc est regula,non per alium,ut per Innocent.& Abbatem in cap. nouimus.extrà, de censibus. Tamen à concessione hoc pendet.ca.porrò.de priuileg.& usucapione,quam faciũt omnes domini,ut per Angel.in dicto consilio 299.columna sexta. Et non obliuiscaris eorũ,quæ suprà dixi de inferioribus,ꝙ non possunt prohibere,ne piscetur, allegã do Iacobin.in sua inuestitu. Et ex prædictis habes,quòd licet ius piscandi sit ex regalibus, tamen id intelligitur in flumine publico ipsius principis, non in aqua priuata,& hoc Aluar.in dicto c.1.colum.4.& Iacobi.in sua inuesti.in glo. & cum pisca-
38 tionibus.Fluminis commoditas † aurum ducentis utrum spectet primo domino,an feudatario,uide Paul.de Castro cons.353. uolum.1.per totum.

Titul.

Tit. de Monetis.

SVMMAE.

1 *Monetam cudere nõ potest inferior à principe, nisi hoc habeat ex priuilegio uel praescriptione, nec uenit in concessione regaliũ tale ius.*

2 *Moneta una potest solui pro alia: & quomodo hoc intelligatur, & an possit restitui alterius notae seu formae non mutata bonitate interiori: & quid si deficiat talis bonitas.*

3 *Moneta aurea quando datur non sub nomine Philippeorum, sed librarum, siue florenorum, quid tũc possit restitui, & nu. 10.*

4 *Libris uel florenis promissis, etiam ex antiqua consuetudine Mediolani, potest solui ex qualibet pecunia, quae expendatur.*

5 *Monetae, quae expenditur, si acceptata sit solutio per triginta annos à creditore, praescribitur contra eum.*

6 *Praescriptio an currat, licet creditor protestetur, quando recipit monetam.*

7 *Monetarũ materia & praesertim circa eius mutationem per quos tractetur & nu. 15. ad fin.*

8 *Solutio salarii an fiat inspecto tempore inchoati officii an solutionis?*

9 *Stipendium, quod dari debet pluribus annis peditibus an debeat dari secundum tempus pactorum, an singulorum annorum?*

10 *Solutio librarum si fieri debeat, potest dari pecunia aurea. & suprà nu 3.*

11 *Monetae periculum ad quem spectet, si imminuatur & suprà nu. 3. & sequentibus.*

12 *Florenorum aureorum si fiat mentio, de quibus intelligatur.*

13 *Consuetudo cuius loci sit attendenda in moneta.*

14 *Iurãs soluere in tot aureis an teneatur praecisè ad talem solutionem?*

15 *Aureis nummis promissis, de quibus intelligatur.*



IN hac materia monetarum uide Afflictum copiosè loquentem in dicto titulo, quae sint regalia. in uerbo, monetae. & dum in prima co-
1 lumna dicit † inferiorem à principe non posse cudere monetã, nisi hoc habeat ex priuilegio uel praescriptione clarè apparet facultatem hanc non transire sub generali concessione regaliũ: Et ideo nõ mirum, si feudatarii nostri, qui habent regalia, non cudunt monetam. Et haec adde ad ea, quae dixi suprà generaliter in materia hac, dum conclusi sub generali concessione regulariter uenire re-
2 galia. Non † potest solui una moneta pro alia: haec est regula, nisi cesset damnum creditoris. leg. Pau. ff. de solutionibus. quae regula intelligitur in moneta alterius materiae secus in eadem materia, quia etiam si habeat aliam notam seu formam, ubi cesset damnum creditoris, potest solui inuito creditori. Nam cùm possit conuerti in monetam debitam, censetur eadem, & nõ alia: & consequenter uerum est non solui unam pro alia. Ita Bartol. in dicta leg. Paul. columna prima & secunda. Et ideo si debetur aurea absolutè, non potest dari argentea, nec econtrà, etiam si non intersit creditoris, quia est alia materia, & non potest conuerti: Sic etiam debetur argentea alterius bonitatis: & in casu, quo redditur in eadem materia & bonitate, licet in alia nota seu forma, damnum creditoris consideratur, secundum Angel. & Imolam in dicta leg. Paulus. quando creditor erat profecturus uel nauigaturus in alias partes, ubi moneta danda, non ita bene cognoscebatur, siue non ita facilè à quolibet accipiebatur, sicut debita, uel quia debitor tenebatur pecunia in nota seu forma mutuata sub poena alteri dare, ut per eos. Dicunt tamen Doctores, quòd à praedictis receditur secundum consuetudinem locorum, per glossam in leg. si quis argentum. C. de donationibus. Sed aduerte, quia si mutuas mihi centum Philippeos, possum restituere totidem alterius notae seu formę, si tamen sint eiusdem bonitatis, quando non interest creditoris, iuxta supradicta: cuius tamen contrarium dixit Bartol. in leg. cùm quid. in fine. ff. si certum petatur ubi dixit, quòd mutata nota seu forma, erat soluenda antiqua, uel eius aestimatio, & consequenter non poterat solui alterius notę: & ideo ex dictis Doctorum in dicta l. Paulus, Deci. in ea. l. cùm quid. damnat Bartol. ibi, & bene, ut uides.

Sed an possim restituere Philippeos eiusdem uel alterius notæ mutatos in materia. id est, non eiusdem bonitatis interioris, & clarum est non posse ex prædictis. 8. ita Bartol. in dicta leg. cùm quid & communiter Doctores. Nam fit ibi distinctio hæc, quòd aut mutatur moneta in bonitate interiori, & debet reddi, sicut mutuata, uel promissa fuit, uel eius æstimatio, si reperiri non potest, & tunc dicitur mutari in bonitate interiori, quando est peioris metalli, uel minoris ponderis, ut ibi, & in dicta leg. Paulus. aut uerò mutatur pretiũ solùm, & debitor dummodo non fuerit in mora, poterit soluere eodem numero creditori inuito: intellige tamen quod dixi, mutata materia, tunc non posse solui totidem Philippeos, ut procedat, si deteriores facti sint, non si meliores. & ita Imol. in dicta leg. Paulus. colum. prima. Dixi, quòd si debetur aurea moneta, non potest solui argentea, nec econtrà: sed † quid si mutuo acceperim Philippeos, non tamen uti nummos aureos, sed tanquam libras, quæ prætii sint uiginti assium: quia æstimatis Philippeis ad tot libras, dictum fuerit, Mutuo tibi mille libras, uel æstimatis Philippeis ad tot florenos pretii triginta duorum assium, dictum fuerit, Mutuo tibi florenos mille: hoc casu satis est soluere tot libras, uel tot florenos ex moneta, quæ expenditur in ciuitate, cuius ratione dicitur assis & libra. Ita Bartol. in dicta leg. Paulus. in prima quæstione. & ita seruatur: & in effectu Philippei dicuntur æstimati tot florenis, uel tot libris: & ideo non est curandum de eis, sed de florenis & libris: & satis est restituere florenos & libras, sicut expenduntur monetæ tempore solutionis: & omne danum, & lucrum contingens in Philippeis est eius, qui accepit scilicet debitoris. Ita Bartol. in dicta leg. Paulus. uersic. sed quæro, quid si ego mutuaui. & hoc planè procedit, ubi (dixi) apparet æstimato auro ex conuentione redactam esse ad libras: quia qui promittit libras, intelligitur, ut suprà, iuxta primã quæstionem. Sed si res est dubia, ut quando dicitur per campsorem, Mutuo tibi centum libras in tot Philippeis, uel depono apud te centum libras in tot Pilippeis, sicut loquitur Bartolus in dicto uersic. sed quære, quid si ego mutuaui uel quemadmodum est casus, quem nunc habeo in facto: quia debitos promisit nummos aureos, qui reddunt florenos tot ad rationem triginta duorum assium pro quolibet floreno, an tunc sit idem, ita ut debitor ad aliud non teneatur, nisi ad tot libras uel florenos, nulla habita ratione, quòd nummi aurei dati fuerint, & uidetur idem per dicta Bartoli in dicta leg. Paulus. in dicta quæstione, quæ incipit, Sed quæro, quid si. Et fundamentum est: qui nummi aurei uidẽtur æstimati, & ideo non amplius de eis, sed de ęstimatione habenda est ratio. l. cùm dotem. C. de iure dotium. & dicit ibi Bartolus, quòd illa uerba aliquid non operantur, uidelicet, quòd fuerit dictum, Do tibi centum libras in tot nummis aureis: satis enim erat dicere, Do tibi centum libras. Sed dic Bartolum uideri uelle contrarium, quia in effectu paria reddit, uel quòd mutuauerim illi decem libras in florenis, uel dederim mutuo florenos æstimationis decem librarum, quo casu ex tacita uoluntate partium inducitur, ut florenorum uideatur celebrata uenditio, & ipsa æstimatio librarum uideatur mutuo concessa, per dictam leg. cum dotem. & leg. quoties. C. eodem titulo. & ita ut solæ libræ uideantur concessæ mutuo. & consequenter omne damnum & augmentum in floreno sit debitoris: & ideo in quæstione, de qua suprà, quando debitor promittit tot nummos aureos, qui constant tot florenis, ut suprà, uel tot libris, nummi aurei non uidentur æstimati: quinimò floreni uidentur æstimati: tot nummis aureis: & ita nummi aurei, solùm remanere deberent in obligatione: & nulla consideratio habenda esset mentionis florenorum: quod tamen non credo: & dictum Bartoli procedit in terminis suæ quæstionis, quando decem promittuntur in melle, uel tot libræ in tot nummis aureis, iuxta terminos. leg. si stipulatus fuero decem in melle. & dictas leges, cùm dotem. &, quoties. Verũ in casu nostro promittuntur tot nummi aurei, qui constãt florenis tot, ad rationem tot assium: quæ uerba sunt multùm remotã à quæstione Bartoli. & magis accedunt ad promissionem tot aureorum nummorum,

morum illo acto, ut redderentur, uel reddi possent in tot florenis pretii assium triginta duorum, de qua promissione Bartol. ubi suprà, in fine ibi, sed si non esset dictum, loquitur & concludit, quòd eo casu redditur florenus secundum æstimationem cõmunem, sicut est tempore solutionis, dicta l. si stipulatus fuero decem in melle. & dicta leg. cùm dotem. & clarè Abb. sequitur Bar. in cap. quanto col. fin. de iureiur. ubi uide omnino. Et Bart. in quæstione præcedenti, uersicu. sed quæro, quid si ego. sicut dixi, declarat Areti. in consilio 84. colum. finali. ubi uide. & Abb. in dicto capit. quanto. columna finali. Vel dic, quòd in quæstione nostra clarè æstimantur nummi aurei in tot florenis assium trigintaduorum, ex quo parum refert utrum dicatur æstimationis florenorum tot, siue quod ualent tot floreni, siue qui constant tot florenis, ut patet unicuique uel exigui iudicii: & ideo nummi aurei non sunt habendi in consideratione amplius, sed ipsi floreni, per dictam leg. cùm dotem. & leg. quoties. & ita Bartoli ratio decidit hanc quæstionem, non ipsa decisio quęstion. quæ ad rem non facit: & licet relatiuum iunctum uerbo præsentis temporis non faciat conditionem, sed demonstret leg. Stichum, qui meus erit, cùm moriar. ff. de legatis & fideicommissi. 1. Tamen illa demonstratio adiecta est ad æstimandum.

Et nota prædicta, quia sæpe eueniunt: sed difficultas est, quando debitor tenetur ad solutionem librarum an teneatur dare ex moneta, quę erat tempore contractus, uel ad æstimationem, an uerò ex moneta tempore solutionis, hoc non declarat Bartolus ibi, nec Abbas, qui tamen aliàs optime in prædictis breuibus loquitur in cap. quanto. columna finali, de iureiurando. In hoc est recurrendum ad quæstionem, quãdo mutatur pecunia, an attendatur in solutione tempus contractus, an solutionis. In quà quæst. distinguitur, ut suprà, quòd aut mutatio extrinsecus fit in bonitate, & non habetur in consideratione, quia potest debitor soluere ex ea, quæ facta est deterior nisi fuerit in mora, quia tũc inspicitur tempus moræ: aut mutatio fit in bonitate interiori, & tunc attẽditur tempus contractus: & ita est in quæstione nostra: quia licet in effectu res redacta sit ad tot libras, uel florenos: tamen ex moneta antiqua est soluendum, uel est soluenda eius æstimatio, si fuit mutata in bonitate interiori. Et ita in terminis Soccin. consilio ducentesimooctogesimonono, columna finali. Et certè hæc sunt ex mente Bartoli & Doctorum in dicta leg. Paulus. Nam Bartolus primò quærit, quando sunt promissæ tot libræ, quid soluendum sit postea: Sequitur quæstio, quando mutatur moneta: & sic loquitur non solùm quando mutuatur pecunia aurea, uel argentea, sed etiam quando mutuantur tot libræ, uel tot floreni ad æstimationem assium trigintaduorum pro singulo. & ita Brunus in suo tractatu, charta uigesimaseptima, columna finali. Est tamen aduertendum circa primum caput, quando solùm mutatur pretium: quia Bartolus uult, ut à tempore moræ attendatur imminutio quo ad damnum creditoris, non autem quo ad lucrum: Sic in dicta leg. Paulus. quia in hoc est uidendus Decius in dicta leg. cùm quid, & dum uult, ut tamen mora non noceat morato ri, qui debebat minimam pecuniam: si maior mutetur, cum qua non fit æstimatio, est uidendus Imola in dicta leg. Paulus. qui tenet contrarium, & Abbas in dicto cap. quanto. qui simpliciter reprobat eum, cum quibus est etiam communis opinio. Est etiam aduertendum ad secundum caput, quando mutatur bonitas interior, quòd aut mutatur in omni pecunia: & tunc conclusio communis planè procedit, aut in aliquibus monetis tantùm, ut si nummi aurei sint eiusdem bonitatis, sicut erant prius, licet pretium creuerit: & tunc uideretur dicendum posse solui libras, & florenos in tot nummis aureis, quia non est mutata bonitas interior, sed pretiũ: & si nunc pretii sunt unius libræ cum dimidia, & ultra, augmentum illud cedet commodo debitoris. Ita Bart. in dicta quæstione, sed quæro, quid si ibi, & damnum & lucrum florenis contingẽs est debitoris. & clarius Aretinus consilio octuagesimoquarto, columna finali: uersi. uenio igitur ad secundum. Ego tamen nõ recedo ab opinione Bruni in suo tractatu, charta uigesimaoctaua, uersic. sed ulterius

quæro. qui tenet contrarium, dicens ita sæpius obtinuisse, & consuluisse quia in effectu mutatio est in bonitate interiori, id est, propter mutationem monetæ paruæ mutatæ in bonitate interiori. Et ulterius est aduertendum quo ad secundum caput, & communem conclusionem, quæ uult ut imminutio in bonitate interiori cedat damno debitoris, quòd si debitor † tenetur ad tot libras, uel tot florenos, in hoc dominio Mediolani potest ad sui libitum soluere ex quauis moneta, quæ expendatur, nulla habita ratione bonitatis, quæ esset tempore contractus: & ita seruatur in emphyteuticis pensionibus etiam antiquissimis, & eo tempore confectis, quo monetę longè excedebant pretium monetarum nostri temporis in bonitate interiori quia accipiuntur solutiones absque controuersia à creditoribus ex monetis, quæ expenduntur, considerato tempore solutionis, & non contractus: & satis est ex eis soluere tot libras, siue tot florenos, sicut in contractu dicitur. Et intelligo adesse de hoc ordinationem factam à consilio secretiori in fauorem equitis Caualioni contra ecclesiam maiorem huius ciuitatis siue eius canonicos, cessante hac consuetudine, est aduertendum, an moneta illa, ex qua soluitur, siue aurea, siue argentea, mutata sit extrinsecus in bonitate tantùm: quia eo casu ex illa potest solui ad damnum creditoris, ita ut si numus aureus sit pretii librarum octo, extinguat debitum librarum octo, sicut dictum est. Et quicquid sit, ad-
5 uertendum est, an † per triginta annos, creditor receperit solutionem pecuniæ, quæ expenditur: quia eo casu etiam tenetur semper in futurum recipere, per cap. olim causam. de censi. ubi Abba. in fin. dicit ita communiter teneri, requiritur tamen bona fides in debitore. Aretin. consilio centesimoduodecimo, columna secunda, post Hostiens. in dicto capi. olim causam. Et ad sustinendum bonam fidem uide omnino Corne. consilio centesimoseptuagesimoprimo, uolumine secundo, charta penultima & ultima, & etiam Bru. in tractatu suo de monet. uersi. tertiò fallit ubi etiam melius, quàm alibi de ea præscriptione loquitur, & Signorol. consilio 74. columna penultima, ubi etiam ponit,
6 qualiter † succurratur plus debito ignoranter soluenti, nec protestatio recipientis offendit præscriptionem, secundum
7 Brun. ubi suprà. In reliquis, † maximè circa quæstionem de mutatione monetæ uide Abbatem in dicto cap. quinto. de iureiuran. plenè Roman. consilio 123. Anan. in cap. secundo, de maledic. in penultima & ultima charta not. Abb. in secundo uolumine consilio 56 Bald. primo uolumine, consilio penultimo, & consilio finali. Signorol in dicto consil. & Soccin. consil. 6.
8 Et † qualiter soluantur salaria officialium facta mutatione monetæ, uide Bald. secun
9 do uolum. consilio 269. Et quando † quis promisit tot pedites instructos triennio retinere eo stipendio, quod datur à tali ciuitate, an inspiciatur tempus pactorum, an solutionis singulorum annorum, uide Bal. quinto uolum. consilio 407. Quando uerò mutuantur Philippei, siue floreni aurei æstimando illos ad libras iuxta dicta suprà, & promittat debitor restituere tot libras in tot florenis ad eam æstimationem: ita fieri debet restitutio, secundum Bartol.
10 in dicta quæstione. Sed † quæro quid si. & ibidem & alibi Doctores communiter hoc tenent. Et licet pro pecunia argentea non possit dari aurea, nec econtrà, sicut dixi: tamen ad solutionem librarum potest dari etiam aurea: cuius ratione dicitur assis & libra. & ita etiam uoluit Barto. in dicta leg. Paulus. in prima quæstione. & cum Bart. in dicta l. Paulus. in fin. quando simpliciter mutuantur tot libræ in tot nūmis aureis, tenet Anan. in cap. secundo. de maledic. columna antepenulti. & penulti. Aretin. in dicto consilio 84. columna fin. uersicu. supradicto. & Abb. in dicto cap. quanto in ultima columna. ad quæ uide Bartol. in leg. cùm certum. ff. de auro & argento legat. in l, si quis argentum. in prin. columna secūda. C. de donationibus. Paul. de Castro in dicta l. Paulus. Aretin. consilio 112. Abb. in secundo uolumi. consilio quinquagesimo. & Bal. quinto uolum. consilio 130. & consilio 213. & Soccin. ubi su-
11 prà, consi. 298. colu. fin. Et quando † mutuatur nummus aureus simpliciter siue intendatur, siue imminuatur, ut potest colligi ex prædictis: satis est restituere nūmum aureum, ita q imminutio erit damno creditoris

ditoris, & augmentum lucro. & ita expresse Aretin. in dicto consilio octuagesimoquarto, columna prima. nisi debitor esset in mora, quia tunc debitor tenetur soluere quanti plurimi, fuit pretium aurei nummi à tempore moræ, ut per eundem Aretinum in dicto consilio in ea col. Et dum dixi, si sint mutuatæ libræ in tot Philippeis uideri Philippeos uenditos pro tot libris: & sic satis esse soluere libras. Dic et aliquando ex mente contrahentium adhuc uideri actum, ut talis æstimatio non faciat emptionem, sed Philippei sunt restituendi, ut per Aretin. in dicto consil. 84. col 2. & 3. Et † quia antiquitus aurei ap-
13 appellabantur floreni, si fiat mentio de florenis aureis, quomodo intelligatur, uide not. Ange. in l. lecta. col. 4. ff. si cer. pet. ubi etiam Bar. & Fulg. etsi fiat mentio de florenis largi auri, quomodo intelligatur, & cuius loci consuetudo attendatur, uide Soc. consi. 247. col. 3. & seq. & cuius loci consuetudo attendatur, an † locus, in quo sita est res, pro qua soluitur, an celebrati contractus, uel ubi conceditur gratia, uel priuilegium, uide Alex. in secundo uolu. consilio 21. est materia leg. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. ubi Deci.

14 Et † quando debitor promittit soluere in tot aureis nummis cum iuramento, an præcisè teneatur ad talem solutionem, uide Alex. in 2. uolum. consi. trigesimoseptimo, columna octaua. & Bartol. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. in fine penultimæ columnæ. ff. de re iudicata. Et quid si quis promittit tot florenos, uel soluere tot florenos in bonis suis, uide Soccinum consilio ducentesimoquarto, columna prima.

15 An † promissis nummis aureis intelligatur de his, qui maioris sint uel minoris prætii? Dic secundum Soccinum in dicto consilio 247. colum 2 & 3. est materia l. nummis. ff. de leg. & fideic. 3. quam commentatur Iason in l. si ita sit. ff. de legatis & fideicommiss. 3. & inter cętera dicit quod fallit in dote: de quo Baldus Nouell. facit speciale in tractatu de dote, char. 60. uersi. 73. est uerum, quòd loquitur text. in uiro dotem petente. Sed dic multò magis procedere in uxore repetente dotem: quia ob mulierem fauor dotis principaliter est inuentus. leg. prima. ff. soluto matrimonio. dicit tamen Curtius in tractatu de monet. in decima quæstione, consuetudinem Mediolani obseruare, ut intelligatur de minimis: & loquitur in uxore repetente dotem, uide etiam circa prædicta & alia in dictis tractatib. Brunum, Curtium, & Martin. Lauden. & Afflict. in titu. de falsa moneta. Brunus tamen latius & magis consideratè loquutus est, quàm alius.

Tit. de Vectigalibus.

SUMMAE.

1 *Vectigal propriè dicitur, quod datur propter id, quod uehitur, licet etiam pro re existenti in ciuitate uel oppido detur, & appelletur uectigal.*

2 *Vectigal, & gabella, & datium maximè Mediolani æquiuoca sunt.*

3 *Vectigal appellatur etiam lucrũ, quod percipit fiscus ex sale.*

4 *Vectigal dicitur omne, quod penditur fisco.*

5 *Vectigal, tributum, census pensitatio, annua præstatio, reliquum, & capitatio, quomodo differant.*

6 *Censualis contractus in quo differat à contractu emphyteutico.*

7 *Collecta quid differat à tributo.*

8 *Collecta quando duplicatur, quod sit onus extraordinarium.*

9 *Gabella quid significet in ciuitate Mediolani.*

10 *Vectigalia sunt odiosa, & interpretatio debet fieri contra exigentem.*

11 *Vectigalium statuta non trahuntur de similibus ad similia.*

12 *Libellus non offertur in causis uectigalium.*

13 *Vectigalium libri an & quando peobent.*

14 *Publicani dicuntur, qui conducunt uectigalia publica.*

15 *Publicani qui propriè dicantur.*



1 Rimo uideams quid sit uectigal, † & propriè dicitur id, quod datur pro re, quæ uehitur: licet etiam edictum de uectigalibus eadem ratione locũ habeat pro re, quæ non uehatur, sed sit intra ciuita-

tem uel oppidum, ut per Salicet. in leg. uectigalia. C. ut no. uectigal. in prima. colum. Firmian. in suo tractatu de gabel. in proœmio, colum. 2. & magis per Cuman. consil. 162. circa principium, & gloss. in l. 1. §. hic titulus. in uerbo, pendant. ff. de publica. & Feli. in cap. ad audientiam. columna nona,
2 de præscriptio. & † æquiuocè utuntur Doctores & statuta his duobus uocabulis, Vectigal, & Gabella, ut dicit Firmian. ubi suprà. Addo, quod idem fit de uerbo, Datiũ, in hoc dominio, in quo publicanos appellamus datiarios. Et hoc etiam clarè uult Salicet. in dicta l. uectigalia. in 1. colum.
3 Lucrum † etiam, quòd percipit fiscus ex sale, Vectigal appellatur. Quod satis uult Salicet. in l. si quis. C. de uectigalibus. & cõmiss. & uidetur text. de hoc expressus in l. inter publica. §. 1. ff. de uerbor. signi. ubi inter publica uectigalia numerat uectigal salinarum, & idem textus in l. prima. ff. quòd cuiusque uniuer. nomine. in princ. & Cuman. clarè in dicto consilio. & uidetur de gloss. in dicto cap. super quibusdam. §. 1. in uerbo, pedagia de uerborum signifi. & non curo, quod princeps ex sale acquirat concedendo, ut quis emat sal, uel ut uendat, iuxta dictam l. si quis. & dicta Abbat. in dicto cap. super quibusdam. §. primo. de uerborum significa. uel etiam cogendo ut quis emat sal, etiam cariori pretio, quemadmodum in hoc dominio fieri nonnunquam uidimus: quia absolutè dico uectigal fisci esse, per dictam glossam, & probat textus in dicta leg. inter publica. §. primo. ubi licet fiscus capiat, non quia uehatur res, sed ut quis possit piscari in tali loco, est uectigal, similiter ut quis possit fodere metalla, ut in dicto textu: & consequenter dicitur datium, quia, ut dixi, sunt synonyma.
4 Et † omne id, quod fisco penditur, uectigal est, ut per Comen. in dicto consilio, loquendo in salinis difficultatem faciebat mihi: quia non dicitur penderi aliquid fisco extra rem ipsam, prout fit, quando soluitur uectigal pro tali re, siue uehatur, siue sit intra ciuitatem, ut suprà dixi: sed uidetur pretium rei, & salis, qui emitur, quamuis cariori pretio. Attamen hoc nihil est: quia re ipsa in idem cadit: nam prohibitus est mihi usus salis, nisi emam in salinis: & ibi si emo, erogo multò plus quàm fecissem, ubi liber fuissem in emendo: & illud plus hoc modo re ipsa propter usum salis pendo fisco: ergo est uectigal, & compræhenditur sub omni uocabulo uectigalis, gabellæ, & datii. Attenderem tamen in hoc, si casus contingeret, prout contigit, communem usum loquendi principis, & eius magistratus, qui colligetur ex lectura decretorum & ordinum super his
5 æditorum. Et quæsit † differentia inter uectigal & tributum, uide per Firmianũ, ubi suprà. & ibi inter cætera dicit, quòd synonyma sunt, tributum, census, pensitatio, & annua præstatio, quando tamen debentur fisco. Ad quæ addo Felinum in dicto cap. ad audientiam. columna nona. ubi de uerbis. Annona, Tributum, Vectigal, reliquum, capitatio, & census, & de
6 censu, siue contractu censuali, & † in quo differat à contractu emphyteutico, uide Soccinum consilio 167. non inutilis, columna prima, in fine. & Alexand. consilio decimoquarto, columna tertia, uolumine secundo. & Firmian. ubi suprà, columna secunda. & uide de ui prædictorum uerborum in primis omnino glossam in dicta l. prima. §. hic titulus. in uerbo, pendant. ff. de publica.
7 Et quomodo † differant tributum, & collecta, uide Firmianum, ubi suprà, columna tertia, & columna quarta, declarat quomodo collecta possit esse munus ordinarium, licet ex regula sit extraordina-
8 rium. Et † quòd ubi est munus ordinarium, si duplicetur, etiam dicatur ordinarium. Quæ nota ad intelligentiam oneris tam grauis, quod patitur miserandum hoc dominium, appellaturque mensuale, quod sæpe etiam augetur.
6 Et † licet, ut dictum est, gabella pro uectigali accipiatur, & eandem uim habeat: Tamen in hac ciuitate significat locum, ubi reponitur sal, quemadmodum dicimus de salinis, iuxta notata per Abbat. in dicto cap. super quibusdam. §. primo.
10 Et nota, † quòd uectigalia sunt odiosa, & fieri debet interpretatio contra exigentem. Corne. in consilio 199. colum. 4. primo uolu. Statuta de uectigalibus debent restringi, ut minus derogent iuri communi, Soccin. consi. 302. col. 2. & 3. circa medium, & 4. circa finem.

Statuta

11 Statuta † uectigalium, quia carent ratione, non trahuntur de similibus ad similia,
12 Aret. consi. 92. col. 2. In causis † uectigalium non offertur libellus, sed pro libello publicani offerunt capturam, & carceres, & rerum retentionem. Bald. primo uolum.
13 consilio 238. in pri. Libri † uectigalium an probent, & quando, uide Soccin. consil. 208. colum. 2. habetur in l. admonendi. per repetentes. ff. de iureiuran. & per Firmia. in tracta. ubi supra, in quarta parte, &
14 ibi etiam an ædantur. Publicani † dicuntur, qui conducunt publica uectigalia. l. quantæ. §. fi. ff. de public. & in l. 1. §. hic titulus. ff. eod. titul. & talis fuit sanctus Matthæus, secundum gloss. in dicto §. hic titulus. & in l. inter publica. §. 1. ff. de uerbo. signific. & qui propriè dicantur publicani,
15 † an non solùm qui habent uectigal conductum, uerùm etiam qui habuerunt, & an participes & fideiussores eorum, uide Firmian. in eo tractatu in 2. parte, quæst. 17 quæ scire expedit propter statuta de eis mentionem facientia: & licet ut plurimùm Doctores, gabellæ uerbo, & gabellarii, utantur, tamen idem dicendum est de publicanis & uectigalibus, ut suprà uidimus. Et ad prædicta. uide Alciat. in d. l. inter publica. §. 1. ff. de uerb. sign.

Tit, Vectigalia qui possint imponere.

SVMMAE.

1 *Vectigalia noua possunt imponere, qui non recognoscunt superiorem.*
2 *Vectigalia sunt ex reseruatis principis.*
3 *Vectigalium impositio quæritur tanto tempore, cuius initii memoria non extet, nec requiritur scientia principis, bona fides, nec titulus.*
4 *Vectigalis institutio est ex maximo imperio.*
5 *Ius exigendi uectigal an quæratur præscriptione?*
6 *Vectigal nouum an posit imponi per habentem iura imperialia in suo territorio in præiudicium eius, cum quo habet conuentionem, ut ei nihil innouet?*
7 *Vectigalia noua an possint imponi subditis, & qualiter eis succurratur?*
8 *Vectigalia noua an posit imponere feudatarius subditis, uel eis concedere, ut inter se imponant & titu de Angar. nu. 3.*
9 *Vectigalis noui exigendi ius non comprehenditur in uerbis amplis generalibus.*
10 *Vectigal nouum imponere potest habens iura principis.*
11 *Vectigal nouum si debet imponi requiritur licentia principis.*
12 *Vectigal nouum ex qua causa iusta posit imponi.*
13 *Collecta noua non potest imponi sicut nec nouum uectigal.*
14 *Titulus iustus uel possesio exigendi uectigal quæ dicatur.*



His breuiter uisis ad declarationem terminorum quæro † qui possint imponere noua uectigalia, uide Firmian. ubi suprà, in prima parte, ubi latè loquitur
1
de Imperatore, Rege superiorem non recognoscente, qui absque dubio possunt, deinde de baronibus, feudatariis, ciuitatibus, uillis, & castellis, atque aliis quæ uideri possunt, quibus addendo aliqua.
2 Scias, † quòd uectigalia sunt ex reseruatis principi toto titu. C. noua uectigalia institui non posse. dicto cap. super quibusdam. §. 1. de uerbor. signific. Et † eorum im-
3 positio quæritur tanto tempore cuius initii memoria non existat in contrariũ, nec requiritur scientia principis, nec alterius, nec bona fides, nec titulus. Alexan. consi. 6. in 1. uolum. circa quæ uide Bald. 5. uolumi. consil. 340. & in 3. consi. 370. Bald. 3. uolumi. consil. 468. & quinto uolumi. consil. 445. est materia Bartol. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publica. ponit Ias. in leg. imperium. ff. de iurisdi. om. iudic. Salic. in l. uectigalia. C. noua uectigalia institui non posse. & dixi suprà, in tit. de principe. in materia collegarum, & Salic. in d. leg. uectigalia. ponit col. 1. quæ dicantur noua uecti-
4 galia, & quòd † institutio uectigalis est inter ea, quæ sunt ex maximo imperio, quia non competit alii quàm principi, ita ut etiam

non competat ciuitati. dicta l. uectigalia per d. Martin. in tractatu, de principe. in titulo, de fisco conclusione 33. & conclusio. 68. & conclusio. 56. Abb. consilio 20. Et an
5 † quæratur ius exigendi uectigal præscriptione, uide Bald. 2. uolumi. consil. 257. &
6 eodem uolum. consi. 242. An † habens iura imperialia in territorio suo possit imponere nouum uectigal in præiudicium eius cum quo habet conuentionem, ut ei nihil innouet, uide Angel. consi. 289. colum. pe-
7 nulti. An † subditis possint imponi noua uectigalia, & qualiter eis succurratur, uide Bald. in §. penultimo, in tit. de pace tenenda. & in cap penult. de capi. cor. per Iacobi. in tract. de homagiis. & Parpa. in leg. placet. C. de sacrosanctis ecclesiis.
8 An † feudatarius possit imponere noua uectigalia subditis suis, uide Bald. 5. uolu. consilio 435. Iacobi. & Parpal. ubi suprà, & an feudatarius possit concedere subditis suis, ut inter se imponant nouum uectigal. uide Bald. 5. uolum. consilio 507.
9 Per † uerba generalia & ampla non intelligitur concessum ius exigendi nouum uectigal nisi expressè concedatur. Imol. cons. 121. post medium. & dixi suprà dum in genere loquutus sum de regalibus. Habens
10 † iura principis in suo territorio potest nouum uectigal imponere, ut per Abba. consi. 20. colum. 1. ubi loquitur de Senensibus, uide omnino Cuman. consi. 162. cir-
11 ca finem. Ad † imponendum nouum uectigal requiritur licentia principis, quã facilè concedit quando patria est tenuis, Bald. quinto uolum. consilio trecentesi-
12 moquadragesimo. Quæ † sit iusta causa principi imponendi nouum uectigal, uide Signorol. consilio centesimooctauo, colum. 3. Iacobi. in dicto tractatu, de homa-
13 giis. & Parpal. in dicta leg. placet. & † sicut non potest imponi nouum uectigal, ita nec noua collecta, ut per Corn. in consilio centesimononagesimonono, uolumi. primo, colum. 2. in fi. & seq. & columna pe-
14 nultima, & dix suprà. Quuomodo † dicatur quis esse in iusto titulo, uel iusta possessione exigendi uectigal ita ut accusetur à pœna, uide Bald. notabiliter 4. uolumine consilio 289.

Tit. de Vectigalium conductione.

SVMMAE.

1 *Vectigal si alienetur ad certũ tempus utrũ dicatur uenditio an locatio & in quo consistat utilitas?*

2 *Licitationis materia.*


3 *Licitator primus an possit eligi à fisco quando secundus non est soluendo.*

4 *Perfectus quando dicatur contractus in licitationibus.*

5 *Magistratus ad quem pertinet cura uectigalium, non potest illa conducere, & de decreto Mediolani, ut nullus officialis, nec eius filius, pater, frater, &c. possit conducere uectigal.*

6 *Præsumptio iuris, & ex iure non admittit probationem in contrarium.*

7 *Præsumptio iuris, & ex iure indirectam admittit contra se probationem.*



Vccessiue plura uidenda essent circa materiã conductionis uectigalium, de quibus latè ponit Frmian. in suo tracta. in 2. parte, ad quem ne eadem repetam te reiicio: unum tantummodo te admonuisse uelim, ut circa primam quæstionem, quan
1 do † uectigal alienatur ad certum tempus, utrum dicatur locatio, uel uenditio, ex quorum terminorum declaratione infertur, an & quando fiat remissio mercedis, & successiuè de remissione ipsa ut uideas, quæ dixi latissimè in parte sequen. quæ est ultima totius operis ad hoc facta, ut ex
2 eius inscriptione uideri potest, & † circa materiam licitationis, uide omnino Bartol. in leg. citatio. in princip. ff. de public. & in leg. si tempora. C. de fide instrumen. lib.
3 decimo. Et in quæstione quando † unus dum uectigal licitatur promittit emere, uel conducere post alium qui pariter promisit, & secũdus nõ est soluendo, an possit eligi primus, & in qua, Bar. in d. l. licitatio. uult ut possit, & tenet primum non libe-

rari per secundum offerentem, uide plenè Bal. 2. uolumi. consilio trecentesimouigesimoseptimo, eundem omnino, 3. uolumine consilio centesimonon agesimoprimo, Firmian. ubi suprà, & omnino Curt. consilio quarto. siue 40.

4 Et † quando dicatur perfectus contractus in his licitationibus, uide ultra Bart. in d. l. licitatio. Bald. 4 uolu. consilio. 393. & Firmia. ubi suprà, quæst. 10. Credo esse materiam dictę l. si tempora. C. de fide instrumen. ubi est uidendus. Ioan de Plat.

5 Scias † etiam in materia uectigalium ædi tam esse constitutionem Mediolani, ut nullus familiaris principis, nullusue officialis, & qui stipendia meret à principe se intromittat in uectigalibus principis conducendis, pariterque etiam prohibet, filios, fratres, filios fratris ascendentes, & alias personas sub pœna publicationis bonorum, & alia arbitrio principis, qui ordo est factus ad hoc ut præfecti redditibus principis, ad quos spectat onus eorum, & iurisdictionis exercendæ in causa uectigalium & conseruandi ipsos redditus, ipsimet uel per suos non conducant uectigalia, nec in eis partem habeant, quia deinde essent iudices in causa propria, & malè se haberét fisci, & pariter est factus respectu aliorũ officialium, quia absolutè de omnibus loquitur, ne eorum fauore sequatur detrimẽtum fisco, respectu uerò attinentium, est æditus ex quadam præsumpta opinione societatis initæ cum officialibus, siue ne officiales ipsi conduci faciant ab eis uecti-

6 galia, & † quia lex disponit, & super præsumpto uidetur præsumptio iuris, & ex iure contra quam non admittitur probatio in contrarium, ut not. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ubi glos. ff. de re iudic. & per Doct. in l. siue possidetis. C. de probat. per Innocen. & Doct. in c. quia uerisimile. de

7 præsumptio. Tamen indirecta † uia admittitur probatio in contrarium, uidelicet nõ esse casum, ex quo resultet talis præsumptio iuris, & ex iure, glos. est notabilis in clemen. 1. in uerb. fecisse narremus. de proba. not. Innocen. Anto. de Butr. & Doct. in c. ad id. de sponsal. ut putà, probando fratrẽ, siue attinentem non esse talem, in quo possit cadere ea præsumptio, uel ob inimicitiam inter ipsos existentem, uel alia ex causa, & ubi casus contingeret in attinente maximè alterius officialis, quam ex eis qui redditibus pręsunt, uel ex aliis magnis officialibus, qui omnibus quibus uolunt fauoribus pollent, impium esset, ut punirentur nisi è latere fisci probaretur malitia, siue fraus, & ante dictam constitutionem aderat decretum comitis uirtutum quo solùm prohibebantur attinentes quę storum qui redditibus præsunt, & Referédariorum curiæ, quod etiam non fuit usui receptum, ut patet in decreto exinde secuto post sexdecim, uel decem & septem annos, quo solùm absolutè prohibebantur officiales, & iure communi non etiam absolutà officiales ipsi prohibentur conducere uectigalia, sed duntaxat. 2. quorum interuentus requiritur in eorum locationibus, & magis quando sunt iudices inter fiscum, & publicanos maximè in remissionibus quæ ob bellum, uel alium casum fortuitum petuntur, secundum Angel. in Authent. de alienatione & emphyteusi. §. œconomus. & Firmian. in tracta. de gabel. in 3. parte, colum. 3. uersicu. 5. & ibi ponit col. 1. quod regulariter omnes possunt cõducere uectigalia, & quilibet censetur habilis, posteà condescendens ad personas prohibitas.

Tit. de Vectigali quod soluitur ex contractu.

SVMMAE.

1 *Vectigali soluto ex contractu an debeat solui ex distractu.*

2 *Vectigali soluto ex contractu an debeat solui iterum quando transfunditur in alium, uel quando reficitur combusto protocollo.*

3 *Vectigal quando sit soluendum ex contractu conditionali: & titu quo loco & tempo sit soluen. uectigal numero. 8.*

4 *Vectigal an debeat solui si fiat conuentio de contrahendo, uel contractus pretio declarando per tertium nominatum.*

5 *Vectigal non debet solui quando accessoriè sit uenditio ad contractum locationis, uel*

dotis, ubi pro locatione uel dote non debeat solui.
6 *Statutum loquẽs de solutione uectigalis pro frumento quod extrahitur quomodo intelligatur.*
7 *Vectigal non soluitur quando adest statutũ, ut pro instrumento soluatur uectigal, & fiat contractus sine instrumento.*



DVM Firmian. in 5. par
1 te quærit † si est soluẽdum uectigal pro contractu, an etiam solui debeat pro distractu.
2 Et quid † si unus contractus transfundatur in alium, uel si reficiatur combusto protocollo. Adde Paulum de castro consil. 328. columna 5. & sequenti. Alexand. consilio trigesimoseptimo, columna tertia uolumine tertio. & Bald. quinto uolumine consi-
3 lio. 164. & dum tangit An † & quando sit soluendum uectigal pro contractu conditionali. Adde Aretin. consi. 11. columna. 1. circa finem, & columna. 4. post medium.
4 Quid † si fiat contractus, uel conuentio contrahendi pretio declarando per talem an debeatur uectigal pro eo contractu, si non sequatur declaratio, & an fauore uectigalis debeat ille cogi ad declarandum, uide Bald. 4. uolumine consilio quatercentesimoquadragesimoquarto.
5 Si † uectigal debet solui pro uenditione, non autem locatione uel dote, & fiat uenditio accessoria ad principalem contractũ locationis, uel dotis, pro tali contractu uẽditionis accessoriæ non debet solui uectigal, ut per Anchar. consilio. 71. Quomodo
6 † intelligatur statutum loquens de solutione uectigalis frumenti quod extrahitur, uide Firmia. ubi supra, in d. 5. parte. colum. fin. uersic. decimooctauo quæro. Fe-
7 deric. consilio. 127. ubi etiam ponit † si statutum loquatur de frumento quod ducitur per eum qui transeat quomodo intelligatur. Si statutum uelit ut pro instrumento ut soluatur uectigal, & fiat contractus sine Instrumento, non soluitur Imol. consilio 17. Firmian. in 6. parte tracta. & uide etiam de hac materia, infrà pro quibus reb. solua. uectig. uersi. si loquatur statutum.

Tit. Vectigal quo loco & tẽpore sit soluendũ.

SVMMAE.

1 *Vectigal solui debet in loco solito, adeò ut si alibi exigatur priuatur iure suo qui illud habet.*
2 *Vectigal quod solet exigi à transeuntibus per aquam non potest exigi ab ijs qui per terram iter faciunt, nec econtra.*
3 *Statutum disponens ut uectigal soluatur à transeuntibus per territorium non habet locum, quo ad transeuntes per uiam communem.*
4 *Vectigal si debet solui ad portam, etiam si quis sit in suburbiis.*
5 *Statutum puniens eum qui extraxerit an compræhendat uolentem extrahere?*
6 *Vectigal debetur ei ad quem spectat ius primi mẽsis. quando uno mense spectat uni, & alio spectat alteri. & quis cœpit primo mense extrahere. sed non potuit impeditus tempestate, & alio mense extraxit.*
7 *Vectigal quo loco sit soluendum quando contractus est conditionalis, & conditio alibi purificatur quàm in loco contractus.*
8 *Vectigal debet solui tempore celebrati contractus conditionalis, non tempore euenientis conditionis. & tit. de uectig. quod solu ex contr nu. 3*
9 *Vectigal soluendum est in loco contractus, licet res alibi sit.*
10 *Statutum de soluendo uectigali obligat forenses in territorio constituentium contrahentes.*
11 *Vectigal pro dote an debeat solui in loco contracti, an in loco consummati matrimonij?*
12 *Statutum ut ex contractu extra territorium celebrato solui debeat uectigal in loco domicilii qualiter intelligi debeat.*



ET circa materiam in quo loco sit soluendũ uectigal, de qua Firmia. in dicto tractatu, in 6. parte.
1 Adde † quod uectigal debet solui in loco so-

lit o,

lito,& non alibi, Firmian. ibi,colum.fi.uer
ſicu. ſed pone. & ſi alibi habens uectigal
exigat priuatur iure ſuo. Ana. in c.2.de iu
dæis.colum.1.in fi.uerſic.& per iſtum tex.
2 poſt Butrig. & Cardin.ibi, Et,ideò † ſi eſt
ſolitum exigi à tranſeuntibus per aquam
non poteſt exigi ab iis qui per terram trã
ſeunt, nec econtra. Bal.5.uolu. conſi.140.
3 uerſus finem,imò † ſtatutum diſponens ut
ſoluatur uectigal à tranſeuntibus per ter
ritorium,non compræhendit tranſeuntes
per uiam communem.Socin.conſilio 302.
col.4. Socin.conſilio 217.colum.pen.poſt
4 medium.Si † uectigal debeat ſolui ad por
tam ciuitatis, non prius contracta erit o-
bligatio quàm ſit peruentum ad portam,
licet quis ſit in ſuburbiis. Bald.primo uo-
lumine,conſil.472.col.2.circa fin.& col.fi.
5 ſi † ſtatutum punit eum qui extraxerit,an
compræhendat uolentem extrahere, ui-
de Angel.in l.arboribus.§.idem tracta.cir
6 ca fi.ff. de uſufru. Si † uectigal primi men
ſis ſpectet uni, & ſecundi menſis alteri,&
quis in primo menſe cœperit uelle extra-
here, ſed non potuerit tempeſtate impedi
tus, & exinde ſecundo menſe extraxerit,
uectigal ſpectabit publicano primi men-
7 ſis. Alex.3.uolu.conſil.7. In † quo loco ſit
ſoluendum uectigal contractus conditio-
nalis celebrati Venetiis cuius conditio e-
ueniat alibi,uide Firmian.ubi ſuprà,in pri
ma quæſt. & Alexan.in d.3.uolu.conſilio.
8 7.Vectigal † debet ſolui tempore celebra
ti contractus conditionalis, non tempore
euenientis conditionis,Firmia. ubi ſuprà,
columna ſecunda. & Alexand. in quarto.
uolumine.conſilio. 36. columna.2. & ſeq.
8 Si † hic uendatur res exiſtens alibi, uecti-
gal hic ſoluendum erit, ut per Firmianum
ubi ſuprà, col.3.& Alexan.in 3.uolumine.
conſil.51.col.1.& 5. uolumi.conſil.49.co.2
in fi. & ſeq.& Soci.conſil. 302.col.1. & 2.
& colum.4. circa finem,& ſequ.ſtatutum
10 † diſponens ut uectigal ſoluatur ligat fo
renſes in territorio ſtatuti contrahen-
tes.Corn.primo uolumine. conſil.199.cir
11 ca princi.An † uectigal pro dote ſolui de
beat in locò contracti an conſummati ma
trimonii, uide Socinum conſilio 302.col.
12 2.ſtatuta † diſponente, ut pro contractu
extra territorium celebrato ſolui debeat
uectigal in loco in quo quis incola eſt,
qualiter intelligi debeat, uide not.Socin.
conſil.302.colum.2.& ſequen.& colum.6.
& ſequenti.

Tit. Vectigal ſoluere qui teneantur, & qui ab eo excuſentur.

SVMMAE.

1 *Vectigal ſoluere quis teneatur ex multis perſonis enumeratis.*

2 *Vectigal ſoluere teneatur, emptorum non uenditor.*

3 *Vectigal an teneantur ſoluere clerici prò rebus?*

4 *Vectigal an teneatur ſoluere commune,uel fiſcus emptori quando quis illud emit à commune,uel fiſco?*

5 *Vectigal an teneatur ſoluere emens ab eccleſia uel fiſco?*

6 *Pedagii exemptionem an intelligatur habere qui habet priuilegium eundi & nauigandi ſine moleſtia?*

7 *Vectigal an teneatur ſoluere hæres, uel legatarius?*

8 *Vectigal non poteſt imponi forenſibus conducentibus neceſſaria ad locum qui ſit exemptus à uectigalibus ex conuentione.*

9 *Scholaris priuilegium ut non teneatur ad uectigalia, an gaudeat qui deſiit eſſe ſcholaris?*



1 T circa materiam eorum† qui ſoluere debent uectigal, & qui ad ipſum nõ tenentur, uide multa quæ. poſita ſũt per Fir. in d. tra.in
2 2.par.Quibus† aliqua
addendo dũ dicit emptorem mercis teneri,nõ aũt uẽditorẽ,uide Ale.qui idẽ uult,in
3.uo cõſi.50.col. 2.& uide etiã Soc. conſi.
147.in tribus primis columnis, & ibi etiã
ponit utrũ creditor,uel debitor teneaẽ ſol
3 uere.uect. Et† an clerici teneanẽ p rebus ul
tra Fir.uide oino q̃ dixi ſupra in ti.de.prin.
in mat.collectarũ, & ibi ẽt plenè terigi de
4 eorũ colo.&maſſariis.Et† qñ quis emit à cõ

mini, uel fisco uectigal an teneatur commune, uel fiscus sicut alius priuatus soluere emptori. uide Bartolum. in leg. licitatio. §. fiscus. ff. publica. Ia. in l. ne quicquam. ff. de ęden. ubi etiam Alexan. & Alexan. consilio. 149. columna. 2. in 2. uolumi. Bart. consilio. 226. Cauetur statuto, aliàs est consilio 119. Socin. plenè consilio. 226.

5 An † ementes ab ecclesia, uel fisco teneantur ad uectigal, uide Bart. in d. l. licitatio. §. mercatores. ff. de publica. dixi suprà sub tit. de principe. in materia immunitatum, & pendet à quæstione an non priuilegiatus succedens priuilegiato utatur priuilegio eius, cuius successit, de qua in Authẽtica quas actiones. colum. penultima. C. de sacrosan. eccles. ponit de hac quæstione quando non immunis succedit immuni. Dec. con. 48. ubi limitat Bart. in dicto §. mercatores. & Dec. consil. 51. & pro tenui facultate, colum. 2. An † habens priui-

6 legium eundi & nauigandi, sine molestia intelligatur habere exemptionem pedagii, dic eum habere, ut per Signorol. consilio 70. columna. 3.

7 Et † an hæres, uel legatarius teneatur ad solutionem uectigalis, uide ultra Firmian. ubi suprà, in quæstio. 16. Socin. consilio. 247. in tribus primis columnis.

8 Quid † si locus ex conuentione sit exemptus à uectigali an possit imponi uectigal forensibus conducentibus ad eum locum necessaria? Abb. tenet non posse, consilio

9 20. col. 2. Et si † statutum dicit scholarem non teneri, an habeat locum in eo qui desiit esse scholaris, uide Firmian. ibi, quæst. 30. & Bart. consilio 134.

Tit. Vectigalium pro quibus rebus soluatur.

SVMMAE.

1 *Vectigal quibus ex rebus soluatur remissiue.*

2 *Vectigal an debeat solui quando statutum mandat, ut tantum soluatur pro libra, & res minoris pretii sit quam libra?*

3 *Vectigal non debet soluere deferens in res exercitum mandato principis.*

4 *Vectigal an soluatur pro refectione instrumenti?*

5 *Vectigal solui non debet pro datione in solutum, quæ propter appellationem fit suspensa, uel reuocata, uel quando debitor bona recuperauit.*

6 *Statutum loquens de mutuo, in solutione uectigalis, an habeat locum si numeratio non interuenit.*

7 *Statutum disponens ut pro quolibet contractu alienationis soluatur uectigal an comprahendat permutationem.*

8 *Statutum loquens de contractu an habeat locum in donatione?*

9 *Statutum loquens de uenditione an habeat locum in pacto uendendi.*

10 *Statutum loquens de contractu an habeat locum in contractu nullo*

11 *Exceptio nullitatis contractus ab una parte facta propter non solutum uectigal, an possit per replicationem partis culpæ.*

12 *Statutum annullans contractum propter uectigal non solutum, an habeat locum in testamento?*

13 *Vectigal an debeat solui quando statutum uult, ut soluatur pro uenditione, & hæres cogitur ex dispositione testatoris uendere?*

14 *Vectigal si sit solutum in alia parte iudicii, non pro petitione facta, an iudicium sit nullum, quando statutum uult, ut soluatur pro litibus sub pœna nullitatis?*


15 *Vectigal qualiter soluatur, stante statuto disponente ut soluatur pro quantitate petita ad rationem duorum denariorum pro qualibet libra cum quis petiit triginta & obtinuit decem.*

16 *Vectigal an debeat solui pro eo quod superest deductis expensis?*

17 *Vectigal qualiter soluatur quando statutum uult illud solui pro hæreditate, & quis sit institutus donec uiuat. & sub conditione.*

18 *Vectigal qualiter soluatur pro annuo legato quando statutum uult, ut pro quolibet legato soluatur.*

19 *Vectigal an debeat solui quando hæreditas patris est delata filio & statutum uult, ut soluatur pro qualibet hæreditate.*

1 
Vlta † pro quibus soluitur, aut non solui tur uectigal connumerat Firmian. in eo tracta. de gabell. in 8. par. in 2. par. illius octauæ. & dum loquitur de re inæstimabili, uide Alexand. in leg. quarta §. prætor. ff. de dam. infe. Alexan. consilio. 24. col. 5. circa finem, in 2. uolumi. & con. 57. columna secunda, eodem uolumine.

2 Si † statutum mandat tantum solui pro libra, & res ualeat minus libra, an debeat fieri solutio, uide Firmiã. ubi suprà, in quæstio. 3. & omnino Roma. consilio 434. cir-
3 ca medium. Et † de rebus, quæ ad exercitum deferuntur ultra Firmianum quæstio. octaua uide Bald. secundo. uolumine, consilio 496. ubi dicit † pro eis nihil deberi si deferantur mandato principis, secus si sua sponte quis ad exercitum ferat.

4 Et † an soluatur uectigal pro instrumenti refectione, uide Felinum in cap. cùm accessissent. colum. penulti. de constitutio.
5 & colum. fin. Barto. consilio. 67. & † si est soluendum pro datione insolutum fuit suspensa per appellationem, uel reuocata, uel quia debitor bona recuperauit, an sit nihilominus soluendum uide Abb. qui dicit soluendum non esse, consil. 69. idem tenet Socin. consilio. 76. colum. 2. & sequen-
6 ti. Si statutum † loquatur de mutuo, an habeat locum si numeratio non interuenit, uide Angel. consilio quadragesimonono.
7 Si † loquatur statutũ de quolibet contractu alienationis an compræhendat permutationem, uide Firmian. ibi. quæst. 7. & Roman. consilio. 189. circa finem. Et quan-
8 do † statutum loquitur de contractu an habeat locum in donatione, uide Corn. consilio. 78. columna. fin. circa finem. & ponit Bartol. in l. 1. columna. 1. ff. de donatio. &
9 † si loquatur de uenditione an habeat locum in pacto uendendi, uide Angel. in leg. 1. C. de pactis pignor. Alexand. in quarto.
10 uolumine. consilio centesimo sexto, & † quid iuris, sit, ubi contractus sit nullus, uide Alexand. consilio 104. colum. 3. & fin. in primo uolumine, & in 4. uolumine, consilio 36. colum. 3. in pri. Felin. in cap. ex tenore. colum. 3. & seq. de rescript. Roma. cõsilio 78. Et de his & similibus quæstionibus uide Firmian. in tertia parte dictæ octauæ partis. Et quia in quæst. 16. quærit
11 † quando statutum uult, ut pro contractu soluatur uectigal, aliàs sit nullus, & una partium excipit de nullitate contractus ꝓpter non solutum uectigal, utrum possit altera pars replicare de pari culpa, scilicet ipsum excipientem non soluisse, uide in hac quæstione. Alexand. in leg. fin. §. penultimo, colum. 2. ff. de eo per quem factum erit. & in leg. cùm mulier. colum. 8. & sequenti. ff. soluto matrimonio. Aretin. consilio centesimoprimo, in fi. & consilio sequenti, colum. 2.

12 Et † circa statutum annullans contractum propter uectigal non solutum, an habeat locum in testamento de quo per Firmianum quæstio. 19. Adde Bald. primo uolumine, consilio trecentesimoquinquagesimooctauo, columna. 1. & 2. in princip.

13 Et † si statutum uelit solui uectigal pro uenditione, & hæres cogatur uendere ex dispositione testatoris, an soluere debeat uectigal, uide Bald. quinto uolumine, consilio quatercentesimoquadragesimo, circa finem, stante statuto ut pro litibus solui debeat uectigal sub pœna nullitatis, &
14 † uectigal non sit solutum pro petitione in iudicio facta, an iudicium reddatur nullum ubi soluatur in alia parte iudicii, uide Firmian in quarta parte octauæ partis, uersicu. quinto quæro. & idem quod Firmian. dicit Alexand. primo uolumine, consilio
15 125. colum fin. Qualiter † soluatur uectigal per eum qui petit triginta, & obtinet decem stante statuto, ut soluatur uectigal pro quantitate petita, ad rationem duorum denariorum pro qualibet libra, ultra Firmia. ubi suprà, in uersicu. sexto quæro, uide Ias. in l. cùm quædam puella. §. quoties. ff. de iurisd. omnium. iudic.

16 An † uectigal debeat solui tantum pro eo quod superest deductis expensis ultra Firmian. in quinta parte octaua quæstio. co. 1. uide Feli. in c. ad nostram col. 2. de iureiuran. & Ias. in dicta leg. cùm quædam. §. primo. ff. de iurisdictione omnium. iudic.

17 Si † statutum uelit solui debere uectigal pro hæreditate, & quis sit institutus donec uiuat & sub conditione an soluere debeat, & quid pro uectigali, uide Bald. quarto. uolumine consilio 159.

18 Et quomodo † debeat solui uectigal pro annuo legato stante statuto ut pro quolibet legato soluatur uectigal, ultra Firmian. in dicta quinta parte, octaue quęstionis.uersic.quarto uide.Socin.consilio.
19 76.columna penultima. Si † statutum uelit ut pro qualibet hæreditate soluatur uectigal, an habeat locum in hæreditate patris delata filio ultra Firmi. ubi suprà, quæstio.16.uide Alexa.plenè in l.in suis.ff. de liber. & posthum.col.2.& sequen. & circa materiam contractuum, in hac materia uide q̃ dixi suprà, in tit.de uect.ꝗ soluitur ex contractu.

Tit. de Fraudant. uectig.

SVMMAE.

1 *Fraudare uectigalia an sit licitum in foro conscientiæ?*
2 *Licentia abutens in fraudem uectigalis amittit beneficium licentiæ.*
3 *Licentia non extenditur ad empta post licentiam de quibus non cogitauit licentiam dans.*
4 *Statutum prohibens ne quid extra territorium, uel extrahatur, uel conducatur in territorium non habeat locum in eo qui aliunde ducit in territorium, ut inde extrahatur, & alio ducatur.*
5 *Vectigal si promisit soluere uector, & dominus posuit capsulam inclusam in re uehẽda, & fuit capta à publicanis, cuius sit periculum.*
6 *Vectigal si non soluatur per conductorem, uel nautam cuius, periculum sit.*
7 *Ignorans uectigal an incidat in pœnam uectigalis non soluti?*
8 *Publicanus non debet dicere transeuntibus, solue.*
9 *Equitans non tenetur nisi præcesserit culpa quando statutum dicit, ut equus non moueatur per plateam sub pœna, &c. & equus uiolenter currat.*
10 *Vectigal licet non debeat solui, tamen res debet consignari, aliàs incidit in cõmissum.*
11 *Publicani remißio an excuset quem à pœna?*
12 *Professus falso publicano uel custodi, uel nõ professus, an poßit se corrigere, & infra quantum tempus?*
13 *Professus cùm non conueniret cum publicano ratione uectigalis, si absque licentia recesßit & cùm cœpisset recedere illicò reuersus est, an res in commissum ceciderint?*
14 *In commissum an omnia incidant, quàdo quis portat merces licitas & illicitas.*
15 *Vectigalia fraudãtiũ materia ubi tractetur?*
16 *Vectigal non soluens quomodo dicatur in dolo, ita ut incurrat pœnam statuti.*
17 *Pœna apposita fraudanti uectigalia, an habeat locum si fraudentur, postquam aliis sunt locata uel uendita.*
18 *Immunis non debet suo prætextu aliquem excusare.*
19 *Vectigal quando liceat fraudare.*
20 *Minor quando excusetur ob non solutum uectigal.*
21 *Spoliatus iure exigendi uectigal quomodo agat.*



LTIMO circa fraudantes uectigalia, uide Firmianum in 9. parte tractatus sui. Et quia
1 primo quærit, † an in foro conscientiæ sit licitum fraudare uectigalia. Dic ut per Felin.in cap.primo de cõ
2 stitutio. col. 13. & adde etiam † quod qui abutitur licentia in fraudem uectigalis amittit etiam beneficium licentiæ, ut per Cast.in l.cùm ita legatum.in prin.ff.de le-
3 gat.2.& † licentia non extenditur ad empta post licentiam, de quibus non cogitauit dans licentiam, ut dicit Cast.ibi. Statu
4 tum † prohibens, ne quid extra territoriũ trahatur, uel in ipsum conducatur, non habet locum in eo qui aliquid aliunde ducit in dictum territorium, ut inde extrahatur, & alio ducatur. Alexan. in 4. uolumi. consil.84. Soci.con.74.col.fi. ubi etiam habes, an ille teneatur qui extrahit ut iterum reportet ad locum à quo extraxe-
5 rat. Si † uector promisit soluere, & dominus posuit capsulam inclusam in re uehenda quæ fuit capta, cuius erit periculum, uide Baldum consi.417.uol.1. Et si cóductor
6 † uel nauta non soluit uectigal cuius periculo cadat, uide Cumã.cõsi.21.& cõsi.5.
7 Et † quia e quæstio an quis incidat in pœnã uectigalis non soluti, licet illud ignorauerit l.interdum.§.licet.ff.de public. quod facit dubium in predictis quęstionibus quomodo hoc intelligatur, uide Bar.in d.§.licet.

cet Felin. in ca. 1. col. 2. de re iudic. & Ale. omnino in 4. uol. consi. 84. col. penul in fi.
8 Et † scias quòd publicanus non debet dicere trāseūti solue, d. l. interdū. §. diui ubi Bar. not. Sed pro limitatione d. § uide Firmi. in d. 9. pa. uer. 2. q̃ro & uer. quis dicat.
9 Et si statutum † dicat ut equus non moueatur per plateam sub pœna, & uiolenter currat, non tenetur equitans nisi præcesserit culpa, d. l. interdum. §. si propter. ubi Bartol. not. Felin. in cap. cognoscentes. co. fi. circa finem. de constitutio. Abb. 2. uolu. consi. 62. col. 6. circa finem, & cōsi.
10 88. col. 2. licet † de re solui non debeat uectigal. tamen debet consignari, aliàs incidit in commissum, tex. est, & doctrina Bart. ubi uide in d. l. interdum. §. diuus. Bald. 2. uol. consi. 79. colum. 2. Anchar. in clementina præsenti. de censib. in 1. col. uersi. sed hic ultra quæro. ubi uide.
11 Et † an remissio publicani excuset quem à pœna, uide in d. leg. interdum. §. fin. Firmian in dicta 9. parte, co. 2. Bal. 2. uo. cōsi. 79. plenius 3. uol. consi. 311. & 4. uol. con. 256. & uide Bal. 5. uol. cō. 34. Cuman. con.
12 5. si † quis non est professus, uel est falso
13 professus publicano, uel custodi, an † possit se corrigere, & infra quantum tempus? uide plenè. Bald. 5. uolumi. in d. consi. 34. Si quis est professus, & cùm non conueniret cum publicano de uectigali non habita licentia recessit. & dum cœpisset abire uocatus illicò reuersus est, an merces ceciderint in commissum, licet sint alterius, quam nautæ, uide Cuman. in dicto consi-
14 lio quinto. Quid † si aliquis portet merces licitas, & illicitas an omnia incidant in commissum, uide Bar. in l. cotem §. dominus. ff. de public. Alex. in l. cùm proponas. C. de nautico fœnore. & in l. si seruus com
15 munis. ff. de uulgari & pupillari. Et † de fraudantibus uectigalia, uide Petr. de Anchar. in regula, possessor. in 30. col. de regul. iuris. in 6. Bald. in l. leges sacratissimę. C. de leg. in fi. & plenè Bal in d. l. cùm pro
16 ponas. Et quomodo † non soluens uectigal dicatur in dolo, ita ut incurrat pœnam statuti, uide Abb. consilio. 68. & se-
17 quen. An † autem pœna apposita fraudanti uectigalis habeat locum si fraudentur postquàm alij sunt locata, uel uendita, uide Anchara. qui notabiliter uult non ha-
18 bere locum consilio 109. Et † immunis non debet ex suo prætextu alium excusare. Socin. consilio ducentesimonono, co-
19 lumna prima. Et † quando liceat fraudare uectigal, uide Socin. in fallētia 164. incip.
20 gabellas fraudare. Minor † an & quando excusetur, si nō soluat uectigal uide Bart. in l. Imperatores. §. 1. ff. de public. Alexand.
21 quinto uoluminne, consilio 31. Et † quomodo agat spoliatus iure exigendi uectigal, uide Firmian. in 2. parte, & Signorol. consil. 224. & sequen.

Tit. de Angariis, & extraordinariis exactionibus.

SVMMAE.

1 *Grauamina quæ sunt propria principis quomodo imponantur.*
2 *Mœrum & mixtum imperium habens, non potest grauamina imponere.*
3 *Princeps an possit passim grauare subditos, & collectas imponere, & an hoc idem feudatarijs liceat. & tit. qui poss. uect. impon. nu. 8?*
4 *Argumentum de uectigalibus & gabellis ad collectas ualet.*



1 E † his grauaminibus quæ sunt propria principis, ut dicit text. in d. c. j. quæ sunt regalia. & sine eo text. nemo est qui ignoret suo malo fato, uide in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesiis. maximè Ias & Parpal. ibi etiam habes quòd interdum imponūtur personæ tantū, interdum personę pro facultatibus, & interdū rebus tantū, & aliquādo dicuntur ordinariæ, aliquādo extraordinariæ, & omnino, ac in primis uide Bart. in l. 1. C. de mulieribus, in quo loco munera sexui congruētia, uel honores agnoscant. lib. decimo, & Abbas in capitulo, non minus. de immunitate ecclesia. Et quia ad solū principē spectat impo-
2 nere hæc grauamina. Ideò † licet quis habeat mœrū & mixtū imperium non potest hoc facere, ut per Bald. in l. cùm multa. in fin. C. de bonis quę liberis. Iacob. in sua in uestitura. in glo. cū me. & mixto imperio.

charta antepenultima, & in tractatu, de
3 homagiis.char.3. columna. 1. An † tamē passim liceat principi grauare populum suum, & ei collectas imponere, uide ibidem charta eadem, colum.3. uersic.nunc quæro. Brun.consilio centesimotertio, colum.1.& suprà in tit.qui possint impon.uectiga. numero.8. Afflict. in dicto cap.primo.quæ sint regalia, in uerbo, extraordinaria, & ibi Ponit etiam an hoc liceat seu clericis, & si possessio descripta transeat in ecclesiam, uide etiam Parpal. & Ias.in dicta leg. placet. & de collectis ultra ea quæ dicuntur per Afflict. ubi suprà, & in uerbo, plaustrorum, ac super uerbo, uectigalia, & per Franc. Parmen. in tracta. de priuileg.fis.ubi per quatuor chartas, uide quæ per me dicta fuerunt suprà, in titulo,
4 de principe. Et † quia bonum est argumētum de gabellis & uectigalibus ad collectas, ut sæpe dixi post Barto.primo uolumine, consilio centesimononagesimonono, columna quarta, in fi. & sequenti. ideo uide quæ dixi in titulis præcedentis, ubi de uectigalibus loquutus sum. De publicationibus bonorum, pœnis & multis quę etiam sunt inter regalia dicto cap.primo, quæ sint regalia. latissimè dixi suprà sub titulis particularibus, & propterea ne sæpius eadem repetam ad eos te reiicio.

Tit. de His quibus ut indignis bona a fisco auferuntur.

SVMNAE.

1 *Fisco bona quæruntur multis modis.*

2 *Hæreditas aufertur ut ab indigno, & ad fiscum pertinet, quando pactio facta est super hæreditate uiuentis.*

3 *Hæreditas aufertur uti ab indigno: & restituuntur fructus percepti, ante motam litem quando defunctus est ab extraneo occisus. & hæres non uindicat necem.*

4 *Hæredita aufertur ut ab indigno quando dominus a familia occisus est, & hæres nō uindicauerit necem defuncti antequam adiret hæreditatem.*

5 *Senatusconsultum Syllanianum habet locum quando dominus occisus est, uel à familia, uel ab extraneo.*

6 *Serui torquentur ad ueritatem habendam, inquiruntur, & capite puniuntur, quando potuerunt præstare aliquod auxilium domino cum occideretur, & non præstiterunt.*

7 *Senatusconsulto Pisoniano cauebatur, ut domino occiso, tota familia periret, & fuit seruatum Romæ.*

8 *Hæres non tenetur uindicare mortem defuncti, quando testator ante mortem remisit.*

9 *Remissio a testatore facta ualet, & facit ut non possit hæres non uindicans mortē defuncti priuari hæreditate.*

10 *Iniuriam remittere erat uerecundia tempore digestorum.*

11 *Hæreditas aufertur uti ab indigno quando quis accommodauerit tacitè fidem, testatori de restituenda hæreditate, uel legato incapaci, utroque tempore, & testamenti, & mortis.*

12 *Coniunctio sanguinis non inducit probationem seu præsumptionem ut quis accommodauerit fidem testatori de restituendo incapaci & quæ coniecturæ sufficiant.*

13 *Accommodans tacitè fidem testatori de restituendo incapaci, an teneatur in foro conscientiæ?*

14 *Hæreditas aufertur ut ab indigno, quando quis probibet aliquem testari.*

15 *Hæreditas aufertur ut ab indigno, & ad fiscum pertinet, quando hæres accuset testamentum falsum, uel etiam tutor pro pupillo, ut ipse solus ab intestato succedat, si tamen succumbit in accusatione aliàs secus.*

16 *Hæreditas aufertur ut ab indigno, & ad ad fiscum pertinet, quando filius occidit patrem, uel hæres scriptus testatorem, etiam si adessent alii pares in gradu & ad quos ab intestato obueniret hæreditas, quia potiora sunt fisci iura.*

17 *Hæres a quo aufertur hæreditas ut ab indigno, est interim hæres, donec ablata sit hæreditas.*

18 *Hæreditas non aufertur ut ab indigno, sed succedit ueniens ab intestato, uel substitutus quando mortuus est hæres, ante aditam hæreditatem. uel ante negligentiam*

in uindicanda morte defuncti, secus si post quia præsumitur in fraudem repudiata.


19 *Fiscus qui aufert uti ab indigno tenetur so lum ad onera, ad quæ tenebatur defunctus non ad illa quæ tenetur is cui aufertur.*

20 *Conditio obligationis non potest purificari post publicationem contra fiscum.*

21 *Legatum aufertur ut ab indigno, & ad fiscum pertinet, quando legatarius occidit testatorem, non autem censetur reuocatum, & apud hæredem manere.*

22 *Occidens uxorem, non lucratur dotem ex pacto, uel ex statuto.*

23 *Hæreditas aufertur ut ab indigno, quando hæres non adhibuit medicum defuncto.*



SEQVENDO materiam regalium, sciendum est ut etiam aliquando dixi,
1 † quòd multi sũt modi, ex quibus bona fisco acquiruntur, de quibus in l. 1. in princ. ubi omnino est uidendum. ff. de iure fisci. & per Odof. in l. fin. in pri. C. de bonis uacantibus & incorporatione. Inter quos primus. & principalior erat iure antiquo, & nunc secundum consuetudinẽ, & decreta, & ordines locorum, quando propter delictum bona publicantur, alius uerò modus est, quando aliquid aufertur alicui uti ab indigno, quia ad fiscum pertinet, ut est regula quæ colligitur melius, quàm alibi, secundum glo. ibi, in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. & eam etiam facit Azo in summa sua, in rubrica, C. de his quibus ut indignis in pri. quem Azonem fontem legum, & uas electionis appellat, Bald. in l. contractus. C. de fide instrumentorum. & inter causas ex quibus aufertur hæreditas uti ab indigno, quæ multæ sunt secũdum Azonem, ubi suprà, & de quibus in tit. ff. & C. de his quibus ut indignis. & in tit. ff. de iu-
2 re fisci. una † est quando fit pactio inter aliquos super hæreditate uiuentis, quæ licet non ualeat ad utilitatem paciscentium, ualet tamen ad beneficium fisci, qui ab eis aufert hæreditatem uti abindignis leg. secunda. §. fin. ff. de his quibus ut indignis. l. quidã. §. primo. ff. de donationibus. & in glos. in l. fin. C. de pactis. & ideo Paulus de Castro, ibi, in secunda columna, dicit ut caueant filii qui uiuente patre diuidũt bona conferendo talem diuisionem post mortem patris, quia fiscus post obitum patris potest auferre ab eis bona, & sequi-
3 tur Ias. ibi, col. 3. Alia est causa, † quando hæres non uindicat necem defuncti, quia ab eo aufertur hæreditas uti ab indigno: l. prima, C. eodem tit. & ibi dicitur eum etiam teneri restituere fructus perceptos ante motam litem, & ubi occiditur quis simpliciter à quolibet extraneo locum habet illa lex ubi uide Doctores maximè
4 Iaso. Si † uerò occideretur dominus à familia sua, tunc ex Senatusconsulto Syllaniano hæres non debet adire hæreditatem donec fecerit uindictam necis, aliter aufertur hæreditas, uti ab indigno. l. 3. C. eodem. quæ lex loquitur dispositione Senatusconsulti Syllaniani in hoc casu. Hinc est quòd sub rubrica, C. de his quibus ut indignus etiam additur, & de Senatusconsulto Syllaniano. & de hac causa latè ponitur in dicta leg. prima, & per Azonem in summa sua. ubi suprà, & latè per Afflict. in titu. quæ sint regalia. uersic. & quæ. ut colum. 2. uersicu. quæ autem sunt causæ. &
5 duabus sequentibus, & quia † incidit sermo Senatusconsulti Syllaniani, quod habet locum domino occiso, siue à familia, siue à quolibet extraneo, qua ex causa etiam Azo ubi suprà, declarat titulum ad Syllanianum, ideo breuibus dic, occiso dominio à domesticis suis, idest, à familia, uel sint serui, uel liberi, iuxta l. detestatio. §. familiæ. & l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerborum significa. siue ab ex
6 traneis, seruos † domini torqueri ad ueritatem habendam, & inquiri, & etiam capite puniri, ubi potuerint præstare aliquod auxilium, & non fecerint, quia uoluit lex salutem domini ponere sub custodia seruorum suorum, ut in l. prima in pr. ff. ad Sena
7 tusconsultum Syllanianum. Antè † aderat Senatusconsultum Pisonianum, de quo in l. Senatusconsulto Pisoniano. ff. eodem titulo, quo cauebatur, ut domino occiso, tota familia periret. & ita in septuaginta uiris fuit obseruatum Romæ, cùm Præfectus urbis fuisset occisus à seruo, eò quia haberet iuuenem in delitiis, nam septuaginta ex familia sua fuerunt necati. Hæc

C. de fideicommissis. & Bart. in leg. si sequens. ff. ad Senatusconsultum Syllan. Fundamentum est in leg. his consequenter. §. primo. ff. familiæ erciscundæ. ubi cohæres, uel frater non potest opponere in iudicio diuisorio de hac indignitate, quia sua non interest, sed tantum fiscus. Nec obstat text. in dicto §. præterea. super quo se fundat Bartol. ibi, qui tex. dicit factum fratris non præiudicare fratri, quia intelligitur quo ad portionem fratris non delinquentis, non autem quo ad suam ipsius, & ita fuit iudicatum in prædicta causa pro

17 fisco. Scias tamen † quòd dictus occidés, uel alter indignus interim est hæres, & potest adire hæreditatem, & interim exercere actiones hæreditarias, ut est text. in dicto §. primo, quem omnino uide, & ita Baldus. & Doctores in dicta l. hæreditas. columna tertia, uersiculo, extra quæro. & textus in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de uulgari & pupillari. & ibi uide Iaso. dicentem quod est hæres interim in effectu, & succedit, tamen fiscus aufert.

18 Item † scias posteà auferri hæreditatem una cum fructibus perceptis, quia malæ fidei possessor est. l. prima. C. eodem. & dixi suprà, scias etiam quod non solùm est hæres, & potest hæreditatem adire, imò ut fiscus audiatur debet esse adita, aliter tanquàm ipso iure deficiat persona hæredis, accrescit alteri uenienti ab intestato, uide Alex. in dicta l. hæreditas. colum. secunda ibi quærit hæres indignus non adiret, seu repudiaret, utrum fiscus succederet, an accresceret aliis, & concludit pòst Paul. de Castro & Bald. non requiri aditionem, imò repudiationem præsumi factam in fraudem fisci, & sic non deficere prorsus hanc portionem, & consequenter non habere locum ius accrescendi iuxta glos. in leg. si duo. in principio. ff. de iureiurando. & hoc clarè procedit ubi repudiasset quia præsumeretur factum in fraudẽ ex quo hæreditas erat locuplex, ut ibi, per Alexand. post Bald. Sed quando non adiuit est alius articulus. Pone enim quod indignus moriatur ante aditam hæreditatem, uel aliter efficiatur incapax, quia in exilium mittatur an hoc casu succedat fiscus, uidetur non succedere, quia deficit portio ipso iure, & radicitus per mortem, & sic accrescit alteri, non ita quando in fraudem repudiat. Paulus de Castro in dicta leg. hæreditas. ubi omnino uide, refert & sequitur Alexand. ibi, Tamen aduerte, quia si hæres indignus repudiat ante negligentiam adeundi, clarum est accrescere alteri, si etiã nõ adeat ante tempus negligentiæ, nec fiscus potest aliquid prætendere, quia adhuc ille non est indignus, sed si iam est factus negligens, & sic iam est indignus, tunc repudiando uidetur in fraudem fisci facere, idem quando non adit iam negligens & indignus, & his casibus substitutus non succederet, sed si repudiat antequam casus euenerit, uel moriatur ante aditionem nondum factus negligens, uidetur substitutum succedere, ita Bartholus in l. sequés. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum quem uide bene, & uide Socinum in leg. prima. ff. de uulgari & pupillari. in quarta quæstione principali. & ita loquitur Paulus de Castro, & Alexander in dicta leg. hæreditas. quando mortuus est ante indignitatem, id est, ante negligentiam.

19 Sed † an fiscus qui aufert uti ab indigno teneatur ad ea omnia ad quæ tenetur ipse hæres, prout si ipsi hæredi indigno succederet, an tantùm ad ea ad quæ tenebatur mortuus ultra dicta suprà, uide textum in leg. cùm fisco. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum. Paulus de Castro in leg. recusare. §. si fisco. ff. ad Senatusconsultum. Trebellianum, post glossam & Bartol. ibi, Doctores in l. eam quam. C. de fideicommiss. maximè Iasone. columna sexta. uide etiam leg. Marcellus. §. fin. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. in his locis habes quid iuris sit quo ad onera defuncti, sed quo ad onera ipsius indigni, uide solum Bart. & Doct. in dicto §. si fisco. quia non tenetur, aliàs esset in fafacultate indigni obligare fiscum, & reddere inutilem hæreditatem.

20 Facit quòd conditio obligationis, qua aliquis tenetur, non potest post publicationem purificari contra fiscum. Alexan. in leg. marito. ff. soluto matrimonio. Baldus in leg. fin. columna. fin. C. de contrahenda emptione. & Iaso. in leg. si arbitratu. ff. de uerborum obligationib. colum. fin. & dixi suprà, ergo multo minus pót no

ua contrahi, faciunt notata in leg. post cō tractum ff. de uerborum obligationibus.
21 Legatarius † si occidat testatorem, utrum ab eo auferatur legatum à fisco, an dicatur reuocatum, ita ut maneat apud hære-
22 dem, est difficilis articulus, Si † uir occidit uxorem non lucratur dotem quam debet lucrari pacto, uel statuto. l. si ab hostibus. §. primo. ff. soluto matrimonio. ubi Doctores, sed dici potest hoc à principio uideri actum tempore dotis constitutæ, secundum Alexand. ibi, post alios magis communiter, & ita tandem Caccialup. in tractatu, de dote. in quinta parte, in 2. quæstione, ubi uide, & ideo in instituto qui testatorem occideret, aliud est, quia fiscus aufert. l. cùm ratio. in fi. ff. de bonis damnatorum. l. prima. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, uel coegerit. & l. Lucius. ff. de iure fisci. est uerum quòd Imol. facit differentiam inter hæreditatem & legatum, in dicto. §. primo, sed repræhenditur ab Aretin. & Alexand. quos uide, & Caccialup. ubi suprà, qui Caccialup. expressè dicit lucrum legati tali casu applicari fisco, per l. primam. & per totum titulum. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, uel coegerit. Pro hac opinione facit ratio quam adducit Bartol. in l. prima, in princ. ff. de his quibus ut indignis. dum contra illum text. opponit l. tertiam. §. fin. ff. de alimentis & cibariis legatis. quia si occiditur, non potest reuocare uerè, ergo nec tacitè. Et ad hoc uide Bartol. ad quem in primis est recurrendum in leg. fin. columna fin. ff. de his quibus ut indignis. uersiculo. tertium tempus. & in uersicu. quartum tempus. ubi facit differentiam quando committitur aliquid ante mortem, & quādo in morte, quia occidatur testator, & licet dicat ibi, quod quando ex dispositione hominis ad eum pertinebat, tunc remanet apud eos à quibus relictum est, per dictam l. ab hostibus. §. primo tamen in dicto. §. primo, tenet hanc opinionem reprobato seipso, & loquitur Bartolus in dictis uersiculis, tam in legato, quàm in hæreditate. & ita tene, quicquid his diebus proximè præteritis iudicatum fuerit per amicum meum aduocatum fiscalem. Alia est
23 causa, † quando hæres non adhibuit medicum defuncto per glo. in l. indignum. ff. de his quibus ut indignis. & Martinum in tractatu, de principe. in titulo, de fisco. uersicu. 42.

Tit. de His quibus, ut indignis bona auferuntur, & ad fiscum non pertinent.

SVMMAE.

1 *Hæreditas uel legatum multis casibus aufertur ut ab indigno, & tamen ad fiscum non pertinet.*

2 *Hæreditas uel legatū aufertur ut ab indigno, & acquiritur uenienti ab intestato, quādo relictum est spurio palam secus si clā:*

3 *Hæreditas non acquiritur fisco sed uenientibus ab intestato, quando hæres, uel omnino incapax ex delicto.*

4 *Hæreditas fisco non acquiritur, quando quis est indignus solum, quia fecit contra bonos mores.*

5 *Hæreditas non acquiritur fisco quando quis ex suo delicto ipso iure priuatur.*

6 *Hæreditas quando non acquiratur fisco, nō potest dari certa doctrina,*

7 *Hæreditas quando acquiratur fisco, uel legatum per quos tractetur*

8 *Concubinæ illicitæ, uel cognitæ per damnatum coitum, si res donetur, an pertineat ad fiscum an uerò ad hæredes defuncti.*



IDE Afflict. in eo. titulo, quæ sint regalia.
1 uersiculo, & quæ. ubi † cōnumerat duodecim casus, quibus res aufertur, ut ab indignis, nec in fiscum peruenit sed tamē ex distinctione Bar. in hoc articulo, in d. l. fi. col. pen. & ultima. & in l. hæreditas. C. de his quibus ut indignis. potes tibi formare multò plures casus, imò ueritatē eorum omnium, qui contingere possūt, est materia ampla, ut per Bartol. ubi suprà & in l. non intelligitur. in principio. ff. de iure fisci. & alibi sæpe. & unus casus
2 † ponitur in spurio, cui aliquid relictum sit,

sit, quod tamen intelligitur, si palàm relinquatur, sed si clàm ab hærede, priuatur hæres, & fiscus acquirit, ut per Bartol. in dicta leg. non intelligitur. in princip. & ubi
3 suprà. Et si quis est † indignus uel incapax omnino, etiam si ex delicto ueluti deportatos, tamen succedunt uenientes ab intestato, tanquam nihil sit scriptum. l. 1. C. de hære. instituen. & hæc est communis opinio Bartoli & aliorum ibi, quia si est penitus incapax, fiscus nihil aufert. l. 1. C. de secundis nupt. cùm fiscus auferat ab eo, qui accipit licet non cum effectu. l. ex facto. §. fin. ff. de uulga. & pupill. & nota regulam per Bart. & alios in d. l. hæreditas. quòd fiscus non aufert id, quod relictum est penitus in capaci, quam præter alios tradit Corne. in d. l. hæreditas. col. 3. in uersic. in ea. ibi, si quis incesti. ubi uide alia circa hoc, & tradit nouissimè Deci. in l. prima. C. de secund. nuptiis. colu. 3. circa finem. & princip. sequen. ubi uide omnino. Ex-
4 cluditur † etiam fiscus si solùm quis est indignus, quia fecerit contra bonos mores, secundum communem opinionem, ut per Dec. in dicta l. prima, columna quarta. Ipse tamen tenet contrarium fortissimo fundamento, & respondet ad illum textum super quo est fundata communis. Quando
5 † etiam quis ipso iure priuaretur ex delicto suo, adhuc non pertineret ad fiscum, ex allegata ratione, quòd fiscus non aufert, ubi ille sit prorsus incapax, & ponitur in l. si ab hostibus. §. si uir. ff. soluto matri. & uide omnino Alexandrum & Iasonem in d. §. si uir. quia reprobat distinctionem Bart. in d. l. si. in fine. An lucrum ueniat à lege uel ab homine. Itè nota, quòd Alexan. in dicto. §. si uir. in fi. dicit, in hac
6 † materia non posse tradi certam doctrinam, ideo seruanda esse in casu suo iura omnia. Et ex his uerbis etiam non est re-
7 præhendendus Afflict. qui colligit † duodecim casus particulares, in quibus fisco nihil acquiritur. Et ubi uelles plures colligere. & plura scire in hac materia, uide Soc. cõsi. 84. col. 4. & consi. 22. col. penul. Bar. cõsi. 116. aliquid per Bar. consi. 27. co. 10. uol. 1. cõsi. 46. eod. uolu. Doctores in l. si pater. C. de hæred. instit. & in l. ex facto §. Iulianus. ff de uulg. & pupil. & omnino in dicta l. hæreditas. & per Veron. cautela
8 183. Et † quando quis donat concubinæ illicitæ, uel cum qua ex damnato coitu rē habuerit, utrum illud pertineat ad fiscum, an ad hæredes defuncti, uide omnino. Corne. in d. l. hæreditas. col. 3. uersi. circa hoc. Ias. in l 4. §. sed quod meretrici. col. 1. ff. de condict. ob turpem causam. & Caccialup. in l. si qua illustris, col. antepen. circa medium. C. ad Orfician.

Tit. de Bonis uacantibus.

SVMMAE.

1 *Bona uacantia pertinent ad fiscum.*
2 *Bona uacantia dicuntur, quando nullus consanguineus, uel legitimus hæres relinquitur, uel relictus repudiat*
3 *Iudex quis sit in administratione bonorum uacantium, etiam quando hæreditas est damnosa.*
4 *Hæredem nullum esse per proclama uerificatur.*
5 *Succedentes ante fiscum in bonis uacantibus qui sint.*
6 *Bona uacantia an quærantur fisco ipso iure quo ad dominium & possessionem?*
7 *Differentiæ inter fiscum & priuatum super hæreditate.*
8 *Bona uacantia quanto tempore præscribantur.*
9 *Bona uacantia quod modis dicantur.*
10 *Fiscus non est hæres propriè quando bona uacantia ad eum deferuntur, sicut quando est institutus, quia primo casu non tenetur ultra uires hæreditarias, secundo autem tenetur.*
11 *Fiscus quando dicatur uerè hæres.*
12 *Bona uacantia appræhendi debent per fiscum facta prius inquisitione, ubi sunt bona, & posteà descriptione, mox proclamate, ut si quis sit hæres, ueniat, & nullo ueniente tunc appræhenduntur, & fit eorum unio cum bonis fisci, non autem ut fit hoc tēpore & male.*
13 *Fructus iurisdictionis non est acquisitio bonorum uacantium, & ideo illam non habet, qui meri & mixti imperii concessionem habet.*

1 ONA † uacantia pertinent ad fiscum. leg. 1. & per totum. C. de bon. uaca. libro 10. l. 1. in pri ff. de iure fisci. & in tit. quæ sint regalia. in usibus feu. &
2 † dicuntur uacantia quando nullum habent successorem, uel nullus esse speratur. Angel. consil. 193. col. penul. & consi. præcede. in pri. Bar. in l. fin. §. fi. ff. de fideiuss. & uidetur dicendum hæredes tunc deficere, quando uerè deficiunt, quia non reperiuntur in rerum natura tempore mortis, non quando existunt, sed repudiãt, per glossam. in leg. sancimus §. cùm autem. ad Trebel. Tamen non est uerum, quia satis est, ut repudient hæreditatem. Alexand. in rubrica ca ff. de acquir. hæreditate. col. fin. uersic. aut fiscus. Ad glos. responde, quòd in terminis illius textus locum habet ibi dicitur, quia text. loquitur, quando quis sine hærede decedit, & illud intelligit ibi, ita ut nullus existat, ueruntamen an tunc solùm sint bona uacantia, nec glossa. nec Bartol. aperit, & scientia, quod nullus, adsit, uel nullus esse speretur, pendet à proclamate, quando nullus comparet, ut infrà dicam circa finem. Et hos terminos nõ ignorare expedit non solùm quo ad utilitatem ratione bonorum, uerùm etiam
3 ut sciamus, qui † iudex sit competens quia in administratione bonorum uacantium est iudex procurator Cæsaris alioquin si quis speretur hæres, est iudex ordinarius, Angel. in dictis consiliis. & ubi de nullo interesse fisci tractaretur, quia hæreditas (si hæreditas dici potest) damnosa esset, malè facerent iudices fisci, si, ut morem gererent aliquibus creditoribus, bonorum iudicium ad se traherent, & maximè in hoc dominio Mediolani, in quo à sententia inter fiscum & priuatum non potest appellari. Et nunc dicitur fraudem hanc cõtigisse in bonis cuiusdam, ad quæ cum animum adiecissent quidam amicissimi nonnullorum ex procuratoribus Cæsaris, quamuis esset damnosissima, factum est, quod fiscus se uti in bonis uacantibus intromisit, & ad fauorem illorum sententiam tulit, & ut color rei adderetur, uenit tertius, qui fisco obtulit parum pe-
4 cuniarum, & fortè dedit. Et † ad prædicta maximè quòd requiratur proclama ad hoc ut nullus possit dici hæres, uide Paul. de Castro in dicta l. sancimus. §. cùm autem.
5 & qui † succedant ante fiscum ponit gl. in dicta l. 1. C. de bonis uacantibus. ubi habes, quòd ultra uxorem, quę ultimo loco admittitur, etiam succedit collegium, socius liberalitatis imperialis, & alii, de quibus ibi, & latius per Ioan. de Platea ibi columna tertia. uersicu. nunc quæ sunt personæ. & Afflict. in dicto titulo quæ sint regalia. in uerbo, bona uacantia.
6 Et † an quærantur fisco sine aditione ipso iure quo ad dominium, quia possessionẽ certum non est quæri, uide Bart. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. qui clarè sentit etiam dominium non quæri, quia dicit, si deferatur hæreditas, requiri aditionem, sed si ob delictum ueniant in fiscum, tunc ipso iure quæri. Quod ultimum etiam tenet Comensis consilio trentesimosecundo. circa finem. & cum Bart. quando defertur hæreditas, etiam sentit Ioann. de Platea in dicta l. prima columna penultima. & ibi habes quid iuris sit, quo ad relicta ad pias causas. Et Bart. ubi suprà, absque dubio loquitur, quando defertur hæreditas fisco ex institutione, quia etiam ita loquitur glossa ibi Sed quãdo defertur, quia bona sint uacantia, glossa sentit non requiri aditionem, quia uenit fiscus non uti hæres. dicta l. prima. C. de bonis uacantib. Bart. & Alexand. in rubrica ff. de acquiren. hæredit. Et hanc opinionem tenet Afflict. ubi suprà, & quia dixi possessionem non quæri sine appræhensione, scias ita probari in specie, per leges sub eodem titu. de bonis uacantibus. scilicet l. 3. & l. si uacãtia. & per l. defensionis facultas. C. de iure fisci. & per regulam, quæ uult, ut licet aliquando quæratur dominium sine traditione, nunquam tamen in possessione hoc eueniat, ut est glossa in l. si cũ duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. nisi in uno casu, ut per Alexandrum in l. si mora. ff. soluto. matrimo. columna secunda. non tamen hoc locum habet secundum decretum nostrum, quia in confiscationibus ip
7 so iure fit appræhensio & unio. Et † quo ad hæreditatẽ inter fiscum & priuatũ magna est differentia. Nam fiscus adit per procuratorem,

ratorem, priuatus non, fiscus aditam repudiat, priuatus non, fiscus non aditã trãsmittit, secus autem priuatus, sed conueniunt in multis, ut per Ioan. de Platea in dicta l. prima, columna secunda, in fine, & principio sequentis. & ibi etiam ponit columna fin. quanto tempore præscribantur
8 bona uacantia, & columna tertia, † quot modis dicantur bona uacantia, & ad quem
9 perueniãt, † quomodo differat hæreditas uacans à iacente, ponit Ioannes de Platea dicta l. prima, columna prima & Afflict.
10 ubi suprà. Et † quando ex delicto bona ad fiscum perueniunt tunc fiscus succedit bonis, quando uerò bona sunt uacantia, & quando instituitur, tunc succedit personæ, & bonis, & ideo tunc in eum trãsit instantia, sed priore casu nõ, ut declarat Ioannes de Platea in dicta l. prima, column na prima, sentiens hoc casu fiscum esse hæredem propriè: sicut quando esset institutus: quod non est uerum. quia hæreditas est successio in uniuersum ius, Sed fiscus etiã sine inuẽtario nõ tenetur ultra uires hæreditarias, ut per Alexand. post alios communiter, in rubrica ff. de acquirẽ. hæreditate. columna fin. uersic ultimò dicit Imol. ubi uide, & Bart. etiam expressè id tenet in l. prima. §. an bona. de iure fisci. ex quo sequitur, quòd hoc casu fiscus non succedit uti hæres, & probat textus in dicta l. prima C. de bonis uacantibus. Verũ quando esset institutus, tunc teneretur ultra uires hæreditarias, si non conficeret, inuentarium, ita ibi apparet esse communem, licet contrarium probet textus in dicto §. an bona. iuncta glossa ibi, quæ illum textum declarat, continuando ad principium illius legis, est uerum, quòd Albericus ibi intelligit solum in bonis uacanti-
11 bus. Et uide, an fiscus, † dicatur hæres uerè, quæ dixi suprà in titulo, de bonorum publicatione, uersic. an fiscus teneatur satisfacere creditoribus hæreditariis. Et ad de ibi dictis in hoc ultimo Iasonem in l. ex facto. §. Iulianus. numero 3. ff. de uulgari & pupilari, & circa instantiam, an trãseat in fiscum in hæreditate uacante, uide quæ dixi suprà in tit. de fisco. uersi. in fiscũ non transit instantia. ubi teneo non transire, sed perire, sicut etiam quando ob delictum bona fisco quæruntur, reprobato Io
12 anne de Platea, & eius ratione. Quæro † tamen qui sit modus in practica apprehẽdendi bona uacantia, quia uideo non multis ab hinc diebus inductum fuisse practicam in magistratu extraordinario, quæ mihi maximè displicet, Nam ut nuntiatur fisco aliquem decessisse sine hærede, statim fit appræhensio bonorum illius, & ponuntur ad proclama cum ingenti molestia eorum, ad quos posteà apparet hæreditatem pertinere, maximè in soluendis salariis ipsi magistratui, super ea discussione, quæ fieri debebat ante molestiam. Practica igitur iuridica hæc est, cũ defertur fisco aliquem decessisse ab intestato sine hærede legitimo, in primis fit inquisitio, ubi nam sint bona, & describuntur simpliciter absque aliqua molestia possessoris, deinde ponuntur ad proclama, ut statuto termino, si quis sit hæres, compareat, &c. & nemine comparente, uerè tũc dici potest illum decessisse sine hærede, & ita apprehenduntur posteà bona descripta, fit unio, & ponuntur ad proclama. propter creditores ius prætendentes, ut latè & clarè docui suprà sub titulo, de proclamate quod fit bonis publicatis. in uersiculo secundo scias. ubi omnino uide quia non solùm eris clarus in hoc casu, sed etiam quando bona confiscantur ex delicto, & non mirum, si fieri debet absque molestia possessoris, uel hæredis, qui posteà apparet uerus hæres, allegata inquisitio, uidelicet, si sit aliquis hæres, &c. quia potest excludi fiscus non solùm à coniunctis, sed etiam ab infinitis aliis scilicet, collegio, & aliis, ut dixi suprà.
13 Quæro etiam, an † acquisitio, quam facit fiscus bonorum uacantium, sit ex fructibus iurisdictionis, siue inter fructus iurisdictionales, ita ut qui habet mærum & mixtum imperium & omnem iurisdictionem, acquirat bona uacantia, uidetur non esse, per decisionem Alberici in leg. prima. C. de usufructu. ubi latè tenet bona, quæ reuertuntur in fiscum ob finitam generationẽ, non esse fructus iurisdictionis, & propius ad hanc rem accedendo, imò in specie concludendo, quod non uidebis suprà in titu. quæ sint regalia. ubi generaliter de regaliis tractatur, & ibi habes quod cui concessum est mærũ & mixtũ im

perium, non potest hæc bona acquirere. Et uide quæ dixi in hac materia hæreditatis uacantis suprà sub titu. de pœnis. in ultimo uersi. & per Afflict. ubi supra.

Tit. de Metallis & argẽtifondinis.

SVMMAE.

1 *Metallarius à publico electus cum licentia principis potest fundum cuiuslibet fodere eo inuito, ad perquirendum metallum sine læsione superficiei, nisi dominus ipse uelet perquirere, quia tũc potest prohibere.*

2 *Argentifondinæ dicuntur esse ex regalibus.*

3 *Metallarii tenentur dare decimam principi metalli effossi.*

4 *Venæ auri uel ærgenti sunt dominorum fũdi, & ipsi possunt fodere, & locare sine priuilegio principis.*

5 *Princeps non potest aliquid facere quo ad uenas auri uel argenti quãdo dominus inuenit uel alius, & ipse uult fodere, secus si nollet quia tunc princeps potest mittere qui fodiant.*

6 *Metalli fodiendi priuilegium concessum sine mentione hæredis, non transit ad successorem, nec hæres continuaretur in dicta possessione, quando dominus contradiceret.*

7 *Consuetudo ut etiam in fundis priuatus nullus nec etiam dominus possit aliquid facere præter principem, ita ut princeps disponens nec quo ad restitutionem pretii teneretur, seruaretur etiam in argentifondinis.*

8 *Metalli fodiendi ius ut sit publicum, uindicarunt ciuitates Imperii. secundum Isernian, & an sit illi credendum?*

9 *Metalli fodiendi consuetudo 300. annis est præscripta.*

10 *Metalli uenæ inuentæ in territorio infeudato an sint uasalli, pendet ex forma priuilegii?*

11 *Venæ auri uel argenti repertæ in re infeudata sunt uasalli, non autem principis, licet decima spectet principi, nisi aliud uellent uerba inuestituræ.*

12 *Metalli uenæ inuentæ in locis priuatis sunt priuatorum, in publicis principis maximè quando castrum esset concessum cum pertinentiis & argentifodinis.*

13 *Ius quærendi in fundis priuatorum metalla, & ius decimæ censetur translatum, quando sunt translata regalia: Secus si tãtum dictum esset, Cum argenti fodinis.*

14 *Metalla fodiendi & decimarum ius uidetur translatum concesso castro cum pertinentiis in feudum, quando metalli fodinæ sunt in locis publicis in communi usu, secus si sint in fundo principis.*

15 *Decimæ materia in metalli uenis ubi tractetur*

1 

Qvaero aliquis † uult perquirere in meo mõte metallum, an possit me inuito? Paulus de Castro in l. diuortio. §. si uir. ff. soluto matrimonio. tenet eum posse, sine læsione tamen superficiei ob publicam utilitatem, allegat text. cum glos. in l. quosdam. & in l. cuncti. C. de metallariis, & metall. & procuratoribus eorum. lib. undecimo. & respondet ad l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædior. quæ uult domino inuito non licere eius fundum ingredi in perquirendis lapidicinis, nisi consuetudo sit in contrarium: nam dicit Castren. textum illum loqui in lapidicina, quæ reperitur in superficie fundi, & quæ non potest fodi sine eius læsione. Aliud uerò esse in metallis auri & argenti, quorum uenæ reperiuntur sub terra, & sine læsione superficiei fundi illius possunt fodi, & in lapidibus, qui pari modo reperiuntur, prout sunt cotes, quibus ferrum acuitur. de quibus ipse Paulus de Castro principaliter format quæstionem. Hanc opinionem etiam in effectu sequitur Alexand. in leg. prima in apostillis ad Bart. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus eorum, dicto libro undecimo dum dicit notabiliter licitum esse ciuilibus perquirere in quolibet fundo, nostro modo, & forma, de quibus ibi in eadem leg. prima & ita etiam Paulus de Cast. in consilio. 76. ubi uult licere mihi, qui fodio in

in meo ire in prędium uicini, sequendo uenam auri & argenti, uel alterius metalli, dicens contrarium in lapidicinis, & idem Cæpolla in titu. de seruitut. in titu. de monte. qui facit differentiam inter metalla pretiosa, quæ non reperiuntur nisi in raris locis, & rarò: & lapidicinas, quæ ubique ferè inueniuntur: quia pro istis non licet fodere alienum agrum: pro aliis secus, fauore publicæ utilitatis. Et hanc partem sequitur Imola in consil. 87. & in alio consi. 124. colum. 2. uersi. circa secundum. cum hac tamen declaratione, ut dominus possit prohibere, ubi uelit ipse fodere, aliter non, ut ibi notatur per eum: & licet primò soluat contraria, faciendo differentiam inter marmora, & alias lapidicinas, ut de marmoribus loquantur l. cuncti. & l. quosdam. quę probant quem posse ingredi fundum alterius ad inuenienda metalla. Tamen posteà se redigit ad secundam solutionem, quæ est, ut etiam in aliis lapidicinis, & consequenter multò magis in uenis auri & argenti, & aliorũ metallorum procedat opinio Pauli de Castro, & uidetur hæc esse communis opinio in dicta l. cuncti, & in titulo, quæ sint regalia. in uerbo, argentariæ. ubi est materia, intelligendo tamen prout sensit Alexander in d. l. 1. modo & forma, de quibus in eadem. l. 1. scilicet soluendo pro introitu officii metalarii tertiam partem uncię illius metalli, quod uult fodere: & ita à principe sibi acquirendo priuilegium quærendi, prout fecit Sufficiens, qui à duce Frãcisco Secundo Sfortia obtinuit priuilegium ad perquirenda metalla: hoc habetur clarè in d. 1. & ibi gl. & clarius Bartol. & Ioannes de Platea, & Plat. in dicta lege, cuncti. ubi dicit metallarios publicè ad id electos posse ingredi fundos alienos, & perquirere metalla inuitis dominis unde dum plures Doctores in hac materia formant quæstionẽ, An liceat unicuique ita facere, & aliqui concludunt non licere, ut Iacobinus de sancto Georgio in sua inuestitura, super uerbo, cum argenti fodinis & salinis. & Andr. de Isernia in dicto tractatu, quæ sint regalia. & Doctores suprà allegati, & non explicant an loquantur de persona priuata, an etiam de metallariis à publico electis: uel incautè loquuntur, uel malè: quia intelligi debent de electis à publico, aliàs res esset clara iudicio meo, quod non liceret: potest igitur si est metallarius, nec tamen licet passim domino uetare, nisi etiam uelit ipse exercere illud officium propter bonũ publicum. & hoc ultimum, quòd præferatur dominus, dicit Paul. de Castro in dicta l. uenditor §. si constat. ff. communia prædior. & sequitur Afflict. in eo titulo, in uerbo, argentariæ, dicens hoc uideri satis rationabile secundum naturalem rationem insitam naturæ. Ex prædictis apparet etiã
2 † fiscum habere ius in fundis priuatorum, in istis uenis, uidelicet, dando facultatem inueniendi: & quo ad hoc hæ argentariæ dicuntur esse de regalibus: & ita potest uerificari textus in eodem titulo, quæ sint regalia, in eo uerbo, argentariæ. & hoc expressè Aluarotus & Præpositus ibi. Habet
3 etiam aliud ius, quia † decima illius metalli sibi debetur, d. l. cuncti. & hoc ius est inter redditus principis, & inter sua uectigalia. l. inter publica. in fine. & ibi glossa. ff. de uerborum significatione. Et hoc non habet difficultatem, & ita etiam in priuilegio prefati sufficientis hoc est expressum, ut de quolibet metallo inuento teneatur dare decimam partem ipsi Duci. Et ita ẽt potest uerificari allegatus textus in uerbo, argentariæ: quia quo ad hoc emolumẽtum dicuntur Argẽtifodinę ex regalibus. Et uide latius quo ad has utilitates fisci Ioannem de Platea in d. l. 1. C. de metallariis & metall. & procuratoribus metallorum. Residuum uerò est dicti metallarii, d. l. cuncti. & per Doctores suprà. Apparet
4 igitur ex prædictis † has uenas eorum esse, quorum sunt fundi, & ipsos sine difficultate posse fodere sine priuilegio principis, locare, & disponere de eis. & ita expresse Ioannes de Platea in d. l. cuncti. quæ cõclusio non solùm procedit à principio fundi acquisiti, sed etiam si posteà inuenirentur: quia adhuc sunt domini, sicut quælibet alia pars. l. fin. ff de fundo dotali. l. item si fundum. §. 1. ff. de usufruct. & d. §. si uir. & Imola in d. consi. 87. colum. 1. Apparet ẽt
5 ex prędictis, quòd † aut dominus inuenit uenam, & uult fodere, & quærere, & tunc princeps non potest se negotio interponere: aut non uult fodere, uel alius tertius illam inuenit, & non uult cùm possit (prout

supra declaraui) perseuerare in opere: & eo casu potest princeps mittere metallarios expertos ad opus perficiendum, tum propter publicam utilitatem, quę consistit, ut inueniatur aurum, tum etiam pro interesse suæ decimæ. Et ita intellige quę dicit Afflict. in dicto uerbo, argentariæ, in secunda colum. uersi sed quæro, an princeps. qui ita uoluit loqui, aliàs ineptissimè loqueretur, & contradiceret omnibus, quæ superius dixi. Aduerte, etiam dum Afflictus colum. 1 in fine dicit in inuentore durare illud ius, donec uiuat: quod locum habet, si uelit laborare, alias non, per prædicta, allegat l. apud Iulia. §. si cui. ff. de leg. & fideicom. 1. ubi est textus, quòd priuilegium concessum mihi non facta mentione hæredis mei, ut possim fodere lapides in tali fundo, non se extendit. extra personam meam, & notatur in leg. sordidorum. C. de excusationibus munerum, libro decimo. ubi gloss. ponit, quando priuilegium concessum personæ transeat in hæredes, est materia leg. quia tale. ff. soluto matrimonio. ubi Bartol. tradit solennem distinctionem, quam sequitur Alexander ibi: & ideo secundum distin-
6 ctionem Bartol. uidetur † hoc priuilegiũ à lege concessum fodiendi in fundo priuato, parare mihi in uita exceptionem peremptoriam & etiam transire ad hæredes. Ita Bartol. ibi, & Alexand. sequitur, nisi dicas in contrarium esse textũ in indiuiduo in dicto. §. si cui. Et, quod plus est, Bartol non facere ad rem: quia loquitur, quando concessum est in priuilegio, ut nemo possit agere contra me: & sic ut possim repellere exceptione peremptoria. Nos, quando ex priuilegio possum fodere: & consequenter sumus in alio membro Bartoli, dum dicit, aut continet concessionem, & tunc non durat: & ad hoc est textus in dicto. §. si cui. unde & Bart. obstat & . §. si cui. & decisio Afflicti. Et si disputaretur inter hæredem metallarii. & dominum fundi, super continuatione possessionis, iuxta decretum possessio defuncti continuetur in hæredes: & hoc ab hærede allegaretur, contrarium dicẽte domino fundi, ex quo deficit ius clarè, iuxta cõsi. Imolæ. 6. dicerem hæredem non esse continuandum, tum ob dictum consil. Imolæ,

tum per textum in cap. secundo, si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnatos. ubi quando est dubium, an sit feudum, filia ponitur in possessione: secus si est clarum, & ita communiter Doctores ibi: & hæc opinio est æqua: quia satis est, ut inuito domino in uita inuentoris perseueret
7 ius. Non tamen est omittendum, † quòd omnia prædicta cessant ubi aliter se haberet consuetudo: demus enim consuetudinem esse, ut etiam in fundis priuatis nullus, nec etiam dominus possit aliquid facere in his argentifodinis præter principem, uel eum, quem ipse ad hoc elegerit: certè hæc consuetudo attenderetur, & obseruaretur: & tunc uerbum illud, argentariæ, in tit. quæ sint regalia, uerificaretur: & ita omnes super eo textu per dictum. §. si constat. facta tamen satisfactione domino fundi eius, quod sibi aufertur, quod erat suum, sicuti pro concesso habuimus esse has uenas, iuxta dictas leges, item si fundum. §. 1, & d. §. si uir. & d. l. fin. & l. æquissimum. §. 1. ff. eodem titulo, de usufructu. & l. 3. cum sequenti. ff. de rebus eorum, qui sub tut. & ita Afflict. in dicta columna secunda, uersic. sed quæro, an primò. & hoc nisi etiã consuetudo se extenderet ad non solutionem pretii: in quo tamen non recedendum arbitror à cap. fin. de consuetu. & not. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutionib. & in l. Barbarius Philippus. ff. de
8 officio prętoris. Nec † est obliuioni tradendum uerbum Isern. in eo uerbo, Argentariæ, dicentis ciuitates Imperii uendicare sibi hoc ius, ut sit publicum, nisi habeatur priuilegium Cui tamen authoritati non crederetur, nisi aliter ostensa hac consuetudine, & ꝙ hoc sibi uendiçarent, iuxta ea, quæ ponit Iason in leg. de quibus. columna penultima & ulti. ff. de legibus. dum contra Bartolum ibi, tenet non esse credendum illustri Doctori de consuetudine attestanti. Dicit tamen Afflict.
9 quòd † consuetudo hæc debet esse pręscripta triginta annis: quod uerbum est summè notandum, posset tamen contrarium allegari hic Mediolani statutum, ut nulla consuetudo admittatur contra iura scripta, nisi uelis dicere non posse allegari contra fiscum: quod tamen nihil obest, nisi aliud statutum habeas hoc disponens quia

fiscus

fiscus non est priuilegiatus, nisi ubi expresse appareat eum esse priuilegiatum, ut dixi suprà in priuilegiis fisci. Scies etiam ex prædictis decidere quæstionem, quan-
10 do † uasallus inuenit uenam argenti, uel ab alio inuenitur, uel quæritur in suo territorio, an sit sua, & an ius quærendi sit suum, uel principis, qui illum infeudauit: quia aut loquimur, quando inuenitur in territorio sibi infeudato, & non in re sibi infeudata: & tunc res pendet à forma priuilegii, iuxta cap. porrò de priuilegiis. & eatenus sit ius, quod habebat princeps feudatarii, iuxta dicta & declarata suprà, quatenus reperiatur in eo priuilegio concessum: & ita si reperiuntur Aurifodinæ in loco publico, illa ueniunt, si omnia regalia sunt concessa, ut dicam statim: si in loco priuato, uenit ius inueniendi, iuxta dictam leg. primam. C. de metallariis, & metallis. & procurator. metallor. & ius decimæ, iuxta dictam leg. cuncti. eodem titulo. etiam quòd expressè & in indiuiduo de regalibus non sit facta mētio, sed in genere, iuxta notata per glossam & Bart. in leg. prima. C. de bonis uacantibus. libro undecimo. & dicta Andr. de Isernia & Afflict. in loco, de quo suprà, columna se-
11 cunda, in principio. Aut loquimur, † quādo inuenitur in re sibi infeudata: & tunc sumus in quæstione de uasallo emphyteuta, & usufructuario, qui inueniunt tales uenas, an ad eos pertineant? Et dic in feudatario esse ipsiusmet, & non principis. Ita Alberic. in leg. item si fundi. in principio. ff. de usufruct. & iudicandum est de his Argentifodinis, sicut diximus de his, quæ reperiuntur in quolibet alio fundo, pleno iure alterius: quia utile præualet directo, gloss. in Authentica, nisi tricennales. C. de bonis uacantibus. libro undecimo. & sic etiam decima spectabit principi. & ita Afflict. & Iser. ubi suprà, nisi tamen uerba ampla inuestituræ aliter uellent, iuxta dictum cap. porrò. Dixi in prę-
12 dictis de aurifodinis, † quæ inueniuntur in locis priuatorum: quia de aliis inuentis in locis publicis res non habet difficultatem, quòd sunt principis: & ita Andr. de Isernia, & alii, ubi suprà, quæ sint regalia, & ideo si princeps concedit in feudum castrum cum pertinentiis: & in ipsis pertinentiis sint loca publica, ubi adsint aliquæ ex his uenis, etiam ipsæ ueniunt, secundum prędicta: & magis quando explicatur cum argentifodinis: sed si reperiantur in fundis priuatorum, non ueniūt, quia sunt priuatorum: & ita expressè Iacobi. ubi suprà, in fine, ubi omnino uide. Sed an ueniat saltem ius quærendi, iuxta dictam leg. primam. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallor. libro undecimo. & decima, iuxta di-
13 ctam leg. cuncti loquor † ubi reperiuntur in fundis priuatorum: & dic uenire, quia utrunque est regale (ut dixi) loquor tamen ubi regalia sint translata, non si solùm indictum, Cum argentifodinis. Sicut loquitur Iacobinus: quia tunc, si loquimur de argētifodinis, sunt priuatarum personarum: & si loquimur de istis regalibus, non sunt translata: & ita intelligis longè magis Iacobin. quam ipse expri-
14 mat. Aduerte tamen, † dum dixi, quando in locis publicis adsunt, tunc transire in feudatarium: quia hoc idem uideor dixisse suprà in uersicu. aut loquimur post Albericum in dicta leg. item si fundi, in principio. & sic superfluè. Sed dic, quòd ibi loquutus sum de feudo principis, qui censetur priuatus ipsius principis: sed postea loquutus sum de locis publicis, quæ sunt in usu communi, Et hos terminos declarat textus in leg. 2. §. publici. & §. sequenti. ff. ne quid in loco, uel itinere publico fiat. ubi uide. Et primo casu decima non transfertur, ut dixi, nisi tamen aliter uellet concessio, secundo casu totum uidetur translatum: quia lex. cuncti. loquitur in fundis priuatorum: & modò intelliges hanc materiam, quæ prius fuit ma-
15 lè enucleata. De hac materia † maximè decimæ, de qua suprà, uide omnino in decis. Neapolit. trecentesimauigesima-prima. & an possim inuito domino ingredi fundum ad metallum inueniendum, uide Albericum in dictionario in uerbo, alchimista. Oldrad. consilio 74. & consilio 87. & an liceat facere alchimiam, uide Albericum, ubi suprà, & Oldrad. in dicto consilio 74. & Bald. quæ sint regalia. colum. 3. circa finem.

Tit. de uia Publica,

SVMMAE.

1 *Via publica numeratur inter regalia.*
2 *Princeps an poßit prohibere iter extero per uiam publicam?*
3 *Viæ publicæ materia ubi & per quem latiſſimè tractetur.*
4 *Publico in loco non licet aliquid facere, niſi conſentiente principe, etiam ſi nihil noceat loco publico.*
5 *Publico in loco non licet aliquid noui facere, per quod fiat præiudicium priuato.*
6 *Aedificare ſupra muros ciuitatis uel caſtri an quis poſsit?*
7 *Vectigalia an poſsint imponi tranſeuntibus per uiam publicam?*
8 *Via publica an poßit claudi?*
9 *Via publica an poßit præſcribi?*
10 *Via ex quibus præſumatur, uel probetur eſſe iuris alicuius.*
11 *Via intermedia cuius iuriſdictionis uel iuris eſſe præſumatur.*



1 NVlli dubium eſt, quin uia publica connumeretur inter regalia: & ſic quin ſit principis, contra quod obſtat l. 2. §. hoc interdictum ad ea. ff. ne quid in loco, uel itinere public. fiat. qui textus iuncto rubro uult, ut uia publica non ſit in patrimonio fiſci: & ita totus titulus & rubrum. ff. de locis & itinerib. publicis. Solutio eſt, quòd ipſum ſolum uiæ eſt principis, ſed uia eſt publica ita Afflict. ſuper uerbo, uiæ publicæ, unde infert, an † princeps poſſit
2 prohibere iter per uiam publicã extero: formatque multas alias quæſtiones in hac materia † uiæ publicæ, ſed tu recurras ad
3 Cœpoll. qui pulcherrimum tractatum & doctiſſimum fecit in tractat. de ſeruitutibus, ſuper hac materia uiæ, & in tit. de ſeruitute uiæ, ubi per decem chartas omnia pertractat: & in ſeptima quæſtione, ubi loquitur de uia regali & publica, oſtendit Afflict. neſcire quid dicat. & idem etiam in octaua quæſtione, dum concludit, quòd princeps poteſt prohibere & ſuis & exteris, ne uadant per uiam: & latiſſimè in decima quæſtione ponit, cuius ſit uia publica: quia, ut dixi, regalis eſt, & ſic principis & fiſci. & tamen in dicto §. hoc interdictũ ad ea. clarè probatur contrarium, tandem reſoluens ſe in ſex concluſionibus, & in 5. concluſione dicit, quòd ſi concurrit ciuitas cum ſuperiore, in diſponendo de uia præfertur princeps, per cap. 1. quæ ſint regalia. & in ſexta ait, ꝙ princeps poteſt tollere ciuitati poteſtatem ſtatuendi ſuper uia publica, & aliis rebus publicis: & omnino eſt uidendus Cæpol. in dicta decima quæſtione in 2. colum. dum allegat Barto. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publi componentem contraria, & dicentem, quòd quælibet uia publica principaliter ſpectat ad ciuitatem Romanam, & ſic in effectu ad principem: pro quo eſt textus, ſecundum eum, in d. cap. 1. quæ ſint regalia. Sed quælibet ciuitas habet ius in uia publica ex permiſſione ciuitatis Romanæ, & ſic principis. Subiicit deinde quæſtionem, An loca publica poſſint alienari; & per quem, & quomodo: & concludit ſecũdum dictas ſex concluſiones, imò addit aliam ſeptimã. Succeſſiuè in quæſtione undecima quærit, An per uiam publicam ſit licitum priuato ducere aquam ſimpliciter, uel per conductum ligneum, uel lapideum: de quo in hoc dominio habemus ordines. Et ſucceſſiue querit, An ſupra uiam publicam ſit licitum facere poſitam, & an uia publica aliquo modo poſſit per priuatum occupari, & an uia publica poſſit claudi, & de minutione, & refectione uiæ ampliſſimè dicit, & quando quis uult ædificare in uia publica, uel aliquid immittere, & quomodo formetur libellus tam in interdicto, Ne quid in loco publico, quàm in interdicto, de Via publica, & itinere publico reficiendo. Et nota ultra prædicta, ꝙ † in loco
4 publico non licet aliquid facere, etiam ſi nihil noceat loco publico, niſi conſentiente principe. Aretin. conſil. 30. columna. 3.
5 Non † poteſt etiam aliquid noui fieri in loco publico, per quod fiat præiudicium priuato. Pau. de Caſtro conſi. 160 colu. 4.
6 Et † an poſſit ædificari ſupra muros ciuitatis uel caſtri, uide Socci conſi. 220. colum.
7 2. circa finem. Et † adde circa uectigalia imponenda

imponenda tranſeuntibus per uiam publicam, quæ dicit Cæpol. in dicto titu. in uerſiculo, quæro octauo. poſt Bald. & Aluar. in uſibus feudorum. & quæ dixi ſuprà in
8 materia fluminis. Et † circa claudendam uiam publicam uide Angel. conſi. 18. Bald.
9 1. uolum. conſi. 296. & ibi etiam, † an poſſit præſcribi, de quo etiam per Cæpol. ubi
10 ſuprà. Et † ex quibus probetur; uel præſumatur uiam eſſe iuris alicuius, uide Cæpollam conſi. trigeſimo, colum. 2. & ſequen.
11 Et † cuius iuriſdictionis & territorii præſumatur eſſe uia intermedia, uide Petrum de Vbaldis in tractatu de ſocietate, undecima parte, quæſtione 22.

Tit. de Remisſione mercedis conductorum.

SVMMAE.

1 *Remiſſionis circa penſionem rei locatæ, in qua propter bellum, uel aliter damnum datum ſit, materia per quos latè tractetur.*
2 *Remisſio penſionis fit, quando ſecundum uulgi opinionem eſt ſterilitas.*
3 *Remisſio ad ratam fieri debet, quando deductis impenſis non eſt perceptum dimidium eius, quod eſt ſolitum percipi: & ita capitulandum eſt de impenſis factis, de ſolita perceptione, et de ſterilitate, quæ uenerit.*
4 *Remiſſio fit, quando deductis impenſis, non ſupereſt dimidium penſionis ſoluendæ.*
5 *Remisſio non fit, quando perceptum tantum ſit, ut ualeat dimidium penſionis, deductis impenſis, & qualiter quando capitulandũ ſit de pretio*
6 *Remiſſio non fit, quando fructus percepti ſunt ultra dimidiam ſolitæ perceptionis, licet ita uilis prætii ſint, ut non aſcendant ad dimidiam penſionis.*
7 *Remisſio fieri debet habita ratione ad quotam partem perceptam. non autem ad eius pretium, quãdo in inueſtitura dicitur, quód fiat remiſſio ad ratam.*
8 *Remiſſio fit, quando damnum eſt ultra dimidiam, etiam ſi quo ad nummum tantum excederet, ſecus ſi in dimidia tantum eſſet.*
9 *Aeſtimatio fructuum in remiſſione, quæ fieri debet, attenditur ſecundum tempus collectionis.*
10 *Sterilitas ſecundum uulgi opinionem quomodo conſideretur.*
11 *Remiſſio non fit, quando læſio eſt in tertia parte perceptionis.*
12 *Remisſio, ut ſit arbitraria iudicis, non eſſet abſurdum tenere & quare.*
13 *Arbitrio iudicis qui caſus ſint relicti.*
14 *Arbitrium iudicis circa quæ uerſari debeat in remiſſione.*
15 *Remisſio propter quale damnum peti poſſit.*
16 *Remiſſio quare in locatione fiat, & non in uenditione.*
17 *Remiſſio an in aliis caſibus fieri debeat, quãdo aliqui ſunt reſeruati in conductione.*
18 *Fiſcus quas rationes conſideret in remiſſione, & maximè quòd bellum ſit contra principem, uel eius culpa motum.*
19 *Pretium fructuum licet non ſit probatum, tamen iudex poteſt à ſemetipſo ueſtigare.*
20 *Locatio an ſit una uel plures quo ad remisſionem, quæ ſit utilitas?*
21 *Locatio dicitur una, quando unicum eſt pretium licet plures ſint fundi.*
22 *Conductor generalis quando cogatur facere remiſſionem ſubconductori particulari, & tamen ſibi non fiat.*
23 *Locatio interdum unica dicitur. quando pro certo tempore facta eſt conductio, & tamen ſolutio fit ſæpius, quamuis quo ad remisſionem dicantur plures.*
24 *Fertilitas unius anni ſupplet ſterilitatem alterius, quando de duobus annis tantùm agitur, uno fertili, & altero ſterili, & uno minus dimidia ſit perceptũ, altero illud plus quod in ſterili fuerat diperditum & ſic integra penſio ſoluitur pro ambobus.*
25 *Vbertas unius anni, quæ non ſit tanta ultra ſolitam perceptionem, quanta fuit ſterilitas alterius anni, an ſuppleat ſterilitatem, remanet in arbitrio iudicis, & uulgi opinione.*
26 *Remiſſio ut fiat. ſi ſit intolerabile damnum, conſiderata uniuerſali locatione, aliàs non eſt erroneum non iuridicum*
27 *Vbertas non debet excedere duplum eius, quod ſolitum eſt percipi, ad hoc ut fiat remisſio.*
28 *Remiſſio integra fit in anno ſterili, quando cõductor alio anno ſupra ſolitum percipit,*

non tertiam plus solito, sed minus, secus si tertiam percipit quia fiet tūc compensatio.

29 Fertilitas non semper compensatur cum sterilitate.

30 Vbertas quòd tunc dicatur, quando percipitur ultra dimidium eius, quod solitum est percipi, non est à iure approbatum.

31 Vbertas & lucrum differunt, sicut damnū & sterilitas, in materia remissionis.

32 Vbertas an compensetur cum anno uel annis sterilibus, quando in locatione plures anni sunt quàm duo, si aliqui termini sunt nō steriles sed damnosi tantùm.

33 Lucrum intelligitur citra ubertatem, & damnum citra steriliatem.

34 Sterilitas ita debet dici, quando tertia minus est perceptum, quàm solitum fit percipi, ubi agitur ut suppleatur à fertilitate, sicut quando tractatur de remissione.

35 Fertilitas compensatur cum sterilitate, etiā si sterilitas non sit ultra dimidiam, sed sit tantùm in tertia uel circa tertiam.

36 Annus solus est in consideratione, licet diuisio solutionum fiat in menses.

37 Remissio ex quot causis fiat.

38 Remissio peti potest, quoties uis ingruit, cui non potest resisti.

39 Remissio non fit, quoties fundus uitio rei, siue culpa conductoris non potuisset pati nimiam pluuiam, uel nimiam siccitatem.

40 Remissio fit quando quis conduxit domum, ut contubernio scolares exciperet, uel aduenas, & pestis uel bellum superuenerit: & ipse domum inhabitauerit, scholares autē, uel aduenæ non uenerint, secus si conduxerit, ut ipse tantùm habitaret.

41 Remissio fit pro tempore, quo durat pestis, quando quis domum conduxit gratia solius habitationis, & eam tempore pestis non habitauerit, pro reliquo uerò tempore usque ad finitam locationem.

42 Conductor potest recedere à re conducta, quando ex bello, uel peste amittitur facies rei, quam nolit, uel non poßit conductor in pristinum restituere, & res destruatur, uel usus ultra dimidiam.

43 Argumentum de uenditione ad locationem ualet.

44 Agricolæ sunt instrumenta fundi & si moriantur propter pestem uel bellum licitū est conductori recedere à conductione.

45 Remißio fit pro omnibus annis, quando damnum contingit in primo anno, quod affert ruinam etiam pro sequentibus.

46 Conductor ita demum potest recedere à conductione propter pestem, si consignauerit locatori claues.

47 Conductor, qui potest recedere à locatione, potest petere remissionem, & persistere in locatione.

48 Conductor quando poßit recedere a locatione, ubi tractetur.

49 Locator non potest dicere conductori, ut diuidat fructus & sit partiarius, quando conductor patitur damnū intolerabile, & propterea petit remißionem.

50 Conductor potest recedere à locatione, quādo locator non obseruat ei pacta, & quomodo poßit agere contra talem locatorem, & eum qui non patitur uti frui.

51 Conductor debet denuntiare domino, quando uult recedere, aliàs tenetur ad id, quod interest locatoris, & facta denuntiatione non tenetur.

52 Remissio mercedis non debet fieri conductori, qui non potuit inhabitare, quando recessit non facta denuntiatione, nisi denuntiatio facta nihil omnino profuisset.

53 Denuntiare an teneatur conductor locatori, quando uult recedere finita locatione.

54 Remißio pensionis fieri non debet conductori, eò quia incommodum suscipiat propter hospitationem militum, nec etiam propter alimenta illis præstita.

55 Conductor quæ onera teneatur subire, & quæ emphyteuta, non autem locator.

56 Remißio mercedis ex regula fit conductori, quando damnum intolerabile contingit, nisi aliter sit actum.

57 Conductor non tenetur ex casu fortuito, licet susceperit in se omne periculum, uel promiserit soluere omni exceptione remota, uel conduxerit suo periculo cum suis rasgbis & spinellis, uel susceperit periculum cuiuslibet casus aduersi.

58 Remissio mercedis fieri debet, quando conductor non potuit uti re locata casu fortuito: & pactum adest, quòd locator non uult teneri pro ea re, nisi tamen pactū factum esset tempore belli, quia locator non teneretur.

59 Remißio fieri debet, quando locator tempore belli locauit decem uncias aquæ, pacto ut non teneatur, si eas decem uncias habere non

non licebit, & flumen prorſus exſiccatum ſit, cum tamen per multos annos antè bellũ niguiſſet, & nunquam ita ſiccatum fuiſſet, niſi dictum eſſet, ut teneretur, ſiue in parte, ſiue prorſus aqua defeciſſet.

60 Promittens pro ſe & hærede ſuo tantùm. & non aliis tenetur tamen ad pretii reſtitutionem pro facto tertii.

61 Conductor non tenetur, ſi deficit ſubſtantia rei, licet ſuſceperit in ſe caſum fortuitum.

62 Conductor dicitur ſuſcepiſſe omnem caſum fortuitum ſimilem expreſſo, quando unum in ſpecie ſuſcepit, deinde adiecit clauſulam generalem, & omne periculum.

63 Periculi appellatione non uenit caſus fortuitus, etiam ſi conductor teneatur de leuiſſima culpa, uel ſuſceperit in ſe omne periculum cum iuramento, ſecus autem ſi ſuſceperit in ſe periculum & fortunam.

64 Conductor tenetur pro caſu fortuito etiam ſi culpa aduerſarii in non faciendo præcedat caſum, quando conductor tenetur pro caſu fortuito & ſuſcipit in ſe periculum.

65 Conductor ſuſcipiens caſum fortuitum non tamẽ pro eo tenetur, quãdo caſus euenit culpa locatoris, ex facto aduerſarii ſiue iuſto ſiue iniuſto.

66 Conductor ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum, non tenetur quando caſus eſt inſolitus.

67 Caſus inſolitus de quo non præſumitur cogitatum quando dicatur.

68 Caſum fortuitum ſuſcipiens non tenetur de inſolito et an ſi ſuſceperit in ſe omnem caſum fortuitum tam præuiſum & cogitatũ, quàm non.

69 Caſum fortuitum ſuſcipiens tempore belli in cuſtodiendis mercibus, ſi in eum factus ſit impetus quid iuris.

70 Caſum unius periculi ſuſcipiens an uideatur ſuſcepiſſe caſum alterius habentis maiorem rationem.

71 Suſcipiens in ſe caſum fortuitum quòd nauis ueniet in portum quatenus teneatur.

72 Caſus fortuitus & improuiſus qui ſit.

73 Caſus fortuitus qualiter probetur.

74 Violentia & incendium, & pluuia inſolita enumerantur inter caſus fortuitos.

75 Furtum maximè ſi fiat à domeſticis an connumeretur inter caſus fortuitos.

76 Caſus fortuitus cenſetur factum ſuperioris & quid de facto iudicis.

77 Caſui fortuito ut quis uideatur ſe obligare quid exprimendum ſit.

78 Caſus certos excipiẽs an uideatur ad alios ſe obligare.

79 Remiſsionem petere non poteſt conductor quando ſterilitas culpa ipſius contingeret.

80 Remiſsio peti non poteſt quando damnum ex incendio ſequitur.

81 Remiſsionem petere non poteſt conductor ubi culpa caſum fortuitum præcedit.

82 Remiſsio non fit quando conductor ſine iuſta cauſa receſsit.

83 Caſus an ſemper excuſet quando culpa præceſsit.

84 Remiſsio non fit quando conductio facta eſt tempore belli, uel peſtis, uel quando timor belli aut peſtis ſubeſt.

85 Remiſsio fit ẽt ſi tempore belli facta ſit conductio, quando rei ſubſtantia prorſus tollitur.

86 Remiſsio non fit quando culpa familiarium conductoris præceſsit.

87 Remiſsio non fit quando conductor non ſoluit decimas & ſterilitas euenit.

88 Remiſsio non fit ſi peſtis in inquilini domum ſolummodo uenerit & inquilinus ſit ſceleratus, ut uſurarius, blaſphemus, uel ſodomita.

89 Remiſsio non fit conductori in Lombardia propter grãdines niſi grãdo eſſet omnino inſolita uel ultra dimidiam abſtuliſſet.

90 Remiſsio fit conductori etiam quando damnũ intolerabile uenit poſtquàm fructus ſunt à ſolo ſeparati, nondum tamen excuſsi seu reconditi.

91 Remiſsio fit quando damnum intolerabile uenit poſtquam fœnum reconditum eſt in fœnili & ex neceſsitate pacti ibi à beſtiis comeditur.


92 Conductor an teneatur ad mercedem, quando damnum datur facto locatoris propter eius inimicitiam poſtquam fructus ſunt ſeparati à ſolo, & an habenda ſit ratio dicti damni.

93 Remiſsio mercedis fieri debet cõductori, quãdo bellum iuſtè mouetur contra locatorem.

94 Locator non tenetur quando bellum iniuſtè mouetur contra eum, & ipſe omnem diligentiã adhibuit ne moueretur et admonuit conductorem de periculo rerum ſuarum.

95 Locator tenetur pro damno illato conductori ẽt quãdo iniuſtè bellum ei infertur: ſi tamen præceſsit factum ipſius quod damno cauſam dederit.

96 *Locator tenetur tametsi fructus sint separati à solo, & bellum iniustè fit contra eum motum si non procurauit ut non moueretur, & non dedit aliquam notitiam conductori ut præcaueret.*
97 *Locator nō tenetur habere rationem damni conductori illati quando conductor distulit collectionem fructuum in fraudem, secus si sine fraude.*
98 *Clauis traditio licet transferat custodiam, tamen non habet locum ubi horreum conducitur in domo locatoris, uel ubi alius retinet claues totius domus.*
99 *Remißio cessat quando ubertas unius anni potest compensari cum sterilitate alterius anni siue proximè præcedat siue alii intermedii sint, & quando sumus in una locatione.*
100 *Remißio non fit quando inspecta uniuersali locatione damnum intolerabile nō resultat, & quando fiat tametsi tolerabile damnum eueniat.*
101 *Remissio quomodo fieri & considerari debeat. quando annus fertilis non præcessit sed posset subsequi.*
102 *Remissio non fit quando locator fundum uēdidit habita fide de pretio & conuenit ut dominium pænes se remaneret donec pecunia omnis persolueretur, & interim emptor solueret quotannis certam mercedem.*
103 *Remissio fit pro parte quando res pro parte deperdita est, ut quia casmate uel terræ motu perierit.*
104 *Remißio fit ad ratam quando res ab hostibus occupatur, uel aqua inundatur ita ut nō poßit coli & intolerabile damnū sequitur.*
105 *Remißio quando consideratur magna est differentia, an fundus simpliciter coli non poßit timore belli, an uerò sit occupatus ab hostibus, ita ut deperditum sit dominium.*
106 *Emphyteuta liberatur quando res emphyteutica propter bellum, uel inundationem non potest coli.*
107 *Remissio fit quando conductor non potest uti frui casu fortuito, & damnum est intolerabile, uel quando pars rei aufertur uel euincitur à conductore, quia pro illa parte fit remißio.*
108 *Conductor potest agere ad interesse quando culpa uel facto locatoris damnum passus est uel non potuit uti frui, uel quando facto terti cui locator potuit resistere.*
109 *Conductor quando poßit agere contra locatorem ratione lucri cessantis.*
110 *Lucri cessantis ratio quādo haberi debeat.*
111 *Lucri cessantis ratio quando habeatur in magistratu ordinario Mediolani ad fauorem publicanorum*
112 *Literæ siue ordo qui de minori lucro nuncupatur, quæ sint Mediolani.*
113 *Locatoris factum an sit iustum uel iniustum in materia remissionis consideratur.*
114 *Remissio mercedis non habet locum Mediolani in contractu emphyteutico, quādo pēsio præstatur habita cōsideratione ad fructus qui percipiuntur, licet bona propter bellum non potuerint coli.*
115 *Remissio non fit destructa domo pro qua fiscus uel ecclesia alimenta præstat.*
116 *Remißio fit pro fundis à ciuitate uel fisco locatis, siue uectigales sint, siue non sicut in prædiis priuatorum.*
117 *Vectigalem fundum quando dicatur conductor à fisco habere.*
118 *Remißio an fiat per fiscū emphyteutæ suo, & an habenti prædium censuale?*
119 *Remißio an fiat propter sterilitatem habenti prædium tributarium?*



Equendo quæ ad fiscum attinent aliqua dicam de Remissione mercedis in materia locationis & cōductionis, quādo fieri debeat ex causa prçsertim belli, quod iam multis abhinc annis almum Mediolanense dominium aliàs felicissimum torquet, quę & si sit communis materia extra uectigalia, attamen semper ferè contingit in omni publicatione. Quæro igitur in
1 primis qualiter † damno dato in re locata propter bellum, uel aliter ex alio casu fortuito fieri debeat remissio, & breuiter uide. Bart. in l. si merces. §. uis maior. ff. loca. Bart. & Doctores in leg. licet. C. eod. loca. Paul. de Cast. in leg. ex conducto. §. 1. ff. loca, Ant. de Butr. & Imol. in cap. propter sterilitatem. extra. loca, Alex. in con 3. in 1. uolu. incipi. tamen non prætermitto. & in cōsil 108. in 3. uolu. & Aretin. consil. 52. & recitantur multæ opiniones, tamen tres cō-
2 muniter approbantur. Prima † quando secundum uulgi opinionem est sterilitas. Se

cunda si hoc non liquet iudici quando deductis impensis non superest dimidium pẽsionis. Tertia quando non est perceptũ dimidium eius quod est solitum percipi ut per Alex. ubi suprà. Et circa. 3. opinionem
3 quando † non est perceptum dimidiũ eius quod est solitum percipi, Dic quod hoc casu non deducantur impensæ, secundum Bald. in d. l. licet. C. loca. Sed conductor iudicatur sicut partiarius, & diuidit illos fructus inter se & patronum, non habita aliqua ratione impensarum, ita Bal. ibi not. & intelligo quòd in aliquibus locis hæc opinio seruatur: tamen communiter Doctores intelligunt, ut imò conductor existimetur sicuti est, & sibi fiat remissio pro rata, quia si tantùm tertiam partem percepit, fit remissio quo ad duas, & sic de singulis, ut declarat not. Imol. in d c. propter sterilitatem uersi. iuxta præmissa potest quæri, ibi unde potest dici ubi omnino uide, quia ponit exempla huius opinionis expressè & clarè, sed hæc opinio uidetur confundere aliam præcedentem, quia opinio præcedens concludit, ut si fructus percepti deductis impensis non ascendant ad dimidiũ pensionis, fiat remissio pro rata, & si non excedant pretium impensarum in totũ fiat remissio, quia fructus non dicuntur aliqui nisi deductis impensis. l. fructus cum simil. ff. sol. mat. Sed Sed hęc Tertia opinio uult, ut si tertia pars sit collecta uel quarta uel quinta, etiam quarta uel quinta pensionis sit soluenda, & sic dato ꝙ illa quinta pars non excederet summam impensarum, adhuc pro illa parte esset soluendum, unde intelligo hanc tertiam opinionem, quando deductis impensis superest quarta tantum, quod tunc pro quarta parte est soluendum, & sic si tantum quinta superesset, esset soluendum pro quinta parte, & ita re uera uoluit declarare Imol. qui multum consideratè loquitur in d. cap. propter sterilitatem dum. 1. dicit loquendo in hac tertia opinione, quòd quando nihil superest deductis impensis, in totum debet fieri remissio, argumento. l. illud. §. minus. ff. de tribu. si autem aliquid est perceptum, tunc aut ascendit ad dimidiam, & ultra, & nulla remissio debet fieri si minus dimidia, tunc fit pro rata, & ut ibi plenius per eum. & hæc est ueritas & secundum hanc opinionem est probandum communiter deductis impensis percipi tot, & non fuisse perceptam tertiam uel quartam partem, deductis impensis, uel est probandum requiri talem impensam, & cum tali impensa communiter percipi solere tot saccos, & hanc impensam factam fuisse hoc anno, & nihilominus non fuisse perceptos nisi tot saccos, aliter probatio non concluderet, tenetur enim quilibet probare id quod est fundamentum suæ intentionis. l. ei qui dicit. & l. in exceptionibus. ff. de probationibus. & l. qui accusare. C. de æden. & locator habet fundatam suam intentionem ex locatione, ut not. in leg. 2. C de iur. emphyt.

4 Potes † etiam concludere secundum prçcedentem opinionem Bart. in d. l. licet. quádo deductis impensis non superest dimidiũ pensionis quæ est communior, secundum Areti. in d. consil. 52. ubi uide, quæ etiam effectu non discrepat ab hac à qua etiam non recedunt communiter Doctores hoc modo, expendi tot, non percepi nisi tot, pretii tot, hoc modo in ea rectè concluditur, ex alio etiam uidetur ut una opinio confundat aliam, quia secundum tertiam, & ultimam satis est, ut sit perceptum minus dimidia, & sic dato quòd ualeat etiam plus quem sit pensio, uel supra dimidium pensionis, tamen fit remissio, cuius contrarium uult alia præcedens opinio, unde in-
5 tellige hanc opinionem quando † fructus percepti circa dimidiam solitæ perceptionis deductis impensis non ascendunt ultra dimidiam, & ita Corne. consilio centesimo uigesimooctauo, colum. penul. uolumine secundo ubi uide omnino, non si ascendũt ad quantitatem pensionis, uel supra dimidiam pensionis. quia tunc non fit remissio, est enim hic contractus locationis bonæ fidei. §. actionum. Institut. de actio. in quo plurimum exuberat bona fides, ut ibi not. & bona fides non patitur ut si fructus licet circa dimidiam ascendant ad pensionem, fieri debeat remissio, & hoc modo in probationibus huius tertiæ opinionis, quando uolo probare me solitum esse percipere tot., & hoc anno ultra impensam, non percepisse nisi tot, debeo etiam addere fructus perceptos non ualuisse nisi tot, quod ultimum non credo necessarium, quia ubi sint fructus in maiori, pretio, quã

ſint ſoliti, eſt onus locatoris, qui uult ſuper hoc ſe fundare, illud deducere & probare: habet enim conductor regulam & ſolitum pro eo, & ſi locator uult dicere & allegare exceptionem & aliud pretium, illud debet probare, & ultra iura proximè allegata eſt gloſſa in clementina finali ad finem, de reſcriptis not. Iaſ. in leg. poſt dotem. circa primam quæſtionem Bart. ff. ſoluto matrimonio. & not. in leg. ex quacunque. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. & ita uides unam opinionem non diſcrepare ab alia, & ſi aliter intelligeres, una diſcreparet ab alia, & uide omnino Cor. ubi ſuprà, quia & ipſe ita conciliat has opiniones, ſed tamen in modo probandi & deducendi rem ad practicam, eſt hæc differentia, quia ſecundum hanc ultimam opinionem ſatis eſt probare ſolitum perceptionis, & hoc anno non fuiſſe perceptum niſi tantum, deductis impenſis, quia locator qui uult probare id quod fuit perceptum aſcendere ad ſummam ſupra dimidiam, habet onus probandi, ſed ſecundum aliam præcedentem opinionem requiritur probatio extimationis fructuum collectorũ, quia ſuper illa ſe fundat prout deduxi ſu-

6 prà. Si tamen † econtrà fructus ſunt ultra dimidiam ſolitæ perceptionis, & ſint uiles, & in uili pretio, ita ut non aſcendant ad dimidiam penſionis, propter hoc non fit remiſſio: quia duo requiruntur, primũ ut fructus ſint in tenui quantitate, ſecundum ut ſint in uili pretio, & ſequatur intolerabile damnum, ita loquuntur iura allegata in hac materia ut per Corn. ubi ſuprà. Not. tamen Bald. in conſilio trecenteſimouigeſimonono, uolumine primo ſecũdum impreſſionem magis nouam

7 qui dicit † quòd ſtante inueſtitura dicente ut ad ratam fiat remisſio, debet fieri habita ratione ad quotam partem perceptam, non autem ad eius pretium, quia ſi ſit perceptio minus ſolito, quo ad tertiam partem tantum fit remiſſio pro tertia parte, ſi quo ad dimidiam tantum pro dimidia, non autem fit iuxta pretium rei perceptæ, ut ſi hæc portio ſit pretii ipſius penſionis, ob hoc non fiat remiſſio, quia imò fit, licet ſit dimidia, quæ opinio eſt contraria Corne. ſed intellige ſtante pacto de quo ibi. Iuxta dictas opiniones, quæro

8 primò † an ſatis ſit, ut ſit damnum in dimidia, an etiam requiratur ut ſit ultra dimidiam in aliquo, iuxta not. in l. 2. C. de reſcindenda uenditio. maximè per Bald. Dic requiri, ut ſit damnum ultra dimidiã tenendo opinionem Bartol. in dicta leg. licet. C. locati. approbatam in alia opinione, quando minus dimidia ſolitæ perceptionis, quia Bar. in dict. leg. licet. hoc dicit expreſsè, & ita dicunt iura per eum allegata in l. 2. & in l. ſi uoluntate. C. de reſcindenda uenditione. ſic etiam loquitur Bald. in dicta leg. licet, & expreſſè Aretin. in dicto conſilio 52. ſic etiam Imol. in dicto cap. propter ſterilitatem. in ultima opinione, quando minus ſolito eſt perceptũ, quia uult ut debeat eſſe citra dimidiam, uide ibi colum. 2. ubi latè, & charta tertia colum 3. & ſequenti, ſic etiam Corneus & alii ubi ſuprà, & cum fundamentum ſit in dicta l. 2. & in l. ſi uoluntate. C. de reſcindẽda uenditione, dic unum ſolidum imò unũ nummum ultra dimidiam ſufficere, Salic. in d. l. 2. in principio, & Bal. ibidem colum. 12. uerſic. nunquid, & uide. leg. res bona & ibi gloſſ. in uerbo non debet & ibi Flor. ff. de contrahen. emptio.

9 Secundò † quæro an æſtimatio fructuum fiat tempore contractus locationis, an ẽt alio tempore, & quo? Hæc quæſtio eſt maximi momenti, uide Bart. in d. §. uis maior. col. 2. uerſic. dico tamen. qui dicit fieri nõ ſecundum id quod eſt tempore quo colliguntur, ſed attento tempore celebrati cõtractus, per d. leg. ſi uoluntate. & infrà etiã idem dicit eadem col. Sed breuiter opinio Bart. procedit ſecundum opinionem quã ibi tenet, quòd cenſentur à principio uenditi fructus naſcituri, quia tunc attenditur tempus contractus. d. l. ſi uoluntate. & l. quod ſi pendente. aliàs eſt l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commo. rei uendi. ſit ideo licet fructus fiant, & ſint deterioris conditionis tempore quo colliguntur, hoc non conſideratur. d. l. quod ſi pendente. ſed illa opinio ubique reprobatur, imò tenetur conſiderandum eſſe ſecundum bonam fidem, an ſequatur intolerabile damnum, an non, & ita Bart. in d. l. licèt. & ideo non inſpiciemus tempus contractus, ſed tempus collectionis fructuum & ita in ſpecie Imol. in d. cap. propter ſterilitatem.

rilitatem.colum.3.circa finem, & sequen. ubi omnino uide, & Fulgos. in §. uis maior.& ibi uide omnino. Et si uis scire quomodo deducatur in practica prima opi-
10 nio quæ est † quando secundum uulgi opinionem est sterilitas, uide Imol. in dicto cap.propter sterilitatem.colum.1.& pri.sequen.& ibi apparet hoc esse, quando inter colonos dicitur, Optimas segetes habemus, adeò quòd non sufficimus ad colligendas illas, & hoc anno omnia uasa erũt plena.tunc annus dicitur fertilis. sed si dicant, Nihil ualent redditus, operas nostras amisimus, uix semina colligemus, Annus dicetur sterilis.non tamen hec opinio Imol. placet,uide eum,& licet sátis approbetur ab aliis, communiter tamen in practica de ea non habetur ratio,imò nunquàm res haberet finem, si iremus per hunc modum, quia si reperiret colonus, siue conductor decem testes pro se, totidem reperiret locator in cõtrarium, quia sterilitas & ubertas non est eadem in diuersis agris, prout dicebat Petrus relatus per Imol. colum. 2. Et dicere prout dicit Imol. hanc opinionem loqui de agro sterili in specie, & non in genere de omni agro, est falsum, quia cùm loquatur de uulgi opinione, loquitur in genere de omni agro, alioquin non posset esse communiter uera opinio in eo, sed tamen si eam nolueris tenere,intelligas eam, ut concludatur,iuxta secundam & tertiam opinionem,quando nihil est perceptum deductis impensis,uel nisi tantùm quod remanet dãnum ultra dimidiam iusti pretii,ne inter se sint contrariæ opiniones,sed in hoc erit speciale in hac opinione, quòd uulgi opinio hoc intolerabile damnum probabit: Regulariter contra, ut per Bartol. in leg. de minore §. plurimum. ff. de quæstionib. circa finem.dum quærit de effectu famæ,
11 & alibi sæpè.Et etiam alia opinio † ut sufficiat in tertia parte læsionem esse, putà, soluit quindecim, & percepit decem, atque ita duas partes tantum, quia fiet remissio Pro una tertia, quapropter si soluit tres nummos aureos,soluet tantùm duos; & hæc fuit opinio Ioan. Andr. relata per Abba. in dicto cap. propter sterilitatem, quæ satis placet Abba. ibi, & Aretin. in dicto consilio, quinquagesimosecundo

Tamen reprobatur, ut per Doctores, ubi suprà, & maximè Imol. in dicto cap. propter sterilitatem. colum. 2. & charta tertia,columna quarta. Sed unde est, ut tot opiniones recitentur à Doctoribus, dic
12 ideo esse, quia † iura non apertè declarant quando dicatur intolerabile damnũ, ut cap. propter sterilitatem, extrà, locati.leg.licet.& leg.excepto. C.eodem. & l. ex conducto.§.primo.& leg.si uno.§.item cum quidam.& l.si merces.§. uis maior.ff. eodem.& ideo non esset absurdum tenere hoc omne esse arbitrarium iudici, ut uoluit Butrigarius relatus per Fulgos. in dicto §.uis maior.quia quando aliquid non est determinatum à lege quæ indeterminatè loquitur, in dubio ostenditur illud esse in iudicis potestate & arbitrio. leg. prima, in fine. ff. de iure deliberandi, & multa notabilia circa hoc ponit Barba in cap.sedes de rescriptis. & in consil.septuagesimo,illud referam in medium,in 3. uo-
13 lumine. Et si uis † scire, qui sint casus relicti arbitrio iudicis, uide Hipp. in l. quæstionis modum. columna prima, & tribus sequentibus.ff.de quæstionibus.& ita arbitrarium esse iudici, quando dicatur intolerabile damnum, tenet Barbat. in consilio quinquagesimosecundo, uolumine secundo, allegato in apostillis ad Abba. ubi suprà, & Salic. ubi omnino uide in leg. si
14 uno.in princ.ff.locati.ubi dicit † iudicem multa debere considerare, uidelicet qualitatem fundi, & quomodo bene fuerit aratus, & cultus illo anno, & si sit uinea an fuerit bene putata, &c. & quantum fundus bene cultus consueuerit reddere, & idem de uinea, quibus necessariis interuenientibus, si ultra semen nihil colligatur, dicitur sterilitas, & idem si modicum ultra semen, atque ita in iudicis arbitrio hæc omnia relinquit, qui etiam secundum eum, uulgi opinionem potest explorare, & subdit etiam non esse explorandum in genere, an ille annus fuerit sterilis, sed solùm quo ad illud prædium de quo quæritur. Non recedas tamen à duabus illis opinionibus sic declaratis, prout suprà declaraui. Sed tamen hæc practica Salic.multum facit ad cõmunes conclusiones intelligẽdas, sed præter
15 loca tibi suprà allegata, propter † quas

le damnum possit peti remissio, uide Ange not. in consi. 3 1. & Alex. consi. 112. uol. 1. & consi. 114. in 1 & 2. col. in 1. uol. Bald. not. consi. 182. in 1. uol. & Cæpol. ubi limitat in cautela 88. & caute. 188. plenè per Petrum Iacob. in libellis suis, in titul. de actio. excondi. ubi ponit rationem & in-
16 tellectum ad tex. in d. §. uis maior. cur † in locatione fiat remissio, & in uenditione non, & eum refert Bart. in quæst. publicanus. col. 1. in uersic. contra. ubi ponit alias rationes, & uide qualiter fiat in practica, & concluditur in hac materia. Bart. consi. 193. col. 1. & limitat Veron. cautela. 122.
17 incip. qui uult uendere, & † quid iuris sit quando in conductione reseruantur certi casus, & contingunt alii, uide Imol. consilio 7. & ibi ponit quando aderat timor belli, de quo per Lauden. in tracta. de principe. in tit. de bello. in fi. & alibi sæpe. & quando uigebat tempore conductionis bellum uel pestis, uide Socci. consi. 156. col. 3. in fi. & seq. Fiscus, si considerasset ad has subti-
18 litates, † an bene esset conclusum, uel malè, & an bene esset probatum quod ultra dimidiam uel non, & ut suprà in dictis opinionibus raro fecisset remissiones conductoribus: nam etsi testes tantum dixerint ex tali fundo & tali, non est percepta, nisi tanta quantitas. Tamen fiscus etiam extrinsecus à semet cognoscens magnum damnum illatum uniuerso prædio, habuit rationem remissionis, & aliquando etiam tametsi non ultra dimidiam fuerit illatū damnum, fecit aliquam remissionem, & hoc sub eo fundamento quod etiam est dubiū, imò quasi clarum, ut infrà dicam, ꝙ quando bellum infertur à locatore uel contra eum, locator tenetur ad omne interesse per tex. cùm ibi not. in l. si merces. §. culpę. ff. loca. ubi Barr. & Bart. in l. cotem. §. fi. ff. de publi. col. 3. & in quæst. sua publicanus, & in l. si uno. §. item cum quidam. col. 1. ad fin. prin. ff. loca. & ex hoc ultimo fundamēto aliquando magistratum induxi ad dictā remissionē, atque ita hæc materia in pręfato magistratu facta fuit arbitraria, sicuti etiam multi Doctores ita esse dixerunt, quos suprà retuli, & licet etiam de pretio fructuum perceptorum non fuisset proba-
19 tum: Tamen † fiscus à semetipso uestigabat, capiendo hanc practicam à text. in l. si quid ex Pamphila. ff. de lega. 2. ubi Bartol. not. quòd licet in iudicio non sit probatū pretium rei, iudex tamen ex officio suo debet ęstimare. Idem Aretin. consilio. 83. colum. 6. & Ang. Aret. de actio. §. omnium. col. 10. uersic. & prædicta non procedunt. ubi dicit uidisse communiter seruari dictū Bart. Anchar. consi. 334. Soccin. consilio 136. colum. 2. uol. 1. & Alexan. in leg. pretia rerum. in prin. colum. 7. ff. ad l. Falci.

Quæro iuxta prædicta duo, Primum est quando dicantur plures locationes, uel una tantum censeatur. Secundum ex quibus casibus fiat remissio. Vtilitas primę
20 quæstionis est maxima: nam † si conductor plurium possessionum simul qui uulgo appellatur fictabilis generalis, sit unus tantum possessionis conductor, licet ipse locator sit obligatus interdum facere remissionem uni suo cōductori: Tamen non semper conductor à suo locatore consequetur, puta, quando consideratis aliis possessionibus ipse non remaneret læsus ultra dimidiam. Dic igitur unam esse loca-
21 tionem, si est unicum † pretium sicut si plures fundi emuntur uno pretio, quia est una tantum emptio. l. si duos. ff. de contrahen. empt. & Bart. in l. scire debemus. in princ. col. 1. ad fi & pri. seq. ff. de uerb. obl. Sed si emerem plures res pro pretio centum, scilicet decem pro tali, & pro tali decem, & sic de singulis, ita ut esset habita ratio an pretia singularum rerum, plures essent emptiones. l. ædilis autem. in fin. & ibi glos. quæ incipit unico. ff. de ædil. edicto. & ita not. Bart. loquendo in locatione, & ita arguendo in quæst. publicanus. col. fin. ubi omnino uide, & ideo conductor gene-
22 ralis hoc modo † cogetur interdum facere remissionem uni suo subcōductori particulari alicuius possessionis, & sibi non erit facta cōsiderata perceptione aliarū possessionum, sed non solùm respectu rerum multarū cadit hæc consideratio, an sit una
23 locatio propter unicū pretiū, licet † multæ res cōductæ essent, sed etiam respectu temporis, Pone enim quod conduxerim pedagium pro mille usque ad decē annos, soluendo ad ratam cuiuslibet anni, uidelicet centum pro singulo anno, & uno anno tantū nihil egerim, uel perceperim, si est unica locatio pro toto tempore non fit remissio

missio, quia ex decem percipio unum minus, & requiritur ut imò in dimidia, & ultra dimidiam sit damnum, sed si tot sunt locationes quot sunt anni, siue quot sunt termini soluendi, fiet, quia si in una locatione unius anni, uel trium mensium nihil exigo, quis dubitat quin debeat mihi fieri remissio. Et dic uideri plures, sicut plures termini soluēdi sunt, & tot cēsentur, quot sunt anni, siue quot sunt tempora in quibus debet fieri solutio, & ita Bart. ubi suprà, in dicta quæstio. publicanus. in col. 3. & colum. fi. & per totam. Alexan. consil. 3. uolu. 1. ubi expressè: sed contra, quia imò una locatio est, ita Bart. in leg. si seruus cõmunis Mæuii. §. fi. in fi. ff. de stipul. seruor. & in l. si ex toto. §. fin. ubi Imol. ff. de legat. 1. ubi fit distinctio, & secundum illam est unica in casu nostro, & patet, quia si essent diuersæ locationes, & plures, non suppleret unus annus alium. Bald. & Salic. in l. licet. C. locati. in fi. Imol. in c. propter sterilitatem. char. 3. colum. 2. loca. & Alexan. in dicto consil. 3. hoc dicit sicut suprà retuli, sed allegat Bart. qui nihil dicit, & ideo non mirum si unus annus supplet alium sicut dicunt Doctores, ubi suprà. Tamen tenendo plures esse, non obstant not. in d. l. licet. quia loquuntur in diuersis locationibus penitus separatis, non in una locatione facta eodem tempore, quæ contineat plures locationes, ueritas est unicam esse locationem, per ea quæ dixi, tamen singulo anno fit remissio, quando singulo anno soluitur. Item singulo mense fit remissio si singulo mense soluitur, & sic quo ad effectum remissionis faciendæ, dicuntur plures locationes non aliter, & ita uoluit dicere Alexan. in d. consi. 3. uolumine primo, ubi suprà & allegat Bart. in dicta quæst. qui hoc uult etiam quolibet mense, ut fiat remissio, non ut sint plures locationes, & ita Anchar. consilio, 403. circa finem, ubi omnino uide, & Corn. expressè consilio 12. uolum. 4. colum. 1. & ibi dicit quòd ita uoluit Bartol. in dicta quæstio. Anchar. ubi suprà, & alii per eum allegati, & ideo possumus dicere quòd cum communis sit cum dictis Bartol. in dicta quæstio. (quicquid uelit Imol. in cap. propter sterilitatem. columna penultima, extrà, loca. & in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public.) secūdum Soccin. consilio 88. & consilio 166. colum. 1. & Alexand. consilio 108. uolu. 3. & alibi sæpe, hoc etiam casu est communis, & propterea fiet remissio singulo mense, prout facit magistratus, tamen quomodo unus annus, uel unus mensis suppleat. In hoc sunt cõsiderandi duo articuli, primus quãdo agitur tantùm de duobus annis, uel mẽsibus, & unus est sterilis, alter fertilis. Secundus quando agitur de pluribus annis, uel mensibus, putà quatuor, sex, uel pluribus, & unus est sterilis, alius damnosus nõ sterilis, alius fertilis, & alius lucrosus, nõ tamen fertilis. In primo articulo res est
24 clara, quòd fertilitas supplet sterilitatem. d. leg. licet. C. loca. l. si uno. in principio. ff. locati. & cap. propter sterilitatem, extrà, locati. & sic si minus dimidia sit in uno termino perceptum, & in uno alio anno sit perceptum ultra, nedum usque ad supplementum, & etiam tantum quantum est iactura alterius, fit compensatio, & integra pensio pro ambobus annis soluitur, & hoc non habet difficultatem.
25 Sed † si ubertas non sit tanta, ut per eam resarciatur damnum alterius, an tunc dicatur illa ubertas de qua in dictis iuribus, an uerò nullo modo habeatur in consideratione, ita ut fiat remissio conductori, pro anno sterili à perceptis suprà si aliquid percepit, & in totum si nihil percepit, in hoc est uidendus Salicet. in leg. licet. C. locati in uersiculo quæro secundo, quę dicatur esse ubertas, & ibi tenet quod ubi ultra id quod percipi consuetum est, aliquid sit perceptum talis annus dicitur uber, & illa ubertas supplet sterilem annum. dicit tamen quòd ex quo illud quòd amplius perceptum est, non est à lege determinatum relinquitur arbitrio iudicis, & in uulgi opinione. quam opinionem magis lucidè ponit ipse Salice. in d. leg. si uno. in princip. uersicu. nunc quæro. concludendo ubertatem esse, quando ultra consuetum, non modicum, sed multum percepit, relinquendo tamen hoc in iudicis arbitrio, & uulgi opinione, sic igitur, ubi uidetur iudici non multum esse perceptū, illud erit lucro conductoris, & non dicetur uber, sed lucrosus. & sic non erit ubertas quę debeat annum sterilem facere minus sterilem. Hanc opinionem etiam in

effectu latè tenet & defendit Imol.in d.c. propter sterilitatem. uersicu. unde iuxta prædicta. colum. circa finem. dum tenet primam opinionem. Anto.de Butr. ponendo exemplum, quando sunt solita percipi triginta, & decem plus sunt percepta, ꝙ illa dicitur ubertas, & contribuuntur ista decem cum sterilitate, & colu.3. incip. ab ea.ubi ponit dictum exemplum, in uersic. aliud est quando. ubi uult ut sufficiat aliquid ultra solitum esse perceptum, declarando tamen illud aliquid etiam si non sit ultra dimidiam eius quod percipi solitum est, sed solum dimidia uel minus, quæ uerba omnino habent hunc sensum, ut non quodlibet modicum sufficiat, ut dicit Sali. sed debeat esse multum, licet minus dimidia, ut puta secundum exemplum, de quo proximè, ut saltem sit tertia pars plus solito, & hęc ut dixi, fuit etiam opinio D. Anton.de Butr. Cyn.etiam in d.l. licet in effectu tenet hanc opinionem dum dicit standum esse opinioni uulgi: alia fuit opinio
26 Bald.in d.l.licet. ꝙ † considerata uniuersali locatione si resultat intolerabile damnum, fit remissio aliàs secus, quæ opinio fuit glo.in d.l.si uno.& in d.l. licet. & quãuis Aret.in consil.52.ad fi. dicat esse de iure probabiliorem & eam sequatur, tamen est reprobata à Salic. in d. l. licet. quia nimis fauet locatori, & eam etiam reprobat Imol.ubi suprà. Alia fuit opinio glo.in d.l.
27 si uno,& in d.l. licet. quòd ubertas † debet excedere duplum eius quod est consuetum percipi, quæ opinio est etiam reprobata à prædictis Salic.& Imol. quia nimiũ fauet conductori, & propterà non uidetur recedendum ab opinione Imol. quæ uidetur communis, & non dicta simpliciter, imò cum maximo studio, ut potest uideri, & præsertim, quia ipse Imol. post tamen D.Anto. de Butr.non uult, ut illa tertia pars quæ compensatur cum sterilitate, faciat illum annum non esse sterilem, sed uult ut adhuc fiat remissio conductori à summa percepta illo anno, & lucro anni fertilis suprà, ita ut si desit aliquid, computatis omnibus fiat remissio abinde suprà, licet tamen annus sterilis non posset dici sterilis, considerando lucrum adiunctum. Cùm opinione etiã potest conuenire opinio Io.And.in d.c. propter sterilitaté. ubi primò dicit ꝙ secundum communẽ opin. loquendo tam in sterilitate quàm in ubertate statur communi opinioni uulgi, præterea se declarando & descendendo ad exempla, uult ut tertia pars supra id quod est solitum percipi dicatur ubertas. Non facio tamen fundamentum super hac authoritate, quia ita dicit tenẽdo etiam aliã opinionem reprobatam communiter, ut dicatur sterilitas in tertia parte. Sic igitur uidimus quando duo sunt anni tantum, de quibus contenditur, alterum fertilem esse, alterum sterilem, eo casu sterilitatem in effectu tollere sterilitatem, nec tamen omne lucrum cõpensatur cum sterilitate sed id de quo suprà, & sic si percipiat conductor minus tertia supra solitum, de eo
28 non habetur ratio, & † fit integra remissio in anno sterili, & hoc est quod dicit text.in leg.si merces.§.uis maior.ff.locati. quod colonus modicum damnũ æquo animo ferre debet, cùm ei etiam non adimatur paruum lucrum, hoc etiam est quòd dicunt omnia iura dicentia, ut fertilitas cõpensetur cum sterilitate. Nam si debet fierit compensatio debet esse fertilitas, & non simpliciter lucrum, quia lucrum quod non transit in fertilitatem debet esse lucro
29 mœro conductori. Non tamen † semper fertilitas compensatur cum sterilitate, ut in casu Ang.in consi.311. colu. penulti. & ult.ubi uide notabilem casum. Alia etiam fuit opinio Paul.de Cast.in l. ex conducto.
30 §.1.ad fi ff.loca.ut ubertas † dicatur quã do percipitur ultra dimidiam eius quod percipi solitum est, putà, solitus est percipere uiginti, & percipit trigintaunum, sed illa opinio est singularis, & contra communem. Hæc autem locum habent circa primum articulum, circa uerò secundũ quando interueniunt plures duobus, scilicet
31 anni uel menses, & ut suprà, An † tunc lucrum debeat compensari cum damno, ut quemadmodum de damno nõ habetur ratio, idem sit de lucro, & cùm dico lucrum, non dico ubertatem, & cùm dico damnũ non dico sterilitatem, & in hoc articulo nullam facio difficultatem.& per d.§. uis maior, & prædicta, & ita in terminis Pauli de Cast.in l.ex conducto.§.si uis tempestatis ad fin. ff. locati. & dicit Paul. de Cast. ibi, quòd hoc modo seruatur æqualitas, & sic

sic unum compensatur cum alio, scilicet lucrum cum damno: non autem compensatur lucrum cum sterilitate, ut dixi ante
32 præcedentem articulum. Sed † an ubertas compensetur cum anno, uel annis sterilibus, & sic cum mensibus sterilibus existentibus aliis terminis in damno, sicut suprà dictum est, quando nulli existunt nisi steriles. Aliqui dicunt hoc casu fieri compensationem cum damnosis, & non cũ terminis sterilibus, & doctores tãtùm loqui, quando unus, est uber, alter est sterilis. Non hoc casu quãdo dantur alii non uberes, nec steriles, sed malè dicunt iudicio meo, quia leges loquentes de hoc, quod ubertas compensatur cum sterilitate loquuntur generaliter, & sic etiam in casu nostro, ita etiam Doctores, & dicũt quod fertilitas compensatur cum sterilitate, nõ autem dicunt cum exiguitate, imò habemus l. dicẽtem, nec de exiguo damno, nec de exiguo lucro habendam esse considerationem d. §. uis maior. uerùm quidẽ est
33 ꝙ lucrum compẽsatur cum damno, quia ut dixi, cùm dicimus lucrum intelligimus citra ubertatem, & cùm dicimus damnum dicimus citra sterilitatem, & ubertas cũ sterilitate, & hoc modo omnia æqua lance transeunt, non quiescit tamen animus, quia sicut dicimus ubertatem, licet nõ sit dimidia, uel plus, iuxta opinionem Pauli
34 de Cast. Sed † tantum sit tertia, ita dicendum esset in sterilitate, ut diceretur sterilitas in sola tertia, sunt enim contraria, & contrariorum eadem est disciplina iuribus uulgaribus, & ita fertilitas compensaretur etiam cum damnosis, licet non sterilibus, & consequenter pinguis consuleretur conductori, & ita tenendo, non obstat quod secundum communem, de qua suprà, sterilitas dicatur quando ultra dimidiam, &c. quia fateor illam dici sterilitatem quò ad remissionem faciendam, sed quo ad effectum, ut suppleatur à fertilitate dicitur sterilitas, sicut dicitur de fertilitate in sola tertia. Nec est inconueniens, nam secundum ipsummet Imol. in d. cap. propter sterilitatem, in fi. artic. etiam fertilitas quo ad effectũ ut augeatur pensio, debet excedere dimidiam, sed quo ad effectum, ut diminuat remissionem pensionis, sufficit ut sit in minore quantitate, sic etiam suprà dixi, quòd licet locatio duret pluribus annis, tamen dicitur una locatio duntaxat, uerum quo ad effectum inducendæ remissionis dicuntur tot, quot sunt termini. Non obstat text. in d. §. uis maior. quia fateor de damno non magno non haberi considerationem, quin teneatur ad omnem solutionem pensionis, quia etiam de lucro non magno non habetur consideratio, & hoc ubi tantum tractatur de anno lucroso, uel damnoso, uel etiam ubi concurrunt absque ubere, sed ubi etiam uber concurrit, non uideo si fertilitas in tertia supplet, quare non suppleat annum damnosum, ubi saltem in tertia parte adsit damnum, & sic in omnibus seruatur æqualitas, & lucrum cum damno compensatur, & fertilitas cum sterilitate, facit quòd sumus in contractu bonæ fidei, in quo solũ attendi debet bona fides. l. 3. in fi. cum simil. ff. pro soc. Est uerum quòd nullus, quẽ uiderim, hoc dicit, & uerum est etiam quod Imol. & communiter Doct. declarãdo sterilitatem dicunt, quod dicitur sterilitas quando ultra dimidiam, & sic sentiũt contrarium, uellem tamen uidere rationẽ diuersitatis, quare si fertilitas in tertia parte sufficit, non compensetur cum sterilitate, quæ etiam sit in tertia parte, & profectò si benè consideras rem ipsam, & ibi ponas ante oculos mensem uberem, mensem lucrosum, sterilem, & damnosum, uidetur iniquũ esse & crudele, ut uelis ubertatem, etiam in tertia sola cum sterilitate tantum compensare, accipiendo sterilitatem quando ultra dimidiam, & de damnosis non uelis habere rationem, pone enim quod soluantur uiginti in uno mense, & tantum percipiantur decem, certè damnũ est maximum, tamen quia non excedit dimidiam non fit remissio, & ideo si uelis ut nullo modo hic annus resarciatur à fertilitate accipiendo fertilitatem etiam in sola tertia, uel etiam in minori quantitate, secundum opin. Imol. quia de tertia tantũ dicit gratia exempli. Resultat ut cõductor non possit lucrari illam tertiam, uel illud plus, quod facit fertilitatem, & tamen patietur damnum maximum, ut igitur omnia recto modo, & secundum æquitatem pertranseant, dicas hoc modo in casu no-
35 stro, quod † fertilitas cõpensetur cũ steri-

litate, etiam si sterilitas non sit ultra dimidiam, sed sit secundum opin. Imol. dum de ubertate loquitur in tertia, uel circa tertiam, & ita in iudicando tandem tenui & si Imol consideraßet hunc casum, ita sine du
36 bio dixisset, uidetur tamen † si difformes sint solutiones per menses, quia plus in uno soluatur, quàm in alio ratione commoditoris solutionis, tunc solùm annum esse considerandum, & non ipsos menses, est uerũ quod Bar. in q. publicanus & Cor. uol. 4. consi. 12. col. 1. & Alex. consi. 3. uol. 1. Anchar. consi. 403. col. pen. & ulti. quos suprà adduxi ad hoc, ut quilibet mensis consideretur quando per menses fieri debet solutio, non faciunt hanc distinctionem, imò simpliciter dicunt quod quando est diuisa solutio per menses, tunc quolibet mense fit remissio, imò fortius Bart. in d. q. quem prædicti, & alii communiter sequuntur, uult, ut si in principio anni sit conuentum de unica solutione, quæ tamen posteà per menses sit distributa, adhuc idem fit, attamen difficultas uidetur obstare, nisi dicas quòd licet malè sit distributa, ita ut etiam primo illis mensibus quibus quasi nihil percipitur adhuc soluatur tantum quantũ soluitur pro bonis, tamen idem sit dicendum, non habendo rationem ad id quod soluitur, sed ad id quod solui debuit, considerata solita perceptione in quolibet mense. Non enim id quod fit, sed id quod fieri debet, est attendendum. l. quod te. ff. si cer. pet. ita ut adiectio ad id quod fieri debebat non sit in consideratione, argu. l. unicę. in pri. C. de rei uxo. actio. & experti in uectigalibus, puta ratiocinatores cameræ ordinariæ ueterani sciret debitam solutionẽ pensionis attribuere cuilibet mensi, sciũt enim an primus mensis sit bonus, uel malus, & sic de ul imo & aliis à communiter accidentibus, & solet dici quod primi termini licitationis sunt debiles, quia ut uulgò dicitur, præcedentes publicam in fine laxãt habenas permittentes, ut uiliori prætio merces introducãtur in ciuitatẽ, ne in aliud tempus non suum differatur, & ita
37 primi semper sunt debiles. Ad † secundã quæstionẽ ex quot causis fiat remissio, uide textum in l. ex conducto. §. primo. ff. locati. & primo ponit casum quando tempestas calamitose contingit. Secundo ponit casum fluminum, tertio graculorum, & sturnorum. Quarto incursus hostiũ. Quinto quando labes, quæ omnem fructum aufert, est autem labes ruina proueniens cæli uicio, ut est labes tempestatis, pruinæ, uel aliquorum uermium prouenientium ex intemperie aeris, sicut sunt locustæ edaces, & alii uermiculi, & niues immoderatæ, ut optimè probatur in l. licet. C. eodẽ, locati. & ibi gloß. in uerbo, lue. & etiam in dicto §. 1. ibi, sed & urendo, & ibi glo. quæ exponit, id est, uentus urens fructus, & in l. excepto. C. locati. & Bald. in dicto §. 1. in Sexto ponit tex. in dicto §. primo, alium casum quando solis feruore non assueto, id acciderit, quòd satis compræhenditur sub uerbo, labes, quia est uitium cæli, d. l. licet. Septimo ponit alium, quando terremotũ ager corrueret, qui casus est fortior cæteris, quia etiam si in una parte agri hoc contingeret fieret remissio pro illa parte indistinctè, ut per Bart. in l. si merces. §. uis maior. ff. locati. Nam locator non potest in illa parte præstare patientiam, ut etiam dicit text. in d. §. 1. ad fin. & in leg. si uno. §. quicunque. ff. eod. & in d. leg. ex conducto in princip. Octauo ponitur alius casus in d. l. ex conducto. §. fin. quando allegatur incendium fundi, sed hæc exempla sunt, uerùm quia plures casus possunt occurrere, iuxta §. porrò. in cap. 1. quæ fuit pri. cau. benef. amit. Melius est ad cognoscendum omnes casus, ex quibus petatur remissio, ut tradatur regula generalis, & ideo dic,
38 quòd omnis uis, † cui non potest resisti, parit remedium petendi remißionem colono. tex. est in d. §. 1. non allego alia, quia satis est unica lex, quæ ad rem opptimè faciat, ut dicit Bologn. in §. cato, in l. 4. ff. de uerbor. obliga. & sic tam ex dicta regula, quàm ex exemplis habes, quod si uitio rei conductæ cui potuisset occurri, eueniret sterilitas non procederet hæc materia, & ita habes in d. §. 1. & per Bartol. in d. §. uis maior. & omnes ibi, & in d. leg. licet. quod intellige cum culpa conductoris: ue
39 rùm † si abesset eius culpa, quia fundus ille nò potuisset pati nimiam pluuiam, uel nimiam siccitatem, & sic uitio rei sine culpa id contigisset, non fieret remissio, text. est, & ibi glos. in cap. propter sterilitatem. in uerbo, uitio, extrà locati. Sed quid in peste

40 peste, † an ista labes inducat remissionem? Pone enim quòd inquilinus conducat domum pro tenendis scholaribus in contubernio, uel pro aduenis hospitandis & contingat pestis, propter quam scholares recesserint, & hospites nó aduenerint, ipse tamen continuo domum inhabitauerit, an hoc casu ulla sit ei facienda remissio pensionis, Credo fieri debere, quia sterilitas ex ui cui resisti non potest superuenit cessante eo cuius gratia dicta domus conducta fuit, secus si principaliter fuisset conducta domus gratia habitationis, nec tamen pestis inquilinum expulisset, & ita Bartol. in leg. cùm in plures. in principio. ff. locati. & ibi habes quomodo cognoscatur ad quem finem domus fuerit conducta, & licet Barto. loquatur in bello, tamé idem est in peste, ut etiam dictam decisionem in peste allegat Firmian. in tracta. de gabel. in 2. parte, char. 3. colum. ulti. uersi. scias tamen. & Ripa in tractatu suo, quem de peste fecit, fo. 6. uersi. sed pone circa quam quæstionem, uide ultra eum Areti. consilio quinquagesimosecundo. & Imol. consil. septuagesimonono. & Roman. con. centesimooctogesimooctauo. & quia non omnes habent dictum tractatum, uide Alexand. allegatum per eum consilio centesimoseptimo. in penultima columna, uolu. 2. & consilio centesimosexto. uol. 3. in antepenultima columna. & Roman. con. 178

41 Verùm † quia in præcedétibus quæstionibus admitto quod tamen inquilinus inhabitauerit in domo, scias me hoc ideò facere, quia etiam si domum gratia solius habitationis conducat, tamen si ob pestem non habitet non tenebitur pro tempore quo durat pestis ad pensionem. l. habitatores. §. 1. ff. loca. & ita Cald. consil. 5. sub rubr. de loca. & Soci. consi. 44. in præsenti cósultatione, & Aret. consil. 139. quia consultatio. pro alio uerò tempore, quo durat locatio, licet non duret pestis arbitror, quãuis licitè recesserit, tamé teneri, quia durat cótractus & ita Rom. có. 432. quo ad primũ. & idé Andr. Sicul. in ca. propter sterilitatem. col. 3, & Rip. in d. tract. de peste. col. 5. & ita tene, quicquid dicat Abb. in d. ca. propter sterilitatem, qui tamé dicit, quod uix sua opinio obseruaretur in practica, & ad contraria responde, ut in dicto tracta. uide Firmia. in tracta. de gabel. in secunda parte, quæst. 24. qui tamen nihil tangit, an pro residuo tempore teneatur quo pestis non durat, & omnino uide Alberic. in l. 1. §. si pésio. ff. de migran. ubi distinguit quãdo conductor possit recedere, an ex nolútate propria id faciat, & tunc non possit nisi soluta mercede pro toto tempore, an ex necessitate rei, quia corruat uel minetur ruinam res conducta, & possit l. habitatores. in si. ff. locati. an uerò ex necessitate conductoris, putà, quia cogatur exulare, & possit, sicut etiam locator potest ex necessitate sua. l. ædem. C. locati. qui tamen Alberic. etiam non declarat quando posteà cessauit pestis, an teneatur pro eo tempore, & ubi contractus cesserat, res esset clara, quòd pro aliquo tempore non teneretur, in contrarium uidetur tex. in l. si merces. §. si uicino. ff. locati. ubi si uicino ædificante obscurentur lumina cœnaculi, uel hostia & fenestras nimium corruptas, locator non restituat, licet colono, uel inquilino relinquere conductioné, & pondera quod dicit conductionem non domum, & sic probat contrarium eius quod suprà tenui, quòd imò licitum est recedere à contractu regulariter contra l. sicut. C. de actionibus & obligationibus, cum uulga. Sed dic quòd ille text. loquitur de impedimento diuino eueniente facto tertii, cui non potest prouideri, & sic de impedimento habente causam successiuam, & ita in primo exemplo, in secundo simpliciter, quia ipse locator noluit prouidere, & sic semper durat donec non uult

42 & ideo † quando conducitur possessio, quæ & ex bello & peste amittit faciem rei ubi conductor non uelit, aut non possit restituere rem in pristinũ, potest conductor deserere possessionem, & recedere à locatione, & hoc per d. l. & l. domum. ff. de contrahen. emptio. arguendo de uenditione ad locationem, ut facit in hoc articulo Roma. ubi suprà. requiritur tamen ut res destruatur, uel usus ultra dimidiam per dictam l. domum. & secundum mentem Roma. in dicto consilio, Adde, arguendo, ut dixi, de uenditione ad locationem, quod sicut ex defectu instrumenti emptor po-

43 test recedere ab emptione. l. ædiles. *la secunda*. in pri. & §. uendendi. ff. de ædilitio

ædicto. ita conductor cui etiam locator tenetur ad traditionem instrumentorum, leg. sed addes. §. illud. ff. locati. & Bald. in leg. 2. in fi. C. de uerborum significatio. &
44 † non uidetur mihi defectus, paruus defectus agricolarum mortuorum, propter bellum & pestem, qui agricolæ sunt instrumenta fundi. l. quæsitum. §. primo, cum pluribus sequentibus. ff. de fundo instructo, uel instrumento legato. qui defectus an sit sufficiens ad recedendum à locatione, cogita. & uidetur satis esse per argumentum proximè factum, quando alii ex maximo bello in eo loco, & occidione nō inueniuntur, deficit enim hoc modo usus ultra dimidiam, imò prorsus & pro toto tempore, quo adhuc debet durare locatio, & potest poni exemplum in casu Bartol. in leg. si uno. §. item cum quidam. in
45 prima columna. ff. locati. quando † contingit damnum in primo anno, quod affert ruinam etiam pro anis sequentibus, dicit enim ibi Barto. debere fieri remissionem, non solùm pro damno primi anni, sed etiā pro aliis annis, & ita Socin. ubi uide in consilio octogesimooctauo, columna fin. ubi est uidendum, nam hoc exemplo non solùm fit remissio, imò contractus dissoluitur, si mortuorum ingens numerus in omni tempore locationis abstulit substantiā rei, siue impediuit usum ultra dimidiam puta in locatione salis, quando ex personis existentibus in ciuitate, quæ comedūt sal mortuę essent duæ partes ex tribus, tamen esset cōsiderādum in dicto casu quòd damnum reparatur, quia domini mortuis famulis, quærunt alios, & sic de agricolis. Tenendo opinionem Abb. de qua supra in
46 dicto c. propter sterilitatem. ut † propter pestem inquilinus possit recedere à conductione, & à contractu, intellige, si tamē consignentur claues per eum locatori, ut notabiliter declarat Caccialup. qui etiam sequitur opinionem Abb. in l. diem functo. ff. de offic. assess. 4. quæstio Sed pone
47 † quod simus in casu in quo conductor possit recedere, & nolit, quia dicat, Volo remissionem quam mihi dat lex, nolo recedere à contractu, An locator possit dicere, & ego nolo ut recedas, uidet posse, quia sunt correlatiua per iura & decisiones uulga. quas congerunt Moder. in leg. si quis uiduam. ff. de quæstio. & ita in hac materia arguit Alberic. in dicta leg. 1. ff. de migrando, ut suprà retuli. Sed dic contrariū, quia ex mœro fauore conductorum in casibus de quibus suprà licitum est eis recedere, cui possunt renuntiare. l. si quis in cōscribendo. C. de pactis. Item quod fauore alicuius introductum est, & c. l. quod fauore. C. de legi. Non obstat consideratio Alberi. in dicta leg. prima, quia illa necessitas, quæ faciebat ut conductor recedere posset à contractu, erat necessitas quæ cōtingebat in persona eius, & illa necessitas quæ hoc idem permittebat locatori, erat necessitas ipsiusmet locatoris.
48 Et ad materiam † quando possit recedi à locatione, uide Ioannem Andream, Hostiens. & Imol. in dicto capitu. propter sterilitatem. extrà, locari. & Corsetum in repertorio, in uerbo, locatio. & glos. concilii Basiliensis in §. locum. in titulo, de authoritate generalium conciliorum. & uide l. ædium. C. de ædilitiis actionibus. Et
49 aduerte ad prædicta † quando conductor patitur damnum intolerabile, & petit remissionem, an locator possit recedere à contractu, & diceret, Sis partiarius. Bald. uult posse in leg. licet. C. locati. Sed opinio communiter reprobata, ut dixi, in prima opinione, quādo dicatur damnū intolerabile, & ita teneo, quicquid insipidè teneat Calcan. in consilio uigesimotertio, in fi. & ita intelligo Calderi. in dicto consilio quinto, & quod contractus duret nisi ut suprà, probatur in l. si fundus. ff. locati. ubi repetitio datur pro rata temporis, nō pro toto tempore super quo se fundat Roman. ubi suprà.
50 Est etiam alius † casus in quo licet conductori recedere à contractu, quando locator non uult obseruare pacta ei, Barto in leg. secunda in fin. C. de agricolis & censitis, libro undecimo. tamen uide text. quem allegat, & Bartol. ibi uidetur aliter uelle & bene per text. in l. ex conducto. in princip. ad finem. ff. loca. nisi esset pactum cuius contemplatione factus fuisset contractus, iuxta l. cùm te. C. de pactis inter emptorem & uenditorem. & l. ea conditione. C. de rei uendicatio. est materia l. fin. ff. de condictio. ob causam. & l. petens. C. de pactis. & leg. lecta. ff. si certum petatur.

tur. & quomodo conductor abenda geret contra locatorem obseruantem pacta, & non patientem eum utifrui, uide Bartol. in l. si quis domum. in pri. ff. loca. & Alberic. in l. 1. colum. 3. ff. de actionibus empti & Salice. in l. si de fundo. colum. 2. C. loca-
51 ti. Aduette tamen, † quia conductor si uult recedere, debet denũtiare domino, aliàs non uidetur sibi succursum. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. & ille text. uult duo, Primò quòd si non denuntiauit conductor tenetur ex locato, Secundò si non restituit cùm potuit, similiter tenetur ex locato, & intellige in id quòd interest locatoris, ita intelligit Bartol. in leg. si uno. §. cum quidam. columna prima, uersiculo tertio casu. ff. locati. & Fulgosius in dicto §. exercitu. & sic tenetur ad restitutionem, & fenestrarum & omnium aliorum damnorum illatorum per milites. Et propterea cùm tempore exercitus Hispanorum in hac misera ciuitate multi deseruerint domos habentes in eis milites hospitatos, & ob hoc infinitæ domus fuerint dirutæ ab eis militibus in eis hospitatis, etiam usque ad fundumenta, uidetur locatorem posse agere ad damna contra conductorem, si conductor non denuntiauit, & sic non restituit quantum potuit, cum distinctione tamen, ut infrà. Cęterùm si denuntiauit non tenetur, text. est ibi, & licet factæ fuerint cridæ, ut nemo posset recedere tamen cùm essent iniustæ, & impossibiles in multis qui non habebant modũ præbendi alimenta militibus, non ob hoc desinunt esse excusati, lex enim debet esse honesta & possibilis, &c. can. erit autem lex. quarta distinctione, est uerum quod saltem debuit fieri dicta protestatio, siue denuntiatio ad finem, un locator posset indemnitati suæ consulere, & uidi plures locatores qui euacuatis domibus alebant milites, ut domos eorum non euerterent
52 & ita eas conseruabant. Sed † an locator teneatur ad remissionem mercedis, si non potuit inhabitare, & recessit non facta denuntiatione quotidie allegatur dictus. §. exercitu. ut non teneatur, quia non denuntiauit, sed loquitur ad quid teneatur conductor secuto damno in re locata. Nos ad quid teneatur locator secuto damno conductori eo, quia non potuit utifrui, & ideo Rip. in dicto tractatu. in quinta charta, in secunda columna, tenet ut adhuc possit petere remissionem mercedis, argumento l. quod si domus. §. item iuris. ff. locati. & sic quod competat locatori actio ad interesse, & conductori ad remissioné, ut per eum, & credo bene dicat, & ideo Caccialup. in repertorio d. l. diem functo. quæstio. quadragesima. in fi. dicit, Consulo, ut dicto casu eueniente notifices domino recessum, & offeras claues, quæ si à domino recipiantur, bene est, sin autem deponas, Nam id quod est ex consilio non est ex obligatione. tertia distinctione. hoc & si legibus, & can. quod præcipitur decimaquarta quæstio. prima. & not. in cap nã concupiscentiam. de constit. arbitror tamen in hoc esse ponderandum, an dicta denuntiatio profuisset locatori, uel non ut primo casu locator teneatur ad remittendum, Secundo casu non, quia posset dici quòd culpa conductoris id euenisset ex quo locator de alio conductore prouidisset, iuxta notata in l. 2. §. item si in facto. ff. de uerborum obligatio. exemplum quando non non est magna pestis in ciuitate, & contigit casus pestis in re conducta, secus si sit tam ingens, ut etiam alteri uerisimiliter non potuisset locari, sic etiam quando quis recedit propter milites, & locator esset uir potens, & uerisimiliter re intellecta prouidisset, ita ut milites recessissent. sed regulaliter secus, & regulariter sũ opinionis ut non requiratur alia denuntiatio ex necessitate, nisi ostendatur per locatorem quòd sua intererat, & ad hoc induco quod uoluit Imol. in ca. finem, de emptio. & uendit. quando uenditor dicit non teneri de euictione, quia non fuit sibi facta denuntiatio, quia si nihil rationi cõsentaneũ alleget contra ius illius qui euicit, non auditur, tanquàm sua non intersit, & refert & sequitur Alexander in dicta l. de pupillo. §. morte. columna penultima ff. de operis noui nuntia. & ita etiam limito tex. in dicto §. exercitu. ex parte conductoris, ut licet ipse non denuntiauerit, si tamen ob hoc nulla uerisimiliter potuisset fieri prouisio à locatore non teneatur ad damna, & interesse idem si non potuit denuntiare. casus est ibi, ut quando milites improuisi domum inuadunt. De denun-

53 tiatione† uerò conductoris quando uult recedere ob finitam locationem an sit necessaria? uide Iasonem post Bartolum, in l.siquis nec causam.§. res pignori. in fin. ff si certum petatur, & Alaxand. consilio decimoseptimo, columna penultima,& ultima, uolumine quarto.est materia l.item quæritur.§. qui impleto. ff. locati. loquor de iure, quia habemus statuta super hoc. Et secundum hanc considerationem etiã intelligo quæ suprà dixi de militibus Hispanis, ut conductor si recessit etiam non facta denuntiatione, & ob hoc milites diruerunt domum, non teneatur, si locator erat talis qui minimè potuisset prouidere, ut quia fuisset absens, uel in magna
54 paupertate constitutus. Quæro† an inquilinus siue conductor possit petere remissionem mercedis, eo quia milites fuerint hospitati in domo conducta, & incommodo eum affecerint per satis notabile spacium. Lucas de Penna Gallus tenet petere posse in l.omnes·C.de metallariis, & metallis & procuratoribus metallorũ. lib. 12.est quæstio quæ, iam sunt multi anni quotidie contingit. In contrarium uidetur textus in l.2. in uersiculo, ergasteria uerò.ibi, solis dominis conductoribusque. C. de matallariis, & metallis,& procuratoribus metallorum. ubi optimè probat hoc onus hospitandi pertinere ad conductorem sicuti ad dominum domus,&est lex notabilis. dicta leg. secunda. diuidens domos inter milites & dominos earum.& aduerte, quia si attulissent modicum incommodum, res esset sine scrupulo, quia non fieret remissio. le.habitatores.in pri. ff.locati.facit textus in leg.si merces.§.uis maior. ff. locati. ubi colonus modicum damnum æquo animo ferre debet,& melius facit textus in l.quod si domus.in pri. ff.locati. ubi est text. quod etiam si domus minetur ruinam, Si tamen dominus non recessit æquè tenetur ad pensionem integram, sed tamen uidetur posse peti remissionem, quia quando facto tertii etiam iusto conductor non potest uti frui, locator tenetur pro rata. l. si quis domum. in pri. & leg. si fundus. ff. locati. & ita Bartol. in sua distinctione, in l.si uno.§. item cum quidam. ff. locati. in prima columna, uersiculo, tertio casu. Non obstat textus in dicta leg.secunda. C.de metallariis.& metallis, & procuratoribus metallorum.quia simul conuenit, ut onus sit conductoris,& & tamen petere possit remissionem super mercede l. ædiles. ff.de uia publica.& ibi Bartol. uot. quòd conductores coguntur uiam purgandam, tamen expensis pensionis, & eò maximè hæc opinio procedit, quia temporibus nostris conductores nõ non possunt recedere à domo stantibus prohibitionibus fundatis super fauore militum alendorum, quo casu non sumus in terminis dictæ l. quod si domus.ubi ascribendum est conductori, quare non recesserit à domo ruinosa, & ideo in eo casu non potest peti remissio,& aduerte, quia etiam si facto locatoris milites hospitarẽtur.quia locator esset ipse princeps, idem esset ubi facto iusto ex necessitate belli id ueniret,iuxta dictum titulum,de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. per notata per Bar.in d. §. item cùm quidam. columna prima. Item aduerte, quia hæc opinio non procederet ubi tempore locationis uigerent dictæ hospitationes per ea, quæ dicit Bald.in hac materia remissionis mercedis.in l.ex conducto.§. primo. ff. locati.& in l.si ea lege.C. de usu.& Soci.consilio centesimoquinquasimosexto, colum. quarta est enim imputandum conductori qui sciuit statum & conditionem rei, ut in dictis locis.Breuiter hic est articulus notabilis,& aduertatur hoc onus esse onus patrimoniale ipsi rei cohærens. Bartol. in leg. rescripto.§. sciendum. ff. de muneribus & honoribus per textum in le.tertia.§.munus.ff.de muneribus & honoribus. & Bartol in leg.unica.C.de mulieribus,& in quo loco munera sexui congruentia, uel honores agnoscant. & not.in leg.prima. C.de episcopis & clericis. Item est aduertendum hoc onus cõsiderari dupliciter, uno modo,quo ad incommodum hospitandi, de quo nos loquimur. Alio quo ad incommodum alendi. Primus modus est permissus, imò lex iubet ut hospitamur in dicto titulo, de metallariis,& metallis,& procuratoribus metallorum. Secundus modus est illicitus,ita ut nec à uolente domino domus accipiantur cibaria.leg. deuotum.C.de metallariis,& metallis,& procuratoribus metallorum.

tallorum. in fi. Tamen principes nostri uolunt, ut subditi sui soluant & alant, ad quod etiam uide notata maximè per Baldum, in leg. neminem. C. de sacrosanctis ecclesiis. Primum onus datur, ipsi rei, ut dixi: etiam sine alio sumptu, secundum onus datur personæ pro rebus, per l. si. pendentens. §. si quid cloacarii. ff. de usufruct. & ita sentit quidam Parmensis in suo tractatu, de priuilegiis fisci. in tit. de collectis & ita obseruatur. Cùm igitur à lege sit ordinatum ut hoc onus hospitandi detur ipsi rei, meritò conductor debet pati hoc onus, & ad hoc est textus. expressus in dicta l. secunda. C. de metallariis, & metallis: & procuratoribus metallorum. & ita obseruatur ut conductori detur, nec unquam uidi aliquam remissionem ei fieri ob hoc. Non obstant nota. per Bartol. in dicto. §. item cum quidam. quia licet facto tertii, locatoris iusto conductor possit petere remissionem, tamen illud est quia non erat onus annexum ipsi rei à lege prout est hoc, non obstat dicta lex. ædiles. quia quo ad incommodum faciendi ante domum construi, tenetur cùm sit onus domus, sed quo ad expensas non tenetur conductor quo ad alimenta de quibus suprà ratione domus, sed ratione patrimonii sui descripti, item cum illæ expensæ concernant perpetuam utilitatem, non tenetur conductor iusta notata per Bartolum in leg. impensæ. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. & in leg. prædia. §. antepenultimo. ff. de fundo instructo. Non obstat etiam textus in l. cùm in plures in pri. ff. locati. qui uult ut si superueniat impedimentum in re locata, ita ut non possit sublocari, fiat remissio. & hoc idem dicit ibi Bartolus in fine principii: quia respódeo quod loquitur de impedimento fracturæ domus uel alio impedimento, non inuento, & iusso à lege, sicut est onus hospitandi quo natura sua datur ipsi rei.

54 Et † ex prædictis hæc determinatio redditur parum dubia, quando parum incommodi accipit ex hospitatione iuxta dictá leg. habitatores in pri. & §. uis maior. & etiam quando tempore conductionis militabant hospitationes iuxta notata per Bald. in dicta l. ex conducto §. 1. & in leg. si ea lege. C. loca. & etiam quando fuit facultatis conductoris recedere à domo per dictam l. quod si domus. in pri. ff. loca, & etiam quando potuit alteri sub locare non obstante hospitatione, sed tamé non recedas indifferenter ab opinione su suprà dicta quicquid dixerit Lucas de Péna, qui etiam loquitur sine fundamento,

55 Et † uuæ onera pertineant ad conductorem, & non ad locatorem, & quæ ad emphyteutam, uide per Iason. in l. prima secunda charta, columna tertia, & quarta, & quinta. C. de iure emphyteutico. dixi suprà in materia collectarum in titulo, de

56 principe. Vides igitur † ex regula fieri remissionem mercedis quando contingit dánum intolerabile, sed fallit primò, secundum Bartolum in dicto. §. uis maior. columna secunda si aliter sit actum, l. si quis fundum. in principio. ff. locati. ubi textus ad literam quod conductor tenetur ipse de casu fortuito, si ita actum est, & ibi in glo. quòd similiter ex latere locatoris potest conueniri, hæc est pulchra materia, tamé quia in tractatu, de peste suprà relato, Rip. plenè & lucidè traditur ad eum locum te reiicio. Nam ibi concludit quòd

57 † licet conductos suscipiat in se periculum, non tamen ob hoc tenetur de casu fortuito, & idé si suscipiat in se omne periculum, quod adhuc non intelligitur suscepisse periculum casus fortuiti, & idem si promittat conductor pensionem omni exceptione remota, & idem si conduxit uectigalia, uel fundum suo *risigo*, & periculo, & idem si conduxit cum suis raschis & spinelis, ut ipsius uerbis utar, est materia l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis, non obtemperauerit. unde requiritur ut expressè conductor suscipiat in se casum fortuitum in specie, dicta l. si quis fundú. uel etiam in genere periculum cuiuslibet casus aduersi. hæc est communis opinio in dicto §. quæsitum. ut dicit dictus

58 Rip. Sed † quid si adsit pactum quod locator non uult teneri pro re locata, & casu fortuito non possit uti, crederem tamé remissioné mercedis fieri debere, sed operabitur quo ad damna & interesse, iuxta l. ex conducto. in pri ff. locati. & ad hoc adduco textus, in materia emptionis & uenditionis in leg. emptorem. §. cùm autem.

ff. de actionibus empti. & Doctores in lege non dubitatur. C. de euictionibus. & quod tale pactum uim non habeat, ut conductor in se suscipiat casum fortuitum, est decisio Baldi in consilio centesimoquadragesimoquinto, in tertio uolumine, & in eodem uolumine, consilio centesimo, ubi Baldus loquitur de pacto quando conductor promittit seruare tale repagulum super flumine, quod tamen non tenetur illud seruare, ubi rumperetur casu fortuito, & idem in his terminis loquendo in uerbo, manu tenere, tenet Fulgos. in consilio cẽtesimononagesimotertio. factũ super quo, colum. prima uersiculo tertio cõfirmatur. & columna fin. uersiculo, ad tertium. Non enim quis se obligat ad casum fortuitum nisi in specie se obliget, & nominatim secundum communem sententiam in dicto §. quæsitum. ut proximè dixi, & in hoc consistit totum fundamentum, tamen si tempore belli fieret hoc pactum, intelligeretur compræhendere etiam casum fortuitum belli, quia etiam sine pacto conductor teneretur de tali casu, secundum Cyn. & Bald. in l. ex conducto. in pri. ff. locati. & Bal. in titulo de pace Constantiæ. §. si uasallus. *el secondo.* & Alexan. in l. interdum. §. quod ex naufragio. in fi. ff. de acquiren. possessio. & dicam infra, in secunda fallentia latè. Et si dicas, Quid igitur operabitur pactum? Respondeo. Operabitur etiam si casus esset insolitus, quia qui suscipit casum fortuitum in se non tamen tenetur de insolito, secundum Bartol. in d. §. quæsitum. in fi. & Iasonem ibi, & est communis licet Doctores uarient, ut dicam paulò infrà. Vt igitur operetur dicendum est, quòd etiam comprehẽdat casum insolitum, sicut dicimus in conductore qui tenetur de leuissima culpa, sed si suscipiat in se periculum, intelligitur hoc casu etiam suscipere casum fortuitum, ut statim dicam. sic etiã qui suscipit in se periculum non tenetur de casu fortuito, secundum Doctores in dicto. §. quæsitum, quia potest operari in leuissima culpa, ad quam non tenebatur, secundum Bartol. & Doctores in dicto. §. quæsitũ. & est notabilis opinio, si est uera: potest etiam dictum pactum intelligi, ut operetur aliud, uidelicet, ut non teneatur ad dãna, & interesse, ubi locator non faceret quod conductor posset utifrui, iuxta l. ex conducto. ff. loca. & l. si quis domum. in pri. & ibi Bartol. ff. eodem. & Socin. consilio 15. columna. 5. ubi omnino uide, & alibi sæpè, & ideo potius sic est intelligendum quam ut conductor teneatur ad mercedem, siue pretium etiam quod fructus non percipiat, quia hoc uidetur magis durum l. emptorem. §. cùm autem. ff. de actio. empti, facit leg. curabit. C. de actio. empti. est enim contractus bonæ fidei. §. actionũ. instit. de actio. cui multum repugnat hæc interpretatio, nisi dicas quod cum hic contractus sit factus tempore belli, tale pactum non fuit appositum nisi ut toleret dubitationem belli, quia promissio uidetur intelligenda secundum terminum & statum temporis quod tempore promissionis uiget, ad quod ad propositum ualde adduco Ioan. And. in additionibus Specul. in tit. de locatio. in rubr. ubi concludit quod si tempore belli miles recipit custodiam, uidetur etiam diligentiam promittere aduersus uim, & refert & sequitur Soci. consilio centesimouigesimotertio. in 4. col. 2. uers. pro his. Sed aduerte

59 ad casũ, quẽ nunc habeo in facto, locator tempore belli, locauit decem uncias aquæ cum pacto prædicto, ut locator non teneatur si non habebit dictas decem uncias aquæ, & bellum uigebat per multos annos ante. & nunquam contigerat ruina, tam magna, ut prorsus flumen ex quo dicta aqua proueniebat factum fuerit siccum, licet (ut dixi) multis annis ante esset bellum, unde dicendum est, ut sine pacto res non habeat dubitationem, licet tempore belli facta sit locatio, quia tametsi re ipsa conductor se obligauerit ad casum belli, iuxta ea, quæ dixi suprà proximè, tamen non ad casum belli, tam rarum & insolitũ, secundum communem quam dixi esse, & stante etiã pacto adhuc idẽ cẽseo, Primò, quia pactum in specie non compræhendit casum fortuitum, secundum communem opinionẽ. Secundò, quia adsunt decisiones in terminis. Tertiò nõ cõuenit locator nolle teneri si nõ habebit aquam, sed dictas decem uncias, & sic non in quantitate decẽ unciarum, quia aliquando plus, aliquando minus defluit, & ideo si prorsus deficiat non conuenit promissio, & ita uult re

latiuum

latiuum dictas, iuxta notata per Alexand. in l. si seruus. §. si à filio. ff. de leg. 1. & Bartol. omnino, in l. 1. ff. de conditio. & demōstr. in materia relatiuorum, in uerbo, hoc præmisso, & sic sensus est quòd si deficiat aliqua pars, tamen teneatur conductor, secus si totum, & certè uidetur ridiculum, ut conductor uoluerit suscipere in se talē casum, quando nihil prosus percipit, imò
60 † qui promittit habere licere per se & hæredes suos tantùm, & non alios, tamen respectu tertii pro quo conuenit nolle teneri, ad pretium reddendum, tenebitur, dicto. §. cùm autem. in l. emptorem. ff. de actionibus empti & uenditi. & glos. & Doctores in l. nō dubitatur. C. de euictionib. & latè Ias. in l. stipulatio ista habere licere. in princip. colum. antepenul. ff. de uerb.
61 oblig. imò etiam † si quis suscipiat in se casum fortuitum, & deficiat substantia rei, non dico usus rei, conductor non tenetur. Bald. in l. licet. in prima columna. in uersiculo secundo quæro. C. locati. ubi si quis tempore periculi imminentis conducit molendinum non tenetur si deficit substātia rei, licet uideatur suscepisse casum fortuitum. debuit igitur locator clarius facere pactum, & dicere ut non teneatur, nec ratione belli præsentis nec futuri, siue in parte, siue penitus deficiat aqua, & cùm hæc opinio sit æqua, & sancta illam sequar in iudicando in casu præsenti, quia arbiter
62 electus sum. Sed † quid si suscipiat in se conductor unum casum fortuitum in specie post ea sit adiecta clausula generalis, & omne periculum. Dic, communem esse, ut omnis casus fortuitus, similis tamen casui expresso compræhendatur, ut per Rip. dicto tractato nume. 77. & ibi declarat quādo dicatur casus similis, uel maior, uel mi
63 nor. Eodem † modo licet appellatione periculi ut dictum est, non ueniat casus fortuitus, tamen si aliàs conductor teneretur pro leuissima culpa, tunc etiam teneretur de casu fortuito, quia aliter pactum nihil operaretur ut per Rip. ibi numero 80. similiter si suscipiat in se omne periculum cum iuramento adhuc tenebitur de casu fortuito, sed dicit Rip. ubi suprà communem esse in contrarium, sic etiam quando quis suscipit in se periculum, & fortunam, tenetur pro casu fortuito ut ibi numero octuagesimosexto. Sed pulcher est articu-
64 lus, Quando † conductor tenetur pro casu fortuito, & suscipit in se periculum, ad quid teneatur. dicit ibi præfatus Rip. eum teneri etiam si culpa aduersarii præcedat casum, culpa tamen in non faciendo, non in faciendo, quia satis est ut aliquid operetur, tamen minus debet operari quàm fieri possit uide ibi.
65 Sed tamen † non semper suscipiens casum fortuitum in se, de illo tenetur, imò limitatur, Primò secundū præfatum Rip. quando culpa locatoris uenit casus, & dicitur culpa siue facto iniusto aduersarii, siue iusto id obuenerit, puta quando iustè infert ipse locator bellum alteri, uel iniustè ei infertur ut per eum, allegat Bart. in leg. si merces. §. culpæ & ibi glos. ff. loca. qui loquitur in emptore qui tenetur de omni periculo secundum naturam emptionis, & tamen de hoc non tenetur, & idem Bar. in leg. cotem ferro §. qui maximos. ff. de public. col. secunda & in quæstione publicanus, & alibi sæpe, allegat etiam Corne. consilio duodecimo licet diffusè columna tertia uolumine quarto & consilio uigesimotertio. uidetur uolumine secundo, & consilio 38. quamuis columna penultima. uolumine secundo. adde Alexan. consilio 84. in sexto uolumine & dicam latius infrà in fall. leg. damnum. C. loca. & ideo etiā si locator nihil faciat, sed tamen cum potuit interpellatus resistere, non restitit. tenetur. Corn. in dicto
66 consilio 12. Secundò limitatur † ut suscipiens in se casum fortuitum non teneatur quando casus est insolitus, communis est opinio, in d. §. quæsitum per l. si stulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt. Non enim præsumitur cogitatum de casu tali. Multi contrarium tenent, sed hæc est communis ut ibi in d. tractatu nume. 97.
67 ubi habes notabiliter † quando dicatur casus insolitus de quo non præsumitur cogitatum in quo uide Dec. cōsi. 7. co. penul. & Alex. 108. uolumine 3. & Corn. in dicto consi. 12. & consil. 182. in hac consultatione colum. 4. uolumi. 4. & consi. 23. col. penul. uolumine 2. & Socin. consilio. 123. uolumine 4. & omnino dictum Rip. in dicto tractatu. Adde ad confirmationem cōmunis opinionis, ut non teneatur

de casu insolito, Bald. consilio centesimoquadragesimoquinto, columna secunda, tertio uolumine & consilio centesimoquadragesimoseptimo. in fin. ubi notabiliter loquitur. Angel. consilio centesimo septuagesimosexto columna prima. Anan. consilio septuagesimosexto columna prima. Baldus primo uolumine, consilio centesimodecimonono. & tertio uolumine. consilio septuagesimonono, & quinto uolumine, consilio ducentesimotrigesimosexto, & consilio centesimooctogesimosexto, columna secunda. & adeo est uera dicta con
68 clusio † quòd suscipiens in se casum fortuitum, non tenetur de insolito, ut procedat etiam si quis susceperit in se omnem casum fortuitum. tam præuisum & cogitatum, quam non præuisum & cogitatum, quando occurrit casus de quo nullus etiam prudentissimus cogitasset. ita Corn. consilio 23. uolumine secundo uide tamé. d. Rip. in eo tracta. quia hoc constanter non affirmauerim. Adde ad prędictam ma
69 teriam eorum † qui suscipiunt casum fortuitum Anan. consil. 120. ubi ponit de eo qui tempore belli suscipit in se casum fortuitum in custodiendis mercibus, & milites in eum impetum faciunt. Item adde
70 de eo † qui suscipit in se periculum unius casus: an uideatur suscepisse alterius habentis maiorem rationem. Ancharanus consilio centesimoquinquagesimo. Et
71 quid in eo † qui suscipit in se casum fortuitum quod nauis ueniet in portum, uide Parid. de Put. in tractatu, de ludo. co
72 lumna octaua, item adde † qui casus fortuitus & improuisus Cep. consilio 33. columna tertia. & Alexand. in dicto §. quæsitum circa fin. & dicuntur casus fortuiti insidiæ latronum. & proditio subditorum. Roma. consilio 395. columna fina. eodem modo illud quod fit per fracturam latronum. Angel. consilio 102. columna prima circa fin. ubi etiam ponit de eo qui dimittit bestias in pascuis, cum alii etiam id fa
73 ciant, an si dicatur culpa uel casus & ibi etiam habes qualiter probetur casus fortuitus, de quo ultimo uide Bartol. & scrib. in l. si quis ex argentariis. §. sin uerò hæredi. ff. de ædend. & uiolentia dicitur casus fortuitus. Bart. consilio 239. circa fin. item
74 † incendium connumeratur inter casus fortuitos Anan. consi. septuagesimoprí. columna secunda: & quid sit casus fortuitus uide Bald. 2. uolumine consi. 458. circa fin. & nimia & insolita pluuia enumeratur inter casus fortuitos. Bal. 4. uolumine consi. 173. & quid de uiolentia & rapina uide Bald. 5. uolumine, consi. ducentesimodeci
75 monono an † furtum connumeretur inter casus fortuitos maximè si fiat à domesticis uide Romanus consilio 413. columna tertia uersiculo fin. & sequen. adde
76 † quod factum superioris censetur casus fortuitus. Alexand. primo uolumine con. 57. columna penultima uide omnino Bal. secundo uolumine consilio 399. post principium, & columna secunda post med. & Alexand. 3. uolumine consilio 97. columna. secunda, ubi dicit quòd si Princeps nó seruat conuenta dicitur casus insolitus, & Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos in pri. ff. de public. & de facto iudicis siue iusto siue iniusto, an censeatur casus fortuitus? uide Ange. consilio 219. columna 3. in pri. & ibi ponit qualiter quis intelligatur se obligare ad casus fortuitos per totum.
77 Et † quid exprimendum sit, ut quis uideatur se obligare ad casus fortuitos, us
78 de Fulgo. con. 193. col. secun. Et † quid si excipiat quis certos casus an uideatur se obligare ad alios uide Bald. secundo uolumine consilio 458. & Imol. consi. 7. Alexand. 1. uolumine consilio 28. columna. 8. & Fulgo. consi. prædicto 193. columna 1. & 3. & Cæpol. consi. 70. columna tertia.
79 Secunda † fallentia ad regulam suprà positam est: quòd conductor non potest petere remissionem mercedis, ubi culpa sua contingeret sterilitas: per. §. conductor in l. si merces. ff. loca. ubi conductor ante omnia curare debet, ut opera rustica suo tempore faciat, ne intempestiua cultura deteriorem faciat, prętereà uillarum curam agere debet ut eas incorruptas habeat, ita lex ibi, & ampliatur hæc conclusio etiam si propter inimicitias conductoris hoc contingeret. §. culpæ in ea lege, item ampliatur in glos. ibi etiam quando talis inimicitia esset sine culpa conductoris. quòd ultimum sequitur Bar. ibi, & alibi sæpe, & Doctores relati suprà per. Rip. char
80 ta præced. uersiculo. sed tamen. & † ex hac conclusione primò infero quòd si incendio

cendio ſequatur damnum iuxta.l.ex conducto.§.ſi ff loca. non poteſt peti remiſſio, quia incendium præſumitur fieri culpa inhabitantium.l.ſi uendita.ff.de peri.& com.rei uendi.cum ſimil.& ideo d.§.ſi. loquitur ubi allegatur & probatur incendiũ ſine culpa cóductoris, & itaAlb.in l.licet. columna 1. in pri.C.loca. ſed tamen culpa hæc quę pręſumitur non uidetur ſufficiés contra conductorem uel inquilinum, quia præſumitur leuiſſima.gloſſ.in §.præterea. Inſti.quib.mod.re contrah.obliga.de quo articulo uide plenè Iaſ.in l domus.ff.de lega.1.& in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum col. penul.ff.ſi quis caut.& Cæpol.conſi.70.co. 1.Ang.conſi.197.Anan. conſilio 71.Bal.2. uolumi.conſil.148. & ſeq. ubi not.& 4.uolumi. conſilio 134.& conſil.187.& conſil. 491. Corn.1. uolumine conſilio 136. col. 2 & 1.uolumine conſi. 242.& Alexand in l.ſi quis ex argentariis.§. prætor ait.ff.de æden.col.3.& ſeq.& Bald.conſil.441.3.uolumi. & in his locis plenè habes quando conductor teneatur de incendio & quæ
81 culpa præſumatur contra eum, item † infero, quod licet ex caſu fortuito conductor petere poſſit remiſſionem,tamen nõ poterit ubi culpa præcedat caſum.leg.ſi ut certo.§.ſed interdum.ff.commo.& l. ſi nulla culpa.C.de pig.act &exemplum eſt quã do contingit magna pluuia & inſolita cui tamen colonus potuit occurrere faciendo ſulcos, quibus non factis ſuffocantur ſegetes, ut Imol. in c.propter ſterilitaté. col. 11.uer.in glo.2. extrà,loc.item poteſt poni exemplum in caſu furni locati, quando conductor non potuit uti frui ægrotus peſte.l. ſed ædes.§.cum quidam.ff.loc.per quem ita Firm. in tra.de gab.in 2.parte.q. 25.uerſi.conductor.imò generaliter, Bar. in d.§.cũ quidã not.quod caſus fortuitus contingens in perſona conductoris non excuſat eũ quin teneatur ad integrã mercedem & ita Bar.in l.ſi uno §.item cũ quidam col.2. ibi aut contingit ex parte conductoris. ff.loc.alleg.gl.in l.colonus.§.nauem.ff.loc. & in l.ſi ut hẽdã in pri.ff.ad le.
82 Rod. de iact.Et † ſimiliter conductori impedito uti facto proprio, ut quia ſine cauſa receſſit nõ fit remiſſio,imò tenetur ſtatim ad integrã mercedé ut l ſi in l.§.ſi domus.l.dominus horreorũ.§.ſi.ff.loc.& quã
83 do culpa præcedit caſum,an † tunc caſus ſemper excuſet, uide Bart.in l. non exigimus.§.ſed & ſi,& in .§. ſimili mó. ff. ſiquis caut.& Bart.in dicto §. ſed interdum.& Soci. conſilio 156.columna fin.& Felin.in c. cum inter priorem. de except.colum. duodecima,& in ca.ex tranſmiſſa columna penultima,de præſcrip.& Alexand.in l.recuſare,in.§.ſi quis alio.ff.ad Trebel.columna
84 ſecunda,& alibi ſæpe.item † infero ad id quod culpa tollit excuſationem,quod ſi tẽpore belli fiat conductio uel tempore peſtis conductor non poteſt petere remiſſionem Bal. in l.ex conducto.§.1.ff.loca poſt Cin.Soci.conſil.156.colum.4.& Alex. in l. interdum §. quod ex naufragio. ff. de acq. poſſ. & dixi ſuprà, & idem ſi aderat timor belli.Alexand in l. diuortio in pri.col.3.ff. ſoluto matrimonio. ubi allegat Anchar.& ideo etiam præfectus arcis qui ſuſcipit eius cuſtodiam tempore belli, tenetur etiam ſi ui extrahatur.Ioã. Andr.in ad.Specu.in tit. in loca.ſuper rubri.ſic etiam conductor agrorum in confinibus Florentiæ non poteſt petere remiſſionem propter deprædationem militum Florentinorum, quia ſoliti ſunt ſingulo anno milites ipſorum Florentinorum tales rapinas facere, Soci.cóſi.123.quidam Iacob uol.4.& Rip. in tracta. de quo ſuprà,charta octaua, ubi etiam allegat Alexan. conſilio ſexto uidetur ad fin.uolum. 2.Adde Aretin.conſi-
85 lio 140.& adde† quod licet tempore belli fiat conductio, tamen ſi ſubſtantia rei prorſus tollitur, fit remiſsio, & non ſoluitur penſio quia nulla debetur penſio rei non ſubſiſtentis, licet tempore belli contractus ſit celebratus, ita egregiè Bal. in l. licet. C. loca. columna prima, uerſicu. 2.quæro conduxi molendinum ubi omnino uide, & loquitur Bald. quando à principio aderat res locata,poſtea periit ex caſu qui etiam tempore contractus imminebat,ité prædicta intellige, quando in re cõducta erat bellum. ita Aret.in dicto conſ.
86 & in d.tracta. Rip.etiam habes, quod † non ſolùm in hac materia ad denegandam remiſſionem culpa conductoris, conſideratur ipſius conductoris culpa uerùm etiam familiarium ſuorũ.l.qui in inſulã.§.ſi. ff.locati. etiam ſi eſſet pactum in contrarium uidelicet ut nõ teneretur de incédio, quia

ad huc teneretur de incendio ex culpa ta lis commisso, & ita Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. addo Bal. 2. uolu. cons. 295. colum. 1. post med. & columna se cunda, post med. & consil. 458. colum. prima in fin. & text. quem uide in leg. uideamus, in pri. ff. loca. & an dominus teneatur de delicto familiæ, uide Felin. in cap.
87 Petrus. de homicid. Non † omitto dictũ Rip. in dict. tracta. nu. 34. ponere aliam limitationem ac remissionem mercedis nõ faciendæ præcedente culpa conductoris, quando talis conductor non solueret decimas: quia præsumitur sterilitatem obuenisse ob iram Dei. ca. reuertimini. 16. quæst. prima. sequuntur glo. Peru. Gem.
88 in cap. primo. de decim. in 6. & ideo † si inquilinus in cuius domo tantum pestis irrepsit, est uir sceleratus puta, usurarius uel blasphemus, uel sodomita sibi esset neganda remissio ut ibi per eum, ultra quem uide Imol. qui idem tenet in cap. propter sterilitatem. columna duodecima, extra, loca. & ibi dicit aliud esse quando ex consuetudine non soluerentur decimæ. sed dic exẽplum de peste non esse bonum, quia etiam sine culpa sua non posset petere remissionem ut dixi suprà, in 2. fall. in quæstione exercentis furnariam ipse tamen Rip. in d. tract. num. 34. & sequenti. uersiculo, sed pone quod conductor hospitii, tenet fieri debere remissionem: tamen non uidit Bart. per me allegatum suprà, in dicta secunda fall. in quæst. de qua supra. Tertia est fall.
89 in Lombardia † propter grandines quia non fit remissio ex quo sæpe accidunt ita Alberi. in l. licet. C. loca. & in §. uis maior. in l. si merces. ff. loca. ponderando text. in l. ex conducto. §. primo. ff. loca. ibi feruore solis non assueto, & ibi si uerò nihil extra consuetudinem quod satis est not. dignum secundum eum, & quando casus talis contingit in ciuitate Mediolani ut plurimum res componitur, licet seruetur dictum Alberi. ubi finiatur uia iuris, sicuti dixerunt mihi Domini Bernardinus Bustius & Ioãnes Naua Doctores optimi & ex antiquioribus nostri collegii uenerandi. sed aduerte quia si contingeret grando omnino insolita, & nunquam considerata, res non haberet difficultatem quin deberet fieri remissio per ea quæ dixi suprà in uersiculo, sed tamen non semper per l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. si etiam contingeret grando quæ damnum afferret ultra dimidiam adhuc idem crederem de iure, quia licet sæpe grandines cadant: tamẽ rarò contingit ut destruant ultra dimidiã, ut uidemus, & ita iudicarem, nec tamen præfati Doctores mihi dixerunt habere in memoria aliquam causam in specie ita decisam, quinimò aliqui alii dixerunt mihi
90 contrarium. Quarta est fallentia † ꝙ non fit remissio, quando fructus sunt separati à solo. leg. damnum. C. loc. & ratio est quia quando sunt separati à solo sunt conductori. l. si apes §. 1. ff. de furt. & l. si seruus §. locaui. eod. tit. de furt. & l. antepen. ff. de rei uendic. ubi ad literam text. dicit ꝙ fructus fit colligentis, eo ipso quod est amotus à solo licet nondum pressus, & ibi in specie Albe. tenet ꝙ licet fructus non sint recõditi in horreo fiunt coloni qui annua pecuniarum quantitate rem conduxit, quãuis quædam gloss. uideatur uelle contrarium, & est text. in dicto §. 1. in l. si apes, & ideò amittuntur damno eius. l. pignus. C. de pigno. act. quando uerò sunt pendentes non sunt coloni. l. fructus. ff. de rei uendic. & hæc est ratio doctorum in d. l. damnum. & in c. propter sterilitatẽ. ut ibi per Imol. colum. 3. extrà, loca. & ideo sequitur ut ẽt si non sint segeres exportatæ à fundo, sed tantum sectæ, damnum sit conductoris, & ita Ang. in specie in d. l. damnum. & sic de fœno secto & nondum collecto, & conducto sub tecto, & ita etiã, si benè uides Soc. in consi. 100. in causa Baptistæ colum. 1. ibi & certè si essemus in fructibus naturalibus. ubi uult ut si essemus in naturalibus non fieret remissio, si etiam solum uuæ essent excisæ licet non pressæ, sed contrariũ tenet Paul. de Cast. in l. ex conducto. §. 1. ff. locati, ubi dicit etiam fieri remissionem in fructibus separatis nõdum exportatis, põderando tex. ibi si exercitus præteriens per lasciuiam abstulerit, sed quis dixit Paulo de Cast. ut ille text. loquatur de fructibus sectis adhuc ibi existentibus, contrarium etiam & in fortioribus terminis tenet Fulgo. in d. l. ex conducto. §. si. ubi uult ut l. damnum procedat tantum, quãdo fructus facti sunt perfecti, id est excusi & in horrea recõditi, ita ut si exportantur dum

excutiuntur

excutiuntur nó procedat & habeat locum remissio,& fundamentum est,quia uerum est dicere, quod non licet colonò utifrui fundo,quo casu fit remissio.d.l. ex conducto.§.1.& quod non liceat, patet quia frui intelligitur ita ut fructus mundos habeat, iam facta omni impēsa, quia aliter fructus non sunt.l.si à domino.§.fructus.ff.loc. ita solemniter Fulg. ibi, & quod ubi segetes sunt in paleis,ita ut nó sit excusum fruméntum,quòd fiat remissio,uult Bal.in l.ex có ducto.§.1.in lect.1.ibi,secus est in separatis & factis coloni puta in esse frumenti, est not.articulus in practica esset arduum obtinere opinionem Pau. & eorum qui cū eo sentiunt,quia cómuniter Doct. sequuntur dictam rationem est coloni fructus, ideo eo ipso quod est separatus à solo ut Bal.in d.l.ex conducto.§.1.in lect. antiqua & Bar.in l.damnū.C.loca.Imol.suprà in d. c.& Bar.in d.§.uis maior.col.2.in fi.& pri. seq.& Doctor.in d.l.licet & ubi suprà,imò plus uolunt Doct. communiter ubi suprà, ut cótractus eo ipso quod sunt separati fructus dicatur impletus ex parte locatoris, tamen mihi placet alia opinio,quia conuenit ctóractui bonę fidei in quo plurimum exuberat bona fides.l.4.ff.pro soci. & not. in §.actionum Insti.de actio. quae bona fides est contraria tantae subtilitati, per id quod not.Bar.in l.si fideiussor.§. quaedam. ff.manda.& etiam fundamentum Fulg. uidetur non cótemnendum,quia donec fructus est imperfectus,& nondum redactus ad fi ut possit dici fructus non dicor frui: & sic locator non dicitur impleuisse contractum ex parte sui iuxta l.si quis domum in pri.& ibi Bart.ff.loca.& per Ioan.Cald. in titul.loca.consil.5.per quod fundamentum apparet responsio ad rationem leg. pignus.C. de pignorat. actio. quia fateor quod fructus fiunt conductoris, quando sunt separati, tamen locator non liberatur quin praestet patiētiam donec fruar, quam cum nó possit praestare,tenetur ad damnum intolerabile d.§. 1. & ideo etiam Soccin. in dicto consil. centesimo consuluit in not. casu illius qui conduxerat omnes fructus & prouentus cuiusdam iurisdictionis, & qui passus est multa damna in condemnationibus iā factis, licet non exactis,quod habeat locum remissio, quia non dicuntur plenè fructus collecti, licet factę essent cōdemnationes,& parata nomina debitorum, & ita fiscus ducis saepissimè seruauit.

91 Sed † quid iuris sit in foeno recondito in foenili, quod comeditur ibi à bestiis ex necessitate pacti, uidetur sine dubio dicendum, ut nulla fieri debeat remissio, quia foenum est coloni per leges suprà allegatas, & quia locator omnino impleuit ex parte sua, cum foenum etiam reconditum fuerit sub foenili, tamen est considerandum quòd foenum ibi tenebatur ut comederetur, & fieret de eo pinguedo pro pinguefaciendo & colendo agro, & ideo si casu fortuito sit consumptum dictū foenum à militibus, & ex hoc non potuerit ager pinguefieri,& coli, in effectu dicitur damnum in re locata: quo casu fit remissio, ut declarat Bart. in dicta leg. ex conducto.§.1.& in dicta leg. damnum & Doctores ubi suprà, item ager ita praestari debet coloni ut frui illo possit dicta l. ex conducto.§.primo. ex qua ratione oritur fundamētum remissionis ut ibi in tex. sed haec ratio non ualet, quia lex uult ut damnum sit datum in re locata.leg.ex conducto.§.primo. & leg. si merces.§.uis major. & leg. licet. C. locati. & cap. propter sterilitatem. extrà, locati, non in rebus coloni: alioquin sequeretur, ut si ablati boues essent & plaustrum colonis, dominus teneretur quia ex illorū defectu possessio non potuisset coli, quod esset ridiculum, & destrueret dictā leg. damnum. saluo nisi adesset aliquod pactum, ut locator teneretur resarcire damnum datum propter bellum per id quod not. tenet Angel. in consilio 311. columna secunda in uersiculo nunc uidemus, & eodem modo remissio fieri non debet quando ex cōsuetudine foenum comeditur, quia licet cōductor uideatur conduxisse cum illa obligatione cōsuetudinis. leg. quod si nolit.§. quia assid ua & ibi Bart.ff. de aedilitio edicto. & cap. certificari. de sepul. ubi Abbas,& Ias.in l.certi cōdictio.§.si nummos, columna tertia & sequentibus.ff.si certum petatur tamen foenum, ut dixi, est coloni & dicitur ipso recondito in foenili locator impleuisse quod per eum fieri debebat, sed tamen prima facie uidetur utroq; casu, & quando adest pactum, & quando

ex consuetudine comeditur, locatorem teneri ad remissionem mercedis, quia, facto locatoris iusto tamen patitur hoc damnum, & sic uidetur ut simus in distinctio. Bart. in l. si uno. §. item cum quidam colũna prima. ff. locati dum allegat. l. ædem. C. loca. sed dic quòd Bar. loquitur in damno dato in re conducta, nos in damno dato in rebus coloni. Item Bart. loquitur in damno dato à locatore ad hoc ut daretur illud damnum, nos secus, quia non fuit appositum pactum nisi ut fieret pinguedo, qua possessio & ager pinguefieret, iuxta not. per Bart. in l. non exigimus. §. sed & si & §. simili modo ff. si quis caut. & quæ suprà allegaui in uersiculo, & quando culpa præcedit casum quid dicendum, arbitror fieri debere remissionem, quia regula. l. pignus. C. de pigno act. quæ uult ut res pereat periculo eius cuius est, non procedit quando transfertur dominium alicuius rei in aliquem ad utilitatem transferentis principaliter. l. Titius. ff. de præsid. urb. & ibi Pau. de Castro, & clarius Iaso. ibi. & Iason. in l. quod te. ff. si cert. peta. col. 7. & in l. non omnis. §. primo. ff. si cer. peta. est enim conueniens ut quemadmodum emolumentũ principaliter spectat ad locatorem, pariter etiam ipsius sit periculum. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. & si dicas hoc modo omnis iactura etiam citra dimidiam erit periculo conductoris contra communem opinionem, respondeo quòd hoc postea procedit ex natura contractus locationis, iuxta d. §. uis maior. in l. si merces. & in d. l. licet & alibi sæpe & eò maxime hæc opinio est tenenda, quia est æqua & honesta, nam si non fuisset conductor ad id obligatus potuisset sibi imputari quare non disposuisset de dicto fœno, sed cum sit ad id astrictus, quis poterit ei dicere, Alio debuisti illud conducere, & ita semper seruatum fuit Magistratu extraordinario, & circa dict. leg. damnum. uide etiam Imola. in dict. cap. propter sterilitatem colum. 4. charta 3. in uersiculo, sed Hostien. extra loca. ubi limitat dictam l. damnum. quando fructus separati corrumpuntur uicio territorii & refert & sequitur Socci. in d. consi. 100. ad fi. Vltimo circa d. l. damnum,

92 quæro † de not. quæst. damnũ datur in fructibus separatis à solo facto locatoris propter eius inimicitias, quia bellum mouetur locatori, uel ipse alii mouet, an conductor nihilominus teneatur ad mercedem, an uerò sit habenda ratio horum fructuum amissorum in damnum locatoris? hæc quæstio tota ad fiscum pertinet, non naturaliter, sed per accidens, quia quotidie disputatur in præfato Magistratu extraordinario, uidetur habendam esse rationẽ, quia conductor facto locatoris patitur hoc dãnum per communem opinionem de qua in l. 2. §. itẽ si in facto. ff. de uerb. oblig. secundum Ias. ibi quæ est quòd is à quo exactum aliquid ex facto tertii potest repetere omne id quod soluitur etiam cum damnis ab eo tertio cuius occasione id factũ contingit, est uerũ quod dicta opinio procedit secundum Ias. ubi supra, quando iustè id factum interuenit, puta, quando iusto & debito modo repræsaliæ de quibus ibi loquitur concessæ fuerunt, secus si iniustè idest sine dolo, culpa aut debito dicti tertii, & est uera opinio ut ibi, sed tamen in casu nostro locator uidetur omnino teneri, quia siue iustè bellũ locatori moueatur, siue non: siue ipse moueat iustè, siue iniuste, semper uidetur esse in culpa ita glo. in l. si merces §. culpæ. ff. loc. & propterea Bar. ubique dũ facit mentionẽ de glo. in §. culpæ. uult ut locator teneatur siue ipse moueat bellum, iustè siue nõ, & siue ei moueatur iniustè siue nõ, ut in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de public. & in q. publicanus, & in tract. de repræsaliis & in §. culpę & in l. si uno. §. item cũ quidã col. 3. in pri. ff. loc. & fundamentum est in glo. in d. §. ex qua sumit hãc præsumptionem Bart. quod locator in dubio uideatur in culpa, quod licet non dicat expressè tamen ita uoluit dicere ex quo allegat dictam gloss. debuit enim saltẽ locator denuntiare conductori tale quid propter quod fuisset ei cõsultũ, uel debuit aliquod aliud remediũ fecisse, quod facere potuisset, aliter uidetur esse in culpa, & ideo tenetur, sic declaro Bart. non glossam: quia ipsamet se declarat, & ideo si in casu repræsaliarum de quo in d. §. item si in facto, omnino cessaret culpa e latere asserti debitoris, cõtra eum nõ posset haberi regressus, ut ibi, per Ias. & not. per Aret. ibidem quẽ uide omnino, & ubi omnino nõ cessaret licet iniustè repręsalię

essent concessę, nihilominus teneretur, puta quando non denuntiasset, cum denuntiare potuisset uel non curasset ne concederentur, & ita Imol. in dicto §. item si in facto, & Imol. & Rom. in l. penultima. ff. soluto matrimonio. quod ultimum licet mordeatur ab Alexand. in dicto §. item si in facto. tamen hæc est communis & uera opinio, & eam defendit Socin. in dicto §. item si in facto. Sic igitur uidetur locatorem teneri data aliqua culpa in eo quæ in dubio præsumitur nisi è latere ipsius probetur omnis diligentia per dict. glos. in §. culpæ, ad quam omnis anfractus tandem deuoluitur, & in contractu locationis & conductionis, & in fructibus non separatis à solo, res est sine difficultate, quia natura talis contractus est ut locator teneatur præstare diligentiam uel custodiam. l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. comodati & l. item quæritur. §. exercitu. ff. locati, & super hac ratione est fundata glos. in dicto §. culpæ. & ideo ita etiam tenet Bart. ubique, & Corn. in 2. uolumine consil. 38. columna penultima, & ultima, & in 4. uolumine consilio duodecimo, & secundo uolumine consilio 23. columna tertia. Fulg. consilio. 129. columna ultima Anchar. cōsilio 120. & Alexander 6. uolumine consilio 84. Aretin. consilio 140. & Soci. consilio 156. in fin. Roma. consilio 172. in prin. Bald. consilio 496. columna ultima uolumine 4. Bald. consilio. 61. colum. ulti. uolumine. 2. & ibi attendit considerationem iā dictam, an fuerit in culpa uel non ut suprà ipse feci post Aretin. in dicto §. item si in facto. & alios ibi & suprà relatos, & eādem considerationem habuit Anchar. in dicto consilio centesimouigesimo, & loquuntur prædicti doctores communiter non solùm in contractu locationis & conductionis, sed etiam in contractu uenditionis, quando tamen damnum datur in prouentibus nondum perceptis ex latere uenditoris, & ideo aliud est habendum in consideratione quando sumus in contractu locationis uel etiam uenditionis in fructibus uel prouentibus separatis à solo, nam in his cessat fundamentum quod locator debuit esse diligens & cautus, & sic cessat gloss. in §. culpæ. & ideo Salic. & Bald. in dicta l damnum. C. locat. mouentes quæstionem nostram tenuerunt, sed peruerbum fortè, quod hoc casu non procedat dictus §. culpæ. aliter autem uult Alberic. ibi cui parum in hoc credo, quia difficultatem non mouet, sed tamen ueritas uidetur pendere à ueritate dictorum per Doctores in dicto §. item si in facto in quæstione de repræsaliis in qua plures casus considerantur. Primus † quando iu-
93 stè repræsaliæ fuerunt concessæ quia erat uerè debitor ille cuius ratione concessæ fuerunt, & concurrebant ea propter quæ repræsaliæ conceduntur, hoc casu tenetur sine dubitatione ut ibi per Bar. Roma. & communiter alios, sic etiam in casu nostro si iustè bellum moueatur contra locatorem sine dubio tenetur. Secundus ca-
94 sus est † quando iniustè repræsaliæ fuerūt concessæ, & ille cuius facto concessæ fuerunt, procurauit sua diligentia ne concederentur & hoc fecit notum ut quilibet sibi præcauere posset, & tunc nullo modo tenetur, & cessat repetitio, per tex. cum gloss. in dicto §. culpæ, & tex. in l. penultima à contrario sensu. ff. soluto matrimonio, cum aliis allegatis per Socin. in dicto §. item si in facto. ita in casu nostro, si iuste bellum moueatur locatori, & fecit locator omnem diligentiam ne mouerentur, & utcunque sit admonuit conductorem de periculo rerum suarum non tene-
95 bitur locator. Tertius est casus † etiam quando iniustè conceduntur, tamen præcedente facto illius, cuius causa conceduntur, & tunc etiam tenetur per l. nam & seruus. ff. de negotiis gest. Paul. de Castro, in dict. l. item si in facto, & ibidem per Soci. & alios, & ideo si locator ipse bellum inferat etiam iustè tenetur, similiter, si ei inferatur tenetur, eodem modo si præcedat aliquod factum, quod damno causam dederit ut uidi contingere tempore admirati ducis exercitus Christianissimi Regis Francorum anno *M. D. XXIII.* quando uenit Ticinum ut transiret, nam exercitus Cæsareus iuit illi obuiam hoc modo per aliquod interuallum temporis nō trāsiuit, tamen postea traiecit cedente præfato exercitu Cæsareo, & tunc durāte dicto tempore infinita mala sequuta fuerunt ad quæ tenetur dominus, quia facto suo ea se-
96 quuta fuerunt. Quartus est casus † quādo

iniustè ex negligentia non ex facto tertii conceduntur, nec fuit procuratum ne cõcedantur, nec data aliqua notitia, & tunc competit adhuc repetitio secũdum Imol. Cuma. Paulum Castren. Aretin. & Socci. in dicto §. item si in facto. sic etiam in casu nostro locator tenetur si ei iniustè bellum sit motum, nec procurauit ut non moueretur, uel non dedit aliquam notitiam, & tunc tenetur etiam quo ad fructus à solo separatos. Alexand. in dicto §. item si in facto, hoc non admittit, quia non præcedit contractus, &c. iuxta considerationem Bald. & Salicet. in dicta leg. damnum, sed communis est contra Alexand. & rationi Alexandri etiam respondet Soccin. ut ibi, & ad præsentem casum & penultimum & primum in quibus locator tenetur, facit quod dicit Soccin. consilio centesimo, in fin. propriè loquendo in fructibus separatis a solo, locatorem teneri quando ex facto domini illud damnum contingit iuxta not. per Guliel. de Cu. & Bart. in leg. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. comod. & quando uiolentia infertur de facto cui potuit dominus occurrere per ea quæ in simili consuluit Ancha. consilio. 78. in Christi nomine, omisso primo dubio, & bene facit text. in dicta leg. damnum ibi, quam nullius criminis ream &c.

97 Sic igitur † uides latè declaratam hanc materiam l. damnum. C. loca. quando damnumdatur in fructibus separatis à solo, sed quid si conductor differat collectioné, quam si fecisset damnum fuisset in fructibus separatis illatum, & sic suum. dicta l. damnum, & quia non fecit collectionem damnum fuit illatum in fructibus pendentibus, quo casu periculum est locatoris secundum terminos huius materiæ, an huius damni erit habenda ratio contra locatorem? Dic si fecit in fraudem conductor, damnum esse ipsius conductoris perinde acsi fructus fuissent à solo separati, quia nemo ex sua fraude & malitia debet consequi commodum. leg. itaq; fullo in prin. ff. de furt. & Hippol. in l. 1. §. cum quis latrones. columna prima usque ad fin. ff. de quæstio. Si uerò non distulit in fraudem quia fecit id quod quilibet diligens fecisset, & faciebat, quo casu cessat omnis suspicio iuxta not in l. contractus. ff. de regulis iuris, & in l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de æden. tunc non tenetur, & ita his diebus proximè præteritis respódi magno doctori me interroganti de hac quæstione.

98 Aduerte tamen † quia lex. damnum dicit damnum esse conductoris datum in rebus ipsius, nisi locator sit in aliqua culpa, & ideo licet clauis traditio transferat custodiam secundum glos. in leg. dominus horreorum. ff. loca. & Salicet. in l. 1. C. loc. tamen non transfert ubi horreum conducitur in domo habitationis locatoris. Nã tunc adhuc locator debet esse diligens Alber. in dicta l. 1. C. loca. ad fin Bar. in dicta leg. dominus horreorum ibi, uel alio retinente clauem totalis domus, Bald. 5. uolumine consilio. 152. & Paulus Castren. in dicta leg. dominus, & ideo si tales res conductoris exportentur ui & casu fortuito absque culpa locatoris expressa, non tenetur: si uerò non appareat de uiolentia, sed tantum de amissione est præsumptio contra locatoré, qui res suas saluas habet, & alias non, dicta l. 1. C. loca. & dict. leg. dominus horreorum & per doctores ubi suprà.

99 Secunda est fallentia † secundum quam cessat remissio, quando ubertas unius anni potest compensari cum sterilitate alterius anni. l. si uno in pri. ff. loca. & l. licet. C. eodem & cap. propter sterilitatem. extra, loca. & procedit non solùm in fertilitate anni proximè præcedentis, uel proximè sequentis, sed eius etiam quem alii sequuntur uel præcedunt, ut per Imol. post Hostien. in dicto cap. propter sterilitaté char. 2. colu. 1. & secunda, & procedit hęc fall. in una locatione non in diuersis licet inter easdem personas ut ibidem per Imol.

100 Et quando † dicatur ubertas quæ suppleat uide Bal. in d. l. licet qui dicit quod inspicitur uniuersalis locatio, & si ea inspecta intolerabile damnum non resultat, non fit remissio, imò hoc casu unus supplet prorsus alium, & uide ut citò te expediã, Imol. in d. cap. propter sterilitatem. char. tertia colum secunda & sequen. ubi recitat opiniones doctorum, & tandem tenet, ut etiam si emergat damnum aliàs tolerabile, adhuc fiat remissio in ea parte quę deficit, ita tamé ut annus sterilis sit ex se sterilis, exemplum quando in anno præcedenti

denti percepta sunt quadraginta, cum tamen trigiuta essent solita percipi, & in sequenti anno tantum decem percepta sũt, nam decem, primi anni, percepta, ultra solitum supplent in sequenti anno, ut sic uideantur percepta in anno sterili uiginti, fit tamen remissio in alia tertia parte, quæ opinio satis est fauorabilis & locatori & cóductori, & ideo eam sequor, aliæ uerò opiniones ibi relatæ sunt nimium rigidæ, quia nimium sunt damnosæ conductori,
101 aut locatori. Et quando † annus præcedens est fertilis, locator à quo petitur remissio, potest de plano uidere in quo fieri debeat remissio, sed quando hic annus fertilis nondum uenit, quid faciendum? Domini Quæstores ordinarii decernunt supersedendum esse quo ad aliquam partem remissionis petitæ sine præiudicio iurium suorum, donec finita locatione possit cognosci, an aliqua ubertas possit supplere aliqua ex parte sterilitaté, & hoc est, quod uoluit dicere Bald. in d. l. licet in 10. quæst. dum dicit præcedens annus est suppletiuus, sequens est suspensiuus donec uenerit, sic etiam Salic. ibidem ad finem, qui dicit ꝙ locator debet habere illud quod est congruum, non totum fictum absque præiudicio iurium suorum, & expedit, ut fiat protestatio à locatore, uel fiat ordinatio per dominos Quęstores, ut supersedeatur, sed tamé etiam si simpliciter fiat remissio, adhuc non esset sublatum beneficium d. l. si uno in princ. cum similib. secundum Bal. in d. l. licet. & de hac materia uide Angel. in consil. 311. colu. penult & fin. & Roma. consil. 422. & Doctores in d. leg. si uno. &
102 in d. l. licet. Sexta est † fallentia quando uenderem tibi fundum habita fide de pretio, & conuenirem, ut penes me dominiũ remaneret donec pecunia omnis persolueretur, & interim certam mercedem quotannis mihi numerares, qui contractus est, contractus locationis in alio contractu uenditionis appositus. nam hoc casu damnum contingens in fructibus est emptoris, eiusdemque conductoris. casus est legis in l. sicut emptio. §. fin. cum l. sequen & pri. sequen. & ibi glos. & Docto. ff. locati. & Alexan. consi 121 in quinto uolumine, & si aliud hodie non disceres tu studiose, satis esset hoc didicisse, imò fortius uult ille text. cum glos. per Doctores approbata, ut etiam periculum interitus ipsius rei spectare debeat conductori & emptori, quia dicitur uenditio perfecta quod est maximi momenti, & uidetur repugnare dictis Pauli de Cast. & Angel. in l. 2. C. de periculo & commodo rei uenditæ. ubi uolunt, ut licet non sit facta mensura, tamen traditio rei operetur translationem dominii, & consequéter periculum, sed hìc reseruatum est dominium, igitur periculũ non deberet esset emptoris, quos sequitur laté Deci. consil. 179. Sed dic illã gloss. posse intelligi in casu in quo non requiritur translatio dominii ad hoc, ut transeat periculum, ut in §. cùm autem. Institu. de contrahen. emptione. quando uenditio est pura, & non ad mensuram, quia solo consensu perficitur. d. §. cùm autem. Tamen adhuc uidetur mirabilis decisio dictæ gloss. quia si conuenio ut donec soluatur pretium in effectu sit locatio, non uidetur aliqua perfectio oriri, ideo not. omnino d. text. & gloss. & quando illum uidi planè obstupui, & dixissem contrarium nisi uidissem eum, & ratio quare non attenditur damnum, & non fit remissio, est, quia illud fictum non soluitur ratione rei, nec fructuum, sed ratione pretii quod adhuc est penes eum, ut ibi per Doctores, & ultra Alexan. habes Deci. in consil. 312. colum. 2. uersi. tertio idem comprobatur. Et prædicta procedunt quando allegatur
103 sterilitas in fructibus, tunc † fit & non fit remissio, secundum ea quæ dicta sunt, sed si allegetur ruina, uel remissio alicuius partis rei conductæ, an tunc petetur remissio eisdem regulis & iuribus, considerando an sit intolerabile damnum, uel non, & an ultra dimidiam, uel citra in hoc uide text. in dicta leg. ex conducto. §. primo. ff. locati. ibi, sed & si ager. ubi dicit text. quòd si ager terræmotu ita corruerit, ut nusquam sit, est damno domini: oportet enim agrum præstari conductori, ut frui possit, & ita Bart. & Doctores in d. leg. si merces. §. uis maior. ff. locati. & in d. leg. licet. & in d. cap. propter sterilitatem. & hoc clarè quando terræmotu, uel casmate perit, quod idem est, ut declarat Abba. in cap. potuit. loca. columna penultima. & Imol. ibi, in glo. in uerbo, Clade. Sed quid

104 si † ager sit occupatus ab hostibus, ita ut non possit coli, uel aqua inundatus quid iuris? uidetur idem, ut ad ratam fieri debeat remissio non considerando an emergat intolerabile damnum per dictum §. primum. & per eandem rationem, quia uerum est quòd nõ potest utifrui conductor & locator non potest præstare patientiã. dicta l. ex conducto. in pri. & dicto §. primo. & per Bart. in dicta l. si uno. §. item cũ quidam. ff locati. & in l. si quis domum. in pri. ff. locati. Item illa res dicitur periisse, cuius facultas haberi non potest. l. si is qui rem. §. is qui. ff de furtis. & l. si constante. ff. soluto matrimonio. §. si uxor. Item ꝙ à flumine occupatum est, dicitur esse in deperdito. l. qui uniuersas. §. item quod à Mariano. ff. de acquirenda possessione & in l. interdum. §. quòd ex naufragio. ff. de acquir. possessione. Igitur etiam dicitur esse in deperdito res, quæ non potest coli, propter milites, quia æquiparantur. l. cum unus. §. fin. ubi etiam Bartolus ff. de bon. aut. iud. poss. & ideo Bart. in l. 1. ad fin. C. de iure emphy. dicit quod sicut quando perit tota res emphyteutica, liberatur emphyteuta. ita quando est in loco in quo nõ potest coli propter bellum, & ita etiam in §. quòd ex naufragio, & hoc quia dicitur esse in deperdito. Quæ igitur est differentia, uel quod res casmate perierit, uel propter hostes non potuerit, nec possit coli, aut aqua sit inundata, sed considero aliter uelle doctores, & primò Bald. uult, loquẽdo in occupatione hostium, ita ut non potuerit res coli, quod adhuc sit considerãda materia iuxta terminos dicti §. uis maior. in consilio 327. uolumine primo, secũdum impressionem Mediolani, item Soc. in consilio 88. loquendo in conductore, qui non potuit uti facto superioris cui locator non poterat prouidere, concludit in columna ultima quòd aut est damnum ultra dimidiam, aut nõ, iuxta terminos dicti §. uis maior, sic etiam Bal. in leg. si ea lege. C. de usur. ubi loquẽdo in bello uult ut si non potuit quis uti propter bellum, quia homines non potuerunt transire fit remissio per tex. in dicto §. primo, in l. ex conducto. qui secundum omnes, loquitur secundum materiam. l. si merces. §. uis maior. & simil. sic etiam expressius Bald. post Cin. in leg. ex conducto. §. primo. ubi omnino uide super uerbo, incursus hostium, loquendo quando coloni non potuerunt colere possessionem propter bellum, est difficilis articulus apud me. & quando casus occurrit in magistratu extraordinario fuit facta remissio ad ratam non considerando an damnum esset intolerabile uel non, tamen excellentis ingenii uir Dominus Hieronymus Moronus tenebat cõtrarium, & dicebat quòd Doctores erant in alia opinione, ut imò consideraretur materia §. uis maior, & propter hoc cæpi diligentius rem ipsam intueri. Alexand. in l. interdum in §. quod ex naufragio. ff. de acqui. poss. disputando articulum nostrum de bello quod impedit culturam in contractu emphyteutico, format quæstionem, an ita fieri debeat remissio in eo cõtractu sicut fieret in contractu locationis iuxta l. ex conducto. in pri. & in leg. si merces. §. uis maior. & ita sentit clarè ut in cõtractu locationis fiat & secundum distinctionem §. uis maior, sed tamen secundum opinionem Bar. ibi & alibi, quæ est ut non fiat remissio in contractu emphyteutico, quia res uidetur periisse, & quia locator non potuit præstare patientiam, uidetur uerum esse ut fiat remissio. sed ad ratam, etiam si non sit intolerabile damnum, quę opinio Bart. est magis communis & uera secundum Imol. ibi relatum per Alexand. columna tertia, in qua materia etiam uide latissimè Ias. in leg. prima columna antepenultima. C. de iuramen. columna breuiter credo in casu belli fieri debere remissionem iuxta terminos. §. uis maior. pro hoc adduco text. in dicto §. pri. in l. ex cõducto. dum loquitur etiam de ui fluminũ, & sic quando à flumine res occupatur. Secundo adduco quod ille tex. dum loquitur de incursu hostium intelligitur etiam si conductor non possit utifrui. ita Bar. in leg. si uno. §. item cum quidam. columna prima ad fi. ff. loca. item intelligitur quando non potest coli res conducta, ita Cin. & Bald. ibi & ubi suprà, & tamen omnes illi casus, de quibus ibi in dicto §. primo intelliguntur dato intollerabili damno. gloss. est in uerbo aliquid modicum in dicto §. 1. quam sequuntur communiter Doctores ibidem, & ita ut dixi tenent Cin.

Bald.

Bald. & Soccin. ubi supra. non obstat text. in d. §. 1. de re deperdita casmate : quia loquitur quando substantia rei perijt ut ibi, dum text. dicit ita corruerit ut nusquã sit, ude etiam quando impetus fluminis rem prorsus destrueret, ita ut prorsus perijsset substantia rei, & uerificarentur dicta uerba, ita ut nusquam sit, idem esset, & ita intelligo Alexand. consilio 114. uolum. 1. columna prima, & secunda quem uide, si etiam inundatio aquarum rem penitus non perdiderit, quia toto anno res submersa non permaneret prout communiter euenit & pariter etiam in casu consil. 2. Soccin. si facto superioris quod existimatur casus fortuitus ut supra dixi circa. 1. fall. in materia casuum fortuitorum, conductor non potuit utifrui, habet locum remissio, si est intolerabile damnum, alias non. Et hoc quia res non desiit esse, nec huic opinioni repugnant dicta Bartol. in d. §. item cum quidam. dum uult ut quando usus impeditur facto tertii uel casu fortuito fiat remissio ad ratam, quasi sentiat, ut etiam si sit citra dimidiam damnum, fiat remissio, quia ad hoc patet responsio per text. in §. sequen. in §. ubicunque. ubi text. loquendo de remissione iuxta §. uis maior. dicit ad ratam & bene quia quando est intolerabile damnum fit ad ratam, & ideo in casu. leg. si fundus. ff. loca. ubi conductor qui non potest utifrui fundo locator propter publicationem fundi, agere potest ad ratam temporis quo fundo uti non potest, sine consideratione §. uis maior, quia in effectu prorsus desinit esse res, ex quo dominium & possessio transfertur in fiscum, sic etiam in casu leg. si quis domum. in pri. ff. loca. ubi fundus locatus fuit euictus, item in casu dictarum legum non contigit casus fortuitus prout requirit dicta leg. ex conducto. §. primò, & leg. si merces. §. uis maior. quapropter in casu l. si quis domum. §. fin. proximè allegatæ, ubi domum exusta fuit, conductor non tenetur nisi ad ratam temporis quo usus fuit, etiam si non sit intolerabile damnum, si tamen sine culpa conductoris id euenerit, ut aliquando dixi supra. sic etiam text. in leg. qui insulam. §. primo. ff. loca. ubi balnea cõducta post tres menses combusta fuerunt, & quid in casu leg. habitatores. §. fin. ff. loca. quando inquilinus recedit propter pestem, si sentiamus contractum cessare, ut dicit Abbas in cap. propter sterilitatem, extra loca. res est clara quòd fit remissio simpliciter ad ratam temporis, si etiam sentiamus durare ut est tenendum sicuti ipse suprà tenui, dicerem esse considerandum damnum intolerabile & hoc ultra suprà allegata probat text. in dicta leg. habitatores in pri. ubi parua incommoditas non habetur in consideratione arguendo de re ad tempus. l. miles ita. in pri. ff. de testam. mili. & uide circa hoc Cald. consilio quinto sub rubric. de locatio. & Soccin. consilio 44. in præcedenti consultatione, & Aretin. consilio 139. quia consultatio, &

105 aduerte etiam in artic. principali† quando propter bellum res non potest coli differentiam esse, an simpliciter non possit coli timore belli, an etiam ipse fundus sit occupatus ab hostibus, ibi ut sit deperditum dominium & possessio, hoc casu etiã esset dicendum remissionem fieri debere quod ad illam occupationem, & fuit consideratio Rap. Cum. in dict. leg. interdũ. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. poss. & ita intelligis hanc materiam aliter fortè

106 quam unquàm intellexeris, & † in re emphyteutica quæ propter bellum, uel inundationem aquarum non potest coli, ultra Alexandrum, in dict. leg. interdum §. quod ex naufragio, uide latissimè Ias. in leg. prima. C. de iur. emphyteu. charta antepenultima, columna prima cum sex sequentib. qui tandem tenet opinionem Barto. ut emphyteuta liberetur, quia conductor non potuit utifrui, & quia res dicitur esse in deperdito, sed intelligitur ut dicebat Com. in dicto §. quod ex naufragio, & ita etiam intelligo materiam no-

107 stram. Sic igitur † quando casu fortuito conductor non potest utifrui petit remissionem mercedis, si damum est intolerabile, aliàs non, nisi casus fortuitus extinguat prorsus rem conductam, uel partem etiam minimam, quia pro illa parte remissio fit, & nisi etiam præter casum fortuitum, conductori euincatur aliqua res, uel aliter prorsus à conductore aufe-

108 ratur. Vides igitur † quando petatur remissio, & quando non, nunc est uidendum an ultra etiã aliquid possit peti, quid

enim si conductor passus sit aliquod damnum ut patitur saltem in expensis factis, an locator aliquo casu teneatur, & similiter si passus est interesse ratione lucri cessantis in aliquo casu teneatur locator? in hoc uide tex. qui declarat hanc materiam, ut d. l. si uno. §. ubicunque. ff. loc. & ibi Bar. not. ex illo tex. quod propter casum fortuitum conductor non potest agere ad interesse, sed ad exonerationem mercedis, secus ex facto uel culpa locatoris ad idem tex. qui habetur principalis in materia in l. si fundus. ff. loca. qui omnino est uidẽdus & in l. ex conducto. in princi. & in leg. hæc distinctio. & in l. si in lege §. colonus & in l. si merces & in l. si quis domum. §. penult. & in l. si merces. §. culpæ & ibi glos. ff. loca. in istis iuribus probatur clarè, q̃ si facto locatoris conductor nõ potuit uti frui, uel etiam facto tertii, cui locator potuit resistere, uel ob inimicitias locatoris, tunc cõductor tenetur ad omne interesse, circa quas leges uide Imol. consil. 83. columna ultima. Roman. singulari 430. & omnino Soccin. consil. 156. columna secunda, &
109 ibi dicit † quòd etiam habetur ratio lucri cessantis, & Alber. in leg. prima. in pri. in fine tertiæ columnæ. ff. de action. empt. & Salic. in leg. si fundo. C. loca. columna secunda, & Anchar. consil. 415. & Bald. consil. 465. uolumine secundo, ubi etiam de lucro cessante loquitur Bald. in leg. prima. columna ultima. C. de senten. quæ pro eo quod interest, uersicu. septimò opponitur. Imol. in leg. si filius. §. fin. ff. solu. matrim. Ias. in §. actionum. columna 23. In-
110 stitutionib. Et quando † in genere interesse etiam lucri cessantis possit peti, ui de Ias. in leg. tertia. §. finali. ff. de eo quod certo loco. & Soccin. ubi suprà, & Felin. in cap. cum uenerabilis. columna secunda de except. & ibi ponit regulam & fall. & Dec. consil. 111. colum. prima, & consilio 116. colum. fin. in quibus locis etiam habes de interesse extra rem. de quo etiã per Soccin. consil. 174. columna tertia. uideas etiam Deci. in dicta leg. prima. C. de senten t. quæ pro eo quod interest.
111 Sed scias unum † quòd licet de iure habeatur in conductore ratio lucri cessantis tamen hic Mediolani in magistratu ordinario publicani non audiuntur sub prætextu quarũdam literarum aliàs scriptarum per unum ex ducibus Mediolani super hoc ip
112 sis quæstoribus † & uulgò tales literæ appellantur ordo de minore lucro, & hoc nisi in specie sit illis literis siue illi ordini derogatum, sed tamen illæ literæ non ita simpliciter loquuntur, & ideo pro intelligentia scias, & hoc sit pro limitatione prædictæ conclusionis, quòd habetur ratio etiam totius interesse, quando facto locatoris conductor fuit impeditus, si tamen illud factum fuit iniustum, secus si iustum, ita Bart. not. in leg. si uno. §. item cum quidam. col. 1. ff. loc. dum allegat l. æden. C. loca. & sic loquitur ille ordo, quia interuenerat factum Principis ex causa iusta, quo facto conductor impediebatur, quapropter Princeps scripsit literas de quibus suprà ipsis quæstoribus, quod male fecerant habendo in eo casu rationem talis interesse, & posteaquam hęc declaraui in eo magistratu aperti fuerunt oculi Dominorum quæstorum, & habita fuit ratio interesse in aliqua parte, ubi iure cõmuni haberi debuit, non obstantibus dictis literis: tamen multi, ut tutius agant, faciunt derogare ordini de minori lucro. Et circa dictam di-
113 stinctionem † an factum locatoris sit iustum uel non, & quæ dicit Bart. in d. §. item cum quidam. colu. prima & secunda uide Anan. consil. 78. Anchar. consil. 15. Rom. 178. Alex. in l. diem functo. ff. de offic. assess. Soccin. consil. 156. pro fundamento decisionis. in pri. Roman. consil. 432. Veron. caute. 122. qui uult uendere. colu. 1. Firm. omnino in tract. de gabel. in 2. parte q. 22. & multis seq. & uide omnino circa dictam distinctionem Bar. in d. §. item cum quidã. Soccin. consil. 88. ubi melius quam alibi, & hoc modo finis sit materiæ remissionũ mercedum, quo ad magistratum extraordinarium, licet tamen proximè præcedẽs materia quotidie uersetur quo ad reditus ordinarios. Non omitto etiam non
114 esse leuem difficultatem † an in contractu emphyteutico habeat locum remissio mercedis sicut in contractu locationis, quando pensio præstatur habita consideratione ad fructus, qui percipiuntur, nam Bart. in l. 1. in 2. opposit. C. de iur. emphyt. sentit expressè ut habeat locum hoc casu remissio mercedis, sequitur Ias. ibi. col. 4. qui

qui dicit alios etiam ita tenere, excepto solo Salic. & ita etiam Alexan. consil. 112. uolum. pri. ibidem Barba. consi. 14. colum. penulti. uolum. 2. & Aretin. cõsi. 55. & ideo etiam in locatione ad nõ modicum tempus, habet locum remissio licet transferatur utile dominium, quia pensio correspõdet fructibus. Aretin. ubi suprà, & Ias. in d. l. 1. colum. 4. & in Auth qui rem colu. 2. in princ. C. de sacr. san. eccle. & credo hanc opinionem ueram esse & cõmunem, sed tamen Mediolani nõ seruatur, & adest ordo Principis ad consilium uenerandi collegii nostri, ut non fiat remissio, si tamen illud cõsideretur, potius factum uidetur ad tollendam difficultatem, quando propter bellum bona coli non potuerunt: quæ est materia profundissima, ut per Ias. in d. leg. 1. charta antepenul. col. 2. usque ad fi. quàm super casu nostro, quando pensio correspõdet fructibus, & ideo procedet quando pensio est modica, & nõ correspõdet fructibus, quia tunc non habebit locum remissio, licet bona propter bellum nõ potuerunt coli, & hoc disputando dixisse uelim: tamen, ut dixi, seruatur aliter, & ratio pro hac opinione potest esse, quia in cõtractibus nostris emphyteutecariis licet emphyteuta non gaudeat re, tamen gaudet pretio, nõ sic in his de quibus loquuntur Doctores, quia cõmuniter fiunt data re à domino emphyteutæ, qua cum non possit uti, uidetur honestum ut nõ soluat: nos uerò facimus re retenta ab emphyteuta, ut pretio accepto à domino & ad hoc quod ex quo in effectu soluitur pro pretio & nõ pro re, nec fructibus: ideo nõ fit remissio, est casus ualde not, & ibi Bart. & Doct. declarant in leg. sicut emptio. cum leg. sequenti & pri. sequentis. ff. loca.

115 Et † quid in domibus assignatis fisco uel ecclesiæ hac lege ut dentur alimenta domino, an destructa domo adhuc debeantur alimenta? uide Ias. in l. 1. C. de iur. emphy. colu. 3. & seq. ubi apparet ueram esse, & cõmunem opinionem doctorum, ut nihilominus teneatur fiscus uel ecclesia.

116 Et † quid in prædiis ciuitatis uel fisci siue Principis locatis, an fiat remissio, sicut in prædiis priuatorum, dic fieri debere. text. est in leg. si uno. in pri. ff. loc. dum loquitur de prædio uectigali, & text. in leg. forma. §. 1. ff. de censib. quæ iura probant à fortiori. quia si in talibus prædiis in quibus cõductor & emphyteuta pari passu ambulant. leg. prima. ff. si ag. ueg. uel emphyt. pe. fit remissio, multò magis in conductoribus simplicibus possessionum fisci, &

117 † quando cõductor fisci dicatur habere fundum uectigalem, & quando non, uide text. in dicta l. 1. est enim uectigalis ager quando accipitur ita, ut nunquàm possit auferri à conductore donec soluat uectigal, sed non est uectigalis quando simpliciter ad tempus accipitur uti accipitur à quolibet priuato, ut ibi in text. & utroque casu, ut dixi, fit remissio, si etiam ad longum tempus simpliciter à fisco conducitur fit remissio, ut etiam probatur in dicta leg. si uno. à fortiori eo modo quo dixi, quem text. etiam ita intelligit Alexand. in consilio 112. uolumine primo, columna penultima ante uersiculo quinto, & Sali. quem omnino uide circa hoc ultimum, & alios casus in leg. prima. C. de iur. emphyteu. columna pe-

118 nultima, & ibi dicit † quòd si ager à fisco in emphyteusim acciperetur, etiam non fieret remissio, & sic quo ad omnia procedit materia sterilitatis in fisco sicut in priuato, & quid in prædio censuali, idem est dicendum per text. in dicta leg. forma. §. primo, & hoc sentit clarè Bartol. in §. qui maximos in leg. cotem ferro. in prima quæstio. ff. de public. & uide Roma. consilio quadrigentesimodecimoseptimo columna secunda, quan-

119 do periit res, & † quid in prædio tributario uide text. in leg. secunda. C. de alu. & palu. & gloss. in leg. prima. C. de iur. emphyteu. & ibi Doctores, & gloss. & Doctores in capit. propter sterilitatem. extrà, loc. & ad prædicta uide Marc. lauden. in tracta. de princip. in titu. de fisco. uersicu. quinquagesimoprimo, ubi dicit esse speciale in fisco ut eius emphyteuta possit remissionem petere, sed tene ut dixi.

De remissione mercedis publicanorum.

SVMMAE.

1 *Remißio propter sterilitatem fit conductori uectigalium siue publicano, etiam si locatum sit uectigal, dummodo sit locatio.*

2 *Remißio fit conductori uectigalium, quando uera est locatio, licet in instrumento sit uerbum uenditionis, & subiecta materia magis attenditur*

3 *Verba quando possunt conuenire duobus cōtractibus quis sit attendendus.*

4 *Verba contractus debent ampliari & restringi prout magis conueniunt iuri communi.*

5 *Locatio iudicanda est quando pretium à publicano soluendum est uel annuatim, uel in singulos menses, siue etiam unicum sit pretium distribuendum in singulos menses dūmodo solutio diuisa per tempora, sit uniformis in tempore.*

6 *Remißio non fit quando uendita est spes percipiendi fructus uectigalis, secus si talis spes sit locata, & si plura pretia facta sint.*

7 *Remißio fit quando locata est spes percipiendi fructus uectigalis, maximè si non sit facta mentio uenditionis, uel si uerbum locationis & uenditionis promiscuè sit appositum, uel etiam si quo ad effectum esset uenditio.*

8 *Locatio non dicitur sed potius uenditio, quando unicum est pretium pro pluribus annis, etiam si expreßè dictum sit ut sit locatio, secus quando unicum pretium est pro uno anno tantum, quia tunc esset locatio tametsi in principio anni soluendum esset pretium*

9 *Remißio fit quatenus non sit perceptum, quando uenditi sunt fructus uel prouentus ipsi, secus si ematur uectigal, quia uidetur emi spes & alea.*

10 *Alea & commoditas uidetur uendita seu futurus euentus in dubio quando uenditur pedagium, & sic non fit remißio.*

11 *Vendito pedagio uidetur uenditum ipsum corpus quod percipitur ex uectigali quando emptor debet ipse percipere.*

12 *Vectigal quando poßit uendi sine licentia Principis qui concesßit.*

13 *Vendito iure exigendi quid teneatur præstare uenditor.*

14 *Remißio non fit quando uenduntur fructus talis fundi uel prouentus uectigalis, puta ad decem annos pro centum. & percipiendi sunt ab emptore, uel dictum esset, quod uenduntur fructus qui percipiuntur, uel percipi poterunt.*

15 *Remißio fit quando uenduntur fructus nascituri in tali prædio, & uno anno non percipiuntur, & à uenditore percipiendi sunt, secus si dictum sit fructus si qui nascentur.*

16 *Fructus uel prouentus percipiendi sunt à uenditore, quando pars tantum est uendita, secus quando omnes fructus sunt uenditi, quia tunc ab emptore percipiendi sunt.*

17 *Remisßio non fit, & alea censetur uendita, quando fructus uel prouentus ita uenduntur si qui nascentur. siue ab emptore siue à uenditore sint percipiendi.*

18 *Remißio non fit quando uenditi sunt omnes fructus uel prouentus talis fundi, & uidetur actum ut sint percipiendi ab emptore.*

19 *Remißio non fit quando uenditur pedagium, & fructus & prouentus eius.*

20 *Periculum ædificii molendini in aliqua parte destructi an spectet ad usufructuarium an ad dominum, & sic etiam refectio quando uenditum est ius usufructus?*

21 *Remißio non fit quando uenditur uectigal, & est unica præstatio, quicquid tenuerint Comen. & Alex.*

22 *Remisßio fit, et etiā damna & intereße præstantur, quando uenditio fit. multò magis quando locatio, si culpa uenditoris fructus percipi non potuerint.*

23 *Remisßio fit & intereße præstatur, quando fructus non percipiuntur ex facto alterius cui locator poterat resistere & si factum sit iustum tenetur locator ad præstandum eum indemnem non ad intereße.*

24 *Remisßio an fiat quando credebatur Principem in loco uectigalis locati debere commorari, sed ipse receßit, & minus ex uectigal*



Ostquam suprà tractauimus de remissione mercedis conductorum reliquum est ut aliqua etiam de remissione mercedis publicanorum hoc loco uideamus, an ipsis sicut & aliis propter sterilitatem fiat remissio? de quo uide Bar. in leg. cotem ferro. §. qui maximos ff. de public. & in quæstione sua incip. publicanus & breuiter procedendo. dic, Primam
1 cõclusionem esse † quod sit remissio quando usi sunt contrahentes uerbo locationis & conductionis, & uerè est locatio & conductio, ita ut aliquo modo non possit refricari in dubium per regulam generalẽ, quod in locatione & conductione propter sterilitatem fit remissio mercedis, & ita Bart. in specie in dicto §. qui maximos columna prima, in prima quæstione allegat text. in leg. si uno in princip. ff. loca. & in l. forma. §. primo. ff. de censi. sic etiam Bart. in dicta quæstione publicanus ubi conatur extendere in casu de quo ibi agebatur cõtractum fuisse locationis ad hoc ut fieret remissio. sic etiam facit Alexand. in consilio 28. uolumine primo columna ultima,

& alibi sæpe, tam ipse quàm alii etiam infrà proximè allegandi, & procedit hæc conclusio etiam si sit uectigal locatum, licet uideatur tunc locata alea d. leg. si uno in pri. & dicam infrà in 3.conclu.in fin.

2 Secunda est conclusio † quod licet appareat prima facie uenditio, & non locatio quia in instrumento sit dictum, Vendidit, &c. Tamen si uerè est locatio idem dicendum est, quia non attenduntur uerba sed ueritas.l.si uno. in pri.ff.loca.& l.si olei.C. loca. facit tex.in l.fin.ff.de proba. ibi ueritati locum superfore, & de ueritate ample ctenda dicit Calcan. in consil.1. colum. 1. & Dec.in ca.quoniam contra.columna tertia,in pri.de proba. & quod non attendantur uerba, sed ueritas & subiecta materia uide Nat.in clement.sæpe.de uerb.signifi. in pri. in tertia columna aliquid etiam ponit Barba consil.trigesimotertio in 5. uol. uolu.1.Præpos.in capitis generale.in ulti. colum.1. distin.Roman.consi.88.consi.21. consil.95.& consil.100.in 8.dubio.& consil.13.colum.ulti. & consil.141. Soccin.in consilio. 266. colum. tertia circa fin. uide etiam Abb. in cap. nam concupiscentiam. de constitut. & in apostillis impressis ibi latè Dec. in cap. 2. de rescrip.colum.quarta. Ias. in leg. stipulatio ista.§.hi qui colu. quinta ff.de uerb. obliga. Alexand.in leg. etiam in ultim.colum.ff.solu. matrim & in consil. centesimotrigesimonono in prima columna in 5. attenditur igitur subiecta materia recedendo à uerbis, sed econtrà etiam recedimus aliquãdo à subiecta materia, ut uerba habeant effectum.leg. iuris gentium.§. quod ferè. ff. de pact. & ibi

3 Ias.not.in 1.nota. Et † quando uerba possunt conuenire duobus contractibus quid capiendum,uide Roma.consil.409.colum.

4 2. circa fin. & addo quòd † uerba contractus debent restringi & ampliari prout magis conueniunt iuri communi. Ancha.consilio 6. colum. penulti. & in terminis in proposito nostro quod de uerbo uendidit non sit habenda ratio, si uerè sit locatio, habes Bart. in dicta quæstione, publicanus, & in dicto §. qui maximos, & Socci. consil. 88. colum. secunda & in multis locis allegandis in proxima sequenti quæ-

5 stione. Tertia est conclusio † quod quando pretium à publicano soluendum est annuatim,licet dicatur uendidit tamen est locatio iudicanda, & sic sit remissio iuxta ea quæ dixi in 1. concl. secus si esset emptio, quia uidetur periculum esse emptoris. l. necessario.ff.de pericu.& como.rei uendi. & leg.prima.C. eod. de pericu. & comod. rei uendi. Hanc tertiam conclusionem late tenet Bart.in d.quæstione,& in dicto §. qui maximos, & in l.prima. C. de iur. emphyteu. & fundamentum est in gloss. in dicta l.1.C.de iur.emphyteu. in uerbo alienationis. quam ibi sequitur Salic. & hæc est magis communis omnium Doctorum sententia, ut in dubio iudicetur locatio, quando pretium annuatim soluitur. & ita ostendit & attestatur Soccin. in d. consil. 88. incip. considerata. columna secunda, & in consil. 156. columna prima, & ideo etiam contractus emphyteuticus iudicabitur contra sonum uerborum, ubi ita uelint pacta, & subiecta materia Socci.consilio 261. columna secunda & latè suprà in præcedenti conclusione. hanc tertiam cõclusionem etiam lătè tenet Cornel.consil. 12.uolu.4.col.1& Alex. consi.3.uol.1.col. 1.qui dicit etiã se consulendo secutũ esse opinionẽ Bar.licet in casu,de quo ibi agebatur,teneat remissionem non debere fieri ex pactis de quibus in ea & latissimè melius quàm alibi Alex.consi.108.uol.3.ubi, disputat latè & defendit opinionem Bart. & dicit esse communem opinionem à qua in iudicando non est recedendum, & uide alias remissiones in tracta. Rip.de peste in fol.10.uersi.circa tertium.num.56.uide ẽt Aret.consi.52.col.2.& consi 55. colu. 2. & plenè Ang.consil.15.& Bald. plenè quarto uol consi.393.col.3.& consi.261. col. 2. & per Alex.5.uol.consi.39 colu.3.& Firmi.in tracta.de gabel.in 2.parte,in pri.& procedit hæc conclusio non solùm quando pretium in singulos annos distribuitur, sed etiam in singulos menses uel in duos quosque menses,& sic de similibus, item etiam procedit quamuis unicum pretium esset soluendum, distribuendum tamen in singulos annos,uel menses, ita Bart.in d.quæstione publicanus, & in dicto §. qui maximos, & Soccin. & Corne. & Alexand. ubi suprà, & hoc ubi solutio diuisa & distibuta per tempora sit uniformis in tempore, aliàs non,ut in dicto tra ct. charta.12 uersiculo,

siculo, sed hic alia ad fin. numero 64. & Corne. in dicto consil. 12. uolumine quarto in 1. columna, & Doctores ubi supra.

6 Secundò procedit hæc conclusio † quando fructus uectigalis sunt uenditi pro annuo pretio, secus si esset uendita ipsa spes percipiédi ipsos fructus, quia licet esset locatio iudicanda ex pluribus pretiis, tamen omne periculum uidetur spectare conductori, quia emptor spei, sola spe contentus esse debet. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. & in l. si iactum. ff. de actio. empt. & ita in d. tracta. ponitur pro absoluto in 10. charta, in uersic. circa secundum, num. 55. & in 11. uersicu. sed pone num. 61. sed Paul. de Cast. in l. cotem ferro. §. qui maximos. clarè uult contrarium, quia dum loquitur de locatione pro absoluto habet quod fit remissio ex natura locationis, dum uerò loquitur de emptione, considerat quando dicantur uenditi fructus, & quando ipsa spes, ut per eum, sic etiam Alexand. in dicto consilio tertio, in primo uolumine, in prima columna. & Corn. & Soccin. ubi supra, sic etiam Alexand. expresse in dicto consil. 108. columna tertia, & quarta, uolumine tertio ubi omnino uide, & est expressa Bart. in dicta quæstione, publicanus, & in dicto §. qui maximos, & ita pro constanti teneo, non obstat ratio Bald. in leg. licet in tertia quæstione. C. loca. dum dicit illum qui conducit uectigal uideri conducere casum & aduersam fortunam, & consequenter sibi non debere fieri remissionem. sicque loquitur in locatione spei, & uult ut remissio fieri non debeat, quia respondeo ut respondet Alexand. in dicto consilio 108. in tertio uolumine quod loquitur secundum ea quæ allegat: nam allegat Bart. in dicto §. qui maximos. & in quæstione publicanus. qui facit differentiam an sapiat contractum locationis, an uenditionis, & sic an sit constitutum unicum pretium, an plura. & hæc est mœra ueritas, & ita etiam Aret. consilio 52. columna prima, & secunda, & ultra prædicta allegat leg. si uno. §. primo. ff. loca. quæ

7 probat. Et hæc conclusio tertia † multò magis procedit ubi non dicitur uendidit, sed simpliciter non nominando contractū Princeps concessit publicano uectigal, quia si est locatio etiam contra naturam uerbi, multò magis est locatio, si aliquod uerbum non repugnat, & ita omnes concordant, & ita fiunt auctiones nostri temporis, item etiam procedit hæc tertia cōclusio tametsi contrahentes ambobus uerbis usi sint promiscuè scilicet locauit & uēdidit secundum Imo. in dicto. §. qui maximos. & Alexand. in consilio. centesimo-octauo in tertio uolumine, item procedit hæc tertia conclu. ut sit locatio etiam si esset uenditio quo ad effectum: quia licet sit uenditio, tamen habet locum remissio & reguntur eisdem regulis sicut locatio. ita Bart. in d. quæst. & in §. qui maximos & Soccin. Corne. & Alex. ubi supra.

8 Quarta conclusio † quòd etiam si sit unicum pretium pro pluribus annis uel pro uno anno, tamen est locatio, si ita expressè dictum est, sit locatio, ita Paul. de Castro, in d. §. qui maximos. & in l. 2. §. adeo. ff. loc. & in d. tracta. in dicta 10. char. in uersi. circa secundum. num. 55. ubi dicitur Bald. tenere & malè contrarium, in leg. si ea lede. C. de usur. credo ego contrarium, ut imò sit potius uenditio, nam sicut iudicatur locatio ex pluribus pretiis, etiam si contrahentes usi sint uerbo uendidit, sic etiam iudicabitur uenditio quamuis adsit uerbum locauit sicut natura rei illud expostulat, ita latissimè ostendunt, quæ dixi in secunda conclusione: sic etiam uult Alexand. in dicto consil. 108. uolumi. 3. dum respondet ad decisionem Bald. in d. l. licet in tertia quæstione. sic etiam uult Bart. in d. quæstione ubi latè ostendit non esse curandum de uerbo locauit uel uendidit, sed de re ipsa, & natura rei, & res hæc habet difficultatem minorem quando pro pluribus annis unum pretium constitutum est, quia tunc est uenditio, licet uerbo locauit contrahentes usi fuerint, sed maius est dubiū quando pro uno anno tantum unicum pretium constitutum est, & tunc acquiescerem decisioni Paul. de Cast. ut esset iudicādalocatio, quia & uerba, & res ipsa conueniunt, maximè quando pretium in fine anni soluitur, sed idem iudicarem quando in principio, quia etiam in locationibus sæpe pretia cōstituuntur in principio anni soluenda. & ita Bart. in d. §. qui maximos in 5. quæst. ubi uide. Quinta conclu

9 sio † quod ubi est emptio & non locatio, si

uenditi sunt fructus ipsi, uel prouentus, fit remissio quatenus non sint percepti, non ex natura locationis sed ex natura uenditionis: quia uidetur facta uenditio de corporibus qui nascentur, & ideo non contrahitur in his qui non percipiuntur. dicta l. nec emptio. in pri. ff. de contrah. empt. sed si intelligatur uendita spes quædam, non fit aliqua remissio, quia censetur empta alea & fortuna. d. l. si iactum retis. & l. nec emptio in ultimo casu. ita Bart. in d. quæstione, & in dicto §. qui maximos. & ideo determinat ut si ematur uectigal, ita ut sit emptio quòd ex quo uidetur emi ipsa perceptio siue commoditas percipiendi ipsi ius, & consequenter uidetur emi ipsa alea siue futurus euentus, ut in d. l. nec emptio. & in d. l. iactum retis. aliqua remissio non debet fieri, & ita communiter tenetur in dicto §. qui maximos, & benè probatur in l. si usus fructus in fin. ff. de iur. dot. & in l. necessario. ff. de actio. emptio. Sed difficul

10 tas est uidere † quando dicatur uendita alea, siue dicatur uenditum ius aut commoditas, ut sic non fiat remissio. in hoc uide dicta Bart. in dicto §. qui maximos. & primo, in quæstione tertia de pedagio, dũ quærit quando uenditur pedagium quid uideatur uenditum? & dubitat an uideatur uenditum illud quod ex eo percipitur, & sic ipsum corpus, an ius percipiendi, uel commoditas ipsa percipiendi, & concludit uideri uenditam ipsam perceptionem siue ipsam commoditatem percipiendi, non ipsum ius, nam disputat an ius ipsius uectigalis exigendi possit in aliũ transferri, & loquitur in ciuitate habente à Principe pedagiũ uel uectigal, uel alia, & dicit uideri non posse, per l. fi. C. de uectigal. & com. ubi tantum locatio permittitur, & utcunque sit non potest sine consensu Principis argum. l. in diem. in fin. ff. de aq. plu. arcen. Item ad tempus sine dubio non potest transferri. l. 4. de seruit. unde uult Bar. ut ipsa commoditas uideatur uendita. argum. l. necessario §. fi. cum glos. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. quia nec aliter potest esse, & ubi etiam ipsum ius posset transferri. adhuc uult, ut in dubio ipsa commoditas uideatur translata, & non ipsum ius. leg. penulti. cum glo. ff. de dote legata. & sequitur Soccin. consilio septimo, in tertio uolumine. Si igi-

11 tur † ipsa commoditas uidetur uendita, sequitur ut uideatur empta ipsa alea, siue futurus euentus. d. l. nec emptio. & d. l. si iactum, nec uult Bartol. ut uideatur uenditum ipsum corpus quod percipitur ex uectigali, quando emptor ipse debet percipere, quia uerum esset uenditum, fuisse illud quod nunquàm in uenditore fuisset, quod est absurdum, ut ibi per eum. Et sic habes unum casum quando uideatur uẽdita alea & spes, ita ut non fiat aliqua ex parte re-

12 missio, & ad prædicta † an & quando uectigal possit uendi sine licentia principis qui concessit, uide Socci. consi. 7. in 3. uol. Alium casum habes per Barto. in d. disputatio. publicanus. col. antepenulti. quando

13 etiam † ipsum ius exigendi esset uenditũ. ita Bart. ibi in uersi. idem si diceremus, & & fundamenta ponit Bart. in 1. colu. illius disputationis, in uersic. secundo probatur. dum dicit quando ius aliquod uenditur, sufficere uẽditori præstare ꝙ illud ius sit, nec curandum quid ex illo iure percipiatur, ut in eo qui emit nomen debitoris, uel hereditatem, ut in iuribus ibi allegatis per Bart. & per Bald. in l. si ea lege. col. 2. de usur. Sufficit enim ut illud nomen sit in rerum natura, uel illa hæreditas, licet ex eis nihil acquiratur, ut in iuribus allegatis per Bart & Bald. Tertium casum habes

14 † in quo uidetur uendita alea ad hoc saltem ut remissio non fiat, quando uenditor dicit, Vendo fructus istius fundi usque ad decem annos, pro centum, & fructus sunt percipiendi ab emptore, & similiter quando uenduntur prouentus talis uectigalis ad decem annos pro centum, & sunt percipiendi ab emptore: nam hoc casu dicitur emptum ius usus fructus & periculum est emptoris, sicut dicimus de emptore proprietatis. leg. necessariò. §. fin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cum similibus. ita Bartol. columna penultima. & in colum. 1. & in d. §. qui maximos. colum. 3. in 4. quæst. & ibi dicit etiam hoc procedere, licet dictum esset fructus, uel prouentus qui percipientur, uel percipi poterunt, quia non ob hoc uidetur ipsum corpus uenditum, ut ibi per eum quem uide.

15 Qui tamen † quando sunt percipiendi à uenditore, & hoc apparet expressè, distinguit

stinguit quòd aut dicitur, Vendo fructus nascituros, uel fructus qui nascentur in tali prædio, & fructibus uno anno non perceptis, non dicitur facta uenditio de illis, & sic fit remissio pro illo anno, d. l. nec emptio in pri. aut dicitur, Si quis fructus nascentur illos tibi uendo, & tunc uidetur
16 uendita alea & spes, & † nulla remissio, fit, & quando non apparet à quo sint percipiendi, an à uenditore, uel ab emptore, quia simpliciter sunt uenditi fructus, uel prouentus, dicit quòd aut pars est uendita, & iudicatur percipiendos esse ab ipso uenditore, & sic habet locum d. l. nec emptio in pri. aut omnes fructus sunt uenditi, & iudicatur ab ipso emptore percipi debere, & sic uenditum esse ius ususfructus, & consequenter periculum erit emptoris.
17 Quartum casum habes ex his † quæ proxime dixi, quando uenduntur fructus uel prouentus hoc modo, Si qui fructus nascentur sint tibi uenditi, uel, Vendo tibi fructus si quos percipi contigerit, uel per similia uerba, & loquitur Bartol. in casu claro quando apparet esse percipiendos à uenditore, ut etiam uideatur uendita alea. Paul. de Cast. not. ibidem in fin. in uersiculo, tertius est casus. loquitur in hoc casu quando non apparet, credo procedere utroque casu, quia fundamentum pronominis si qui super quo se fundat Bart. militat utroque casu, per regulam leg. illud. ff. ad legem Aquiliam. Quintus & ulti-
18 mus casus est † quando sumus in dubio, quia non apparet, à quo sint percipiendi: nam quamuis absque illo pronomine sint uenditi fructus, uel prouentus, si tamen sint uenditi omnes fructus, uel prouentus talis fundi, uel pedagii, actum uidetur ut sint percipiendi ab ipso emptore, & consequenter ius usus fructus sit uenditũ, & remissio aliqua non fiat per supradicta, ita Bartol. ibi, & Paul. de Castr. & alii ibi communiter, & multò magis hoc proce-
19 dit, quando † dicitur, Vendo pedagium & fructus prouentus eius, ut patet ex prædictis, & ita Bartol. in dicto §. qui maximos. in tertia quæstio. ad finem, in uersiculo, sed si admitterentur. Vl imò Bart. in dicta quæstio. & pen. in dicto §. qui maximos. tangit notabilem difficultatẽ, quia
20 suprà dictum est post eum, † quò ubi ius ususfructus est uenditum; periculum est emptoris ex natura uenditionis, an si consistat in molendinis & ædificiis, & aliqua ex parte sint diruta, onus hoc reficiendi spectet usufructuario an domino: nam si usufructuario, uerum est in effectu quod est dictum omne periculum esse suum, si etiam spectat domino, ubi non fiat refectio, usufructuarius poterit agere ad interesse, uide ibi eum, & Bertach. in tract. de gabel. in secunda parte. col. 16. uersicu. ultimo nota. & Ias. in l. quominus. in 23.
21 col. ff. de flumi. Non omitto † etiam quod licet ex supradictis habeas pro absoluto, si uendatur uectigal, & sit unica præstatio, & sic uenditio, aliquam remissionem non fieri. & ita Bart. tenet, & communiter Doctores in d. §. qui maximos. Tamen Raph. Cuma. ibi tenet contrarium, & uult ut imò fiat remissio, & latè eum sequitur & defendit Alexan. in consil. 108. col. penult. uolum. 3. tamen non recedas à communi.
22 Non omitto etiam † quod si est uenditio, adhuc fit remissio, liceat aliàs non fieret, si culpa uenditoris fructus percipi non potuerunt, ita Bart. in d. §. qui maximos. & in d. quæst. & alibi sæpe ponendo exemplum, quando princeps infert bellum alii, uel alius sibi siue iuste, siue iniustè, & non solùm dicit Bart. fieri remissionem, sed etiam teneri ad damna, & interesse, & ita sequuntur communiter Doct. suprà relati in articulo de damno fructuũ separatorum à solo deperditorum ex bello locatoris, & ponit Corn. consilio. 38. col. pen. & ult. uolu. 2. & consil. 12. uolu. 4. & alibi sæpe, & Alex. in 6. uolum. consi. 84. & multò magis procedit hoc quando est locatio, ut patet lippis & tonsoribus.
23 Et † non solùm quando ex hoc facto locatoris fructus non percipiuntur fit remissio etiam ad omne interesse, sed etiam quando ex alio facto locatoris id euenit, uel alterius cui locator poterat resistere. ita Bart. in d. l si uno. §. item cum quidam. ff. loca. qui tamen distinguit an facto iusto, uel non id accidat, quia si facto iusto, non tenetur ad omne interesse, sed ad præstandum eum indemnem, & circa hoc uide Petr. Anchar. consil. 403. ubi ponit quid
24 iuris sit, quando † opinio erat principem debere in eo loco commorari, & tamen

recessit, ita ut longè minus ex uectigali perceptum sit, & quando causa superioris minus perceptum est, uide Signorol. consil. 187. colum. 3. & sequen. & consil. 189. & consil. 261 colum. 2. & Soccin. consilio
25 88. col. 2. & consilio 100. in fi. Et quid † si princeps uel communitas promittat, quòd non capietur sal, nisi ex suo, & aliquod oppidum se subtrahit, & capit ex alio sale, ui-
26 de Anchar. consilio 415. Et † de impedimento superioris uide Bald. quinto uolu.
27 consil. 360. Et † quando facto tertii uel superioris iusto uel iniusto damnum patitur publicanus uide Anan. consil. 78. & uide Aretin. consilio 74. colum. penultim. in fi. & Bald. consil. 465. 2. uolum. colum. 1.
28 in fi. & seq. & col. fi. ubi ponit † quid iuris sit ubi conductor, cui fuit præstitum impedimentum ex parte locatoris tacitè acquieuit, an tunc sibi præiudicet, & uide quæ dixi suprà tit. præcedenti in articulo, quãdo conductor possit petere interesse, Vbi locutus sum de decreto de minori lucro, quod semper domini Quęstores ordinarii habent in ore. Item uide etiam suprà in materia remissionum mercedum quæ dixi circa articulũ, an sit una uel plu-
29 res locationes, quia † cõclusi tot esse locationes quot mẽses ubi in menses singulos est distributum pretiũ, & sic remissio fieri debet singulo mense, considerata sterilitate in quolibet eorum. Verum, quia alio mense potest contingere ubertas, iuxta l. si uno. in pri. ff. loca. cum simil. non fit determinata remissio, sed aliqua pars supersedetur, iuxta nota. per Bald. & Sali. in l. licet. in fi C. loca. & dixi supra titu. præced. circa articulum, quando ubertas suppleat, & quia dixi proximè remissionem fieri cõ-
30 siderata sterilitate, Dic clarius, † quòd sicut in conductione bonorum immobiliũ consideratur damnum si sit intolerabile, aliter non fit remissio, iuxta §. uis maior, idem est in his conductionibus uectigalium. ita Paul. de Cast. in dicto §. qui maximos. & Alexan. in d. consi. 3. in 1. uolum. & Soccin. consil. 88. ad fin. in ulti. additio. Aretin. consil. 52. & Imol. consil. 7. & alibi sæpe, & optimè de hoc est casus in d. leg. si uno. in pri. in uerbo, sterilitatem. iuncto uersicu. idem & in domino uectigalis. Sed tamen non habetur in magistratu hæc cõsideratio, quando propter bellum fit remissio, quod ideo est, quia aut bellum infertur à locatore, aut ei infertur, & sic etiam deberet de iure haberi consideratio interesse. de quo tamen raro habetur ex quodam ordine prohibente lucrum cessans in hac materia, de quo suprà mentionem feci, & qui ordo nihil obstat, ut ibi dixi, quod nota contra eos qui dicunt, Magistratus est solitus præseruare indemnes publicanos. Nõ.n. hoc fit casu, uerũ ut plurimũ contingit quod fit remissio propter bellum, uel illatum à locatore, uel ei ab aliis, & eo casu secuta est dicta consuetudo, etiam ex dispositione iuris: in aliis uerò casibus in quibus nulla culpa potes impingi duci, cur nõ debet seruari dispositio iuris? aliter esset mercatura absque periculo, & uniuersi homines illam facerent, & ita defendo magistratum, & si aliter sentiunt domini Quęstores, pessime sentiunt.
31 Et uide etiam ad prædicta † quãdo fiat remissio publicanis, Firmian. in d. 2. parte. colum 4. uersiculo quarto quæro. & in uersiculo uigesimo tertio quęro. & Calderin. in tit. de locatio. consilio quinto, & Socin. consilio 44. & Imol. consilio 7. Vbi habes quid iuris sit quando sunt reseruati aliqui casus, & succedunt alij, in quo ultimo quando conductor suscepit in se casum fortuitum, uel casus fortuitos omnes, uel aliquos, uide quæ latissimè dixi suprà titu. præcedenti, in materia remissionis merce-
32 dis. Et de eo † quod publicanus grauatur ad conducendũ pro eodem pretio se quenti anno uectigal, uide Martin. in tractat. de principe. in titu. de fisco. conclusione
33 65. Et † quando quis conduxit pro se & socius suis, an possit iterum locare, uide
34 Imol. consil. 79. Et adde † quòd tales uẽditores fructuum, redituum & prouentuum molendinorum & possessionum possunt petere cautionem de utendo arbitrio boni uiri secundum Angel. in l. usufructu. C. de usufruc. & circa hoc uide Bartol. in dicto §. qui maximos. in 3 quęstio. colum. 2. & in dicta quæstione, publicanus.
35 Item † adde multas fallentias quas dedi suprà titulo præcedenti, ad regulam quòd conductor potest ordinariè petere remissionem, quæ etiam accommodantur hic, ideo hic habeantur pro repetitis.

Sed

36 Sed † quid si publicanus paciscatur uelle locatorem teneri de casu belli & pestis ut semper fieri uideo, quia dicitur quod in casu belli & pestis fiet debita remissio, an præter hos duos casus fieri etiã debeat, uidetur nõ debere fieri, quia excepti sunt hi duo casus tantum: igitur in cæteris firma manet regula, ut non fiat remissio. leg. quæsitum. §. denique Neratius. cum concordan. ibi in gloss. allegatis. ff. de fundo instructo, & instrumento legato. cap. dominus. 34. quæstio. septima. & ibi gloss. & not. in leg. in his. ff. de legib. Item de iure non solùm pro his duobus casibus fieri debet remissio, uerùm etiam pro omnibus aliis fortuitis casibus. leg. ex conducto. §. 1. ff. loca. & dixi suprà. in pri huius materiæ, titu. præcedenti. Si igitur cautum est, ut fiat remissio pro his duobus casibus ad hoc, ut aliquid operetur pactum, intelliguntur excepti omnes alii casus per regulam leg. si quando. in pri. ff. de lega. 1. Item qui unum dicit aliud uidetur excludere. leg. cùm prætor. in pri. ff. de iudic. & in leg. maritus. C. de procurator. & in cap. non ne. extrà, de præsumpt. Item ex conuentione hominis uidetur recessum à dispositione legis. leg. fin. C. de pac. conuen. & l. 1. §. si conueniatur. ff. depositi. econtrà uidetur dicendum adhuc locatorem teneri ex aliis casibus fortuitis per regulã generalem quod conductori ex omni casu fortuito fit remissio. d. §. 1. Non obstat primum fundamentum quod exceptio firmat regulam, &c. quia exceptio siue casus exceptus à regula extenditur ad casum similem, secundum Abb. in c. cùm dilecta. de confir. utili, uel inutili. per illum tex. etiam si exceptio esset cum dictione taxatiua, ut per Abb. ibi, Alex. & Moder. in l. 1. C. de bonor. possess. contra tab. & in l. si constante. in 2. char. ff. sol. matr. & in consil. 130. in caus. col 3. uol. 4. & ideo licet in conductione caueatur expressè, uel etiam ex tacita uerborum significatione cautum sit, ꝙ conductor nuls soluere integram mercedem, præterquã in casu belli & pestis, & sic tantum hi duo casus sint exceptt tamen idem uidetur dicendum in aliis casibus fortuitis similibus. Non obstat secundum ꝙ ita dicendo uerba reddantur superflua, quia respondeo ita potius esse dicendum, quàm ut quis indebitè damnum patiatur, secundum Bartol. & alios in l. fin §. in computatione. C. de iure delib. Ias. in l. ait prætor. *la prima*. in pri. in 1. colu. ff. de iureiur. & ideo Felin. dicebat in cap causam quæ. in uersi. ad illud brocardicum, in 6. colum. extrà. de rescrip. Regulam quod actus ita debet intelligi ne sit elusorius, limitari; ut non procedat quãdo iuris ratio ita dictat, sed quæ est ratio cur conductor ubi patiatur intolerabile damnum, & sic locator non potuerit è latere suo præstare id ad quod tenebatur, iuxta l ex conduct. in pri. ff. loca. & per Bart. in l. si merces. §. uis maior. col. 2. & pri. seq. ff. loca. non possit petere aliquã remissionem. Tota enim hæc materia fundata est super æquo & bono, ut dicunt Doct. in d. §. uis maior. & suprà declaraui in pri. huius materiæ remissionum. Si igitur diceremus in aliis casibus similibus non fieri remissionem, esset contra bonum & æquum. Non obstant alia fundamenta, scilicet regula l. cùm prætor. ff. de iudic. & leg. fi. C. de pact. conuen. quia in proposito Cæpol. in consi. 70. col.
37 pen. respondet, Conuentionem † hominis quando est secundũ ius commune non tollere aliam dispositionem, siue alias dispositiones, quæ similiter sunt ex iure communi. l. 3. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. tollit quidem eas, quæ sunt ex iure speciali, uel extraordinario. d. l. fi. C. de pac. conuen. quia facilius tollitur priuilegiũ, quã ius commune. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milit. ut nota. Cyn. in l. 2. in 6. quæstio. C. de iure emphyt. Bartol. & Doctores in l. si cùm dotem. ff. sol. matrimon. in pri. & Bald. & Doct. in d. l. fi. & in l. maritus. C. de procur. & ita ego teneo, quia (ut dixi suprà) casus exceptus etiam per dictionem taxatiuam, non excludit alium casum similem, & ideo etiam dicimus; quod quando statutum uel pactum disponit illud idem quod ius commune, tunc etiam procedit in casibus exceptis à iure communi, ita Bal. in l 2. C. de appellatio. & sequitur Aret in consi. 106. col. pen. & hoc solum est decisio præsentis dubitationis. Addo aliud fundamentum pro cõductore, quia illud pactũ appositũ est in eius fauorem. Igitur non debet contra eum retorqueri. l. quod fauore. C. de l. & l. legata

inutiliter. ff. de legat. 1. fuerunt enim hi duo casus expressi uti magis frequentes, igitur non tollunt minus frequentes qui habent eundem iuris effectum. l. unica. C. de raptu Virgin. & tanto magis ita est dicendum, quia dum in licitatione dicitur quòd fiat debita remissio in casu belli & pestis, apparet eos Voluisse iuri communi in hærere, & in eo se fundare, & sic cóclusio est, Vt non intelligantur exclusi alii casus fortuiti, in quibus eadem ratio remit
38 tendi militat. Sed tamen † si pactum diceret quòd conductor suscipit in se omnem casum fortuitum, excepto casu belli & pestis, aliud esset, & tunc omnes alii casus qui tamen compræhenduntur sub regula, intelliguntur firmati sub ea regula, & remissio non fit, nisi in dictis duobus cásibus, ita Alexand. consil. 28. col. penulti. & ult. uol. 1. & Fulgo. consi. 193. col. fin. Nam ualet renuntiatio casuum fortuitorum, ut leg. sed & si quis. §. quæsitum. & ibi not. ff. si quis caut. etiam si aliqui tantum sint expressi, posteà adiecta clausula generali de omnibus aliis, ut ibi, sed tamen non continebuntur sub ea promissione, ut dixi, casus non compræhensi in regula, ut casus ualde insoliti, iuxta text. in l. fistulas. §. si. ff. de contrahen. empt. ita Alexan. in d. consi.
39 28. col. pen. & fin. Item † cùm casu excepto pariter etiam comprælienderetur casus illi ad quos ex eo casu excepto arguitur, tam ex eodem iure & ratione quàm ex có nexitate facti, exemplum quando excipitur casus belli, & posteà timore belli contigit damnum intolerabile: Nam de uno ad aliud arguitur, & ex eadem ratione, ut aliquando dixi suprà, & ex connexitate facti, igitur hic casus etiam uidetur exceptus, & ita intelligo Imol. in consil. 7. ubi
40 omnino uide, est † enim differentia inter similitudinem & connexitatem, quia similitudo refertur ad æquiparationem iuris, connexitas uerò ad similitudinem facti, ita subtiliter colligitur ex dictis Abba. in c. translato. in pr mo notabili, de constitutio. & probatur in dicto cap. cùm dilecta. de confirmat. utili, uel inutili. Cùm igitur utraque similitudo concurrat & iuris & facti, fit extensio, etiam si aliàs regula contineat illam exceptionem in se.
41 Et † de materia exceptionis quando extendatur ad alium casum, uide omnino Deci. in dicto cap. cùm dilecta. ubi melius eam tractat, quàm quiuis alius doctor.
42 Vides † igitur ꝙ conductor potest in se suscipere casum, & est text. in l. si quis fundũ. in pri. ff. locati. & dixi suprà titulo præcedenti, in prima fallentia, ad regulã quod fit remissio mercedis in hoc contractu locationis. Item uides quando conductor uult teneri de omni casu excepto tali, & tali, quomodo intelligantur regula & fallen
43 tiæ. Sed † si conductor dicat, Volo teneri tali casu, an etiam intelligatur ut uelit teneri omni alio habente maiorem rationem, uel similem, uide Anchar. consilio centesimoquinquagesimo, qui dicit non
44 teneri, & † si uis latius uidere de hac materia quando quis suscipit casus fortuitos, uide in d. §. quæsitum. & quæ dixi suprà, in
45 dicta prima fallentia. Vltimo † in hac materia scias quod licet in locatione horum uectigalium consideretur intolerabile damnum, sicut in aliis locationibus, ut dictum est, tamen uideo obseruari, quòd domini Quæstores quærunt seruare indemnes publicanos, etiam si damnum leuius sit, & hoc iustificatur omnino in casu in quo fit damnum; propter bellum principis, uel quod ipse infert, uel quo lacessitur, iuxta ea quæ dixi suprà, in uersic. non omitto. per notata à Bart. in d. §. qui maximos. & in quæst. publicanus. & alibi sæpe, aliter non uideo quomodo rectè id agát, nec eos excusat pactum, ut fiat debitum restaurum quòd solet esse in omni auctione, quia illud uerbum, Restaurum, quamuis uideatur significare eum conseruari debere indemnem, tamen uulgari sermone quando uolumus loqui de remissione, loquimur per hoc uerbum, restaurum, & ideo est idem, ac si esset dictum, ut fiat debita remissio mercedis. l. Labeo. uersiculo, sed ex communi usu. ff. de suppel. lega. Ias. in rubri. ff. de operis noui nuntiatione. & alibi sæpe de communi usu loquendi legitur, & ad sciendum quantum sit perceptum, ueritas haberi potest ex libris ipsorum publicanorum, quod quia uisum fuit fisco periculosum, electi fuerunt cótrascriptores à magistratu, id est, à procuratoribus principis, ad notandum & scribẽdum omnem perceptionem, uerum etiam, quia

hi

hi aliquando non sunt fideles, ueritas colligitur ex coniecturis, id est, ex eo quod factum est in annis antecedentibus, & ita per hanc uerisimilitudinem deuenitur in cognitionem. Non tamen est hæc concludens probatio reditus præsentis anni, ut not. Iacob. de Aret. in l. si fundum. C. de rei uendic. & Bald. in l. 1. col. fin. C. de fruct. & lit. expens. Tamen est aliqua coniectura quod etiam nō negant pręfati Doctores, & accipitur id quod potest haberi in rebus difficilis probationis. Bart. in l. in illa. in fi. ff. de uerbor. oblig. & in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de æden. & utrobique Ias. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunt. & per Felin. in c. ueniens. *el secondo*. col. 8. de testib. uersicu. in glos. fin. & alibi sæpe, & uide omnino Bald. ubi suprà, Quomodo † probetur fructuum perceptio, & etiam quomodo probentur fructus percipiendi, esset tamē hæc probatio inhonesta, & rationi repugnaret quando anni præcedentes fuissent quieti, & absque bello, & annus de quo quæreretur, fuisset bello attritus, quia de similibus ad similia est arguendum, l. non possunt. ff. de legibus. cum uulga.

48 Nota tamen † circa pactum, ut fiat in casu belli & pestis debita remissio, quia uidetur per contrahentes dispositum, ut etiā fiat remissio quamuis damnum non sit intolerabile non quando modicum est damnum, sed quando est exiguitas, iuxta tex. in l. si uno. §. ubicunque. ff. locati. & ita Salic. in l. licet. in fi. C. loca. uidentur enim recessisse à dispositione legis, uidelicet §. uis maior. per hanc cōuentionem ab ipsis hominibus factam. l. fin. C. de pact. conuent. unde Bald. in l. nulla. circa fi. C. de iur. dot. dicit ꝙ pacti dispositio non restringitur per legalem dispositionem, & uide optimè Angel. in consilio 311. quod incipit, prout patet, colum. fin. ubi uult, ut quando super remissione mercedis cautum reperitur per pactum, dictum pactum non regatur secundum naturam contractus, iuxta dispositionem legis, est materia d. l. fin. C. de pact. conuen. an per conuentionem hominis, &c. In qua uide glo. in l. 2. & ibi Doctores maximè Ias. colum. 72. C. de iure emphyteu. & ponit Bald. in consilio. 329. uolum 1. colum. fin. ubi aliter, sed concludendo dic uerbum debitum tollere omnem difficultatem nam si dixisset simpliciter (remissionem) esset dubium, & dubium faceret quod uerba deberent aliquid operari. leg. si quando. ff. de legat. 1. Sed cùm dicat debitum, clarè se refert ad ius commune, nec Salic. contradicit in d. l. licet. in fi. quia loquitur ubi locator in se suscepit casum tempestatis, sed si dixisset casum tēpestatis debitum, aliud fuisset, & uide quæ suprà dixi, hoc eodem titulo, uersicu. sed quid si publicanus.

FINIS.

VENETIIS apud Franciscum Senensem.
Anno Domini. M D LXII.


PACE.



INDEX RERVM, AC VERBORVM

MEMORABILIVM, QVAE IN TRACTAtibus Illustris, & Clarissimi viri D. Aegidij Bossij continentur.

 iudicatæ,

 euidenti

Armo-

Bona alienari prohibita non transeunt in fiscum [illegible] Gabriel [illegible] infra [illegible] criminalibus lib. 7. [illegible]

Circa

 scen-

hhh

&

448

443

Delicta

Dies

&

454

 455

Fiscus

pitula

H 62

 463

Immu-

 485

Innocens

475

milites

Mulcta

Per-

Pœna

Præce-

Prin-

H88

Probatio

sufficiens

433

Remissio

495

 denter

Solués

501

Statu-

Subdi-

509

Testis

Vectigali

FINIS.

LECTORI.

HABES, candide Lector, nouam huius operis fœturam perdoctam ſanè, & non ruſticam: verùm, ne quid diſsimulem, urſorum partui ſimilimam, & nonnullis maculis aſperſam, quibus tui candoris erit non offendi, iubente Horatio in Arte,

Si quas, aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura,

dum ad alteram accingimur editionem, quam Herculeo pluſquam labore repurgatam tibi dicabimus. Interim ad ſtudia tua acceſsionem facturi, alia eiuſdem authoris opera cudimus. Bene vale.



521

P.


A. PANDIMIGLIO - ROMA - LEGATORIA
1921